Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICUS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES LATINA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ LATINÆ A TERTULLIANO AD INNOCENTIUM III.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ TOMUS CXXX.

APPENDIX AD SÆCULUM IX. — ISIDORUS MERCATOR, MARCUS VALERIUS PROBUS.

TOMUS UNICUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 189, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127.

1880

BR
60
.M4
t.130

CLICHY. — EX TYPIS PAULI DUPONT, 12, VIA DICTA RAC-D'ASNIÈRES. (1341. 12. 79.)

APPENDIX AD SÆCULUM IX

ISIDORI MERCATORIS

DECRETALIUM COLLECTIO

POST EDITIONEM, PRINCIPEM, JACOBO MERLINO PROCURANTE, DATAM, AD PRELUM NUNC PRIMUM REVOCATA, INNUMERIS QUIBUS SCATEBAT MENDIS REPURGATA ET INDICE FIDELISSIMO LOCUPLETATA; ADDITIS ETIAM IN TEXTU, QUÆ DEERANT, SCRIPTURÆ SACRÆ LOCORUM NOTATIONIBUS

ACCEDUNT

PROLEGOMENA AMPLISSIMA

CURA ET STUDIO

HENRICI DENZINGER

In Universitate Herbipolensi theologiæ nunc professoris.

TOMUM CLAUDUNT

MARCI VALERII PROBI OPUSCULUM DE NOTIS ANTIQUIS

ET

ÆVI CAROLINI CARMINA

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS UNICUS

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 189, OLIM *CHAUSSÉE DU MAINE*, 127.

1880

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXX CONTINENTUR

ISIDORUS MERCATOR.

Prolegomena. v-xxv

Collectio Decretalium. *Col.* 2

MARCUS VALERIUS PROBUS.

De notis antiquis. 1177

ÆVI CAROLINI CARMINA. 1195

ISIDORUS MERCATOR.

PROLEGOMENA.

HENRICI DENZINGER

IN UNIVERSITATE HERBIPOLENSI THEOLOGIÆ PROFESSORIS

ECLOGE ET EPICRISIS

Eorum quæ a recentioribus criticis de Pseudoisidorianis Decretalibus statuta sunt.

1. Mira sorte nostris hisce temporibus actum est, ut ii ipsi qui quondam, ut Romanæ sedis prærogativas impeterent, merces Pseudoisidorianas pontificum fraudi tribuebant, modo præ omnibus felicius atque subtilius genuinum ejusmodi decretalium ortum indigitarent. Verumtamen, ut plurimum eo non sunt progressi, ut Romanos pontifices fraudi jam a multis receptæ non favisse, et Romanæ sedis privilegia exinde plus æquo non profecisse fateantur. Quinimo res satis implexa nequidem catholicis omnibus ita eliquata est, ut aliquam saltem disciplinæ ecclesiasticæ mutationem hisce decretalibus inductam fuisse, non admittant. Hinc nos, ut inveteratis istiusmodi præjudiciis pro posse finem imponamus, edendis Decretalibus præludere statuimus, ea quæ a recentioribus criticis præclare acta sunt, colligentes, ea quæ minus nobis probantur, novo examini subjicientes. Tria igitur erunt de quibus nobis inquirendum erit breviter :

1° Ubi, *quando et quo potissimum fine confectæ fuerint Decretales Pseudoisidorianæ ;*
2° *Utrum fraudi jam actæ Romani illius temporis pontifices faverint ;*
3° *Utrum, si nullatenus in partem fraudis venerint pontifices, saltem eædem ipsæ Decretales iis quæ de pontificis auctoritate docent novi quidpiam induxerint.*

§ I.

2. Multiplices recentiorum de Pseudoisidorianæ collectionis ortu opiniones in tres potissimum classes dividere lubet.

Prima sit eorum, qui pauciores numero et quasi ab omnibus derelicti, Decretales Romæ augendæ pontificiæ potestati confectas autumant. His annumerandus est infausti nominis catholicus Antonius Theiner (1) et H. E. Eichhorn (2). Qui tamen addunt, Decretales Romæ sæculo VIII ortas et a Franco quodam clerico sæculo IX mediante, auctas fuisse.

Alii vix non innocuum omnino Pseudoisidorum illum statuunt, inter quos nominandi sunt A. Walter (3) et Rosshirt (4), ille Bonnæ, Heidelbergæ hic professor. Censet Walter auctorem nostrum, quem Benedictum Levitam collectorem Pseudocapitularium fuisse suspicatur, nonnisi collectionem canonum integram Ecclesiæ disciplinam complectentem intendisse et in ea maxime institisse, quæ tunc temporis magis negligebantur. Idem fere Rosshirt, qui ex codice Bambergensi a se detecto se eruisse putat, Mercatorem nostrum prius confecta ut plurimum apocrypha adhibuisse quæ Græcæ potissimum originis fuisse censet,

(1) Antonii Theiner, quem a fratre Augustino distinguas velim, de Pseudoisidoriana canonum collectione. Vratislaviæ, 1827.

(2) Abhandlungen der Berliner Academie. Jahrg. 1834 et in Saviguy's Zeitschrift fürge, schichsliche Rechtswissenschafs, Bd. IX Heft II, p. 119 et seqq.

(3) Walter, Kirchenrecht, 10. Aufl. § 79.

(4) C. T. Rosshirt; Von den falschen Decretalen, Voranzeige Heidelberg 1847. et : Zu den Kirchenrechtlichen Quellen des ersten Fahrtausends n. Zu den Pseudoisidorischen Decretalen, Heidelberg, 1849.

496

neque tunc temporis id pro fraude habitum ejusmodi documenta, quæ personis et rebus convenirent, deficientibus genuinis, componere.

His accensendus est et inclytus ille fidei propugnator Moehler (5), qui Decretales fraudem piam fuisse censet in bonum libertatis ecclesiasticæ peractam. Cum enim tristissimis illis temporibus humana divinaque omnia permiscerentur, atque omnis auctoritas viventium contemptui haberetur, produxisse auctorem illum quasi obloquentes venerandæ antiquitatis personas.

Tertiæ classis auctores veram fraudem admittunt, quæ tamen neque Roma processerit, neque Romanorum utilitatem intenderit. Vel enim ut Spittler (6), Plank (7) et Drole-Hulshoff (8) Decretales adversus potestatem metropoliticam directas dicunt, vel ut Knust (9), qui et ipse Benedictum Levitam Moguntinum auctorem vocat, ad vindicanda jura episcoporum tum adversus laicalia, tum synodalia judicia conflictas censent. Quibus accensendi sunt, qui præ cæteris nobis genuinum Decretalium fontem prælucentibus sane aliis indigitasse videntur. A. Wasserschleben (10) et Gfrorer (11) censent enim Otgarium sive Autgarium archiepiscopum Moguntinum ad vindicanda sedi Moguntinæ primatialia in Germaniam jura, porro ad tuenda adversus principes et synodos episcoporum jura, post conventum Theonisvillanum anni 835 Decretales congeri curasse. Cui opinioni saltem ut probabiliori accedit vir non sine laude nominandus Carolus Hefele (12), licet pro ea, qua est modestia et judicii moderatione difficultates non dissimulet.

Nos his ducibus tria potissimum ad enodandum istud ænigma statuimus : 1° Decretales neque Romæ, neque sæculo VIII, sed 2°, sæculo IX mediante in Francorum ditione confectas; denique 3° verisimile admodum videri Otgarium Moguntinum archiepiscopum auctorem, uti dicunt moralem Decretalium fuisse.

Qui Pseudoisidorum Romæ sæculo VIII collectum dicunt, eo potissimum argumento nituntur, capitula quæ dicuntur Hadriani I, sive Angilramni Metensis (13) ex Pseudoisidoro excerpta, eadem ipsa autem testantibus pluribus codicibus (14) ab Hadriano I Angilramno Romæ tradita fuisse.

Verumtamen invicte ostendit Wasserschleben illam codicum inscriptionem præferendam, quæ ab Angilramno pontifici oblata testatur, cum 785 Romæ accusationis amovendæ causa versaretur. Nam in omnibus magis conveniunt disciplinæ, quæ in Francorum regno præsertim quoad synodos provinciales vigebat quam illi, quam tunc temporis pontifices propugnabant; imo nonnulla sunt quæ juribus pontificum minus favere videntur, ut capitula 6, 20, 27, 28. Fontes denique, ex quibus hausta sunt capitula, ii non sunt ex quibus Romanus pontifex hausisset, verbi gratia, synodorum hispanarum et gallicanarum decreta, lex Visigothorum, breviarium Alaricianum. Imo non desunt (15), qui censeant, dicta capitula serioris esse ætatis et ab ipso Mercatore ficta.

Invalidum est igitur argumentum quod ei innititur prætensæ rationi, capitula Angilramni Romæ confecta fuisse; deficit ergo locus. Verum falsum est etiam ex ipso Mercatore excerpta fuisse; ergo deficit et tempus. Nihil in iis est quod scopo et principiis Pseudoisidorianis præsertim circa accusationes episcoporum conveniat. Nam quæ in duobus capitulis ex Isidoro inveniuntur desumpta, in codice uno melioris notæ deesse seriusque interpolata fuisse testatur Wasserschleben. Imo nonnulla sunt in iis, quæ Isidoro contradicant, ut cap. 6, 12, 27, 28. Manifestum est e contrario Isidorum ex Angilramno hausisse, cum nonnunquam, ubi hic fontes suos accuratius allegaverit, ille vario modo immutatos reddat.

Neque melius Theiner et Eichhorn nonnullas Pseudoisidorianæ collectionis partes, ut epistolas Pseudoclementinas, donationem Constantini, gesta Sylvestri, a testibus sæculi octavi, ut Hadriano I in epistola ad Carolum Magnum directa, capitulari quodam anni 806, dictis quibusdam Agobardi Lugdunensis et Theodulfi Aurelianensis jam advocatas fuisse. Nam satis constat, ejusmodi documenta jam ante Isidorum ficta fuisse, qui sane non solum decepit, sed et ipse in multis deceptus est.

Alii, quos jam sæculo VIII exstantis Mercatoris documenta volunt esse, juniores Decretalium auctore facile probantur. Huc pertinet Remedii Curiensis collectio canonum, quam jussu Caroli Magni conscripsisse dicitur, cum titulus, cui dicta opinio innititur, plane conflictus sit (16). Huc et reponendum est argu-

(5) Fragmente aus und über Pseudoisidor, Tübinger Quartalschrift 1829. Heft u. Jahrg. 1832. Heft 1.

(6) Geschichte des canonischen Rechts.

(7) Geschichte der christlich-Kirchlichen Gesellschafts versassung, Bd. II, p. 800 ff.

(8) Grundsatze des gemeinen Kirchenrechts.

(9) Knust de fontibus et consilio Pseudoisidorianæ collectionis, Gottingæ 1832.

(10) W. Beitrage zur geschichte der falschen Decretalen, Breslau 1844.

(11) Gfrorer, Freiburger theol. Zeitschrift 1847, et : Untersuchung über Alter, Ursprung, Zweck der Decretalen des falschen Isidors, Freibur 1848, et : Geschichte der ostund Wessfrankischen Carolinger, Freit. 1848. I Bd.

(12) Hefele, Tübinger theol. Zeitschrift, Jahrg. 1847. Aeft 4.

(13) Vide ap. Mansi t. XII, p. 904 sqq.

(14) Cf. Ballerinios de antiquis collectionibus et collectoribus canonum, part. III, c. 6, § 2, n. 8, ad calcem operum S. Leonis, Patrologiæ tom. LVI, col. 244.

(15) Knust, Walter, Rettberg, Kirchengeschichte Deutsch. land's Band I, Anhang et jam ante istos Ballerinii l. c.

(16) Ita Ballerinii l. c. cap. 4, § 4, n. 13, Patrol. t. LVI, col. 249, c Knust, Wasserschleben, Richter, Walter, Kunssmann, die Canonensammlung des Remedius von chur, Tubingen 1836.

mentum desumptum ex epistola Gregorii IV ad episcopos Galliæ et Germaniæ anni 832, si nothra sit, ut Richter censet. Verumtamen ponamus et genuinam esse, tunc plane non liquet, utrum ipsa ex Isidoro, an Isidorus ex ipsa hauserit.

Magnum denique quiddam se præstare sibi visus est Eichhorn, ut idem evinceret, quod Librum Pontificalem, quo præprimis usus est Mercator, extra Italiam incognitum fuisse, uti putabat detexerit. Quod oppido falsum est, cum et Beda Venerabilis sæculo VIII illo usus fuerit, neque desint ejusdem temporis codices Gallicani. Sed quid tempus terimus refellendis istorum ratiunculis, cum pontifices duo, annis adhuc 850 et 863, ipsi canonicas auctoritates enumerantes, quibus Romana Ecclesia utatur, nonnisi decretalium, quæ in collectione Dionysiana auctiore continentur, mentionem faciunt. Ita Leo IV, epistola 2 ad episcopos Britanniæ (17) : « De libellis et commentariis aliorum non convenit aliquem judicare et sanctorum conciliorum canones relinquere vel decretalium regulas, id est, quæ habentur apud nos simul cum illis in canone et quibus in omnibus ecclesiasticis utimur judiciis, id est, Apostolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensium, Antiochensium, Laodicensium, Chalcedonensium, Sardicensium, Carthaginensium, Africanensium et cum illis regulæ præsulum Romanorum, Silvestri, Siricii, Innocentii, Zosimi, Cœlestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Simplicii. Isti omnimo sunt, per quos judicant episcopi et per quos episcopi simul et clerici judicantur. Nam si tale emerserit vel contigerit inusitatum negotium, quod minime posset per istos finiri, tunc si illorum, quorum meministis, dicta Hieronymi, Augustini, Isidori vel cæterorum similiter sanctorum doctorum similium reperta fuerint, magnanimiter sunt retinenda ac promulganda vel ad apostolicam sedem referatur de talibus.

Nec minus Nicolaus I episcopus ad Hincmarum Rhemensem a. 863 (18) : « Præterea quidem et sancimus, ne quilibet ..... impune audeat seu valeat aliena expetere aut exspectare judicia aut alienas contra canones ordinationes suscipere vel ad alias provincias irregulariter convolare, sed ita ut Nicænorum et cæterorum conciliorum canonicis definitionibus est promulgatum et beatorum Siricii, Innocentii, Zosimi, Cœlestini, Bonifacii, Leonis, Hilarii, Gelasii, Gregorii ac cæterorum Romanæ sedis pontificum constitutionibus est decretum, salvo in omnibus jure apostolicæ sedis. »

Quid igitur longiori examine opus est, cum ipsi pontifices se ab ejus modi fictione alienissimos ostendant, saltem, quod modo nobis sufficiat, ad annum usque 863, quo certe jam undequaque in Galliis sparsæ erant merces Pseudoisidorianæ.

3. Amotis quæ obstabant, ad positiva argumenta procedamus atque quando et ubi conflictus fuerit Pseudoisidorus statuamus. Id præprimis certum videtur ex iis, quæ Ballerini (19), Knust, Wasserschleben congesserunt, rationibus, in ditione Francorum fraudis cunabula esse requirenda. Nam codices omnes et ipse Vaticanus n. 630, qui omnium antiquissimus est, inde originem traxerunt. Decretales a Francis auctoribus primum allegantur, fontes ex quibus hausit Pseudoisidorus, nempe decreta conciliorum *Hispaniæ* et Galliæ, Breviarium Alaricianum cum interpretatione Aniani, Collectio canonum Quesnelli, epistolæ S. Bonifacii Moguntini ad regnum Carolingorum spectant. Collectio Hispanica, quam suæ fundamentum fecit Pseudoisidorus iis mutationibus affecta apud ipsum apparet, quæ in codicibus originis Gallicanæ reperiuntur (20) : sed et loquela Francum prodit : v. g. *missi* dicuntur legati, *seniores* pro dominis feudalibus, *comites* sensu, qui tunc invaluit, leguntur; *venire, habere, modernus, custodire* vocabula ad usum Franco-Germanorum adhibentur.

In statuendo fraudis tempore terminum ad quem indubium habemus in Conventu Carisiacensi anni 857, qui Pseudodecretalibus certissime usus est. Terminum a quo Blondellus et Ballerinii, Wasserschleben, Gfrorer in synodum Parisiensem anno 829, Walter in epistolam Gregorii IV a. 832, Knust in synodum Aquensem 836, reposuere, eo quod impostor ex ipsis hausisse videatur.

At istiusmodi argumentum non solidum satis videtur. Quæritur enim in ejusmodi casibus, quis ex duobus, quos ita consonare videas, ut ab invicem pendere necesse sit, alterum secutus fuerit, quis præcesserit. Sufficiat igitur præprimis nobis aliquanto ante conventum Carisiacensem tempore, sæculo IX mediante, Pseudoisidorum in lucem erupisse.

4. Ut autem penitus in tenebras, quæ epocham, auctorem, scopum Pseudodecretalium contegunt introspiciamus, oportet, ut ad alium falsatorem ejusdem ævi, qui Pseudoisidoro conjunctissimus videtur, animum advertamus. Benedictus is est, Levita Moguntinus (21), qui ut ipse in sui operis præfatione ait, jubente arhiepiscopo suo Otgario, novam collectionem Capitularium, quæ Ansegisii syllogen suppleret, ex schedulis quas Riculphus quondam archiepiscopus congesserat, conficiendam sibi proposuit. Ista vero

(17) Mansi, T. XIV, 884.
(18) Mansi, T. XV, 374.
(19) L. c., § 4, n. 14, Patrol. t. LIV, col. 250.
(20) Ballerinii, ibid. et n. 19, coll. 255. D.
(21) Ejus opus vide in Baluzii Capitular. regum Franc. et apud Pertz Monum. Germaniæ historica, Tom. IV, pag. 39. App.

prætensa Capitularia merces sunt ad modum Pseudoisidori undique corrasæ. Porro pars circiter vicesima, nempe 57 capitularia, ex Pseudoisidoro desumpta sunt, ita ut negari possit nexum inter utrumque impostorem interesse, ut vix non dicas unum atque eumdem esse, qui canones et capitularia supposuit, eademque principia spargenda, eumdemque finem legibus tum ecclesiasticis tum civilibus supponendis attingendum sibi proposuisse. Utrumque librum jungit, eidemque auctori tribuit Hincmarus Rhemensis in opusculo contra Hinemarum Laudunensem; c. 24, vocat Pseudoisidorianam syllogen librum collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculfus Moguntinus episcopus in hujusmodi, *sicut et in capitulis regiis* obtinuit.

Hoc supposito intra arctiores fines Pseudoisidoriani operis ortum restringere licebit. Nimirum Benedictus ille Levita iterato (22) testatur, se opus suum defuncto Ludovico Pio, regnantibus ejus filiis, quos reges jam vocat, jussu Otgarii archiepiscopi conscripsisse. Atqui Ludovicus 840, Otgarius 847 defunctus est; tempus proinde intermedium epochæ Benedicti Levitæ assignandum erit, proindeque Pseudoisidorus, quo ille utitur, aliquanto tempore præcedit.

5. Verumtamen id minimum erit emolumenti, quod ex Benedicti cum Pseudoisidoro nexu nostræ quæstioni proficiat. Jam vestigium aliquod auctoris apparet, jamque scopum ipsius ex temporum locorumque circumstantiis eruere, epochamque confecti operis accuratissime determinare licebit.

Duo sunt, qui ad Pseudoisidorianas merces fabricandas concurrere potuerunt : Riculfus, qui schedulas, ex quibus Benedictus, proindeque ejus parens vel frater Pseudoisidorus hauserunt, congessit, et Otgarius, quem Benedictus sibi opus intulisse fatetur.

Riculfum jam Hincmarus senior plerique antiquiores post ipsum auctorem Decretalium suspicati sunt. Scripsit ille in opusculo contra Hincmarum Laudunensem c. 24 : « Si vero ideo talia, quæ tibi visa sunt, de præfatis sententiis (Angilramni) ac sæpe memoratis epistolis detruncando et præposterando atque disordinando collegisti, quia forte putasti neminem alium easdem sententias vel ipsas epistolas præter se habere, et idcirco talia libere te existimasti posse colligere; res mira est, cum de ipsis sententiis plena sit ista terra, sicut et de libro collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculfus Moguntinus episcopus in hujusmodi sicut et in capitulis regiis studiosus obtinuit et istas regiones ex illo repleri fecit. » Atqui certissimum est Hincmarum hic errasse collectionemque Pseudoisidorianam cum genuina Hispana confudisse.

Nam ex monumentis (23) certum est, Rachionem Argentoratensem episcopum Riculfi suffraganeum a. 788 Isidorianam genuinam canonum collectionem conscribi curasse. Verisimillimum est autographum illud ipsum fuisse, quod Riculfum ex Hispania attulisse Hincmarus contendit. Porro illo tempore, quo Moguntiæ sedit Riculfus, nempe ab anno 787 ad annum usque 813 non eæ erant temporum circumstantiæ, quas supponit Pseudoisidorus, ut sacerdotes opprimerentur, bona ecclesiastica diriperentur, hisque similia, quæ Carolo Magno regnante non occurrunt. Riculfum Blondellus novi aliquid intulisse colligit ex l. VII Capitular. 281, ubi ille in conventu Wormaciensi Gregorii epistolam attulisse traditur, cujus nulla ante nec post memoria exstitit. Verum hæc sincera erat epistola Gregorii II ad S. Bonifacium. Ait quidem Benedictus in suorum Capitularium præfatione. « Hæc vero capitula, quæ in subsequentibus tribus libellis coadunare studuimus, in diversis locis et in diversis schedulis, sicut in diversis synodis ac placitis generalibus edita erant, sparsim invenimus et maxime in sanctæ Moguntiacensis metropolis ecclesiæ scrinio a Riculfo ejusdem sanctæ sedis metropolitano recondita et demum ab Autcario secundo ejus successore atque consanguineo inventa reperimus, quæ in hoc opusculo tenore suprascripto inserere maluimus. » At quis est tam cæcus, ut non videat id ab impostore fictum fuisse, ut suis figmentis auctoritatem conciliaret, cum tam longe lateque notum esset, Riculfum incognitam hucusque illis in regionibus canonum syllogen ex Hispania detulisse. Denique Benedictus ne quidem omnia se ex Riculfi schedulis traxisse contendit, sed ex diversis locis et chartis.

6. Longe aliter res se habet, si ad Otgarii indolem resque ab eo gestas respiciamus. Duo sunt, quæ impostorem intendisse manifestum est : vindicare episcopos a laicalibus (24) et synodalibus (25) judiciis falsisque accusationibus eorumque bona a direptione sæcularium tueri (26), et primates, quos primus ille latius inducendos docet (27), quos judices esse vult, ad quos a judicio metropolitani appellare liceat, effer-

(22) Pertz leg. II, b. p. 39, p. 40.

(23) Grandidier, Histoire de l'Eglise de Strasbourg, I. 315, et pièces justificat. n. 78.

(24) Pii ep. 1, 2. Pontiani ep. 1. Zephyrini ep. 1.

(25) Damasi ep. 5. Julii ep. 1. Zephyrini ep. 1. Damasi 4. Sixti 2.

(26) Pii ep. 2. Zephyrini ep. 2 cf. Præfationem.

(27) Ep. Aniceti ad episc. Galliæ : « Nulli archiepiscopi primates vocentur, nisi illi, qui primas tenent civitates, quarum episcopos apostoli et successores apostolorum regulariter patriarchas et primates esse constituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse sit propter multitudinem eorum primatum constitui. Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur. » Mansi t. I, 684. — Clem. ep. 1, Julii ep. 2, c. 12. Felicis II ep. 1, c. 12. V. Ægyptiorum ep. ad Felicem II Victoris ep. 1.

re Alii duos fines, quos prosequi ipsum videas, pontificiam auctoritatem jusque appellationum tueri, metropolitanorum prærogativas deprimere, secundarii plane sunt atque prioribus illis subordinati. Ad pontifices enim recurrit eo, quod episcopos in ipsis validissimum adversus oppressorem tutamen habituros confidat. Hinc et causas episcoporum majores atque pontificibus reservatas tam acriter tuetur. Quæ omnia, si Otgarii ævum vitamque conferamus, sicut impressam ceram sigillo respondere videbimus.

Ludovicus Pius cum ex altera uxore Juditha filium Carolum, qui Calvus postea dictus est, genuisset, una cum imperatrice eo tendebat, ut imperii partem secundarum nuptiarum filio compararet. Hinc filii Irmengardis, prioris uxoris, quibus lege a. 817 de successione lata imperium diviserat, armis patrem impetierunt. Ex ipsorum partibus plurimi ex prælatis stabant, ut Wala, Hilduinus, Elizachar, abbates; Ebbo Rhemensis, Agobardus Lugdunensis, Jesse Ambianensis, Otgarius Moguntinus, episcopi. Res eo deductæ sunt, ut imperator pœnitentiam publicam, suadente potissimum Ebbone Rhemensi, agere compulsus fuerit, Imperatore autem misere oppresso, mutati sunt in meliorem sensum subditorum filiorumque Ludovici et Pippini animi, ita ut in regnum restitueretur. Tunc in synodo Theonisvillana a. 835 depositus est Ebbo, postquam se indignum episcopatu scripto fassus fuisset, alii diversis modis pœnas dederunt. Otgarius humiliter veniam petens post brevem carcerem dimissus est. Defuncto Ludovico, nova inter filios discordia exarsit, Lothario eo tendente, ut universum Caroli Magni regnum sibi subjiceret; Ludovico Caroloque partes suas sibi vindicantibus. Qua in rixa Otgarius unitati imperii servandæ jugiter studens, a Lotharii partibus et Nikardo teste (28) omnium infensissimus Ludovici Germanici adversarius fuit, ita ut devicto etiam Lothario cum aliis ejusdem vasallibus ad Rhenum tenderet, quo Ludovicum a trajiciendo flumine impediret. Res autem cum male cederet, a Ludovici ira aufugit. Post pactum Virodunense demum in gratiam Ludovici rediit. Certe anno 845, episcopale munus exercentem et Ludovici favore fruentem videmus.

Quam male tantis in turbis eoque barbariei tempore habitæ fuerint ecclesiæ earumque bona et ministri vix operæ pretium est, ut ex ejusdem epochæ synodis auctoribusque probemus. Hinc igitur illæ de direptis ecclesiis querelæ. Neque mirum est, Otgarium post synodi Theodonisvillanæ contra se et suos decreta, in synodorum judicia invectum fuisse, tantaque de formis judiciorum in episcopos habendorum congessisse, quæ vel ictum ferendum averterent, vel potius latum injustitiæ arguerent. Aliqua etiam occurrunt in Decretalibus, quæ ut ostendit Acfele (29), perspicue satis Ebbonis confessionem atque depositionem indigitare videantur. Hæc enim scribit Pseudoalexander (30) : « Similiter si hujusmodi personis quædam scripturæ quoquo modo per metum, fraudem aut per vim extortæ fuerint, vel ut se liberare possint, quocunque ab eis conscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præjudicium aut momentum pervenire censemus, neque ullam eis infamiam vel calumniam aut a suis sequestrationem bonis, unquam auctore Deo et sanctis apostolis eorumque successoribus sustinere permittimus. » Imo quædam Decretalibus inesse nobis videntur ex iis, quæ ad primam sedem respiciunt, quod a nemine judicetur, quæ ab illius temporis eventibus pendeant. Gregorius nempe IV, ut pacem inter patrem filiosque conciliaret ex Italia accedens, cum a Lothario retentus filiis favere videretur, in eum insurrexerunt Germaniæ præsules, qui ex Ludovici partibus stabant, et eo progressi sunt, ut pontificis excommunicationem molirentur. Jam tunc factum est ut Wala, Corbeiensis abbas, quem supra inter filiorum asseclis nominavimus, pontifici syllogen quamdam auctoritatum a. 833 offerret, quibus pontifici omnem B. Petri auctoritatem excellentem et potestatem vivam inesse, ipsum omnes judicare et a nemine judicari ostenderet. Ejusmodi porro serius et Isidorus noster congessit.

Alter finis, quem Pseudoisidorus sibi proposuit, nec minus Levita Benedictus promovit, is erat, ut dicebamus, ut primatialia pura ecclesiæ Moguntinæ vindicaret, similia illis, quibus metropolitæ Carthaginiensis in Africa, vicarii pontificii aliis in partibus patriarchatus Romani fruebantur. Quam præclare hæc in Otgarium quadrent videbimus, si a S. Bonifacio usque ad ipsum, quænam hujus dignitatis in sede Moguntina sors fuerit, inquiramus. Sanctissimus ille Germaniæ apostolus a Zacharia papa Moguntinam sedem in metropolim evectam accepit, cui subjicerentur Ecclesiæ Tongrensis, Coloniensis, Wormaciensis, Spirensis, Trajectensis et omnes illi, qui ab eo conversi fuerant, Germaniæ populi, nempe recenter ab eo erectæ sedes Herbipolensis, Buraburgensis, Erfurtensis, Eichstettensis, quibus posterius Augustana, Constantiensis, Curiensis, Argentoratensis accesserunt. Quæ potestas vere primatialis erat, cum omnes integræ nationis ecclesiæ Moguntinæ subjicerentur. Mox tamen, sedente Lullo Bonifacii successore, ab Hadriano I diœcesis Trajectensis a metropoli Moguntia divisa est et Coloniensi ecclesiæ subjecta. Imo potestas illa vicarii apostolici et primatis non videtur ad Bonifacii successores transiisse, ut egregie ostendit

Sixti II ep. 1. Felicis I ep. 1. Benedictus Levita l. II. can. 309, 381. III. 1. 83, 89, 156, 171, 314, 321, 439, 460.

(28). Histor. II. 7. Pertz II. 659.
(29) L. c., p. 627.
(30) Ep. 1.

Blascus, c. 7 suæ de Collectione Isidori Mercatoris dissertationis, (30*) Moguntia tamen primum locum inter imperii Francorum sedes longo tempore retinuit, ut idem c. 13 ostendit latius. Adeoque facile Bonifacii successori ea ambitio in mentem venit, ut Bonifacii prærogativas in se tum servari, tum restitui postularet. Riculfus, qui Lullum secutus est, Salisburgum et Coloniam in metropoles erigi invitus vidit. Otgario sedente in eo erat, ut pars major suffraganeorum Moguntiæ eriperetur, proindeque et diœcesis metropolitica minueretur, cum Ludovicus Germanicus partes imperii cisrhenanas ut sibi proprias vindicaret, provinciæ vero ecclesiasticæ fines regnorum sequi solerent. Hinc factum est, ut Otgarius tantopere unitati imperii studeret, Ludovico Pio adversaretur, cum Alsatiam, Sueviam et partem Burgundiæ filio Carolo concederet, Lothario faveret, cum integram Caroli Magni hæreditatem appeteret. Quod apprime in Decretalibus expressum reperias. Pelagium II papam sic loquentem inducit atque exponentem, quid sit justa provincia ecclesiastica (31) : « De cætero, fratres, super provinciæ causa unde sedem apostolicam dudum consulere voluistis, videtur nobis sufficienter tractatum a sanctis prædecessoribus nostris. Sed quia denuo nostram mediocritatem de eadem re interrogare dignum duxistis, scitote, certam provinciam esse, quæ habet decem vel undecim civitates et unum regem et totidem minores potestates sub se, et unum episcopum aliosque suffragatores decem vel undecim episcopos judices, ad quorum judicium omnes causæ episcoporum et reliquorum sacerdotum ac civitatum causæ referantur, ut ab his omnibus juste consona voce discernantur, nisi ad majorem auctoritatem fuerit ab his, qui judicandi sunt, appellatum. Unde non oportet, ut degradetur vel dehonoretur unaquaque provincia, sed apud semetipsam habeat judices, sacerdotes et episcopos singulos videlicet juxta ordines suos. » Atqui quarto post pacem Virodunensem anno, quæ ne provinciæ Moguntinæ discerperetur, ex Otgarii votis avertit, Rhabanus Maurus ejus successor synodum Moguntiæ celebrans, undecim habuit suffraganeos, Salomonem Wormatiensem, Gebhardum Spirensem, Gozbaldum Herbipolensem, Otgarium Eichstettensem, Baturatum Paderbornensem, Ebonem Hildesiensem, Haymonem Halberstadiensem, Waltgarium Verdensem, Gerbrathum Curiensem, Latonem Augustanum, Salomonem Constantiensem, (32) uno verbo tot episcopos sibi subditos, quos Pseudopelagius provinciam constituere voluit. Nota etiam a Pseudodecretali requiri, ut provincia in unius regis ditione sit. Requirit insuper ut urbes, in quibus primates sessuri sint, jam ante Christi adventum majores atque primariæ urbes fuerint (33). Non deerant autem, qui Moguntiæ ortum a Magontio, Herculis filio, vel a Magog, filio Japhetis, vel a Magis Treveris expulsis deducerent. Certe a Druso aliquo ante Christum natum tempore civitatis nomine donata est. His addas in epistola Aniceti supra citata primatem non admitti præter constitutos ab apostolis, nisi populo posterius converso qui tantus sit numero, ut tali capite egeat; habebisque Moguntiam ejusque provinciam quasi depictam.

Neque majori difficultate explicare nobis licebit, cur post pacem Virodunensem Otgarium videamus ab ejusmodi fraudibus abstinere, atque Ludovico Germanico reconciliari altumque de Pseudoisidorianis decretalibus silentium tum a Rhabano successore, tum longo post tempore in Germania esse. Id inde deducendum est, quod pace Virodunensi ejusmodi imperii divisio inducta sit, quæ Moguntiacæ provinciæ amplitudinem intactam omnino relinqueret. Tunc ipse fraudis inventor proprias merces utpote sibi jam inutiles neglexit.

Hæc omnia si complectamur, verisimillimum videtur Otgarium Moguntinum saltem causam moralem Decretalium fuisse. Utrum Benedictus Levita, ut Walter, Knust et alii probabiliter autumant, ipse Mercator fuerit, necne, id equidem definire nolim, neque puto unquam in dubio detegi posse. Id sane favet suspicioni, quod partes Pseudoisidorianas, quibus utitur, quadam libertate immutando transtulerit, sicut is, qui proprias lucubrationes adhibeat, non ad verbum allegando ut is, qui aliena transcriberet.

Jam vero patet, Decretales et posteriora Benedicti Capitularia non ante conventum Theodonis villanum a. 835 confecta fuisse neque post pacem Virodunensem a 834 esse reponenda. Utrum denique, ut Gfrorer suspicatur postmodum a Wenilone Senonensi, qui et ipse Ecclesiæ suæ primatum in Galliis affectabat (quod et Ancegisio ejus successori contigit), et a Rothadio Suessionensi aucta fuerint, vix est, ut quis decernat, neque ejusmodi suspicio rationibus, quæ prudentem moveant, innititur. Neque iis possumus, his statutis, assentiri, qui innocuum tantopere Mercatorem illum depingunt. Quis enim in animum inducat, hominem, qui ejusmodi mendacium in mundum invexit, adeo columbinæ fuisse simplicitatis, ut mentiendo vix non recte se agere putaret. Pias fraudes nos non novimus, neque piorum unquam fuisse credimus. Multo minus vero dicendum est, ejusmodi falsa tunc non pro fraudibus, sed pro modo quodam propria principia exponendi habita fuisse.

(30*) Carolus Blascus, de collectione canonum Isidori Mercatoris, commentarius ap. Gallandium de vetustis canonum collectionibus, dissertationum sylloge T. II ed. Moguntinæ, 1790

(31) Ep. alias 8.

(32) Harzheim, Conc. Germ. II. a. 852.

(33) ep. 11. Stephani I. c. 4, Anaclet. ep. 2. c. 4.

Locus denique præfationis Pseudoisidori, ex quo cl. Rosshirt (33*) ostendere nititur, merces istas ex Græcis fontibus haustas fuisse, nihil plane probat. Nam præfationis illius auctor de conciliis loquitur, non de decretalibus. En verba : « Ea vero concilia, quæ Græco sunt edita stylo, amplius quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata aut conscripta reperimus. Quod si veritas quærenda, ex pluribus Græcorum sequamur stylum eorumque imitemur dictiones atque exemplaria, etc. » Quæ vero ex codicibus Bambergensibus attulit monumenta, in quibus Pseudodecretales ante Mercatorem habeantur, post ipsum conscripta fuere, utpote quæ ad ordinationes Formosi referantur. Illud autem opusculum quod ex Bambergensibus codicibus erutum, omnino incognitum fuisse putat, ac Pseudoisidoro priorem, ex quo hausisse Mercatorem supponit, non est nisi liber prior Auxilii de ordinationibus Formosi, qui multo post Mercatorem tempore scripsit. Proinde licet verum sit, Pseudoisidorum multa jam exstantia adhibuisse, non tamen dicendum est eum plurima non proprio Marte conseruisse.

7. Audiamus modo, quæ a Cl. Hefele per modum dubii, cum ipsi hypothesi nostræ faveat, in contrarium apposita sunt (34). Tot partes in Pseudodecretalibus exstare, quæ prætenso auctoris scopo nullatenus inserviant; quod metropolitica potestas adeo deprimatur, non quadrare in Otgarium, qui ipse metropolita fuerit, Benedictum Levitam, quem Isidoro conjunctum supponimus, multo minus metropolitis infensum esse. Virum videri, si Otgarium decretalium auctorem habeas, ab ejus successore Rhabano eas plane ignorari, imo nullum earum longo post tempore usum factum fuisse in Germania, ita ut synodo Gerstungensi 1085 episcopi Germaniæ una cum legato apostolico nonnisi cum quodam despectu earum mentionem facerent.

At enimvero quis nescit, ejusmodi falsarios iis, quæ præprimis in hominum mentes inducere intendunt, multa admiscere, quæ indifferentia sint et innocua videantur, ne prava intentio perfracte nimis nudeque exposita, statim appareat. Isidorum metropolitas deprimere non est, cur miremur, cum superiorem primatis auctoritatem sibi arroget. Verumtamen nolim dicere Decretales directe metropolitis adversari, neque synodos, quarum celebrationem inculcat (35); id tantum modo intendit, ne synodorum judicia arbitrario modo habeantur, neque ullum sit ab iniquis sententiis refugium, neve in aliena provincia judicium exerceatur, quod in Theodonis villa factum fuerat; imo vult causas primo ad metropolitam, deinde ad synodum, postmodum ad primatem, denique ad pontificem deferri, nisi statim ad ipsum appellatum fuerit (36). Benedictum itaque Levitam in metropolitas minus iniquum fuisse, non recte opponas; adde quod eumdem cum Isidoro fuisse nullatenus certum sit, proindeque diversitatem aliquantulam admittere absonum non sit, diversam denique fuisse Pseudocapitularium materiam.

Qua de causa ab episcopis Germaniæ et a Rhabano, silentio præterita, imo ab ipso demum Otgario derelicta fuerit congeries Pseudodecretalium, egregie exposuit Gfrorer, neque quidquam illis addendum est, quæ supra ex ipso excerpsimus, præter id, episcopos Germaniæ plerosque a parte Ludovici pii et cognominis postmodum filii stetisse proindeque non tam ad ipsos mitti ab ipsisque recipi potuisse collectionem canonum, quam ad Otgarii sodales in Neustria degentes, apud quos late sparsam postmodum invenias, cum ab auctore a Ludovico in gratiam recepto jam derelinqueretur. Falsum etiam est Germaniæ episcopos neque ad annum 1085 et ultra decretales vel neglexisse, vel sprevisse. Nam in synodo Coloniensi a. 887, epistola Anacleti, in Moguntina 888 epistola Urbani, in Triburiensi demum 895 pluribus decretalibus Pseudoisidorianis utuntur. Alia, quæ facile solvuntur, brevitatis causa omittimus.

§ II.

8. Licet modo critici quasi omnes fateantur, Decretales Pseudoisidorianas neque Romæ neque ut Pontificibus inservirent, inventas fuisse, multi tamen Pontifices iis postmodum favisse ipsisque in proprium commodum usos esse contendunt. Wasserschleben censet Sergium II jam a. 844 Drogonem Metensem episcopum Galliarum primatem sedisque apostolicæ vicarium ad normam juris Pseudoisidoriani creare voluisse. Verum iis in actis nihil occurrit, quod speciali forma Decretalium vestigium præ se ferat, neque ea dignitas, quam Drogoni moliebatur pontifex, novella adeo erat.

Nicolai I epistola ad Gallos in causa Thietgaudi Trevirensis (37). quæ Alexandri I Pseudodecretalem allegat, quamque Hontheim ad annum 861 refert, suspectæ auctoritatis est, eamque Kunstmann (38) Nicolaii II esse censet, cum ea, quæ de Trevirensi antistite dicantur, non in Thietgaudum, sed in Eberhardum quadrent, qui a Conrado comite Lutzelburgensi captus est. Res confecta est, usque ad annum 863, quo Nicolaus ad Hincmarum Rhemensem scribens, nonnisi Decretales Hadrianæ collectionis enumerat, ut supra retulimus, Romanos pontifices Pseudoisidoriana plane nescisse. Eodem fere tempore Lupus Ferrariensis

33*) L. c. p. 52.
34) L. c. p. 628.
35) Anacleti ep. 1. Felicis ep. 1. Julii ep. 2.
(36) Cf. ep. 8 Pelagii I.
(37) Ap. Hontheim, Hist. Trevir. T. I, p. 197.
(38) Neue Sion 1845, N. 54.

abbas eumdem pontificem de quadam Pseudoisidoriana Melchiadis decretali consuluit his verbis (39) : « Dicitur autem Melchiades papa decrevisse, ne quis unquam pontifex sine consensu papæ Romani deponeretur. Unde supplicamus ut statuta illius integra, sicut penes vos habentur, nobis dirigere dignemini. »

Pontifex autem ad Wenilonem ejusque coepiscopos, quibus conjunctus Lupus scripserat, respondens, hac de re plane tacet, sane eo quod decretalem non invenerit, vel si mavis responsum ad Lupum datum intercidisse, idem tamen inde sequitur, quod Nicolaus decretali, quæ tantopere pontificiæ auctoritati favebat, ad Wenilonem respondens uti spreverit.

9. Hinc plurimi censent, eumdem Nicolaum tandem a Rothadio Suessionensi, cum Romæ adversus Hincmarum Rhemensem appellatus versaretur Decretalium notitiam accepisse. Ita Gfrorer, Spittler (40).

Quidquid sit, certum est Nicolaum a. 865 ad Gallicanos episcopos hac de Rothadii causa scribentem Hincmarum refellere, quod Decretales pontificum, quæ in codice canonum, hoc est Hadriana collectione non habeantur, hac de causa nullius esse roboris prætendat. Hæc sunt verba (41) : « Quod tamen vos, ut servata vobiscum medullitus charitate dicam, postposuisse dolemus et diversorum sedis apostolicæ præsulum decreta in hoc vos contempsisse negotio non immerito reprehendimus. Absit enim, ut cujuscunque, usque ad ultimum vitæ suæ diem qui in fide catholica perseveraverit, vel decretalia constituta vel de ecclesiastica disciplina quælibet exposita, debito cultu et cum summa discretione non amplectamur opuscula, quæ duntaxat et antiquitus sancta Romana Ecclesia conservans nobis quoque custodienda mandavit et penc se in suis archivis et vetustis rite monumentis recondita veneratur..... Quanquam quidam vestrum scripserint, haud illa decretalia priscorum pontificum in toto codicis canonum corpore contineri descripta, cum ipsi, ubi suæ intentioni hæc suffragari conspiciunt, illis indifferenter utantur et solum nunc ad imminutionem potestatis sedis apostolicæ et ad suorum argumentum privilegiorum minus accepta esse perhibeant. Nam nonnulla eorum scripta penes nos habentur, quæ non solum quorumcunque Romanorum pontificum, verum etiam priorum decreta in suis præferre noscuntur, »

Neque opus est, ut cum Kunstmanno dicamus, Nicolaum hie loci ad Pseudodecretales minime respicere, quod ex ipso verborum tenore refellitur.

Verumtamen oppido errat, qui inde concludit, Nicolaum Decretales ipsas recepisse, vel illis unquam usum fuisse. Hefele (42) quidem epistolam Nicolai ad Carolum Calvum ejusdem anni (43) allegat, in qua Julii Pseudodecretali utatur. Sed pace egregii viri dictum sit, nullibi in Decretalibus falsis ea invenire potuimus, quæ de Julio refert Nicolaus. Neque verba aliud præ se ferunt, nisi brevem gestorum narrationem, quam ex historia tripartita vel ex genuina Julii ad Orientales epistola desumpsit. En verba : « Sed et papa Julius Orientalibus scribens, utramque partem Athanasii scilicet et adversariorum ejus accelerare præsentiam, quatenus utraque parte præsente audiretur reus et ab omnibus condemnatus, de cætero cohiberetur a sacerdotio. » In altera ejusdem anni epistola ad Gallos genuinam Julii decretalem attulit. Nunquam Nicolaus Decretalibus usus est, nunquam aliquam speciali mentione advocat, licet toties occasio occurrerit.

Quod ad illam epistolam attinet, ad Hincmarum directam, quæ unica est, in qua pontifex ad Pseudodecretales respiciat, duo sunt, quæ dicenda nobis erunt.

Præprimis notandum est, Nicolaum nonnisi confusam quamdam generalemque Decretalium illarum notitiam præ se ferre, neque unquam eas præ oculis, nisi in aliquot ab Hincmaro citatis locis, habuisse videri. Nam nonnisi una vice generalibus quibusdam verbis de ipsis loquitur.

Alterum, quod maximi momenti habendum, id est, Nicolaum minime de authentia Decretalium agere, sed statutum tantummodo ab Hincmaro principium impugnare, decretales illas, licet genuinæ forent, nullius esse auctoritatis eo quod in Codicem Canonum, collectionem nempe Hadrianam, non fuerint receptæ. Quæstionem de authentia Decretalium inductam omnino reliquit Nicolaus, prudentissime agens, ut dubia neque admitteret inconsideratus, neque præceps rejiceret. Neque ulla data fuerat, ut ea attingeret, occasio. Nam neque ipse Hincmarus tunc de authentia dubitabat. Cum hæc a. 865 acta sint circa annum 868 ad Carolum Calvum scribens (44) pseudodecretales Urbani, Lucii atque Stephani adhuc in præsidium vocat. Gfrorer quidem censet (45) Hincmarum non ausum fuisse Decretalium authentiam publice impetere, postquam a Nicolao I defensa fuerat, et saltem ut subsidiarium juris fontem admisisse. Quæ si ita fuissent, certe tacuisset, non vero usus fuisset, uti revera usus est. Idipsum confirmatur eo Hincmari opere, quod libello ab Hincmaro Laudunensi nepote ex Pseudoisidorianis confecto in synodo Altiniacensi a. 870 opposuit. Authentiam Decretalium vel Capitulorum Angilramni, qui Decretalibus juncti fuerant, nullo modo

(39) Mansi T. XV. 397.
(40) Geschichte des canonischen Rechtes p. 256.
(41) Mansi T. XV. 694, 695.
(42) L. c. p. 657.
(43) ep. 40. Mansi T. XV. 658.
(44) ep. 29.
(45) l. c. p. 172. 185.

impugnat : « Si vero ideo talia, inquit (46), quæ tibi visa sunt, de præfatis sententiis (Angilramni) ac sæpe memoratis epistolis detruncando et præposterando atque disordinando collegisti, quia forte putasti, neminem alium easdem sententias vel ipsas epistolas præ te habere, et idcirco talia libere te existimasti posse colligere, res mira est, cum de ipsis sententiis plena sit ista terra, sicut et de libro collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculfus Moguntinus episcopus in hujusmodi, sicut et in capitulis regiis studiosus, obtinuit et istas regiones ex illis repleri fecit. »

Vides, Hincmarum adhuc capitularia pro genuina Isidori collectione habere, idque tantummodo reprehendere, quod male ipsis junior Hincmarus, sicut et Angilramni capitulis usus fuerit.

Ipse Decretalibus Clementis, Anacleti, Zephyrini, Stephani aliorumque utitur (47), ut ab episcopis metropolitanis debitam obedientiam præstandam esse, evincat. Quis vero fuerit Hincmari sensus, ex eodem opusculo patet. In eo totus est, ut ostendat eos tantummodo canones sequendos « quos apostolica sedes ..... et omnis catholica Ecclesia canones appellat, » et qui fecit, « in nostris codicibus, quos ab apostolica sede majores nostri acceperunt sequendos (48). »

Distinguit nimirum Hincmarus (49) inter canones et decretales epistolas eo nisus, quod Gelasius in synodo Romana de libris recipiendis et non recipiendis agens dicat, concilia *recipienda et custodienda*, decretales vero epistolas *venerabiliter recipiendas*. Locum Leonis, quem Nicolaus ad episcopos Galliæ scribens allegaverat (50), ita interpretatur, decreta pontificum in tantum valere, in quantum generalibus Ecclesiæ statutis consonent, aliud esse leges dare, aliud ad leges jam datas hoc vel illud decernere. Conciliorum placita supremam esse juris ecclesiastici regulam, neque Petri sedem quidquam, quod auctoritati conciliorum repugnet, præcipere posse. Vocat quidem (51) excerptum a nepote ex Pseudoisidorianis libellum « circumpositam omnibus metropolitanis muscipulam, » non autem eo, quod ipsas Decretales pro fraude habuerit, sed quod, ut supra vidimus, ita excerpta et collecta sint testimonia, ut multa omittantur, quæ suffraganeis debitam erga metropolitas subjectionem inculcent (52), imo in ipsas Decretales invehitur, non vero quod pro authenticis non haberet, sed quod conciliis non consonas putaret, præter quæ pontificibus nihil esse definiendum, autumabat, neque ullam ipsis auctoritatem tribuebat, eo quod in codicem canonum non fuerint receptæ, proindeque nullius adversus jura metropolitanorum synodorumque roboris.

Exinde repetenda est norma, ad quam exigenda est interpretatio illius epistolæ, in qua Nicolaus de Pseudoisidorianis decretalibus loquitur. Cum status controversiæ inter pontificem Hincmarumque nequaquam circa authentiam versaretur, neque authentiam defendisse censendus est Nicolaus.

Anno demum 872 Hincmarus epistolam nomine Caroli Calvi ad Hadrianum II scribens, plenam invectivis et iracundia, authentiam Decretalium impetit. Sacras Scripturas, Patrum traditionem, conciliorum definitiones sequendas « quod secus, ait (53), a quodam fuerit compilatum sive confictum, non solum respuendum, sed et redarguendum esse cognoscimus. » Verum hæc septem integris post Nicolai epistolam annis dicta fuisse ne obliviscaris.

Quod ad insequentes Pontifices attinet, vere dicendi sunt Decretales Isidori neglexisse, neque Romæ collectionem integram notam fuisse atque invaluisse nisi sæculo XI mediante, postquam longo temporis tractu omne dubium obmutuisset et communi omnium usu admissæ, atque adeo in collectiones canonum Reginonis, Prumiensis et Burchardi Wormatiensis receptæ fuissent (53[a]). Nicolaus I (53[b]), Joannes VIII (53[c]), imo S. Gregorius VII (53[d]), restituendos clericos fornicarios et homicidas negant contra ea, quæ Pseudoisidorus in epistola Callisti secunda et additamento ad epistolam Gregorii Magni ad Secundinum docet. Joannes diaconus Romanus, qui vitam S. Gregorii scripsit et Joanni VIII dicavit, cum de accusationibus et judiciis ex Gregorii moribus et doctrina tractet (53[e]), nihil habet de iis quæ in Pseudoisidoriana Gregorii epistola ad Felicem Messanensem de hoc argumento proferuntur. Quæ vero alibi (53[f]) adfert de gradibus et impedimentis cognationis illi epistolæ similia, non ex ea, sed ex Egberto hausit. Solos reperimus Hadrianum II et Stephanum V ex pontificibus, qui ante Leonis IX tempora falsas decretales allegant. Ille in epistola (53[g]) ad synodum Duziacensem de causa Actardi Turonensis a. 871 scripta epistolam Anteri papæ invocat. Verumtamen cum nullibi cæteroquin, licet sæpissime data fuerit occasio, Pseudoisidorianum quid alleget, dicendum est, eum integram collectionem non vidisse et locum istum singularem nonnisi suggerente Actardo cogno-

(46) c. 24.
(47) C. 11-15.
(48) T. II. p. 543 ed. Sirmondi.
(49) C. 25. 26.
(50) Mansi XV. col. 695.
(51) C. 10. Opp. II. p. 813.
(52) Cf. C. 11-19.
(53) Opp. T. II. p. 701-706.
(53[a]) Cf. Carolum Blascum diff. c. 3. p. 18.
(53[b]) Ep. ad. Arduicum Vasionensem apud Dacher. Spicileg. T. 12 et ad ep. germ. ap. Marten. vett. scriptt. coll. T. I.
(53[c]) Ed. ad Cenomaticum Muticensem can. 4. dist. 50.
(53[d]) Ep. ad Lincolniensem episc. l. VII. epist. 34.
(53[e]) L. 4. c. 5-6.
(53[f]) L. 2. c. 10.
(53[g]) Ep. 32. ap. Mansi XV. col. 852.

visse. Adde id integro anno antequam prima vice ab Hincmaro authentia impeteretur factum fuisse. Alter pontifex, Stephanus nempe V ad Luitpertum Moguntinum episcopum (53[b]) scribens de numero Nicænorum canonum ait ex testimonio Athanasii septuaginta esse, quod in epistola Isidoriana Athanasii ad Marcum papam habetur. Sed cum non laudet neque epistolam Marci ipsius, neque Julii, neque Felicis II, quæ huc etiam faciebant, valet idem quod de Hadriano dicebamus. Neque omittendum est, id in ejusmodi materiis factum ab utroque pontifice, quæ jura primatus minima attingerent illamque septuaginta canonum Nicænorum fraudem, licet a Mercatore in Occidentem inducta fuerit, in Oriente tamen longe antea ortum habuisse. Auxilius, qui sæculi X initio pro ordinationibus Formosi libellum scripsit, unicam Anteri epistolam, neglectis quæ sibi magnæ utilitatis potuissent esse, Evaristi secunda, Callisti secunda, Pelagii II prima adducit, videturque proinde ex Hadriani II epistola traxisse, qui eamdem in eadem causa translationis episcoporum allegaverat. Vitæ Pontificum, quæ Luitprando Cremonensi, sæculi X auctori, tribuuntur et Pseudoisidorianis late utuntur, non sunt Luitprandi, ut apud omnes constat, sed ad ignotum Germanum quemdam spectant. Imo adhuc a. 1085 Otto cardinalis Ostiensis et legatus pontificius, qui postmodum Urbanus II papa fuit, in synodo Gerstungensi nonnisi contemptim de Pseudoisidorianis locutus est, his utens verbis : « Quod illæ scripturarum sententiæ, quarum nos testimonio usi sumus, notæ in Ecclesia reverentiæ semper fuerunt, et auctores nequaquam vel obscuri vel incerti nominis sint. »

Vides quomodo per duorum sæculorum tractum vere dicendi sint pontifices collectionem ipsam ignorasse et neglexisse, nec nisi una vel altera vice testimoniis, qualiter ab aliis suggererentur usos, imo ipsam in Italia plane receptam non fuisse. Non nescimus adversarios nostros in id magna vi insistere, non quidem verba Decretalium, principia tamen admisisse pontifices longe lateque jus Isidorianum propagasse. Verum ab ejusmodi criminatione eos vindicabimus, si paucis ostenderimus, auctoritatem pontificiam ex Decretalibus profectum non traxisse, sed longiori jam tractu temporis eas prærogativas pontifices Romanos exercuisse, quas mediante sæculo nono adversus Hincmarum tuebantur, quæ sane ejusmodi sunt, ut ex ipsa primatus natura necessario fluant.

§ III.

Jam ex ipsis Protestantibus multi (54) non diffitentur, Pseudoisidorianis Decretalibus nihil novi pontificibus profecisse. Manifestum est enim ejusmodi fraudes ab hominibus tam late non admitti, nisi ea contineant, quæ non jam recepta sint a plurimis. Sane si Decretales ea docuissent, quæ tunc temporis plane inaudita fuissent, quæ nullis antiquitatis documentis defendi potuissent, quomodo non omnium oculis fraus manifesta illuxisset? Quidquod jam certum sit, minus in eo falsatorem Pseudoisidorum fuisse, quod nova cuderet, quam quod ex antiquis monumentis nova componeret, et ea quæ vere dicta vel scripta fuerant, alienis auctoribus tribueret. Genuinam Isidori syllogen, quam Riculfus Moguntinus ex Hispania advexerat, veluti fundamentum compilationis suæ posuit, cætera corrasit ex authenticis Decretalibus Pontificum, genuinis conciliorum Actis Patrumque scriptis, ex Capitularibus Francorum, Codice Theodosiano, Breviario Alariciano ejusque commentatoribus, ex regula S. Benedicti Libroque Pontificali, genuinis quibusdam patriarcharum Constantinopoleos, S. Bonifacii ejusque amicorum epistolis. Acta Sylvestri, quibus usus est, falsa quidem sunt, sed tunc jam recepta ab omnibus erant. Quomodo igitur fieri potuit, ut novi adeo essent sensus, cum ne quidem verba nova essent? Non negamus in Pseudoisidoriano jure esse nonnulla, quæ in primæva disciplina nonnisi implicite continerentur, nonnulla quorum non nisi rariora exempla primis Ecclesiæ sæculis suppeditarentur. Verumtamen ejusmodi disciplinæ ecclesiasticæ mutationes jam ante decretales confectas pro temporum varietate inductæ fuerant, vel induci incipiebant, neque aliud ille sibi proposuit, qui collectionem congessit, nisi ea tueri atque propugnare multis cum aliis, quæ jam in jus ecclesiasticum admissa et a pontificibus, cum certissime decretales adhuc ignorarent, sancita fuerant, quæ denique recepta fuissent, etiamsi nunquam Pseudoisidorus scripsisset. Quid quod longo temporis tractu nullius plane in Italia atque in Germania auctoritatis fuerit Pseudoisidorus.

Quæ adversus Protestantes Febronianosque generalius dicta sufficiant. Jam satis in hoc sudarunt antiquiores critici, ut Ballerinii, Blascus, Zaccaria, ut adversus istiusmodi homines jura primatus ex Pseudodecretalibus impetita defenderent. Nos heic loci ea recantare quæ toties dicta sunt supersedemus; subtilioresque tantum quasdam difficultates, quæ a catholicis etiam nonnunquam moventur, solvendas suscipimus (55).

Concedunt plurimi ex nostris, sicuti concedere debent, appellationes ad Romanum pontificem nunquam non admissas fuisse. Verumtamen id jam Hincmarus contendebat, pontificem ex antiquioris disciplinæ norma

(53[b]) Ap. Ivonem p. 4. c. 232 et Gratian. can. 13. dist. 16.

(54) Luden, Allgem. Geschichte Th. II. Bd. II. c. 10. Geschichte des deutschen Volkes Bd. V. p. 473. Leo, Universalgeschichte II Bd. p. 100, Gfrorer, l. c. p. 213. Schonemann ad Bohmer princip. jur. can. ed. VII § 122. not. b.

(55) Cf. Walter, Kirchenrecht § 92.

judices in provincia rei delegare debuisse, neque licitum fuisse dicunt, quod toties (55) declamat Pseudo-isidorus ante latam sententiam suspectos judices appellatione facta excludere. Verum prius oppido falsissimum est, cum Sardicensis canon 8 expresse dicat : « Si proclamaverit agendum sibi negotium *in urbe Roma,* » neque desint creberrima antiquitatis exempla. Neque minus alterum caput rejiciendum est, cum hujus juris, quod ex ipsa cujuscunque judicii natura sequitur, vestigia jam antiquissimis temporibus, certa exempla jam ante decretales vel confictas vel undequaque sparsas occurrant.

Leo IV a. 850 (57) de judiciis episcoporum agens jam hæc statuerat : « Et si inter eos, quos damnandos esse homines dixerunt, fuerit episcopus, qui suam causam in præsentia Romanæ sedis episcopi petierit audiri, nullus super illum finitivam præsumat dare sententiam, sed omnino audiri eum decernimus, » quod statutum jam ante datam sententiam appellationem, vel causæ devolutionem admittit, ipsamque auditionem, hoc est processus informationem Romam, si voluerit ille, amandat. Idem Gregorius IV a. 835 in favorem Aldrici Cenomanensis, qui a multis vexabatur, statuerat : (58) « Mandamus, inquit, ut si aliquis, quod non optamus, suorum æmulorum Aldricum Cenomanicæ ecclesiæ episcopum accusare damnabiliter attentaverit, ut honoretur B. Petri apostolorum principis memoria, Ecclesiæque Romanæ, cui præsedit privilegium et nostri nominis auctoritas, liceat illi post auditionem primatum diœceseos, si necesse fuerit nos appellare et nostra auctoritate aut ante nos, aut ante legatos nostro ex latere missos, juxta Patrum decreta suas exercere atque finire actiones, nullusque illum ante hæc judicet, aut judicare præsumat. Sed si quid, quod absit, grave intolerandumque ei objectum fuerit, nostra erit exspectanda censura, ut nihil prius de eo, qui ad sinum sanctæ Ecclesiæ Romæ confugit, ejusque implorat auxilium, decernatur, quam ab ejusdem Ecclesiæ auctoritate fuerit præceptum, quæ sic vices suas aliis impertivit Ecclesiis, ut in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. » Vides, quomodo Aldrico concedat ut, si velit, sola auditio penes synodum remaneat, sententia sibi reservetur.

Ea nempe fuerat temporum conditio, ut necesse esset causas episcoporum magis atque magis ad sedem apostolicam deferri. Præcesserat tempestas rudis atque barbara, in qua per octoginta annos in Galliis synodi habitæ non fuerant, ut testatur S. Bonifacius (59), qui synodorum celebrationem ex oblivione revocavit. Restituto autem pristino ordine, sæpissime metropolitani suo jure abutebantur, præsertim cum multoties a sæculari potestate penderent vel insontes tueri non valerent. Qua de causa consultum jam non erat episcopos ita quorumcunque arbitrio tradere, ut nullus esset ex angustiis exitus.

Hoc ipso modo velim tibi solvas, quæ aliis difficultatem pariunt, in eo nempe jus novum inductum fuisse, quod Pseudoisidorus causas episcoporum plane omnes, nec solum dubias, ad causas majores pontificibus reservatas amandet, sententiasque in ejusmodi causis a synodis, nonnisi concedente pontifice ferri posse (60).

Verumtamen id tunc temporis non solus Isidorus requisivit. Synodus Tricassina sex provinciarum a. 867 habita, cui ipse Hincmarus interfuit, a Nicolao I petiit, ne episcopum absque sedis Romanæ consensu deponi pateretur. Quod sane non deprimendorum metropolitanorum synodorumque causa, sed ad declinandam regum procerumque vim, ut validius in Romano pontifice præsidium haberent, factum esse manifestum est. Appellant quidem ad Decretales ; sed ex ipsis Hincmarus qui jam eorum auctoritatem rejecerat, neque ullus ex ejus sodalibus id juris suscepisset, imo postulasset, si ex solis decretalibus id secutum, neque ex tota temporum conditione necessarium visum fuisset. Jam idem Gregorius IV in ea, de qua supra diximus epistola, præstiterat. Nam concessi Aldrico Cenomanensi privilegii rationem inde longa tractatione deducit, quod majores causæ ex Patrum decreto Romanis pontificibus sint reservandæ : « Exspectandi atque corrigendi magis sunt rectores Ecclesiæ, quam statim et absque nostro consulto judicandi, cum majora negotia et difficiliores causarum exitus, sanctorum Patrum canones spiritu Dei conditi et totius mundi reverentia consecrati, jubeant sub nostræ sententiæ exspectatione suspendi, nostroque moderamine finiri. ..... Non novum aliquid præsenti jussione præcipimus, sed illa, quæ olim videntur indulta firmamus, cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis causatio, sed omnis sanctæ religionis relatio, ad sedem apostolicam, quasi ad caput Ecclesiarum debet referri. » Apud Græcos, qui certe Decretalibus illis decipi non potuerunt, jam eadem disciplina invaluerat, ut causæ episcoporum patriarchis reservarentur ut a concilio Constantinopolitano IV anni 869 statutum fuerat (61).

(56) Anitii ep. c. 3. Victoris ep. 1. c. 3. Sixti II ep. I. Julii ep. 2. c. 3. v. 10. Felic. II ep. 1, c. 19 (in quibus locis Pseudoisidorus conc. Chalced. c. 9. 17 imitatur). Fabiani ep. 3. c. 2. Felic. I ep. 2 Sixti III ep. 3 (quæ ad verbum desumpta sunt ex Interpret. c. 2. 15. C. Th. de appell (11. 30). Eleutherii ep. 1. c. 3. Felic. I ep. 1. c. 8 (ex Interpret. Nov. Martiani I. III T. 7. 1.

(57) Ep. 2.

(58) Ep. 1.

(59) Ep. 49 ad Zachariam.

(60) Eleutherii ep. 1. c. 2. Victoris ep. 1. c. 3 Zephyrini ep. 1. Sixti III ep. 1. Marcelli ep. 1. Julii ep. 1. c. 2. Julii ep. 1. proœm. Felicis II ep. c. 17. 18. Dam. ep. 4. c. 2.

(61) C. 26.

Novam denique dicunt regulam, quæ statuit, ut omnes synodi etiam particulares nonnisi auctoritate pontificis summi habeantur (62). Atqui hæc ex historia tripartita hausit, quæ « regulam ecclesiasticam jubere ait, non oportere præter sententiam Romani pontificis concilia celebrari (63). » Quæ sane Pseudo-isidorus ita intellexisse videtur, ut expressam licentiam pontificis exquireret. Verum et hoc tunc temporis jam ante exortas Decretales et requiri et observari cœperat. Sergius II epistola ad episcopos transalpinos, qua a. 844 Drogonem Metensem suum in Gallia et Germania vicarium constituit, hæc ait inter alia : « Huic in congregandis generalibus synodis in omnibus prædictarum regionum partibus nostram commodamus auctoritatem, et quidquid provinciali synodo fuerit definitum, ad ejus absque dilatione statuimus notitiam perducendum. » Leo IV ad Hincmarum scribens (64), concilium Suessionense a se non confirmandum iri declarat, tum ex aliis rationibus, tum « eo quod legati sedis apostolicæ præsentes ibidem non fuerint, » quos in eadem epistola ad sarciendum defectum delegat, Petrum Spoletinum et cognominem Aretinum episcopum.

Quod et agnitum videmus ex verbis Nicolai I : « (65) Regalis excellentia vestra nuper apostolatui nostro direxit, ut pro perficienda synodo missos e latere nostro dirigere dignaremur. » Idem porro religiose observatum fuerat a S. Bonifacio, qui non solum ad synodos habendas, quibus in Galliis præsedit, (66) etiam ad eas quas in Germania jam archiepiscopus celebravit, (67) auctoritatem sedis apostolicæ expetiit et impetravit. Quod autem parum hac in re effecerint, exinde patet quod postmodum id in usum non transierit, ut tanto rigore specialis illa pontificis jussio et auctoritas requireretur (68).

Ad inaudita quæ a Pseudoisidoro inducta fuerint, addidit Theiner illam propositionem, primam sedem a nemine in terris judicari. At doctrinam illam nonnisi in actis Sylvestri (69) Pseudoisidorus exposuit, quæ, licet apocrypha, nullo tamen antiquiora sunt. Pluries id etiam in genuinis documentis ante Isidorum dictum reperitur (70). Leonem III accusatum Patres synodi Romanæ paucis ante annis a. 800 a Carolo Magno congregatæ judicare detrectaverunt. Gregorio IV minis episcoporum Germaniæ perterrefacto, Wala, Corbeiensis abbas documentorum syllogen a. 803 obtulit, qua Romanos pontifices a nemine judicari demonstrabat. Hac eadem doctrina ab ipso sancto Bonifacio, Germaniæ apostolo imbutus fuerat Otgarius vel quicunque Moguntinus Decretales collegit. Ex illius namque dictis traditum est illud de Romano pontifice pronuntiatum : « Cunctos ipse judicaturus a nemine est judicandus (71). »

Neque primatum dignitatem omnino invenit, quod sane ab omnibus fuisset explosum, cum in vicariis apostolicis ejusmodi aliquid jamdudum inveniatur, propius etiam in primate Africæ, qui et dignitate et nomine idem omnino erat, quod Ecclesiæ Moguntinæ Pseudodecretales vindicandum sibi proposuerant.

Ex quibus omnibus concludamus Pseudoisidorum disciplinæ mutationem non effecisse, sed factam expressisse et propugnasse, incipientemque concomitatum fuisse.

(62) Julii ep. 2, c. 29. Epist. Ægypt. ad Felic. II. Marcelli ep. 1, 2. Damasi ep. 4. c. 2.
(63) L. IV. c. 9. 19.
(64) Mansi t. XIV, col. 886.
(65) Ep. 17 ibid. t. XV. 278, cf. ep. 28, 19, 22.
(66) Ep. 49, 63. Zachariæ ep. 2, 9.
(67) Gregorii III ep. 4, 7.
(68) Cf. Thomassini Vetus et nova Ecclesiæ disciplina, t. II, l. III, c. 57, Blascus, de Collectione can. Isidor.
(69) Canon Sylvestri, c. 3, 20.
(70) Gelas. ep. IV ad Faustum, ep. 14 ad Dardan. Synodus Rom. sub Symmacho a. 501. Ennod. libell. apolog. a. 502. Avili Viennen. ep. ad senatum a. 502.
(71) Apud card. Deusdedit, l. I De Rebus eccl., c. 231. Nauclerum gen. 26. Gratian., c. 6, diss. 40.

D. GEORG. PHILLIPS

DE

COLLECTIONE PSEUDO-ISIDORI

DISQUISITIO.

(*E Germanico idiomate Kirchenrecht, Regensburg* 1851, *p.* 61, *in Latinum translata.*)

I.

Collectio describitur.

Collectionem Hispanam, propter insignem ex ea susceptam utilitatem, necesse fuit extra fines, intra

quos originem duxit, brevi tempore diffundi (72). Primus omnium Argentinensis episcopus Rachio, anno 787, illius exemplar rescribendum curavit. Quæ quidem Rikulfi, archiepiscopi Moguntini Rachionis metropolitæ, opera multiplicata per totum Francorum regnum propagata fuit. Rachionis manuscripti, quod adhuc exstat, procemium Ordinem de celebrando concilio, a quarto Toletano desumptum (73) primo continet; ideo fortasse quia dicti codicis descriptor Francorum regnum præcipue intendebat, cum concilia ad Hispanorum conciliorum normam instituenda proponeret (74).

Qui Rachionis codex, ex Collectione Hispana descriptus, non ultra concilium toletanum XII procedebat 681); generatim autem Francorum manuscripta decimum tertium (683), non vero decimum quartum concilium Toletanum (686) complectuntur. Cujusmodi manuscripta, pluribus falsis decretalibus aliisque apocryphis aucta, nono ad finem vergente sæculo, sub nomine Collectionis Isidori (75) ubique in Francorum regno circumferebantur. Sub judice lis est utrum tale nomen (76) vera Hispana obtinuerit antea, an fuerit sic appellata (77) ex quo in procemio, operi recentius, assuto, Isidorus ut auctor loquens inducitur (78). Qua ex ratione, novissimis temporibus, Collectioni Hispanæ auctæ Pseudo-Isidori nomen inditum (79). Quidam Historici hujus operis honore Isidorum II Setabensem vel Xantivensem (683) episcopum dignantur (80); quæ quidem opinio non majorem fidem sibi vindicat quam ea quæ ipsi collectionem canonum arcribit. Non admodum improbabile esset ipsum, sicut et alii, diversis temporibus antiquiorem Hispanam Collectionem complere conatum, hanc ad decimum tertium usque Toletanum concilium (81) prosecutum esse, ita ut nomen Isidori, Collectioni aggregatum, cum nomine sancti episcopi Hispalensis confunderetur (82). Mera est suppositio, quæ sane judicanti non ultra fines conjecturæ facto oppositæ progreditur : factum illud præcipuum in hoc consistit quod illius Hispanæ Collectionis auctæ compilator, qualem nobis præbet nonum sæculum, sese vel *Mercatorem* (83) vel *Peccatorem* cognominaverit. Priorem lectionem tuentur antiquissima manuscripta (84), posteriorem mos apud episcopos et monachos hujus sæculi usitatissimus (85), sese *Peccatoris* cognomine designandi.

(72) Hincmarus Rhemensis nepoti suo Hincmaro Laudunensi scribit (HINCM. RHEM., *Opusc.* LV, *cap. adv. Hincm. Laud.*, c. 24, Opp., tom. II, p. 476) : « Si vero ideo talia, quæ tibi visa sunt, de præfatis sententiis ac sæpe memoratis epistolis detruncando et præposterando atque disordinando collegisti, quia forte putasti neminem alium easdem sententias vel ipsas epistolas præter te habere, et idcirco talia libere te existimasti posse colligere, res mira est, quam de ipsis sententiis plena sit ista terra, sicut et de libro collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculfus Moguntinus episcopus, in hujusmodi sicut in capitulis regiis studiosus, obtinuit, et istas regiones ex illo repleri fecit. »

(73) Conc. Tolet. IV, an. 633, cap. 4.

(74) Dolendum est quod Koch, tam parcimoniose ex Rachionis codice citationes communicaverit. Multum interesset scire an in procemio codicis aliquid legeretur non alienum a verbis Pseudo-Isidori in sua præfatione : « In principio vero voluminis hujus, qualiter concilium *apud nos* celebratur, posuimus, ut qui *nostrum* ordinem sequi voluerint, sciant qualiter hoc agere debeant. » Quibus verbis auctor videtur innuere se apud exteros scribere. Qui in Hispania reperiuntur Hispanæ collectionis manuscripti codices ordinem de quo Pseudo-Isidorus nonnisi in actibus Conc. Tolet. IV, exhibent. Conf. Batterini p. VI, cap. 4, § 4, n. 16, p. 519.

(75) Hinc. Rhem. opusc. XLVIII, cap. 21 (*tom.* II, *p.* 793). Scriptum namque est in quodam sermone sine exceptoris nomine de gestis S. Sylvestri excepto, quem Isidorus episcopus Hispalensis collegit cum epistolis Romanæ sedis pontificum, a S. Clemente usque ad B. Gregorium, eumdem S. Sylvestrum decrevisse ut nullus laicus crimen clerico audeat inferre.

(76) Quod adhuc omnino incompertum. Conf. Arevalo, Isidoriana, c. 91 (*Opp. S. Isid.* tom. II, p. 176, n. 18).

(77) Conf. Eichhorn, p. 159.

(78) Apud Merlin : *Isidorus servus Christi lectori conservo suo* (sic legit etiam usque ad hoc verbum Gratian in can : *Placuit* 4, d. 16) *et parenti Domino fideli salutem.* De additione *Mercator* seu *Peccator*, vide supra textum et sequentes notas. Pro *fideli*, alius legitur *fidei*, et pro *lectori* Arevalo, loc. cit., opp. VI, p. 607, legit, *Hectori.* Cujus nominis episcopus tempore Isidori nullus cognoscitur; anno 516 apparet Hector quidam ep. Carthaginensis in concilio Tarraconensi (Vide Harduin., *Conc.* tom. II, col. 1043).

(79). Unica editio hæc est : MERLIN, *Conciliorum quatuor generalium tomus primus. Quadraginta quoque septem conciliorum provincialium authenticorum. Decretorum etiam sexaginta novem pontificum, ab apostolis et eorumdem canonibus usque ad Zachariam primum, Isidoro authore. Item Bulla Aurea Caroli IV imperatoris, de electione regis Romanorum.* Paris, 1523; Colon. 1530, 2 tom. fol.) Paris, 1535, 2 tom. 8 (*ex officina litteraria honesti viri Francisci Regnault*). Multa fragmenta quæ in antiquioribus manuscriptis desiderantur assumpsit illa editio. — Conf. Camus *Notice de Manuscrits contenant des Collections de Canons et de Décrétales* (Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibliothèque nationale, tom. VI, p. 270, not. 12). Cf. quoque Ballerini, loc. cit. cap. 7, p. 559 sqq.

(80) Vide Blasco, loc. cit., cap. 6, p. 35. — Conf. quoque Florez, España Sagrada, tom. VIII, p. 48. sqq.

(81) Adfuit concilio Toletano XV, anno 688. (Harduin. *Conc.* tom. III, col. 1771); ratione habita temporis potuit esse unus eorum qui denuo Hispanæ Collectioni operam navarunt. Alius est ac Isidorus I, cui successit (677-682; *conc. Tolet.* XII, ann. 681, col. 1726).

(82) Codex Mutinensis ut Vatic. : *Incipit præfatio sancti Isidori libri hujus.* V. Zaccaria, loc. cit., v. 42): *In nomine Domini nostri Jesu Christi incipit præfatio sancti Isidori libri hujus.*

(83) Codex unus, inter Arevalianos, legit *Mercatus* (Arevalo, loc. cit., p. 209, n. 52).

(84) Arevalo, loc. cit.

(85) Vide Elipandi epist. ad Migetium, n. 10 (apud Florez, loc. cit., tom. V, p. 531) : « De sacerdotibus vero quod asseris quomodo se pronuntient peccatores, si vere sancti sunt? aut si certe se peccatores esse fatentur, quare ad ministerium accedere præsumunt. » Vide etiam Blasco, loc. cit. p. 35 sqq.—Devoti Jus canon. univ., Proleg., cap. 18, § 15, not. 1 (*tom. I, p.* 357). Vide conc. Trull. ann. 692 : « *Andreas peccator, Philippus episcopus* et plures alii (Harduin.,

Inter exemplaria Pseudo-Isidoriana antiquissima, habetur cod. Vatic. (630), ex Gallia Romam translatus. Nicolao I regnante sumpsisse creditur exordium (858-862) [86]. Quo in manuscripto (87) modus compilationis ita indicatur. Collectio in tres partes dividitur. Opus præcedunt in modum præfationis diversa opuscula, scilicet series summorum pontificum usque ad Nicolaum I; diversa de œcumenicis et particularibus conciliis, et quæ pluribus authenticæ Hispanæ fragmentis commiscentur, deinde Romani imperii provinciarum descriptio, et epistola Luitardi Vencensis ad Venilonem Rothomagensem; postea procœmium cui inscribitur nomen Isidori Mercatoris; ibidem declarat auctor se tum multis (octoginta) episcopis, tum aliis presbyteris compellentibus laborem suum suscepisse (88); eo fine, ut, omni ecclesiastica disciplina in unum corpus collecta, episcopis et presbyteris et laicis (89) opus doctrinale relinquat. Cui procœmio adjungitur Aurelii episcopi Carthaginiensis ad Damasum cum epistola postulatio, ut antiquiores decretales simul et Romani pontificis responsum obtineat. Damasi rescriptum sequitur *Ordo de celebrando concilio* et altera quædam synodorum enumeratio; postremo duæ leguntur epistolæ spuriæ quæ Hieronymo et Damaso ascribuntur.

Collectionis istius in tres partes divisio, cum Hispana duabus tantum constet, orta est ex eo, quod posterior a concilio Nicæno incipiat; in Pseudo-Isidoriana autem præponatur series decretalium supra dicto antiquiorum concilio (90-91), quæ cum apostolicis quinquaginta canonibus (92) hic adjunctis, primam partem efficiunt. Quæ quidem decretales, numero quinquaginta novem, triginta summis pontificibus, a Clemente I (93) ad Melchiadem (94) usque (314) ascribuntur (95). Decretales subsequitur dissertatio de primitiva Ecclesia

Concil., tom. III, col. 1702). Rachio quoque Argentinensis se cognominavit *Peccatorem*; V. Koch, loc. cit., p. 174. — V. præsertim subscriptiones ad Chrodegangi privil. anno 751 (apud Harduin., col. 2008).

(86) Non multo recentior, saltem non anno 881 junior est codex cathedralis Mutinensis, cujus meminit Zaccaria, loc. cit., p. 284, 291; ex Gallia oriundus etiam : continet autem, ut supra nominatus codex Bamb. (V. Rosshirt, *loc. cit.*, p. 49) tantummodo decretales. Manuscriptum Mutinense ab eruditis cura qua par erat non videtur excussum fuisse. Pertzio (*Archiv. societatis pro Germana historiologia*, tom. V. p. 34) in itinere suo bibliothecam cathedralis Mutinensis invisere non licuit; in aliis Annalium voluminibus nulla ejusdem codicis mentio.

(87) De hoc codice vide Ballerinios, loc. cit. cap. 6, § 5, n. 16; — d'Aguirre, Concil. Hisp., *Ratio oper.*, n 9. p. 5; Montfaucon, biblioth. manuscr., tom. I, p. 128; Camus, loc. cit., p. 288 (*Tableau comparatif des cinq manuscrits avec l'édition de Merlin*). — Vide etiam Rosshirt, loc. cit., p. 51. Cui manuscriptum non tam antiquum videtur. Vide quoque Wasserschleben, loc. cit., p. 25, qui codicem Mutinensem minoris judicat momenti quam vulgo audit.

(88) Præf. : « Compellor a multis tam episcopis quam reliquis servis Christi canonum sententias colligere et de multis unum facere. — Scire autem vos volo octuaginta episcopos, qui hoc opus me incipere et perficere coegistis, » etc. Apud Merlin. Brevius procœmium quod exhibet Arevalo, loc. cit., p. 607, innuit esse originale et ex eo prolixius manasse procœmium. Arevali sententia Richtero (*Jus eccles.*, c. 79, not. 4), non adeo probata videtur. Adhuc sub judice lis est.

(89) Verbis sequentibus in præfatione sua Merlinus finem quem sibi collector proposuit, indigitat : « Quatenus ecclesiastici ordinis disciplina in unum a nobis coacta atque digesta et sancti præsules paternis instituantur regulis et obedientes Ecclesiæ ministri vel populi spiritualibus imbuantur exemplis, et non malorum hominum pravitatibus decipiantur. Multi enim pravitate et cupiditate depressi accusantes sacerdotes oppresserunt. Ideo sancti Patres leges constituerunt, quas sanctos canones appellaverunt. Multi ergo idcirco alios accusant, ut se per illos excusent, aut eorum bonis ditentur. Plerique vero boni Christiani propterea tacent et portant aliorum peccata quæ noverunt, quod documentis sæpe deseruntur quibus ea quæ ipsi sciunt judicibus ecclesiasticis probare non possunt, cum licet vera sint quædam, non tamen judicibus credenda sunt, nisi quæ certis indiciis demonstrantur, nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur. Nullus enim qui suis rebus est spoliatus aut a sede propria vi aut terrore pulsus, antequam omnia sibi ablata ei legibus restituantur, et ipse pacifice diu suis fruatur honoribus, sedique propriæ regulariter restitutus ejus multo tempore libere patiatur, juxta canonicam accusari, vocari, judicari, aut damnari institutionem non potest. » (Præfatio apud Arevalum, post locum in nota præcedenti citatum, ad sequentia, etiam apud illum contracta, transit.) « Unde et ecclesiastica historia ab Eusebio Cæsariensi episcopo confecta de muliere quadam, quæ pro castitate a marito accusabatur ait : Præceptum vel interdictum est ab imperatore lege lata, ut primo permitteretur ei rem familiarem libere diutius ordinare, tum deinde responderet objectis. Hæc omnes leges tam ecclesiasticæ quam vulgares, publicæque præcipiunt. Horum vero concinantia si omnia ponerentur, ante deficerent dies, et nimis prolixa fieret epistola. Ex plurimis tamen aliqua ad provocationem aliorum inserere judicavimus Ait namque sanctus Leo Romanæ Ecclesiæ episcopus in epistola Chalcedonensi concilio missa, etc. — Si enim de mulieribus et sæcularibus hominibus hæc constituta sunt, multo magis ecclesiasticis viris et sacerdotibus sunt concessa. Hæc eadem vero ecclesiastica jura præcipiunt. Similiter accusatores et accusationes, quæ seculi leges prohibent canonica funditus repellit auctoritas. Synodorum vero congregandarum auctoritas apostolicæ sedi privata commissa est potestate, nec ullam synodum ratam esse legimus, quæ ejus non fuerit auctoritate congregata vel fulta. Hæc canonica testatur auctoritas, hæc historia ecclesiastica roborat, hæc sancti Patres confirmant.

(90-91) Præfatio Merlini : « Deinde quorumdam epistolarum decreta virorum apostolicorum interseruimus, id est Clementis, Anacleti, Evaristi et cæterorum apostolicorum, quas potuimus hactenus reperire epistolas usque ad Sylvestrum papam. — Eadem et antiqui apostolici, qui fuerant ante synodum Nicænam sanxerunt. »

(92) Cod. Bamb. illas non continet, V. Rosshirt, loc. cit., p. 52.

(93) De epistolis Clementinis, vide Ballerinios loc. cit., n. 18.

(94) Cod. Bamb. usque ad Damasum. Rosshirt, loc. cit., p. 52

(95) Hæc procedendi ratio in Dionysii præclara collectione, indigitata fuerat.

et synodo Nicæna quam Gratianus, ea re deceptus, inter Melchiadis decretales computavit (96). Primam partem claudunt spuriæ imperatoris Constantini (97) donationis litteræ.

Altera pars, nempe conciliorum collectio, a fragmento procemii Hispanæ Collectionis (98), sicut et ab altero Collectionis Quesnelianæ (99) fragmento, initium habet. In cæteris nihil ista pars a prima parte Collectionis Hispanæ differt. Eadem est utrisque divisio, eadem et conciliorum series (100). In tertia parte procemium item ex Hispana assumptum fuit. Sequuntur gesta Sylvestri (335) simul et decretales hujus papæ sequentiumque summorum pontificum, usque ad Gregorium II (731), quo sedem tenente, spuria quinque et triginta rursus fragmenta addebantur. Huc usque recte quidem originale manuscriptum agnoscitur. Postea sequitur vacuum folium; deinde, eadem manu scriptæ, quinta et sexta spuriæ synodi Symmachi et quædam de hoc papa scripta apologetica, cum duabus ipsius epistolis? Post folium aliud vacuum leguntur supposititia quædam Angelramni capitula (176); deinde octoginta de actionibus contra episcopos et clericos sententiæ, sicut et alia minoris momenti fragmenta (101).

Pseudo-Isidori Collectio multo copiosior est quam Hispana, nempe cum in spuriis decretalibus multæ de dogmatica et morali occurrant solutiones, scilicet : Ordinatio, baptismus, confirmatio, matrimonium et sacrificium, jejunium, paschalis solemnitas, inventio crucis, corporum apostolorum translatio, chrisma, aqua benedicta, ecclesiarum consecratio, frugum, vasium sacrorum et ornamentorum benedictio.

In eo autem imprimis præstat Isidoriana Collectio quod accuratissime quæ ad constitutionem Ecclesiæ spectant evolvat et ordinet. De apostoli Petri primatu agit sicut et de ejus in sede Romana successoribus, de singulis hierarchiæ gradibus, et, ante omnia, de primatibus, de accusatione et processu adversus episcopos et laicos, de eorum ad papam appellatione, necnon de conciliorum provincialium cum eodem relatione.

II.

Pseudo-Isidoriana collectio circa fontes juris ecclesiastici.

Spuriæ decretales, quibus Hispana Collectio, tum initio, tum posteris temporibus aucta fuerat, parum animos commovere, atque, sepositis quibusdam haud practicis propositionibus, obtinuere ubique; siquidem nullo modo disciplinæ ecclesiasticæ adversabantur (102). Pseudo-Isidori sententiæ de divina apostolatus origine, de episcopatus (103) successione, de divino primatus Romani pontificis instituto qui, ut est caput Ecclesiæ, nulli in terris judici subjicitur, et universali Ecclesiæ leges imponit, eædem sunt quæ ex Scriptura sacra, ex sanctis Patribus, ex traditionis testibus, ex authenticis juris ecclesiastici fontibus, suppeditantur (104). Aliæ propositiones, quæ primo aspectu novitatem sapere videntur, ad examen revocatæ tales demonstrantur, quales jam in fontibus etiam antiquioribus, vel in actuali tunc usu approbatas ubique reperies (105); deinde aliæ, tanquam necessaria ex fundamentalibus ecclesiasticæ constitutionis principiis corollaria fluunt, ita ut parum referat an in canonis seu decretalis forma, necne, expressæ fuissent. Ex quo sequitur, omnibus bene elucidatis, in Pseudo-Isidori doctrina fere nihil novi superesse (106), excepta tamen una alterave propositione, exempli gratia : « Nullo laico licet clericum accusare; » quod quidem nusquam in praxim transiit (107).

In qua tamen Collectione aliquas de episcoporum cum Romano primatu relatione videbis propositiones, quæ ut omnino novæ habentur et Pseudo-Isidoro ascribendæ. Sic legitur ista, in praxi tamen nunquam adhibita, propositio : « Concilia provincialia sine summi pontificis consensu non licet congregari (108), aut ejus saltem, ad gestorum in synodo validitatem, approbatione indigent; » deinde : « In accusationibus adver-

(96) Ballerini loc. cit., n. 19, p. 547.

(97) V. Can. *Constantinus* 14, d. 96. — Conf. Biener De collect. canon. Eccl. Græcæ, § 14, p. 72 seqq.

(98) *Canones generalium*; etc.

(99) Epistola vel præfatio conc. Nic. beatissimo Sylvestro.

(100) Pseudo-Isidorus, præter concilia omnia Græca quæ in collectione Hispana continentur, sequentia exhibet : Conc. Carth. I-VII, et Conc. Milev.; Conc. Arelat. I-III; Valent. Taurin. Rejens. Arausic. Vasens. I; Agath. et Aurelian. I; Eliberit. Tarrag. Gerund. Cæsaraug. I; Ilerd. Valent. Tolet. I-XIII; Bracar. I et II; Capitula Martini Bracar. III (675); Hispal. I et II.

(101) Conf. Mœhler loc. cit., p. 285-304. Walter loc. cit., § 95, p. 187, § 98.

(102) Conf. Dœllinger, Liber instructionis historiæ ecclesiasticæ, tom. II, p. 46; Hefele loc. cit., p. 593. — Rosshirt loc. cit., p. 36.

(103) Propterea episcopi, juxta Pseudo-Isidorum, nullo modo ut delegati sedis Romanæ habentur. Conf. Walter loc. cit. p. 201, not. *y*.

(104) In duobus locis : Anaclet., epist. 3, c. 2 (Can. *In novo* 2, d. 21) et c. 3. (Can. *Sacrosancta, Inter*, 5) occurrunt hæc verba : « (Apostoli) ipsum (Petrum) principem eorum esse voluerunt; » cum duo capitula divinam primatus institutionem singulari modo extollant, voluntatis apostolorum cum divina voluntate concordiam significare conantur; non autem videtur fieri mentionem de Electione. (Walter loc. cit., p. 199. Not. *o*.)

(105) Vide apud Walter loc. cit., § 98, horum fontium expositionem.

(106) Conf. Hefele loc. cit., v. 640, etc.

(107) V. gr. Clement. epist. 1. (Can. Beatus, 5. c. 5, q. 1.) Conf. Walter loc. cit., p. 209 not. *p*.

(108) Jul., epist. 1, c. 2. (Can. *Dudum*, 9, c. 3, q. 6.) Ep. 2, procem. : « Non oportere præter sententiam Romani pontificis ullo modo concilia celebrari. » (Apud Merlin. fol. 162. A.) c. 29. (Can. *Regula* 2, d. 17). Vid. etiam supra citatum locum (§ 173, *not.* 89). — Conf. Walter loc. cit. V. 202, not. *e* in fin.

sus episcopos informatio duntaxat (109), et istius informationis ad summum pontificem relatio (110), illis competit conciliis; summi vero pontificis jus est (111), ut ipse in omnibus episcoporum judiciis, scilicet tanquam in causis majoribus, decidat; accusati autem episcopi est, ut non solum post, sed jam ante concilii judicium appellet ad summum pontificem, quando judices sibi vel adversarios vel suspectos habet (112). »

Quæ quidem propositiones, ex omnium consensu ad principium fere inconcussum ducunt, scilicet episcopatus, cum sit ex institutione divina, et vi hujus institutionis, capiti suo, successori Petri, intime conjungatur, ab hac unione, quæ saluti Ecclesiæ necessaria est, nulla, neque ecclesiastica, neque civili auctoritate evelli potest. Fatendum quidem est pro statu imperii Francorum (113), dignitatem metropolitarum, mera historica institutione vigentem, episcopos auctoritatis quasi primatialis participes facientem, etiam quod ad regimen politicum unioni papam inter et episcopos non potuisse non obesse. Præterea ipsius rei veritate ac hujus principii certitudine seposita, et regni Francorum statum non amplius attendentes, quæritur an propositionum supra dictarum prima enuntiatio, quæ ex spuriis decretalibus canonice expressæ sunt, ipsi pseudo-Isidoro, necne, ascribenda sit. Quas ipsas propositiones summus pontifex Nicolaus I, pseudo-Isidori coævus, in allocutione quam habuit in vigilia Nativitatis Domini 864, in basilica sanctæ Mariæ Majoris (114), ad verbum fere expressit, sicut et per epistolam ad Francorum episcopos missam de rebus Rothadi (115) Suessionensis (116) qui post depositionem suam ad sedem apostolicam appellaverat (117).

Quoad illa quæ propius ad conciliorum convocationem eorumque decisionum confirmationem spectant, expresse Nicolaus I dicit, « Concilium generale, id est concilium episcoporum omnium regni provinciarum, non sine summi pontificis præscripto posse congregari (118). » Imo, jampridem ante hunc pontificem idem circa omnia sine discrimine concilia, in Historia Tripartita (119) principium fuit sancitum. Cæteroqui, etiamsi non ita res ante se habuisset, ista tamen propositio, si recte intelligatur, verum adeo et inexpugnabile continet principium, ut neque summi pontificis allocutione, neque Historia Tripartita, neque alio antiquiore documento indigeret. Nam si ex una parte negari nequit plura concilia absque prævio summi pontificis consensu congregata valida sine ejus confirmatione edixisse decreta, qui ad hodiernam usque diem usus viguit, ex altera non minus certum est, nullam in Ecclesia valere dicisionem, cui summus pontifex, tanquam caput episcopatus, contradicat. Si aliquid valet, id valet propterea quod summus pontifex vel tacite vel expresse illud approbaverit. Si igitur summus aliquis pontifex, exemplum Nicolai I antiquioraque documenta (120) secutus, istam circa synodos propositionem enuntiaret, quia, quemadmodum periculosæ olim in Francorum regno dispositiones fuerant, ita et nunc unitati episcopatus periculum inde immineret, is recte uteretur jure saluti Ecclesiæ convenientissimo. Collector, etiam qui in istis circumstantiis positus, anteriorem sibi hujusmodi propositionem vidit et enuntiavit, decretali quidem forma deliquit, novitatis autem sub hoc respectu insimulandus non esset.

Cæteræ, de quibus supra, sententiæ ad causas referentur episcoporum, qui coram provincialibus a metropolita rite convocatis conciliis in jus vocantur. Quibus in causis, ideo *causarum majorum* titulo a Pseudo-Isidoro insignitis, appellatur ad summum pontificem; unde patet conciliis quidem litis ordinationem, soli vero papæ competere judicium (121). Cui doctrinæ, tanquam juri ubique jam obtinenti, expressis verbis Nicolaus I adhæsit (122).

Appellationem post sententiam, jam in Sardicensi (123) concilio lege (124) sancitam a Carolo Magno

(109) Falso a quibusdam dictum est Pseudo-Isidorum episcopales causas conciliis provincialibus penitus subtrahere voluisse. V. Walter loc. cit., p. 201, not. *c*.

(110) V. gr. Eleuth. epist. 1, c. 2. (Can. *Quamvis* 7, c. 3, q. 5. Conf. Walter loc. cit., p. 205; not. *s*.

(111) Jul. epist. 1, c. 2.

(112) V. gr. Victor epist. 1, c. 3. (cap. *Si quis* 7, c. 2. Conf. Walter loc. cit., p. 204, not. *q*.

(113) Con. German. historiam, tom. II, p. 302, etc.

(114) Nicol. I P., *Sermo de Rothadi causa*. (Harduin., *Concilia*, tom. V, col. 585.)

(115) Nicol. I P., epist. 42, *ad Univ. Gall. episc.* (Harduin., loc. cit., col. 590 sqq.)

(116) De causa Rothadi Suessionensis, vide Gess., De vita et scriptis præclaris Hincmari Remensis, § 10, p. 239, etc., etc.; Hefele in Friburgensi ecclesiastico Lexico; tom. V, p. 205, etc.

(117) Conf. Kunstmann in n. *Sion*. p. 245, etc., ubi de hoc copiosius et ex professo.

(118) Sermo cit., col. 585 : Cujus rei gratia facto concilio generali quod sine apostolicæ sedis præcepto nulli fas est vocandi, vocaverunt hunc (Rothadum) episcopi, quos Hincmari Remorum archiepiscopi suggestione regia fecerat allusio convenire, quatenus rationem de illo presbytero coram synodo redderet. »

(119) Cassiodor., Hist. Tripart., lib. IV, c. 9, n. 19. (Ex Socrate, Histor. ecclesiast. lib. II, cap. 8, n. 17.) Vide Walter loc. cit., p. 202, not *e*.

(120) Can. *Confidimus* 1. c. 25, q. 1. (Gelas-ann. 495.)

(121) Walter loc. cit., pag. 205, not. 1, loquens de concil. Const. IV, ann. 869, cap. 26, adnotat in Oriente, ubi certe nulla Pseudo-Isidorianæ decretales auctoritate pollebant, graviori disciplinam immutatam esse modo, ibique episcopos immediato patriarchæ judicio subjectos.

(122) Kunstmann, loc. cit., pag. 246.

(123) Placuit Justello nonnulla e manuscripto quo usus est folia resecare, unde nonnisi mutilatum Sardicense concilium in medium prodiit. Vid. Kunstmann, loc. cit., pag. 241.

(124) Concil. Sard. c. 3. — Confer Walter, loc. cit., § 19, pag. 44, not. *a*.

abrogatam fuisse (125), ut quidam sentiunt (126), minime concedimus. Episcopis Chalcedonense concilium (127) ad primatem aut patriarcham ante latam sententiam appellandi potestatem fecerat; quanto magis ad summum Ecclesiæ pontificem. Quemadmodum Gregorius IV (128) et Leo II (129), ita et Nicolaus I, et quidem ea qua concilium mente, ad papam in causis episcopalibus esse appellandum decrevit. Quam, ut ipse notat, e Leonis Magni ad Anastasium Thessalonicensem (130) epistola doctrinam hausit, ubi de negotiis gravioribus et difficilioribus litibus (131) ad causas majores speciatim spectantibus agitur. Qua in re, sicut Leo et quivis alius post illum romanus pontifex, si res postulasset, ita et Nicolaus pro suo jure statuit. Et qui antea in suo ad Hincmarum Rhemensem rescripto monuerat, etiamsi nunquam Rothadus appellasset (132), ejus nihilominus a Roma præstolandum fuisse judicium, is nunc ad Francorum episcopos, inter episcoporum causas et causas metropolitanorum, quas solas majores affirmabant, distinguentes, his verbis optime respondit : « Sed dicitur, » etc. *Vide Nicolai epistolam* 75.

Hæc igitur cum statueret, datam sibi a Deo potestatem pro temporum necessitate (133) exercuit, nedum opus fuerit ut Decretalium ab antecessoribus editarum aut œcumenici cujusdam concilii auctoritate niteretur. — Cum itaque eadem, et quidem similibus verbis, quæ laudatus pontifex principia statuat, in nullam, minime vero in talem incidisse novitatis notam dicendus est, quæ ecclesiasticæ disciplinæ periculo fuisset.

Interea tenuere nonnulli Nicolaum I sua a Pseudo-Isidoro dicta mutuatum esse (134); imo ex his ipsius dictis contenderunt spurias decretales Romæ non viguisse modo, sed et editas fuisse. Ast hoc Nicolai I cum Pseudo-Isidoro consortium (135) nullis fulcitur argumentis (136). Jam demonstravimus papam alio prorsus innixum fundamento atque aliis adhibitis fontibus elocutum. Quos enim ad episcoporum judicia spectantes protulit sententias, has juris pontificalis vi astruit, dum e contra, Pseudo-Isidorus nonnisi episcoporum commoda respicit. Ad statuendas leges opera Pseudo-Isidori nulla ratione indigebat, sicut nec alii summi pontifices, siquidem non illi sed Francorum episcopi ad spurias decretales recurrebant, imprimis Hincmarus Rhemensis a quo cum propriæ ipsius sententiæ favent, adducuntur, qui vero secus earum nisi authenticitatem at certe auctoritatem impugnat (137). Præterea, e prolato a summi pontificis legato, in cœtu Gerstungensi, (1085) assentientibus Saxonum episcopis, de spuriis decretalibus testimonio elucet, earum collectionem exigua admodum eo tempore auctoritate polluisse. Tandem, cum labente jam sæculo undecimo, decretales illæ, simul ac tum authentica tum apocrypha additamenta non pauca, in diffusas ubique juris canonici collectiones irrepsissent, a summis pontificibus citatas habes. Quod fecit inprimis Nicolaus II, quem propterea ab ejusdem nominis antecessore sedulo distinguas.

Ex quo colligitur Ecclesiæ institutum atque disciplinam, nulla Pseudo-Isidori ope (138), sed divino annixa fundamento in dies coaluisse, ac Pseudo-Isidoricam collectionem ingenuis ecclesiastici juris fontibus indebite annumerari. Accedit quod spuriæ decretales nonnisi in occidentali Francorum regni parte circumferebantur, nam perrara tantum et hæc quidem a Francorum regione manifeste oriunda, apud Germanos et Italos exemplaria manuscripta reperire fuit. Ad Hispanos Pseudo-Isidori nullos omnino codices prius pervenisse dicitur quam cum jam prelo in lucem prodiissent (139). De cætero, decretalium collectionem sancto Isidoro

(125) Verbi gratia Gfroerer (loc. cit., pag. 5).

(125) Cf. Rettberg, Kircheng. Deutschlands, II, 596.

(127) Conc. Chalc. can. 9. — Conf. Walter loc. cit., § 93, pag. 204, not. *q*.

(128) Can. *Decreto* II, c. 2, q. 5 (Greg. IV ann. 832).

(129) Can. *Nullam* 3, C. 2, q. 4. (Leo IV ann. 850).

(130) Leo M., epist. 14 ad Athan. : « Nam cum majora negotia et liberum tibi esset sub nostræ sententiæ exspectatione suspendere, » etc.

(131) Conf. de cætero Innoc. I. P. Epist. ad Victricium et pro posteriori tempore : can. *Concilia* 6, D. 17. Ennod. Libell. apol. pro syn. IV Rom. — Vide Richter, Kircheng, § 24, not. 7.)

(132) Nicol. I epist. 23 : « Debuerat certe Beatitudo tua, cum Rothadum toties examinaveras, scribens sancti Petri memoriam honorare, ejusque judicium etiamsi nunquam appellasset idem Rhotadus, modis omnibus præstolari. »

(133) Optime Walter loc. cit. pag. 205, not. *u* : « Animos tum antecedentibus factis, tum perpensa insigni episcoporum dignitate, eo adductos esse, ut judicia episcoporum *causæ majores* haberentur, » etc.

(134) Wasserschleben loc. cit., pag. 76 et seqq. — Eichhorn loc. cit., pag. 179.

(135) Ideo quia erat spuriarum decretalium inscius, anxia dubitatione papa correptus est, cum ab illo decretalis quædam Melchiadis peteretur. — Conf. Walter loc. cit., § 95, pag. 188, not. *b*. Hefele loc. cit., pag. 649. — Kunstmann loc. cit., pag. 243.

(136) Vid. Blasco loc. cit., cap. 3, p. 24 et seqq. Ex uno tantum ejus epistolæ ad Galliarum episcopos loco erui posset eum harum decretalium rudem non fuisse; sed infirmum admodum inde deducetur argumentum. Sic enim legitur (Vid. Kunstmann *loc. cit.*, pag. 247) : « Nam nonnulla eorum scripta penes nos habentur, quæ non solum quorumcunque Romanorum pontificum, verum etiam priorum decreta in suis causis præferre noscuntur. »

(137) Conf. Hefele loc. cit., p. 637. — Kunstmann *Remedius von Chur.*, pag, 9. — Vide et Gess. loc. cit., cap. 11, pag. 271 et seqq.

(138) Conf. Kunstmann. De syn. Gerstungensi. (Freiburger Zeitschrift Bd. IV, pag. 116); fragmente neber Pseudo-Isidor. pag. 254. — Dixerat nimirum prout in edito a Kunstmann manuscripto Sanct.-Emerentiano : « Sperabant autem illud factum eorum ideo ad præsens non posse deprehendi, quod illa Isidori dicta non de excellentioribus illis auctoritatibus sint, ac proinde minus agitata et magis ignota. » — In fine legitur : « Novit prudentia vestra quod illæ scripturarum sententiæ, quarum nos testimonio usi sumus, notæ in Ecclesia reverentiæ semper fuerint, et auctoris nequaquam obscuri vel incerti nominis sint. »

(139) Conf. de la Serna Santander loc. cit., § 6, n° 145, pag. 90 et seqq. — Quid sentiendum de codd. Matrill. A. 151. (Pertz *Archiv.* Bd. 8, pag. 771), et Tolet., 15 n. 16 (ibid. 822) ubi, in textu Isidorus episcopus, et in indice *Mercator*, appellatur, — et de codd. Abrincat 109 (pag. 381) et Bonon. 109 (pag. 406) ubi ambo confunduntur?

per plura sæcula tribui solitam, neminique curæ fuisse utrum ea, quibus constabat, acta certi auctoris essent nec ne, nemo nescit. Huic ætati utpote artis diplomaticæ prorsus experti, ignorantia illa si vitio verti nequeat, quid refert utrum Anacletus an Leo, Evaristus an Gregorius, Telesphorus an Nicolaus singula prior elocutus sit?

III.

Summa censuræ.

Ad sæculum usque quintum decimum Pseudo-Isidorianæ decretales pro veris habebantur. Spurias quidem esse suspectare visus est Joannes Wiclefius (140); nihil tamen aliud nisi odium quo leges pontificias omnes prosequebatur ex ejus argumentis rite colligitur. Primo omnium Nicolao de Cusa (141) († 1464) et, post eum, Joanni de Turrecremata (142) († 1468) ut verisimile est, de veterrimorum pontificum decretalium interpolatione suspicio subiit. Collectionem cum semel typis in lucem prodiisset, censura accuratior apprehendit, primo Erasmi, deinde Centuriatorum Magdeburgensium, necnon aliquorum Gallorum, quos inter Dumoulin (143) atque Lecomte, quorum studio de Decretalium adulteratione nulli jam dubio locus est (144). Sed propter Historiæ atque Ecclesiæ jurium inscitiam, quanto magis propter exortas, tunc temporis, apud Germanos de fide controversias, simul ac serpentes jam apud Francos Gallicanas opiniones, detectam nuper adulterationem hostili modo interpretati sunt. Collatorem mendacii reum, atque Ecclesiæ institutum, inprimis pontificis primatum nulli nisi Pseudo-Isidori scriptis, fundamento niti voluere. Quo factum est ut, ad impugnanda divina Ecclesiæ fundamenta, perversis simul ac dolosis viris ipse inscius arma subministraverit. Quod si revera Ecclesiæ astruendæ causa laborem subiit, de illius inutili opere ad hanc usque diem merito dolet Ecclesia (145).

Ineunte sæculo decimo septimo interpolatio jam negari nequibat. Valuit quidem Jesuita Franciscus Torrea Pseudo-Isidorum ab hæreseos criminatione liberare (146), minime vero Decretalium authenticitatem astruere. Imo ansam præbuit Calvinistæ Blondello (147), qui, docta admodum et acerba confutatione, adulteratas esse Decretales invictis argumentis demonstravit, et e quibus hauserit Pseudo-Isidor, fontes patefecit.

Multo igitur inaniori conatu Bonaventura Malvasia (148), ordinis S. Francisci, in comprobanda Decretalium authenticitate iterum desudavit, quam doctiores catholici scriptores adhuc diligentiori quam Blondellus critice labefactabant (149). Quos inter, nullo repugnante, principes exstitere fratres Ballerini, presbyteri Veronenses, quibus, inter recentiores, se Walterus haud imparem exhibuit (150).

His et similibus doctorum investigationibus præsentem materiam penitus exploratam, aliasque permultas de Pseudo-Isidori fontibus, ætate, patria, magni momenti quæstiones definitas habes. Quandiu vero deerit nova e manuscriptis accurate desumpta editio, nonnullorum quæsitorum enodatio desiderabitur, si tamen enodari ullo modo valeant.

Præcipua a recentioribus criticis detecta documenta spectant ad fontes, unde hausit Pseudo-Isidorus (151), et ad modum quo adulteratio successit. Permultorum spuriorum actuum, qui, ante Pseudo-Isidori tempora, in omnium oculis versabantur (152), V. G. Constantinianæ donationis, eum auctorem haud esse per se patet. Inde probabiliter tenetur spurias decretales non simul sed progressu temporis in lucem editas (153), aliasque nonnullas ignoti auctoris Pseudo-Isidorum ætate pariter præcessisse. Accedit quod ejusmodi decretalium et Græca manuscripta circumferebantur (154).

Attamen, quia ex suppositis Decretalibus non paucæ Pseudo-Isidoro tribui nequeunt, non ideo ab omni interpolationis labe eximitur, tantummodo magis a culpa distat. Sed adsunt et alia quædam non minoris ponderis argumenta, queis probatur Pseudo-Isidoro odii vel fraudis notam, inde a sæculo sextodecimo, immerito a pluribus fuisse illatam. Rem enim aliter se habere luce clarius est, si concedatur, quod negari nequit, ipsam Decretalium summam a vero non abesse (155). Permultis siquidem, quas posterioris ætatis pontificis reipsa edidere, nonnisi antiquiorem diem collector addixit, aliaque prioribus sæculis edita et traditione accepta documenta ad Decretalium formam docte redegit. Non igitur districtiori collector appeten-

(140) Dicebat : « Decretales epistolæ sunt apocryphæ et seducunt a Christi fide, et clerici sunt stulti qui student eis. » — Confer Blasco, loc. cit., cap. 5, p. 30. — Ballerini, loc cit., p. IV, c. 6, § 1, n. 2.

(141) De concord. cathol. lib. III, cap 3 : Illo fortasse prior fuit Dominicanus Katteisen. — Vid. Blasco, loc. cit., p. 32. — De epist. Clement. jam Petro Comestori dubium subierat.

(142) Summa Eccl., lib. II, cap. 101. — Vid. sup. ill. Just. Fontiniani, Præf. ad Joan. de Turecrem. Gratiani Decret. lib. V. — Düx in Freiburger Lexicon. Bd. 5, p. 742 et seqq.

(143) Decret. ed. 1554, ad c. 2, D. 22. — Conf. Walter, loc. cit., § 96, p. 190, n. g.

(144) Richter, De emend. Gratiani (Lips. 1835), p. 26.

(145) Pergraves inter catholicos scriptores sentiebant universam a Pseudo-Isidoro immutatam fuisse Ecclesiæ disciplinam.

(146) Blasco, loc. cit., pag. 33.

(147) Vid. sup. ill. *Haas*, in Freiburger Kirchenlexicon Bd. 2, pag. 47 et seqq.

(148) Scripto titulus erat : *Nuntius veritatis David Blondello missus*. Rom. 1635. 8. — Eo sensu et cardinalis d'Aquirre scripsit (*Conc. Hisp.* tom. I).

(149) Conf. Zaccaria, loc. cit., pag. 298

(150) Hac de re et Knust docte disputavit; quem optime recensuit Rosshirt. loc. cit., pag. 9.

(151) Conf. Blondell. loc. cit. proleg. cap. 12. — Knust. l. c. p. 16. — Walter. l. c., § 98, in notis.

(152) Vide testim. secundum Ballerini, apud Walter. l. c., § 95, p. 185, not. *o*. — Richter l. c., § 69, n. 1.

(153) Conf. Zaccaria in den Kritischen Jahrbüchern für deutsche Rechtowinens. Jahrg. 1846, p. 822.

(154) Conf. Rosshirt loc. cit., p. 8 et 44, 47, 48.

(155) Rosshirt loc. cit., p. 56.

dus et sententia quam ii, quorum opera apostolorum canones et constitutiones nobis innotuere. Præcipuam conscribendo libro materiem ministrarunt historica per totam Ecclesiam tunc temporis diffusa Rufini et Cassiodori opera, necnon vitæ summorum pontificum, de quibus disserebat Liber pontificalis (156), cujus non semel ipsa et nonnisi ipsa verba apud Pseudo-Isidorum leguntur (157). Præter hæc fontes illi fuere Scriptura sacra, opera Patrum, conciliorum dicta, et, quo utebantur Visigothi, Romani juris breviarium.

Patet ergo Pseudo-Isidorum multa tum apocrypha quæ in promptu erant documenta, tum incertorum auctorum Decretales adhibuisse. Nullam videtur ex propriis, sed tantum ex aliunde ascitis Decretalem conscripsisse (158). Fraus, si qua latet, non ideo tibi probetur; sed, ut de ea æque statuas, ad tempus quo irrepsit attendas oportet. Quam multa ex apocryphis fontibus, non tam ad decipiendos animos quam ad stabiliendam aliquam veritatem documenta tunc prodiere (159)!

Wisigotho idiomate edita Romani juris interpretatio, quam sequitur Pseudo-Isidorus, totam collectionem ex Hispania vel Gallia oriundam non obscure indicat. Quæ opinio nullis a Pontificali, quo tum Angli, tum Galli utebantur (160), Libro desumptis argumentis infirmatur (161). Hispani scriptores, qui de divo Isidoro tanquam suo gloriantur, iis vehementer adversantur qui impudentissimum deceptorem, quem non puduit sancti viri nomen usurpare, in Hispaniis natales habuisse contendunt (162). Sed ad quid tam operosus labor? Manuscriptorum Gallicæ originis manifesta vestigia (163), idiotismi, allatæ nonnisi a Gallicis auctoribus spuriæ decretales, nonne palam faciunt Francorum regnum Pseudo-Isidoro natale solum exstitisse (164)? Qui fit igitur ut novissimis adhuc temporibus fautores habuerit (165) absurda illa in odium sanctæ Sedis a Febronio (166) prolata hypothesis, juxta quam collectio septimo jam sæculo integra viguisset? (167.) Attamen concilium Parisiense (an. 829) collectori nostro obviam fuisse nemo non videt. Et nonne ex eo quod prima solemnis Pseudo-Isidori in synodo Chiersensi (168) (an. 857) mentio facta sit, illius modo quodam generali ætatem colligis? Utrum collector ex Aquisgranensi concilio, aut concilium ex auctore quid desumpserit controvertitur (169). Primum a vero eo minus distat (170) quod studium, quorum de singulis quibusque ad primates spectantibus disputat, vix aliter quam restituta, anno 844, primatiali Metensi sede (171) explicari queat. Cum alias non minus probabile sit Pseudo-Isidorum tractatus de chorepiscopis (172) a Rabano Mauro (173), intra annos 845 et 849, editi non inscium fuisse, laudatusque abbas et archiepiscopus spurias decretales penitus ignoraverit, collectio nonnisi mediante sæculo nono absoluta fuisse merito creditur.

Voluere nonnulli collectionem Moguntiæ conflatam (174-75). Sed hæc opinio inde refellitur quod Rabano Mauro, qui defuncti Otgarii in sede Moguntina successor fuit, Pseudo-Isidorus ignotus fuerit. Non quidem negatur Moguntinum levitam Benedictum in sua, intra annos 840 et 847, edita Capitularium collectione Pseudo-Isidoricis non absimiles sententias protulisse, imo affirmasse sua dicta e conscriptis a Riculpho super jus canonicum schedulis desumpta; quæ schedulæ in Moguntiacensis Ecclesiæ scrinio olim reconditæ, postea ab Otgario inventa sunt. Sed levitæ Benedicti et Pseudo-Isidori sententiæ non adeo concordant ut alias ab aliis dignosci nequeant (176), cum ambo, licet principiis discrepent, ex eodem potuerint fonte haurire. Cæteroquin non defuere nostro tempore qui, renovata oblitterata dudum hypothesi (177), dicerent archiepiscopum Otgarium ipsum esse auctorem, Benedictum vero nonnisi curatorem operis; quibus repugnant non levis ponderis argumenta (178).

Si quis vero ad ea respicere velit quæ supra diximus et e quibus eruitur Pseudo-Isodoum fuisse Franco

(156) Editus a Bianchini, Rom. 1718, 4 vol. in-fol. Muratori Rerum Ital. Script. tom. III, p. I, Mediol. 1723. — Joann. Vignoli 3 vol. Romæ, 1724. — Conf. Ciampini Examen lib. Pont. Romæ, 1688. — Devoti Jus can. univ. Prol., cap. 18, § 23, not. 5. (Tom. I, p. 370.) — *Les origines de l'Eglise romaine*, chap. 9, p. 320, chap. 10, p. 338.

(157) V. g. Anastas. I ep. ad episc. Burg. Vid. Walter loc. cit., § 97, p. 196, not. *a*.

(158) Hefele loc. cit., p. 592.

(159) Rosshirt. loc. cit., p. x, n. 2.

(160) Conf. Bunsen. Beschreib. der stadt Rom. p. 208.

(161) Sicut fecit Eichhorn, cui contradicit Walter loc. cit., § 192, not. *r*. — Confer. Knust. loc. cit., p. 8. — Kuntsmann, Remedius von chur.

(162) De la Serna loc. cit., § 6, n° 140 sqq.

(163) Invicti argumenti loco esset si probaretur, quod insinuat Richter, Pseudo-Isidorum vulgata editione, quam recognovit Alcuinus, usum esse.

(164) Conf. Ballerini p. III, cap. 6, n° 14, pag. 541 et seqq. — Walter § 97, p. 191, 192. — Richter § 70, p. 126. — Wasserschleben p. 42 et seqq. Hefele pag. 607. — Item Mohler p. 371 et seqq.

(165) Vide Theiner et Eichhorn, quorum verba supra citata; contra quos Walter loc. cit., § 97, p. 192, not. *r* et *s*, pag. 194, not. *x*. Richter loc. cit, § 70, not. 9. — Wasserschleben pag. 44 et seqq. — Hefele pag. 609.

(166) De quo scripsit Zaccaria, p. 288 : « Ma quale impostura più nera, più maligna di tutte le Isidoriane e quella di Febronio, il quale ha l'impudenza di affermare che quella Raccolta fosse uscita in Roma. »

(167) Vide contra Wasserschleben, pag. 55.

(168) Apud Pertz, Mon. Germ. hist., t. III, pag. 452, et Hardouin Conc. t. V, col 118.

(169) Sicut sentit Wasserschleben, et longe ante sensit Daude, *Hist. univers., réflex.* 10 in c. 2 lib. III,

(170) Vide Knuts p. 38-40. — Kuntsmann Fragmente p. 250 — Remedius von chur. p. 11.

(171) Cf. Walter l. c. § 97, p. 194; § 98, p. 198, not. *m*.

(172) Chorepiscopis Pseudo-Isidorus vehementer adversatur. Vide Kuntsmann, Fragmente p. 258. Bonner Kirchenlexikon Bd. 4. p. 691.

(173) Vid. sup. ill. Kuntsmann : Rabanus Maurus. Historische Monographie. Maiuz, 1841.

(174-75) Kuntsmann, Fragmente p. 254.

(176) Vide præfationem Benedicti Levitæ.

(177) Quam jam Blasco defendit cap. 6, p. 44, et inter recentiores, Wasserschleben docte et acute. — Conf. Gfrorer pag. 42. Vide notam sequentem.

(178) Collata apud Hefele, p. 628, qui tamen hypothesi aliquo modo favet, p. 635.

ortum genere, duo occurrunt quæ fidem faciunt memoratum librum in occidentali Caroli Calvi (179) regni parte primum in lucem prodiisse; videlicet quod veterrima manuscripta Franco idiomate edita sint, et quod illic Pseudo-Isidorus primo citatus reperiatur. Imo si concederetur, — quod tamen in sensu quo communiter res accipitur concedi nequit, — auctorem eo concilio scripsisse ut metropolitanam impugnaret potestatem, certe Rothadum Suessionensem (180) Pseudo-Isidoro ope adfuisse vix ullus non libenter admitteret (181).

Qua in re quisque in suo sensu abundet. Id autem notatu dignum videtur quod hypothesis quæ collectionis Pseudo-Isidorianæ auctorem Otgarium fingit, nullis nitatur argumentis, nisi forte quod Moguntinus episcopus hierarchicæ faverit potestati (182). In hoc vero nullius quidem momenti negotio maxime desudarunt critici, quodnam nempe fuerit Pseudo-Isidori in conscribendo opere genuinum propositum. Qui de industria decipere voluisset, is et à qualibuscunque mediis etsi pessimis non abhorruisset papalia promovere jura, conciliorum impugnare auctoritatem, favere primatibus. Metropolitas deprimere, oppresso a laicis consulere clero (183), illi vicissim scopo fuisset. Quidquid a Pseudo-Isidoro quilibet criticus eruere intenderet, hoc et eruebat, unde patet quam recte de se ipso auctor prædicarit, « se episcopis et clero et laicis perutile, et universam complectens Ecclesiæ disciplinam, opus scribere velle. » Quod et revera habita de Ecclesiæ tunc temporis in Francorum regno statu ratione, pro suo modo perfecerat, cum ea quæ in ecclesiasticarum legum codicibus deficiebant, e recentioribus fontibus, quos tamen non penitus perspectos habuit (184), supplenda esse existimaret. In quo labore, prout notatum est, Libri Pontificalis eloquia ipsi et fundamento et regulæ fuere (185).

Denique non defuerunt docti qui nauseabile de Joanna papissa (186) commentum inter et Pseudo-Isidorianam collectionem, quamdam affinitatem latuisse suspicarentur. Sincerum esse mere figmentum rati, spuriarum decretalium collectionem papissæ fictæ spurii filii typo allegorice designari opinantur (187). *Quisque in suo sensu abundet* (188).

AUCTORES DE PSEUDO-ISIDORIANA COLLECTIONE CONSULENDI.

Ecclesiastica historia Centuriatorum Magdeburgensium, tom. II, cap. 7; tom. III, cap. 7.

Fr. Turrianus, *Adversus Magdeburgenses Centuriatores pro canonibus apostolorum et epistolis decretalibus Pontificum apostolicorum Libr.* v. Florent., 1572; Colon., 1573, in-4.

Blondellus, *Pseudo-Isidorus et Turrianus vapulantes.* Genev., 1628, 1635, in-4.

Van Espen, *De collectione Isidori vulgo Mercatoris* (*Comment. in canones et decreta juris veteris.* Opp. tom. III.

Ballerini, *De antiquis collectionibus*, p. III, cap. 6. (Gallandi), *Sylloge*, tom. I, p. 558 sqq.

Blascus, *De collectione canonum Isidori Mercatoris.* (Gallandi, *loco citato*, tom. II, p. 1 sqq.)

Zaccaria, *Antifebronio*, tom. I, dissert. III, cap. 3-5. (Edit. Pesar., p. 283 sqq.)

Spittler, *Geschichte des kanonischen Rechtsbis ouf die Zeiten des falschen Isidor.* Halle, 1778, S. 243 u. ff.

Marchetti, *Saggio critico sopra la storia di C. Fleury.* Roma, 1781.

Anton. Theiner, *De Pseudo-Isidoriana canonum collectione.* Vratisl., 1827. Biener, *in der Krit. Zeitschr. fur Rechtswissenschaft*, Bd. 3, Heft 1.

Knust, *De fontibus et consilio Pseudo-Isidor. Collect.* Gott., 1832. in-4.

Mohler, *Fragm. aus und über Pseud-Isid.* (Tüb. Quartalsc., 1829, 32.—Vermischte Schrif. Bd. 1, S. 283.)

Eichhorn, *Die Spanische Sammlung.*

Wasserschleben, *De patria decretalium Pseudo-Isidor.* Vratisl., 1845. *Beitrage zur Geschichte des falschen Decretalem*, Breslau, 1844.

Kunstmann, *Fragmente über Pseudo-Isidor.* (Neue Sion, Jarhg. 1845 N. 52 u. ff.) — *Pseudo-Isidorische Sammlung* im Bonner Kirchenlexikon, Bd. 4, S. 689 u. ff.

Hefele, *Ueber den gegenwartigen Stand der Pseudo-Isidor. Frage.* (Tüb. Quartalschr., 1847, S. 583 u. ff.)

Gfrorer, *Untersuchung über Alter, Ursprung, Zweck der Decretalen des falschen Isidorus.* Freib., 1848. (*Geschichte der ostund westfrankischen Carolinger*, Bd. 1, S. 71 u. ff; S. 210.) S—r in der Hall. Allg. Zeit., Jahrg. 1849, N. 277 u. ff.

Rosshirt, *Zu den kirchenrechtlichen Quellen des ersten Jahrtausends, und zu den Pseudo-Isidorischen Decretalen. Mit besonderer Rucksicht auf noch nicht bekannte Handschriften.* Heidelb., 1849. (Vergl. *Gengler, Deutsche Rechtsgeschichte im Grundrisse.* Erlang., 1850, S. 422 u. ff.)

Walter, *Kirchenrecht*, § 95-98. — Richter, *Kirchenrecht*, §§ 24, 69, 70.

(179) Cf. Kuntsmann p. 254. Hefele p. 631-636.

(180) Nonnisi casu evenit, ut de Rothado supersit documentum, in quo se *peccatorem* dicit.

(181) Sed et Gfrorer, etsi spurias Decretales Moguntiæ ortas tenuerit, Pseudo-Isidoricam Collectionem a Rothado absolutam fuisse sentit.

182 Conf. Walter § 97, p. 195, not. *y*.

(183 Walter adnotat p. 197, not. *f*, merito adjungi posse : « Pietatem augere, perficere Christianos mores, divinum ordinare cultum, res Ecclesiæ in tuto ponere. De his enim omnibus multo et gravi sermone agitur ex spuriis Decretalibus. » Hefele pag. 595, de variis quæ Pseudo-Isidoro ad conscribendum opus incitamento exstitere.

184 Rosshirt, p. 19.

185 Dollinger, Lehrbuch der Kirchengeschichte Bd. 2, p. 46.

(186) Blasco, loc. cit., cap. 16, p. 135 et seqq. — Gfrorer Geschichte der Karolinger, Bd. 1, p 288. — De ipso commentario. Haas in Freiburger kirchenlexikon Bd. 5, p. 705 et seqq.

(187) Vid. sup. ill. Rosshirt, p. 60 et seqq.

(188) Devoti § 5, p. 358, hypothesi non penitus adversatur.

ISIDORI MERCATORIS COLLECTIO DECRETALIUM.

(Apud Merlinum, Collect. Concil., Coloniæ 1530.)

JACOBI MERLINI DOCTORIS EPISTOLA NUNCUPATORIA.

Reverendissimis in Christo Patribus et dominis meis præstantissimis STEPHANO et FRANCISCO PONCHERIIS, Senonensis et Parisiensis Ecclesiæ præsulibus circumspectissimis, JACOBUS MERLINUS doctor theologus, S. P. D.

Sacrosanctorum conciliorum orthodoxorumque pontificum instituta, quæ partim dudum beatus Isidorus in unum comportaverat, partim tu, reverendissime Pater, plumbo obfirmata publicanda dedisti, in unum referre volumen non dissimulavi, conducibilius reipublicæ nihil fore existimans, quippe cum tam copiose tamque catholice singula quæ aut ad atterendos mortalium errores, aut ad instaurandum jam prope collapsum orbem præseferant, ut facile nunc quisque ad manum habeat unde hæreses et hæreticos jugulet, elatos deprimat, voluptuosos defatiget, excitet torpentes, exinaniat ambitiosos, vulpes capiat parvulas vineam ecclesiasticam demolientes. Si igitur posthac monstra a republica arcere pellereque quispiam contendat, quid præstantius lapidibus David, quos hic Jordanis copiosissime subministrat? Si item votis esurientium satisfacere tentet, quid copiosius suaviusque opibus quas hæc de remotissimis oris veniens navis attulit? Si vero semitam et veritatis splendorem concupiscat, ex quibus optimo jure pellantur errorum tenebræ, et procul abeant cum suis auctoribus, quid apertius Patrum parentumque sententiis, quas impellente sancto Spiritu in hunc acervum comportarunt? Hic nempe, velut ex prato floribus universis pleno, facile colliguntur quæcunque ad rem conferunt ecclesiasticam, quæcunque ad comprimenda vitia extinguendosque concupiscentiæ ardores conducunt. Hic præstantissima margarita mox, si paululum effoderis, occurret. Hic quoscunque dæmon suscitavit hæreticos, jugulatos, confossos, prostratosque intueberis. Hic rituum atque orthodoxæ Ecclesiæ sacramentorum osores, plagis impositis, semimortuos agnosces. Hic quo Sponsi Ecclesiæ jura tuearis, hic sponsæ libertates, et quæcunque reliqua quæ ad pacificum convictum hominum conspirant, facile depromes. Hic velut ad petram parvuli Novatus Helchesaite, Sabellius, Cerinthus, Nepotianus cum Paulo Samosateno eliduntur. Hic scintilla Arianæ perfidiæ, ne magnum tandem præberet incendium, Photinus, Eunomius, Hebion, Montanus prisca emoriuntur. Hic velut condensissima silva latitant orthodoxi, qui, instar ursorum, Pelagium, Apollinarem, Priscillianum, Nestorium et Cataphrygas, cum filiis Hierico laniant lacerantque. Hic Eutyches Manichæus, Acephali, Dioscorus et Theodorus prosternuntur. Hic Severus Aquilegiensis gladio Phinees jugulatur. Hic Monothelitæ mandibula asini dejiciuntur. Hic Sergius, Pyrrhus, Macharius, velut vulpes parvulæ tenentur. Hic Hussitæ perfidi, Wiclefistæ insani, et Bohemi apostatæ atque schismatici, cum sua tota posteritate, ut singularis fetus, perpetuo feriuntur anathemate. Hic regum et imperatorum tyrannis velut chamo et freno reprimitur. Hic præsulum et pontificum luxus coarguitur. Si dissentiant principes, hic sincera pax latitat. Si de primatu disceptent præsules, hic magni consilii angelus præficiendum cæteris patefacit. Si pestilens zizania agrum Dominicum labefactare incipiat, mox pater excitatur evangelicus, qui in fasciculos, incendio dandam, colligere præcipiat, quorum vim atque conditionem si semel degustaverint auctoritates illæ supremæ, principum scilicet et pontificum, ecclesiasticam mox excitabunt potestatem, quæ dudum a Basiliensi concilio toties commonita, vires resumere non valuit, excitata tandem brachium vibravit, nec prius ab instituto manus revocabit, donec olim perditam drachmam (veritatem dico vitæ doctrinæ, et justitiæ) invenerit. Cum itaque ex hujusmodi argumentis tam copiosum utileque reipublicæ antidotum exspectetur, vobis reverendissimis Patribus, qui verissimam cicatricem Christi tenetis, supremisque studiis sanctam Hierusalem, sponsam Christi electissimam, restituere illustrareque, pulsis omnibus errorum fucis, contenditis, hunc nostrum tantillum laborem per vos reipublicæ offerendum, dignum duxi : non parum mercedis me assecuturum existimans, modo ex alumno vestro (cujus animum vix humeri sufferunt) qualibuscunque studiis (velut mel

de petra, et oleum de saxo durissimo) argumenta proferatis, quibus a Gallorum sedibus pellantur hæreses, refloreat veritas, inanesque, et nullius momenti contentiones evanescant. Accipite igitur, optimi patres, has nostras lucubrationes rei ecclesiasticæ, imo et toti orbi mea sententia profuturas, unde docti pariter et indocti in promptu habeant quo delectentur; quo se item adversus pestilentes, nescio quorum hominum rabies, juvent, protegant, tueantur; quo item cessent pariter et amputentur singula errorum seminaria, cedant bella paci, unioni schismata, veritati error : et luceat veritatis lumen in Sion, et agnoscatur verus zeli caminus in Hierusalem, Christus scilicet, qui ventis procellisque, rursus atque iterum utinam imperet.

ORIGO CONCILIORUM GENERALIUM.

Quo tempore concilia celebrari cœperunt, et de quatuor conciliis.

Canones generalium conciliorum a temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis, persecutione sæviente, docendarum plebium minime dabatur facultas; deinde Christianitas in diversas hæreses scissa est, quia non erat licentia episcopis in unum convenire nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti Patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum convenientes juxta fidem evangelicam et apostolicam secundum post apostolos Symbolum tradiderunt. Quatuor autem principalia esse concilia ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent Ecclesiæ tam de Patris, et Filii, et Spiritus sancti divinitate, quam prædicti Filii et Salvatoris nostri incarnatione. Prior harum Nicæna synodus est trecentorum decem et octo episcoporum, sub Constantino Augusto imperante peracta, in qua Arianæ perfidiæ blasphemia condemnata, qua inæqualitatem sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat, consubstantialem Deo Patri Dei Filium eadem sancta synodus per symbolum definivit. Secunda synodus est centum quinquaginta Patrum, sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata, quæ Macedonium, Spiritum sanctum Deum esse negantem, condemnans, consubstantialem Patri et Filio eumdem Paraclitum demonstravit, dans latius symboli formam, quam tota Græcia et Latinitas in Ecclesiis prædicat. Tertia synodus est Ephesina prima ducentorum episcoporum, sub juniore Theodosio Augusto edita, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem justo anathemate condemnavit, ostendens manere in duabus naturis unam Domini nostri Jesu Christi personam. Quarta synodus est Chalcedonensis sexcentorum triginta sacerdotum, sub Martiano principe habita, in qua Eutychem Constantinopolitanum abbatem Verbi Domini et carnis unam naturam pronuntiantem, et ejus defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum, et ipsum Nestorium cum reliquis hæreticis una Patrum sententia prædamnavit, prædicans eadem synodus Christum Dominum sic natum de Virgine, ut in eo substantiam et divinæ et humanæ confiteamur naturæ. Hæ sunt, ut prædiximus, quatuor principales, et venerabiles synodi fidem catholicam complectentes. Sed et si qua sint concilia quæ sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore. Quorum etiam gesta in hoc corpore condita continentur.

Item de synodis principalibus, quibus in locis, quibus pro causis, quibus temporibus, quibus auctoribus celebratæ sint.

Prima synodus in Nicæa trecentorum decem et octo Patrum contra Arium, Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate asserebat, Patrem scilicet majorem, Filium minorem, Spiritum sanctum creaturam, temporibus Constantini principis, Sylvestri papæ Romani, Macharii Hierosolymitani, Alexandri Constantinopolitani, qui condemnata hæresi statuerunt canones viginti. Quorum auctor maxime præfatus sanctus Alexander episcopus fuit. Secunda in Constantinopoli centum quinquaginta Patrum contra Macedonium Constantinopolitanum episcopum, qui negabat Spiritum sanctum Deum esse, temporibus Gratiani et Theodosii principum, Damasi papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani, Nectarii Constantinopolitani, qui, condemnata hæresi, statuerunt canones tres. Quorum maxime auctor Nectarius Constantinopolitanus fuit. Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui dicebat beatam virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret divinitatis, temporibus Theodosii Magni principis, Cœlestini papæ Romani, Juvenalis Constantinopolitani, Cyrilli Alexandrini. Qui duodecim capitula contra Nestorii blasphemias, totidem capitula, auctore eodem sancto Cyrillo, anathematizando conscripserunt. Quarta in Chalcedone sexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Constantinopolitanum abbatem qui asserebat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis exsistere, sed solam in eo divinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis papæ Romani, Juvenalis Hierosolymitani, Anatolii Constantinopolitani. Qui condemnata hæresi statuerunt canones viginti septem, quorum auctor maxime idem sanctus Anatolius Constantinopolitanus episcopus fuit. Quinta Constantinopoli contra Theodorum Mopsuestenum, et omnes hæreticos. Qui Theodorus dicebat alium Deum esse Verbum, et alium Christum, et sacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuisse, temporibus Justiniani principis, Vigilii papæ, Domini Antiocheni, Eutychii Constantinopolitani, qui quatuordecim capitula anathematizando scripserunt contra Theodori et sociorum ejus blasphemias. Sexta in Constantinopoli, centum quinquaginta Patrum contra Macharium Antiochenum episcopum et socios ejus, qui unam voluntatem et operationem in Christo falsa suspicione astruebant, temporibus Constantini principis, Agathonis papæ Romani, Georgii Constantinopolitani. Qui condemnata hæresi anathematizando scripserunt octo capitula.

Item adnotatio synodorum quarum gesta in hoc codice continentur.

Prima adnotatio Aquitanæ synodi, qui ante Nicænam fertur fuisse, sed propter auctoritatem majorem postponitur : in qua Patres octodecim statuerunt canones viginti quatuor. Quorum auctor

maxime Vitalis Antiochenus episcopus exstitit. Secunda Neocæsariensis, quæ post Aquitanam et Nicænam legitur fuisse, in qua Patres sedecim statuerunt canones quatuordecim, quorum auctor maxime Vitalis Salaminus exstitit. Tertia Gangrensis, quæ post Nicænam legitur fuisse, in qua Patres sedecim statuerunt canones viginti unum propter quasdam necessitates ecclesiasticas, maxime contra Eustachium, qui dicebat quod nullus in conjugali ordine positus, nec ullus fidelis qui non omnibus renuntiaret quæ possideret, spem apud Dominum haberet, et multa alia venenosa, quæ enumerare longum est. Quarta Sardicensis, in qua Patres quadraginta statuerunt canones viginti unum, quorum auctor maxime Osius Cordubensis episcopus, et Vincentius Capuanus episcopus, et sanctæ Romanæ Ecclesiæ legatus exstiterunt. Quinta Antiochena, in qua Patres triginta statuerunt canones viginti quinque, quorum auctor maxime Eusebius Palæstinensis episcopus exstitit. Sexta Laodicensis, in qua Patres viginti duo statuerunt canones quadraginta novem, quorum auctor maxime Theodosius episcopus exstitit. Septima Carthaginensis, in qua Patres ducenti decem et septem, statuerunt canones triginta tres, quorum auctor maxime Aurelius Carthaginensis episcopus exstitit. Etiam sanctus Augustinus Hipponensis episcopus in eadem synodo legitur fuisse temporibus Honorii Augusti. Octava Africana sub Theodosio minore Augusto, in qua Patres ducenti quatuordecim recitaverunt et firmaverunt canones centum et quinque qui per diversa concilia Africanæ provinciæ, temporibus Aurelii Carthaginensis episcopi, leguntur esse conscripti. Nona Arelatensis, in qua Patres statuernnt canones, etc., quorum auctores maxime Silvester urbis Romæ episcopus, et sanctus Marinus Arelatensis episcopus exstiterunt, temporibus Constantini Augusti, sicut quidam asserunt. Decima item Arelatensis, in qua Patres novemdecim statuerunt canones, quorum auctor maxime sanctus Cæsarius Arelatensis episcopus exstitit. Undecima item Arelatensis, in qua Patres sedecim statuerunt canones. Duodecima item Arelatensis, in vico Ortinsico, in qua Patres undecim statuerunt canones, quorum maxime auctor sanctus Cæsarius Arelatensis episcopus exstitit. Tertia decima item Arelatensis, in qua Patres novemdecim statuerunt canones, quorum auctor maxime Sapardus Arelatensis episcopus exstitit. Quarta decima Arausicensis, in qua Patres sedecim statuerunt canones, quorum auctor maxime Hilarius episcopus exstitit. Sexta decima Agathensis, in qua Patres triginta quatuor statuerunt canones, quorum auctor maxime Cæsarius episcopus exstitit. Septima decima Aurelianensis, in qua Patres septuaginta duos statuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelius Arelatensis episcopus exstitit temporibus Clodovici regis. Octava decima item Aurelianensis, in qua Patres triginta unum statuerunt canones, quorum auctor maxime Melanius Redensis episcopus exstitit. Nona decima item Aurelianensis, in qua Patres viginti tres statuerunt canones, quorum auctor maxime sanctus Albinus Andegavensis episcopus exstitit.

INCIPIT EPISTOLA AURELII CARTHAGINENSIS EPISCOPI

AD DAMASUM PAPAM.

Reverendissimo papæ Damaso Aurelius Carthaginensis episcopus.

Gloriam apostolicæ sedis et vestræ sublimitatis gratiam nostra humilitas exorat ut statuta quæ reperire poteritis post finem beati principis apostolorum Petri usque ad vestræ sanctitatis principium, juxta apostolicæ sedis auctoritatem, quam cognovimus per vestræ sapientiæ sanctitatem gubernari, nobis scripta mittere dignemini. Quatenus per vestræ sanctitatis nobilitatem atque prudentiam nosse valeamus quæ in præfata sancta sede supradictis temporibus sunt decreta, et qui adversus canonum apostolorum instituta gesserunt cognoscantur. Bene valete, sanctissime papa, et orate pro nobis, amantissime pater. Data VIII Kalend. Martii, et lecta Romæ Nonas Maii.

RESCRIPTUM DAMASI AD AURELIUM CARTHAGINENSEM EPISCOPUM.

Beatissimo fratri et coepiscopo Aurelio Damasus.

Scripta sanctitatis tuæ debita veneratione suscepimus, in quibus sitire venerationem ac prudentiam tuam apostolica instituta (ut dignum erat) cognovimus. Qua de re quædam ex his quæ petisti misimus, et quædam adhuc cum iterum miseris, mittere cupimus. Nullum tamen a beati Petri principis apostolorum fine prædecessorum nostrorum prætermisimus, de quorum statutis aliquid tibi per Ammonium presbyterum et Felicem diaconum sub certis signaculis non mitteremus. Quæ te et custodire optamus, et aliis prædicanda ac publicanda mandamus, ut ab omnibus inviolate debita veneratione custodiantur, et inviolate serventur, atque ab omnibus futuris temporibus diligenter venerentur, quia violatores voluntarie canonum graviter a sanctis Patribus judicantur, et a Spiritu sancto (cujus instinctu ac dono dictati sunt) damnantur, quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut præfixum est, aliquid proterve agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum sanctum, quoniam, ut jam prælibatum est, contra eum agit cujus impulsu et gratia iidem sancti editi sunt canones. Diabolica vero nequitia plerosque subtiliter fallere solet, et ita quorumdam imprudentiam per similitudinem pietatis sæpissime illudit, ut pro salutaribus nocitura persuadeat. Idcirco norma sanctorum canonum qui sunt Spiritu Dei conditi, et totius reverentia consecrati, fideliter a nobis est scienda, et diligenter tractanda, ne quovis modo sanctorum Patrum statuta absque inevitabili necessitate (quod absit) transgrediamur, sed fidelissime per ea gradientes, cum eis qui eos instinctu condiderunt divino mercedis gloriam, et laboris cumulum eorum meritis auxiliante Domino habere mereamur. His itaque rite deliberatis, et ad ecclesiarum vestrarum notitiam nostra deliberatione perlatis, parere vos eorumdem sanctorum canonum regulis summopere convenit, ne in aliquo eis obviare quorumdam ignavia faciat, sed vestra sapiens et sana doctrina quæ cupit vos per omnia placere Deo illis cohæredes et comparticipes cælestis regni in sedibus fideles cooperatores ostendat. Data XVI Kalend. Junii, Gratiano et Ciritio IV consulibus.

PRÆFATIO ISIDORI IN SEQUENS OPUS.

Isidorus servus Christi lectori conservo suo et parenti in Domino fideli salutem.

Compellor a multis tam episcopis quam reliquis servis Christi canonum sententias colligere, et in uno volumine redigere, et de multis unum facere. Sed hoc oppido conturbat, quod diversæ interpretationes varias sententias faciunt, et licet unus sit sensus, diversæ tamen sunt sententiæ, et aliæ longiores, aliæ breviores. Ea vero concilia quæ Græco sunt edita stylo, amplius quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata atque conscripta reperimus. Quod si veritas est quærenda e pluribus, Græcorum sequamur stylum, eorumque imitemur dictiones atque exemplaria; sin minus, ipsi dicant atque exponant quibus tot sunt exemplaria quot codices. Nobis tamen videtur, cum in nostro discrepaverint sermone, ut unitas, et veritas ab ipsis quærenda sit, quorum lingua edita esse noscuntur. Quod et nos fecimus, et sicut a veris eorum reperimus magistris, in volumine cui hæc præponitur præfatiuncula inserere curavimus. Canon autem Græce, Latine *regula* nuncupatur. Regula autem dicta quod recte ducit, nec aliquando aliorsum trahit. Alii dixerunt regulam dictam vel quod regat, vel quod normam vivendi præbeat, sive quod distortum pravumque quid corrigat. Synodum autem ex Græco interpretari *comitatum* vel *cœtum*. Concilium vero nomen tractum ex communi intentione, eo quod in unum omnes dirigant mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt. Unde et qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia non sentiunt unum. Cœtus vero conventus est, vel congregatio a coeundo, id est conveniendo in unum, unde et conventus est nuncupatus, quod omnes ibi conveniunt, sicut conventus, cœtus vel concilium a societate multorum in unum.

In principio vero voluminis hujus qualiter concilium apud nos celebratur posuimus, ut qui nostrum ordinem sequi voluerint, sciant qualiter hoc agere debeant. Qui autem hoc agere melius elegerint, faciant quod justo canonicoque atque sapientissimo consilio judicaverint. Denique propter eorum auctoritatem cæteris conciliis præposuimus canones qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, et sancti Patres eorum sententias synodali auctoritate roboraverunt, et inter canonicas posuerunt constitutiones. Deinde quarumdam epistolarum decreta virorum apostolicorum interseruimus, id est Clementis, Anacleti, Evaristi et cæterorum apostolicorum, quas potuimus hactenus reperire epistolas usque ad Silvestrum papam. Postmodum vero Nicænam synodum constituimus propter auctoritatem ejusdem magni concilii. Deinceps diversorum conciliorum Græcorum et Latinorum, sive quæ antea, seu quæ postmodum facta sunt, sub ordine numerorum ac temporum capitulis suis distincta sub hujus voluminis aspectu locamus, subjicientes etiam reliqua decreta præsulum Romanorum usque ad sanctum Gregorium, et quasdam epistolas ipsius in quibus pro culmine sedis apostolicæ non impar conciliorum exstat auctoritas, quatenus ecclesiastici ordinis disciplina in unum a nobis coacta atque digesta et sancti præsules paternis instituantur regulis, et obedientes Ecclesiæ ministri vel populi spiritualibus imbuantur exemplis, et non malorum hominum pravitatibus decipiantur. Multi enim, pravitate et cupiditate depressi, accusantes sacerdotes oppresserunt. Ideo sancti Patres leges constituerunt quas sanctos canones appellaverunt. Multi ergo idcirco alios accusant, ut se per illos excusent, aut eorum bonis ditentur. Plerique vero boni Christiani propterea tacent, et portant aliorum peccata quæ noverunt, quia documentis sæpe deseruntur quibus ea quæ ipsi sciunt judicibus ecclesiasticis probare non possunt, quoniam licet vera sint quædam, non tamen judicibus credenda sunt, nisi quæ certis indiciis demonstrantur, nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur. Nullus enim qui suis rebus est spoliatus, aut a sede propria vi aut terrore pulsus, antequam omnia sibi ablata ei legibus restituantur, et ipse pacifice diu suis fruatur honoribus, sedique proprie regulariter restitutus ejus multo tempore libere potiatur honore, juxta canonicam accusari, vocari, judicari aut damnari institutionem non potest. Unde et ecclesiastica Historia, ab Eusebio Cæsariensi episcopo confecta, de muliere quadam quæ pro castitate a marito accusabatur ait : « Præceptum, vel interdictum est ab imperatore lege lata, ut primo permitteretur ei rem familiarem libere diutius ordinare, tum deinde responderet objectis. » Hæ omnes leges tam ecclesiasticæ quam et vulgares publicæque præcipiunt.

Horum vero concinnantia si omnia ponerentur, ante deficerent dies, et nimis prolixa fieret epistola. Ex pluribus tamen aliqua hic ad provocationem aliorum inserere judicavimus. Ait namque sanctus Leo Romanæ Ecclesiæ antistes in epistola Chalcedonensi concilio missa, cujus initium est : « Leo episcopus synodo Chalcedonensi. Optaveram quidem, dilectissimi, » et cætera. In qua inter cætera sic testatur dicens : « Quia vero non ignoramus per pravas æmulationes multarum Ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque fratres injuste sedibus suis pulsos et in exsilia deportatos atque in locum superstitum alios substitutos; his primitus vulneribus adhibeatur medicina justitiæ. Ne quisquam

ita careat propriis, ut alter utatur alienis. Quem ita errorem omnes relinquant, ut nemini quidem perire honor debeat, sed prioribus episcopis cum omni privilegio suo jus proprium reformetur. » Eadem et antiqui apostolici qui fuerunt ante synodum Nicænam sanxerunt. Eadem synodus quæ habita est in Larissa sub Valeriano loquitur. Eadem plurimæ Romanæ synodi testantur, eadem papa Symmachus et cæteri sancti Patres sanxerunt. Quorum statuta proxilitatem vitantes hic inserere distulimus. Si quis autem hæc plenius scire et legere voluerit, suis in auctoribus invenire et legere pleniter poterit. Nobis vero hac in præfatiuncula ista sufficiant. Et sicut militi ex multis armis illa sufficiunt quæ ferre congruenter super se poterit, sic nobis de multis sententiis una, aut duæ, vel quantum tunc necesse fuerit, sufficiunt, quoniam sicut cum uno telo aut duobus inimicum vincimus, sic cum una aut duabus sententiis auctoritate plenis æmulum superamus. Si enim de mulieribus et sæcularibus hominibus hæc constituta sunt, multo magis ecclesiasticis viris et sacerdotibus sunt concessa. Hæc eadem vero ecclesiastica jura jubent et sæculi leges præcipiunt. Similiter accusatores et accusationes, quas sæculi leges prohibent, canonica funditus repellit auctoritas. Synodorum vero congregandarum auctoritas apostolicæ sedi privata commissa est potestate, nec ullam synodum ratam esse legimus, quæ ejus non fuerit auctoritate congregata vel fulta. Hæc canonica testatur auctoritas, hæc historia ecclesiastica roborat, hæc sancti Patres confirmant.

Scire autem vos volo, octoginta episcopos, qui hoc opus me incipere, et perficere coegistis, et cunctos reliquos Domini sacerdotes oportet, quod plura quam illa viginti capitula quæ apud nos habentur Nicænæ synodi reperimus, et in decretis Julii papæ septuaginta capitula ejusdem synodi esse debere legimus. Quam epistolam in suo ordine inter cætera decreta apostolicorum posuimus, hæc scrutantibus et cunctis nosse volentibus rimandam. Nam quod plura quam viginti capitula sint Nicæni concilii, in multis invenitur locis. Legitur enim in Constantinopolitano concilio ita : « Manifestum est quod illa quæ sunt per unamquamque provinciam ipsius provinciæ synodus dispenset, sicut Nicæno constat decretum esse concilio. » Legitur et in epistola Innocentii papæ Victricio Rothomagensi episcopo directa, ita : « Si quæ causæ vel contentiones inter clericos et laicos, vel inter clericos tam majoris ordinis quam etiam inferioris fuerint exortæ, placuit ut secundum synodum Nicænam congregatis omnibus ejusdem provinciæ episcopis judicium terminetur, » et reliqua. Sanctæ etiam memoriæ Theophilus Alexandrinus episcopus suis in epistolis meminit in concilio Nicæno statutum esse ut ab VIII Idus Martii usque in idem Nonas Aprilis, diebus scilicet 28, qualiscunque luna nata fuerit in quolibet medio spatio, perhibet facere initium primi mensis, quartam decimam vero a XII Kalend. Aprilis usque in XVIII Kalend. Maii solerter inquiri, et si die Sabbatorum inciderit, consequenti die Dominico, id est luna XV, Pascha celebrare conscripsit, et si die Dominico luna XIII ejusdem mensis, id est primi mensis, evenerit ipsa hebdomada transmissa in alterum diem Dominicum, Pascha sine dubio celebrare conscripsit. His et aliis quamplurimis exemplis patet plura esse quam viginti Nicæni concilii capitula, et veram esse prædictam Julii papæ epistolam. Nobis autem quidam e consortio fratrum nostrorum Orientales testati sunt se vidisse concilium Nicænum habens potiorem quatuor Evangeliorum magnitudinem, continens in se sessiones episcoporum, et introductiones, judiciaque querimoniarum, atque definitiones et constitutiones, necnon et subscriptiones eorum. Ad cujus similitudinem magnum Chalcedonense concilium conscriptum esse confirmaverunt, et demum alia Constantinopoli condita, unum videlicet sub Justiniano imperatore, contra Dei impugnatores Origenem, Didymum, et Evagrium, et aliud temporibus Agathonis papæ et Constantini imperatoris contra Macharium episcopum, et Stephanum ejus discipulum, ac reliquos episcopos, qui pro frumento zizania Ecclesiis seminaverunt, vinum miscuerunt aquæ, et proximo potum dederunt eversione turbida, et tanquam lupi agni simulabant mendacium, et veritas ut mendacium refutabatur.

Nosse etiam oportet (licet certa non infirmentur, quatuor esse principalia concilia ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent Ecclesiæ, tam de Patris, et Filii, et Spiritus sancti divinitate, quam de prædicti Filii et Salvatoris nostri incarnatione. Prior harum Nicæna synodus est trecentorum decem et octo episcoporum sub Constantino Augusto peracta, in qua Arianæ perfidiæ blasphemia condemnata, qua inæqualitatem sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat, consubstantialem Deo Patri Deum Filium eadem sancta synodus per Symbolum definivit. Secunda synodus centum quinquaginta Patrum, sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata, quæ Macedonium, sanctum Spiritum Dominum esse negantem, condemnans, consubstantialem Patri et Filio eumdem Paracletum demonstravit, dans latius Symboli formam, quam tota Græcia et Latinitas in Ecclesiis prædicant. Tertia synodus est Ephesina prima ducentorum episcoporum, sub minore Theodosio Augusto edita, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem justo anathemate condemnavit, ostendens manere in duabus naturis unam Domini nostri Jesu Christi personam. Quarta est synodus Chalcedonensis sexcentorum triginta sacerdotum, sub Martiano principe habita, in qua Eutychem Constantinopolitanum abbatem Verbi Dei et carnis unam naturam pronuntiantem, et ejus defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum, et ipsum rursum Nestorium cum reliquis hæreticis una Patrum sententia prædamnavit, prædicans eadem synodus Christum Dominum sic natum de

Virgine, ut in una substantia divina et humana contineantur naturæ. Hæ sunt, ut prædiximus, quatuor principales et venerabiles synodi, fidem catholicam complectentes. Sed si qua sint concilia quæ sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt, post ipsorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore. Primo quidem ordo, ut prædictum est, de celebrando concilio insertus habetur, et postmodum canonum apostolorum, ac primorum apostolicorum, id est a sancto Clemente usque ad sanctum Silvestrum sequens ordinem suum.

INCIPIUNT CANONES

ID EST

REGULÆ ECCLESIASTICÆ

A sanctis Patribus constitutæ, et ab ISIDORO *in unius codicis corpus collectæ.*

1 ORDO DE CELEBRANDO CONCILIO.

Hora diei prima, ante solis ortum, ejiciantur omnes ab ecclesia, obseratisque foribus cunctis ad unam januam per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stabunt. Et convenientes omnes episcopi pariter introibunt, et secundum ordinationis suæ tempus residebunt. Post ingressum episcoporum omnium atque consessum, vocentur deinde presbyteri, quos causa probaverit introire, nullusque se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediantur diacones probabiles, quos ordo poposcerit interesse. Et corona facta de sedibus episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant, quos tamen sessuros secum metropolitanus elegerit, qui utique et cum eo judicare aliquid, et definire possunt. Diaconi in conspectu episcoporum stent, deinde ingrediantur laici, qui electione concilii interesse meruerunt. Ingrediantur quoque notarii, quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit. Obseratisque januis, et sedentibus in diuturno silentio sacerdotibus, atque cor totum habentibus ad Dominum, dicturus est archidiaconus, *Orate,* statimque in terram omnes prosternentur, tam episcopi quam presbyteri, et orantes diutius, tacite cum fletibus atque gemitibus, unus ex episcopis senioribus surgens, orationem palam fundat ad Dominum, cunctis adhuc in terra jacentibus, dicens hanc orationem :

Oratio.

Adsumus, domine sancte Spiritus, adsumus peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati; veni ad nos, et esto nobiscum, dignare illabi cordibus nostris, doce nos quid agamus, quo gradiamur, et ostende quid efficere debeamus, ut, te auxiliante, tibi in omnibus placere valeamus. Esto salus, et suggestor, et effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre, et ejus Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse justitiæ, qui summam diligis æquitatem, ut in sinistrum nos non ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat, sed junge nos tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, ut simus in te unum, et in nullo deviemus a vero, qualiter in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut et hic a te in nullo dissentiat sententia nostra, et in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna.

In qua oratione *Pater noster* non dicatur, nec *benedictio,* sed ipsa solummodo oratio confirmetur. Finita autem oratione, et responso ab omnibus *Amen,* rursus dicat archidiaconus : *Erigite vos.* Confestim omnes surgant et cum omni timore Dei et disciplina tam episcopi quam presbyteri sedeant; sicque omnibus in suis locis, in silentio consedentibus, diaconus alba indutus, codicem canonum in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronuntiet, id est, de concilio Toletano tertio, æra XVIII. Item, ex concilio Toletano quarto, æra III. Item, ex capitulis Orientalium partium, quæ Martinus episcopus de Græco in Latinum vertit, æra XVIII, de Synodo facienda. Item, ex concilio Chalcedonensi, æra XVIII. Item, ex concilio Agathensi, æra XXV, vel XXVI, vel aliud de canonibus, quod metropolitano aptius visum fuerit, ut legatur. Finitisque titulis, metropolitanus episcopus, concilium alloquatur exhortatione, ita dicens : Ecce, sanctissimi sacerdotes, præmissis Deo precibus, fraternitatem vestram cum pia exhortatione convenio, et per divinum nomen obtestor ut ea, quæ a nobis de Deo, et de sacris ordinibus, vel sanctis moribus vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis et cum summa reverentia perficere intendatis. Quod si forsitan aliquis vestrum aliter quam dicta fuerint senserit, sine aliquo scrupulo contentionis in nostrorum omnium copulatione, ea ipsa, de quibus dubitaverit, conferenda reducat, qualiter, Deo auxi-

liante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde similiter vos obtestatione convenio, et obsecro, ut nullus vestrum in judicando, aut personam accipiat, aut quolibet favore, aut munere pulsatus, a justo judicio scienter avertatur, aut discedat; sed cum tota pietate, quidquid cœtui nostro se judicandum intulerit retractate, ut nec discordans contentio ad subversionem justitiæ inter nos locum inveniat, nec item in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis vel sollicitudo tepescat.

Post hanc exhortationem introibunt omnes, quicunque fuerint presbyteri, diacones, vel religiosi universi ad audiendum doctrinam. Sicque archidiaconus lecturus est canonem Toletani concilii undecimi, æra prima, ne tumultu concilium agitetur. Quo canone perlecto, concilium Ephesinum ex ordine perlegatur. Deinde collatio pariter et instructio de mysterio sanctæ Trinitatis habeatur, simulque et de officiorum ordinibus, si in omnium sedibus ejusdem celebritatis unitas teneatur. Pro his quoque prout spatium diei permiserit, et epistolæ papæ Leonis ad Flavianum episcopum de erroribus Eutychetis, et mysterio Trinitatis, legendæ sunt. Canones quoque de unitate officiorum, nec ad aliud aliquid antea transeatur, quam ista omnia explicentur, ita tamen ut in totos tres dies litaniarum nihil aliud agatur nec tractetur, nisi sola collatio de mysterio sanctæ Trinitatis, et de ordinibus vel sacris, vel officiorum institutis, ita ut hæc tota pertiantur per totos illos tres dies, ut nihil aliud (sicut dictum est), nisi sola quæstio de his quæ prædicta sunt, habeatur, ita ut lectio semper congruens ordini, et causæ quæ quærenda est, antecedat. Post hæc, in quarto die reliquæ per ordinem admittendæ sunt, sicque omnes qui de religiosis in retroactis diebus pro spirituali instructione interfuerant in concilio, foris egrediantur, residentibus aliquibus presbyteris in concilio, quos metropolitanus probaverit honorandos. Per singulos tamen illos tres dies rogationum litaniarum, episcopi vel presbyteri cum admonitore primum orationibus se prosternant. Sicque collecta a metropolitano oratione consurgant et de divinis tantum (ut dictum est) rebus collationem habeant, in reliquis autem diebus, cunctis astantibus oratio colligenda est, et sic considentes causarum negotia, juste et religiose colligant. Nullus tamen tumultus, aut inter confidentes, aut inter astantes habeatur. Eodem tamen modo, eodemque ordine ad concilium omnes per singulos dies ingrediantur, quo superius jam præmissum est. Nam etsi presbyteri reliqui aut diaconi, clerici sive laici de his qui foris steterunt, concilium pro qualibet re crediderint appellandum, Ecclesiæ metropolitanæ archidiacono causam suam intiment, et ille concilio denuntiet. Tunc illis et introeundi singulatim et proponendi licentia concedatur. Nullus autem episcoporum a cœtu communi secedat, antequam hora generalis secessionis adveniat.

Concilium quoque nullus solvere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcunque deliberatione communi finiuntur episcoporum singulorum manibus subscribantur, ita tamen ut ante duos vel tres dies quam solvant concilium omnes constitutiones a se editas diligenti consideratione retractent, ne in aliquo offendissent. Item, in die quo concilium absolvendum est, canones qui in sancta synodo constituti sunt, coram ecclesia in publico relegantur. Quibus explicitis, respondeatur in choro : *Amen.* Deinde ad locum redeuntes, ubi in concilio resederunt, canones ipsos subscribant. Admonendi quoque a metropolitano sunt de Pascha venturo, quo veniat die. Admonendi etiam sunt quo tempore supervenienti anno ad faciendum concilium veniant. Eligendi etiam sunt de episcopis, qui cum metropolitano dies festos Natalis Domini et sanctum Pascha debeant celebrare. Post hæc, dicente archidiacono : *Orate,* omnes simul in terra pariter se prosternant, ubi diutissime orantes, hanc unus ex majoribus orationem dicat:

Oratio.

Nulla est, Domiue, humanæ conscientiæ virtus quæ inoffense possit tuæ voluntatis judicia expedire, et ideo quia imperfectum nostrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa, quæsumus, quæ perfecto æquitatis fine concludere peroptamus. Te in nostris principiis occursorem poposcimus, te quoque in hoc fine judiciorum nostrorum excessibus adesse precamur, scilicet, ut ignorantiæ parcas, ut errori indulgeas, ut perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris. Et quia conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forsitan voluntas impulerit justitiam declinare, ob hoc te poscimus, te rogamus, ut si quid offensionis in hac concilii celebrate attraximus, condonare ac remissibile facere digneris, ut in eo quod soluturi sumus aggregatum concilium, a cunctis primum absolvamur nostrorum nexibus delictorum, qualiter et transgressores venia, et confitentes tibi subsequatur remuneratio sempiterna.

Huic orationi oratio *Pater noster* adjungatur, et cunctis adhuc jacentibus, hæc benedictio explicetur.

Benedictio.

Christus Dei Filius, qui est initium et finis, complementum vobis tribuat charitatis. Amen. Et qui vos ad expletionem hujus fecit pervenire concilii absolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen. Et ab omni reatu liberiores effecti, absoluti etiam per donum Spiritus sancti, felici reditu vestrarum sedium cubilia repetatis illæsi. Amen. Quod ipse præstare dignetur, cujus regnum et imperium permanet in sæcula sæculorum. Amen.

Quibus expletis, cum dictum fuerit ab archidiacono : *In nomine Domini nostri Jesu Christi, eamus cum pace,* omnes illico pariter exsurgentes, residente metropolitano ab ipso primum incipiente, osculum sibi invicem omnes pariter dabunt. Sicque data sibi invicem pace, conventus concilii absolvatur.

Oratio diei secundæ.

Nostrorum tibi, Domine, curvantes genua cordium, quæsumus, ut bonum quod nobis a te requiritur exsequamur, ut prompta semper sollicitudine gradientes, discretionis arduæ subtile judicium faciamus, ac misericordiam diligentes clareamus studiis tibi placitæ actionis.

Oratio diei tertiæ.

Ad te, Domine, interni clamoris vocibus proclamantes, unanimiter postulamus, ut respectu gratiæ tuæ solidati, præcones virtutis tuæ efficiamur intrepidi, tuumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui.

2 INCIPIUNT CANONES APOSTOLORUM,

PER CLEMENTEM PAPAM PROLATI.

CAP. I. Episcopus a duobus aut tribus episcopis ordinetur.

II. Presbyter ab uno episcopo ordinetur, et diaconus et reliqui clerici.

III. Si quis episcopus aut presbyter præter ordinationem Domini, alia quædam in sacrificio offerat super altare, id est, aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, et confecta quædam, aut volatilia, aut animalia quædam, aut legumina, contra constitutionem Domini faciens, congruo tempore deponatur.

IV. Offerri non liceat aliquid ad altare præter novas spicas, et uvas et oleum ad luminarium, et thymiama, id est incensum, tempore quo sacra celebratur oblatio.

V. Reliqua poma omnia ad domum primitiæ episcopo et presbyteris dirigantur, nec offerantur in altari. Certum est autem quod episcopus et presbyteri dividant diaconis et reliquis clericis.

VI. Episcopus aut presbyter uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abjiciat. Si vero rejecerit, excommunicetur, sed et si perseveraverit, dejiciatur.

VII. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam sæculares curas assumat; sin autem, dejiciatur.

VIII. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctum Paschæ diem ante vernale æquinoctium cum Judæis celebraverit, abjiciatur.

IX. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo facta oblatione, non communicaverit, aut causam dicat (si rationabilis fuerit, veniam consequatur) aut si non dixerit, communione privetur, tanquam qui populo causa læsionis exstiterit, dans suspicionem de eo qui sacrificavit, quod recte non obtulerit.

X. Omnes fideles qui ingrediuntur ecclesiam et Scripturas audiunt, non autem perseverant in oratione, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Ecclesiæ commoventes, convenit communione privari.

XI. Si quis cum excommunicato saltem in domo simul oraverit, iste communione privetur.

XII. Si quis cum damnato clerico veluti cum clerico simul oraverit, iste damnetur.

XIII. Si quis clericus, aut laicus, a communione suspensus, seu communicans, ad aliam properet civitatem, et suspiciatur propter commendatitias litteras, et qui susceperunt, et qui susceptus est, communione priventur. Excommunicato vero proteletur ipsa correptio, tanquam qui mentitus sit, et Ecclesiam Dei seduxit.

XIV. Episcopo non licet aliam parochiam, propria relicta, pervadere, licet cogatur a plurimis, nisi forte quis eum rationabili causa compellat, tanquam qui possit ibidem constitutis plus lucri conferre, et in causa religionis aliquid profectus prospicere. Et hoc non a semetipso pertentet, sed multorum episcoporum judicio et maxima supplicatione perficiat.

XV. Si quis presbyter aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parochiam pergat ad alienam et omnino demigrat, præter episcopi sui conscientiam ut in aliena parochia commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur, præcipue si vocatus ab episcopo redire contempserit, in sua inquietudine perseverans, verumtamen tanquam laicus ibi communicet.

XVI. Episcopus vero apud quem moratos esse constiterit, si contra eos decretam cessationem pro nihilo reputans, tanquam clericos forte susceperit, velut magister inquietudinis communione privetur.

XVII. Si quis post baptisma secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse episcopus, nec presbyter, aut diaconus, aut prorsus ex numero illorum qui ministerio sacro deserviunt.

XVIII. Si quis viduam et ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de his quæ publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eo numero qui ministerio sacro deserviunt.

XIX. Qui duas in conjugium sorores acceperit, vel filiam fratris, clericus esse non poterit.

XX. Clericus fidejussionibus inserviens, abjiciatur.

XXI. Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione ejus sunt amputata virilia, vel si ita natus est et est dignus, efficiatur episcopus.

XXII. Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputavit sibi virilia, non fiat clericus, quia sui

ipsius homicida est, Dei conditionis inimicus.

XXIII. Si quis, cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnetur, quia suus homicida est.

XXIV. Laicus semetipsum abscindens, annis tribus communione privetur, quia suæ vitæ insidiator exstitit.

XXV. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur, non tamen communione privetur, dicit enim Scriptura: Non judicabit Dominus bis in idipsum.

XXVI. Similiter et reliqui clerici huic conditioni subjaceant.

XXVII. In nuptiis autem qui ad clerum provecti sunt, præcipimus, ut si voluerint, uxores accipiant, sed lectores cantoresque tantummodo.

XXVIII. Episcopum aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, et per hujusmodi volentem timeri, dejici ab officio suo præcipimus, quia nusquam nos hoc Deus docuit. E contrario vero, ipse cum percuteretur, non repercutiebat; cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur.

XXIX. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus depositus juste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur.

XXX. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur, et ordinator ejus, et a communione modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus a Petro.

XXXI. Si quis episcopus sæcularibus potestatibus usus, ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur, et segregentur omnes quicunque illi communicant.

XXXII. Si quis presbyter contemnens episcopum suum, seorsum populum collegerit, et altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat episcopum in causa pietatis et justitiæ, deponatur, quasi principatus amator existens. Est enim tyrannus, et cæteri clerici quicunque tali consentiunt, deponantur: laici vero segregentur. Hæc tamen post unam et secundam et tertiam episcopi obsecrationem fieri conveniant.

XXXIII. Si quis presbyter aut diaconus ab episcopo suo segregatus, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eum sequestraverat, nisi forsitan obierit episcopus ipse qui eum segregasse cognoscitur.

XXXIV. Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum, sine commendatitiis suscipiatur epistolis. Et cum scripta detulerint, discutiantur attentius et ita suscipiantur, si prædicatores pietatis exstiterint. Sin minus, nec quæ sunt necessaria subministrent eis, et ad communionem nullatenus admittantur, quia per subreptionem multa proveniunt.

XXXV. Episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existiment, et nihil amplius præter ejus conscientiam gerant, quam illa sola singulique parochiæ propriæ et villis quæ sub ea sunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conscientiam faciat aliquid in eorum parochiis, sic enim unanimitas erit, et glorificabitur Deus per Christum in Spiritu sancto.

XXXVI. Episcopum non audere extra terminos proprios ordinatores facere in civitatibus et villis quæ illi nullo jure subjectæ sunt. Si vero convictus fuerit hoc fecisse præter eorum conscientiam qui civitates ipsas et villas detinent, et ipse deponatur et qui ab illo sunt ordinati.

XXXVII. Si quis episcopus non susceperit officium et curam populi sui commissam, hic communione privetur, quoadusque consentiat obedientiam commodans. Similiter et presbyter et diaconus; si vero perrexerit, nec receptus fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat episcopus: clerici vero civitatis communione priventur, eo quod eruditores inobedientis populi non fuerunt.

XXXVIII. Bis in anno concilia episcoporum celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, et exsurgentes ecclesiasticas contentiones amoveant, semel quidem quarta septimana Pentecostes, secundo vero duodecimo die mensis Iperberetæ, id est, justa Romanos, IV Idus Octobris.

XXXIX. Omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, et ea, velut Deo contemplante, dispenset, nec ei liceat ex his omnibus aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis quæ Dei sunt condonare. Quod si pauperes sunt, tanquam pauperibus subministretur, nec eorum occasione Ecclesiæ negotia deprædentur.

XL. Presbyteri et diaconi præter episcopum nihil agere pertentent. Nam Domini populus ipsi commissus est, et pro animabus eorum hic redditurus est rationem, sin autem manifeste res propriæ episcopi (si tamen habet proprias) et manifeste Dominicæ ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus, sicut voluerit, et quibus voluerit, relinquere, ne sub occasione ecclesiasticarum rerum quæ episcopi esse probantur, intercidant. Fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos, et justum est hoc apud Deum et homines, ut nec Ecclesia patiatur detrimentum ignoratione rerum pontificis, nec episcopus, nec ejus propinqui sub obtentu ecclesiæ proscribantur, et in causas incidant quæ ad eum pertinent morsque ejus injuriis malæ famæ subjaceat.

XLI. Præcipimus ut in potestate sua episcopus res ecclesiæ habeat: si enim animæ hominum pretiosæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus, indigentibus omnia dispensentur per presbyteros et diaconos, et cum timore omnique sollicitudine ministrentur. Ex his autem qui indiget (si tamen indiget) ad suas necessitates et ad peregrinorum fra-

trum usus et ipse percipiat, ut nihil eis possit omnino deesse. Lex enim Dei præcipit ut qui altari deserviunt, de altari pascantur, quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit (*I Cor.* IX).

XLII. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus aleæ aut ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe damnetur.

XLIII. Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinat, aut communione privetur: similiter etiam laicus.

XLIV. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus usuras a debitoribus exigens, aut desinat, aut certe damnetur.

XLV. Episcopus, presbyter aut diaconus, qui cum hæreticis oraverit, tantummodo communione privetur. Si vero tanquam clericos hortatus eos fuerit agere vel orare, damnetur.

XLVI. Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptisma damnari præcipimus. « Quæ enim conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli (*II Cor.* VII, 15)? »

XLVII. Episcopus aut presbyter, si eum qui secundum veritatem habuerit baptisma, denuo baptizaverit, aut si pollutum ab impiis non baptizaverit, deponatur, tanquam deridens crucem et mortem Domini, nec veros sacerdotes a falsis sacerdotibus jure discernens.

XLVIII. Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimissam duxerit, communione privetur.

XLIX. Si quis episcopus aut presbyter, juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis, abjiciatur.

L. Si quis episcopus aut presbyter, non in trina mersione unius mysterii baptisma celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus : In morte mea baptizate, sed, « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti (*Matth.* XXVIII). »

INCIPIT EPISTOLA PRIMA CLEMENTIS AD JACOBUM FRATREM DOMINI.

CLEMENS, JACOBO domino episcopo episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed et omnes Ecclesias, quæ ubique Dei providentia fundatæ sunt, cum Patribus, et diaconibus et cæteris omnibus Patribus, pax tibi sit semper.

Notum tibi facio, domine, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito et integræ prædicationis obtentu fundamentum esse Ecclesiæ definitus est, qua de causa etiam Domini ore cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini apostolorum primus, cui et primo Deus Pater Filium revelavit (*Matth.* XVI, 17), cui et Christus competenter beatitudinem contulit, quia et vocatus est, et electus, et conviva Domini, et comes effectus, tanquam bonus et probatissimus discipulus, qui obscuriorem mundi plagam occidentis velut omnium potentior illuminare præceptus est, quique et integre potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraham refugiens indicare quod triste est, quod quidem necesse est, licet tarde, proferre. Hic denique ipse Petrus qui pro immensa charitate, quam erga omnes homines gerebat, palam, cum omni fiducia, adversante etiam tyranno, totius mundi bonum prædicare non destitit, et regem omnium sæculorum per orbem terræ usque ad ipsius Romanæ urbis hujus notitiam, etiam ut ipsa salvaretur invexit. Hic, inquam pro pietate pati volens, præsentem vitam finivit. In ipsis autem diebus quibus finem sibi imminere præsensit, in conventu fratrum positus, apprehensa manu mea, repente consurgens in auribus totius Ecclesiæ, hæc protulit verba. « Audite me, fratres, et conservi mei, quoniam ut edoctus sum ab eo qui misit me Domino et magistro meo Jesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis et doctrinæ cathedram trado, qui mihi ab initio usque ad finem comes in omnibus fuit, et per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnovit. Qui in omnibus meis socius exstitit fideliter perseverans. Quem præ cæteris expertus sum Dominum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, justum, patientem, scientem ferre nonnullorum, etiam ex his qui in verbo Domini instituuntur, injurias. Propter quod ipsi trado a Domino mihi traditam potestatem ligandi et solvendi, ut de omnibus quibuscumque decreverit in terris hoc decretum sit et in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, et solvet quod expedit solvi, tanquam qui ad liquidum Ecclesiæ regulam noverit. Ipsum ergo audite, scientes, quia quicunque contristaverit doctorem veritatis peccat in Christum, et patrem omnium exacerbabit Deum, propter quod et vita carebit. Ipsum autem qui præest cæteris oportet medici vicem agere, et non feræ bestiæ furore commoveri. » Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes ejus, rogabam excusans me et declinans honorem cathedræ vel potestatem. At ille respondens : pro hoc, inquit, ne me rogaveris, hoc enim fieri statutum est mihi, et eo magis quo te excusas, quia hæc cathedra eum, qui cupit eam et audacter expetit, non requirit, sed ornatum moribus et in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius adjutor tam sedulus astitisset, si quis tam plenæ doctrinæ meæ rationem cœpisset, sed et ecclesiasticas dispositio-

nes a me tam plane didicisset, habens alium talem, non te cogere opus bonum suscipere nolentem. Superfluum est ergo alium quærere, cum primitias eorum qui ex gentilibus per me salvantur, et præcipue hujus urbis te primum obtulerim Deo. Sed et illud intuere, quia, si periculum peccati timens, suscipere refugis Ecclesiæ gubernacula, certus esto quia amplius peccas, qui si populum Dei velut in fluctibus positum et periclitantem (cum juvare possis) subterfugis, tui tantummodo habens considerationem, et non quod in commune omnibus expedit providens. Sed certus esto quod necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium obsecrando cessabo. Quanto ergo mihi citius acquieveris, tanto me citius laboris et tristitiæ meæ mœrore relevabis. Novi etiam hoc, o Clemens, quod tibi tædia et molestias, pericula etiam et opprobria ineruditi vulgi indocilisque conciliem, quare, tu, tamen, scio quam constanter et fortiter feras, respiciens ad aliam spem, quæ tibi apud Deum patientiæ præparat coronam. Sed et illud cupio te mecum juxta rationem perspicere, quando maxima opera tua indiget Christus nunc, cum inimicus adversus sponsam ejus commovet bellum, an in futuro tempore quando jam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra ullius opera indigebit? Quis non etiam parvi sensus intelligat quod istud est tempus in quo operam tuam Christus requirit? Tota igitur mente in præsenti necessitate præbe operam tuam, et auxilium in præliis exhibe Regi optimo remunerationes magnificas post victoriam reddituro. Libenter ergo suscipe episcopatus officium, eo maxime quo ecclesiasticas dispositiones a me probabiliter didicisti, ut salus eorum qui per nos confugerunt ad Dominum nequaquam vacillet, verumtamen et breviter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus commonere necessarium duxi. Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, et summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias, ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, ne in ulla aliqua occupatione prorsus inveniaris mundialis negotii occasione perplexus. Neque enim judicem, aut cognitorem sæcularium negotiorum, hodie te ordinare vult Christus, ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis verbo Dei vacare, et secundum veritatis regulam secernere bonos a malis. Ista namque opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi invicem discentes, id est laici, et te nemo occupet ab his studiis per quæ salus omnibus datur, sicut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, sollicitudines suscipere sæculares, ita et unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem sibi, etiam in his quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te vero securum facere, et his quibus debes vacantem, omnes communiter laborent. Quod si forte a semetipsis hoc laici non intelligunt, per diaconos edocendi sunt, ut tibi solius ecclesiæ sollicitudines derelinquant, quod ipsam (ut dignum est) dispensare sufficias, et veritatis verbo abundantius et studiosius deservire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, et teipsum decipies, et eos qui te audiunt, non enim poteris quæ ad salutem pertinent plenius singulis quibusque distinguere, et ex eo fiet ut et tu tanquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent deponaris, et discipuli per ignorantiam pereant; idcirco tu quidem ad hoc solum vacato, ut opportune et sine intermissione doceas verbum Dei, per quod salutem consequi possint, illi vero cum tanta reverentia tua verba suscipiant, tanquam qui sciant legatum te et præconem esse veritatis, et quodcunque ligaveris super terram, esse ligatum et in cœlo, et quodcumque solveris, etiam ibi esse solvendum. Quoniam quidem et tu (ut dixi) quæ oportet ligabis, et quæ expedit solves, et ad te qui præes ista sint monita, et his similia.

Ad presbyteros vero sint ista. Ante omnia ut pudicitiæ studentes adolescentes nuptiis jungant, quo calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant, sed ne in provectioribus quidem curam habere hujusmodi negligant, quia in multis, etiam cum senuerit corpus concupiscentia viget, ne forte ergo fornicationis labes (occasione accepta) tanquam venenum pessimum serpat in nobis, cavere et antevenire necessarium est, ne quod in nobis adulterii occultum calescat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Secundum namque in pœnis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent qui aberrant a Deo, etiam si sobrie vixerint. Propter quod vos presbyteri Ecclesiam excolite et adornate sponsam Christi ad pudicitiam, sponsam autem dico, omnem Ecclesiæ congregationem, quæ si pudica fuerit inventa a sponso suo, ingentibus ab eo donis et muneribus honorabitur, et vos velut ministri sponsæ, et amici sponsi ingenti gaudio et lætitia perfruemini. Si vero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem tanquam indigna non tradetur regalibus thoris, vos autem pœnas dabitis, si forte per vestram negligentiam vel desidiam, obrepserit contagio sæva peccati. Idcirco ante omnia sobrietatis et pudicitiæ sollicitudinem gerite. Valde enim apud Deum grave crimen ducitur fornicatio, cujus species sunt quidem plures, sicut vobis et ipse Clemens diligenter exponet: verumtamen prima species adulterii est virum propria uxore solummodo non esse contentum, et mulierem non proprio tantum servare se viro. Si ergo castus fuerit quis, potest et humanus et misericors fieri, per quod et ipse æternam a Deo misericordiam consequatur, sane sicut adulterii venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus et charitas totius boni fastigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres vestros, et cum religione ac misericordia respicite ad omnes, orphanis exhibete vosmetipsos parentes, viduis virorum curam impendite, cum omni castitate quæ necessaria sunt præbentes, juniores tamen viduas nuptiis copulate. His qui ignorant artificia,

exquirite honestas aliquas occasiones quibus victum necessarium quærant. Artificibus vero operam providete, debilibus misericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos vos, si charitatem præ cæteris, et ante omnia in vestro corde figatis. Cujus charitatis et recipiendæ et habendæ maximum erit fomentum, si frequenter inter vosmetipsos communem cibum vestrum, mensamque faciatis, et quantum unusquisque prævalet, crebrius panes ac sales suos cum fratribus suis sumat, per hæc enim præcipue charitas comparatur, et causa totius boni in hujusmodi communione consistit; ubi autem pax, et bonitas, ibi est salus; propter quod communes facite cibos vestros cum his qui secundum Dominum fratres sunt, quia per hæc temporalia officia, pacis et charitatis fructibus gaudia æterna merebimini. Multo autem sollicitius esurientes reficite, et sitientibus potum date, nudis vestimentum, ægros visitate, et eos qui in carcere sunt, prout possibile est, juvate, peregrinos satis prompte in domibus vestris suscipite, et ne omnia nunc singulatim dicam, omne bonum ipsa per se, si in vobis fuerit charitas, facere vos docebit, sicut et e contrario, eos qui a salute alieni sunt omne malum facere odium docet. Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores sæculi non judicentur: sed apud presbyteros Ecclesiæ quidquid illud est, dirimatur, et omni modo obediant statutis eorum.

Super omnia autem avaritiam fugite, quæ homines occasione præsentis lucri ab æternis separat bonis. Pondera, mensuras, stateras pro locis quibusque æquissima custodite; deposita fideliter restituite. Quæ omnia, et si qua sunt similia his, ita demum sollicite et diligenter implebitis, si futurum judicium Dei sine intermissione in vestro corde volvatis. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei judicium ponat? quid in fine mundi certum est agitandum, ut tandem qui bene in hac vita egerunt consequantur bona reposita, peccatores autem, ut consequantur præparatas pœnas, de quibus ita futurum dubitare omnino non possumus? Si quidem hæc omnia ita esse ventura verus nobis propheta prædixit. Unde et vos, qui estis veri prophetæ discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia discordias et animorum dissensiones, ex quibus omne malum opus procedit, benignitatem et simplicitatem tota mente servate. Quod si forte alicujus vel cor, vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ superius memoravimus latenter irrepserit, non erubescat qui animæ suæ curam gerit confiteri hæc huic qui potest ut ab ipso per verbum Domini et concilium salubre curetur, quo possit integra fide, et operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, et ad perpetuæ vitæ præmia pervenire.

Diaconi vero Ecclesiæ tanquam oculi sint episcopi, oberrantes et circumlustrantes cum verecundia actus totius Ecclesiæ, et perscrutantes diligentius si quem videant vicinum fieri præcipitio, et proximum esse peccato, ut referant hæc ad episcopum, et commoneri ab eo possit his qui in præcipitium lapsurus est, uti revocetur et non corruat in peccatum. Negligentiores quoque et eos qui rarius ad audiendum verbum Dei accedunt, nec sollicite ad episcopi tractatum conveniunt ipsi commoneant et hortentur. Si enim assidui sunt ad audiendum, non solum vitæ æternæ ex salubri commonitione capiunt lucra, verum et quæcunque illæ sunt tristitiæ, vel mœrores quæ ex præsentis vitæ necessitatibus, et cladibus temporum veniunt, quæcunque sermonibus suis in corde, velut jacula defixa circumferunt, abjiciuntur omnia prædicatione veritatis, et vitæ æternæ doctrina et eruditione purgata. Alioquin, si multo tempore auditum subtrahant a verbo Dei, et remaneant in cultu vitiorum, sine dubio spinis erunt ac sentibus occupati. Et quid aliud nisi ad ignem, talis hæc terra præparatur? De his ergo, ut diximus, diaconis cura sit. Sed eos, qui secundum carnem ægrotant, sollicite perquirant, et plebi, si forte plebs ignorat, indicent de his ut et ipsi visitent eos, et quæ necessaria sunt præbeant eis cum conscientia ejus qui præest. Quod tamen si etiam clam fecerint, non peccabunt.

Sed et de peregrinis similiter episcopo suggerant refovendis, et cætera his similia quæ ad cultum Ecclesiæ et disciplinam ejus pertinent diaconis curæ sint. Qui catechizant, id est, qui verbo instruunt incipientes, primo oportet quod ipsi instructi sint, de anima enim agitur hominum, et oportet eum qui docet et instruit animas rudes esse talem ut pro ingenio discentium, semetipsum possit aptare, et verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue apprime esse eruditus, et doctus, irreprehensibilis, maturus, impavidus, sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me.

Multum est autem si ego nunc de singulis, quæ unusquisque habere debeat, persequar, verumtamen illud est, quod præ cæteris ab omnibus vobis cupio in commune servari, ut concordiam teneatis: per quod solum potestis portum quietis intrare, et civitatem summi Regis, quæ pax nominatur, habitare.

Similis namque est omnis status Ecclesiæ magnæ navi quæ per undosum pelagus diversis e locis et regionibus viros portat ad unam Potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis hujus Dominus ipse omnipotens Deus, gubernator vero sit Christus. Tum deinde proretæ officium episcopus impleat; presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant; hi qui catechizant nautologis conferantur; epibatis autem totius fraternitatis multitudo similis sit; ipsum quoque mare hic mundus habeatur; ventorum vero varietas et turbinum diversis tentationibus conferatur; persecutiones, tribulationes et pericula fluctibus exsequentur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de vallibus spirant, pseudoprophetarum et seductorum, seu pravæ doctrinæ verba ducantur; promontoria vero, et loca confragosa, hi qui in potestatibus sæculi sunt ju-

dices, et pericula minantur et mortes. Bithalassa vero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente et de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiuntur. Hypocritæ vero, et dolosi piratis similes habeantur. Jam vero rapidus vertex, et tartarea Carybdis, et saxis illisa naufragia, ac mortiferæ subversiones, quid aliud æstimanda sunt, quam peccata? Restat igitur ut hæc navis cursu prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere convenit, ut navigantes mereantur audiri. Audiri autem a Deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsæ, bonis moribus et bonis operibus adjuventur.

Sed ante omnia, cum quiete et silentio epibatæ, id est, laici in suis unusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem, et inconditos inutilesque discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel in alterum latus, per inquietudinem eorum, navis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneant et nihil omnino quod ad diligentiam, vel ad disciplinam pertinet diaconi negligant, presbyteri velut nautæ aptent singula ad instructionem navis diligenter et instruant quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus, tanquam proreta, vigilanter et sollicite gubernatoris verba custodiat Christi. Salvator Dominus, gubernator Ecclesiæ suæ, diligatur ab omnibus, et ipsius solius præceptis ac jussis credat et obediat omnis Ecclesia. Deo quoque indesinenter supplicetur a cunctis de prosperitate ventorum, ut navigantes omnem tribulationem et omne periculum superent, tanquam in mare profundum mundi istius et vitæ humanæ pelagus navigantes, in quo esuriendum sit, et sitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis, et ægritudines tolerandas. Insuper et hominum insidiis, ac dolo sæpe laborandum, quippe qui dispergendos se nonnunquam noverint, sed aliquando etiam congregandos, vomitus quoque et sugillationes ferendas, cum ex confusione peccatorum, et rejectione criminum, velut male congregatis in visceribus fellis, jactura facienda est, et abjicienda prorsus e corde omnis intrinsecus quæ latet amaritudo peccati, si qua forte ex desideriis iniquis velut ex cibis noxiis congregata est. Quam utique cum evomuerit quis et abjecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, si tamen post vomitum, quæ ad sanitatem pertinent, sumat.

Verumtamen scitote cuncti quod supra omnes vos laboret episcopus quia unusquisque vestrum suum laborem fert, ille vero et suum, et singulorum. Propter quod, o Clemens, tanquam qui omnibus prodesse te noveris singulos, prout potueris, juva, et singulos releva, qui et singulorum onus, et sollicitudinem portas. Unde et ego nunc hanc tibi injungens dispensationem, et scio quia accipio gratiam, magis quam præsto. Sed esto confidens, et fortiter ferens, certus quia laboris tui meritum recipies, cum ad portum quietis, incolumem hanc provexeris navem ubi mercedes et præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaveris. Itaque si te multi e fratribus propter rigorem justitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex hujusmodi odiis amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis et refuge ne lauderis ab iniquis, et ne a pessime agentibus diligaris, sed potius, propter justitiæ dispensationem et æquissimam regulam disciplinæ, a Christo collaudari merearis. Hac cum dixisset et his similia quamplurima, rursum respiciens ad populum, dixit :

Sed et vos, charissimi fratres, et conservi mei, huic qui præsidet vobis ad veritatem docendam in omnibus obedite. Scientes quod si quis hunc contristaverit, Christum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit, et qui Christum non susceperit, nec Deum patrem suscepisse judicabitur (*Luc.* IX, 48). Et ideo nec ipse suscipietur in regno cœlorum. Propter quod satis agite, ad omnem collectam congregationem semper convenite, ut non velut negligentes et desides a judice Christo condemnemini. Convenientes vero sæpe ad Clementem, date omnes operam pro ipso sentire, et summo studio favorem verum erga ipsum dependere, scientes quia propter singulos vos ipsi magis soli infestat inimicus et in ipso majora suscitat bella. Oportet ergo vos summo studio niti, ut omni erga illum vinculo amoris innexi, plenissimo erga eum inhæreatis affectu. Sed et vos quoque ipsi unanimes in omni concordia perdurate quo facilius etiam illi obedire omnes pariter consensu et unanimitate possitis. Propter quod et vos salutem consequi, et ille possit obtemperantibus sibi vobis promptius impositi oneris pondus evehere. Quædam ex vobis etiam ipsis intelligere debetis, si qua sint, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest evidentius et manifestius proloqui; verbi gratia, si inimicus est alicui malorum, pro actibus suis vos nolite exspectare ut ipse vobis dicat cum illo : Nolite amici esse. Sed prudenter observare debetis et voluntati ejus absque communicatione observare et avertere vos ab eo cui ipsum sentitis adversum. Sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, et per hoc redeat ad salutem et sanitatem cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, et locutus fuerit cum his quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis qui exterminare voluit Ecclesiam Dei, et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est. Et multo est nequior hostis hic quam illi qui foris sunt, et evidenter inimici sunt, hic enim per amicitiarum speciem quæ inimica sunt gerit, et Ecclesiam dispergit ac vastat.

Et cum hoc dixisset in medio coram omnibus manus mihi imposuit, et in cathedra sua ingenti verecundia fatigatum sedere me eompulit. Cumque sedissem, hæc ad me rursum locutus est : Deprecor

te, o Clemens, coram omnibus qui præsentes sunt, ut posteaquam, sicut naturale debitum est, vitæ præsentis finem fecero, Jacobo fratri Domini describas breviter vel quæ ad initium fidei tuæ spectant, vel etiam quos ante fidem animos gesseris, sed et qualiter mihi ab initio usque ad finem comes itineris et actuum fueris, quæque per singulas civitates me disputante, sollicitus auditor exceperis, quique in prædicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actuum, sed et qui me finis in hac urbe repererit (sicut dixi) omnia qui potes breviter comprehensa ad ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis ne forte multum de meo exitu contristandus sit cum id me pro pietate sustinere non ambigat. Erit autem ei grande solatium, si 5 didicerit quod post me non imperitus aliquis, aut indoctus, aut ignorans divini verbi mysterium, ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrinæ regulam nesciens, susceperit cathedram meam. Scit enim quia, si indoctus istius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli et auditores ignorantiæ tenebris involuti in interitum demergentur.

Unde et ego, mi domine Jacobe, cum hæc ab eo præcepta susceperim, necesse habui implere quod jusserat indicans tibi, et de ipsis simul et de illis breviter comprehendens, quæ per singulas quasque urbes digrediens, aut in prædicationis sermone protulerit, aut in gestorum virtute perfecerit, quamvis tibi de his plurima jam et plenius ante descripta ipso jubente transmiserim sub eo ipso titulo quem ipse præcepi affigi, id est, Clementis itinerarium, non prædicationis Petri. Sed et nunc exponere jam præcepit, Domino opem ferente incipiam. Pœnitemini (inquit) et veram agite pœnitentiam. Omnes ergo homines, qui Christiano censentur vocabulo, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unum Deum et Dominum veraciter credere et confiteri, eumque tota mente et toto corde, et tota virtute diligere, et proximos suos tanquam semetipsos, docibiles quæ usque ad perfectam doctrinam ad hæc proficienda sumere oportet.

Fides enim et dilectio totius bonitatis est fundamentum. Sine fide autem placere Deo nemo poterit (*Hebr.* XI, 6). »

Christo itaque resurgente et ascendente in cœlum, missio sancto Spiritu, collata apostolis scientia linguarum, adhuc in uno positi symbolum quod fidelis nunc tenet Ecclesia unusquisque quod sensit, dicendo condiderunt, ut discedentes ab invicem hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ recensentes, in qua et integritas credulitatis conditur, et unius Dei omnipotentis, id est sanctæ Trinitatis æqualitas declaratur, et mysterium incarnationis Filii Dei, qui pro salute humani generis, a tempore de cœlo descendens de Virgine nasci dignatus est, quo ordine vel quando protulerit, quomodo sepultus surrexerit, et in carne ipsa cœlos ascenderit, ad dexteramque Patris consederit, judex venturus sit, aut qualiter remissionem peccatorum sacro baptismate renatis contulerit, et resurrectionem humani generis in eadem carne in vitam æternam futuram sic docuerunt. Symbolum enim Græce, Latine collectio dicitur. Et hoc prædicti sancti Apostoli inter se per Spiritum sanctum salubriter, ut dictum est, condiderunt. Dicitur et indicium, quod per hoc qui recte crediderit indicatur.

Ergo cunctis credentibus quæ continentur in præfato symbolo, salus animarum, et vita perpetua bonis actibus præparatur. Ergo quod in primordio ejusdem symboli præponitur : *Credo in Deum Patrem omnipotentem,* præclarum fidei testimonium, et fundamentum in prima fronte monstratur, quia salvus esse poterit qui recte crediderit. « Credere enim oportet accedentem ad Deum (*Hebr.* XI, 6), » quoniam « corde creditur ad justitiam, ore confessio fit ad salutem (*Rom.* X, 10). » Unde ait propheta : « Credidi propter quod locutus sum (*Psal.* CXV, 10). » Et illud : « Justus ex fide vivit (*Rom.* I, 17). » Et : « Nisi credideritis, non intelligetis (*Luc.* XXIV, 25). » Ergo in rebus humanis, nullum opus incipitur nisi labor omnis ad effectum venire credatur, unde credendum est in Deum a quo tam præsens vita quam futura tribuatur.

Deus autem appellatio est substantiæ sempiternæ, sive timoris divini, igitur Deus sine principio, sine fine, simplex, incorporeus et incomprehensibilis ; Patrem autem cum audis, agnosce quod habeat Filium veraciter genitum, sicut possessor dicitur qui aliquid possidet, et Dominus qui habet cui dominetur. Deus ergo Pater secreti sacramenti vocabulum est cujus vere Filius est Verbum, et speculum, et character et imago vivens Patris viventis, in omnibus Patri similis, ejusdem naturæ, in divinitate genitus, genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur quomodo genuit Filium, quod et angeli nesciunt, prophetis incognitum est. Unde illud dictum est : « Generationem ejus quis narrabit (*Isa.* LIII, 8)? » Quam secretam originem cum proprio Filio novit ipse solus qui genuit, nec Deus a nobis discutiendus est, sed credendus, qui in nobis ipse nescimus, quod sapimus, quomodo sapientia, ingenium, aut intellectus, aut consilium aut mens nostra generat verbum. Sed sufficit nosse quia lux genuit splendorem, sicut ait Propheta : « In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te (*Psal.* CXXIII, 3). » Et illud : « Hic Deus noster et non reputabitur alter ad eum, » et post, « in terra visus est, et inter homines conversatus est (*Bar.* IV, 36, 38). »

Diligere ergo Deum, unumquemque ex toto corde, et ex tota anima, ut præfixum est, et ex tota fortitudine oportet, et proximum tanquam semetipsum respondente Domino cuidam Scribarum, ac dicente : Primum omnium mandatum est : « Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est, et diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex tota virtute tua, hoc est primum mandatum. Secundum autem

simile est illi : Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Majus horum aliud mandatum non est (*Marc.* XII, 29, 30 et 31). »

Quod magis est omnibus holocaustomatibus et sacrificiis, unde et in Veteri Testamento scriptum habetur : « Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris (*Tob.* IV, 16), » et Dominus ait : « Omnia quæcunque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite similiter illis (*Matth.* VII, 12). » Quibus utrisque mandatis, per unum malitia compescitur, et per aliud benignitas propagatur, ut ne malum quis inferat, sed bonum impendat. Primum, ut caveat lædere. Secundum, præstare, « Si enim fratrem quem vides, non diligis; Deum quem non vides quomodo potes diligere ? » (I *Joan.* IV, 20.) Sic ergo nos docet exercere curam nostram, ut non diminuamus curam vestram, et sic diligere nos, ne negligatur dilectio proximi. Quia Dei dilectio morti comparatur, dicente Sapientia : « Valida est dilectio ut mors (*Cant.* VIII), » idcirco, quia sicut mors violenter separat animam a corpore, ita dilectio Dei separat animam a mundano et carnali amore. « Qui enim (Dominus inquit) diligit me, mandata mea servabit (*Joan.* XIV, 23). » Nam qui Dei præcepta contemnit, Deum non diligit, unde scriptum est : « Nolite putare ut maneatis in dilectione mea, si non servaveritis præcepta mea (*Joan.* XV, 10). » Neque enim regem diligimus, si odio leges ejus habemus. Neque enim ex toto corde poterit ille Dominum diligere qui noscitur in proximi corruere dilectionem; quia per dilectionem Domini pervenitur ad charitatem Christi.

Quoniam, ut prælibatum est, his duobus præceptis tota lex pendet, et prophetæ, docibiles ergo qui perfecte docti non sunt ad hæc peragenda oportet omnes esse, et ut ipsi docti sint, et alios prudenter instruere, et perfecte possint docere, juxta Danielem prophetam, qui ait : « Populus autem sciens Deum suum obtinebit et faciet, et docti in populo docebunt plurimos (*Dan.* XI, 32). » Omnes docibiles, ut jam dictum est, qui docti non sunt, esse oportet, sed sacerdotes doctiores cæteris populis necesse fore docebat Christus, dicens : « quia si cæcus cæco ducatum præbet, ambo in foveam cadunt (*Matth.* XV, 14). » Sacerdotes vero sal terræ, et mundi lumen doctores præcepit in splendore operum Patrem glorificare Deum, de quibus Dominus ait : « Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint vobis omne malum adversum vos, mentientes propter me : Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos (*Luc.* VI, 23). » « Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur, ad nihilum valet ultra, nisi ut foras mittatur, et conculcetur ab hominibus. Non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt, et qui ingrediuntur lumen, videant : sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est (*Matth.* V, 13 et 14). »

Episcopos autem per singulas civitates quibus ille non miserat, per doctos et prudentes sicut serpentes, simplices sicut columbæ (juxta Domini præceptionem) nobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoavimus et Domino opem ferente facturi sumus, vos autem per vestras diœceses episcopos facite et mittite, quia nos ad alias partes (quod isdem jussit agere) curabimus. Aliquos vero ad Gallias, Hispaniasque mittemus, et quosdam ad Germaniam et Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus, ubi autem ferociores et rebelliores gentes fore cognoverimus, illuc dirigere sapientiores et austeriores necesse habemus. Qui quotidie non cessant divina seminare semina, et multos Christo lucrari, et ad rectam fidem, et viam veritatis perducere, ut plures manipulos Domino valeant præsentare. In illis vero civitatibus, in quibus olim apud ethnicos archiflamines eorum atque primi legis doctores erant, episcoporum primates poni, vel patriarchas qui reliquorum episcoporum judicia et majora (quoties necesse foret) negotia, in fide agitarent, et secundum Dei voluntatem, sicut constituerint sancti apostoli, ita ut ne quis injuste periclitaretur, definirent, in illis autem civitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines (quos tamen minores tenebant) quam memoratos primates, archiepiscopos institui præcepit, qui non tantum primatum, sed archiepiscoporum fruerentur nomine. Episcoporum quoque judicia, ut superius memoratum est, et majora Ecclesiarum negotia, si ipsi reclamaverint, aut aliquem timorem, aut istos vel alios suspectos habuerint, ad jam dictos primates, vel patriarchas, ne aliquis nocenter periret, transferri perdocuit, in singulis vero quoque civitatibus, singulos et non binos, vel ternos, aut plures episcopos, constitui præcepit, qui non primatum, aut archiepiscoporum, aut metropolitanorum nomine (quia minores civitatum non tenent) sed episcoporum tantum vocabulo potirentur, quoniam nec inter ipsos apostolos par institutio fuit, sed unus omnibus præfuit. Hoc tantum providendum instituit, ne in villis, aut castellis, vel modicis civitatibus, instituerentur episcopi, ne vile eorum nomen fieret. Episcopos ergo vicem apostolorum gerere Dominum docuisse dicebat, et reliquorum discipulorum vicem tenere presbyteros debere insinuabat. Et si quis aliquem ex his scandalizaret, gravissimam sibi pœnam inferri debere prædicabat. Cunctos se invicem diligere, et adjuvare debere, et neminem ab adjutorio fratris se subtrahere instruebat.

Homicidas veros, et adulteros ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, et qui eis coæquales non erant, ab eorum vexatione, et accusatione (dicente Domino) prohibebat, et non nisi a coæqualibus, aliquid sibi inferre debere, docebat. « Quia discipulum supra magistrum esse (*Matth.* X, 24), » aut ullam ei injuriam inferre, nullatenus debere oportet,

Infames namque omnes, et quos primates legis sæculi, non recipiunt, sed et laicos ab eorum accusatione, et vexatione semper repellere debere rogabat, et cunctos sibi subditos esse, præcipiebat. Cunctorum sacerdotum vitam superiorem, sanctioremque ac discretam a sæcularibus et laicis hominibus esse, et spirituales, atque sacerdotes super carnales ac laicos semper constituere, et fore debere docebat. « Quoniam pro minimo, nobis esse debet, ut a talibus arguamur, et judicemur, vel ab alio humano die (I *Cor.* IV, 3). » Majores vero a minoribus, nec accusari, nec judicari, ullatenus posse dicebat. Quoniam non solum hoc divinas, sed leges sæcul[illegible] inhibere dicebat. Omnes ergo legum divinarum libenter violatores, et sacrarum institutionum voluntarie perturbatores, ecclesiastica indignos regula, et sancta communione judicabat. Operatores vero earumdem, eisque obedientes utrarumque ac cæterarum bonarum dignos esse dicebat, unde et prophetas in testimonium sumebat. Audite, cœli, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est : « Filios enutrivi, et exaltavi, ipsi autem spreverunt me, cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui, Israel non cognovit me, populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt 6 Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra addentes prævaricationem. Omne caput languidum, et omne cor mœrens, a planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas, vulnus, et livor, et plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine neque fota oleo. Terra vestra deserta, civitates vestræ igne succensæ, regionem vestram coram vobis alieni devorant, et desolabitur, sicut in vastitate hostili, et derelinquetur (*Isa.* I, 2 *et seq.*). Væ (inquit) qui dicitis bonum malum, et malum bonum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras ponentes, amarum in dulce, et dulce in amarum (*Isa.* VI, 21). Propterea, captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, et nobiles ejus interierunt fame, et multitudo ejus siti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum, absque ullo termino, et descendunt fortes ejus, et populus ejus, et sublimes gloriosique ejus ad eum. Et incurvabitur homo, et humiliabitur vir, et oculi sublimium deprimentur. Et exaltabitur Dominus in judicio, et Deus sanctus sanctificabitur in justitia (*Isa.* V, 13 *et seq.*). »

Carnales spiritualibus resistere prohibebat, et de his qui cervices suas contra magistros et seniores suos erigebant in diaboli exemplum dicebat : Detracta est ad inferos superbia tua, cecidit cadaver tuum, subter te sternetur tinea, et operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? Qui dicebas in corde tuo, In cœlum ascendam, supra astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte Testamenti, in lateribus A aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient : Nunquid iste est vir, qui conturbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, et urbes ejus destruxit, vinctis ejus non aperuit carcerem?

Ebrietatem oppido prohibebat, et ebriosos corpore et animo mortuos esse prædicabat, de quibus et in exemplum aiebat : Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis. « Cithara et lyra, et tympanum, et tibia, et vinum in conviviis vestris, et opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis (*Isa.* V, 11 *et seq.*). » Et iterum : « Væ qui B potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendum ebrietatem. Qui justificatis impium pro muneribus, et justitiam justi aufertis ab eo. Propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis, et calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi favilla erit, et germen eorum ut pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, et eloquium sancti Israel blasphemaverunt. Ideo iratus est furor Domini in populo suo, et extendit manum suam super eum, et percussit eum, et conturbati sunt montes, et facta sunt morticina eorum, quasi stercus in medio platearum. « In omnibus his, non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta (*Ibid.* 22 *et seq.*). »

Nullum enim presbyterum, in alicujus episcopi C parochia, aliquid agere debere, absque ejus permissu docebat, cunctos presbyteros, propriis episcopis in omnibus, absque mora obedientes, instituente Domino, esse debere docebat. Nullum enim aliena concupiscere, aut præsumere eorum, sed unumquemque suis, sibique commissis, contentos esse docebat. « Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi vellet fieri (*Tob.* IV, 16), » instruebat. Sanctam ergo Ecclesiam immaculatam omnes servare debere, evangelizabat, cujus claves episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere cœlum et aperire portas ejus, quia claves cœli facti sunt.

Amovere autem eos neminem debere docebat, quia oculi Domini sunt, et qui eos tangit, tangit pupillam oculi ejus (*Zach.* II, 8). Et quantæ pœnæ dignus sit, D qui eos scandalizat, ipsum Dominum docuisse dicebat, ubi ait : « Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris. Væ mundo a scandalis, necesse est enim veniant scandala; verumtamen, væ homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua scandalizat te, abscinde eam, et projice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, quam duas manus habentem, mitti in gehennam ignis. Et si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, et projice abs te. Bonum est tibi introire ad vitam claudum, quam duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et projice abs te. Bonum est tibi unum oculum ha-

bentem in vitam introire, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis (*Matth.* XVIII, 6 *et seq.*). » Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis super terram erunt alligata et in cœlo, et quæcunque solveritis super terram erunt soluta et in cœlo. « Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quacunque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cœlis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum (*Matth.* XVIII, 18 *et seq.*) » Et iterum per prophetam loquitur, dicens : Expavit (inquit) cœlum super hoc, et horruit amplius vehementer, dicit Dominus : O intolerabilem malignitatem, o linguam iniquitatem loquentem contra Dominum, et mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum : « Impone, homo, tuæ linguæ ostium et seram, cessa cornu in altitudinem extollens, et loquens adversus Dominum, et proximum tuum, quousque insultas patienti Christo et fratribus ? » (*Eccl.* XXVIII, 28 *et seq.*) Sic autem peccantes in fratribus, et percutientes eorum infirmam conscientiam in Christum graviter peccatis, et rei judicio effecti, infames efficiemini, et juste repellemini. Et iterum per Prophetam loquitur, dicens : « Vos autem, sacerdotes Domini, vocabimini ministri Dei nostri, dicetur vobis, fortitudinem gentium comedetis, et in gloria eorum superbietis, pro confusione vestra duplici rubore laudabunt partem eorum, propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, et lætitia sempiterma erit eis. Quia ego Dominus diligens judicium, et odio habens rapinam in holocaustum, et dabo opus eorum in veritate, et fœdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum et germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos cognoscent eos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus : Gaudens gaudebo, et exsultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimento salutis, et indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, et sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit justitiam, et laudem coram universis gentibus (*Isa.* LXI, 6 *et seq.*). »

Eos autem a solo Domino judicandos aut removendos, et non ab aliis esse dicebat, quia sui sunt et non alterius. Et quis est qui alterius judicet servum ? Nam et si ista non patiuntur homines, nec Deus deorum et Dominus dominantium hæc ullatenus patitur, unde et prophetas sibi testes esse dicebat, per quos Dominus loquitur, dicens : « Ecce excoxi te, sed non quasi argentum elegi te in camino paupertatis, propter me faciam, ut non blasphemer, et gloriam meam alteri non dabo. Audi me, Jacob, et Israel quem ego voco. Ego ipse, ego primus, et ego novissimus, manus quoque mea fundavit terram, et dextera mea mensa est cœlos. Ego vocabo eos, et stabunt simul (*Isa.* XLVIII, 10 *et seq.*), me insulæ exspectabunt, et brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet (*Isa.* LI, 5 *et* 6). »

« Audite me, qui scitis justum, populus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobria hominum, et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, et sicut lanam sic devorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea in generatione generationum (*Ibid.* 7 *et* 8). » Et iterum : « Abscondita est vita mea a Domino, et a Domino meo judicium meum transibit. Numquid nescis aut non audisti ? Deus sempiternus, Dominus, qui creavit terminos terræ, non deficiet neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus. Qui dat lasso virtutem, et his qui non sunt fortitudinem, et robur multiplicat. Deficient pueri, et laborabunt, et juvenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current et non laborabunt, ambulabunt, et non deficient. Transeant ad me insulæ, et gentes mutent fortitudinem, accedant et tunc loquentur, simul ad judicium propinquemus (*Isa.* XL, 27 *et seq.*). » Hos autem qui eos vetant, aut amovere vel damnare nituntur, ipsum Dominum per prophetam damnare, et usque ad satisfactionem eorum et Ecclesiæ damnatos esse docebat, ubi ait : « Talia elegerunt in viis suis, et in abominationibus suis anima eorum delectata est, unde et ego eligam illusiones eorum, et damnationem adducam eis, quia locutus sum eis, et non audierunt, feceruntque malum in oculis meis, et quæ nolui elegerunt. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum ejus. Dixerunt fratres vestri odientes vos, et vos abjicientes propter nomen meum : Glorificetur Dominus, et videbimus in lætitia nostra, ipsi autem confundentur (*Isa.* LXXI, 3-5), » nonenim laborabunt frustra in conturbatione præsules mei, quia semen benedictionum Domini est, antequam clament ego exaudiam, et adhuc illis loquentibus, ego exaudiam (*Isai.* LXV, 23, 24). » Ad glorificandum se, et divina mandata seminanda, et evangelizanda, eos Dominus elegit, et non ut prohibeantur, aut perturbentur, aiebat, quoniam qui eos lædit, eum lædit cujus legatione funguntur (*II Cor.* V, 20). Prædicare eos assidue et mandata Domini sine intermissione annuntiare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus monstrare, et conscientiam bonam coram Deo habere insinuabat, omnes principes terræ et cunctos homines eis obedire, et capita sua submittere, eorumque adjutores existere præcipiebat, ut omnes pariter fideles et cooperatores legis Domini monstrarentur, ne de eis dicatur. « Confundantur, et erubescant omnes qui pugnant adversum te, et erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos et non invenies viros rebelles tuos. Erunt quasi non sint, et veluti consumptio hominis bellantis adversum te (*Isa.* XLI, 11 *et* 12). » Omnis ergo, qui eis contravenit, ita damnatos et infames usque ad satisfactionem monstrabat, et nisi converterentur a liminibus Ecclesiæ alienos esse præcipiebat.

Homicidiorum vero tria genera esse dicebat, et pœnam eorum patentem fore docebat. Sicut enim homicidas, interfectores fratrum, ita et detractores eorum eosque odientes homicidas esse manifestabat, quia et qui occidit fratrem suum et qui odit, et qui detrahit pariter, homicidæ esse monstrantur.

Omnes enim a carnalibus desideriis quæ militant adversus animam (*II Petr.* II, 11) abstinere, et bonam eorum conversationem ac innocentem omnibus monstrare rogabat. Ex corde enim cunctos attentius invicem diligere insinuabat, et veram fraternitatem inter se habere docebat. Quotidiana enim illius prædicatio, inter cætera divina, hæc erat, mandata, quam in ejus exemplum etiam tibi, frater charissime, significare curavi. Bonorum (inquit) operum inter cætera semina ac negotia sunt quantum unusquisque sapit, et potest totis intimi cordis (ut prælibatum est), visceribus Deum diligere, et proximum velut seipsum. Abnegare seipsum sibi, ut Jesum Christum Dominum nostrum sequatur, et nihil ejus amori præponere, veritatem corde et ore proferre debere, et totam suam Domino semper committere instruebat, actus suæ vitæ omni hora custodire, et omni loco Deum se respicere firmiter scire. Cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere, et sacerdotibus Domini manifestare.

Os suum a malo, vel pravo eloquio custodire, et verba vana aut mendacia non loqui, quia « os quod mentitur occidit animam (*Sap.* I, 11); » verba divina libenter audire, et sacerdotibus suis libenter obtemperare, atque 7 obedientes esse docebat. Prædicationi atque orationi ac lectioni frequenter incumbere, et eleemosynas veras perficere. « Desideria carnis non perficere (*Gal.* V, 16), » sed propriam frangere voluntatem; boni aliquid in se cum viderit Deo applicet, non sibi, et malum a se factum cognoscat, et sibi reputet. Multum loqui non amare, sed custodire labia sua ne dolum aut malum loquantur, diem judicii timere, gehennam expavescere, vitam æternam omni concupiscentia desiderare, non occidere, non adulterari, non furtum facere, non rem proximi concupiscere, non falsum testimonium dicere (*Exod.* XX, 13 *et seq.*), sed omnes homines honorare, corpus custodire, vanas et caducas non amplecti delicias, jejunium et vigilias sanctas amare, pauperes recreare, nudos vestire, infirmos visitare, sitientes potare, mortuos sepelire, et diligenter eorum exsequias peragere, pro eisque orare, et eleemosynas dare. Dolentes consolari, et suis bonis refovere et a malis actibus se alienum facere; non esse superbum, « non vinolentum (*Tit.* I, 7), » nec multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem, quia qui detrahit, non solum se, sed multos alios occidit; iram non perficere, nec iracundiæ tempus reservare. Dolum in corde non tenere, nec pacem falsam dare, charitatem non derelinquere, nec jurare, ne forte perjurus (quod absit) fiat. Malum pro malo non reddere, nec injuriam facere, sed factam patienter sufferre, inimicos diligere, maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere, et persecutionem pro justitia sustinere. Charitatem amare, et nullum odio habere, quia « qui odit fratrem suum, homicida est (*I Joan.* III, 15). » Elationem fugere, zelum malum non habere. Invidiam non exercere, nec contentionem amare. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, et de Dei misericordia nunquam desperare. Seniores venerari, et juniores diligere. Episcopos, sacerdotes suos ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros atque omnem plebem sibi commissam verba divina et mandata instruere et amare, hosque omnes eorum episcopos tota animi virtute diligere ut oculos suos, quia oculi sunt illorum. Eorum præceptis in omnibus obedire, etiamsi ipsi aliter (quod absit) agant, memores scilicet illius Dominici præcepti : « Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite (*Matth.* XXIII, 3). » Ipsi autem episcopi si exorbitaverint ab istis, non sunt reprehendendi, vel arguendi, sed portandi, nisi in fide erraverint. Hi ergo super hos sunt, non illi super istos, quoniam major a minore nec argui, nec judicari potest. Nullus se extollat erga doctores ac magistros suos, quia « discipulus super magistrum non esse (*Matth.* X, 24) » debet nec potest. Nullus velit dici sanctus, antequam sit, sed prius sit, ut verius dicatur. Præcepta Domini doctorumque ac magistrorum factis quotidie adimplere, et in Christi nomine pro inimicis orare oportet. Obedientia enim et humiliatio, quæ magistris agitur, Domino exhibetur. « Timor Domini delectabit, et dabit lætitiam et gaudium in longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis et in die defunctionis suæ benedicet (*Eccli.* I, 12, 13). » Væ dissolutis corde, qui non crediderunt Deo, et resistunt mandatis ejus, et inobedientes ac contumaces sunt his qui ejus legatione funguntur, et ideo non proteguntur ab eo. Væ his qui perdiderunt sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, et diverterunt ad vias pravas. Et quid facient, cum inspicere cœperit Dominus. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius, et qui diligunt illum, conservabunt viam illius. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt illi, et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentis : Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, et non in manus hominum, secundum enim magnitudinem illius, sic et misericordia ipsius cum ipso est (*Eccli.* II, 15 *et seq.*]. « Venite (inquit), filii, audite me, timorem Domini docebo vos (*Psal.* XXXIII, 12). » « Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant (*Joan.* XII, 35). » « Omnis qui vult vitam et cupit videre dies bonos, prohibeat linguam ejus a malo, et labia sua ne loquantur

dolum, divertat a malo, et faciat bonum, inquirat pacem et prosequatur eam, quia oculi Domini super justos, et aures ejus ad preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum (*Psal.* XXXIII, 13 *et seq.*). » Propterea nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus. Sed lætamini in Domino et exsultate, justi, et gloriamini, omnes recti corde (*Psal.* XXXI, *et* 11). « Quia multi venient ab oriente et occidente (Domino dicente) et a septentrione atque meridie, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob (*Matth.* VIII). »

Propter quod deprecor te, frater charissime, ut doceas attentius hunc prædicationis ordinem et absolutionis dies, ut salventur animæ hominum quæ occulta Dei virtute quem debeant diligere priusquam B doceantur, agnoscant. Operum vero ratio potestati et arbitrio uniuscujusque permittitur, et hoc ipsorum est proprium; desiderium vero habere erga doctorem veritatis, hoc a Patre cœlesti donatum est. Sed salus in eo est ut voluntatem ejus cujus amorem et desiderium, Deo largiente, conceperis, facias, ne dicatur ille sermo ejus ad nos, quem idem dixit : « Quid autem me dicitis, Domine, Domine, et non facitis quæ dico? Est ergo proprii muneris, ut unusquisque sit prout Dominus noster dederit perfectus in Ecclesia, metensque semina divina, ut de nobis non prædictus sermo, sed ille dicatur quem alibi Dominus noster dixit. Ideo (inquit). Omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et C vetera (*Matth.* XIII, 52). » Nullus ergo, inquit, impediat ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permutet vices, sed primo quæ sit justitia ejus, quæ voluntas requiramus, ut bonis operibus ac Dei gratia repleamur. Deus enim his qui recte sentiunt et bona agunt præsto est, quoniam est, quoniam his manifestat seipsum. Nam si A quis velit antequam actus suos emendet, de his requirere quæ non potest invenire, stulta et inefficax erit homini inquisitio. Tempus enim breve est, et judicium Dei gestorum causa agitur non questionum. Ideoque ante hoc omnia quæramus, quod nos aut qualiter agere oporteat, ut æternam vitam consequi mereamur. Nam si exiguum hoc tempus vitæ per inanes occupemus et inutiles quæstiones, inanes sine dubio et vacui ab operibus bonis pergemus ad Dominum, ubi judicium operum nostrorum fiet, unaquæque enim res suum tempus habet et locum. Operum hic locus, hoc tempus est; meritorum est sæculum futurum. Currat igitur per viam mandatorum Domini, et ab eorum præceptorum institutis et Spiritus sancti doctrina non recedatur. Quapropter præparanda sunt corda nostra ac corpora, et sanctæ mandatorum ejus suorumque episcoporum ac prædictorum obedientiæ militatura, ut suæ gratiæ jubeat nobis auxilium ministrare, et fugientibus gehennæ pœnam ad vitam valeant omnes pervenire æternam.

Hæc itaque, frater charissime Jacobe, ab ore sancti Petri jubentis accepi, tibique ut optabas insinuare studui, ut servare omnia immaculata præcipias, quia ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter expleri negotia. Hæc ergo præcepta nemo credat absque suo periculo negligere, vel dissimulare, quia judicio Dei ignis æterni tormenta sustinebit qui ecclesiastica decreta neglexerit. Qui vero te audierit, ut jusserat minister Christi Jesu, gloriam accipiet. Qui autem te non audierit imo loquentem Dominum per te ipsi sibi damnationem accipiet. Curandum ergo, et attendendum est nobis omnibus quod in perpetuum expedit, ut Christi passionibus per patientiam participemus atque regni ejus mereamur esse consortes. Amen.

EPISTOLA CLEMENTIS PAPÆ AD JACOBUM FRATREM DOMINI

De sacratis vestibus et vasis

CLEMENS Romanæ Ecclesiæ præsul, JACOBO Hierosolymorum episcopo.

Quoniam sicut a beato Petro apostolo accepimus omnium apostolorum patre, qui claves regni cœlestis accepit, qualiter tenere debemus, de sacramentis quæ geruntur in sanctis te ex ordine nos decet instruere.

Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta divinorum secretorum, id est, presbytero, diacono, et ministro, qui cum timore, et tremore clericorum, reliquias corporis Dominici debent custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacrario inveniatur, ut cum negligenter agitur portioni corporis Domini, gravis inferatur injuria. Communio enim corporis Domini nostri Jesu Christi, si negligenter erogetur, et presbyter minora non curet admonere officia, D gravi anathemate digna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastino non reserventur, sed cum timore et tremore clericorum, et diligentia consumantur. Qui autem residua corporis Domini quæ in sacrario relicta sunt consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conveniant, ne putent sanctæ portioni commiscere cibum qui per aqualiculos digestus in secessum funditur. Si ergo mane Dominica portio editur, usque ad sextam jejunent ministri qui eam consumpserint. Et si tertia vel quarta hora acceperint, jejunent usque ad vesperam. Sic, secreta sanctificatione, æterna custodienda sunt sacramenta.

De vasis sane sacris ita gerendum est : altaris

palla, cathedra, candelabrum et velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quoniam non licet ea quæ in sanctuario fuerint, male tractare, sed incendio universa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, ubi nullus transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pavimentorum jactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obvolvendum, aut diaconus scapulas operire velit, quæ fuit in altari, aut certe quæ data est in mensam Domini. Qui hæc fecerit vel leviter quasi nihil, et negligenter habuerit divina mysteria, diaconus triennio sexque mensibus a Dominico alienus erit altari, gravi percussus anathemate. Quod si clericum presbyter non commonuerit, decem annis et quinque mensibus excommunicatus sit, propter quod de Dominicis sacramentis subjecta sibi non commonuerit ministeria, et postea cum grandi et gravi humilitate matri reconcilietur Ecclesiæ. Pallas vero et vela quæ in sanctuarii sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris juxta sacrarium lavent, non ejicientes foras a sacrario velamina Dominicæ mensæ, ne forte pulvis Dominici corporis male decidat a sindone foris abluto, et erit hoc operanti peccatum, idcirco intra sacrarium ministris præcipimus hæc sancta cum diligentia custodire. Sane pelvis nova comparetur, et præter hæc nihil aliud tangat. Sed non ipsa pelvis ullis apponatur lavandis, nisi quæ ad Dominici altaris cultum pertinent, pallæ altaris solæ in ea laventur, et in alia vela januarum.

De velis autem januarum cura sit ostiariis ex admonitione majorum, ne quis negligens, aut ignarus ad velum januæ domus Domini manus incondite tergat, sed statim coercitus discat omnis homo quia velum atrii domus Domini sanctum est.

Præcipimus etiam, ne unquam extero clerico sive laico de fragmentis oblationum Domini ponatur ad mensam. Unde scis tu qui passim sacrarii panes indignis impendis, unde nosti si a mulieribus mundi sunt? Unde et David ab Abimelech sacerdote interrogatus cum panes sibi ad comedendum posceret, si mundus esset a muliere, cum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducavit.

Ad Dominica autem mysteria tales eligantur qui ante ordinationem conjuges suas non noverint. Quod si post ordinationem ministro contigerit proprium invadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii potitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad Dominici corporis portionem accedat, sed aquam sacerdotibus porrigat ad manus, sed ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, urceum sive calicem ad altare non sufferat.

Si forte quispiam presbyter sive diaconus sacrarii sindonem vel velum subtracta vendiderit, Judæ similis æstimabitur Iscariothis; qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supradicti Judæ susceptorum pœnam.

Clericus vero solus ad feminæ tabernaculum non accedat, nec properet sine majoris natu principis jussione. Nec presbyter solus cum sola adjungatur, sed duobus adductis testibus, visitet infirmam, nec solus cum sola femina fabulas misceat, nec archidiaconus aut diaconus sub prætextu humilitatis officii frequentet domicilia matronarum, aut forte per clericos aut domesticos ejus matronæ mandent secreti aliquid. Si cognitum fuerit, et ille deponatur, et illa a liminibus arceatur ecclesiæ. Sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur. Et si talis est ad quam debeat ire pio interventu ipse pergat. Sin autem de latere suo dirigat, cum duobus aut tribus qui hoc scire debeant. Sane ad visitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus aut tribus. Nemo tamen cum extranea habitet femina, nisi proxima aut soror fuerit. Et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non ignoramus malitias Satanæ. Universa hæc cum mansuetudine ecclesiastica complenda sunt ministeria. Negotium enim Dei non decet negligenter expleri.

Iterum atque iterum de fragmentis Dominici corporis demandamus, calicem vero ad proferendum sanguinem Domini præparatum, cum tota munditia ministerii, minister præparet, ne non bene lotus calix diacono peccatum fiat offerenti, ita cum omni honestate cuncta, quam supra exposuimus, oportet impleri. Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint Dominica sacrata tractare. Melius est enim sacerdoti paucos habere ministros qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles qui onus grave ordinatori adducant.

A principio epistolæ usque ad locum hunc de sacramentis delegavi bene intuendis, ubi non murium stercora inter fragmenta Dominicæ portionis appareant, neque putrida per negligentiam remaneant clericorum, et convenientes qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida cum viderint, magis cum ridiculo et fastidio videantur accipere, et in peccatum magis decidant per negligentiam clericorum. Quapropter nemo clericorum ultra hæc dissimulet, aut negligere ullatenus audeat, sed libenter quæ jussa sunt expleat, et sacrata divina nequaquam negligenter contractet. Ideoque tam juvenes quam senes de his, et de omni conversatione sua, et conversione et pœnitentia valde esse sollicitos oportet, satisque agere, ut hæc condigne agant, et de reliquo ornent tam clerici quam sæculares animas suas ornamentis dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitiæ, splendore justitiæ, candore pietatis, aliisque omnibus quibus compositam decet esse rationabilem mentem. Tum præterea declinare a consortiis inhonestis et infidelibus, et societates habere fidelium, atque illos frequentare conventus in quibus de pudicitia, de justitia, de pietate tractatur. Orare spe Deum ex toto corde, et ab ipso petere quæ decet, ipsi gratias agere, veram pœnitudinem

gerere præteritorum gestorum, aliquantulum etiam, si possibile est, per misericordias pauperum juvare pœnitentiam. Per hæc enim facilior venia dabitur, et indulgenti citius indulgebitur. Quod si provectioris ætatis sit is qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo. Quod postquam finis est, omnis impetus concupiscentiæ carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam insurgentes adversus animam reprimat corporis voluntates. Superest ergo ei in agnitione veritatis, et misericordiæ operibus exerceri, ut afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet quia in temporis longitudine documentum conversionis ostenditur, et non in devotionis ac propositi firmitate, Deo enim manifeste sunt mentes, quia non temporum rationem colligit, sed animorum, ipse enim probat si quis agnita veritatis prædicatione non distulit, neque tempus negligendo consumpsit, sed statim et, si dici potest, eodem momento præterita perhorrescens futurorum desiderium cepit, et in amorem regni cœlestis exarsit. Propter quod nemo vestrum ultra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad Evangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper quia, cum dives factus fuero, tunc convertar. Non requirit a te Deus pecuniam, sed animam misericordem et piam mentem. Neque dives conversionem suam differat, pro sollicitudine sæculari, dum cogitat quomodo dispenset abundantiam frugum. Neque dicat intra semetipsum, Quid faciam? ubi recondam fructus meos? Neque dicat animæ suæ. « Habes multa bona reposita in annos multos, epulare et lætare. Nam dicetur ei. Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, et quæ parasti, cujus erunt? (*Luc.* XII, 19 *et* 20) » Itaque festinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis sexus, omnisque conditio, ut vitam consequatur æternam, juvenes quidem in eo grati sint, quod in ipso impetu desideriorum, cervices suas jugo subjiciunt disciplinæ. Senes et ipsi laudabiles multi temporis consuetudinem in qua male præventi sunt pro Dei amore commutent. Nemo ergo differat, nemo cunctetur. Quæ enim causa cunctandi est ad bene agendum? Animus sibi male conscius dum videtur sibi nullam pœnam pati, credit quia non judicet Dominus, cum abuti patientia Dei et non intelligere parcentis benignitatem jam sit magna damnatio. Unde scriptum est : « Maledictus omnis qui opus Domini negligenter agit (*Jer.* XLVIII, 10). » Quapropter pastoralis ordinis est infatigabiliter revocare quidquid ad correctionem populorum, imo magis filiorum spiritualium (quantum est fas intelligere) cognoverit pertinere, et non (quod absit) cum suo periculo alienæ spei per solam negligentiam facere detrimentum, sed quod ad generalis salutis spectat compendium, salubri necesse est providere tractatu.

Homini religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, nisi eas etiam exstinguere bene loquendo studuerit. Ecce oris nostri buccina ad aures hominum personamus, neque se deinceps excusabit non monitum, qui quidquid sequi debeat, tam verbis quam litteris, edocetur.

Qualis autem condemnatio, et qualis imminet maledictio his qui in patres peccant, divina nos docet Scriptura. Si enim Cham filius Noe, cum vidisset nudum suum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalis nuditatem, sed egressus nuntiavit eam fratribus, et illi vestimento eum cooperuerunt, ipse quidem Cham, et illi qui ex eo nati sunt sub maledicto facti sunt, qui autem cooperuerunt magnam benedictionem meruerunt : multo magis isti majore et ampliore condemnatione digni sunt, qui patribus obviare, aut contra eos insurgere nituntur, aut injuriam vel contumeliam eis inferre moliuntur, quoniam qui eis resistit et Deo resistit, et qui eis injuriam vel contumeliam facit, Deo, cujus legatione funguntur facit. Expavit cœlum super hoc et horruit amplius vehementer, dicit Dominus. O intolerabilem malignitatem, o linguam loquentem iniquitatem contra Deum, et mentem in altitudinem cornu extollentem ! Et iterum : Impone, homo, tuæ linguæ ostium et seram. Cessa in altitudinem cornu extollens et loquens adversus Dominum iniquitatem et proximum tuum, quousque insultas patienti Christo et fratribus ?

Hæc nos familiarius docebat, et hæc nobis publicitus prædictus magister, et instructor atque ordinator noster princeps apostolorum Petrus in Ecclesia prædicabat, exemplum dans ut nos similiter faciamus. Humiliamini (inquit) in conspectu Domini, et exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum quoniam qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, et judicat legem. Qui autem judicat legem non est factor legis, sed judex, unus est enim legislator et judex, qui potest perdere et liberare. « Tu autem qui es qui judicas proximum ? (*Jac.* IV, 10 *et seq.*) » Non oportet, non præcepit nos judicare invicem, sed magis auxilium ferre : væ erit (inquit) his qui fratres tribulant, et eis qui eos persequuntur, vos autem quanto amplius tribulamini, tanto purgatiores atque beatiores efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata, quod etiam ipse nos Dominus docuit. « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. » Et item : « Beati eritis cum vos oderint homines, » et « persecuti vos fuerint, et ejecerint nomen vestrum tanquam malum. Gaudete in illa die, et exsultate, quoniam merces vestra multa est in cœlo (*Math.* V, 10), » unde et ipse ait : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex totis viribus tuis, et proximum tuum sicut teipsum (*Marc.* XII, 30, 31). » Non enim, inquit, recte diligit Deum qui fratrem insequitur, nec diligit proximum qui ei detrahit, vel qui illum accusat, quia quod sibi quis fieri non vult, hoc alteri nullatenus facere debet. Discite, inquit, filii mei, sapientiam et tenetote fidem rectam, et amplectimini charitatem, ut non excidatis ; data est enim vobis a Domino potestas, et virtus ab Altis-

simo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur vestras. Qui autem custodierint justitiam, juste judicabuntur, et qui crediderint justa juste invenient quid respondeant. Semper cavetote quæ præcepit, ne aliquando peccato consentiamus, et prætermittamus præcepta Dei nostri.

Ecclesias per congrua et utilia facite loca, quæ divinis precibus sacrare oportet, et in singulis sacerdotes divinis orationibus Deo dicatos poni. Quos ab omnibus venerari oportet, et non a quoquam gravari. Semper vitate mala, et pro animabus vestris ne confundamini dicere verum. Mendacia fugite, et veritatem corde proferte, quoniam multos jam supplantavit suspicio. Charitatem semper diligite, et fratres adjuvate. Erunt enim quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt vobis; unde et Dominus ait : « Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit, et qui spernit me, spernit eum qui me misit (*Luc.* x, 16). » Et item : « Qui enim non est adversum vos pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo (quia Christi estis), amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et qui scandalizaverit unum ex pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo ejus et in mare mitteretur. Et si scandalizaverit te manus tua, abscide illam, bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ingredi in gehennam ignis, inexstinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur; et si pes tuus scandalizat te, amputa eum. Bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inexstinguibilis, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, ejice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur. Omnis enim igne salietur et omnis victima salietur, bonnm est sal, quod si sal insulsum fuerit, in quo illud salietis? habete sal in vobis et pacem habete inter vos (*Marc.* ix, 39 *et seq.*), » quia quisquis vestrum recte docuerit et juste vixerit, habebit gloriam. Qui autem secus egerit indubitanter pœnam sustinebit, ideo bona agere vos semper oportet, ut bravium æternæ vitæ percipiatis, his ergo bene parete sententiis, ne quis hæc præcepta minime credat implenda, et judicio Domini æterni ignis tormenta sustineat, qui ecclesiastici operis sacra neglexerit.

Hæc igitur, frater Jacobe, de ore sancti Petri jubentis audivi. Si quis præcepta hæc non integra custodierit, sit anathema usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi. Hæc præcepta a sancto Petro apostolo accepi, et tibi, frater charissime, insinuare curavi, ut servare omnia præcipias sine macula. Si quis vero audierit te, utilis erit minister Jesu Christi; qui autem non audierit te, imo loquentem Dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet. Omnipotens Deus, charissime, sua te protectione custodiat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ multiplici animarum fructu perducat. Deus te iterum iterumque incolumem custodiat, reverendissime frater. Amen.

EPISTOLA TERTIA SANCTI CLEMENTIS PAPÆ

De officio sacerdotii et clericorum.

Clemens urbis Romæ episcopus, omnibus coepiscopis, presbyteris, diaconibus, ac reliquis clericis, et cunctis principibus, majoribus, minoribusque omnibus generaliter fidelibus benedictio, claritas, et gloria, in gratia Dei quæ data est nobis in Christo Jesu Domino nostro.

Urget nos, fratres, multus amor vester, et religiosa vestra devotio, quia debitores sumus ut quædam vobis scribamus; vobis ergo, qui sacerdotio Domini fruimini, et in specula estis positi plus scire oportet ut subditos vobis populos pleniter docere possitis, eisque ad regna cœlorum ducatum præbere, Deo annuente, valeatis. Unde et ipsa per se Veritas ait : « Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis (*Luc.* viii, 10), » et reliqua. Propter quod consilium do unicuique vestrum constanter docere verba divina, et discentibus libenter accommodare aurem verbo Dei. Vestrum enim, quia legatione Domini fungimini, est docere populos, eorum vero est vobis obedire ut Deo. Si autem vobis episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, et reliqui clerici cuncti omnesque principes, tam majoris quam inferioris ordinis, atque reliqui populi, tribus et linguæ non obtemperaverint, non solum infames, sed et extorres a regno Domini et consortio fidelium a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrum est eos instruere, eorum est vobis obedire, ut Domino cujus legatione fungimini, dicente Domino : « Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit, et qui vos recipit, me recipit, et qui me recipit, recipit eum qui me misit (*Matth.* x, 40), » nihil enim injustius vel inhonestius est quam filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus seu discipulos magistris inobedientes vel protervos existere. Novimus enim primum hominem per inobedientiam cecidisse, idcirco omnes hoc vitium summopere cavere monemus. Et quia Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam Dominus (*Jac.* iv, 6), mittens vos vice sua in loco apostolorum ad prædicandum, præcepit vobis docere, omnesque vobis fideliter obedientes existere, quoniam nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen et irrigata germina-

verit et pariat quæ est paritura. Sic omnis homo qui libenter non recipit verbum Dei, illudque in corde suo germinare non sinit, ac minime crediderit doctoribus et episcopis suis, non benevolus sed rebellis atque inobediens exstiterit, fructum non germinabit, nec pariet, sed similis est arbori illi de qua Dominus ait: « Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur (*Matth.* III, 19). » Primus enim pontifex, Aaron, chrismate compositionis perunctus, princeps populi fuit, et tanquam rex primitias et tributum per capita accepit a populo, et judicandi populos sorte suscepta de mundis immundisque judicabat. Sed si alius ex ipso unguento perunctus est, virtute inde concepta, etiam ipse rex, aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si temporalis gratia ab hominibus composita tantum potuit, intelligite jam quantum sit illud unguentum quod a Domino de virgulto vitæ prolatum est, cum hoc quod ab hominibus factum est tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præsenti sæculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius? Omnis enim pontifex sacro chrismate perunctus, et in civitate constitutus, Scripturis sacris conditus, charus et pretiosus hominibus oppido esse debet. Quem quasi Christi locum tenentem honorare omnes debent, eique servire, et obedientes ad salutem suam fideliter existere, scientes, quod sive honor, sive injuria quæ ei defertur, in Christum redundat, et a Christo in Dominum; audire ergo eum attentius oportet, et ab ipso suscipere doctrinam fidei, monita autem vitæ a Patribus inquirere. A diaconibus vero ordinem disciplinæ, propter quod deprecor vos conservos et adjutores meos, ut discatis attentius animarum curam gerere, et pro omnibus stare, maxime tamen pro his qui in cultu divino laborant. Ecclesiarum omnium curam habetote, servisque eorum adjutorium præbete, viduarum religiosam curam gerite, pupillos enixius liberate, pauperibus misericordiam facite, juvenes pudicitiam docete. Et (ut breviter totum dicam) alterutrum vos, in quibus res poposcerit, sustentate. Deum colite qui creavit cœlum et terram, et Christo credite; invicem vos diligite et misericordes estote in omnes. Non verbo solo, sed opere et rebus replete charitatem. Agite pro viribus, conservi dilectissimi, quia bonum est ut unusquisque vestrum secundum quod potest prosit accedentibus ad fidem religionis nostræ. Et ideo non vos pigeat secundum sapientiam quæ nobis per Dei providentiam collata est instruere ignaros et docere. Desiderium ergo habere omnes erga doctorem veritatis eumque ut oculos suos amare oportet, quia et ipsum populum sibi commissum ceu proprios filios amare, et docere eum decet, hoc enim a Patre cœlesti donatum est, sed salus in eo est ut voluntatem ejus cujus amorem et desiderium, Deo largiente, conceperint, faciant. Si quis ergo fidelis voluerit existere et desiderat baptizari, exutus prioribus malis de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cœlestium ex gestis propriis fiet. Accedat autem qui vult ad sacerdotem suum, et ipsi det nomen suum atque ab eo audiat mysteria regni cœlorum, jejuniis frequentibus operam impendat, ac semetipsum in omnibus probet ut tribus mensibus jam consummando in die festo possit baptizari. Baptizetur autem unusquisque in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis invocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita demum per hoc consecratus possit percipere locum cum sanctis. Nullus enim propter opprobrium senectutis aut juventutis vel nobilitatem generis a parvulis et minus eruditis, si quid forte enim utilitatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter vivit, et discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, et potius infidelis quam fidelis monstratur. Quomodo ergo non omnibus hoc amabile est cunctisque exoptatum, aut quæ ignorat discat, et quæ didicerit doceat? Certissimum namque est quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas, homini debet esse pretiosior veritate, quia nihil est pretiosius anima. Dominus autem creator omnium ex initio ad imaginem suam hominem fecit, eique dominationem terræ, marisque et aeris ipsius dedit, veritatemque inquirere præcepit, sicut et verus nobis Propheta enarravit et ipsa rerum ratio docet. Solus enim homo rationalis est, et consequens est, ut ratio irrationabilibus dominetur. Hic enim ab initio cum adhuc justus esset cunctis vitiis, et omni fragilitate superior erat, ubi autem peccavit et factus est servus peccati, simul et fragilitati efficitur debitor obnoxius. Quod idcirco scriptum est ut sciant homines quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles, et non solum impassibiles, verum et parva in Deum fide aliorum passiones curantes, ita enim verus ipse Propheta promisit, dicens : « Amen, amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic : Transi hinc et transibit (*Matth.* XVII, 19), » hujus vocis etiam vos ipsi docnmenta cepistis, et jam facta quædam per magistros nostros, ipsos videlicet apostolos, non ignoratis, quia astantibus nobis eornm meritis dæmones cum passionibus quas hominibus invexerant transierunt, et fugati sunt.

Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est. Quæ non alia esse quam patientibus quidem infidelitatis, curantibus vero fidei demonstratur; infidelitas enim, dum non credit futurum Domini judicium, peccandi licentiam præbet, peccatum vero hominem passionibus obnoxium facit. Fides autem futurum Dei judicium esse credens, continet homines a peccato. Non peccantes vero non solum liberi sunt a dæmonibus et passionibus, verum et aliorum dæmones et passiones fugare possunt. Ex his ergo omnibus colligitur quod origo totius mali ab ignorantia descendat, et ipsa sit omnium malorum mater, quæ incuria quædam et ignavia gi-

gnitur. Negligentia vero alitur et augetur atque in sensibus hominum radicatur, dum amatur : quam si quis forte doceat effugandam, velut antiquis et hæreditariis sedibus moleste et indignanter avellitur. Et ideo paululum laborandum nobis est, ut indignantes ignorantiæ præsumptiones scientiæ ratione resecemus in his præcipue qui in aliquibus minus rectis opinionibus prævenți sunt, per quas quasi sub specie alicujus scientiæ ignorantia in his vehementius radicata est. Nihil enim est gravius quam si id quod ignorat quis, scire se credat et defendat verum esse quod falsum est, quod talc est, quale si quis ebrius sobrium se putet, et agat quidam cuncta ut ebrius, sobrium se tamen et ipse putet, et dici a cæteris velit : ita sunt ergo et hi ignorantes quod verum est, speciem tamen alicujus scientiæ tenent et mala quasi bona gerunt atque ad perniciem quasi ad salutem festinant, propter quod ante omnia properandum est ad agnitionem veritatis, ut possimus quasi lumine nobis inde accenso errorum tenebras depellere.

Grande enim malum est, ut diximus, ignorantia, sed quia substantiam non habet facile ab his qui studiosi sunt effugatur. Non enim aliud est ignorantia, nisi non cognovisse quod expedit, ubi autem cognoveris perit ignorantia, quæri ergo in agone debet veritatis agnitio, quam nemo alius assignare potest nisi verus Propheta. Hæc enim via est vitam volentibus ingredi, et summum iter bonorum operum pergentibus ad civitatem salutis. Si quis sane audiens sermonem veri Prophetæ velit recipere aut nolit et amplecti onus ejus, id est mandata vitæ habet in sua potestate, liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset ut audientes ea, jam non haberent in potestate aliud facere quam audierant; vis erat quædam naturæ per quam liberum non est ad aliam migrare sententiam, aut si rursus ex audientibus nullo omnino reciperet, et hoc naturæ vis erat, quæ aliquid unum cogeret fieri, et alteri parti non daret locum, nunc autem quia liberum est animo in quam velit partem declinare judicium suum, et quam probaverit eligere viam, constat evidenter inesse hominibus arbitrii libertatem, igitur priusquam audiat quis quod ei expedit, certum est quia ignoret, et ignorans vult, et desiderat quod non expedit agere, propter quod pro hoc non judicatur. Cum vero audierit causas erroris sui et rationem veritatis acceperit, tunc 10 si permanserit in his erroribus quibus dudum fuerat prævenţus, recte jam vocabitur ad judicium daturus pœnas, quia vitæ hujus spatium quod ad bene vivendum accipit, in ludibriis consumpserit errorum. Qui vero audiens hæc libenter accepit, et gratulanter bonorum sibi doctrinam fuisse delatam requirat intentius et discere non desinat usquequo cognoscat, si est vere aliud sæculum in quo bonis præmia præparata sint, et cum certus de hoc fuerit, gratias agat Deo. Quod si veritatis lumen ostenderit de cætero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est præparatam demirans per omnia, et stupens cæterorum hominum errores, et quod ante oculos positam veritatem nemo videbat. Ipse tantum gaudens super divitiis sapientiæ quas invenit satiabiliter his perfruatur, et exercitio bonorum operum delectetur, festinans ad sæculum futurum mundo corde et pura conscientia pervenire, et etiam videre Deum Regem omnium possit. His autem omnibus carere nos, et fraudari sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines quantum boni habeat scientia, ignorantiæ malum de se non patiuntur excludi. Nesciunt enim quanta sit in horum permutatione diversitas, pariter quod consilium do unicuique discenti, libenter præbere aurem verbo Dei, et cum amore veritatis Domini audire quæ dicimus, ut mens, optimo semine suscepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam si me docente ea quæ ad salutem pertinent, recipere quis abnuit, et animo pravis opinionibus occupato obsistere nititur, non ex vobis, sed ex semetipso habebit pereundi causam. Debet enim justo judicio examinare quæ dicimus, et intelligere quia verba loquimur veritatis, ut cognitis his quæ sunt ut sunt, in bonis actibus dirigens viam suam regni cœlorum possit particeps inveniri, subjiciens sibi carnis desideria, et dominus eorum factus, ut ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium jucunda possessio. Nam qui permanet in malo et servus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo, quia ab intio, ut ante jam diximus, duo regna statuit Deus, et potestatem dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio cui se ad obediendum ipse subjecerit. Et quia definitum est apud Dominum non posse unum hominem utriusque regni esse servum, omni studio date operam in boni regis aulam ac jura concurrere. Propter hoc denique verus propheta, cum esset præsens nobiscum et quosdam ex divitibus negligentes erga Domini cultum videret, hujus rei ita aperuit veritatem. « Nemo potest, inquit, duobus dominis servire, et non potestis Domino servire et mammonæ (*Luc.* XVI, 13), » mammona, patria eorum voce, divitias vocans.

Hic ergo verus Propheta est quia in Judæa nobis apparuit, ut audistis, qui stans publice sola jussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat, et mortuis vitam, cumque nihil esset ei impossibile etiam cogitationes hominum prævidebat, quod nulli est possibile nisi soli Deo ; hic annuntiabat regnum Dei, cui nos de omnibus quæ dicebat tanquam vero Prophetæ credimus, firmitatem fidei nostræ non solum ex verbis ejus, sed ex operibus assumentes, qui dicta legis quam ante multas generationes de pœnitentia ejus exposuerant in ipso designantur, et imaginem gestorum Moysi, et ante ipsum patriarchæ Jacob ipsius per omnia typum ferebant. Tempus quoque adventus ejus, hoc est ipsum in quo venerat prædictum ab his constat, et super omnia quod esset a gentibus exspectandus sacris litteris com-

prehensum est. Quæ in eo pariter universa completa sunt. Quod autem Judæorum propheta prædixit eum a gentibus exspectandum, supra modum in eo fidem veram firmat. Si enim dixisset a Judæis exspectandum, non aliquid eximium prophetasse videretur, quod a contribuli populo et a propria gente speraretur is cujus adventus ad salutem mundi fuerat repromissus, videtur enim magis consequens ratio esse ut hoc fieret quam magnificentia prophetalis. Nunc autem cum prophetæ dicant omnem illam spem quæ de salute mundi repromittitur, et novitatem regni quæ instruenda per Christum est, atque omnia quæ de eo judicantur ad gentes esse transferenda, jam non secundum consequentiam rerum, sed incredibili quodam vaticinationis eventu, magnificentia prophetica confirmatur. Judæi namque ex initio affore aliquando hunc virum, per quem cuncta reparantur verissima traditione susceperunt, et quotidie meditantes, ac perspicientes quando ejus fieret adventus, ubi adesse eum viderunt, et signa ac prodigia sicut de eo ascriptum fuerat adimplentem, invidia excæcati agnoscere nequiverunt præsentem, in cujus spe lætabantur absentes. Intellexerunt tantum sancti apostoli qui a Deo electi sunt, et nos qui post ab eis electi sumus. Hoc autem providentia Domini factum est, ut agnitio boni hujus etiam gentibus traderetur, et hi, qui nunquam de eo audierant, nec a prophetis didicerant, agnoscerent eum : illi vero qui quotidianis meditationibus evanuerant ignorarent. Ecce enim nunc per vos qui præsentes estis, et desideratis audire doctrinam fidei ejus, et agnoscere quis et quomodo, et qualis sit ejus adventus, prophetica veritas adimpletur : hoc enim quod prophetæ prædixerant quia a vobis quærendus esset qui de eo nunquam audistis. Et ideo videntes in vobis ipsis prophetica dicta compleri, huic uni recte creditis, hunc recte exspectatis, de hoc recte inquiritis, ut non solum exspectetis eum, sed et hæreditatem regni ejus credentes consequamini, secundum quod ipse dixit, quia unusquisque illius sit servus cui se ipse subjecerit. Propterea ergo vigilate et Dominum Deumque nostrum vobis conscribite Dominum, qui et cœli ac terræ Dominus est. Et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate, sicut ipse verus Propheta docet dicens : « Estote boni et misericordes sicut et Pater vester cœlestis misericors est (*Luc.* VI, 36), qui oriri facit solem suum super bonos et malos et pluit super justos et injustos (*Matth.* V, 45). » Hunc ergo imitamini, et hunc timete, et, sicut mandatum datur hominibus, Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies. Infidelibus quidem dormit Dominus, et absens habetur his a quibus esse non creditur, et mandatis ejus non obediunt, atque ab illis videtur quasi dormire Dominus, quia pro peccatis suis non exaudiuntur.

Quapropter cunctis fidelibus, et summopere omnibus presbyteris, et diaconibus, ac reliquis clericis, attendendum est, ut nihil absque episcopi proprii licentia agant. Non utique missas sine ejus jussu quisque presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quidquam absque ejus permissu faciat. Similiter et reliqui populi, majores scilicet ac minores, per ejus licentiam quidquid agendum est, agant, nec sine ejus permissu a sua parochia abscedant, vel in ea adventantes morari præsumant. Animæ vero eorum ei creditæ sunt. Ideo omnia ejus consilio agere debent, et eo inconsulto nihil. Quicunque enim obediunt episcopis suis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre Deo. Qui autem eis non obediunt, indubitanter rei et reprobi existunt. Porro ipsi a Deo donum summi muneris consequuntur, qui justitiæ et præcepti ejus semitas incedentes, doctoribus suis (qui recte episcopi intelliguntur) libenter obediunt. De quibus et beatus Petrus instructor, et ordinator noster, et princeps apostolorum manifeste cunctos audientes instruebat, dicens : Videntur mihi qui loquuntur verba veritatis, et qui illuminant animas hominum similes esse radiis solis. Qui ut processerint et apparuerint mundo, celari ultra, aut occultari nullatenus possunt, dum non tam videntur ab hominibus quam videre omnibus præstant. Unde et bene ipsa per se Veritas ad veritatis præcones ait : « Vos estis lux mundi, et non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt (*Matth.* V, 14). » Si quis ergo his obedierit, Deo, ut dictum est, magnum munus offert. Qui autem his restiterit, aut inobediens exstiterit, non his, sed Domino Salvatori nostro, cujus legatione funguntur, resistit, propter quod primum est omnium justitiam Dei regnumque ejus inquirere, et suis jussionibus obtemperare. Justitiam quidem, ut recte agere doceamus ; Regnum vero, ut quæ sit merces posita laboris et patientiæ noverimus, in quo est bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autem qui contra voluntatem ejus egerunt : pro uniuscujusque gestis pœnarum digna restitutio, hic ergo, hoc est, in præsenti vita positos, oportet nos agnoscere voluntatem Dei, ubi et agendi et sacrificandi est locus. Quoniam in aliis locis sacrificare et missas celebrare non licet, nisi in his in quibus episcopus proprius jusserit, aut ab episcopo regulariter ordinato tenente videlicet civitatem ubi consecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos Novo et Veteri Testamento. Hæc apostoli a Domino acceperunt, et nobis tradiderunt, hæc nos docemus, vobisque et omnibus absque reprehensione tenere et docere quibus agendum est mandamus, unaquæque etenim res tempus suum habet et locum. Operum hic locus est, tempus vero meritorum est sæculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes ; primo quæ sit Dei justitia requiramus, et tanquam iter acturi abundanti viatico bonis operibus repleamur, quo possimus ad regnum Domini tanquam ad urbem maximam pervenire. Deus enim his qui recte

sentiunt per ipsa opera mundi quæ facit manifestus est, ipsius creaturæ suæ utens testimonio, et ideo cum de Deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc ejus justitia requiramus et regno. Ideo persuadeo primum justitiam ejus esse requirendam, ut per hanc iter agentes, et in via veritatis positi verum prophetam invenire possimus, non velocitate pedum, sed bonorum operum velocitate currentes, ut ipso duce usi, nullum viæ hujus patiamur errorem. Si enim ipsum sequentes ingredi meruerimus, illam quo pervenire cupimus civitatem, omnia jam (de quibus quæritur) oculis videbimus tanquam hæredes omnium facti. Intelligite itaque viam esse hunc vitæ nostræ cursum, viatores qui nos instruunt, vel bona opera gerunt, portam vero Prophetam, de quo dicimus, urbem regnum esse in quo residet omnipotens Pater, quem soli videre possunt hi qui mundo sunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur hujus itineris labor, quia in fine ejus requies erit. Nam et ipse verus Propheta ab initio mundi per sæculum currens, festinat ad requiem. Adest enim nobis omnibus diebus, et si quando necesse est apparet, et corrigit nos, ut obtemperantes sibi ad vitam perducat æternam. De his autem qui negligunt viam suæ salutis, et adhuc non bene fideles, et præceptis ejus suorumque pontificum jussionibus inobedientes vel contumaces eis existunt, Dominus noster Jesus Christus mittens discipulos suos, præcepit nobis, dicens, ut in quamcunque civitatem aut domum introierimus, dicamus : « Pax huic domui. Et si quidem, inquit, fuerit tibi filius pacis, veniet super eum pax vestra. Si vero non fuerit, pax vestra ad vos revertetur. Exeuntes autem de domo vel de civitate illa, etiam pulverem quæ adhæserit pedibus vestris excutiatis super eos. Tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati vel domui (*Matth.* x, 12 *et seq.*). » Quod utique ita demum fieri præcepit, si prius in civitate vel domo veritatis sermo prædicetur, ex quo recipientes veritatis fidem filii pacis et filii Domini fiant, vel non recipientes arguant quasi inimici pacis et Domini. Ita ergo et nos magistri instituta sectantes pacem proponamus auditoribus, ut absque ulla perturbatione possit via salutis agnosci. Quod si quis pacis verba non suscipit, neque acquiescit veritati, scimus adversus eum pugnam verbi movere, et arguere acrius confutando ignorantiam, et redarguendo peccata. Necessario igitur pacem proponimus, ut si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum, ab eo autem qui se alienum pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Et iterum in mandatis habemus, ut venientes ad civitatem discamus quis in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus, ut quanto magis convenit noscere quis qualis priusve sit is cui immortalitatis verba credenda sunt. Solliciti enim et valde solliciti esse debemus, ne « margaritas nostras mittamus ante porcos (*Matth.* vii, 6). »

Sed et alias ob causas utile est viri hujus habere notitiam. Si enim sciam quia in his de quibus non potest dubitari quod bona sint, emendatus est et inculpabilis, hoc est si sobrius, si misericors, si justus, si mitis et humanus, quæ utique bona esse nullus ambigit, tunc consequens videbitur ut ei qui obtinet bona virtutum etiam quod deest fidei et scientiæ conferatur, et in quibus maculari videtur ejus vita, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his quæ palam sunt peccata involutus permanet inquinatus, non me oportet aliquid de secretioribus et remotis divinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari et convenire eum, ut peccare desinat et actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit se, et provocaverit nos dicere quæ eum minus recte agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino respondere, auditorum causa, utile non videtur, ne forte existiment nos responsionis penuria declinare certamen, et fides eorum lædatur, non intelligentia propositi nostri. Magna contumelia et grave nobis erit peccatum, si ita desipiamus ut videamus eum qui idola colit esse sobrium, nos qui Deum colimus sobrii esse recusemus. Non hoc sit inter nos, sed magnum habeamus studium, ut si illi qui errant homicidium non faciunt, nos ne irascamur quidem. Et si illi adulterium non committunt, nos nec concupiscamus quidem alienam mulierem. Si illi amant proximos suos, nos diligamus etiam inimicos nostros. Si illi mutuo dant his qui habent unde reddant, nos etiam his demus a quibus recipere non speramus. Et per omnia nos qui æterni sæculi hæreditatem speramus, debemus præcedere eos qui præsens tamen sæculum noverunt, scientes quia si opera illorum nostris operibus collata, in die judicii similia inveniantur ac paria, confusio nobis erit quod æquales invenimur in operibus his, quæ propter ignorantiam condemnantur, et nullam spem futuri sæculi habuerunt. Et vere digna confusio est, ubi nihil amplius gessimus ab his quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit, æquales his inveniri in operibus bonis, quid erit nobis si inferiores nos ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo quomodo de his nos ipse verus Propheta docuerit.

Ad eos autem qui negligunt audire verba sapientiæ ita ait : « Regina austri surget in judicio cum generatione hac, et condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic et non audiunt (*Matth.* xii, 42). » Ad eos vero qui de malis actibus gerere detractabant pœnitentiam, ita ait : « Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, et condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ, et ecce plusquam Jonas hic (*Luc.* xi, 32). » Videtis ergo quomodo eos qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia veniebant, et ostendens eos nec æquales illis esse qui in errore positi videbantur, ex ipsa tamen comparatione condemnatos. Ex quibus omnibus sermo quem proposuimus approbatur, ut testimonia quæ aliqua-

tenus etiam ab his qui in errore sunt positi custoditur, multo purius et attentius per singulas quisque, sicut supra ostendimus, species a nobis qui veritatem sequimur teneatur, eo magis quod apud nos observantiæ ejus præmia æterna sunt posita. Aliter enim nemo salvus esse poterit, nisi his observationibus pro viribus operam dederit. Deus vos in sua voluntate unumquemque in suo ordine semper custodiat, fratres, et sibi placere in omnibus concedat. Amen.

EPISTOLA QUARTA SANCTI CLEMENTIS PAPÆ

Scripta discipulis suis, qui malorum hominum persuasionibus aliquatenus deviarant, et gentibus inter quas habitabant.

Clemens, Romanæ urbis episcopus, charissimis fratribus Julio et Juliano ac reliquis consodalibus nostris, gentibusque quæ circa vos sunt. Oportet, fratres, omnes doctores qui ad salutem animarum instituti sunt, et ad lucrandas animas episcopi sunt consecrati, pro cunctis sollicitudinem gerere, et errantes ad viam veritatis et ad portum salutis reducere. Et licet propter gentes quæ circa vos sunt in modico vos errasse contigerit, melius est tamen redire ad veritatis viam quam diutius in ipso errore perseverare. Quoscunque enim de his qui vos errare fecerunt, vel de his qui adhuc verbum prædicationis non audierunt, potestis, vobiscum assumite, et ad viam veritatis reducite, ne infructuosi Domino inveniamini. Et quoniam quidem sicut a cultore neglecta terra spinas et tribulos necessario producit, ita sensus vester longi temporis incuria multas et noxias opiniones rerum et intelligentias falsæ scientiæ germinavit, opus est nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis vestræ, ut hoc sermo veritatis (qui est verus et diligens cordis colonus) assiduis excolat disciplinis. Vestrum ergo est præbere obedientiam et occupationes, ac sollicitudines superfluas amputare, ne bonum verbi semen enecet noxium germen : potest enim fieri ut multi temporis negligentiam, brevis et assidua reparet diligentia. Incertum namque est uniuscujusque tempus vitæ. Et ideo festinandum est ad salutem, ne forte cunctantem mors repentina præveniat; et ob hoc acrius innitendum est, ut (dum est temporis spatium) collecta malæ consuetudinis vitia resecentur. Quod non aliter facere poteritis, nisi ut irascamini quodammodo adversum vosmetipsos pro his quæ inutiliter gessistis, ac turpiter. Hæc enim est utilis vita, et justa, et necessaria iracundia, ut unusquisque in quibus erravit et perperam gessit, indignetur et semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili immissus, consumptis et excoctis radicibus pessimæ voluntatis, bono semini verbo Dei fecundiorem cordis præparet glebam. Puto autem quod satis dignas habeatis causas iracundiæ, ex quibus justissimus ignis iste coalescat, si consideretis in quantos vos errores deduxerit ignorantiæ malum, quantosque lapsus et quanta præcipitia ad peccandum dedit, a quantis vos bonis abstraxit, et in quæ præcipitavit mala, et, quod est super omnia gravius, quod vos in futuro sæculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus ubi vobis veritatis lumen effulsit, ignis justissimæ indignationis accenditur, et iracundiæ Deo placitæ intra vos consurgit incendium, quo consumatur et radicitus intereat omne germen quod forte in terra malæ concupiscentiæ pullulavit? Unde et ipse qui misit nos cum venisset, et omnem mundum vidisset ad malitiam declinasse, non continuo ei pacem, in erroribus posito, dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiæ ejus ruinis scientiam veritatis opposuit, ut, si qui forte resipiscerent, et lumen veritatis aspicerent, deceptos se, et in præcipitia erroris abstractos merito dolerent, et iracundiæ salutaris ignem adversum deceptricem suam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat : « Ignem veni mittere in terram, quem volo ut accendatur (*Luc.* xii, 49). »

Est ergo pugna quædam quæ gerenda nobis est in hac vita. Sermo enim veritatis et scientiæ necessario separat homines ab errore et ignorantia, sicut sæpe videmus putrefactas et emortuas carnes corporis a connexione viventium membrorum ferro secantis separari. Tale ergo aliquid est quod agit veritatis agnitio. Necesse est enim, ut salutis causa filius (verbi gratia) qui sermonem receperit veritatis a parentibus separetur incredulis, aut rursum, pater separetur a filio, aut filia a matre. Et hoc modo inter propinquos atque consanguineos credentes, atque incredulos, scientiæ atque ignorantiæ veritatisque et erroris pugna consistit. Et ob hoc iterum dicebat qui nos misit : « Non veni pacem mittere in terram, sed gladium (*Matth.* x, 34). » Quod si dicit aliquis : Et quomodo justum videtur separari filios a parentibus (*Ibid.*, 35)? Audi quomodo : quia cum ipsis si in errore permaneant, neque illis [redacted]oderunt, et ipsi cum illis pariter interibunt, justum igitur et valde justum est separari eum qui salvari vult ab eo qui non vult. Sed et illud adverte, quia non ex illis qui rectius intelligunt, venit ista separatio, illi enim volunt esse pariter et prodesse his et docere meliora. Sed proprium est ignorantiæ vitium, ut confutantem se, veritatis lucem non ferat habere de proximo. Et ideo ex illis ista noscitur separatio. Nam qui scientiam veritatis accipiunt, qni bonitatis plena est, tanquam a bono Deo datam, cupiunt eam si fieri potest cum omnibus habere communem. Etiam cum his qui oderunt eos, et persequuntur. Sciunt enim quia peccatum ipsorum causa ignorantiæ est. Propterea denique ipse Magister cum ab his qui ignorabant eum duceretur ad crucem, orabat Patrem pro in-

terfectoribus suis, et dicebat : « Pater, dimitte eis peccatum, quia nesciunt quid faciunt (*Luc.* XXIII, 34). » Imitantes quoque discipuli magistrum, etiam ipsi cum paterentur, similiter pro interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est orare etiam pro interfectoribus et persecutoribus nostris, quomodo non etiam parentum et propinquorum persecutiones ferre, et pro conversione eorum, orare credimur ?

Tum deinde etiam diligentius consideremus quæ sit nobis causa parentes diligendi, pro eo, inquit, quia vitæ nostræ videntur auctores. Auctores quidem vitæ nostræ, parentes non sunt, sed ministri. Non enim vitam præbent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium, auctor autem vitæ unus et solus est Deus. Si autem auctorem vitæ diligere volumus, illum nobis esse diligendum sciamus, sed illum, inquit, cognoscere non potuimus, istos autem et novimus, et in affectu habemus. Esto, non potuistis cognoscere quis sit Deus, quid tamen non sit Deus perfacile scire potuistis. Nam quomodo latere potuit hominem, quod lignum aut lapis aut æs vel hujusmodi materia Deus non sit? Quod si in his quæ facile deprehendere potuistis animum ad discutiendum voluistis intendere, certum est quia et in agnitione Dei impediti estis, non impossibilitatis sed ignaviæ vitio, nam si voluissetis ex his ipsis inutilibus simulacris profecto accepissetis intelligentiæ viam. Certum est, quia per ferrum facta sunt simulacra, ferrum vero per ignem confectum est. Qui ignis aqua exstinguitur, aqua autem per spiritum movetur. Spiritus autem a Deo initium habet. Sic enim dixit Moyses propheta : « In principio fecit Deus cœlum et terram. Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebræ erant super faciem abyssi, et Spiritus Dei erat super aquas (*Gen.* I, 1, 2). » Qui Spiritus Domini jussu quasi ipsa manus Conditoris lucem separavit a tenebris, et post illud invisibile cœlum istud visibile produxit, ut superiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero hominibus. Propter vos jussu Dei aqua quæ erat super faciem terræ secessit, ut terra vobis produceret fructus. Cui etiam humorum venas latenter inseruit ut vobis ex ea profluerent fontes et flumina. Propter nos producere jussa est animantia et omnia quæ nostro usui voluntatique servirent. An non propter vos venti spirant ? ut ex ipsis concipiens fructus vobis terra parturiat ? Nonne propter vos imbres profluunt et tempora vicissitudines mutant? Num propter vos sol oritur, et occidit, et mutationes luna perpetitur? propter vos mare exhibet famulatum suum, ut vobis ingratis cuncta subjaceant ? Nonne pro his omnibus justa erit ultionis pœna, quia horum omnium largitorem quem ante omnia et agnoscere et venerari debuistis, solum 12 præ cæteris ignoratis ? Sed et nunc per idem vos adhuc in intelligentiam ejus duco. Videtis etenim quod omnia gignuntur ex aquis, aqua vero per Unigenitum ex initio facta est, Unigeniti vero omnipotens Deus caput est, per quem tali ordine, ut supra diximus, pervenitur ad Patrem. Dum autem perveneritis, agnoscite hanc esse voluntatem ejus, ut per aquas, quæ primæ creatæ sunt, denuo renascamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus repletus, hæres efficitur ejus a quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod, paratis animis accedite, quasi filii ad patrem, ut peccata vestra diluantur et causa eorum sola ignorantia fuisse probetur apud Dominum. Nam si post agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis jam perditionis vestræ causa, et non ignorantiæ, reputabitur; nec putetis etiam quod si omnem pietatem colatis omnemque justitiam, baptismum vero non accipiatis, spem possitis habere apud Dominum, imo majore pœna digni eritis qui bona opera non bene operati estis. Confertur enim meritum homini ex bonis gestis, sed si ita gerantur sicut Deus jubet : Deus autem jussit omnem colentem se baptismo consignari. Quod si vos renueritis, ut vestræ voluntati magis quam Dei obtemperetis, contrarii sine dubio et inimici estis voluntati ejus. Sed dicetis fortasse :

Quid confert aquæ baptismus ad Dei cultum? Primo quidem, quia quod Domino placuit impletur. Secundo, quia regenerato ex aquis et Deo renato fragilitas prioris nativitatis quæ vobis per hominem facta est amputatur, et ita demum pervenire poteritis ad salutem. Aliter impossibile est. Sic enim nobis cum sacramento verus Propheta testatus est, dicens : « Amen, amen dico vobis, nisi quis denuo renatus fuerit ex aqua viva, non introibit in regnum cœlorum (*Joan.* III, 3).» Et ideo accelerate. Est enim in aquis istis misericordia ejus quædam quæ ex initio ferebatur super eas, et agnoscit eos qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, et eripit eos de suppliciis, futuris, quasi donum quoddam offerens Deo animas per baptismum consecratas. Confugite ergo ad aquas istas, solæ sunt enim quæ possunt vim futuri ignis exstinguere. Ad quas qui moratur accedere, constat in eo adhuc infidelitatis idolum permanere, et ab ipso prohiberi ad aquas properare quæ salutem conferunt. Sive enim justus, sive sit injustus, baptismus per omnia necessarius est, justo quidem ut adimpleatur in eo perfectio et regeneretur Deo, injusto vero ut peccatorum quæ gesit remissio concedatur. Omnibus ergo festinandum est sine mora renasci Deo, et demum consignari ab episcopo, id est, septiformem gratiam Spiritus sancti percipere, quia incertus est uniuscujusque exitus vitæ. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, et postmodum septiformis Spiritus gratia ab episcopo, ut memoratum est, confirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos si non necessitate, sed incuria aut voluntate remanserit, ut a beato Petro apostolo accepimus et cæteri sancti apostoli præcipiente Domino docuerunt, et demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem ejus, qui eum genuit, Patris. Post hæc vero agnoscat Dominum honorare, honor autem ejus est, ut ita vivat sicut ipse vult;

vult enim unumquemque ita vivere, ut homicidium, et adulterium nesciat, odium et avaritiam fugiat, iram, superbiam, jactantiam respuat et exsecretur. Invidiam quoque et cætera his similia penitus a se ducat aliena. Est sana propria quædam nostræ religionis observantia, quæ non tam imponitur hominibus quam proprie ab unoquoque Dominum colente causa puritatis expetitur, de castimoniæ dico cautela cujus species multæ sunt. Sed ut primo observet unusquisque, ne menstruatæ mulieri misceatur, hoc enim exsecrabile ducit lex Domini. Quod si lex de his non admonisset, nos ut catuli libenter volveremur in stercore. Debemus aliquid amplius habere animalibus, utpote rationabiles homines et cœlestium sensuum capaces, quibus summi studii esse debet ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire. Bonum est autem et puritati conveniens etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico non quasi principale illud in quo mens purificatur, sed quod sequela sit illius boni hoc, in quo caro diluitur, sicut enim et Magister noster quosdam Pharisæorum et Scribarum, qui videbantur esse cæteris meliores et a vulgo separati, increpabat, dicens eos hypocritas, quia eo solummodo quæ hominibus videbantur, purificabant, corda vero, quæ solus Deus aspicit, inquinata relinquebant et sordida (*Matth.* XXIII, 25, 26). Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes, dicebat : Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia mundatis calicis et paropsidis quod deforis est, intus autem plena sunt sordibus. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est, et quod deforis est erit mundum. Vere enim si mens mundetur luce scientiæ, cum ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam ejus qui deforis est hominis ipsa necessario curam gerit, id est carnis suæ, ut ipsa purificetur; ubi autem ista quæ deforis est purificatio carnis negligitur, certum est neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit ut is qui intrinsecus mundus est mundetur sine dubio et extrinsecus; non semper autem is qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, videlicet cum agit hæc ut hominibus placeat, sed et illa species castimoniæ observanda est, uti ne passim et libidinis solius causa feminis coeat quis, sed posteritatis reparandæ gratia, quæ observantia cum etiam in nonnullis pecudibus inveniatur, pudoris est si non ab omnibus rationabilibus et Deum colentibus observetur. Ergo omnes peccaverunt, et egent auxilio Dei. Propter quod, charissimi, sectamini semper charitatem et æmulamini meliora et spiritualia, et adjuvate vos invicem, ut Domino semper in omnibus placere valeatis. Amen.

EPISTOLA QUINTA SANCTI CLEMENTIS PAPÆ

De communi vita, reliquis suis discipulis scripta Hierosolymisque directa.

Dilectissimis fratribus, et condiscipulis Hierosolymis cum charissimo fratre Jacobo coepiscopo habitantibus, CLEMENS episcopus.

Communis vita, fratres, omnibus necessaria est, et maxime his qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, et vitam apostolorum eorumque discipulorum imitari volunt. Communis enim usus omnium quæ sunt in hoc mundo omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius suum esse dixit, et alius istud, et sic inter mortales facta divisio est. Denique Græcorum quidem sapientissimus, hæc ita sciens esse, ait communia debere esse amicorum omnia. In omnibus autem sunt sine dubio et conjuges. Et sicut non potest, inquit, dividi aer neque splendor solis, ita nec reliqua quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum dividi debere, sed habenda esse communia. Unde et Dominus per prophetam loquitur, dicens : « Ecce quam bonum, et quam jucundum, habitare fratres in unum (*Psal.* CXXXII, 1), » et reliqua. Istius enim consuetudinis more retento, etiam apostoli eorumque discipuli (ut prædictum est) una nobiscum et vobiscum communem vitam duxere, unde (ut bene nostis) « erat multitudinis eorum cor unum et anima una, nec quisquam eorum aut nostrum de his quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis et nobis erant communia, nec quisquam egens erat inter nos. Omnes autem qui domos vel agros possidebant vendebant eos, et pretia eorum et reliquas res quas habebant, afferebant ponentes ante pedes apostolorum (*Act.* IV, 32, 34, 35), » sicut nobiscum quidam vestrum cognoverunt et viderunt; et dividebant singulis, prout cuique opus erat (*Ibid.* 35). » Ananias autem vir austerus, et Zaphira uxor ejus, qui mentiti sunt apostolis de pretio agrorum suorum quos vendiderant, nobis præsentibus in conspectu omnium astantium, a conspectu apostolorum propter peccatum eorum, et mendacium quod fecerunt, mortui delati sunt ambo (*Act.* V, 1 *et seq.*). Cætera quæ de talibus cognovimus et vidimus, nec recordatione, nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cavenda mandamus, et doctrinis et exemplis apostolorum obedire præcipimus, quia hi qui mandata eorum postponunt, non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum nobis cavenda, sed omnibus prædicanda sunt.

Relatum est etiam quod quidam in vestris partibus commorantes, adversantur sanis doctrinis, et prout eis videtur, non secundum traditionem Patrum, sed juxta sensum suum docere videntur. Multas enim quidam, ut audivimus, vestrarum partium secundum ingenium hominum ex his quæ legunt, verisimilitudines capiunt, et ideo diligenter observandum est, ut et lex Dei cum legit, non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim

multa verba in Scripturis divinis quæ possunt trahi ad eum sensum quem sibi unusquisque sponte præsumpsit, sed fieri non oportet : non enim sensum quem extrinsecus adulteratis, alienum et extraneum debetis quærere, aut quomodo ipsum ex Scripturarum auctoritate confirmetis, sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum qui eam a majoribus secundum veritatem sibi traditam servat, ut et ipse possit ea quæ recte suscepit competenter asserere. Cum enim ex divinis Scripturis integram quis et firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis quæ forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen ut ubi vera didicit, falsa et simulata declinet. Incertum est enim etiam juvenibus vitæ tempus, senibus autem jam nec incertum est, non enim dubitatur quin quantumcunque est quod putatur superesse breve sit. Et ideo tam juvenes quam senes oportet de conversione et pœnitentia valde esse sollicitos, et satis agere ut de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, splendore justitiæ, candore pietatis, aliisque omnibus, quibus comptam decet esse rationabilem mentem. Unde, consilium dantes, vestram pudicam prudentiam hortamur, ut ab apostolicis regulis non recedatis, sed communem vitam ducentes et Scripturas sanctas intelligentes, quæ Domino vovistis, adimplere satagatis. Et cum oratione assidua obtinere merueritis, tunc, sine suspicione mali interitus, vota possint celebrari festiva. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

INCIPIUNT DECRETA ANACLETI PAPÆ

De oppressione episcoporum, et de accusatione episcoporum, et de ordinatione archiepiscoporum, et de primatibus et de patriarchis eorumque ministris.

(Hic fuit anno Christi 104, tempore Trajani imperatoris.)

Anacletus, servus Christi Jesu, in sede apostolica Domino serviens, episcopis omnibus, et cæteris cunctis fidelibus qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, gratia vobis et pax, atque consolatio multiplicetur a Domino in sæcula.

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem, et incontaminatam et immarcessibilem, conservatam in cœlis, in vobis qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam revelari in tempore novissimo, in quo exsultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tribulationibus, ut probatio vestræ fidei multo pretiosior sit auro, quando per ignem probatur (*I Petr.* I, 3 *et seq.*), si tantum tribulationibus experti probati inveniamini. 13 « Patientes estote (*Jac.* V, 7), » dilectissimi, quia « patientia probationem operatur, probatio vero spem, spes autem non confundit (*Rom.* V; *Jac.* 1, 3). » « Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum et serotinum (*Jac.* V, 7). » Si agricolæ hæc patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quanto magis vos pro æternis patientes esse debetis ? Estote ergo patientes, et confirmate corda vestra, ut adveniente judice Christo, læti et probati esse valeatis. « Nolite ingemiscere in alterutrum, ut non judicemini. Ecce judex ante januam assistit. Exemplum accipite, charissimi, laboris et patientiæ prophetas, qui locuti in nomine Domini sunt. En beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidistis, quoniam misericors et miserator Dominus est (*Ibid.*, 10-12). » Tribulationes vestras audivimus, fratres, tam per nostros quam et per aliorum apocrisarios, super quibus valde dolemus, vobisque compatimur, et auxilium ferre, prout ipse largitus fuerit qui pro nobis non solum tribulatus, sed etiam passus est, parati sumus. « Nolite mirari, charissimi, qui persecutiones patimini, quasi novi vobis aliquid contingat; sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exsultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ, et virtutis Domini, et qui est ejus spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubeecat, glorificet autem Dominum in isto nomine, quoniam tempus est ut incipiat judicium de domo Domini. Si autem a nobis primum, quis finis eorum qui non credunt Dei Evangelio ? Et si vix justus salvabitur, impius et peccator ubi parebunt ? (*I Petr.* IV, 12-18). » Itaque et hi qui patiuntur, fideli Creatori commendent animas suas secundum voluntatem Domini in benefactis. Nam (ut ait beatus Clemens prædictus, antecessor noster) similis est omnis ecclesiæ status navi magnæ, quæ per undosum pelagus diversis e locis et regionibus viros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis auctor hujus omnipotens ipse Deus, gubernator vero sit Christus, tum deinde proretæ officium episcopus impleat, presbyter nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant, hi qui catechizant nautologis conferantur. Epibatis

autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeatur. Ventorum vero varietates et turbinum diversis tentationibus conferantur; persecutiones, tribulationes sive pericula fluctibus exsequentur. Terreni vero spiritus qui vel de torrentibus, vel de convallibus spirant, pseudoprophetarum et seductorum seu pravæ doctrinæ verba docentur; promontoria vero et loca confragosa hi qui in potestatibus sæculi sunt judices, et pericula minantur ac mortes; dithalassa vero loca quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur dubiis mente et de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritæ vero et dolosi piratis similes habeantur. Jam vero rapidus vertex et tartarea charybdis et saxis illisa naufragia ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimanda sunt quam peccata? Restat igitur ut hæc navis cursu prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, et ita Domino pacem fundere, ut navigantes mereantur audiri. Audimus, fratres, quod quidam detrahunt et accusant sacerdotes Domini, cupientes eos damnari, non intelligentes forsitan quod injuria sacerdotum ad Christum pertinet, cujus vice funguntur. Nec hoc aspiciunt quod beatus Petrus princeps apostolorum, instructor noster, ait: « Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum et simulationes et invidias et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem (*I Petr.* II, 1), » et Dominus per prophetam inquit: « Qui vult vitam diligere et videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo, et labia ejus ne loquantur dolum (*I Petr.* III, 10), » etc. Qui autem ista transgrediuntur, profecto transgressores legis Domini et contemptores atque inobedientes ejus præceptis existunt. Unde et beatus Iacobus apostolus ait: « Si diligitis proximos sicut vosipsos, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores (*Jac.* II, 9), » etc. Et beatus prædecessor noster Clemens, vir apostolicus et spiritu Domini plenus, una cum reliquis sanctis collegis suis statuit, dicens: Accusandi vel testificandi licentia denegetur omnibus qui Christianæ religionis et nominis dignitatem, et suæ legis vel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerunt. Transgressores enim sponte legis suæ, ejusque violatores et recedentes, apostatæ nominentur. Omnis enim apostata refutandus est ante reversionem suam, non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus, quia vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. « Quicunque autem (ut ait apostolus Iacobus) totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est reus omnium. Qui autem dixit, Non mœchaberis, dixit et, Non occides. Quod si non mœchaberis, occidas autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini et sic facite, sic ut per legem libertatis incipientes judicari. Judicium enim sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam, superexcellit autem misericordia judicium (*Jac.* II, 10), » et Dominus ait: « Nolo mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, et vivat (*Ezech.* XXXIII, 11). » Et multa talia horum similia. « Nemo enim (inquit Apostolus), vestrum sibi vivit, et nemo sibi moritur; sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est et revixit, ut et vivorum et mortuorum dominetur. Tu autem quid judicas fratrem tuum, aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabunt ante tribunal Domini; scriptum est enim: « Vivo ego, dicit Dominus, quoniam flectetur mihi omne genu, et omnis lingua confitebitur Domino. Itaque unusquisque vestrum per se rationem reddet Domino. « Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, nec ponatis offendiculum fratri vel scandalum (*Rom.* XIV, 11-13).» Scimus enim quia multum derogatio prævalet, quando derogator creditur fide dignus; ideo, fratres, variis detractionibus et accusationibus non oportet labefactari judices et primates Ecclesiæ, sed magis apostolorum et doctorum regulis informari et roborari, unde justum est omnes in universo Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis sunt recta sapere et operari, et non regulas nascentis ecclesiæ confundi, aut fidem aut doctrinam apostolorum variis maculare doctrinis, nec fratres infestare. Si autem omnia in hoc sæculo vindicata essent, locum divina judicia non haberent, supervacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui solem certat facibus adjuvare; ideo si aliquis putat Domino in hoc placere quod servos suos accusat, et ut meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat et plus invidiæ stimulis agitatur quam charitatis, quoniam gratiæ plenitudo adjectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta. Erigunt ergo doctores conscientias suas, et si quando incertis temporum flatibus opponuntur, sustinent mala quæ sæculis magis sunt ascribenda quam meritis. Datam enim scimus Satanæ potestatem, ut servos Christi cribraret, ut quod de tritico inveniri posset, horreis ingereretur; et quod de paleis, ac ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est: « Nolite timere pusillus grex, placuit Patri vestro dare vobis regnum (*Luc.* XII, 32), » venit inter vos gladius perfidorum, ut marcida Ecclesiæ membra resecaret, et ad cœlestem gloriam perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit, qui triumphum mereantur per bella cognoscuntur. Scimus autem multos ob id infestare doctores, ut eos perdant et propriæ voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores inquantum vires suppetunt a recta æmulatione, et bona intentione recedere debent, scientes quia « beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam (*Matth.* V, 10). » Nihil autem illo est pastore miserius qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum placere lupis et gregibus ovium potest, perdit enim laboris memoriam mens terrenis obligata carceribus,

Sicut artium in suo quoque opere invenitur mater instantia, ita noverca eruditionis est negligentia. Nullus ergo præjudicium alteri faciat, neque quod sibi fieri non vult exerceat. Nemo dictum de aliquo inveniat, quod in ejus actibus non agnoscat. Ego autem labefactatam, non solum quietem meam, sed et salutem inimicorum valetudine et rumorum procellis agnosco. Potens est divinitas immensa tempestatis incerta bono serenitatis amovere. Et quid aliud si « Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia ejus (*I Petr.* II, 21), » et apostoli passi sunt, sequentes ejus exemplum, et reliqui patres, nisi ut sequamur vestigia ejus, tam doctrinam eorum quam exemplum, et patiamur adversa pro Christo, et cum patribus atque cum fratibus crucem portemus, eorumque tribulationibus compatiamur, ut Christi veri discipuli inveniamur, qui dixit : Qui vult post me venire, abneget semetipsnm, et tollat crucem suam et sequatur me (*Luc.* IX, 23), » et reliqua? Præsumptio est si dominorum beneficia famuli non sequantur.

Obsequium ergo æstimandum puto, quod pariturus impendo. Quid est enim, quod plus creditur filii vocabulum valere quam obsequium, et non quæritur quid in amoris lance promoveas, sed quale ad præjudicium æstimanti nomen apponas, cum apud prudentes frustra sobolem diximus, nisi exhibeat quod videtur. Ego vero nolo errore meo alienas culpas asserere, ut factum quod doleo admisisse convincar. « Odisti, inquit Dominus per prophetam, omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus; ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adoraboque in templo sancto tuo, in timore tuo (*Psal.* V, 7). » Domine, deduc me in justitia tua propter incantatores meos, dirige ante faciem tuam viam meam, non est enim in ore eorum rectum, interiora eorum insidiæ. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguam suam lenificant. Condemna eos, Deus, decidant a consiliis suis; juxta multitudinem scelerum eorum expelle eos, quoniam provocaverunt te. Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum laudabunt nomen tuum. Et proteges eos, et lætabuntur in te qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo. Domine, ut hasta placabilitatis coronabis eum (*Ibid.*). Deo enim sacrificantes perfecte, non debent vexari, sed portari, consolari, atque ab hominibus venerari. Ipsi autem quando Domino sacrificant non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Domino perfecte in sacratis Deo sacrificare locis probentur. Ait namque auctoritas legis divinæ : Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegit Dominus Deus tuus. Episcopus Domino sacrificans, testes (ut præfixum est) secum habeat, et plures quam alius sacerdos. Sicut enim majoris honoris gradu fruitur, sic majoris testimonii incrementatione indiget. In solemnioribus quippe diebus aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui ejus oculi dicuntur, et subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis in fronte et a tergo, et presbyteri e regione dextra levaque, contrito corde et humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum a malivolis hominibus, et consensum ejus præbeant sacrificio, peracta autem consecratione, omnes communicent qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim et apostoli statuerunt, et sancta Romana tenet Ecclesia. « Servite, » inquit Dominus per prophetam David, « in timore, et exsultate ei cum tremore (*Psal.* II, 11), » adorate pure, ne quando irascatur, et pereatis de via. Ille enim non perit de via qui recte graditur, et præcepta custodit majorum. Doceri ergo omnes oportet qui Domini sacerdotio funguntur, ut cæteros instruant et sibi proficiant, scriptum est autem : « Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates (*Dan.* XII, 3). » Et alibi : « Populus autem sciens Dominum suum obtinebit et faciet, et docti in populo docebunt plurimos (*Dan.* XI, 32). » Ipsa enim veritas 14 per se infert et dicit : « Beatus qui non fuerit scandalizatus in me (*Luc.* VII, 23); » ille procul dubio scandalizatus est in Deum qui recte non docet, et qui ejus scandalizat episcopum vel sacerdotem. Impie namque agentes sunt impii, neque intelligunt omnes impii, porro docti intelligent, omnes enim invicem humilitatem insinuate, « quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (*I Petr.* V, 5). » « Nolite, inquit Joannes apostolus, omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt. Quoniam pseudoprophetæ exierunt in mundum (*I Joan.* IV, 1). » Et idem ipse alibi ait : « Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat; si in vobis permanserit quod ab initio audistis, et vos in Filio et Patre manebitis. Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est vobis vitam æternam. Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. Et vos unctio quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus et verum est, et non est mendacium, et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo, ut cum apparuerit habeamus fiduciam, et non confundamur ab eo in adventu ejus. Si scitis quoniam justus est, scitote quoniam et omnis qui facit justitiam, ex ipso natus est. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus, propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. Charissimi, nunc filii Dei sumus et nondum apparuit quod erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit ut peccata tolleret, et peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat, et omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam justus est, sicut et ille justus est,

Qui facit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filii Dei et filii diaboli. Omnis qui non est justus, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum, quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum, non sicut Cain qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum, et propter hoc occidit eum, quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem justa. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte; omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate. In hoc cognovimus quoniam ex veritate sumus, et in conspectu ejus suadebimus cordi nostro, quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostro, et novit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, et quidquid petierimus accipiemus ab eo, si mandata ejus custodimus, et ea, quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum ejus, ut credamus in nomine filii ejus Jesu Christi et diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui servat mandata ejus, in illo manet, et ipse in eo, et in hoc scimus quoniam manet in nobis de Spiritu quem dedit nobis (*I Joan.* II, 24).» Et sicut Deus Creator qui hominem ad similitudinem suam creavit, est charitas, est bonus, justus, patiens, atque mitis et misericors, et cætera sanctarum virtutem insignia, quæ de eo leguntur, ita homo creatus est, ut charitatem haberet, ut bonus esset et justus, ut patiens atque mitis, mundus, et misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propior est Deo et major est, ac sui Conditoris gerit similitudinem. Si vero (quod absit) aliquis per devia vitiorum et divortia criminum ab hac nobilissima sui Conditoris similitudine degener aberrat, tunc fiet de eo quod scriptum est : « Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis (*Psal.* XLVIII, 21). » Quis major honor potuit homini esse quam ut ad similitudem sui factoris conderetur et eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus et Conditor? de quo legitur : « Dominus regnavit, decorem indutus est (*Psal.* XCII, 1), » id est, omnium virtutum splendore et totius bonitatis decore ornatus, vel, quod majus homini potest esse dedecus aut infelicior miseria, quam ut hac similitudinis gloria sui Conditoris amissa, ad informem et irrationabilem brutorum, jumentorumque similitudinem delabatur? Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, et venerandam sanctæ Trinitatis in seipso imaginem agnoscat, honoremque similitudinis divinæ ad quam creatus est nobilitatem morum, exsecutionem virtutum, dignitatem meritorum habere contendat, ut quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusque in secundo reformavit. Omnis ergo homo qui ad imaginem Dei factus est, illum debet imitari, cujus ad imaginem conditus est, illius debet sequi vestigia, qui eum ad imaginem sui condidit. Consiliarium vero ac protectorem meliorem reperire non poterit, quam illum qui eum ad imaginem sui condidit, qui eum pretioso sanguine suo redemit, et propter eum homo fieri non est dedignatus : quem procul dubio inveniet si in eum totam spem juxta Psalmistæ vocem projecerit; ait namque, projice « super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet, nec dabit in æternum fluctuationem justo (*Psal.* LIV, 23). » Omnis enim homo in sua causa deficiens, et in suis hæsitans consiliis quærit sibi amicum fidelem, in cujus consiliis confidat, qui in suis diffidebat, et talem fiduciam habet in illo, ut omne secretum sui pectoris ei pandat et aperiat.

Quid dulcius est quam ut habeas illum cum quo omnia possis loqui ut tecum? Si ista cum hominibus fiunt, quanto magis cum Deo hoc est agendum, qui omnes vult salvos fieri et neminem perire? Nam, si veraciter Deum credimus, eumque diligimus ut debemus, et proximos sicut nosmetipsos, in eum quoque totam spem projecerimus nostram, ipse nos eripiet et consolabitur. Et, sicut per angelum suum Habacuc prophetam cum prandio in lacum leonum ad Danielem vatem misit, et Philippum, unum de septem diaconibus, ad Eunuchum, ita dabit nobis consolationem et liberationem. Hæc sectamini, charissimi, et nulli unquam nocete. Fratres estis, invicem vos diligite ut veri Dei discipuli effici mereamini. Nam qui rancida corda virorum inficit, malitiam inter homines spargit, et qui detrahit fratrem suum, hic homicida est. Et qui abstulerit aliquid patri vel matri, dicitque hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit; mater nostra vero Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias et Ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudat, homicida est, atque homicida ante conspectum justi Judicis esse deputabitur; qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur, qui autem pecuniam vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit. Privilegia enim Ecclesiarum et sacerdotum sancti apostoli jussu Salvatoris intemerata et inviolata omnibus decreverunt manere temporibus. Leges Ecclesiæ apostolica firmamus auctoritate et peregrina judicia submovemus, unde et Dominus mentionem faciens Loth per Moysen loquitur, dicens ;

« Ingressus es (quidam inquiunt) ut advena, nunquid ut judices? (*Gen.* XIX, 9.) » Unaquæque provincia tam juxta ecclesiasticas quam juxta sæculi leges suos debet justos et non iniquos habere judices, et non externos, nisi apostolicæ Sedis hujus decreverit auctoritas, quatenus quicunque causam habuerit apud suos judices judicetur, et non ad alienos causa vagandi stimulante propter suam vitam despiciens patriam transeat. Sed ad duodecim ejusdem provinciæ judices, ad quorum judicium omnes causæ civitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit ecclesiasticus apud episcopos, interveniente primate, siquidem major causa fuerit; si vero minor metropolitano; si vero fuerit sæculare, apud ejusdem ordinis viros judicio tam episcoporum, cum Apostolus privatorum Christianorum causas magis Ecclesiis deferri, et ibidem sacerdotali judicio terminari voluit. Omnis enim oppressus libere sacerdotum, si voluerit, appellet judicium et a nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur et liberetur. Si autem difficiles causæ aut majora negotia orta fuerint, ad majorem sedem referantur, et si illic facile discerni non potuerint aut juste terminari, ubi fuerit summorum congregata congregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet et debet, juste et Deo placite coram patriarcha aut primate ecclesiastico et coram patricio sæculari judicentur negotia in commune. Quod si difficiliores ortæ fuerint quæstiones aut episcoporum vel majorum judicia aut majores causæ fuerint, ad Sedem apostolicam, si appellatum fuerit, referantur, quoniam apostoli hoc statuerunt jussione Salvatoris, ut majores et difficiles quæstiones semper ad Sedem deferantur apostolicam, super quam Christus universam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum : « Tu es (inquit) Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam (*Matth.* XVI, 18), » et reliqua. Sit ergo, fratres, constantia nostra adversus contentiones eorum qui adversa sapiunt et non quæ Dei sunt sapiunt, et erit fortior petra constantia nostra, sicut scriptum est, ne timueritis ab eis, neque terreamini a facie eorum qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quod autem in aure auditis, prædicate in lumine, illum timentes qui potest animam et corpus occidere, et mittere in gehennam. Fratres mei, « in carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim militiæ nostræ, non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes et omnem exaltationem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem cogitationem, in obsequium Christo perducentes (*II Cor.* X, 3). » « De cætero, fratres, confortamini in Domino et in potentia fortitudinis ejus (*Ephes.* VI, 10), » ut pax vobis multa et gratia a Deo et Domino nostro Jesu Christo ministretur. Amplectimur et osculamur ac si præsentes charitatem vestram in unitate spiritus, in vinculo pacis, et charitatis Christi. « Propter quod, charissimi, expectantes, satagite immaculati et inviolati inveniri in pace, et Domini nostri longanimitatem salutem arbitramini. Sicut et charissimus noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis sicut et in omnibus epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras scripturas, ad suam perditionem. Vos ergo, fratres, præscientes custodite ne insipientium errore traducti excidatis a propria firmitate. Crescite vero in gratia et cognitione Domini nostri Jesu Christi et Salvatoris (*II Petr.* III, 14).» « Vos autem, charissimi, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis quoniam in novissimo tempore venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietate. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes, vos autem, charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei in Spiritu sancto orantes. Ipsos vos in dilectione Domini servate, expectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicatos, illos 15 vero salvate de igne rapientes, aliis autem miseremini in timore, odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam. Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato, et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exsultatione, soli Deo Salvatori nostro per Jesum Christum Dominum nostrum gloria, magnificentia, et imperium, et potestas ante omnia sæcula, nunc et per omnia sæcula sæculorum. Amen. (*Jud.* I, 17). »

ITEM EPISTOLA ANACLETI PAPÆ.

De ordinatione archiepiscoporum et reliquorum episcoporum, atque sacerdotum. De fide, cæterisque causis.

ANACLETUS episcopus universis episcopis in Italia constitutis.

Quoniam apostolicæ Sedi debitam reverentiam erga me charitas vestra distribuit, quia plurimum, charissimi filii, præbuistis. Nam licet Ecclesiæ in qua sanctus apostolus residens docuit quodammodo nos gubernacula teneamus, tamen profitemur nos honore et sanctitate minores esse, et propterea omnino festinamus, ut ad gloriam ejus beatitudinis pervenire possimus. Igitur consultationibus vestris plenius respondissemus si licuisset, sed infirmitatis ac reliquarum oppressionum onere pressi, breviter, prout Dominus tribuit, et ut a beato Petro principe apostolorum sumus instructi, a quo et presbyter

sum ordinatus, scribere vobis, sicut petistis, non denegavimus. Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus qui in eadem fuerint provincia episcopis, sunt celebrandæ. Qui simul convenientes scrutinium diligenter agant jejuniumque cum omnibus celebrent precibus, et manus cum sanctis Evangeliis, quæ prædicaturi sunt, imponentes, Dominica die hora tertia orantes, sacraque unctione, exemplo prophetarum et regum capita eorum, more apostolorum, et Moysis ungentes, quia omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto, cujus virtus invisibilis sancto chrismati est permista, et hoc ritu solemnem celebrent ordinationem. Quod si simul omnes convenire minime potuerint, assensum tamen suis precibus præbeant, ut ab ipsa ordinatione animo non desint. Porro et Hierosolymitarum primus archiepiscopus beatus Jacobus qui justus dicebatur, et secundum carnem, Domini nuncupatus est frater, a Petro, Jacobo et Joanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantes formam eorum, ut non minus quam a tribus episcopis, reliquisque omnibus assensum præbentibus ullatenus episcopus ordinetur, et communi voto ordinatio celebretur. Reliqui vero sacerdotes a proprio ordinentur episcopo, ita ut cives et alii sacerdotes assensum præbeant, et jejunantes ordinationem celebrent, similiter et diaconi ordinentur. Cæterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium cum episcopi scilicet probatione sufficere potest. Accusatio quoque eorum super qua non consulere voluistis, non nisi ab idoneis et probatsisimis viris, qui et suspicionibus et sceleribus careant, fieri debet, quia Dominus sacri sui corporis tractatores a vilibus et reprobis et non idoneis personis infamari noluit nec calumniari permisit, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo ejecit, unde liquet quod summi sacerdotes, id est, episcopi, a Deo sunt judicandi, non ab humanis aut pravæ vitæ hominibus lacerandi, sed potius ab hominibus fidelibus portandi, ipso Domino exemplum dante, quando per seipsum et non per alium vendentes et ementes ejecit de templo, et mensas nummulariorum et cathedras vendentium proprio evertit flagello et ejecit de templo. Et sicut alibi ait : « Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos (*Psal.* LXXXI, 1) » decernit. Et alibi : « Ego dixi, dii estis et filii excelsi omnes (*Psal.* LXXXI, 6); » nullus enim (ut reor) invenitur inter nos qui velit suum servum ab alio quam a se judicari. Quod si præsumptum fuerit, aut multa ipse indignatione irascitur, aut potius ultionem quærit super eo. Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet Deus deorum, et Dominus dominantium, qui ultionem suorum promisit non differre servorum? Unde et ipse per Prophetam loquitur, dicens : « Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit (*Psal.* XCIII, 1), » et reliqua. Et Apostolus, inquit : « Tu quis es qui judicas servum alienum? suo enim Domino stat aut cadit (*Rom.* XIV, 4), » et ipse : « Nolite judicare invicem, sed hoc judicate magis ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum (*Rom.* XIV, 13). » Et Dominus per prophetam inquit : « Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei (*Zach.* II, 8). » Nam si aliquis nunc in malum oculos alicujus principis incipit tractare, manifeste reus majestatis judicatur, et infamis efficitur, aut potius capitali sententiæ subjacet. Hæc, fratres, valde cavenda sunt, et quod homines nolunt sibi fieri Deo deorum non debent inferre, ne forte irascatur Dominus, et faciat vindictam eorum, etiam in eos qui non peccaverunt, quia perit sæpissime justus pro impio. Imitandus est etiam propheta, per quem Dominus ait : Perambulabo in simplicitate cordis mei, in medio domus meæ, non preponebam coram oculis meis verbum Belial, detrahentem in abscondito sodalem suum, hunc interficiebam, et hi cavendi sunt, de quibus Salomon ait : « Sicut noxius est qui mittit lanceas et sagittas in mortem, sic vir qui fraudulenter nocet amico suo, et cum fuerit deprehensus, dicit : Ludens feci. Sicut carbones ad prunas, et ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas, verba susurronis quasi simplicia, et ipsa perveniunt ad intima ventris (*Prov.* XXVI, 18). » Et si detractores quorumque graviter judicantur et in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores et detractores atque accusatores memoratorum ejus famulorumat que persecutorum damnantur, et in baratrum, nisi se correxerint et per eorum satisfactionem condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt et vindicibus flammis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cavere, et non solum non facere, sed nec facientibus consentire, quia non solum qui faciunt damnantur, sed qui consentiunt facientibus; de talibus et his similibus ipsa Veritas ait : « Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet (*Matth.* VIII, 20; *Luc.* IX, 58), » id est, in talibus non habitat Dominus, nec ipsi manent in eo; et Salomon loquitur dicens : « Qui fodit foveam, incidet in eam, et qui volvit lapidem revertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem, et os lubricum operatur ruinas (*Prov.* XXVI, 57). » Grave est saxum et onerosa arena, sed ira stulti utroque gravior, hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet; qui se jactat et dilatat, jurgia concitat; qui sperat in Domino, sanabitur; qui confidit in corde suo stultus est, qui autem graditur sapienter, ipse salvabitur; qui fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum; qui vehementer emungit, elicit sanguinem, et qui provocat iras, producit discordias.

Ordo accusationis.

Hæc et alia periculosa considerantes apostoli, statuerunt, ne facile commoverentur aut lacerarentur vel accusarentur columnæ sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ apostoli et successores eorum non immerito dicuntur. Sed si quis adversus eos vel Ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos

recurrat charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent quæ sananda sunt, et charitative emendent quæ juste emendanda agnoverint. Si autem aliqui eos, priusquam egerint hæc, lacerare, accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur et minime absolvantur antequam per satisfactionem, ut jam dictum est, condignam egerint pœnitentiam, quoniam injuria eorum ad Christum pertinet, cujus legatione funguntur, nec hoc mirum, quia si quisque nostrum cuidam servorum legationem injungeret, et a quoquam impediretur aut subditorum suorum despiceretur, mox indignatus irasceretur, aut talia, prout posset, vindicaret, et ad injuriam ad contumeliam suam hoc factum reputaret, et talionem, si in præsenti non posset, futuris temporibus redderet. Nam, si in hominis causa hæc fiunt, quid putatis Deus faciet de suis qui nec capillum capitis eorum perire dixerit? unde et Dominus per Nahum prophetam loquitur dicens : « Deus æmulator et ulciscens Dominus, et habens furorem; ulciscens Dominus in hostes suos, et irascens ipse inimicis suis; ante faciem indignationis ejus quis stabit, et quis resistet in ira furoris ejus? Indignatio ejus effusa est sicut ignis et petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus est Dominus et confortans in die tribulationis et sciens sperantes in se (*Nahum.* I, 2), » et reliqua. Quædam autem ex his jam aliis fratribus scripsimus, quæ toties sunt replicanda quotiens fuerint necessaria. Ejectionem quoque (ut supra memoratum est) summorum sacerdotum sibi Dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus et spiritualibus populis concessisset. Electionem enim illorum taliter apostolus fieri jubet : « Si quis sine crimine est, unius uxoris virum filios habentem fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos (*Tit.* I, 6), » et reliqua. Si enim sine crimine sacerdos eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irretitus accusari aut calumniari permittitur, nec ab aliis quam ab his qui sine crimine sunt, et justa electione, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino servire elegerint, sacerdotesque sine crimine fieri et ordinari possint, et tales per omnia fuerint quales eligi sacerdotes jubentur. Porro et Moysi præcipitur ut eligat presbyteros, unde et in Proverbiis dicitur, gloria senum canities. Hæc vero canities sapientiam designat, de qua scriptum est. Canities hominum prudentia est, cumque nongentos et amplius annos ab Adam usque ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius primus appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abraham qui multo paucioribus vixisse annis convincitur : non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Initium enim sacerdotii Aaron fuit, licet Melchisedech prior obtulerit sacrificium, et post hunc Abraham, Isaac et Jacob. Sed hi spontanea voluntate non sacerdotali auctoritate, ista fecerunt. Cæterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit primusque pontificali stola indutus, victimas obtulit, jubente Domino ac loquente ad Moysen : « Accipe (inquit) Aaron et filios ejus, et applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque laveris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, lineam tunicam et superhumerale et rationale quod constringes balteo, et pones tiaram in capite ejus, et laminam sanctam super tiaram, et oleum unctionis fundes super caput ejus, atque hoc ritu consecrabitur Domino. Filios quoque illius applicabis et indues tunicis lineis cingesque balteo Aaron et liberos ejus et impones mitras eis, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua (*Exod.* XXIX, 4). » Quo loco contemplari oportet Aaron summum sacerdotem, id est episcopum fuisse, porro filios ejus presbyterorum demonstrasse figuram. Hoc enim fuit inter Aaron summum sacerdotem et filios ejus qui sacerdotes erant, quod Aaron super tunicam accipiebat poderem, stolam sanctam, et coronam auream, mitram et zonam auream, et superhumerale, et reliqua quæ præfixa sunt : filii autem Aaron super tunicas lineas cincti tantummodo et tiarati assistebant sacrificio Domini; in Novo autem Testamento post Christum Dominum nostrum a Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo pontificatus in Ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum : « Tu es (inquit) Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni cœlorum (*Matth.* XVI, 18). » Hic ergo ligandi atque solvendi potestatem primus accepit a Domino, primusque ad fidem populum gratia Dei, virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri vero apostoli cum eodem pari consortio honorem et potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse voluerunt. Qui etiam, jubente Domino, in toto orbe dispersi Evangelium prædicaverunt, ipsis quoque decedentibus in locum eorum successerunt episcopi, quorum ordinatio prætaxato fieri debet ordine et modo; quos qui recipit et verba eorum, Dominum recipit. Qui autem eos spernit, eum a quo missi sunt, et cujus funguntur legatione spernit et ipse indubitanter spernetur a Domino.

Videntes autem ipsi apostoli messem esse multam et operarios paucos, rogaverunt Dominum messis ut mitteret operarios in messem suam. Unde electi sunt ab eis septuaginta discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in Ecclesia, de quorum ordinatione, et reliquorum ministrorum, dixisse supra sufficiat. Porro quod episcopus non ab uno, sed a cunctis, consensu aut præsentia comprovincialium est ordinandus, et nullatenus minus quam a tribus cæteris consentientibus cunctis, idcirco, instituente Domino, fieri jubetur, ne aliquid contra fidem Ecclesiæ unius tyrannica auctoritas moliretur, et regula vel fides confunderetur credentium. Provinciæ autem multo ante Christi adventum tempore divisæ sunt maxima ex parte, et postea ab apostolis, et beato Clemente prædecessore nostro, ipsa divisio est renovata, et in capite provinciarum, ubi dudum primates legis erant

sæculi ac prima judiciaria potestas, ad quos qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat qui ad aulam imperatorum, ut regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus suis, vel injustitiis suis, ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat, ipsis quoque in civitatibus vel locis nostris, patriarchas vel primates qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, leges divinæ et ecclesiasticæ poni et esse jussæ sunt, ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent, et ipsi primatum nomine fruerentur, et non alii. Reliquæ vero metropolitanæ civitates, quæ minores judices habebant, licet majores comitibus essent, haberent metropolitanos suos, qui prædictis juste obedirent primatibus, sicut in legibus sæculi olim ordinatum erat, qui non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur; et licet singulæ metropoles civitates suas provincias habeant, et suos metropolitanos judices habere debeant episcopos, sicut prius metropolitanos judices habebant sæculares, primates tamen, ut præfixum est, et tunc et nunc habere jussæ sunt, ad quos post sedem apostolicam summa negotia conveniant, ut ibidem quibus necesse fuerit, releventur, et juste restituantur, et hi qui injuste opprimuntur, juste reformentur atque fulciantur, episcoporumque causæ, et summorum negotiorum judicia (salva apostolicæ Sedis auctoritate) justissime terminentur. Hæc ab antiquis, hæc ab apostolis, hæc a sanctis patribus accepimus, vobisque (ut postulastis) rimanda et futuris tenenda temporibus mittimus, et reliquis fratribus prædicanda, ac cunctis fidelibus tradenda mandamus, ne pastorum imperitia qui sequuntur deteriores fiant, dicente Domino per prophetam : « Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam (*Isai.* LVI, 11), » quos rursus Dominus detestatur, dicens : « Et tenentes legem nescierunt me (*Jer.* II, 8). » Nesciri ergo veritas se ab eis conqueritur, et nescire se principatum nescientium protestatur, quia profecto hi qui ea quæ sunt Domini nesciunt, a Domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait : « Si quis ignorat, ignorabitur (*I Cor.* XIV, 38) : » hinc et Psalmista non optantis animo, sed prophetantis mysterio, denuntiat, dicens : « Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva (*Psal.* LXVIII, 24); » obscuratis ergo oculis, dorsum flectitur, quoniam cum lumen scientiæ perdunt qui præeunt, sine dubio ad portanda peccatorum onera inclinantur sequentes. Hic ergo inter manus latronum, et dentes furentium luporum utcunque versamur. Ideo docere alios et nosipsos, prout Dominus dederit, providere debemus. Sane percussor ille dicitur doctor, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos et omnes fideles oportet eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit consolari doctrina sancta, et contradicentes redarguere, et recte viventes atque rectam fidem tenentes consolidare. Illis ergo qui dicunt quod Filius in eo minor est, quia propheta inquit, verbum faciet Dominus breviatum universo orbi, ita respondendum est divinis testimoniis.

DE EPISCOPIS, ET PRIMATIBUS ET PATRIARCHIS EORUMQUE MINISTRIS

Verbum breviatum quod Dominus faciet super terram non minutionem deitatis in Filio Dei significat, sed dispensationem susceptæ carnis annuntiat; in quali dispensatione non solum patre hominis filium, sed etiam angelis legimus, minoratum, Paulo attestante apostolo. Eum autem, inquit, modice minus ab angelis minoratum vidimus Jesum, propter passionem mortis gloria et honore coronatum. Et infra : Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens : Annuntiabo « nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te (*Psal.* XXI, 23), » et propheta inquit : « Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum (*Hebr.* II, 7), » et ut verbum Dei Patris breviatum in Filio non esse doceamus, hanc Isaiæ prophetæ volumine approbamus sententiam. Nunquid abbreviatus factus est sermo meus, aut ita parvus, ut non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum, dicit Dominus omnipotens, et iterum : Hæc dicit Dominus omnipotens : Nunquid abbreviata est manus mea, ut salvare non possim? Aut non potest vivificare cor humilium et spiritum contritorum? Et ut brachium Patris quæ manus est Filium esse doceretur, intulit, dicens : « Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutare ejus (*Isai.* LII, 10). » Nam et in novissimo tempore hic sensus non inaniter poterit coaptari, in quo tempore Dominus ex cœlesti aula ac empireo domicilio pessimi dæmonis jam ferre dedignans tyrannidem in creaturas suas crudelissime sævientem plasmati condolens, ac suæ immensæ charitatis thesaurum reserare volens, in castissimæ virginis purissimum uterum omnis tori virilis nescium inenerrabili mysterio, pro redemptione nostra carnem suscipiens advenit, ut et illum qui habebat mortis imperium sua morte destrueret, et eos quos in tenebris et umbra mortis captivos subegerat, virtutis suæ potentia, in ipso parvo et exiguo temporis spatio, liberaret. De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucem (cum adhuc tempus haberent) incedere præmonebat. « Pueri (inquit) novissima hora est (*I Joan.* II), » « dum lucem habetis, ambulate in lucem, ne vos tenebræ comprehendant (*Joan.* XII, 35). » Et in canonicis Apostolorum legitur epistolis : Filioli, novissima hora est, quia multi

pseudo-prophetæ exierunt, in hunc mundum (*I Joan.* II, 18; IV, 1). » Et Paulus apostolus : « Tempus enim breve est (*I Cor.* VII, 29). » Et iterum : Præterit enim figura hujus mundi (*Ibid.*, 31) : » Et iterum : Omnia ad correctionem nostram facta sunt, in quos fines sæculorum obvenerunt. Nam Dominus in ipsa oratione Dominica breviavit nobis sermonem, dum nos a multiloquio prohibens, pauca docuerit quæ pertinent ad salutem. Cum oratis (inquit), « nolite multum loqui (*Matth.* VI, 7). » Et infra : Vos autem cum oratis, dicite : « Pater noster qui es in cœlis *Ibid.*, 9), » etc. Non enim propheta Filium Dei in hoc capitulo minoratum designavit in verbo, quoniam ipse in prophetis retro tempore loquebatur, qui etiam nunc per apostolos et apostolicos viros novissimo tempore loquitur. Ego (inquit) qui loquebar in servos meos prophetas, ecce adsum. Et alius propheta : « Sicut est ab initio usque in sæculum, neque adjectum est ei, neque minuetur illi (*Eccli.* XLII, 21), » quoniam ipse est Dominus creaturæ suæ. Ecce quale verbum breviatum fecit Dominus in orbe terrarum, non quia, ut illi putant, inferiorem Patri intimaret hominibus Filium, sed qui novissimum ejus annuntiaret adventum. Si ergo, ut prædictum est, Aaron filii presbyterorum figuram gestabant, et Aaron summi sacerdotis, id est episcopi, Moyses indubitanter Christi tenebat formam, quoniam fuit similitudo mediatoris Domini Dei, qui est inter Deum et hominem Jesus Christus, qui est verus dux populorum, et verus princeps sacerdotum, et Dominus pontificum, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

EJUSDEM ANACLETI EPISTOLA ALTERA.

De patriarchis et primatibus ac reliquis episcopis; et quod Ecclesia Romana cardo et caput omnium Ecclesiarum sit.

ANACLETUS servus Christi Jesu, in apostolica Sede a Domino constitutus, et a sancto Petro apostolorum principe presbyter ordinatus, omnibus episcopis ac reliquis Christi sacerdotibus salutem.

« Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate, prædestinans nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum, in ipsum secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ, gratiæ suæ, in qua gratificatus est nobis in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, quæ abundavit in nobis, in omni sapientia, et prudentia, ut notum nobis faceret sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlo, et quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ejus qui ante speravimus in Christo (*Ephes.* I, 3-12). » De primatibus, charissimi, super quibus me quidam vestrum consuluerunt et apostolicæ auctoritatis (qua licet indigni Domino dispensante fungimur) decretum postulaverunt aut si esse deberent, aut non, quantum hactenus de his a beato Petro apostolico, et a reliquis apostolicis, ac a beato Clemente nostro sancto prædecessore et martyre novimus statutum, denegare vobis minime possumus. Et quis est qui quærentibus fratribus denegare possit dubitationes, vel necessitates eorum ?

Sacerdotum, fratres, ordo bipertitus est, et sicut Dominus illum constituit, a nullo debet perturbari. Scitis autem a Domino apostolos esse electos et constitutos, et postea per diversas provincias ad prædicandum dispersos. Cum vero messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adjumentum septuaginta eligi, præcepit discipulos. Episcopi vero Domini apostolorum, presbyteri quoque septuaginta discipulorum locum tenent. Episcopi autem non in castellis, aut modicis civitatibus debent constitui, sed presbyteri per castella, et modicas civitates atque villas debent ab episcopis ordinari et poni, singuli tamen per singulos titulos suos. Et episcopus non ab uno, sed a pluribus debet episcopis ordinari, et, ut dictum est, non ad modicam civitatem, ne vilescat nomen episcopi, aut alicubi, sed ad honorabilem 17 urbem titulandus et denominandus est. Presbyter vero ad quemcunque locum vel ecclesiam in eo constitutam est præficiendus, atque in ea diebus vitæ suæ duraturus; amplius quam isti duo ordines sacerdotum, nec nobis a Deo collati sunt, nec apostoli docuerunt.

DE ORDINE EPISCOPORUM VEL PRIMATUM.

Episcoporum vero unus est ordo, licet sint primates illi, qui primas civitates tenent, qui et in quibusdam locis patriarchæ a nonnullis vocantur. Illi autem qui in metropoli a beato Petro apostolo, ordinante Domino, et a prædecessore nostro prædicto sancto Clemente, seu a nobis constituti sunt, non omnes primates vel patriarchæ esse possunt, sed illæ urbes, quæ præfatis et priscis temporibus primatum tenuere, episcoporum, patriarcharum aut primatum nomine fruantur, reliquæ vero metropoles archiepisco-

porum, aut metropolitanorum, et non patriarcharum, aut primatum utantur nominibus, quia hæc eadem et leges sæculi in suis continent principibus, aliæ autem primæ civitates quas vobis conscriptas in quodam tomo mittimus, a sanctis apostolis et a beato Clemente, sive a nobis, primates prædicatores acceperunt. Hæc vero sacrosancta Romana et apostolica Ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, et eminentiam potestatis super universas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse beato Petro apostolo dixit : « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlo, et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlo (*Matth.* XVI, 18). » Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis, qui uno die, uno quoque tempore, gloriosa morte, cum beato Petro, sub principe Nerone agonizans coronatus est, et ambo sanctam Romanam Ecclesiam consecrarunt, aliisque omnibus urbibus, in universo mundo, eam sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Et, licet pro omnibus assidua apud Dominum omnium sanctorum fundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens : « Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis (*Rom.* I, 9). »

De sede Romana.

Prima ergo sedes est cœlesti beneficio Romanæ Ecclesiæ, quam (ut memoratum est) beatissimi Petrus, et Paulus, suo martyrio consecrarunt. Sic Roma, quæ prius erat cacodæmonis artificio omnium errorum mater et altrix, excussis tenebris, et vanis superstitionum ritibus abjectis, filiorum Dei, exorto sole justitiæ, facta est copiosa propagatrix.

De sede Alexandrina.

Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo atque Evangelista consecrata est, quia ipse et in Ægypto primum verbum veritatis directus a Petro prædicavit et gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit Abilius.

De sede Antiochena.

Tertia autem sedes apud Antiochiam ejusdem, id est beati Petri apostoli habetur honorabilis, quia illic, priusquam Romam veniret, habitavit, et Ignatium episcopum constituit, et illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est. Reliquas vero, ut prædiximus, in quodam tomo, prolixitatem vitantes epistolæ, vobis conscriptas direximus. Inde namque et beati Apostoli inter se statuerunt ut episcopi singularum scirent gentium, quis inter eos primus esset : quatenus ad eum potior eorum sollicitudo pertineret. Nam et inter beatos apostolos quædam fuit discretio. Et licet omnes essent apostoli, Petro tamen a Domino est concessum, et ipsi inter se idipsum voluerunt, ut reliquis omnibus præesset apostolis, et Cephas, id est caput, et principium teneret apostolatus. Qui et eamdem formam suis successoribus et reliquis episcopis tenendam tradidit. Et non solum hoc in Novo Testamento est constitutum, sed etiam in Veteri fuit. Unde scriptum est : « Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus (*Psal.* XCVIII, 6), » id est primi inter eos fuerunt. Et quamvis ita ordinatum fuerit, nemo tamen quod suum est, quærat, sed quod alterius, unde ait beatus apostolus Paulus : « Unusquisque placeat proximo suo in bonum ad ædificationem (*Rom.* XV, 2). » Et sicut ipse Salvator suis ait discipulis : « Qui major est vestrum, erit minister vester (*Matth.* XXIII, 11), » et reliqua. Et licet super his aliqua dicta fuerint, repetentes tamen sæpius, admonemus ut semper in omnibus, et ab omnibus vitentur elationes mentis et corporis. Et quanto major unusquisque videtur esse, tanto sit humilior, sicut Dominus Salvator noster non venit ministrari, sed ministrare. Et, si frater aliquis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite eum in spiritu lenitatis. Si quæ vero aliæ causæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad hujus sanctæ Sedis apicem eas quasi ad caput referte, ut apostolico terminentur judicio, quia sic Dominum velle ab eoque ita constitutum esse antedictis testimoniis declaratur. Hæc vero apostolica Sedes cardo et caput factum est a Domino, et non ab alio constituta, et sicut cardine ostium regitur. Sic hujus sanctæ Sedis auctoritate omnes Ecclesiæ, Domino disponente, reguntur.

Accusatores autem et testes esse non possunt, qui ante hesternum diem aut nudiustertius inimici fuerint, ne irati nocere cupiant, vel læsi ulcisci velint. Inoffensus igitur accusatorum et testium affectus quærendus est, et non suspectus. Causam enim vestram alieno nolite committere judicio, valde enim iniquum est ut omissis suis, alii quilibet aliorum se causis immisceant, quoniam nullis in locis spiritualis cura deficit, sed se per omnia, qua nomen Domini prædicatur, extendit. Studendum est omnibus, ne (ut sunt) æmulationes malæ, sed piæ sint inter vos dilectiones, quia in hoc vos omnes Domini discipulos esse veros noverint, si dilectionem habueritis adinvicem. Ex omni ergo genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos exitus de potestate tenebrarum transferat in regnum filii charitatis suæ, et de vasis iræ faciat vasa misericordiæ.

Unde nobis summopere studendum est, ut cooperatores simus gratiæ Dei, quia ad hoc vocati sumus ejusque familiari colloquio sociati, et sacerdotes sacrati, ut fructuosos illi manipulos reportemus, cooperante gratia ejus. Necesse est enim ut rectores a subditis timeantur, ab ipsisque corrigantur, ut

humana formidine peccare metuant, qui divina judicia non formidant: deteriores quippe sunt qui doctorum vitam, moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt, ipsi autem ea quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt, nostri quoque detractores et morum corruptores nostrorum sive qui adversus nos armantur, proprie nosipsos decipiunt. Et ideo juste infames sunt, et merito ab Ecclesia extorres fiunt.

Pro meritis ergo plebis sæpe pastores depravantur Ecclesiæ, ut proclivius corruant qui sequuntur. Capite videlicet languescente, facilius reliqua membra corporis inficiuntur, ut scriptum est : « Omne caput languidum, et omne cor mœrens, a planta pedis usque ad verticem capitis, non est in eo sanitas (*Isai.* I, 5). » Quapropter manifestum est diabolum (qui sicut leo rugiens circuit, quærens quem possit devorare) cordibus plebium suadere, ut doctores atque pastores suos detractoribus irrogent vel accusent ut plebibus languescentibus, vel mala agentibus, non tenentibus pastoribus frena eorum lasciviant atque in ima ruant. Multum vero distant damna morum a damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa vero in nobis. Sententia quoque Cham filii Noe damnantur, qui suorum doctorum vel præpositorum culpam produnt, sicut Cham qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstravit. Doctor autem vel pastor Ecclesiæ, si a fide exorbitaverit, erit a fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus magis est tolerandus quam distringendus, quia rectores Ecclesiæ a Deo judicandi sunt, sicut ait Propheta : « Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat (*Psal.* LXXXI, 1); » unde oportet unumquemque fidelem, si viderit aut cognoverit plebes suas adversus pastorem suum tumescere, aut clerum detractoribus vacare, hoc vitium pro viribus exstirpare prudenterque corrigere satagat, nec eis in quibuscunque negotiis misceri, si incorrigibiles apparuerint antequam suo reconcilientur doctori, præsumat, quoniam tam sacerdotes quam reliqui fideles omnes debent habere summam curam de his qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur.

DE SUBJECTIS QUI AMICI SUNT INIMICIS EPISCOPORUM SUORUM.

Ait ergo beatus princeps apostolorum Petrus de sancto prædecessore nostro Clemente plebibus prædicando, quando docebat eas qualiter ei obedire deberent, eumque observare inter cætera, ait: Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis, et voluntati ejus absque communicatione obsecundare, et avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his quibus ipse non loquitur : ut unusquisque qui hic in culpa est, dum cupit omnium virum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, et per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, et locus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est : et ipse ex illis qui exterminare Dei Ecclesiam volunt, et reliqua. His aliisque quamplurimis documentis facile unusquisque advertere potest, qualiter obedire, et obtemperare debet præpositis suis, et qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi aut amici sunt aut inimici. Si quis enim hæc præcepta non observaverit, hostis est animæ suæ, et non tantum infamis, sed et excommunicatus atque alienus ab Ecclesia efficitur, quoniam necesse est ea vitia ferro abscindere quæ aliis medicaminibus non sanantur. Parcat unusquisque a laceratione, vel detractione linguæ suæ, caveatque ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne aut aliis deroget, detrahatque quoscunque, aut alios audiat derogantes vel detrahentes, custodiatque quisque sermones suos, et sciat quia quicunque de aliis loquitur, sua sententia judicabitur. Caveat etiam omnis fidelis, ne derogando quod in domo cujusquam agitur, alia domus per eum cognoscat, sed omnium Christianorum domos quasi proprias amet. Nemo enim invito auditori libenter refert, sitque uniuscujusque studium, non solum oculos castos servare, sed et linguam. Vos autem, charissimi, qui estis sub disciplina Domini constituti, sic vos exhibete, ut veri ministri et dispensatores mysteriorum ejus, ut non vituperetur ministerium vestrum, ne fiat in vobis sicut scriptum est : « Ecce sicut populus sic sacerdos (*Isai.* XXIV, 2). » Sic enim vos vestrosque et cunctos corrigite, ut nemini noceatis, quatenus et ab hominibus bonam acquiratis famam 18 et a Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid adversi de unitate Ecclesiæ acciderit, radicitus amputetur, ut Dei Ecclesia fructusque servorum maneant inconcussa. « Propter quod, charissimi, exspectantes satagite immaculati ei inveniri in pace, et Domini nostri Jesu Christi longanimitatem salutem arbitremini (*II Petr.* III, 14). » « Estote ergo prudentes, atque vigilate in orationibus, ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum, hospitales invicem sine murmuratione. Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei; si quis loquitur quasi sermones Dei, si quis ministrat tanquam ex virtute quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus, per Jesum Christum, cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen (*I Petr.* IV, 7.) »

INCIPIUNT DECRETA EVARISTI PAPÆ.

De ordinatione diaconorum et legitimo conjugio, atque de fide et non injuriandis episcopis aut lacerandis.

(Hic successit Anacleto anno Domini 110, sub Trajano imperatore.)

Dilectissimis fratribus universis Africæ regionis episcopis EVARISTUS.

Consulentibus vobis, fratres charissimi, quid super his, quæ in vestris continebantur scriptis visum esset, vel quid docilis ratio persuaderet, aut quid a beatis apostolis nobis traditum, aut custoditum remaneret, optantes (ut retulistis) nostris institui documentis. Si quidem dilectio vestra normam secuta prudentium ad sedem Apostolicam referre maluit, quasi ad caput, quid deberet de rebus dubiis custodire potius quam usurpatione præsumere.

De ordinatione septem diaconorum.

Diaconi (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in unaquaque civitate juxta apostolorum constituta septem debent esse, qui custodiant episcopum prædicantem, ne aut ipse ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur a suis, aut verba divina detrahendo aut insidiando polluantur, vel despiciantur, sed veritas spirituali redoleat fervore, pax prædicata labiis animi cum voluntate concordet.

De conjugio legitimo.

Similiter custoditum et traditum habemus, ut uxor legitime viro jungatur. Aliter enim legitimum, ut a Patribus accepimus, et a sanctis apostolis, eorumque successoribus traditum, invenimus, non fit conjugium, nisi ab his qui super ipsam feminam dominationem videntur habere, et a quibus custoditur, uxor petatur, et a parentibus aut propinquioribus sponsetur, et legibus detur, et suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicatur, et a paranymphis, ut consuetudo docet, custodita et sociata a proximis tempore congruo petita legibus detur, et solemniter accipiatur, et biduo vel triduo orationibus vacent et castitatem custodiant, ut bonæ soboles generentur, et Domino in actibus suis placeant. Taliter enim et Domino placebunt, et filios non spurios, sed legitimos, atque hæreditabiles generabunt. Quapropter, filii charissimi, et merito illustres fide catholica suffragante, ita peracta legitima scitote esse conjugia. Aliter vero præsumpta non conjugia, sed aut adulteria, aut contubernia, aut stupra, vel fornicationes potius quam legitima conjugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit et vota succurrerint legitima. Nam fructus divinus est præcepta divina custodire. Ea quoque deserere præsumptionem fieri nulli dubium est. Cur ergo indignum est unitatem Ecclesiæ custodiri? idemque omnes pariter et sentiamus, et pronuntiemus. Si enim aliter præsumpta fuerint, perdunt profecto ipsi transgressores seipsos quia semetipsos decipiunt.

Hæc cuncta recitanda per omnes Ecclesias Africanas scripta dirigite, et istis connectite, quas adjunximus litteras perfectorum, ut de his quæ inique laudantur (si quid tale probari poterit) judicium fiat, et inhibita coerceantur, et præterita mala, et illicita conjugia, si doceantur admissa, digna severitate corripiantur. De cætero vero caveantur talia per omnes Ecclesias, ne Ecclesiæ sanctitas per nostram fatigata negligentiam, perdat privilegia quæ est per viros venerabiles consecuta.

De his vero quibus ab insidiatoribus fatigamini, unde et nos consulere, et a nobis edoceri inter cætera voluistis, eo quod sint quidam qui arbitrantur de Patre solo dictum esse, quia ipse solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem, ita eos apostolicis percutite ferulis, et divinis redarguite præceptis : Non enim solus Pater sine Filio lucem inaccessibilem habitat, quia ubi Pater est, ibi etiam Filium esse indubitabili fide credendum est; nam si solus Pater sine Filio (quod dicere nefas est) lucem habitat inaccessibilem, necesse est ut sequestratam Pater a Filio habeat mansionem; quod si ita est, quonam modo idem Filius ad dexteram Patris astans a beato martyre Stephano dicitur conspici, si Pater secundum eos solus dicitur sedibus lucis contineri. Absit hoc a sensu fidelium Christo in unitate fidei adhærentium, quoniam sicut non obest Filio cum solus dicitur Pater lucem inaccessibilem habitare, ita non obest Patri cum sapientia, quæ est Filius, dicitur gyrum cœli sola circuire; Pater itaque, cum sit invisibilis et ingenitus in se, in Filio visus Apostoli testimonio comprobatur, et in Filio a se inenarrabiliter genito mansisse ac requievisse monstratur, ipso Filio in propheta loquente : « Qui me genuit, requievit in tabernaculo meo (*Eccli.* XXIV, 12); » et in Evangelio : « Pater in me manens facit opera hæc (*Joan.* XIV, 10), » et, « Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius qui est in sinu Patris (*Joan.* I, 18); » si enim in sinu Patris erat Filius ab initio, et ex corde Patris verbum bonum eructatum est, quomodo non in corde paterno consistens lucem cum eodem inaccessibilem habitasse credendus est? Nunquid Pater absque ulla luce in Filio potuit commanere, aut in tabernaculo Filii sine eadem potuit requiescere, cum idem Filius candor sit æternæ lucis, et speculum sine macula deitatis, quam Salomon super salutem suam dilexisse se dicit, in cujus spem semper delectari gestivit : super salutem et spem (inquit) dilexi illam, et pro luce proposui habere eam, quoniam inexstinguibile est

lumen ejus. Hanc ergo David propheta lucem desiderans anxius proclamat, dicens : « Emitte lucem tuam et veritatem tuam (*Psal.* XLII, 3), » et iterum : « In lumine tuo videbimus lumen (*Psal.* XXXV, 10). » In hujus igitur luminis claritate Filius seipsum in monte tribus discipulis præostendit, qui metu mortis perterriti, prostratique in faciem, sibi vitæ finem adesse senserunt : hanc, inquam, lucem in se fuisse demonstrans Filius proclamabat, et ut in eadem incederent, discipulos præmonebat : « Dum lucem habetis (inquit), ambulate in lucem (*Joan.* XII, 35); » et iterum : « Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ æternæ (*Joan.* VIII, 12); » et evangelista : « Erat lux vera, ait, quæ illuminat omnem hominem venientiem in hunc mundum (*Joan.* I, 9). » Si hæc lux, quæ credentibus promittitur, in Filio esse probatur, et cum æterno æterna esse dicitur, quomodo a vobis inaccessibili luce Patris Filius separatur. Si enim Filius Deus verus et vita æterna est, sine dubio in hac luce simul cum Patre habitare credendus est, quam nullus modo nostrum in hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenus contueri. Sed dum apparuerit, tunc vere illum videbit sicuti est, qui ejus conspectibus fuerit dignus coaptari, et non sicut Moyses cæterique prophetæ per ænigmata et figuram, sed ipsam veraciter in Filio, secundum Apostolum, contuebitur deitatis imaginem. Nam si hunc eumdemque, prophetæ sub testimonio, subsequente sereno mentis intuitu, investigare volueris, invenies Filium non posse ab hac luce Patris penitus separari, quoniam cum solum Filium dixerit in terra cum hominibus conversatum, Patrem ab illo non est credendum fieri alienum, « Si testimonium enim hominum accipimus, testimonium Dei majus est : quoniam hoc est testimonium Dei quod majus est, quia testificatus est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se ; qui non credit in Filium mendacem facit eum, quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo. Et hoc testimonium est, quoniam vitam æternam dedit nobis, et hæc vita est in Filio ejus : qui habet Filium, habet vitam æternam, qui non habet Filium Dei, non habet vitam. Hæc scribo vobis, ut sciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei. Et hæc est fiducia quam habemus ad eum, quia quodcunque petierimus secundum voluntatem ejus audit nos, et scimus quia audit nos quidquid petierimus, scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, et dabitur et vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis : Omnis iniquitas peccatum est, et est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conservat eum, et malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo sumus et mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, et simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus et vita æterna (*I Joan.* v, 9-20).» Hæc vero, fratres, prædicate, hæc omnibus nuntiate ; vos vero invicem exhortamini, perfecti estote, semperque gaudete, pacem autem sectamini in omnes, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum ; Deo autem et Patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ITEM EPISTOLA EVARISTI PAPÆ.

Quod Christus sit caput et sponsus Ecclesiæ, et qualiter sacerdotes suas ecclesias et ecclesiæ eorum eos debeant diligere.

EVARISTUS urbis Romæ episcopus omnibus per Ægyptum conglutinatis fratribus in Domino salutem.

Unum nos, fratres, sentire oportet et agere, ut (sicut legimus) in nobis unum cor et una anima esse probetur. Scimus namque, sicut a Patribus accepimus, Christum esse caput, cujus et membra sumus. Ipse enim est sponsus, et Ecclesia sponsa, cujus filii nos sumus. Et ideo unum Patrem habemus in cœlis Dominum. Sacerdotes vero vice Christi legatione funguntur in Ecclesia. Et sicut ei sua conjuncta est sponsa, id est Ecclesia, sic episcopis junguntur Ecclesiæ unicuique pro portione sua. Et sicut vir non debet negligere uxorem suam, sed diligere et caste custodire, sic episcopus et multo magis custodire, et amare, atque prudenter regere debet Ecclesiam. Et, velut uxor quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumque diligere et amare, ita potius Ecclesia etiam episcopo suo in omnibus obedire eumque diligere et amare, ut animam suam debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter ; et, sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec episcopus Ecclesiam suam, id est, ut illam dimittat ad quam sacratus est, absque inevitabili necessitate, aut apostolica, vel regulari mutatione, et alteri se, ambitus causa, conjungat. Et sicut uxori non licet 19 dimittere virum suum, ut alteri se (vivente eo) matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir ejus, sed juxta Apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta : ita Ecclesiæ non licet dimittere aut ab ea segregare episcopum suum, ut alterum (vivente eo) accipiat, sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, ne alterum episcopum, suo vivente, accipiat, ne fornicationis aut adulterii sui crimen incurrat. Nam, si adulterata fuerit, id est, si se alteri episcopo junxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit vel desideraverit, per acerrimam

pœnitentiam, aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat. Unde et Dominus loquitur in Evangelio, dicens : « Si quis viderit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde suo (*Matth.* v, 28). » Episcopum vero oportet opportune atque sine intermissione Ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere et amare, ut a vitiis se abstineat et salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reverentia ejus doctrinam debet suscipere, eumque amare et diligere, ut legatum Dei et præconem veritatis, quia, testante Veritate : « Quæcunque ligaverit super terram, erunt ligata et in cœlo, et quæcunque solverit super terram, erunt soluta et in cœlo (*Matth.* xvi, 19). » Nimis timenda est, fratres, hæc sententia, et prævidendum est vobis ne offendatis eos qui tantam a Domino habent potestatem. Et ideo potius obediendi, diligendi, et summopere venerandi sunt, non detrahendi vel lacerandi aut ejiciendi, sed portandi et amandi, ipso dicente Domino : « Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit (*Luc.* x, 16). » Ideo hæc vobis et omnibus fidelibus scribimus, fratres, ut ab his vos caveatis, et posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis, quoniam injuria episcoporum ad Christum pertinet, cujus vice funguntur. Audivimus enim quosdam a vobis infamatos et dilaceratos episcopos, ac e civitatibus propriis pulsos, quia alibi episcopi constitui non possunt, nisi in civitatibus non minimis, et alios in eis ipsis viventibus constitutos. Ideo hæc vobis scribimus, ut sciatis hoc fieri non licere, sed proprios revocari et integerrime restitui debere, illos vero qui adulterina feditate sponsas suas quas et uxores eorum præfixo tenore esse intelligimus, tenent, ejici ut adulteros atque infames fieri, eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri jubemus. Si autem adversus eos aliquam querelam habueritis, his peractis, inquirendum erit et auctoritate hujus sanctæ Sedis terminandum. Et, ne omnia nunc sigillatim dicam, omne bonum (si ipsa per se in vobis fuerit) charitas facere vos docebit, sicut e contrario eos qui a salute alieni sunt, omne malum facere, odium docet. Unde ut vos qui veri Dei estis discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia discordias et aliorum dissensiones, ex quibus omne opus malum, procedit, et benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Verumtamen scitote cuncti quod supra omnes vos laboret episcopus, quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero et suum et singulorum. Et ideo sicut ille pro vobis omnibus, ita et vos omnes summopere laborare pro eo debetis, intantum ut si etiam necesse fuerit, animas vestras pro eo ponatis, sicut et ipse animam suam pro vobis, si necesse fuerit, ponere debet, ipso dicente Salvatore : « Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis (*Joan.* x, 11), » vos vero obedite eis, et vigilate pro eis, quia ipsi pro vobis vigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes.

A Non est itaque a plebe aut vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus episcopus, licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum disponitur a Deo vita rectorum, exemplo David peccantis ad comparationem principum qui ex merito plebis prævaricantur. Sacerdotes enim exquirere debent peccata populorum, et sagaci sollicitudine unumquemque probare, juxta testimonium Domini ad Jeremiam loquentis : « Probatorem (inquit) dedi te populo meo robustum, et scies et probabis viam eorum (*Jer.* vi, 27). » Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissime solet convertere in malum, et in electis ponit maculam. Unde si qui sunt vituperatores aut accusatores episcoporum, vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos a judicibus Ecclesiæ audiri, ante- B quam eorum discutiatur æstimationis suspicio vel opinio, qua intentione, qua fide, qua veritate, qua vita, qua conscientia, quove merito, si pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista sumpserint necne. Hæc omnia fideliter sunt perscrutanda et diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli qui præpositos suos perverse reprehendunt, si vel parum ipsis molesti exstiterint. Idcirco recto oculo primatibus Ecclesiarum providendum est, ne quisquam eorum innocens vexetur aut scandalizetur, intendentibus sententiæ Domini qua ait : « Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi ut suspendatur mola asinaria collo ejus, et demergatur in profundum maris (*Matth.* C xviii, 6), » et reliqua. Deus autem omnipotens, ut nos a præcipitatæ sententiæ probatione compesceret (cum omnia nuda et aperta sint oculis ejus), mala tamen Sodomæ noluit audita judicare priusquam manifeste agnosceret quæ dicebantur, unde ipse ait : « Descendam et videbo utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint, an non est ita ut sciam (*Gen.* xviii, 21.) » Deus omnipotens, cui nihil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequam fiant, non ob aliud hæc et alia multa (quæ hic prolixitatem vitantes non inseruimus) per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret ne præcipites in discutiendis et judicandis negotiis essemus, et ne mala quorumdam prius quisquam D præsumat credere quam probare. Cujus exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam unquam præcipites simus, aut temere, indiligenterque indiscussa quæque quoquomodo judicemus, dicente Veritatis voce : « Nolite judicare ut non judicemini, in quo enim judicio judicaveritis judicabimini (*Matth.* vii, 1), » et reliqua. Nam mala audita nullum moveant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam unquam credat; sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat. Si enim Dominus omnium Sodomorum mala, quorum clamor ad cœlum usque pervenerat, omnia sciens, prius credere nec judicare voluit quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans, quæ audierat et opere veraciter cognosceret : multo magis nos, humani et peccatores homines, quibus incognita

sunt occulta judicia Dei, et hæc prævavere, et nullum ante veram justamque probationem judicare, aut damnare debemus, manifeste Apostolo dicente Paulo qui ait : « Tu quis es qui judicas servum alienum? suo enim Domino stabit aut cadet (*Rom.* XIV, 4); » unde et per prophetam David Dominus loquitur dicens : « Nolite exaltare in excelsum cornu vestrum (*Psal.* LXXIV, 6) » loquentes in cervice veteri, quia neque ab oriente, neque occidente, neque a solitudine montium, sed Dominus judex hunc humiliabit et exaltabit, quia calix in manu Domini ex vino meraco ad plenum mistus, et propinabit ex eo, verumtamen fæces ejus potabunt bibentes omnes impii terræ. Ego autem annuntiabo in sempiternum, psallam Deo Jacob. Et alibi idem ait Propheta : « Ab increpatione tua Deus Jacob (*Psal.* LXXV, 7), » consopitus est et currus et equus. Tu terribilis es, et quis stabit adversum te? Ex tunc ira tua, de cœlo autem facisti judicium, terra timens, et tacebit cum surrexerit, ad judicandum Deus, ut salvos faceret omnes mites terræ. Et Apostolus ait : « Mihi vindictam, ego retribuam (*Rom.* XII, 19). » Et alibi inquit idem apostolus : « Sufficit unicuique objurgatio quæ fit a plurimis, ita ut magis donetis et consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur is qui in angustia est. Propter quod obsecro vos ut confirmetis in illo charitatem (*II Cor.* II, 6.) » Et Dominus in Evangelio ait : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et proximum tuum sicut teipsum (*Luc* X, 27). » Dilectio enim proximi malum non operatur. Propter quod juxta Apostolum inexcusabilis es, o homo omnis qui judicas; in quo enim judicas alterum teipsum condemnas, eadem agens quæ judicas. Scimus enim quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc, o homo omnis qui judicas eos qui talia agunt et facis ea, quia tu effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adduxit. Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei qui reddet unicuique secundum opera ejus. His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem, quærentibus vitam æternam. His autem qui ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum et Græci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, et alibi idem apostolus : « Causati enim sumus omnes sub peccato esse, sicut scriptum est, quia non est justus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum, omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, contritio et infelicitas in viis eorum et viam pacis non cognoverunt, non est timor Domini ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis mundus Deo, quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo; per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est et testificata a lege et prophetis. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi super omnes qui credunt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccaverunt et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentationem Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore, ut sit ipse justus et justificans eum qui ex fide est Jesu Christi (*Rom.* III, 3). » Item idem : « Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat. Quis est qui condemnet? Christus Jesus qui mortuus est, imo et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit nos separare a charitate Dei quæ est in Christo Jesu Domino nostro (*Rom.* VIII, 33). » Debemus autem nos, ut ait idem apostolus, firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, et non nobis placere, unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed, sicut scriptum est : « Improperia improperantium tibi ceciderunt super me (*Rom.* XV, 1). » « Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur ipsi a Deo, quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra, sive autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute, sive exhortamur pro vestra exhortatione quæ operatur 20 in vobis tolerantiam earumdem passionum quas et nos patimur : et spes nostra firma est pro vobis, scientes quoniam sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis (*II Cor.* I, 3). » « Fidelis autem Deus qui non patietur vos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam proventum ut possitis sustinere (*I Cor.* X, 13). » Propter quod, charissimi, sectamini charitatem invicem, et

æmulamini meliora et spiritualia, et adjuvate vos invicem, ut Deo semper in omnibus placere valeatis. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. A Amen. Data Kalend. Novembris, Gallio et Bradua CC.

INCIPIUNT DECRETA ALEXANDRI PRIMI PAPÆ.

De sacerdotibus, non vexandis. nec scriptis ab eis per metum aut aliquam fraudem exigendis : et de passione Domini in consecratione corporis ejus miscenda ; et de aqua cum sale populis benedicenda ; et de fide sanctæ Trinitatis.

(Anno Domini, 119, sub Bello Adriano imperatore.)

Alexander episcopus omnibus orthodoxis per diversas provincias Christo Domino famulantibus.

Cogitantibus nobis metum divini judicii, fratres charissimi, et post vitam hanc unumquemque prout gesserit recepturum, quid veniat in querelam, tacere non licuit, sed nobis vobis loqui necessitas imperavit, dicente propheta : « Exalta ut tuba vocem tuam (*Isa.* lviii, 1), » et cui omnium Ecclesiarum commissa est cura, si dissimulem, audiam, Domino dicente, rejecistis mandatum Dei, ut statuatis traditiones vestras. Quid enim aliud est rejicere mandatum Dei, quam privato consilio, judicio humano novis rebus constituendis liberius delectari? Unde et alibi scriptum est : « Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui (*Prov.* xxii, 28). » Terminos indubitanter transgreditur qui statuta patrum postponit atque confundit. Pervenit namque ad conscientiam apostolicæ Sedis, quod nonnulli sunt tam stolidi qui Dominica præcepta et apostolorum eorumque successorum statuta minime observant, et eos de quibus Dominus ait : « Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei (*Zach.* ii, 8), » non solum tangere minime dubitant, sed etiam persequi non formidant. Et licet nos persequantur, quia nec nos sine illis, nec illos sine nobis persequi possunt, quoniam illius sumus discipuli qui animas pro fratribus præcepit ponere, tamen eis pericula et perditiones eorum non sumus ausi celare, ne prophetica (quod absit) damnemur sententia, quæ ait : « Si annuntiaveris iniquo iniquitatem suam (*Ezech.* iii, 19), » animam tuam liberasti. Si autem non annuntiaveris ei, sanguinem ejus de manu tua requiram. Est etiam et hoc ad hanc sanctam Sedem perlatum (quod pudet dicere) et non solum sacerdotali, sed etiam omni Christiano nomini est inimicum, id est, quod nonnullos episcopos vel sacerdotes aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suæ in alteram partem quam debeant, aut pro suarum non requisitione rerum, aut, quod deterius est, pro alieni erroris secta scripturas facere et propriis manibus roborare, et coram populis recitare atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus et ergastulis recludi, ut saltem his territi insidiis, devient Domini sacerdotes, et suis faveant voluntatibus. Relatum insuper est ad hujus sanctæ et B apostolicæ sedis apicem, cui summarum dispositiones causarum et omnium negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipsodicente principi apostolorum Petro : « Tu es Petrus, et super hanc petram Ecclesiam meam ædificabo (*Matth.* xvi, 18). » Quod quidam æmuli Christi, ejusque sanctæ Ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad judices publicos accusare præsumant, cum magis apostolus Christianorum causas ad Ecclesias deferri et ibidem terminari præcipiat. Taliter prævaricantes prævaricati sunt in Dominum suum, et non obediunt præceptis ejus, de quibus Dominus per prophetam Osee loquitur, dicens : « Quasi vaccæ lascivientes declinaverunt (*Osee* iv, 16), » et dilexerunt afferre ignominiam protectoribus suis. Et idem : C « Væ eis quoniam recesserunt a me, vastabuntur quia prævaricati sunt in me, et ego redemi eos, et ipsi locuti sunt contra me mendacia, et non clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis, super triticum et vinum ruminabant, et recesserunt a me. Ego erudivi et confortavi brachia eorum, et in me cogitaverunt malitiam. Reversi sunt ut essent absque jugo, facti sunt quasi arcus dolosus (*Osee* vii, 13). » « Abjiciet eos Dominus (ait idem propheta), quia non audierunt eum, et erunt vagi in nationibus (*Osee* ix, 17). » De his enim clericis vel laicis qui episcopos vel reliquos sacerdotes prius tam ad primates eorum quam ad reliquos accusant judices, quam auribus eorum a quibus se læsos æstimant, inculcent, ut ab eis aut jus suum D aut justam recipiant apologiam. Item per eumdem ait Dominus prophetam : « Audi, domus Israel, et domus regis, ausculta; et attendite, sacerdotes, quia vobiscum judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi et rete expansum super Thabor, victimasque declinastis in profundum (*Osee* v, 1). » Et ego eruditor omnium vestrum. Et alibi : « Omnes calefacti estis quasi clibanus, quia devoratis judices vestros (*Osee* vii, 7). » Ipsi autem declinant victimas Domini in profundum, qui eos devorant vel injuste lacerant, quia oculi Domini dicuntur. Nam si modo quisquam principis sæcularis oculos laceraret aut amoveret, esset reus majestatis an non? Profecto aut morti traderetur aut perpetua notaretur infamia. Si pro sæculi potestatibus talia ab homini-

et spontaneas voluntates, quam ad actus qui per simplicitatem aut per necessitatem fiunt. Confessio enim non extorqueri debet in talibus, sed potius sponte profiteri, pessimum est enim de suspicione aut extorta confessione quemquam judicare, cum magis inspector cordis 21 sit Dominus quam operis, et potius requirit Dominus cogitationes puras et voluntates bonas, quam labia mendacia. Unde et Dominus per prophetam loquens ait : « Populus iste labiis me honorat, cor eorum autem longe est a me (*Isai.* XXIX, 13.) » Pejus malum fore non æstimo, quam Christianos suis invidere sacerdotibus. Novit enim Dominus qui sunt ejus. Non potest autem humano condemnari examine, quem Deus suo reservavit judicio. Si omnia namque in hoc sæculo vindicata essent, locum divina non haberent judicia. Quod autem ad alios judices prius non debeant, quam ad sacerdotes vel auditores Ecclesiæ accusari, ita a tempore apostolorum et infra observatum et diffinitum invenimus. Si quis erga episcopum vel actores *Ecclesiæ* quamlibet querelam aut actionem juste se habere crediderit, ipse Redemptoris sui (cujus actio nostra est institutio) viarum non immemor, sed sectator egregius, qui cum malediceretur non maledicebat, sed tanquam ovis coram tondente se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in crucem pendens apud Patrem intercessit, non prius primates superiores aut alios judices adeat quam ipsos a quibus se læsum æstimat, conveniat familiariter, et non semel, sed sæpissime, ut ab eis aut suam justitiam accipiat, aut juste excusationem. Boni nempe et vere Christiani hominis est rem ipsam omnibus amicitiæ ac pacis legibus prius tentare quam in judicio (ubi frequenter amarissimus animæ rancor innascitur) suum jus pertinaciter experiri. Si quis enim cum Deo, qui pacis est auctor, habitare cupiat, ei necesse est ut pacem inquirat. Si ergo secus egerit, ab ipsis et ab aliis communione privetur tanquam apostolorum Patrumque aliorum contemptor. De quibus ait propheta : « Erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt vobis (*Isai.* XLI, 11). »

In sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter missarum solemnia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, ut ejus, cujus corpus et sanguis conficitur, passio celebretur, ita ut, repulsis opinionibus superstitionum panis tantum et vinum aqua permistum in sacrificio offerantur. Non debet enim, ut a Patribus accepimus et ipsa ratio docet, in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque permistum, quia utrumque ex latere ejus in passione sua profluxisse legitur; ipsa vero Veritas nos instruit calicem et panem in sacramento offerre, quando ait : « Accepit Jesus panem et benedixit, deditque discipulis suis, dicens : Accipite et manducate, hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. » Similiter postquam cœnavit, accepit calicem, deditque discipulis suis, dicens : « Accipite et bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundetur in remissionem peccatorum (*Matth.* XXVI, 26). » Crimina enim atque peccata, oblatis his Domino sacrificiis, delentur, idcirco et passio ejus in his commemoranda est, qua redempti sumus, et sæpius recitanda, atque hæc Domino offerenda, talibus hostiis delectabitur, et placabitur Dominus, et peccata dimittet ingentia. Nihil enim in sacrificiis majus esse potest quam corpus et sanguis Christi. Nec ulla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit. Quæ pura conscientia Domino offerenda est, et pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda. Et sicut potior est cæteris, ita potius excoli et venerari debet. Aquam enim sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur ac purificentur, quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus sanguine populum sanctificabat atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa divinisque precibus sacrata, populum sanctificat atque mundat. Et, si sale asperso per Elisæum prophetam, sterilitas aquæ sanata est, quanto magis divinis precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert humanarum, et coinquinatos sanctificat, atque mundat, et expurgat, et cætera bona multiplicat, et insidias diaboli avertit, et a phantasmatis versutiis hominem defendit! Nam si tactu fimbriæ vestimenti Salvatoris salvatos infirmos esse non dubitamus, quanto magis virtute sacrorum ejus verborum divinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis et animæ humana percipit fragilitas! His ergo et aliis instructi documentis, vota singulorum Domini sacerdotes respicite, et in virtute Spiritus sancti divinis precibus, per ministerium vobis divinitus collatum, perficere certate. Elementa quoque, tam ea quæ prædiximus quam cætera divinis apta usibus et humanis necessaria infirmitatibus sacrate, infirmos curate, et cætera quæ ad vos pertinent diligenter perficite, ipse enim Salvator tribuendo nobis exemplum, discipulis suis ait : « In nomine meo dæmonia ejicite, infirmos curate, ægros sanate, leprosos mundate, etc. Super infirmos etiam manus imponite, et bene habebunt (*Marc.* XVI, 17).

Fidem quoque sanctæ Trinitatis sic docendam a Patribus accepimus, vobisque tradendam subditis destinamus. Isaias namque propheta ait : « Vidi Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum, et Seraphin stabant in circuitu ejus, sex alæ uni, et sex alæ alteri, duabus velabant faciem ejus, duabus volabant, et clamabant ad alterutrum, dicentes : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth (*Isai.* VI, 1). » Si Trinitas non est, quare tertio sanctus dixerunt? aut si unitas non est, quare sub trina repetitione unum Deum ac Dominum intimaverunt? Si Trinitas non est, cur in Geneseos libro dicitur : Dixit Deus, fecit Deus et benedixit Deus? Si unitas non est, quare tertio dixit : Deus et deos plurali numero non commendavit? Si Trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio : Domine Domine, miserator et misericors? Si unitas non est, quare dum tertio, o Domine, diceret, postea singu-

lariter miserator dixit, et non miseratores, ut plures ostenderet, intimavit? Si Trinitas non est, cur Abraham ad ilicem Mambre sedens tribusque occurrens, uni, Domine, dixit, et non ut viderat tribus salutationis obsequium reddidit? Si unitas non est, cur cum Moysi Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Jacob, tertio diceret, unitatem ostendens : hoc mihi nomen esse, dixit, et non, hæc sunt nostra nomina, designavit? Si Trinitas non est, quare David tertio dixit : « Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus (*Psal.* LXVI, 8)? » Si unitas non est, quare cum tertio Deum nominasset, benedicat dixit, et non benedicant, adjunxit? Si Trinitas non est, cur Isaias denuo dixit : « Dominus Deus Sabaoth, Deus Israel qui sedes super Cherubim (*Isai.* XXXVII, 18)? » Si unitas non est, cur qui sedes dixit et non qui sedetis astruxit? Si Trinitas non est, cur in libro Regnorum dicitur : « Domine, Deus omnipotens, Deus Israel, sermones tui fideles sunt? » Si unitas non est, cur tui dicitur et non vestri potius intimatur? Si Trinitas non est, cur in psalmo quinquagesimo octavo cantatur, « Domine Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes? » Si unitas non est, cur intende posuit et non intendite, ut prædicatus est intimavit? Si Trinitas non est, cur in Apocalypsi tertio dixit : « Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui est, et qui erat? » Si unitas non est, quare qui est et non qui sunt pluraliter designatur? Si Trinitas non est, quare in Deuteronomio dictum est : « Dominus Deus tuus misericors est et audiet vocem tuam? » Si unitas non est, quare posuit audiet, et non audient intimavit? Si Trinitas non est, quare in Jesu Nave dicitur libro : « Dominus Deus deorum est? » Si unitas non est, quare est dixit, et non sunt, more locutionis, induxit? Si Trinitas non est, quare Elias loquendo in oratione; « Domine, Domine Deus Israel ostende, quia tu es Deus meus dixit? » Si unitas non est, quare ostende posuit, et non ostendite? Si Trinitas non est, cur Mardochæus orando : « Domine Domine, Deus omnipotens, omnia in potestate tua sunt dixit? » Si unitas non est, quare in tua posuit, et non in vestra signavit? Si Trinitas non est, cur etiam Judith orando dixit : « Domine, Domine, Deus omnium virtutum, respice in orationem meam? » Si unitas non est, quare respice et non respicite designavit? Si Trinitas non est, quare in Jeremia dicitur : « Dominus Deus vester, Deus verax est? » Si unitas non est, quare verax est dixit, et non veraces potius intimavit? Si Trinitas non est, quare in Apocalypsi scriptum est : « Dominus Deus et spiritus prophetarum, misit angelum suum ostendere servis suis quæ oportet fieri cito? » Si unitas non est, cur cum Patrem et Filium et Spiritum sanctum nominasset, misit dixit, et non miserunt sub prætaxato trium personarum et nominum numero introduxit. Si Trinitas non est, quare in Deuteronomio dicit : « Dominus Deus vester hic est. » Si unitas non est, quare hic est dixit, et non hi sunt plurali numero designavit? Si Trinitas non est, quare in eodem dicitur libro : « Dominus Deus tuus, Deus magnus et potens est? » Si unitas non est, quare magnus et potens pluraliter non nominatur? Si Trinitas non est, cur Tobias cum filium suum in Rages civitatem cum Raphael archangelo mitteret, benedicens eos, ita dixisse docetur : « Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob ipse impleat benedictionem suam in vobis? » Si unitas non est, quare ipse impleat dixit, et non ipsi impleant intimavit? Postremo si Trinitas non est, quare Dominus discipulos suos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti universas gentes misit baptizare? Si unitas non est, quare in nomine dixit, et non in nominibus præcipiendo perdocuit. Si Trinitas non est, quare Paulus apostolus ait : « Ex ipso, et per ipsum et in ipso sunt omnia? » Si unitas non est, quare ex ipso posuit et non ex ipsis astruxit? Si enim certo certius volueritis unitatem Trinitatis agnoscere, a sæpe dicto doctore gentium Apostolo potestis universa condiscere et sequi catholicam fidem, et horum respuere pravitatem. Gratia Domini nostri Jesu Christi (inquit) et charitas Dei est communicatio sancti Spiritus ipsa et Patris et Filii, et Spiritus sancti gratia, et sic fidem sanctæ Trinitatis et intelligere et docere, Domino adjuvante, pleniter potestis.

Idcirco igitur, charissimi, fidei regulas juxta hujus epistolæ finem posuimus, ut in ejus confessione fideliter perseveremus, et, Domino auxiliante, bonam fidem habere mereamur. « Quicunque voluerit esse amicus sæculi hujus, inimicus Dei constituitur. An putatis quia inaniter Scriptura dixit : ad invidiam concupiscit spiritus qui habitat in vobis? Majorem autem dat gratiam, propter quod dicitur : Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Subditi igitur estote Deo, resistite autem diabolo et fugiet a vobis. Appropinquate Domino et appropinquabit vobis. Emundate vobis manus, peccatores, et purificate corda, duplices animo. Miseri estote et lugete et plorate, risus vester in luctum convertetur, et gaudium in mœrorem, humiliamini in conspectu Domini, et exaltabit vos. Nolite detrahere vobis alterutrum, fratres mei, quia qui detrahit fratri aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi et judicat legem. Si autem judicas legem, non es factor legis, sed judex, unus enim est legislator et judex, qui potest perdere et liberare. Tu autem quis es qui judicas proximum tuum (*Jac.* IV, 4-13). Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseriis vestris quæ advenient vobis. Divitiæ vestræ putrefactæ sunt et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum æruginavit, et ærugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizatis vobis iram in novissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat, vindictam poscens retenti laboris, et clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit. Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis

corpora vestra. In die occisionis adduxistis, occidistis justum, et non restitit vobis (*Jac.* v, 1-6). Væ, fratres, his qui tribulant vos, vos vero quanto amplius tribulamini, tanto purgatiores atque beatiores efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Unde ipsa Veritas per se dixit : « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam (*Matth.* v, 10), » et alibi : « Beati eritis cum vos oderint homines, et persecuti vos fuerint et ejecerint nomen vestrum tanquam malum. Gaudete in illa die et exsultate, quoniam merces vestra multa est in cœlo (*Matth.* v, 11). » Data IX Kalend. Augusti, Trajano et Heliano cc. consul.

22 EPISTOLA PRIMA ALEXANDRI PAPÆ.

De causis vel gravationibus sacerdotum.

Dilectissimis fratribus omnibus episcopis per diversas constitutis regiones, ALEXANDER episcopus.

Nulli, fratres, dubium est, quia boni a malis semper persequuntur et tribulantur. Propter quod humiliemur sub potenti manu Dei, ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam, sicut leo rugiens circuit quærens quem devoret, sic diabolus non cessat circuire et quærere quos ex fidelibus perdat, et maxime illos quos ardentiores in servitio Salvatoris, eique familiares invenerit, familiares dico eos quos sibi sacrari et in ordine apostolatus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, et populi peccata comedunt, quia precibus suis et oblationibus ea delent atque consumunt. Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro necessitatibus quibus clamant exaudiuntur. « Multum enim (ut ait beatus Jacobus apostolus) valet deprecatio justi assidua (*Jac.* v, 16). » Qui enim vos persequitur ipsum cujus legatione fungimini persequitur, quia sicut ipse Filius Dei mediator fuit Dei et hominum, ita et vos ejus vice in Ecclesia estis constituti, ut inter Dominum et homines legatione fungamini. Si quis autem legationem vestram impedit, non unius sed multorum profectum evertit. Et, sicut multis nocet, ita a multis arguendus est, et bonorum societate arcendus. Et quia Dei causam impedit et statum conturbat Ecclesiæ, ideoque ab ejus liminibus Ecclesiæ arceatur. Ab hominibus quoque talis est cavendus et non in communione fidelium usque ad satisfactionem recipiendus. Est enim statutum olim, ut qui statum conturbat Ecclesiæ, ab ejus liminibus arceatur, ne cum fidelibus communicet qui eorum bona avertit. Vos ergo, si dilectionem habueritis adinvicem et unanimes fueritis, facile tales superare poteritis. Si vero (quod absit) discordes fueritis, et canino dente vos derodere cœperitis, non solum eos non superabitis, sed et vobis ipsis nocebitis atque ab eis superabimini, et innocenter forte peribitis. Qui autem ex vestro collegio fuerit et ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus et non sacerdos esse probabitur. « Ecce, inquit propheta, quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum (*Psal.* CXXXII, 1). » Illi vero in unum non habitant, qui a fratrum solatio se subtrahunt, aut, quod deterius est, fratribus insidias præparant aut laqueos ponunt. De his enim et eorum similibus Dominus per Osee prophetam loquitur dicens : « Propter vos lugebit terra et infirmabitur omnis qui habitat in ea in bestia agri et in volucre cœli, sed et pisces maris congregabuntur; verumtamen unusquisque non judicet, et non arguatur vir, populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti; et corrues hodie, et corruet etiam propheta tecum. Nocte feci tacere matrem tuam; conticuit populus meus eo quod non habuit scientiam, quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui, obliviscar filiorum tuorum et ego. Secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi, gloriam eorum ad ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum. Et erit sicut populus sic sacerdos, et visitabo super eum vias ejus, et cogitationes ejus reddam ei. Et comedent et non saturabuntur, fornicati sunt et non cessaverunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo (*Osee.* IV, 3). » Hæc cavete, fratres, et bona semper agere festinate, quia in hoc cognoscent omnes, dicit Dominus, quoniam mei estis discipuli si dilectionem habueritis adinvicem. Bonum est namque proculdubio, et omnibus timentibus Deum desiderabile, cohibere dissensiones et altercationes, fratribusque subvenire, et invicem non invidere, sed adjuvare. Nos ergo qui discipuli Domini et dici et esse cupimus, portare crucem Christi et compati fratribus debemus, et non quascunque eis insidias aut foveas præparare, quia talionem meretur qui fratribus foveam præparat. Nolite errare, fratres, quia Deus non irridetur. Hujus rei gratia Dominus vobis commisit Ecclesiam suam, ut pro omnibus laboretis, et cunctis oppressis opem ferre non negligatis : unde Dominus per prophetam loquitur dicens : « Hæc dixit Dominus : Judicate mane judicium et eruite vi oppressos de manu calumniantis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea, et succendatur et non sit qui exstinguat (*Jer.* XXI, 12). » Vos ergo qui in summo speculo a Domino constituti estis, attendere eos et opprimere oportet qui in fratres seditiones et scandala excitant, ne simul cum eis pereatis. Salutate omnes qui recte laborant in Evangelio Christi et juste gubernant navem ejus ne cohabitantes in ea demergantur aut suffocentur. Salutat vos omnis apostolica Ecclesia in Domino. Amen. Data VII Kalend. Novembris Trajano et Heliano, cc. consul.

EPISTOLA ALEXANDRI PAPÆ SECUNDA.

Ut vitentur detractiones et injustæ pulsationes.

ALEXANDER episcopus omnibus divino sacerdotio fungentibus pax et misericordia multiplicetur, et sapientia atque bona voluntas in omnibus augeatur et fructificetur in Domino.

Gratia Dei sumus, fratres charissimi, id quod sumus. Idcirco nobis providendum est et oppido decertandum ne in ea vacui inveniamur, sed, eadem nobis cooperante gratia, fructum Domino plurimum reportemus. Quod aliter fieri non potest, nisi sapientiam sectando, ejusque præcepta lectionibus et hymnis meditando, atque eo adminiculante implendo, orando, vigilando, et voluntatem ejus (in quantum ipse largitus fuerit), perficere studeamus. Nec eamdem negligendam gratiam nobis Dominus dedit, sed fideliter exercendam tribuit. Dilectio enim sine simulatione in nobis esse, et apparere debet, quia omnis qui odit fratrem suum homicida est. Qui vero diligit eum, in Deo manet, et Deus in eo, unde B et Apostolus ait : « Nolite judicare, fratres, invicem, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum; » et Dominus inquit : « Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias; » et alibi. « In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem; et Salomon ait : « Sacrificium salutare est attendere mandatis et discedere ab omni iniquitate. » Summa enim iniquitas est fratres detrahere, et accusare, unde scriptum est : « Omnis qui detrahit fratrem suum homicida est. » Et omnis homicida non habet partem aut hæreditatem in regno Dei, et alibi : « Cavete vos, fratres charissimi, ne participes efficiamini (quod absit) malis eorum, » et non solum vos cavete a talibus, sed et C cavere alios ab eis, et avertere docete, de his enim Dominus ait per prophetam Michæam : « Væ qui cogitatis inutile, et operamini malum in cubilibus vestris. In luce matutina facient illud quoniam contra Deum est manus eorum. Et concupierunt agros, et violenter tulerunt, et domos rapuerunt, et calumniabantur virum, et domum ejus, virum et hæreditatem ejus. Idcirco dicit Dominus hæc : Ecce ego cogito super familiam istam malum, unde non auferetis colla vestra, et non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, et cantabunt canticum cum suavitate, dicentium : Depopulatione vastati sumus, pars populi mei commutata est. Quomodo recedet a me cum revertatur, qui regiones vestras devorat? Propter quod non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu A Domini, o Israel. Ne loquamini loquentes. Non stillabit super istos, non comprehendet confusio, dicit Dominus, Jacob : Numquid abbreviatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes ejus? Nonne verba mea bona sunt, cum eo qui recte graditur? Et econtra, populus meus in adversarium consurrexit, desuper tunicam pallium sustulistis et eos qui transibant simpliciter, convertistis ad bellum. » Et econtra : De his qui accusantur vel tribulantur per Nahum prophetam confortans eos sic loquitur Dominus, dicens : « Et confortans in die tribulationis, et sciens sperantes in se. Et in diluvio prætereunte consummationem faciet loci ejus, et inimicos ejus persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra Dominum? Confirmationem ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio, quia sicut spinæ se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium, consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam, mente pertractans prævaricationem. Hæc dixit Dominus : Si perfecti fuerint, ita et plures, sic quoque attondentur et pertransibit. Afflixi te et non affligam te ultra. » Facile est, fratres, verbo fallere hominem, sed non Deum. Sapiens non est qui nocet, nec vir linguosus in malum se diriget in terra, nihil vero mali vult, qui fidelis est. Malo enim et pravo ingenio fides aliena est, ait enim Apostolus de infidelium ignorantia : « Si enim cognovissent nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. » Crucifigunt enim Dominum qui eum in sacerdotibus suis persequuntur : quia crux a cruciatu dicitur. Magnum vero sacrum sustinet qui compatitur : sed, tamen beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Ecce ait Judas Apostolus : « Veniet Dominus in millibus suis facere judicium, et perdere omnes impios, et arguere omnem carnem, de omnibus impietatibus eorum. » Hæc, fratres, valde timenda sunt et perpendenda, ne veniens unusquisque ad judicium pœnam cum impiis recipiat, sed cum justis gloriam. Quod pius Dominus præstare dignetur, qui vivit et regnat per sæcula cuncta. Data Kalend. Maii, Heliano et Vetere cc. consulibus.

INCIPIUNT DECRETA SIXTI PAPÆ PRIMI.

(Anno Domini 129, tempore Adriani.)

Omnibus in Deo Patre, et Domino nostro Jesu D Christo dilectis fratribus in charitate Domini nostri Jesu Christi, SIXTUS Romanæ Ecclesiæ archiepiscopus salutem.

Charissimi, fideliter agite in omnibus, ut fideles et non infideles inveniamini. Nolite imitari malum, sed quod bonum est agite, quia qui ex Deo est bene facit, qui autem male, non ex Deo, sed ex diabolo est. Fidem enim rectam vos tenere oportet, ut dissentientes ab apostolica non sitis doctrina. Unum enim verum Deum Patrem et Filium a prophetis et apostolis ostendimus prædicatum, a quibus etiam Spiritum sanctum credimus non esse discretum, Isaia propheta dicente : « Ego sum Deus et non est alius præter me. Et per meipsum juro, quia exivit ex ore meo veritas; et sermo meus non avertitur,

quia mihi inclinabitur omne genu, et omnis lingua confitebitur per Dominum, dicens : Justitia et gloria ad eum veniet. » Et ut in hoc testimonio Patrem et Filium simul fuisse cognoscatis Paulum apostolum audite dicentem : « Ut in nomine, inquit, Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris omnipotentis. » Quod si secundum aliquos Filius est minor Patre suo, ergo minorata 23 est et gloria Patris in Filio. Et ubi est quod in Salomone Scriptura loquitur dicens : « Sicut enim in conspectu eorum, inquit, magnificatus est in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis ut cognoscant te sicut et nos cognovimus, quoniam non est Deus præter te, Domine? » Diligenter attende et agnosce Filium esse qui magnificabitur in judicio, dum venerit vivos et mortuos judicare. Item Isaias : « Audite domus Jacob, et residui domus Israel, qui egredimini ex utero et erudimini a puero usque ad senectutem. Ab initio ego sum et quousque senescatis ego sum. Ego vos feci et ego sustineo, ego remittam, ego suscipiam, dicit Dominus. » Et iterum : « Ego sum Dominus Deus, præter me non est alius Deus, annuntians novissima priusquam fiant, et statim consummata sunt. » Item alibi : « Audi me Jacob et Israel, quoniam ego feci. Ego sum Dominus Deus tuus, et non est alius præter me. » Item ibi : « Ego sum Dominus Deus tuus primus et ego novissimus et in ea quæ superventura sunt in novissimis ego sum. Ego sum Deus qui te creavi, qui te adjuvi, et communivi dextera mea. » Et unitatem Patris et Filii assignans loquitur dicens : « Ego testis vester, dicit Dominus Deus, et puer meus tu quem ego elegi, ut sciatis et credatis, quia ego sum, et ante me non fuit alius Deus, et post me non erit. » Unum hi qui non sane sapiunt, eligant ex duobus aut fateantur Patrem et Filium Deum unum, aut si solum Patrem Deum esse contendunt, ergo illis Dominus noster Jesus Christus Dei Filius non erit Deus, quia scriptum est : « Ante me non fuit alius Deus et post me non erit. » Si secundum tales ita est, cur Apostolus talia prædicat et eumdem Filium Deum super omnes benedictum insinuat : « Quorum patres, inquit, ex quibus Christus secundum carnem qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. » Item Isaias ait : « Dominus Deus Israel qui liberavit eum de Ægypto. Ego sum primus et ego post hæc et præter me non est Deus sicut ego sum qui stet et vocet, et præparet mihi, ex quo hominem feci in sæculo. » Item alibi : « In te est Deus et nesciebamus et non est alius Deus præter te. Tu es enim Deus et nesciebamus, Deus Israel Salvator. » Unus Deus non sunt Pater et Filius? Quis est hic Deus, in quo esse dicitur Deus Pater quem alium Deum non esse propheta sæpenumero protestatur? Et Baruch : « Hic Deus noster, ait, et non applicabitur alter ad eum qui invenit omnem viam scientiæ et dedit eam Jacob puero suo et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est et inter homines conversatus est. » Et in Salomone habetur : « Miserere nobis Deus omnium et ostende nobis lumen miserationis, et immitte timorem tuum super gentes, qui non exquisierunt te, ut cognoscant quia non est alius Deus nisi tu. » Item alibi : « Domine Deus Israel, non est tibi similis in cœlo sursum, neque in terra deorsum. » Et in psalmo septimo decimo : « Quoniam quis Deus præter Dominum, aut quis Deus, præter Deum nostrum. » Et in Genesi : « Et pluit Dominus a Domino ignem et sulphur super Sodomam et Gomorrham et evertit civitates illas. » Si solus Pater Deus est, quis pluit ignem et sulphur supra prædictas civitates, ut eas everteret? Quæso, responde. Et in Deuteronomio : « Dominus solus deducebat eos et non fuit cum illis Deus alienus. » et Paulus apostolus : « Unus Deus qui justificat circumcisionem ex fide, et præputium per fidem; » et ad Corinthios : « Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi; » et iterum : « Non est Deus nisi unus; » et ad Galatas : « Mediator autem unius non est, Deus autem unus est; » et unitatem Patris et Filii, et Spiritus sancti demonstrans, Ephesiis scribens, ita confirmat : « Sufferentes invicem in charitate, solliciti servate unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ, unus Deus, una fides, unum baptisma, unus Deus (*Ephes.* IV, 2). » Si non sane sapientes unitatem fidei voluerint simplici corde recipere, ex hoc itaque testimonio in uno spiritu poterunt simul Patris et Filii unitatem condiscere. Patrem igitur, ut superius comprehensum est, in divinis litteris, ingenitum, proprie positum nec legere possunt penitus nec probare. Sed quia id ipsum fides exigit christiana absque ulla dubitatione ingenitus creditus qui tamen secundum seriem Scripturarum in Filio a se genito unus esse monstratur.

De cætero placuit propter malorum hominum infestationes, ut in accusatione Domini ministrorum, primo persona, fides, vita, et conversatio blasphemantium enucleatim perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet, quia dubius in fide infidelis est, nec eis omnino est credendum qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ conversationis vitam ducunt. Quoniam tales facile et indifferenter lacerant et criminantur recte et pie viventes, idcirco suspicio eorum discutienda primum, et corrigenda, neque accusatoribus suspectis vel de inimicorum domo prodeuntibus est credendum. Erant enim quidam qui prius videbantur esse ex nobis, sed non erant ex nobis. Si vero essent ex nobis, mansissent utique nobiscum, et non conturbassent fratres. « Exacuerunt enim, » ut ait Propheta, « linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum (*Psal.* CXXXIX, 4). » Quapropter hi respuendi sunt si incorrigibiles apparuerint, et vitandi ne Domino decipiant famulantes. State ergo, dilectissimi, super vias aspicientes et interrogantes de semitis Domini antiquis : et videte quæ est via Domini bona et recta, et ambulate in ea, et invenietis requiem animabus vestris. Data decima sexta Kalen. Maii sub Adriano et Vero.

ITEM EPISTOLA SIXTI PAPÆ.

Sixtus universalis apostolicæ Ecclesiæ episcopus omnibus episcopis in Domino salutem.

Cognoscat vestra sapientia, charissimi fratres, quia in hac sancta sede apostolica a nobis et reliquis episcopis cæterisque Domini sacerdotibus statutum est, ut sacra vasa non ab aliis quam a sacratis Dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum valde est ut sacra Domini vasa quæcunque sint humanis usibus serviant, aut ab aliis quam a Domino famulantibus eique dicatis tractentur viris. Ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagam imponat populo suo, et hi etiam qui non peccaverunt mala patiantur aut pereant, quia perit justus sæpissime pro impio. Attendite, fratres, ne talia viris in Ecclesiis permittatis deinceps fieri, ne grex pretioso sanguine Christi redemptus in præcipitium (quod absit) ruat; propter quod assumite armaturam Dei, ut possitis resistere his qui contradicunt veritati, et induite vos lorica justitiæ, calceati pedes in præparatione Evangelii pacis. Si quis vero vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversitate licenter hanc sanctam et apostolicam appellet Sedem, et ad eam quasi ad caput suffugium habeat, ne innocens damnetur, aut Ecclesia sua detrimentum patiatur. Si autem ei necesse fuerit eamque appellare minime ausus fuerit, et vocatus tamen ab hac sancta Sede fuerit, non renuat venire, sed confestim, ut ei nuntiatum fuerit, venire festinet, et causas pro quibus vocatus est prudenter disponat, atque si necesse aliquid corrigere fuerit, cum his quos hic primos invenerit, corrigat; ad Ecclesiam tamen suam non prius revertatur quam litteris apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus, si fuerit unde. Et postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui qualiter hic sua aliorumque causa discussa fuerit, quatenus eam absque aliqua ambiguitate nuntiare et prædicare omnibus possit. Ab hac enim sancta Sede, a sanctis apostolis tueri, defendi et liberari episcopi jussi sunt, ut sicut eorum dispositione ordinante Domino primitus sunt constituti, sic hujus sanctæ Sedis, cujus dispositioni eorum causas et judicia servaverunt, protectione, futuris temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi. Unde culpantur hi qui aliter circa fratres egerint, quam hujus sedis rectoribus placere cognoverint. His taliter consideratis atque cum reliquis episcopis decretis tanqnam omnium curam gerentes, propter sedis propriæ apicem decernimus, ut nemo pontificum aliquem suis rebus exspoliatum episcopum aut a sede pulsum excommunicare, aut judicare præsumat, quia non est privilegium quo exspoliari possit jam nudatus. Si quis autem aliter agere præsumpserit, sciat censuram hujus Sedis cum omnibus membris suis sibi venturam, et sicut egerit, ita recipiet. Si bene bene, grave grave. Si pessime pessime, quoniam dignus est operarius mercede sua. Nos, fratres, nullum perdere volumus, sed ipse perdit se qui pie considerata avertit, et qui Apostolorum et hujus sanctæ Sedis decreta libenter violat. Sed nunc, fratres, commendamus vos omnes Domino, et verbo gratiæ ejus, qui potest perficere et dare hæreditatem cum omnibus sanctis; ipse autem Deus pacis et consolationis det vobis idipsum sapere in alterutrum, ut vobis invicem succurratis, et non sitis divisi, ut unanimes, uno ore et uno corde honorificemus eum in concordia et consolatione fratrum, qui potens est confirmare nos secundum Evangelium ejus, juxta revelationem mysterii æterni, temporibus scilicet perpetuis, quibus vobis munera futurorum gaudiorum largienda sunt. Data nono Kalen. Aprilis, Adriano et Vero cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA TELESPHORI PAPÆ.

De jejunio septem hebdomadarum ante Pascha, et de missarum celebratione in nocte sancta Natalis Domini, et quo tempore alii diebus missæ celebrentur, et de episcoporum defensione.

(Anno Domini 131, Antonino Pio imperatore.)

Charissimis fratribus et dilectissimis episcopis Telesphorus Romanæ urbis archiepiscopus salutem in Domino.

Credimus sanctam fidem vestram in apostolorum eruditione fundatam, hanc tenere et hanc populis universis exponere, quæ videlicet a constitutis apostolorum, eorumque successorum nulla ratione dissentit, per quos justum est cæteros erudiri. Quapropter cognoscite a nobis et a cunctis episcopis in hanc sanctam et apostolicam Sedem congregatis statutum esse, ut septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes clerici in sortem Domini vocati a carne jejunent; quia sicut discreta debet esse vita clericorum a laicorum conversatione, ita et in jejunio debet fieri discretio, et sicut laici et sæculares homines nolunt eos recipere in accusationibus et infamationibus suis, ita nec clerici debent eos recipere in impulsationibus suis; quoniam in omnibus discreta debet semper esse, et segregata vita, et conversatio clericorum ac sæcularium laicorum. Et, sicut hi amplius sunt applicati divinis cultibus, et familiares Domini dicun-

tur Salvatoris, ita moribus et conversatione atque sanctitate debent esse distincti. Has ergo septem hebdomadas omnes clerici a carne et deliciis jejunent, et hymnis, et vigiliis, atque orationibus, Domino inhærere die noctuque studeant. Nocte vero sancta nativitatis Domini Salvatoris missas celebrent, et hymnum angelicum in eis solemniter decantent, quoniam et in eadem nocte ab angelo pastoribus nuntiatus est, sicut ipsa Veritas testatur, dicens : « Pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit juxta illos et timuerunt timore magno, et dixit illis angelus : Nolite timere, ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum : Invenietis infantem pannis involutum, et positum in præsepio; et subito facta est cum angelis multitudo militiæ cœlestis, laudantium Dominum et dicentium : Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis (*Luc.* II, 8-14). » Cæterum considerat impius justum, et quærit ut occidat **24** eum. Dominus non derelinquet eum in manus ejus, et non condemnabit eum cum judicabitur illi. Exspecta Dominum et custodi viam ejus, et exaltabit te ut possideas terram, cum interibunt impii, videbis. Vidi impium robustum, et fortissimum, sicut indigenam virentem, et transivi et ecce non erat, et quæsivi eum, et non est inventus. Custodi simplicitatem et vide rectum, quia erit in extremum viro pax; prævaricatores autem interibunt pariter, et novissimum impiorum peribit. Salus autem justorum a Domino, fortitudo eorum in tempore tribulationis, et auxiliabitur eis Dominus, et salvabit eos et eripiet eos ab impiis et salvabit eos, quia speraverunt in eum; et alibi : « Quid gloriaris in malitia potens? Misericordia Dei tota die. Insidias cogitavit lingua tua quasi novacula acuta faciens dolum. Dilexisti malitiam magis quam bonum, mendacium magis quam loqui justitiam. Dilexisti omnia verba ad devorandum, lingua dolosa, sed Deus destruet te in sempiternum, terrebit et evellet te de tabernaculo et eradicabit te de terra viventium, et videbunt justi et timebunt et super eum ridebunt. Ecce vir qui non posuit fortitudinem suam Deum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, confortatus est in insidiis suis. Ego autem sicut oliva virens in domo Dei, speravi in misericordia Dei, in sæculum et in æternum. Confitebor tibi in sæculum, quoniam fecisti et exspectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu misericordiarum tuarum. » Reliquis enim temporibus missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ, quia et eadem hora Dominus crucifixus est, et super apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur. Ab episcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore et loco in missarum solemniis celebrandus est atque solemniter recitandus.

A Ipsi enim qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt obediendi atque timendi, et non dilacerandi aut detrahendi, quia a quibus se Domini populus benedici, salvari et instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, et corripiendus non ipsi ab eo, quia non est discipulus super magistrum. Nullomodo igitur Domini pontifices et reliqui sacerdotes quibus Domini commissa est plebs, rite populum possunt corrigere, si deceptionis se cognoverint laqueo infestari. Unde justum est omnes in universo orbe doctores legis, ea quæ legis sunt sapere et non sacerdotes Domini labiis suis, aut quibuslibet machinationibus maculare, dum ipsos disponunt aut cupiunt macu-
B lare, potius seipsos maculant et vulnerant. Dei ergo accusat ordinationem qui eos qui ab eo constituuntur, sacerdotes accusat, et damnari cupit, a quibus se omnes fideles cavere debent, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus rei sunt.

Christus enim Dei Filius Dominus noster, humano generi salutem condonans plenam, de nobis ait : « Qui vos recipit, me recipit, et qui vos spernit, me spernit (*Matth.* X, 40; *Luc.* X, 16). » Si ergo Dominus in eis recipitur, et rejicitur, proculdubio ipsius sunt qui in eis rejicitur, vel suscipitur. Et tu quis es, qui judicas servum alienum? Proculdubio transgressores legis Dei et apostolorum, atque prophetarum, et non solum harum, sed etiam legum humaC narum. Omnes enim leges tam divinæ quam humanæ alienum servum judicare prohibent. Quid putas erit de te, cum transgressores et conculcatores legis Dei damnabuntur? Profecto et tu damnaberis, quia postposuisti mandatum Dei, et tuam adimplesti voluntatem, quoniam sicut digni sunt vita qui mandatum Dei adimplent atque custodiunt, ita rei et perdigni sunt morte, qui ea postponunt et in vanum ducunt. Est enim in apostolicis scriptum institutis, alterius vitam nemo laceret, et de malo alieno os suum non coinquinet. Accusatores vero et accusationes, quas leges sæculi non admittunt, et nos submovemus, et accusatori omnino non credi decernimus, qui absente adversario causam suggerit ante
D utriusque partis justam discussionem. Nec hi qui non sunt idonei suscipiantur ad accusationem, et omnes qui adversus patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi. Hi vero qui cum inimicis morantur, aut qui suspecti habentur, minime recipiantur, quia eorum æmulatio lacerat etiam innocentes. Hunc murum firmissimum statuerunt patres nostri, et nos cum eis contra persecutores nostros, ut hoc remedio eorum pellantur machinamenta, et vos securiores et sanctiores famulari mereamini vestro Salvatori. De talibus enim insidiatoribus et accusatoribus servorum suorum loquitur Dominus per prophetam dicens : « Os tuum misisti ad malitiam, et lingua tua concinnabat dolum',

sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et in filium matris tuæ fabricabas opprobrium. Hæc fecisti et tacui, existimasti similem tui me futurum? arguam te, et proponam ante oculos tuos. Intelligite hæc qui obliviscimini Dominum ne forte rapiat et non sit qui liberet. »

Languentes autem in isto conamine notandi sunt, et a talibus repellendi. Tales enim membra sunt diaboli, qui sursum atque deorsum pervolans quærit quod possit occidere, quos possit separare, quos possit devorare. Propter quam rem vigilandum est, et armis cœlestibus sumus muniendi, ne in ejus compedes incidamus aut ejus foveis illaqueemur. Decet enim in talibus causis hoc maxime provideri, ut sine strepitu concertationum et charitas custodiatur et veritas defendatur, atque innocentes et Domini ministri illæsi liberentur. De bonis ergo et legem Domini custodientibus fratribusque adjuvantibus et non nocentibus, sed supportantibus ait per Prophetam Dominus : « Non sedi cum viris vanitatis, et cum superbis non ingrediar. Odivi ecclesiam pessimorum et cum impiis non sedebo. Lavabo in innocentia palmas meas, et circuibo altare tuum, Domine, ut clara voce prædicem laudem tuam, et enarrem omnia mirabilia tua. Domine, dilexi habitaculum domus tuæ, et locum tabernaculi gloriæ tuæ; ne ponas cum peccatoribus animam meam, et cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus scelus, et dextera eorum repleta est muneribus, ego autem in simplicitate mea gradiar, redime me, et miserere mei; pes meus stetit in via, in Ecclesiis benedicam Domino. » Concordent igitur cum omnibus Dei sacerdotibus hæ charitatis sententiæ, in quibus vos fixos et firmos exstitere judicamus. Deus vos incolumes custodiat, filii charissimi. Data xv Kalend. Martii, Antonio et Marco IV cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA IGINII PAPÆ DE FIDE ET RELIQUIS CAUSIS.

De fide et reliquis causis.

(Anno Domini 143, tempore Antonini Pii imperatoris.)

Iginius in Christi nomine almæ urbis Romæ episcopus, cunctis in apostolica fide et doctrina degentibus, salutem.

Charissimi, Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, ut justitia legis impleretur. Filius non secundum deitatem solam a Patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer et pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod semetipsum, exinanita majestatis suæ potentia, idem Filius miserit, Apostolus contestatur et dicit: « Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis (*Philipp.* II, 7, 8). » Et Isaias : « Non legatus, neque angelus, sed Deus ipse veniet, et salvabit nos; » item ibi : « Palam apparui non quærentibus me. » Et Jeremias : « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, veni et factus sum illis in opprobrium. » Et in Michæa : « Ecce Dominus veniet, et commovebuntur sub eo montes; » et in Zacharia : « Gaude et exsulta filia Sion, quia ecce ego venio, et commorabor in medio tui, dicit Dominus; » et Apostolus ad Timotheum : « Humanus sermo et omni acceptione dignus, quoniam Jesus Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere; » et Malachias : « Ecce subito veniet in templo suo Dominus quem vos quæritis, et angelus Testamenti quem vos vultis; » in Evangelio : « Non veni vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam. » Item ibi : « Quid nobis, et quid tibi Jesu, Filii Dei, venisti ante tempus perdere nos? venit Filius hominis salvare et quærere quod perierat. » Item ibi : « Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant; » item ibi : « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis qui est in cœlo. » Nunquid in his tantis ac talibus testimoniis quibus se Filius Dei a semetipso venisse testatus est, poterit quis dicere ab alio et non a semetipso venisse? dum manifestum est, quod qui carnem nostram dignanter assumpsit, voluntarie et non ab alio missus advenerit; nam qui in Patre manens, ubique potentia sua consistit, ubi quo a Patre mitteretur omni modo non habuit, quoniam nulla pars cœlorum ac terræ a conspectu Patris excipitur, ubi secundum vos a Patre Filius mitteretur? et Paulus : « Renovamini, inquit, spiritu mentis vestræ, et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. » Et ad Hebræos : « In eo enim in quo passus est ipse et tentatus est, potens est eis qui tentantur auxiliari, » unde sanctæ vocationis semper cœlestis participes. Considerate Apostolum confessionis nostræ, et pontificem Jesum fidelem existentem qui vocavit eum. Et ad Colossenses : « Nunc autem deponite et vos universa, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaque verba ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri invicem. Exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, induite novum eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit eum. » Nunquid is qui universam

creaturam, visibilia et invisibilia propriæ virtute potestatis procreavit ac fecit, seipsum ante, aut postmodum (quod dicere nefas est) creavit vel facere potuit? Et Dominus in Evangelio ait: « Ego et Pater unum sumus; » et iterum: « Qui me videt, videt et Patrem; » et iterum: « Qui me odit, et Patrem meum odit; » et iterum: « Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem; » et iterum: « Ut sint in nobis unum, sicut et nos unum sumus. Tu in me, et ego in eis; » et iterum: « Omnia mea tua sunt; » et iterum: « Ego in Patre, et Pater in me; » et iterum: « Pater in me manens facit opera hæc. » Et Joannes evangelista ait: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (*Joan*, I, 1); » et iterum ipse ad Parthos: « Tres sunt, inquit, qui testimonium perhibent in terra: aqua, sanguis et caro, tres in nobis sunt; et tres sunt qui testimonium perhibent in cœlo: Pater, Verbum, et Spiritus, et hi tres unum sunt. » Nos itaque in natura divinitatis, quia unum sunt, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, nec Patrem aliquo tempore credimus præcessisse, ut major sit Filio, nec Filium postea natum esse ut divinitate Patris minoretur.

Cæterum, fratres, salvo in omnibus Romanæ Ecclesiæ privilegio, nullus metropolitanus absque cæterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum, quia irritæ erunt aliter actæ quam in conspectu eorum omnium ventilatæ, et ipse, si fecerit, coerceatur a fratribus.

Criminationes majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et irreprehensibiles apparuerint, et actis publicis docuerint omni se suspicione carere et inimicitia 25, atque irreprehensibilem fidem ac conversationem ducere: necnon et peregrina negotia et judicia prohibemus, quia indignum est ut ab externis judicentur qui provinciales et a se electos debent habere judices. Nos quidem ex omni parte carpendo occasiones abscidimus. Nos supernæ memores disciplinæ, quibuscumque cadentibus dexteram porrigimus, et a ruinæ præcipitio quos possumus relevamus et defensionis adminiculum totis viribus præbere cupimus. Certe si vel mens sit recti conscia, vindicta dignus est qui aliis existit causa periculi; qui vero innocentem vel fratrem quocunque ingenio persequitur, ipse in se jugulum mortis impingit, ut ait divinus et beatus præco: Noli detrahere, ne eradiceris, noli accusare, ne accuseris, noli judicare, ne judiceris, quia in quo judicio judicaveris, judicabitur de te. Nemo creditur nos odisse quorum relatione non læditur, dicit enim Dominus: Omne regnum in se divisum non stabit, et omnis scientia aut regula adversum se divisa non stabit. Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis, hortans, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis et apostolicis constitutionibus pareatis. Data XVII Kalend. Octobris. Magno et Camerino consulibus.

EPISTOLA IGINII PAPÆ AD ATHENIENSES.

Papa Iginius Atheniensibus salutem.

Multa mihi fiducia est apud vos, fratres, et multa gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Tribulor enim quando de vobis audio quod non oportet. Consolor vero quoties ea inter vos fieri cognovero quæ bonos christianos decet implere. « Nolite, fratres, jugum ducere cum infidelibus, » unde doctor gentium loquitur dicens: « Quæ participatio justitiæ cum iniquitate? quis autem consensus templo Dei cum idolis? vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Dominus. Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus (*II Cor.* VI, 14, 16). » Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit, in judicio cruciandos reservari, et originali mundo non pepercit, sed octavum Noe justitiæ præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens, et civitates Sodomorum et Gomorrhæorum in cinerem redigens, eversione damnavit, exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens, quid putatis iniquis et impiis perseverantibus in nequitia eorum erit? Justum vero Lot oppressum a nefandorum injuria conversatione eruit, aspectu enim et auditu justus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant. Novit Deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem judicii cruciandos reservare, magis autem eos qui post carnem in concupiscentiam immunditiæ ambulant, damnationemque contemnunt, audaces, sibi placentes sectas non metuunt facere, blasphemantes. Unde alieni erroris socium a sui propositi tramite non recedentem, aut apostolicæ sedis jussionibus inobedientem suscipere non possumus, quia inter fideles credentes vel sanctorum Patrum jussionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles magna debet esse discretio et infideles. Si Deus, fratres, justis non pepercit, quid de nobis peccatoribus fieri putatis? Custodite vos ab omni inquinamento carnis et corporis, ut salvi sitis in die adventus Domini, unum autem hoc non lateat vos, ut ait Apostolus: Charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni, sicut unus dies. Non tardat Dominus promissis, sed patienter exspectat propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti. Adveniet autem dies Domini ut fur, in qua cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur. Cum hæc ergo omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus, exspectantes et

properantes in adventum diei Dei, per quem cœli ardentes solventur, et elementa ignis calore tabescent. Nos vero cœlos novos et terram novam et promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia inhabitat. Deus autem omnis gratiæ qui vocavit vos in æternam suam gloriam, in Christo Jesu modicum passos ipse perficiet, confirmabit, et consolidabit. Ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum, Amen. Data x Kalend. Martii, Magno et Camerino consulibus.

INCIPIUNT DECRETA PII PAPÆ.

Ut die Dominico Pascha celebretur.

(Anno 147, imperante Ant. Vero.)

Omnibus Ecclesiis in eadem qua sumus fide et doctrina manentibus, Pius apostolicæ sedis archiepiscopus.

Gratias agimus, fratres, Deo, quoniam crescit fides vestra et abundat charitas uniuscujusque omnium vestrum invicem, ita ut nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei. Videte, fratres, videte ut nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit; ambulans frustra, inflatus sensu carnis suæ, et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones ministratum et constructum crescit in augmentum Domini; sed induite vos sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem et donantes vobismetipsis si quis habet querelam. Et sicut Christus donavit vobis, ita et vos.

Cæterum nosse vos volumus quod Pascha Domini, die Dominica annuis solemnitatibus sit celebrandum. Istis ergo temporibus Hermes doctor fidei et Scripturarum effulsit inter nos. Et licet nos idem Pascha prædicta die celebremus, et quidam inde dubitarent, ad corroborandas tamen animas eorum eidem Hermæ angelus Domini in habitu pastoris apparuit et præcepit ei, ut Pascha die Dominico ab omnibus celebraretur tempore suo; unde et vos apostolica auctoritate instruimus omnes eadem servare debere, quia et nos eadem servamus, nec debetis a capite quoquomodo dissidere.

Cavete diligenter omnes, ne quis vos decipiat per aliquam astrologiam vel philosophiam et inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum et traditionem rectam. « In Christo enim habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter ut sitis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis, » qui sine dubio qui contra mandata Dei agit peccat, et qui consensum præstat erranti. Hanc sanctam sedem apostolicam omnium Ecclesiarum caput esse præcepit, ipso dicente principi apostolorum Petro: « Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, et tibi dado claves regni cœlorum. Et quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in cœlo, et quodcunque erit solutum super terram erit solutum et in cœlo (*Matth.* xvi, 18). » Quid enim prodest illi suo errore non pollui qui consensum præstat erranti. Oves enim pastorem suum non reprehendant, plebs vero episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat, quoniam non est discipulus super magistrum, neque servus supra Dominum. Episcopi autem a Deo sunt judicandi, qui eos sibi oculos elegit; nam a subditis aut pravæ vitæ hominibus non sunt arguendi vel accusandi, aut lacerandi, ipso Domino exemplum dante, quando per seipsum, et non per alium vendentes sacerdotes, et ementes ejecit de templo, et mensas mummulariorum proprio evertit flagello, et ejecit de templo; et sicut alibi per prophetam loquitur dicens : Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Si quis vero a suo proposito retrorsum exorbitaverit, et jussum apostolicæ sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones qui in recta fide suspecti sunt. Fides autem et conversatio primum scrutanda est, et denuo qui irreprehensibiles apparuerint sunt recipiendi, et non prius, quia « bonus homo, » testante Veritatis voce, « ex bono thesauro cordis sui profert bona, malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala. Ex abundatia enim cordis os loquitur, » ideo persona et opinio ac vita uniuscujusque in initio rimanda est, quia boni semper infestantur a malis. Boni enim cum malis, licet misti sint in Ecclesia, vix concordare inveniuntur, quoniam dissimilis est eorum cogitatio, voluntas et actus. Nihil enim prodest homini jejunare et orare, et alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate revocetur, et ab obtrectationibus lingua cohibeatur, unde ait propheta : « Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum, diverte a malo et fac bonum. » Nemo enim bonum faciens alteri verbo aut facto nocere vult, quanto minus in suspicionem debet venire fidelis homo ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult! Quia omnis suspicio potius repellenda est quam approbanda vel recipienda. « Charitas enim non quærit quæ sua sunt, » sed quæ aliorum, quia unius causa multorum non est præferenda. « Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia. Charitas enim patiens est, benigna est. Charitas enim non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate; congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam

excidit. » Semper rogo vos, ut deteriora rejiciatis, et meliora perficiatis, quia nos non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis, et ea sectemini indifferenter. Data VII Idus Aprilis Claro et Severo consulibus.

EPISTOLA PII PAPÆ ITALICIS DIRECTA.

Pius Romanæ urbis archiepiscopus, Italicis fratribus salutem in Domino.

Scitis, fratres, quia Dei agricultura sumus, ideo ejus adjutores esse debemus, secundum gratiam quam ipse dedit nobis; si hoc autem esse neglexerimus, nulli dubium est quod damnabimur. Si vero in ejus servitio pro viribus laboraverimus, verique ejus adjutores fuerimus, ejusque voluntatem implere studuerimus, profecto ab illo ditabimur, quia uniuscujusque opus quale sit, ut ait Apostolus, dies Domini declarabit, et ignis probabit. Ad sedem autem apostolicam perlatum est quod sint inter vos contentiones et æmulationes, et prædia divinis usibus tradita, quidam humanis applicant usibus, et Domino Deo cui tradita sunt ea subtrahunt ut suis usibus inserviant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne prædia sibi secretorum cœlestium dicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quisquam præsumpserit, sacrilegus habeatur, et sicut sacrilegus judicetur. Ipsos autem qui hoc agunt, cleros et Domini sacerdotes persequi, eosque infomare audivimus, ut malum super malum addant, et deteriores fiant; non intelligentes quod Ecclesia Domini in sacerdotibus consistit et crescit in templum Dei. Et sicut qui Ecclesiam Dei vastat et ejus prædia et donaria exspoliat et invadit fit sacrilegus, sic et ille qui ejus sacerdotes insequitur sacrilegii reus existit, et sacrilegus judicatur. Æmulamini, fratres, charismata meliora, et nolite talia agere, nec eis commisceri aut consentire qui talia agunt, quoniam non solum qui talia agunt sunt hujus criminis rei, sed qui facientibus **26** consentiunt. Non ergo gravius peccatum est fornicatio quam sacrilegium, sed sicut majus est peccatum quod in Deum committitur quam quod in hominem, sic gravius est sacrilegium agere, quam fornicari; de talibus enim ait Apostolus : « Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens eum qui sic operatus est in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu in virtute Domini nostri Jesu Christi hujusmodi tradere Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate, inquit Apostolus, vetus fermentum ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiæ, sed in azymis sinceritatis et veritatis. Scripsi vobis in epistola, ait idem ipse Apostolus, ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus. Alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri. Si quis autem frater nominatus est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt judicare? Nonne de his qui intus sunt vos judicatis? Nam eos qui foris sunt Deus judicabit. Auferte malum ex vobis ipsis. Audet aliquis vestrum, habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos et non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti Dei de mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis quidem ut de minimis judicetis, nescitis quoniam angelos judicabimus? quanto magis sæcularia! Sæcularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia illos constituite ad judicandum. Ad verecundiam vestram dico, sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit judicare fratrem suum, sed frater cum fratre judicio contendit, et hoc apud infideles. Jam quidem omnino delictum est in vobis quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis et fraudatis, et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare. Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis et sanctificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri (*I Cor.* v, 2-13; VI, 1-11). » De cætero salva in omnibus apostolica auctoritate quæcumque sunt ad religionis observantiam pertinentia, locis suis et a suæ diœceseos synodis audiantur. Et si quis sacerdotum vel reliquorum clericorum suo episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei paraverit, aut contumeliam, aut calumniam, et convinci potuerit, mox curiæ tradatur. Qui autem facit injuriam, recipiat hoc quod inique gessit. « Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Evigilate justi et nolite peccare (*I Cor.* XV, 33, 34). » Data Idus Martii, Claro et Severo IV cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA ANITII PAPÆ.

De ordinatione archiepiscoporum et reliquorum episcoporum; et de appellationibus minorum ad majorum sedes, vel ad Romanam Ecclesiam.

(Anno 164, imp. Lucio Anto. Commodo.)

Anitius universis Ecclesiis per Galliæ provincias constitutis, in Domino salutem.

Bonorum operum et spiritualium studiorum Deum auctorem esse non dubium est, qui bonorum hominum incitat mentes et adjuvat actiones; quod nobis evidenter apparuit, cum inter longinqua spatia regionum unum corda vestra senserunt consilium, et quæ desiderabatis responsa, non unius, sed plurimorum epistolæ intimarunt. De ordinationibus vero episcoporum super quibus nos consulere voluistis, olim in sancti prædecessoris nostri Anacleti ordinationibus quædam jam decreta reperimus. Scimus enim beatissimum Jacobum qui dicebatur justus, qui etiam secundum carnem frater Domini nuncupatus est, a Petro, Jacobo et Joanne apostolis, Hierosolymorum episcopum esse ordinatum. Si autem non minus quam a tribus apostolis tantus vir fuit ordinatus episcopus, patet profecto eos formam instituente Domino tradidisse, non a minus quam a tribus episcopis episcopum ordinari debere. Sed crescente numero episcoporum, nisi necessitas intervenerit, debent etiam plures augeri. Id est si archiepiscopus diem obierit, et alter ordinandus archiepiscopus electus fuerit, omnes ejusdem provinciæ episcopi ad sedem metropoleos conveniant, ut ab omnibus ipse ordinetur. Oportet autem ut ipse qui illis omnibus præesse debet, ab omnibus illis eligatur et ordinetur. Reliqui vero provinciales episcopi, si necesse fuerit, cæteris consentientibus, a tribus jussu archiepiscopi consecrari possunt episcopis. Sed melius est si ipse cum omnibus, eum qui dignus est elegerit et cuncti pariter sacraverint pontificem. Et licet istud necessitate cogente concessum sit, illud tamen quod de archiepiscopi consecratione prædictum est atque præceptum, id est, ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet; quia qui illis præest, ab omnibus episcopis quibus præest debet constitui. Sin aliter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit ejus secus acta ordinatio; ipse autem archiepiscopus nihil de eorum causis, aut de aliis communibus juxta statuta apostolorum absque cunctorum illorum agat consilio; nec illi, nisi quantum ad proprias parochias pertinet sine suo, quoniam tali gaudet concordia Altissimus et gloriatur in membris suis. Nulli archiepiscopi primates vocentur, nisi illi qui primas tenent civitates, quarum episcopos apostoli et successores apostolorum regulariter patriarchas et primates esse constituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui necesse sit propter multitudinem eorum primatem constitui. Reliqui vero qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur. Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, et sine omnium comprovincialium præsentia vel consilio episcoporum, aut eorum, aut alias causas, nisi eas tantum quæ ad propriam suam parochiam pertinent, agere, aut eos gravare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Si vero incorrigibilis, eisque inobediens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem, cui omnia episcoporum judicia terminare præcepta sunt, ejus contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, et cæteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem, aut temporis incommoditatem, vel itineris asperitatem, grave ad hanc sedem ejus causam deferre fuerit, tunc ad ejus primatem causa deferatur, et penes ipsum hujus sanctæ sedis auctoritate judicetur. Similiter si aliquis episcoporum metropolitanum suspectum habuerit, apud primatem diœceseos, aut apud hanc apostolicam sedem audiatur. Qui major est vestrum, secundum Dominicam jussionem, sit vester minister, et quanto major es in omnibus, humilia te ipsum. Charissimi, nolite inter vos contendere, nec quærat aliquis major esse, sed, juxta Apostolum, Diligite vos invicem, « quia charitas ex Deo est, et omnis qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Dominum. Qui non diligit, non novit Deum, quoniam Deus charitas est. » Pascite, inquit princeps apostolorum, « qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie. Neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregi ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam (*I Petr.* v, 24). » Et juxta alium apostolum : « Fratres, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab apostolis Jesu Christi qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores secundum desideria ambulantes impietatum. Hi sunt qui segregant semetipsos animales, spiritum non habentes. Vos autem, charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei servate, exspectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicantes, illos vero servate de igne recipientes. Aliis autem miseremini in timore,

odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam (*Jud.*, 17-23). » Prohibete, fratres, per universas regionum vestrarum Ecclesias, ut clerici, qui laicis et simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitiæ et gravitatis exemplar esse debent ac seipsos tanquam signum purioris vitæ rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, juxta Apostolum, comam non nutriant, sed desuper caput in modum spheræ radant, quia sicut discreti debent esse in conversatione, ita et in tonsura et omni habitu discreti debent apparere. Hæc vobis, fratres, ut petistis custodienda mittimus, et custodire præcipimus, « ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris, » cui honor et imperium per æterna sæcula. Data octavo Kalend. Junii, Galliano et Rufino consulibus.

INCIPIUNT DECRETA SOTHERIS PAPÆ.

De fide.

(Anno Domini 168, tempore Antonini Commodi.)

Sother apostolicæ sedis archiepiscopus, Campanis omnibus salutem in Domino.

Gaudere vos oportet, fratres, quod divina largiente gratia familiares Domini vocamini, ejusque sacerdotii dignitate fungimini. Nunc autem rogo vos ut circa plebes vobis commissas laborare dignemini, et fructuosos manipulos Domino reportare nitamini. Paulus enim apostolus de fide ita loquitur, dicens : « Quod ante promiserat, ait, per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo qui factus est ei ex semine David, secundum carnem (*Rom.* I, 2). » Item ipse ad Galatas : « Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum ex muliere factum sub lege (*Galat.* IV, 4). » Et ad Philippenses : « In similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo (*Philipp.* II, 7). » Et in psalmo tricesimo : « Infirmata est in paupertate virtus mea, et ossa mea conturbata sunt, et super inimicos meos factus sum opprobrium (*Psal.* XXX, 11). » Item ibi : « Oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquam vas perditum (*Ibid.* 13). » Et in septuagesimo : « Tanquam prodigium factus sum multis, et tu adjutor fortis (*Psal.* LXX, 7). » Et in septuagesimo secundo : « Ut jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum (*Psal.* LXXII, 22). » Et in octogesimo sexto : « Mater Sion dicet : Homo, et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus (*Psal.* LXXXVI, 5). » Et in septuagesimo septimo : « Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber (*Psal.* LXXVII, 5). » Et in centesimo octavo : « Et factus sum illis opprobrium, viderunt me, et moverunt capita sua (*Psal.* CVIII, 15). » Et in centesimo primo : « Vigilavi et factus sum sicut passer solitarius in tecto (*Psal.* CI, 5). » Et in Evangelio : « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (*Joan.* I, 14). » Filius igitur secundum carnem dicitur factus. Nam secundum divinitatem a Patre nusquam dicitur factus, sed genitus; dum enim Pater loquitur, Filius loquitur, et cum Filius loquitur Patrem in illo esse loquentem documentis cœlestibus comprobatur, Paulo apostolo attestante, qui ait : Multis partibus multisque modis olim **27** Deus locutus est Patribus in prophetis, novissime autem locutus est nobis in Filio. Et ut eumdem Filium, excepto Patris præcepto, doceam fuisse locutum, ex Isaiæ prophetæ volumine proferimus documentum. « Hæc dicit Dominus : In illa die sciet populus meus, quoniam ego ipse qui loquebar in servis meis prophetis, evangelizans auditum pacis, et ecce adsum. » Item ibi : « Ego sum dominus qui loquor justitiam, et annuntio veritatem. » Item ibi : « Cogitavi, et locutus sum, et adduxi, et creavi et feci. » Et Apostolus : « An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus (*II Cor.* XIII, 3). » Et in psalmo centesimo decimo octavo : « Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar (*Psal.* CXVIII, 46). » Et ipse Dominus in Evangelio cæco a se illuminato dicit : « Et vidisti eum et quia loquitur tecum ipse est (*Joan.* IX, 36). » Et Samaritanæ mulieri ait : « Ego sum qui loquor tecum (*Joan.* IV, 26). » Et ad discipulos : « Verba quæ locutus sum vobis, spiritus et vita sunt (*Joan.* VI, 64). » Et ad Patrem : Ego ad te venio, et hæc loquor in mundo. Et iterum Judæis dixit : Loquor vobis, et non auditis. Si autem venerit alius, illum audietis. Et iterum : Hæc locutus est Dominus in gazophylacio docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora ejus. Ecce in his omnibus, quæ superius dicta sunt, non docetur Filius præcepto Patris fuisse locutus, sed magis proprium exercuisse in loquendo sermonem. Isaias quoque propheta ait : Hæc dicit Dominus : Ego feci terram sensu meo, et hominem super eam, ego solidavi cœlum manu mea, ego omnibus sideribus mandavi ut lucerent in cœlo. Item ibi : Ego omne consilium meum statui, et omnia quæcunque cogitavi ego feci. Item ibi : Sic dicit Dominus, qui constituit cœlum et terram, et fecit eam et fundavit eam. Item ibi : Ego primus, et ego in æternum, manus mea fundavit terram. Dextera mea solidavit cœlum. Et in Jeremia : Ego feci terram in fortitudine mea magna, et in brachio meo excelso. Item ibi : Dominus fecit terram in virtute sua magna, et erexit orbem terræ in sapientia, et prudentia sua extendit cœlum et posuit sonum aquæ in cœlo. Defendite, charissimi, ego rogo vos, contra malivolos homines inconcussum Ecclesiæ statum, ut vos Christi dextera defendat in ævum. Data Nonas Maii, Rustico et Aquilino IV consulibus.

EPISTOLA SOTHERIS PAPÆ.

Dilectissimis fratribus per Italiæ provincias sanctis constitutis episcopis, SOTHER papa.

Divinis præceptis et apostolicis monitis informamur, ut pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, at si quid usquam reprehensioni invenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantiæ imperitia et præsumptionis usurpatione revocemus. Sacratas Deo feminas vel monachas, sacra vasa vel sacratas pallas penes vos contingere et incensum circa altaria deferre perlatum est ad apostolicam sedem, quæ omnia reprehensione et vituperatione plena esse, nulli recte sapientium dubium est. Quapropter hujus sanctæ sedis auctoritate, hæc omnia vobis resecare funditus, quanto citius poteritis, censemus, et ne pestis hæc latius divulgetur per omnes provincias, abstergi citissime mandamus, ait enim Apostolus : « Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo (*II Cor.* XI, 2). » Illa est enim virgo Ecclesia, sponsa unius viri Christi, quæ nullo se patitur errore vel inhonesta reprehensione vitiari, ut per totum mundum una sit nobis unius castæ communionis integritas. Unde consurgite, charissimi, cum Domino, et assistite ei induentes arma spiritus adversus malignantes contra fidem ejus, et probetur spiritus sapientiæ, id est, verba illorum si ex Deo sunt. Scriptum est enim in Jeremia : « Probatorem dedi te in populum meum robustum, et scies, et facies, et probabis viam illorum (*Jerem.* VI, 27). » Multum namque nobis necessaria est vigilantia tanti sacramenti sapientiæ discretionis, quæ occulta tenebrarum revelat, ad requisitionem hujusmodi rei et scrutationem, quoniam latet quodammodo et absconditur, vixque comprehenditur dolosa existens malitia pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium mentem latere. Quod utique sciens beatus Apostolus, ait : « Nam hujusmodi pseudoapostoli, operarii subdoli, transfigurant se in apostolos Christi (*II Cor.* XI, 13). » Sed non mirum quando ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis, si ministri ejus transfigurantur velut ministri justitiæ, quorum finis secundum opera eorum. Sed et Dominus in hoc præmuniens nos, ait : « Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; a fructibus eorum cognoscetis eos (*Matth.* VII, 15, 16). » Ergo in idipsum ex toto corde vestro referentes, ante omnia, super tali quæstione deprecationem, et dicentes cum David : « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua ; lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis (*Psal.* CXVIII, 18, 105). » Quoniam, ut ait beatus Daniel propheta, « sapientia et fortitudo ejus sunt (*Dan.* II, 20), » dat sapientiam sapientibus, et scientiam intelligentibus et disciplinam ; ipse revelat profunda et abscondita, et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est. Quia sapientiam et fortitudinem dedisti mihi et ostendisti mihi quæ rogavi te. Data X Kalend. Junii, Cetico et Clero IV consulibus.

INCIPIUNT DECRETA ELEUTHERII PAPÆ.

(Anno Domini 177, tempore Antonini Commodi.)

ELEUTHERIUS episcopus, universis Ecclesiis per Galliæ provincias Domino militantibus, in Domino salutem.

Magno munere misericordiæ Dei totius Ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum multos populos ad Domini servitium festinare cognovimus. Qua de re necessarium judicavimus vos instruere, ut escas quas vitare vos audivimus irrationabiliter non respuatis. Scitis, fratres, legislatorem docuisse, omnia quæ creavit Deus erant valde bona, et ipsa per se Veritas ait : « Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod exit de ore (*Matth.* XV, 11.) » Unde constat non debere refutare escas communes quas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Et in Actibus apostolorum, de mundis escis legitur ita : « Postera autem die iter tribus facientibus domesticis cum Petro, et appropinquantibus civitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam, et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem eis cecidit super eum mentis excessus : et vidit cœlum apertum et descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia et serpentia terræ, et volatilia cœli. Et facta est vox ad eum : Surge, Petre, occide et manduca. Ait autem Petrus : Absit, Domine, quia nunquam manducavi omne commune et immundum. Et vox iterum secundo ad eum : Quæ Dominus purificavit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per ter, et statim vas receptum est in cœlum (*Act.* X, 9, 16). »

De accusationibus ergo clericorum, super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferre, finitiva episcoporum tantum judicia huc deferantur, et hujus sanctæ sedis auctoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum consensu episcoporum jam definitum est. Nec in eorum Ecclesiis alii aut præponantur, aut ordinentur antequam hic eorum juste terminentur negotia, quoniam quamvis liceat apud provinciales et metropolitanos atque primates eorum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet diffinire secus quam præ-

dictum est. Reliquorum vero clericorum causas apud provinciales et metropolitanos ac primates et ventilare et juste diffinire licet, judicantem tamen oportet cuncta rimari, et ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi, adjiciendique præbita patientia ab eo, ut ubi actio ambarum partium limitata sit pleniter. Nec litigantibus judex prius sua velit sententia obviare nisi quando ipsi jam peractis omnibus nihil habeant in quæstione quod proponant, et tandiu actio ventiletur, quousque rei veritas inveniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat quod annecti conveniat; induciæ enim non modicæ ad inquirendnm dandæ sunt, ne aliquid præpropere agi a quacunque parte videatur, quia per subreptionem multa proveniunt. Nihil tamen absque legitimo et idoneo accusatore fiat. Nam et Dominus noster Jesus Christus Judam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est ejectus. Et quidquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum mansit. Nam si leges sæculi accusatores requirunt, quanto magis ecclesiasticæ regulæ! docent enim terrestria et humana quæ sint ecclesiastica atque cœlestia. De accusationibus vero comprovincialibus ita legitur esse statutum : Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit in provincia in qua consistit ille qui pulsatur suas exerceat actiones, nec æstimet eum alibi aut longius ad judicium protrahendum. Illi vero qui pulsatus fuerit, si judicem suspectum habuerit, liceat appellare. Caveant etiam judices Ecclesiæ ne absente eo cujus causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, imo etiam causam pro facto dabunt.

Proditoris vero nec calumnia nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere quam ille qui injuriam, ejusque sustinuit nequitiam. Oppressis namque ab omnibus in cunctis subveniatur causis. Hæc omnia summopere sunt attendenda. Nec criminatio minorum, quanto magis episcoporum facile est recipienda, dicente Domino : « Non sequeris turbas ad faciendum malum (*Exod.* XXIII, 2). » Et alibi : « Non suscipias vocem mendacii (*Ibid.* 1). » Et in Paralipomenon legitur : « Omnia corda scrutatur Dominus (*I Psal.* XXVIII, 9), » et omnem cogitationem novit; homo vero videt in facie, Deus autem in corde. Et alibi scriptum est : Non potest humano condemnari examine quem Deus suo reservavit judicio. Igitur omne pondus et circumstantia adversariorum documenta per patientiam, fratres, comprimere satagite, scientes quia subversi sunt hujusmodi et delinquunt proprio ore damnati, quia qui fratres accusant vel infestant, non eos diligunt, sed magis negligunt et peccant, dicente Apostolo : « Dilectio proximi malum non operatur (*Rom.* XIII, 10). » Et alibi : « Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? » Nos enim humiles corde, ad ea quæ recta sunt, adjutore Domino sapienter vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, religionem catholicam in omnibus fortiter defensantes, improbis probe resistere non negligimus, unde dictum est : Negligere enim, cum possis deturbare perversos, nihil aliud est quam fovere, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. Hujus rei gratia universalis vobis a Christo Jesu commissa est Ecclesia, ut pro omnibus laboretis, et cunctis opem ferre non negligatis; frater autem fratrem adjuvans exaltabitur, et illudens dissipabitur. Quapropter relevate semper oppressos, corripite inquietos, ut zizania Dominicam messem non possit suffocare. Data v Idus Julii, Paterno et Bardua consulibus.

28 INCIPIUNT DECRETA VICTORIS PAPÆ.

De Pascha et causis reliquis.

(Anno Domini 189, tempore Helvii Pertinacis.)

Victor Romanæ ac universalis Ecclesiæ archiepiscopus Theophilo episcopo et cunctis fratribus in Alexandria Domino famulantibus in Domino salutem.

Multa mihi gratulatio, dilectissimi fratres, quod manifestato sicut optamus per gratiam Dei lumine evangelicæ claritatis et ab Ecclesia jam magna ex parte perniciosi erroris nocte depulsa, creditæ nobis dispensationis fructus crescit, et augmentatur in Domino. Celebritatem sancti Paschæ die Dominica agi debere prædecessores nostri jam statuerunt, et nos illud eadem die celebrari solemniter mandamus, quia non decet ut membra a capite discrepent, nec contraria gerant. A quarta decima vero luna primi mensis usque ad vicesimum primum ejusdem mensis diem eadem celebretur festivitas. Eodem vero tempore baptismus celebrandus est catholicus, sed tamen si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit gentiles ad fidem venientes quocunque loco, vel momento, ubicunque evenerit, sive in flumine, sive in mari, sive in fontibus, tamen, Christianæ confessione credulitatis clarificata, baptizentur. Ipsis quoque quod in baptismo polliciti sunt summopere est attendendum, ne infideles, sed fideles inveniantur. Ipsi vero qui infidelitatis nota asperguntur, infames efficiuntur, atque inter fideles

minime reputantur. Hæc vero statuta nulla debent improbitate convelli, nulla novitate mutari, quia alia ratio est causarum sæcularium, alia est divinarum.

Audivimus namque apud vos vestrosque diversa judicia fieri, et incerta judicari. Incerta, charissimi, nullatenus judicemus, quoadusque veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, quia quamvis vera sint, non tamen credenda, nisi quæ manifestis judiciis comprobantur, nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur. Similiter ea vos judicare ad apostolicam delatum est sedem, quæ præter nostram vobis definire non licet auctoritatem episcoporum causas, unde ita constitutum liquet a tempore apostolorum et deinceps placuit ut accusatus vel judicatus a comprovincialibus in aliquam causam episcopus licenter appellet et adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos ejus retractari negotium procuret; et dum iterato judicio pontifex causam suam agat, nullus alius in ejus loco ponatur aut ordinetur episcopus, quoniam, quanquam comprovincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffinire inconsulto Romano pontifice permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit Domino : Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlo, et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlo. Et alibi in institutis legitur apostolicis : Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud patriarcham vel primatem diœceseos, aut penes universalis apostolicæ Ecclesiæ judicetur sedem. Nihil aliud est, fratres, talis præsumptio, nisi apostolorum suorumque successorum terminos transgredi, eorumque decreta violare. Culpantur enim, ut scriptum est, fratres, quia aliter circa episcopos judicare præsumunt quam apostolicæ sedis papæ fieri placuerit. Et quis est qui judicat eum quem Dominus sibi et huic sanctæ sedi reservari voluit judicandum? Ait namque Dominus per prophetam Isaiam : « Domine Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus, ideo posui faciem meam ut petram durissimam, et scio quia non confundar, juxta est qui justificat me. Quis contradicit mihi? stemus simul. Quis est adversarius meus? accedat ad me, ecce Dominus Deus meus, auxiliator meus. Quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui? Quis ambulavit in tenebris, et non est lumen ei? Speret in nomine Domini, et innitatur super Deum suum. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, et in flammis quas succendistis. De manu me factum est hoc vobis, in doloribus dormietis. Audite me qui sequimini quod justum est, et quæritis Dominum, attendite ad petram, unde excisi estis, et ad cavernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram quæ peperit vos, quia unum vocavi eum, et benedixi ei, et multiplicavi eum. Consolabitur ergo Dominus Sion, et consolabitur omnes ruinas ejus. Et ponet desertum ejus quasi delicias, et solitudinem ejus quasi hortum Domini; gaudium et lætitia invenietur in ea, gratiarum actio et vox laudis. Attendite ad me, populus meus, et tribus mea, me audite. Quia lex a me exiet et judicium meum in lucem populorum requiescet; prope est justus meus, egressus est salvator meus, et brachium meum populos judicabit; me insulæ exspectabunt et brachium meum sustinebunt. Levate in cœlum oculos vestros, et videte sub terra deorsum, quia cœli sicut fumus liquescent, et terra sicut vestimentum atteretur, et habitatores ejus sicut hæc interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet. Audite me qui scitis justum, populus meus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum et blasphemias eorum; sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, et sicut lanam, sic devorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea in generatione et generationem (*Isa.* L, 7, 21; LI, 1, 2). » Multis mundi hujus illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut veræ charitatis et continentiæ obtineatur integritas. Dominus enim nullum vult perire, sed omnes salvos fieri. Certus autem sum vos ad hæc emendanda vel defendenda Domino auxiliante proficere. Data XIII Kal. Augusti, Commodo et Gratiano IV consulibus.

CUJUS SUPRA EPISTOLA AD APHROS.

De causis superioribus.

VICTOR Romanæ Ecclesiæ urbis archiepiscopus, universis episcopis per Africam constitutis in Domino salutem.

Semper enim in æterno consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum per Dominum nostrum Jesum Christum temporaliter gerendarum dispositione verbi divini sumpsit exordium. Quapropter oportet vos, fratres, unanimes esse, et adminiculum vicissim ferre : in recta ergo fide et in sacramentis divinis non discrepare, sed concordes esse, quia licet pauci sitis malorum comparatione, si tamen concordes fueritis, facile, auxiliante Domino, vestros insidiatores superabitis. Si vero discordes, quod absit, fueritis, non superabitis, sed superabimini. Perlatum est enim ad sedem apostolicam aliquos vestrum nocere fratres velle, et ut cadant, decertare, similiter in sacramentis discrepare, et ob id contentiones et æmulationes inter vos fieri; a quibus dissensionibus vos avertere, et in his omnibus concordare, et opem ferre vicissim

mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, et vicissim reconciliari non studueritis, ab apostolicæ sedis et totius Ecclesiæ communione vos pelli non dubitetis, nec attenditis, charissimi, qualiter Dominus per Isaiam prophetam talibus comminatus est, dicens : « Dominus eis locutus est verbum hoc, luxit et defluxit terra, et infirmata est, defluxit orbis, et infirmata est altitudo populi terræ, et terra interfecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, et peccabunt habitatores ejus, ideoque insanient cultores ejus, et relinquentur homines pauci, luxit vindemia, infirmata est vitis; ingemuerunt omnes qui lætabantur corde; cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ; cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam; attrita est civitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia; translatum est gaudium terræ, relicta est in urbe solitudo, et calamitas opprimet portas. Quia hæc erunt in medio terræ, et in medio populorum, quomodo si paucæ olivæ quæ remanserunt, excutiantur ex olea, et racemi, cum fuerit finitima vindemia. Hi levabunt vocem suam atque laudabunt : cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum, et in insulis maris nomen Domini Dei Israel (*Isa.* XXIV, 3, 15). » Et Dominus, in oratione quam discipulos suos docuit orare, ait : « Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. » In bonis et justis hominibus sanctificatur nomen Domini, et in malis blasphematur, et ipsa per se Veritas ait : « Si offers munus tuum ad altare, et recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ad altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et postea offeres munus tuum. » Nulli vero liceat doctrinam evangelicam deserere, et sacerdotali honore gaudere. Data Kal. Septembris, Laterano et Ruffino IV cc. consulibus.

INCIPIUNT DECRETA ZEPHERINI PAPÆ.

(Anno Domini 208, tempore Severi imperatoris.)

Romanæ urbis archiepiscopus ZEPHERINUS omnibus per Siciliam constitutis episcopis in Domino salutem.

Divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus quæ nos per dignationis suæ misericordiam ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, et in quadam sacerdotum ejus speculatione constituti, prohibeamus illicita et sequenda doceamus. Sicut stellas cœli non extinguit nox, sic mentes fidelium firmamento inhærentes sanctæ Scripturæ non obscurat mundana iniquitas. Idcirco meditari vos oportet et Scripturas, et præcepta divina, quæ in Scripturas continentur, diligenter attendere, ne transgressores legis Dei, sed impletores appareatis. Patriarchæ vero vel primates accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam proferant finitivam, quam apostolica fulti auctoritate, ac reum seipsum confiteatur, aut per innocentes et regulariter examinatos convincatur testes. Qui minori non sint numero quam illi discipuli fuerunt, quos Dominus ad adjumentum apostolorum eligere præcepit, id est septuaginta duo. Detractores quoque divina auctoritate eradicandi sunt, et auctores inimicorum ab episcopali submovemus accusatione vel testimonio, nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut dispereat, neque in re dubia certa judicetur sententia, nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habitum teneatur. Absens vero nemo judicetur, quia et divinæ et humanæ hoc prohibent leges. Accusatores autem eorum omni careant suspicione, quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, non a quibuslibet agitari. Nullum autem eorum sententia a non suo judice dicta constringat, quia et leges sæculi id ipsum fieri præcipiunt. Duodecim enim judices quilibet episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus ejus causa juste judicetur, nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur, quam ipsi per se eligantur, et regulariter vocatus ad suorum primo conventum episcoporum, per eos ejus causa juste audiatur et rationabiliter discernatur. Finis vero ejus causæ ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur. Nec antea finiatur, sicut ab apostolis vel successoribus eorum olim statutum est, quam ejus auctoritate fulciatur; ad eam quoque ab omnibus (maxime tamen ab oppressis) appellandum est et concurrendum quasi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, auctorite defendantur, et a suis oppressionibus releventur, quia non potest, nec debet mater oblivisci filium suum.

29 Judicia enim episcoporum, majoresque Ecclesiæ causæ a sede apostolica et non ab alia, sicut apostoli et sancti successores eorum statuerunt, cum aliis episcopis sunt terminandæ; quia licet in alios transferant episcopos, beato tamen apostolo Petro dictum est : Quæcunque ligaveris super terram erunt ligata et in cœlis, et quæcumque solveris super terram erunt soluta et in cœlis. Et reliqua privilegia quæ soli huic sanctæ sedi concessa sunt, et in constitutis apostolorum, eorumque successorum, aliis quamplurimis cum eis concinentibus, habentur inserta. Septuaginta enim apostoli sententias præfixerunt cum aliis quamplurimis

episcopis, et servandas censuerunt. De occultis enim alieni cordis temere judicare peccatum est, et eum cujus non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehendere, cum eorum quæ hominibus sunt incognita solus Deus judex sit; ipse vero novit abscondita cordis, et non alius; injusta enim judicia ab omnibus cavenda sunt, maxime tamen a servis Domini. Servum autem Dei non oportet litigare, nec quemquam damnare. Episcopi namque a plebibus, et clero, et Domini a servis ferendi sunt, ut sub exercitatione tolerantiæ sustineantur temporalia, sperentur æterna. Auget enim merita virtutis quod propositum non violat religionis. Satagendum est nobis ne aliquis fratrum nostrorum graviter laceretur vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppressis, et liberare eos de manu persequentium, ut cum beato Job dicatis : « Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum, justitia indutus sum, et vestivi me vestimento et diademate, judicio meo; oculus fui cæco, et pes claudo; pater eram pauperum, et causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebam prædam (*Job.* XXIX, 13), » et reliqua. Vos ergo, qui in specula a Domino estis positi, comprimere et repellere eos summopere debetis qui fratribus insidias præparant, aut in eos seditiones et scandala excitant. Facile est enim verbo fallere hominem, non tamen Deum. Ideo hos repellere, et ab his vos cavere oportet, quatenus exstincta funditus hujus modi caligine, lucifer eis resplendeat et lætitia oriatur, sanctissimi fratres. Data XII Kalendas Octobris, Saturnino et Gallicano IV cc. consul.

ITEM EPISTOLA EJUSDEM ZEPHIRINI PAPÆ.

Charissimis fratribus per Ægyptum Domino militantibus ZEPHERINUS Romanæ urbis archiepiscopus.

Tantam a Domino hujus sanctæ sedis, et apostolicæ Ecclesiæ fundatore, et beato Petro principe apostolorum, accepimus fiduciam, ut pro universali Christi sanguine redempta Ecclesia, impigro laboremus affectu, et omnibus Domino famulantibus succurramus, et cunctis pie viventibus apostolica auctoritate opem feramus. Omnes qui in Christo volunt pie vivere, necesse est, ut ab impiis et dissimilibus patiantur opprobria, et despiciantur tanquam stulti et insani, ut meliores et purgatiores efficiantur. Qui bona temporalia perdunt ut percipiant æterna. Eorum vero despectio et irrisio in ipsos retorquebitur qui eos affligunt et contumeliis afficiunt, cum et abundantia eorum in egestatem, et superbia transierit in confusionem. Nuntiatum est enim sedi apostolicæ per apocrisiarios nostros quosdam fratrum nostrorum episcoporum videlicet ab Ecclesiis et sedibus propriis pelli, suaque eis auferri supellectilia, et sic nudos et exspoliatos ad judicia vocari, quod omni ratione caret, cum constituta apostolorum eorumque successorum, et præcepta imperatorum, ac constitutiones legum idipsum prohibeant, et apostolicæ sedis auctoritas idipsum fieri vetet. Præceptum est ergo, in antiquis statutis, episcopos ejectos atque suis rebus exspoliatos, in Ecclesiis propriis recipi, et primo sua omnia eis reddi, et demum quos eos juste accusare voluerit æquo periculo facere. Judices esse decernentes, episcopos recta sapientes, et in Ecclesia convenientes ubi testes essent singulorum qui oppressi videbantur. Nec prius eos respondere debere quam omnia sua eis et Ecclesiis eorum legibus integerrime restituantur. Nec mirum, fratres, si vos persequuntur cum caput verum Christum Dominum nostrum usque ad mortem sunt persecuti. Ipsæ tamen persecutiones patienter portandæ sunt, ut ejus discipuli esse cognoscamini, pro quo et patimini, unde et ipse ait : « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam (*Matth.* v, 10); » his fulti suffragiis non multum debemus timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis Dominus jubet per Isaiam prophetam dicens : Audite me qui scitis judicium, populus meus in quorum cordibus lex mea est. Nolite timere opprobrium hominum, et blasphemias eorum ne timeatis, considerantes quod in psalmo scriptum est : « Nonne Deus requirit ista, ipse enim novit abscondita cordis (*Psal.* XLIII, 22), » et cogitationes talium hominum quoniam vanæ sunt; « Vana autem locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde et corde locuti sunt mala. Sed disperdet Deus universa labia dolosa et linguam magniloquam. Qui dixerunt labia nostra a nobis sunt, quis noster Dominus est (*Psal.* XI, 3-5) ? » Nam si hæc in memoria retinerent, minime ad tantam prosilirent iniquitatem. Non enim probabili et paterna doctrina hoc faciunt, sed ut suam exerceant in servos Dei vindictam. Scriptum namque est : Via stulti recta in oculis ejus (*Prov.* XII, 15). » Et : « Sunt viæ quæ videntur homini justæ, novissima autem earum deducunt ad mortem (*Prov.* XIV, 12). » Nos enim qui hæc patimur, judicio Dei hæc reservare debemus, qui reddet unicuique secundum opera ejus. Qui etiam per ministros suos intonuit dicens : « Mihi vindictam, ego retribuam (*Rom.* XII, 19). » Vos enim in recta fide et opere ac bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manum, quoniam in hoc ait Dominus : « Cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem (*Joan.* XIII, 35); » unde et ipse per Prophetam loquitur, dicens : « Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum (*Psal.* CXXXII, 1). » Spiritali dico habitaculo et concordia quæ in Deo est et unitate fidei, hujus delectabilis secundum veritatem habitaculi quæ videlicet in

Aaron magis decorabatur, atque sacerdotibus induentes dignitatem sicut unguentum super caput principalem intellectum irrigans, et usque ad ipsam extremam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem et æternam vitam promisit Dominus. Hujus igitur propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, præsentem fraternam syllabam exposuimus, nostra propter charitatem minime quærentes, aut quæsituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo secundum vulgarem fabulam excutere palum. Absit; non enim sunt ista nostra. Hæc enim avertat Divinitas. Justo judicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, ut qui spiritu Dei juvantur et aguntur, fiant per laborum exercitia clariores, ipsis tamen qui eos persequuntur et exprobrant atque detrahunt, erit proculdubio væ. Væ, væ illis qui detrahunt servis Dei, quia detractio eorum ad eum pertinet, cujus ministerium agunt, et vice funguntur. Oramus autem, ostium circumstantiæ (qui neminem perire aut labiis suis pollui volumus) eorum moribus imponi, et verbum minime nocivum concipere, aut ore proferre unde, et Dominus per prophetam loquitur, dicens: « Dixi: Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea (*Psal.* XXXVIII, 2). » Dominus omnipotens et ejus unigenitus Filius, et Salvator noster Jesus Christus hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus, quibuscunque tribulationum molestiis laborantibus, viribus quibus potestis, succurratis, et eorum, ut dignum est, injurias vestras æstimetis, maximum adminiculum eis verbis et factis præbeatis, ut ejus discipuli inveniamini veri qui fratres ut se omnibus diligere præcepit. Ordinationes vero presbyterorum et levitarum tempore congruo et multis coram astantibus solemniter agite, et probabiles ac doctos viros ad hoc opus provehite, ut de eorum societate et adjumento plurimum gaudeatis. Ponite indesinenter corda vestra in virtute Dei et enarrate hæc et cætera divina verba in progenies alteras, quoniam hic est Deus noster in æternum, et ipse reget nos in sæcula. Data VII Idus Novembris, Saturnino et Gallicano consulibus.

INCIPIUNT DECRETA CALIXTI PAPÆ.

De jejunio quatuor temporum, et reliquis causis.

(Anno Domini 217, tempore Severi imperatoris.)

CALIXTUS archiepiscopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ BENEDICTO, fratri et coepiscopo, salutem in Domino.

Fraternitatis amore constringimur, et apostolico moderamine cogimur, ut consultis fratrum prout Dominus dederit, respondeamus, eosque apostolicæ sedis auctoritate instruamus. Jejunium quod ter in anno apud nos celebrare didicistis, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, ut sicut annus per quatuor volvitur tempora, sic et nos quaternum solemne agamus jejunium, per anni quatuor tempora, et sicut replemur frumento, vino et oleo ad alenda corpora, sic repleamur jejunio ad alendas animas, juxta prophetæ Zachariæ vocem, qui ait: « Factum est verbum Domini ad me dicens: Hæc dicit Dominus exercituum. Sicut cogitavi ut affligerem vos cum ad iracundiam provocassent me patres vestri, et non sum misertus, sic conversus cogitavi in diebus istis ut benefaciam Jerusalem et domui Juda. Nolite timere, hæc sunt verba quæ facietis. Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, veritatem et judicium pacis judicate in portis vestris, et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, et juramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odivi, dixit Dominus exercituum. Et factum est verbum Domini exercituum ad me dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Jejunium quarti, et jejunium quinti, et jejunium septimi, et jejunium decimi erit domui Judæ in gaudium et lætitiam, et in solemnitates præclaras; veritatem tantum et pacem diligite, dixit Dominus exercituum. » In hoc ergo omnes nos unanimes oportet esse, ut secundum apostolicam doctrinam idipsum dicamus omnes, et non sint in nobis schismata. Simus autem perfecti in eodem sensu, et in eadem scientia, in cujus operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem. Non decet enim a capite membra dissidere, sed juxta sacræ Scripturæ testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium est, quod apostolica Ecclesia mater sit omnium Ecclesiarum a cujus vos regulis nullatenus convenit deviare. Et sicut Filius venit facere voluntatem Patris, sic et vos voluntatem vestræ impleatis matris, quæ est Ecclesia, cujus caput, ut prædictum est, Romana existit Ecclesia. Quidquid ergo sine discretione justitiæ contra hujus disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

Criminationes vero contra doctorem nemo suscipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec servos dominos lacerare. Filii ergo sunt doctorum omnes quos instruunt. Et sicut filii patres carnales, sic et hi patres debent diligere spirituales. Non enim bene vivit, qui non recte credit, aut patres reprehendit, vel detrahit suos; doctores ergo qui et patres vocantur magis portandi quam reprehendendi sunt, nisi in recta fide erraverint. Nullus

ergo doctorem per scripta accuset, nec nisi fideli et legitimo qui etiam irreprehensibilem vitam ac conversationem ducat accusatori, respondeat, quia indignum est ut doctor stulto et indocto atque reprehensibiliter viventi respondeat juxta stultitiam suam, dicente Scriptura : « Non respondeas stulto juxta stultitiam suam (*Prov.* XXVI, 4) ; » non bene vivit qui non recte credit. Nihil mali vult qui fidelis est. Si quis fidelis est, videat ne falsa loquatur, aut cuiquam insidias ponat. Fidelis homo semper fideliter agit, et infidelis callide insidiatur, atque fideles et pie ac juste viventes perdere nititur, quia similis similem sibi quærit. Infidelis homo mortuus est in corpore vivente. Et contra sermones fidelis hominis vitam custodiunt auditorum. Doctorem enim catholicum, et præcipue domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet machinatione, aut cupiditate violari, dicente quippe Scriptura sancta : « Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere (*Eccli.* XVIII, 30) ; » multis hujus mundi illecebris, multis vanitatibus resistendum est ut veræ continentiæ obtineatur integritas. Cujus prima est labes superbia, initium transgressionis, et origo peccati, quoniam mens sponte avida nec abstinere novit nec pietati adhibere consensus. Nullus bonorum inimicum habet nisi malum. Qui ideo esse permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Quidquid ergo irreprehensibile est catholica defendit Ecclesia. Nulli imperatori vel cuiquam pietatem custodienti, licet aliquid contra mandata divina præsumere. Injustum ergo judicium, et diffinitio injusta regio metu aut jussu, aut cujuscunque episcopi aut potentis a judicibus ordinata vel acta non valeat, homini religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, nisi etiam eas exstinguere bene loquendo studuerit. Melior est in malis factis humilis confessio quam in bonis superba gloriatio. Omnes vero qui amant vitam beatam, malunt eam tranquillitatis suæ et justitiæ statu currere quam nostrorum peccatorum pœnis ultricibus interpolari. Memor enim sum me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cujus a Domino Jesu Christo est glorificata confessio, et cujus fides omnes semper destruit errores. Et intelligo aliter mihi non licere quam ut omnes conatus meos ei causæ in qua universalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. Spero autem adfuturam misericordiam Dei quod cooperante ejus clementia omnis pestifer morbus ipso pellente auferatur. Et quidquid ipso inspirante atque auxiliante poterit salubriter fieri, cum tuæ fidei et devotionis laude peragatur, quoniam res omnes aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad divini muneris famulatum pertinent, sacerdotalis defendat auctoritas. Data XI Kalen. Decembris, Antonio et Alexandro consulibus.

EPISTOLA PAPÆ CALIXTI AD OMNES GALLIÆ EPISCOPOS

De conspirationibus et reliquis causis illicitis ne fiant.

Dilectissimis fratribus per Gallias constitutis, universis episcopis CALIXTUS.

Plurimorum relatu comperimus, dilectionem vestram fervore Spiritus sancti ita Ecclesiæ gubernacula firmiter contra impetus tenere et regere, ut naufragia aut naufragiorum detrimenta Deo auctore non sentiat. Talibus igitur gloriantes indiciis, rogamus ne in illis partibus contra statuta apostolica quidquam fieri sinatis ; sed nostra fulti auctoritate nociva compescite, illicita prohibete. Conspirationum vero crimina vestris in partibus vigere audivimus, et plebes contra episcopos suos conspirare nobis mandatum est. Cujus criminis astutia non solum inter Christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos, et ab exteris legibus prohibita. Et idcirco hujus criminis reos non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi damnant leges, et non solum conspirantes, sed etiam consentientes eis. Antecessores vero nostri cum plurima turba episcoporum, quicunque eorum in sacerdotali honore sunt positi, aut existunt clerici, honore quo utuntur cadere præceperunt. Cæteros vero communione privari, et ab Ecclesia extorres fieri jusserunt, omnesque simul utriusque ordinis viros infames esse censuerunt, et non solum facientes, sed et eis consentientes. Justum est enim, ut qui divina contemnunt mandata, et inobedientes patrum existunt jussionibus, severioribus corrigantur vindictis, quatenus cæteri timorem habeant talia committere, et Deus gaudeat fraternitate ac concordia, et cuncti sumant severitatis atque bonitatis exemplum. Nam, si, quod absit, ecclesiasticam sollicitudinem vigoremque negligimus, perdit desidia disciplinam, et animabus fidelium profecto nocebitur. Hi vero in nullius accusationem sunt recipiendi, nec eorum vel anathematizatorum vox ulli nocere vel accusare potest.

Excommunicatos quoque a sacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis justam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec ave eis dicat. Quia quicunque in his vel in aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, juxta apostolorum institutionem et ipse simili excommunicationi subjacebit. Ab his ergo clerici et laici se abstineant qui eadem pati noluerint. Infidelibus quoque nolite conjungi, nec cum eis ullam participationem habere. Talia vero agentes non fideles, sed infideles judicantur ; unde ait Apostolus : « Quæ pars fideli cum infideli, (*II Cor.* VI, 15), » aut quæ participatio justitiæ cum iniquitate. Nemo quoque alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum judicare, aut excommunicare præsumpserit, quia talis judicatio, aut excom-

icatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires habebit, quoniam nullus alterius judicis nisi ententia tenebitur, aut damnabitur, unde et inus loquitur, dicens : « Ne transgredia- erminos antiquos quos posuerunt patres tui . XXII, 28). » Nullus autem primas vel metro- anus diœcesani Ecclesiam vel parochiam aut em de ejus parochia præsumat excommunicare, ndicare, vel aliquid agere absque ejus consilio idicio ; sed hoc observet, quod ab apostolis ac bus et prædecessoribus nostris est statutum et bis confirmatum, id est si quis metropolitanus opus, nisi quod ad suam solummodo propriam net parochiam sine consilio ac voluntate om- comprovincialium episcoporum extra aliquid tentaverit, gradus sui periculo subjacebit, et egerit, irritum habeatur et vacuum. Sed quid- de provincialium coepiscoporum causis eorum- ecclesiarum et clericorum, atque sæcularium ssitatibus agere, aut disponere, necesse fuerit, cum omnium consensu provincialium agatur ificum, nec aliquo dominationis fastu, sed humil- et concordi administratione, sicut Dominus ait : veni ministrari, sed ministrare ; et alibi : Qui rem virtutem, erit minister vester, et reliqua. iter ipsi comprovinciales episcopi cum eis con- nisi quantum ad proprias pertinet parochias) t juxta sanctorum constituta patrum, qui ivis aliquo temporum intervallo nos antecesse- ab uno tamen eodemque puritatis fonte veritatis ei lumen hauserunt, et eodem illustratore et di- re spiritu, Ecclesiæ Dei stabilimentum et om- . Christianorum communem quæsierunt utili- , et uno animo, uno ore concorditer sancta icetur Trinitas in sæcula.

llus primas, nullus metropolitanus, nullusque norum episcoporum alterius adeat civitatem, d possessionem accedat quæ ad eum non perti- t alterius episcopi est parochiæ super cujusquam sitione, nisi vocatus ab eo cujus juris esse digno- r, quidquid ibi disponat, vel ordinet, aut judicet, gradus honore potiri voluerit. Si aliter præ- serit, damnabitur. Et non solum ille, sed coope- es atque consentientes, quia sicut ordinatio, ita judicatio, et aliarum rerum dispositio prohibe- iam qui ordinare non poterit, qualiter judicabit? tenus proculdubio judicabit aut judicare poterit, iam sicut alterius uxor, nec adulterari ab aliquo, ndicari, aut disponi, nisi a proprio viro eo vi- permittitur, sic nec uxor episcopi quæ ejus sia vel parochia indubitanter intelligitur, eo vi- absque ejus judicio et voluntate alteri judicari isponi, aut ejus concubitu frui, id est ordina- , nullatenus conceditur, unde ait Apostolus : ata est uxor legi quandiu vir ejus vivit, eo defuncto, soluta est a lege viri. Similiter et sa episcopi (quia sponsa uxor ejus dicitur Eccle- llo vivente ei est alligata. Eo vero defuncto, so- est, cui voluerit nubat tantum in Domino, id est regulariter. Si enim eo vivente, alteri nupserit, adultera judicabitur. Similiter et ille, si alteram sponte duxerit, adulter æstimabitur et communione privabitur. Si autem persecutus fuerit in Ecclesia, fugiendum illi est ad alteram eique associandus, dicente Domino : Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam. Si autem utilitatis causa fuerit mutandus non per se hoc agat, sed fratribus invitantibus et auctoritate hujus sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed utilitatis.

Conjunctiones autem consanguineorum fieri prohibete, quando has et divinæ et sæculi prohibent leges. Leges ergo divinæ hæc agentes, et eos qui ex eis, prodeunt, non solum ejiciunt, sed et maledictos appellant. Leges ergo sæculi infames tales vocant, et ab hæreditate repellunt. Nos vere sequentes patres nostros, et eorum vestigiis inhærentes, infamia eos notamus, et infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt aspersi. Nec eos viros vel accusatores quos leges sæculi rejiciunt suscipere debemus. Quis enim dubitat leges humanas rationi et honestati non repugnantes esse amplectendas? præsertim ubi vel publicæ consulunt utilitati, vel ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur? Eos autem consanguineos diximus, quos et divinæ imperatorum, ac Romanorum, atque Græcorum leges consanguineos appellant, et in hæreditate suscipiunt, nec repellere possunt. Talium enim conjunctiones, nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ, et si quæ ausu temerario tentatæ sint, auctoritate apostolica rescindendæ veniunt. Quisquis ergo qui non est legitime conjunctus, vel absque dotati titulo, ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes vel legitime conjunctos criminari, vel in eos testificari minine potest, quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est, et accusare supradictos non permittitur ; non solum ergo hi rejiciendi sunt, et infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes. Similiter de raptoribus, vel eis qui seniores impetunt fieri censemus. Hos ergo sæculi leges interficiunt, sed nos misericordia præeunte sub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus, ipsam quoque infamiam qua sunt aspersi, delere non possumus, sed animas eorum per pœnitentiam publicam, et Ecclesiæ satisfactionem sanare cupimus, quia manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Omnes ergo qui in recta fide suspecti sunt, in accusatione sacerdotum et eorum super quorum fide non hæsitatur, minime recipiantur, et in testimonio humano dubii habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem de quorum fide dubitatur, nec eis omnino esse credendum qui rectam fidem ignorant. Quærendum est ergo in judicio, cujus sit conversationis et fidei is qui accusat, et is qui accusatur, quoniam hi qui non sunt rectæ conversationis ac fidei, et quorum vita est accusabilis non permittuntur majores natu accusare, nec quorum fides, vita et libertas nescitur, neque viles personæ in eorum recipiuntur accusationem. Rimandæ vero sunt enucleatim

personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scriptum autem nunquam recipiantur, quia per scripturam nullus accusare vel accusari potest, sed propria voce et præsente eo quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem, nec absente eo quem accusare voluerit, quicunque accusator credatur. Similiter testes per quamcunque scripturam testimonium non proferant, sed præsentes de his quæ viderunt et noverunt, veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel negotiis dicant testimonium, nisi de his quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Accusatores vero consanguinei adversus extraneos testimonium non dicant, nec familiares vel de domo prodeuntes, sed si voluerint, et invicem consenserint, inter se parentes tantummodo testificentur, et non in alios. Nec accusatores **31** vel testes suspecti recipiantur, quia propinquitatis et familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire solet, amor carnalis et timor atque avaritia plerumque sensus hebetant humanos, et pervertunt opiniones, ut quæstum pietatem putent, et pecuniam quasi mercedem prudentiæ. Nemo enim in dolo loquatur ad proximun suum, fovea alta est os malevoli, innocens dum credit facile, cito labitur. Sed iste lapsus surgit, et tergiversator suis artibus præcipitatur, unde nunquam exsiliat atque evadat. Ponderet ergo unusquisque sermones suos, et quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur, unde bene sacra ait Scriptura : « Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. » Nos enim tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus, nec præcipitemus consilia et opera nostra, neque ordinem corrumpamus. Sed si aliquis lapsus quocunque modo fuerit non perdamus eum, sed fraterno corripiamus affectu, sicut ait beatus Apostolus : « Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum ne et tu tenteris, alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi (*Gal.* VI, 1, 2.) » Porro sanctus David de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, et tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit quando Dominum negasse pœnituit, sed tamen apostolus permansit. Et Dominus per prophetam peccantibus pollicetur dicens : Peccator in quacunque die conversus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius.

Errant enim qui putant sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, Domino ministrare non posse et suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, et suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi qui hoc putant non solum errant, sed etiam contra traditas Ecclesiæ claves disputare et agere videntur, de quibus dictum est : « Quæcunque solveritis in terra, erunt soluta et in cœlo (*Matth.* XVIII, 18), » alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut vera. Nos vero indubitanter tam Domini sacerdotes quam reliquos fideles post *dignam satisfactionem* posse redire ad honores credimus, testante Domino per prophetam : « Nunquid qui cadit non adjiciet ut resurgat, et qui aversus est, non revertetur? (*Jer.* VIII, 4.) » Et alibi : Nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Et propheta David pœnitentiam agens, dixit : « Redde mihi lætitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me (*Psal.* L, 14). » Ipse namque post pœnitentiam et alios docuit, et sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ Ecclesiæ, si lapsi fuerint et condignam pœnitentiam Deo gesserint, utrumque facere posse. Docuit enim quando dixit : « Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur (*Ibid.*, 15). » Et sacrificium Deo pro se obtulit dum dicebat : « Sacrificium Deo spiritus contribulatus (*Ibid.*, 19). » Videns enim propheta scelera sua mundata per pœnitentiam, non dubitavit prædicando, et Domino libando curare aliena. Lacrymarum ergo effusio movet animi passionem. Satisfactione autem impleta avertitur animus ab ira; qui enim non ignoscit alteri, quomodo sibit putat subveniri? Superabundant ergo peccata, superabundet et misericordia. Quoniam apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio; penes enim Dominum omnium abundantia est, quia Dominus virtutum ipse est rex gloriæ; ait enim Apostolus : « Omnes peccaverunt et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentationem Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore, ut sit ipse justus et justificans eum qui ex fide est Jesu Christi (*Rom.* III, 21 *et seq.*) » David enim dicit : « Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. » Mundatur ergo homo a peccato, et resurgit gratia Dei lapsus, et in pristino manet officio juxta prædictas auctoritates, videat ne amplius peccet ut sententia Evangelii maneat in eo, vade et amplius noli peccare; unde ait Apostolus : « Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus; sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos tanquam ex mortuis viventes et membra vestra arma justitiæ Deo. Peccatum enim vobis non damnabitur; non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam? Gratias autem Deo quod fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi estis. Liberati autem a peccato, servi autem facti estis justitiæ, humanum dico (*Rom.* VI, 12 *et seq.*) » Majus enim peccatum est judicantis quam ejus qui judicatur. « Existimas, inquit Apostolus, o homo, omnis qui judicas eos qui talia agunt et facis ea, quia tu effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis con-

temnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adduxit? Secundum duritiam autem tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus. His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem, et incorruptionem quærentibus vitam æternam; his autem qui ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio; tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum et Græci. Gloria autem et honor, et pax omni operanti bonum (*Rom.* II, 3 *et seq.*) » Sententiam, fratres, quæ misericordiam vetat, non solum tenere, sed et audire refugite, quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus et sacrificiis. Consultis vestris breviter respondimus, quia oppressos nimis et præoccupatos aliis judiciis litteræ nos invenere vestræ. Data VIII Idus Octobris, Antonio et Alexandro consulibus.

INCIPIUNT DECRETA URBANI PAPÆ.

De communi vita et oblatione fidelium.

(Anno 222, tempore Aurelii Antonini imperatoris.)

Urbanus episcopus omnibus Christianis in sanctificationem spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis Domini nostri Jesu Christi salutem.

Decet omnes Christianos, charissimi, ut eum imitentur cujus nomen sortiti sunt : « Quid prodest, fratres mei, apostolus Jacobus ait, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? (*Jac.* II, 14.) » Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis; in multis enim offendimus omnes. Qui sapiens et disciplinatus inter vos, ostendat ex bona conversatione operam suam in mansuetudine sapientiæ. Scimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter bonos Christianos viguit, et adhuc gratia Dei viget, et maxime inter eos qui in sorte Domini sunt electi, id est clericos sicut in Actibus legitur apostolorum : « Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una; nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Jesu Christi; et gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos, quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant et ponebant ante pedes apostolorum. Dividebantur autem singulis prout cuique opus erat. Joseph autem qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod est interpretatum filius consolationis, levites et cyprius genere, cum haberet agrum, vendidit illum et attulit pretium ante pedes apostolorum (*Act.* IV, 32), » et reliqua.

Videntes ergo sacerdotes summi et alii atque levitæ, et reliqui fideles plus utilitatis posse afferre, si hæreditates et agros quos ante vendebant, ecclesiis quibus præsidebant episcopi traderent, eo quod ex sumptibus eorum tam præsentibus quam futuris temporibus plurima et elegantiora possent ministrare fidelibus communem vitam ducentibus quam ex pretio eorum, cœperunt prædia et agros quos vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere, et ex sumptibus eorum vivere. Ipsæ vero res in ditione singularum parochiarum, episcoporum qui locum tenent apostolorum erant, et sunt usque adhuc, et futuris semper debent esse temporibus. Et quibus episcopi et fideles dispensatores eorum omnibus communem vitam degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipsæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis usibus quam ecclesiasticis et prædictorum Christianorum fratrum vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium, et pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum Domino traditæ. Si quis autem, quod absit, secus egerit, videat ne damnationem Ananiæ et Saphiræ percipiat, et reus sacrilegii efficiatur sicut illi effecti sunt qui pretia prædictarum rerum fraudaverunt, de quibus legitur in prædictis apostolorum Actibus : « Vir erat quidam nomine Ananias, cum Saphira uxore sua, vendidit agrum, et fraudavit de pretio agri, conscia uxore sua; et afferens partem quamdam, ad pedes apostolorum posuit. Dixit autem Petrus Ananiæ : Cur tentavit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto, et fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat et venundatum erat in tua potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es hominibus mentitus, sed Domino. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit et expiravit. Et factus est timor magnus in omnes qui audierant. Surgentes autem juvenes amoverunt eum, et efferentes sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trium spatium, et uxor ipsius nesciens quod factum fuerat introivit. Respondens autem Petrus ei dixit : Dic mihi si tanti agrum vendidistis? At illa dixit. Etiam tanti. Petrus autem ad eam : Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum ad ostium, et efferent te,

Confestim cecidit ad pedes ejus, et expiravit. Intrantes autem juvenes invenerunt illam mortuam, et extulerunt et sepelierunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in universam Ecclesiam et in omnes qui audierant hæc (*Act.* v, 1 *et seq*). » Hæc, fratres, valde cavenda sunt et timenda, quia res ecclesiæ non quasi propriæ, sed ut communes et Domino oblatæ, cum summo timore non in alios quam in præfatos usus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegii reatum incurrant qui eas inde abstrahunt ubi traditæ sunt, ne pœnam et mortem Ananiæ et Saphiræ incurrant, et (quod pejus est) anathema maranatha fiant. Et si non corpore, ut Ananias et Saphira, mortui ceciderunt, anima tamen, quæ potior est corpore, mortua et alienata a consortio fidelium cadat, et in profundum barathri labatur. Unde attendendum est omnibus et fideliter custodiendum, et illius usurpationis contumelia depellenda, ne prædia usibus decretorum cœlestium dedicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debitæ ultionis acrimoniam quæ erga sacrilegos jure promenda est, perpetua damnetur infamia, et carceri tradatur aut exsilio perpetuæ deportationis utatur, quoniam juxta Apostolum tradere oportet hujusmodi hominem Satanæ, ut spiritus salvus sit in die Domini. Memoratis ergo augmentationibus ac cultibus intantum ecclesiæ quibus episcopi præsident, Domino adminiculante, creverunt, et tantis maxima pars earum abundant rebus, ut nullus sit in eis communem eligens vitam indigens, sed omnia necessaria ab episcopo suisque ministris percipit. Ideo si aliquis exstiterit modernis aut futuris temporibus qui hoc avellere **32** nitatur, jam dicta damnatione feriatur.

Quod autem sedes in episcoporum ecclesiis excelsæ constitutæ et præparatæ inveniuntur ut thronus, speculationem et potestatem judicandi et solvendi atque ligandi a Domino sibi datam materiam docet, unde ipse Salvator in Evangelio ait : « Quæcunque ligaveritis super terram erunt ligata et in cœlo; et quæcunque solveritis super terram erunt soluta et in cœlo (*Matth.* XVIII, 18). » Et alibi : « Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt (*Joan.* XX, 23). » Ideo ista prætulimus, charissimi, ut intelligatis potestatem episcoporum vestrorum, in eisque Dominum veneremini, et eos ut animas vestras diligatis, et quibus illi non communicant non communicetis, et quod ejecerint non recipiatis. Valde enim timenda est sententia episcopi, licet injuste liget aliquem, quod tamen summopere prævidere debet. Vos autem hortantes monemus omnes qui Christianitatem suscepistis, et a Christo vocabulum Christiani sumpsistis, ne in aliquo Christianitatem vestram irritam faciatis, sed sponsionem quam Domino in baptismo fecistis, firmiter teneatis, ne reprobi, sed condigni coram eo inveniamini. Et quicunque vestram communem vitam susceptam habet, et vovit se nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat, sed hoc quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat ne damnationem, sed præmium sibi acquirat, quoniam satius est non vovere quam votum prout melius potest, non perficere. Gravius enim puniuntur qui votum fecerunt, et votum non perfecerunt, aut fidem perceperunt, et in malis vitam finierunt, quam illi qui vitam sine voto finierunt, aut sine fide mortui sunt, et tamen bona egerunt opera. Ad hoc enim sensum rationabilem naturæ munere et secundæ nativitatis reparationem suscepimus, ut secundum Apostolum « magis quæ sursum sunt sapiamus, non quæ super terram, quia sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum. » Quid autem suadet, charissimi, sapientia hujus sæculi, nisi nocitura quærere, et amare peritura, negligere salutaria, pro nihilo reputare perpetua? Cupiditatem commendat, de qua dicit : « Radix omnium malorum est cupiditas. » Quæ in primis hoc malum habet quod dum ingerit transitoria, abscondit æterna; et dum a foris posita conspicit intra se latentia non introspicit, et dum aliena quærit, sectatori suo semetipsum alienum facit. Ecce quod suadet sæculi sapientia, vivere in deliciis, unde dicitur : « Anima quæ in deliciis est vivens, mortua est. » Suadet ergo mollissimis suavitatibus, peccatis et vitiis et flammis nutrire carnem, cibi et vini intemperantia animam premere, ac vitam spiritus intercludere, et contra se hosti suo de se gladium ministrare. Ecce quod suadet sæculi sapientia, ut qui boni facti sunt, mali esse malint, et per errorem mentis fieri etiam studeant peccatores, et non cogitent illam terribilem Dei vocem, cum exurentur peccatores sicut fenum.

Omnes enim fideles per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut plene Christiani inveniantur; quia, cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam et constantiam dilatatur. De Spiritu sancto accipimus, ut efficiamur spirituales, quia animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. De Spiritu sancto accipimus, ut sapiamus inter bonum malumque discernere, justa diligere, injusta respuere, ut malitiæ ac superbiæ repugnemus, ut luxuriæ ac diversis illecebris et fedis indignisque cupiditatibus resistamus. De Spiritu sancto accipimus ut amore vitæ et gloriæ ardore succensi, erigere a terrenis mentem ad superna et divina valeamus. Data Nonas Septembris, id est quinta die ejusdem mensis, Antonio et Alexandro IV cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA PONTIANI PAPÆ.

(Anno Domini 230, tempore Alexandri imperatoris.)

Pontianus episcopus Felici succriboni salutem. Oppido cor nostrum charitati vestræ congaudet, quod studium sanctæ religionis summopere adimplere studetis, et fratres mœrentes, ac destitutos in fide et religione confortatis. Unde Redemptoris nostri misericordiam exoramus, ut sua nobis in omnibus gratia suffragetur, et effectu implere tribuat quod velle concessit. In hoc itaque bono, tanto commoda retributionis accrescunt, quanto et studium laboris augetur. Et quia in his omnibus divinæ gratiæ adjutorio opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoramus, quatenus hæc vobis semper operanda bona et velle tribuat et posse concedat, atque in ea vos via, cum fructu boni operis, quam se Pastor pastorum esse testatus est dirigat, ut sine quo nihil agi potest, per ipsum implere bona quæ cœpistis valeatis. De sacerdotibus autem Domini quos vos audivimus contra pravorum hominum insidias adjuvare, eorumque causas portare, scitote vos in eo valde Deo placere, qui sibi eos ad serviendum ascivit, et familiares intantum sibi esse voluit, ut etiam aliorum hostias per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret sibique reconciliaret, ipsi quoque proprio ore corpus Domini conficiunt et populis tradunt. De illis enim dictum est : « Qui vos contristabit me contristabit, et qui vobis facit injuriam, recipiet id quod inique gessit : » Et alibi : « Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit (*Luc.* x, 16). » Hi enim non sunt infestandi, sed honorandi. In eis quoque Dominus honoratur, cujus legatione funguntur. Hi ergo, si forte ceciderint a fidelibus, sunt sublevandi et portandi. Accusandi autem non sunt ab infamibus, aut sceleratis, vel inimicis, aut alterius sectæ hominibus vel religionis; si peccaverint, a reliquis arguantur sacerdotibus, sed et a summis pontificibus constringantur, et non a sæcularibus aut malæ vitæ hominibus arguantur vel arceantur. Quod ergo de fratris vestri transitu vos contristari audivimus, non modico compulsi sumus mœrore. Unde omnipotentem Deum rogamus, ut suæ vos gratiæ aspiratione consoletur, vosque et a malignis spiritibus et a perversis hominibus cœlesti protectione custodiat. Nam et si quos post illius obitum tumultus quorumdam adversantium sustinetis, nolite mirari si vos qui frui bonis in terra vestra, id est in terra viventium, quæritis, mala hominum in terra aliena portatis. Peregrinatio quippe est vita pœnitens, et qui suspirat ad patriam ei tormentum est peregrinationis locus, etiam si blandus esse videatur, vobis autem qui patriam quæritis inter suspiria quæ habetis, etiam gemitus audio humanæ oppressionis exsurgere. Quod mira omnipotentis Dei dispositione agitur, ut dum veritas per amorem vocat, mundus pœnitens a se ipso animam vestram per tribulationes quas ingerit, rejiciat. Tantoque facilius ab amore hujus sæculi mens exeat, quanto et impellitur dum vocatur. Itaque quod cœpistis, hospitalitatis curam impendite, in oratione et lacrymis instantissime laborate. Eleemosynis quas semper amastis jam nunc largius atque uberius date operam, ut tanto post crescat vobis in retributione fructus muneris, quanto hic excreverit studium laboris. Præterea salutantes paterna dulcedine bonitatem vestram, petimus ut in bonis quæ cœpistis ne deficiatis. Neque ullus vos ab eis avertere possit, sed in cunctis affectum vestræ charitatis, clerici et servi Dei ac cuncti Christiani qui in illis partibus commorantur, amore Christi et sancti Petri pleniter inveniant, et favoris vestri solatiis quocunque modo necesse fuerit potiantur, quatenus vestra cuncti ope defensi atque adjuti, et nos vobis gratiarum possimus existere debitores, et Christus Dominus noster atque beatus Petrus apostolorum princeps in quorum vos causis impenditis, Jesus Christus æternam gloriam compenset, et beatus apostolus Petrus ipsius gloriæ januam aperiat. Data x Kalendas Februarii, Severo et Quintiano IV cc. consul.

EPISTOLA PONTIANI PAPÆ.

De fraterna dilectione et vitandis malis.

Pontianus sanctæ et universalis Ecclesiæ episcopis omnibus recte Dominum colentibus et divinum cultum amantibus, salutem.

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hæc verba, charissimi, non hominum sunt, sed angelorum, et non humano sensu excogitata, sed ab angelis in ortu Salvatoris annuntiata, quibus indubitanter ab omnibus intelligi potest, quod non malæ voluntatis, sed hominibus bonæ, pax sit a Domino data, unde et Dominus per prophetam loquitur dicens : « Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde, mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei quia æmulatus sum contra iniquos pacem impiorum videns (*Psal.* lxxii *et seqq.*). » De bonis vero ipsa per se Veritas ait : « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (*Matth.* v, 8). » Mundi enim non sunt corde qui mala cogitant, aut nociva adversus fratres suos, quia nihil mali vult qui fidelis est. Fidelis ergo homo magis diligit audire quæ oportet quam dicere quæ

non oportet. Et si quis fidelis est, videat ne mala loquatur, aut cuiquam insidias ponat. In hoc ergo discernuntur filii Dei et filii diaboli. Filii namque Dei semper cogitant et agere contendunt quæ Dei sunt, et fratres indesinenter adjuvant, et nulli nocere volunt. Filii autem diaboli econtra mala et nociva semper meditantur, quia opera eorum mala sunt. De quibus loquitur Dominus per Jeremiam prophetam, dicens : « Loquar judicia mea cum eis super omni malitia eorum (*Jer.* 1, 16). Propterea judicio contendam adhuc vobiscum, ait Dominus, et cum filiis vestris disceptabo (*Jer.* II, 9). Ecce ego fingam contra vos malum et cogito contra vos cogitationem (*Jer.* XVIII, 11). » Hæc, fratres, valde sunt timenda et ab omnibus cavenda, quoniam super quem judicium Dei ceciderit, non exiet impunitus. Et ideo unusquisque prævideat ne hoc machinetur aut agat in fratrem quod ipse pati noluerit. Et nec in suspicionem veniat homo fidelis, ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult, unde suspectos et inimicos, aut facile litigantes, et eos qui non sunt bonæ conversationis, aut quorum vita est accusabilis, qui rectam non tenent aut docent fidem, accusatores antecessores nostri apostolica repulerunt auctoritate, et nos submovemus atque futuris temporibus excludimus ne libenter labi possint quos nos tenere et salvare debemus, ne, quod absit, prædictum Dei judicium super utrosque veniat, et nos eorum vitio, quod Deus avertat, pereamus. Scriptum est enim : « Rectorem te posuerunt? curam illorum habe, ut læteris propter illos, et ornamentum gratiæ accipias, et coronam et dignationem consequaris cum rogatione (*Eccli.* XXXII, 1 *et seqq.*) » Verbum enim nequam immutavit cor ex quo quatuor partes oriuntur. Bonum et malum, vita et mors, et dominatrix est eorum assidua lingua. Pro talibus prædicti vitandi admodum sunt, et priusquam prædictæ enucleatim examinentur opiniones, et ab illis alieni inveniantur non sunt suscipiendi, quoniam sacrificium salutare est attendere mandatis et discedere ab omni iniquitate. Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate, et laudatio recedere ab injustitia. Quoniam scriptum est : « Dilige proximum tuum et conjungere fide cum illo ; quoniam si denudaveris absconsa illius, non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit avem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum, et non eum capies. Non illum sequaris quoniam longe abest : effugit enim quasi caprea de laqueo, quia vulnerata est anima ejus; ultra eum non poteris colligare, et maledicti est concordatio : denudare enim amici mysteria, desperatio est animæ infidelis. Annuens oculo fabricat iniqua, et nemo eum 33 abjiciet. In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, et super sermones tuos admirabitur. Novissime autem pervertet os suum, et in verbis tuis dabit scandalum. Multa odivi et non coæquavi ei, et Dominus odiet illum. Qui in altum lapidem mittit, super ejus caput cadet, et plaga dolosi dividet vulnera. Quoniam qui fodit foveam, incidet in illam, et qui statuit lapidem proximo, offendet in eo, et qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum consilium, super eum devolvetur, et non cognoscet unde adveniet illi. Illusio et improperium superborum et vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oblectantur casu justorum, dolor autem consumet illos antequam moriantur, ira et furor utraque exsecrabilia, et vir peccator continens erit illorum. Qui vindicari vult, a Deo inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini servat iram, et a Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecatur Altissimum? Ipse dum caro sit, servat iram et propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento novissimorum et desine inimicari, tabitudo enim et mors imminent mandatis. Memorare timorem Dei altissimi, et non irascaris proximo tuo. Memorare testamenti Altissimi, et despice ignorantiam proximi. Abstine te a lite, et minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitias. Secundum enim ligna silvæ, sic ignis exardescit, et secundum virtutem hominis iracundia illius erit, et secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, et lis festinans effundet sanguinem, et lingua testificans adducet mortem, si sufflaveris quasi ignis ardebit, et si exspueris super illam, exstinguetur, et utraque ex ore proficiscuntur. Susurro et bilinguis, maledictus, multos enim turbavit pacem habentes, lingua tertia multos commovit, et dispersit illos de gente in gentem. Civitates divitum munitas destruxit, et domos magnatum effodit; virtutes populorum concidit, et gentes fortes dissolvit. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, et privavit illas de laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habitabit cum requie; flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuit ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed nec sic quod qui interierunt per linguam suam. Beatus qui tectus est a lingua nequam, et qui in iracundiam illius non transivit et qui non attraxit jugum ejus et vinculis illius non est ligatus. Jugum enim illius jugum ferreum est, et vinculum illius vinculum æreum est. Mors illius mors nequissima est, et utilis potius infernus quam illa. Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum et flamma sua non comburet justos. Qui derelinquunt Deum incidant in illam, et exardescet in illis et non exstinguetur, et immittetur in eos quasi leo et quasi pardus lædet eos. Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam, et ori tuo facito ostia, et seras auribus tuis. Aurum tuum et argentum confla, et verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo rectos, et attende ne forte labaris in lingua tua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insa-

nabilis ad mortem (*Eccli.* XXVII, 18 *et seq.*; XXVIII, 1 *et seq.*) » « Ne tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te. Noli anxius esse in divitiis injustis, nihil enim proderunt tibi in die obductionis et vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omni via. Sic enim peccator probatur duplici lingua. Esto firmus in via Domini, et in veritate sensus tui et scientia, et prosequatur te verbum pacis et justitiæ. Esto mansuetus ad audiendum verbum ut intelligas, et cum sapientia fer responsum verum. Si est tibi intellectus responde proximo; sin autem, sit manus tua super os tuum ne capiaris in verbo indisciplinato et confundaris, honor et gloria in sermone sensati, lingua imprudentis subversio ipsius. Non appelleris susurro, et in lingua tua ne capiaris et confundaris. Super furem enim est confusio et pœnitentia, denotatio pessima super bilinguem. Susurratori autem odium est, inimicitia et contumelia. Justifica pusillum et magnum similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim et contumeliam malus hæreditabit, et omnis peccator invidus et bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua super stultitiam, et folia tua comedat et fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam disperdit qui se habet, et in gaudium inimicis dat illum, et deducet in sortem impiorum (*Eccli.* V, VI).» Charissimi, oppressos erigere studete, et necesse habentes semper adjuvate, quoniam qui fratrem afflictum relevat apprehensum eripit, mœrentem consolatur, ab illo sibi retribui cui totum impendit non dubitet qui ait : « Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. » Taliter enim bona indesinenter agere studete, ut fructum boni operis et hic consequamini, et in futuro gratia Dei perfruamini, quatenus cœlestis regni aulam introire postea mereamini. Data quinto Kalen. Maii, Severo et Quintanio IV cc. consulibus.

INCIPIUNT DECRETA ANTERI PAPÆ.

(Anno Domini 239, tempore Maximini imperatoris.)

Charissimis fratribus per Bæticæ atque Toletanæ provincias episcopis constitutis, ANTERUS episcopus in Domino salutem.

Optavi, fratres charissimi, semper dilectionis et pacis vestræ sinceritatis gaudia audire, ita ut vicissim discurrentibus litteris sospitatis indicia juvarentur, si quietos nos ab incursione sua vacare hostis antiquus sineret. Qui ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet se ante decepit, pudicitiæ adversarius, luxuriæ magister, crudelitatibus pascitur, abstinentia punitur. Odit jejunia ministris suis prædicantibus, dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, apostoli sententia repercussus dicentis : « Manducemus et bibamus, cras enim moriemur (*I Cor.* XV, 32). » O infelix audacia, o desperatæ mentis astutia. Ipse enim hortatur odia et fugat concordiam; et quia facile ad deteriorem partem mens humana transducitur, volens magis per spatiosam viam ambulare, quam arctæ vitæ iter cum labore transire, qua de re, fratres dilectissimi, sectamini meliora, et semper relinquite deteriora. Bona agite, mala vitate, ut vere discipuli Domini esse inveniamini. De mutatione ergo episcoporum unde sanctam sedem apostolicam consulere voluistis, scitote eam communi utilitate atque necessitate fieri licere, sed non libitu cujusquam aut dominatione. Petrus, sanctus magister noster, et princeps apostolorum, de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parva civitate apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. Similiter Felix de civitate qua ordinatus erat electione civium propter doctrinam et bonam vitam quam habebat, communi episcoporum et reliquorum sacerdotum ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de civitate ad civitatem qui non suo libitu aut ambitu hoc facit, sed utilitate quadam aut necessitate aliorum, hortatu et consilio potiorum transfertur. Non transfertur de minori civitate ad majorem qui non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut vi a propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut utilitate loci, aut populi, non superbe, sed cum humilitate ab aliis translatus et intronizatus est, quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Et Dominus per prophetam loquitur dicens : « Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt (*Psal.* XCIII, 11). » Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem; nec mutat civitatem qui non sua sponte, sed consilio et electione aliorum mutatur. Non ergo migrat de civitate ad civitatem, qui non avaritiæ causa, nec sponte dimittit suam, sed ut jam dictum est, aut pulsus a sua, aut necessitate coactus aut electione et exhortatione sacerdotum et populorum translatus est ad alteram civitatem. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos et reliquos sacerdotes, sic quoties utilitas aut necessitas expoposcerit supradicto modo et mutare et intronizare potestatem habent : hæc, ut petistis, licet vobis ignota non sint tenenda mandamus, ne ignorantia quorumdam meliora et utiliora vitentur, et inutiliora sumantur, sicut in sancto legitur Evangelio : « Væ vobis, hypocritæ, quia decimatis mentham et anethum et cuminum, et reliquistis quæ graviora sunt legis, judi-

cium et misericordiam et fidem, hæc oportuit facere et illa non omittere; duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. » Quod licet non licet, et quod non licet licet. Quemadmodum Jannes et Mambres restiterunt veritati, sic et illi mente reprobi, amantes voluptatem magis quam Deum. Quod licet docent non licere, id est episcopos migrare de civitate ad civitatem prætaxato modo. Et quod non licet docent licere, id est misericordiam non agere circa patientes necessitatem, hoc est eis qui episcopum non habent et sacro episcopali indigent ministerio, episcopum de alia civitate causa utilitatis vel necessitatis tribui, et episcopis persecutionem aut necessitatem patientibus, aliam cathedram dari negant. Contradicunt enim sacræ Scripturæ, quæ testatur malle Deum misericordiam quam judicium. Quæ precor major charitas aut efficacius pietatis patrocinium potest a quoquam alicui impendi quam si ignorantiæ tenebras et imperitiæ caliginem ab eo repellat, demum veræ fidei doctrinæ pabulo, non ad quæstum, non ad ambitionem, sed eruditionem et ædificationem reficiat? Tanquam enim mutilo fit manus, claudo pes, oculus cæco qui ignorantiæ tenebris obvoluto sapientiæ et scientiæ thesaurum reserat et candorem lucis viasque Domini benigniter aperit. Utrisque autem, id est et famem verbi Dei patientibus et episcopis necessitatem, quando intronizantur propter communem utilitatem in aliis civitatibus non modica exhibetur misericordia. Negantes autem hæc, ut speciem habeant pietatis, virtutem tamen ejus abnegant. Nam in tali negotio prosapiam non agnosco, si quis tamen sapientium quos insipientibus tempestatis hujus procella aliis sociavit auctoribus, facinorum participatione maculatur, splendor sapientis, et si communionem criminum incurrit, nescit tamen ducem se præbere peccantibus. Alia quoque est causa utilitatis et necessitatis, et alia avaritiæ et præsumptionis aut propriæ voluntatis. Avaritiæ quoque causa vel præsumptionis aut propriæ voluntatis non sunt episcopi mutandi de civitate ad civitatem, sed utilitatis et necessitatis. Quod nemo negat nisi hi de quibus dictum est : « Erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium (*Isa.* XXVIII, 7); » nam si enarrando cogerer aperire transacta, ostenderem vobis nullum evenire solatium de comparatione factorum.

Cæterum state, charissimi, super vias, aspicientes et interrogantes de semitis Domini antiquis, et videte quæ est via bona et recta, et ambulate in ea, et invenietis requiem animabus vestris. Et ut juxta Sapientiæ vocem dicamus : « Diligite justitiam qui judicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, et in simplicitate cordis quærite illum; quoniam invenitur ab his qui non tentant illum; apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Perversæ enim cogitationes separant a Domino, probata autem virtus corripit insipientes, quoniam in malevolam animam *non* introibit sapientia, nec habitabit in corpore *subdito peccatis. Spiritus enim* sanctus disciplinæ effugiet fictum et auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate. Benignus est enim Spiritus sapientiæ, et non liberabit maledictum a labiis suis, quoniam renum illius testis est Deus, et cordis ejus scrutator est verus, et linguæ illius auditor, quoniam Spiritus Domini replevit orbem **34** terrarum, et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus enim impii interrogatio erit; sermonum autem illius auditio ad Dominum veniet, et ad correptionem iniquitatum illius, quoniam auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratione quæ nihil prodest; et a detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit; os quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum, quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Creavit enim ut essent omnia et sanabiles esse voluit nationes orbis terrarum. Non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra viventium. Justitia perpetua est et immortalis, injustitia autem mortis est acquisitio; impii autem manibus et verbis accersierunt illam, et æstimantes eam amicam, defluxerunt et sponsiones posuerunt ad illam, quoniam morte digni sunt ex parte illius. Dixerunt enim apud se cogitantes non recte : Exiguum est, et cum tædio tempus vitæ nostræ, et non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis, quoniam ex nihilo facti sumus, et post hoc erimus tanquam si non fuerimus, quoniam fumus afflatus est in naribus nostris, et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum, qua exstincta, cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tanquam mollis aer. Et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, et sicut nebula dissolvetur quæ fugata est a radiis solis et a calore illius aggravata. Et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, et nemo memoriam habebit operum nostrorum; umbræ enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri, quoniam consignata est, et nemo revertetur (*Sap.* I, II). » Propterea unicuique providendum est, ut summopere se custodiat, et utiliter se provideat, ut cum dies extrema finisque vitæ advenerit non transeat ad perpetuam mortem, sed ad vitam æternam.

Facta enim subditorum judicantur a nobis, nostra vero judicat Deus. Ex merito vero plebis nonnunquam episcopi depravantur, quatenus proclivius cadant qui sequuntur. Capite languescente cætera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Caveat unusquisque ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est ne aut ipse aliis detrahat, aut

alios audiat detrahentes. Sedens, inquit, adversus fratrem tuum loquebaris detrahendo, et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum, etc : Parcant singuli detractioni linguæ, custodiant quæ atque sermones suos, et sciant, quia cuncta quæ de aliis loquuntur sua sententia judicabuntur. Nemo invito auditori libenter refert. Officii singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos servare, sed et linguam. Nec quid in cujusquam domo agatur, alia domus per vos unquam noverit. Habeant omnes simplicitatem columbæ ne cuiquam machinentur dolos et serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis. Non est humilitatis meæ neque mensuræ judicare de cæteris et de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere. Absit ut quicquam sinistrum de his loquar, qui apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus, qui claves regni cœlorum habentes ante judicii diem judicant. Veteri quidem lege habetur, quicunque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio cervice subjecta contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens spirituali animadversione truncatur, et ejectus ab Ecclesia, rabido dæmonum ore decerpitur. Oportet enim, ut qui Deum hæreditate possident, absque ullo impedimento sæculi Deo serviant, ut dicere possint : Dominus pars hæreditatis meæ; o quam bonus et suavis est spiritus tuus, Domine, in omnibus. Parcis autem omnibus quoniam tua sunt, Domine, qui animas amas. Ideoque hos qui exerrant partibus corripis, et de quibus peccant admones et alloqueris, ut relicta malitia credant in te, Domine. Tu autem, Deus noster, suavis et verus es patiens et in misericordia disponens omnia. Etenim, si peccaverimus, tui sumus scientes magnitudinem tuam. Et si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Spiritus timentium Dominum quæritur ab eo, et in respectu illius benedicentur. Quapropter, fratres charissimi, « omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem opportunitatis ut det gratiam audientibus; et nolite contristare Spiritum sanctum Dei in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem sicut et Deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores Dei sicut filii charissimi, et ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis; fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia non nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis propter enim venit ira Dei in filios diffidentiæ, nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitia et veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est dicere. Omnia autem quæ arguuntur a lumine manifestantur; omne enim quod manifestatur lumen est; propter quod dicit : Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, scilicet ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei, et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris, Domino; Domino gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi Deo et Patri subjecti invicem in timore Christi (*Ephes.* IV, 29-32; V, 1-21).»

State itaque fratres, et tenete traditiones apostolorum et apostolicæ sedis, ut Dominus noster Jesus Christus, et Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem æternam, et spem bonam in gratia, exhortetur corda vestra, et confirmet in omni opere et in sermone bono. De cætero, fratres, orate pro nobis ut sermo Domini currat et clarificetur sicut et apud vos, et ut liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem Deus est qui confirmabit vos, et custodiet a malo. Quapropter ponite indesinenter corda vestra in virtute Dei, et resistite semper malis et enarrate hæc juxta vocem prophetæ in progenies alteras, quoniam hic est Deus Deus noster in æternum, et ipse reget nos in sæcula.

Unde vos, qui in specula a Domino estis constituti, comprimere et repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias præparant, aut in eos seditiones, et scandala excitant; facile est enim hominem verbo fallere, sed non Dominum. Ideo hos reprehendere, et ab his vos avertere oportet, quatenus exstincta funditus hujusmodi caligine, lucifer eis resplendeat, et lætitia oriatur in cordibus eorum. Confidimus autem de vobis, fratres, in Domino, quoniam quæ præcepimus et facitis, et facietis. Quanto enim beneficia vestra his amplius exhibetis, tanto majorem vicissitudinem ab omnipotenti Deo cui serviunt exspectatis. Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat honoremque et præceptum servare concedat, et gloria honorque Deo Patri omnipotenti, ejusque unigenito Filio Salvatori nostro cum Spiritu sancto sit in sæcula sæculorum, Amen.

INCIPIUNT DECRETA FABIANI PAPÆ.

(Anno Domini 242, Decio imperante.)

Dilectissimis ubique catholicæ Ecclesiæ communistris Fabianus, salutem in Domino. Divinis præceptis et apostolicis monemur institutis ut pro cunctarum Ecclesiarum statu impigro vigilemns affectu, unde consequens est debere vos scire, quæ apud Romanam in sacro aguntur ritu Ecclesiam, ut ejus sequentes exempla, ejus veri filii inveniamini, quæ vestra est mater vocata. Septem ergo diaconos in urbe Roma per septem regiones civitatis, sicut a patribus accepimus, habemus, qui per singulas hebdomadas et Dominicos dies atque festivitatum solemnia cum subdiaconibus et acolytis, ac sequentium ordinum ministris, injuncta sibi observant ministeria et parati omni hora sunt ad divinum officium et quidquid eis injungitur peragendum. Similiter et vobis, prout opportunum fuerit, per singulas civitates est faciendum, ut divinum absque ulla mora et negligentia studiose ac solemniter agatur officium. Denique septem similiter subdiaconos ordinavimus qui septem notariis imminerent et gesta martyrum veraciter in integro colligerent nobisque rimanda manifestarent, quod etiam vos omnes agere monemus, ne in posterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæstioque oriatur, « quoniam omnia quæ scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. » Et quæ nostris temporibus veraciter scribuntur ad futurorum doctrinam diriguntur. Et ideo fidelissimis hæc negotia committi præcipimus, ne aliqua in eis illusio inveniatur ex qua fidelibus scandalum, quod absit, oriatur, unde et charitatem vestram paterna dulcedine petimus ut in cunctis affectum vestræ charitatis sancta modo Ecclesia inveniat et favoris vestri solatiis quocunque necesse fuerit, potiatur. Et sicut bonitas studii vestri de se nobis certitudinem præbet, ut in nullo diffidere debeamus de ea, sed magis ut sapientibus filiis Ecclesiæ nostræ, hæc fiducialiter commendemus, ita post positas opportunitatis occasiones vestra efficacia elaborare enixius debet, atque in modis quibus possibile fuerit omni studio abigere contumelias. Hortamur etiam vos, juxta dictum Apostoli, stabiles esse et immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino, et alibi : « Vigilate et orate et state in fide, viriliter agite et confortamini, omnia vestra in charitate fiant (*I Cor.* XVI, 13, 14). »

Insuper et illud vos scire desideramus, quia nostris temporibus præpedientibus quidem nostris peccatis, suadente antiquo hoste qui semper, « ut leo rugiens, circuit quærens quem devoret. » Supervenit Novatus ex Africa, et separavit de Ecclesia Christi *Novatianum et quosdam alios Christi* confessores, et convertit in pravam doctrinam. A quibus vos, fratres, avertite et cavete ab omnibus qui alteram fidem et doctrinam tenent quam apostoli et successores eorum tenuerunt et docuerunt, ne, quod absit, post eum abeuntes, in laqueum satanæ cadatis et compedibus ejus teneamini. Unde fraternitatis vestræ charitatem intimis obsecramus precibus, ut nostræ parvitatis in vestris sacris orationibus memores esse dignemini, orantes et deprecantes Dominum cœli, ut tam nos quam sancta mater Ecclesia Christi pretioso sanguine redempta, a laqueis venantis satanæ et ab importunis et malis hominibus liberemur, et sermo Dei currat et clarificetur, et prava eorum et omnium perversa docentium corruat doctrina atque deficiat. Precamur etiam ut pietatis vestræ precibus impetrare studeatis, ut Deus et Dominus noster Jesus Christus 35 qui vult omnes homines salvos fieri et neminem perire sua ingenti omnipotentia reverti faciat corda eorum ad sanam doctrinam et catholicam fidem, quatenus resipiscant a diaboli laqueis quibus capti tenentur, et aggregentur filiis matris Ecclesiæ; reminiscentes quoque fratrum vestrorum, miseremini illorum quibus potestis bonis studiis vestris ne perdantur, sed et precibus et aliis bonitatis vestræ studiis Domino salventur. Ita ergo in his agite, ut obedientes filii et fideles sanctæ Dei Ecclesiæ appareatis, et ut mercedis præmia percipiatis.

Hi et omnes qui rectam non docent doctrinam vel rectam non tenent fidem, accusatores neminem recte credentium accusare possunt, quia infamia sunt notati, et a sinu sanctæ matris Ecclesiæ apostolico mucrone usque ad rectam conversationem et reversionem eorum abscisi; unde apostolica auctoritate cum omnibus ejudem apostolicæ atque universalis Ecclesiæ filiis statuentes sancimus, ut omnes qui in catholica fide suspecti sunt in accusatione recte credentium non suscipiantur, quia suspiciones semper sunt amovendæ. Merito ergo eorum reprobatur accusatio, qui in recta fide suspecti sunt, nec eis omnino est credendum qui Trinitatis fidem ignorant Similiter omnes quos sanctorum Patrum statuta tam præteritis quam futuris temporibus anathematizant submovemus, et ab omni accusatione fidelium alienamus. Discreti ergo semper debent esse fideles ab infidelibus, et justi ab injustis, quoniam infideles et malivoli modis quibus possunt semper infestant fideles et perdere nituntur, et ideo non sunt suscipiendi, sed repellendi et procul abjiciendi, ne perdere fideles aut infamare possint. Quapropter, charissimi, cavete talium foveam in

quam multos cecidisse cognovimus; cavete talium jacula et antiqui hostis tentamenta, per quæ etiam proprios propinquos coram nobis vulneratos cadere vidimus. Attendite laqueos insidiantium quibus notos et commilitones strangulare solent; nolite tales sequi, sed procul repellite eos. Estote, juxta Veritatis vocem, prudentes ut serpentes, et simplices ut columbæ. Videte ne in vacuum quoque curratis aut laboretis, sed alterutrum fulti precibus et orationibus voluntatem Dei facere contendite, et a memoratis, si incorrigibiles apparuerint, vos in omnibus separate. Similiter et ab omnibus quos Apostolus commemorat dicens, cum eis nec cibum sumere, quia et illi sicut et isti sunt repellendi et ante satisfactionem Ecclesiæ non sunt suscipiendi, quoniam illi cum quibus cibum sumere non licet, manifeste apparent sequestrati usque ad satisfactionem a reliquis fratribus; quamobrem non debent nec possunt in accusationem fidelium suscipi, sed etiam ab eorum consortio usque ad jam dictam satisfactionem repelli, ne similes eis efficiantur, aut eorum excommunicationi subjaceant, quoniam sic apostoli statuerunt dicentes: Cum excommunicatis non est communicandum, et si quis cum excommunicatis avertendo regulas scienter psallat in domo, aut simul locutus fuerit, aut oraverit, ille communione privetur. Tales ergo in omnibus sunt cavendi et non suscipiendi, quia juxta Apostolum non solum qui faciunt damnantur, sed qui consentiunt facientibus. Unde et beatus apostolorum princeps Petrus, in ordinatione Clementis alloquens populum, inter cætera ait : Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis, et voluntati ejus absque communicatione obsecundare et avertere vos ab eo cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, et per hoc redeat ad salutem cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis qui extermi-

A

B

C

nare Dei Ecclesiam volunt, et cum corpore vobiscum esse videatur mente et animo contra vos est, et est multo nequior hostis hic quam illi qui foris sunt, et evidenter inimici sunt; hic enim per amicitiarum speciem quæ sunt inimica gerit, et ecclesiam dispergit ac vastat.

Ideoque, charissimi, his apostolicis institutis vos monentes instruimus, ut effecta certior charitas vestra sollicitius deinceps agere studeat et cautius, ne perversi et infideles homines lædendi fideles ac benevolos habeant facultatem, quoniam spes talium et omnium impiorum tanquam lanugo est quæ a vento tollitur, et tanquam spuma gracilis quæ a procella dispergitur, et tanquam fumus qui a vento diffusus est, et tanquam memoria hospitis unius diei præteruntis. Summopore, charissimi, tales cavendi sunt et avertendi atque rejiciendi si nocentes apparuerint, quia non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi leges, si nocentes, non suscipiunt, sed repellunt. Unde scriptum est, os impiorum devorat iniquitatem, et Dominus per prophetam loquitur dicens : « Cum sancto sanctus eris, et cum perverso perverteris, et cum electo electus eris, et cum viro nocenti nocens eris (*Psal.* XVII, 26 *et seq.*); » et Apostolus inquit : « Perverterunt bonos mores colloquia mala (*I Cor.* XV, 33). » Idcirco, ut prælibatum est, jam mali sunt semper cavendi, et bonis atque benevolis est inhærendum, et periculum desidiæ quantum possumus declinemus. Et ne pestis hæc latius divulgetur, severitate qua possumus abscindamus, quoniam non temeritas intervenit præsumptionis ubi est diligentia pietatis. Agat semper unusquisque vestrum hac informatione apostolica fultus juxta vires suas, et fraterna dilectione et sancta religione mores proprios conservare et in commune alterutrum adjuvare et in charitate permanere, et in Dei voluntate indesinenter studeat inhærere, ut simul laudantes Dominum indefessas semper illi gratias agamus. Valete in Domino, charissimi, et prædicta, ut melius potestis, Domino opem ferente, adimplere studete. Data Kalen. Julii, Maximio et Aphrico IV consulibus.

EPISTOLA CUJUS SUPRA AD OMNES EPISCOPOS.

FABIANUS episcopus urbis Romæ omnibus Orientalibus episcopis, et cunctis fidelibus in Domino salutem.

Exigit dilectio vestra sedis apostolicæ consulta, quæ vobis denegare non possumus, nec debemus, hoc autem et prædecessores nostros multarum regionum episcopis egisse liquet, et nos qui in eadem sede Domino largiente collocati sumus, agere debere fraterna charitas et obedientiæ debitum compellit. Cura est ergo vestræ sollicitudini adhibenda ut ea quæ sunt ab apostolis eorumque successoribus ordinata, et instigante sancto Spiritu instituta, nec dissimulatio negligere, nec aliqua præsumptio valeat per-

D

turbare. Sed sicut hoc quod rationis exigebat utilitas oportuit definire, ita quod definitum est non debet violari. Litteris vestris vero inter cætera insertum invenimus quosdam regionis vestræ episcopos a vestro nostroque ordine discrepare, et non per singulos annos in cœna Domini chrisma conficere, sed duos aut tres annos confectionem sancti chrismatis semel actam conservare. Dicunt enim, ut in memoratis apicibus reperimus, nec balsamum per singulos annos posse reperire, nec necesse fore per singulos annos chrisma conficere, sed dum una confectio chrismatis abundat, aliam fieri necesse non habere. Errant enim qui talia excogitant, et mente

vesana potius quam recta sentientes, hæc dicunt. In illa enim die Dominus Jesus, postquam cœnavit cum discipulis suis, et lavit eorum pedes, sicut a sanctis apostolis prædecessores nostri acceperunt nobisque reliquerunt, chrisma conficere docuit; ipsa enim lavatio pedum nostrorum significat baptismum, quando sancti chrismatis unctione perficitur atque confirmatur. Nam sicut ipsius diei solemnitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda, et de anno in annum renovanda et fidelibus tradenda, quia novum sacratum est per singulos annos, et jam dicto die innovandum, et vetus in sanctis Ecclesiis cremandum. Ista a sanctis apostolis et successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus. Hæc sancta Romana Ecclesia et Antiochena a tempore apostolorum custodit; hæc Hierosolymorum et Ephesianorum tenet, in quibus apostoli præsidentes hæc docuerunt, et vetus chrisma incendi, et non amplius quam uno anno uti permiserunt, atque deinceps novo frui, et non veteri, jubentes docuerunt. Si quis ergo his obviare tentaverit, omnem sibi per vos et per omnes recte intelligentes, indulgentiæ aditum intelligat obseratum, quia pravissimarum mentium perversa doctrina, dum indulgentius frenis utitur, in prævaricationem præsumptionis delabitur. Et nullatenus eruitur, nisi prudentium sustentatione et correctione liberetur. Illa autem quæ circa divina mysteria et erga baptizandos in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplanda sunt intuitu, ne locum supervacuis intentionibus et superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere, quia docendi potius sunt quam illudendi. Ad nostram enim lætitiam bene facta perveniunt, et mœroris aculeis nos quæ fuerint male facta compungunt. Hic vero inter manus latronum et dentes luporum furentium utcunque versamur, et contumaces sunt subditi atque oves. Nam latratu canum baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est; illa vero quæ fomentis non sanantur vulnera ferro abscindi necesse est. Nec silere possumus ut cum hic ab illicitis revocemus aliquos, officii nostri provocemur instinctu, in speculis a Domini constituti, ut vigilantiæ nostræ diligentiam comprobantes, et quæ coercenda sunt resecemus, et quæ observanda sunt censeamus.

Consulere etiam nos, ut in prædictis litteris vestris invenimus, super accusatione sacerdotum voluistis, quæ oppido apud vos, ut in eisdem apicibus reperimus, crebrescit. Significastis insuper plerosque attendere, multos in ipsis honoribus ecclesiasticis non congruenter vivere sermonibus et sacramentis quæ per eos populis ministrantur. O miseros homines, qui hos intuendo Christum obliviscuntur, qui et multo ante prædixit, ut legi Dei potius obtemperetur quam imitandi videantur illi qui ea quæ dicunt non faciunt et traditorem suum tolerans *usque in finem ad evangelizandum* cum cæteris misit. Nam apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt; similiter et successores eorum, quanquam multa de talibus, prævidentes Spiritu Dei futura, statuerunt. Porro, ut legitis in Actibus apostolorum, erat eo tempore inter fideles cor unum et anima una, neque aliquis eorum aliquid suum proprium dicebat, sed erant illis omnia communia. Nulla enim inter eos accusatio nisi familiaris erat, nec unquam inter imitatores eorum aut fideles fieri debet, dicente Domino : « Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. » Et idem : « Diliges proximum tuum sicut teipsum, et dilectio proximi malum non operatur. » Ipsi ergo apostoli et successores eorum olim statuerunt eos ad accusationem non recipi qui sunt suspecti vel qui heri aut nudiustertius vel dudum fuerunt inimici, quoniam suspecti facti sunt, et qui non sunt bonæ conversationis, vel quorum vita est accusabilis, aut dubii in recta fide. Similiter quorum fides, vita et libertas nescitur, vel qui infamiæ maculis sunt aspersi, aut sceleribus irretiti; neque eos sacerdotes debere vel posse aut clericos accusare qui rite sacerdotes fieri non possunt, nec sui sunt ordinis. Quoniam sicut sacerdotes vel reliqui clerici a sæcularium laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi et alienandi criminatione; et sicut isti ab illis, ita et illi ab istis non recipiuntur, quoniam sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conversatio ab eorum, ita et litigatio, quia servum Dei non oportet litigare.

Tales, charissimi fratres, accusationes et injustas aut nocivas æmulationes pro viribus prohibete, quia contentio summopere est vitanda : septies enim cadit justus in die et resurgit, impii autem corruent in malum : « Cum ceciderit inimicus tuus, ait Salomon, ne gaudeas, et in ruina 36 ejus non exultet cor tuum, ne forte videat Dominus et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam. Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios, quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum exstinguetur, nec æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis, quia rapinam meditatur mens eorum et fraudes labia eorum loquuntur, » hæc cavete, charissimi.

Hæc meditamini et fratribus in omnibus solatium præstate, quia in hoc cognoscent omnes, ut ipsa per se Veritas ait, quoniam mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Si enim in rebus sæcularibus suum cujusque jus et proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis disputationibus nulla debet induci confusio! Quod ista observatione observabitur si nihil potestati, sed totum æquitati retribuitur.

Unde constat episcopos locorum singulorum omnium qui sub eorum degunt moderamine curam habere sollicitam, et causas utilitatesque eorum cum Dei timore disponere. Valde ergo iniquum est, ut alii quilibet, omissis suis, se illorum causis admisceant, sed illi eorum vitam et judicium competenti

regularique debeant moderamine disponere, qui eos in sacerdotium ordinant, et a quibus jam ordinati sunt, quoniam, ut lex loquitur, maledictus omnis est qui transfert terminos proximi sui; et dixit omnis populus : Amen. Deus ergo, fratres, ad hoc præordinavit vos, ut omnes qui summo sacerdotio funguntur, ut injustitias removeatis, et præsumptiones abscindatis, et in sacerdotio laborantibus succurratis, et opprobriis et calamitatibus eorum locum non præbeatis, sed ei qui calumniam et opprobrium patitur adjutorium feratis; illum vero qui calumniam vel opprobrium facit, abscindatis et Domino in suis sacerdotibus opem feratis.

Sacerdotes quoque Dominus sibi elegit ut sacrificent ei et offerant oblationes Domino; levitas quoque sub eis esse jussit in ministeriis eorum, unde ad Moysen loquitur dicens : « Princeps autem principum levitarum Eleazar filius Aaron sacerdotis erit super excubitores ecclesiæ sanctuarii : » de his enim locutus est Dominus ad Moysen. « Tolle levitas pro primogenitis filiorum Israel, et pecora levitarum pro pecoribus eorum, eruntque levitæ mei, ego Dominus (*Num.* III, 34, 44, 45). » Si levitas suos esse Dominus voluit, quanto magis sacerdotes sibi ascivit? De quibus ait, si quis externorum accesserit morietur. Omnia vero quæ Domini sunt caute tractanda sunt et non leviter præcipitanda, quoniam et inter homines pro fidelibus habentur qui dominorum suorum causas bene custodiunt, et fideliter tractant atque præcepta dominorum suorum bene custodiunt et non transgrediuntur. Pro infidelibus vero reputantur hi qui dominorum suorum causas incaute et negligenter tractant et præcepta eorum despiciunt, et non, ut debent, custodiunt. Ideo hæc præmisimus ut cognoscatur ab his quibus incognitum est quod et sacerdotes (quos sibi Dominus et omnibus ascivit, et suos esse voluit) non sunt leviter tractandi nec lacerandi nec temere accusandi, aut reprehendendi nisi a magistris suis, quoniam eorum causas sibi Dominus reservare voluit, et suo judicio vindicari. Nam in his et in aliis præceptis Domini et fideles cognoscuntur et infideles reprobantur; tolerandi enim hi sunt potius a fidelibus quam exprobrandi, veluti palea cum tritico usque ad ultimum ventilabrum, sicut pisces mali cum bonis usque ad segregationem quæ futura est in littore, hoc est in fine sæculi. Nullatenus ergo potest condemnari humano examine quem Deus suo judicio reservavit, ut propositum Dei quo decrevit salvare quod perierat fiat immobile. Et ideo, quia voluntas ejus non immutatur, nullus præsumat ea quæ sibi non sunt concessa; unde est illud quod Apostolus loquitur dicens : « Jam quidem omnino delictum est, quia judicia habetis vobiscum, quare non magis iniquitatem patimini? quare non potius fraudamini? (*I Cor.* VI, 7.) » Ad illud redeatur quod Dominus ait : « Si quis voluerit tunicam tuam tollere, et in judicio tecum contendere, dimitte ei et pallium (*Matth.* V, 40). » Et aliò loco : « Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas (*Luc.* VI, 30). » Sunt autem quædam quæ levissima putarentur nisi in Scripturis demonstrarentur opinione graviora. Quis unquam dicenti fratri suo fatue reum gehennæ putaret nisi ipsa Veritas diceret?

Illi vero qui illa peccata perpetrant de quibus Apostolus ait, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur, valde cavendi sunt et ad emendationem, si voluntarie noluerint, compellendi, quia infamiæ maculis sunt aspersi, et in barathrum delabuntur nisi eis sacerdotali auctoritate subventum fuerit; similiter, et illi de quibus ipse ait, cum hujusmodi hominibus nec cibum sumere, quia infamia sunt notati, antequam sacerdotali auctoritate sanentur, et in gremio sanctæ matris Ecclesiæ redintegrentur; quia qui extra nos sunt, nobiscum communicare non possunt. Manifestum est enim quod hi extra nos sunt et a nobis discreti esse debent, cum quibus nos nec edere, nec cibum sumere licet; similiter et omnes personæ quibuslibet turpitudinibus ac scurrilitatibus subjectæ infames sunt effectæ, et omnes qui adversus patres armantur, infames efficiuntur.

Arenam vero et salem et massam ferri facilius est portare quam hominem imprudentem et fatuum, atque impium; quoniam qui minoratur corde cogitat inania, et vir imprudens et errans cogitat stulta; multo enim supplantavit suspicio illorum, et in vanitate detinuit sensus illorum. Cor durum male habebit in novissimo, et qui amat periculum in ipso peribit, cor ingrediens duas vias non habebit requiem, et pravi cordis in illis scandalizabitur; cor nequam gravabitur in doloribus, et peccator adjiciet ad peccandum.

Talia cogitantes sancti apostoli, eorumque successores Spiritu Dei repleti, malos homines prævidentes et simplices considerantes, difficilem aut nunquam voluerunt esse accusationem sacerdotum, ne a malis potuissent everti aut submoveri, quia si hoc facile concederetur sæcularibus et malis hominibus, aut nullus aut vix perpauci remanerent, quoniam semper fuit et est, et, quod pejus est, nimis viget, ut mali bonos persequantur, et carnales spirituales infestent; idcirco, ut prædictum est, statuerunt ne accusarentur, aut si aliter fieri non possit, perdifficilis eorum fieret accusatio, et a quibus, supradictum est, non præsumeretur, neque a propriis sedibus aut Ecclesiis episcopi ejicerentur; quod si quomodo præsumptum fuerit, antequam et proprius locus et sua omnia eis legibus redintegrarentur, nullatenus a quoquam accusarentur, aut criminarentur, et nisi sponte elegerint, cuiquam pro talibus non reprehenderent, sed postquam, ut præfixum est, restituti fuerint, et sua omnia eis legibus redintegrata, dispositis ordinatisque suis magnum spatium tractandi causa eis concederetur. Et postea, si necesse fuerit, regulariter vocati venirent ad causam, et si justum visum fuerit, accusantium propositionibus sustentationem fratrum reprehenderent. Nulla enim per-

mittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel Ecclesiæ, atque res ab æmulis aut a quibuscunque detinentur, ut aliquid illis objici debeat, nec quisquam potest eis quoquo modo quidlibet majorum vel minorum objicere dum Ecclesiis, rebus aut potestatibus carent suis.

Similiter statutum est, et nos eadem statuta firmantes, statuimus ut si aliquis clericorum suis episcopis infestus aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum judicium submotus a clero curiæ tradatur, cui diebus vitæ suæ deserviat, et infamis absque ulla restitutionis spe permaneat.

Nec ullus unquam præsumat accusator simul esse et judex vel testis, quoniam in omni judicio quatuor personas necesse est semper adesse, id est judices electos et accusatores, ac defensores, atque testes. Similiter statuentes apostolica auctoritate jubemus, ne pastorem suum oves quæ ei commissæ fuerant, nisi in fide erraverit, reprehendere audeant, quia facta præpositorum oris gladio ferienda non sunt, neque potest esse discipulus super magistrum, dicente Veritatis voce : « Non est discipulus super magistrum nec servus super dominum suum. » Odibilis autem coram Deo et hominibus est superbia, et exsecrabilis omnis iniquitas; perdit Deus memoriam superborum, et relinquit memoriam humilium sensu. Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum. Semen autem hoc exhonorabitur hominum, quod præterit mandata Domini. In medio fratrum rector illorum in honore, et qui timent Dominum erunt in oculis ejus. « Fili, ait Salomon, in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem cui honor competit. Priusquam interroges ne vituperes quemquam, et cum interrogaveris, corripe juste. Priusquam audias ne respondeas verbum, et in medio seniorum ne adjicias loqui. » Exemplo Cham filii Noe damnantur, qui patrum suorum culpas in publicum produnt, aut eos accusare vel detrahere præsumunt, veluti Cham qui patris sui Noe pudenda non operuit, sed deridenda monstravit. Similiter et illi exemplo Sem et Japhet justificantur, qui reverenter operiunt, et non produnt ea quæ patres suos excessisse cognoscunt. Si enim a fide deviaverit episcopus, erit corrigendus prius secrete a subditis suis; quod si incorrigibilis, quod absit, apparuerit, tunc erit accusandus ad primates suos aut ad sedem apostolicam.

Pro aliis vero actibus suis magis est tolerandus ab ovibus et subditis suis quam accusandus, aut publice derogandus, quia cum in eis a subditis delinquitur, ejus ordinationi obviat qui eos ei prætulit dicente Apostolo : « Dei ordinationi resistit qui potestati resistit (*Rom.* XIII, 2). » Qui vero omnipotentem Deum metuit, nec contra Evangelium, nec contra apostolos, nec contra prophetas, vel sanctorum patrum instituta aliquid ullo modo agere consentit; sacerdotes ergo honorandi sunt, non lacerandi vel exprobrandi sunt; legitur in Ecclesiaste : « In tota anima tua time Deum, et sacerdotes illius sanctifica; in omni virtute tua dilige eum qui te fecit, et ministros ejus non derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, et honorifica sacerdotes, et propurga te cum brachiis, da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum et purgationis, et de negligentia purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificationis offerens Domino, et initia sanctorum; et pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio et benedictio tua (*Eccli.* VII, 31 *et seq.*). » Hæc non tantummodo vobis, sed omnibus fratribus per vos nota fieri volumus, ut unanimes, unum sentientes, permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, non hominibus, sed Deo Salvatori nostro placentes, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

EPISTOLA FABIANI PAPÆ.

Dilectissimo fratri HILARIO episcopo FABIANUS.

Divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, et in quadam sacerdotum ejus specula constituti prohibeamus illicita, et sequenda doceamus. Intantum enim in occiduis partibus quibus moraris audivimus astutiam diaboli sævire in populum Christianum, atque in multiplici deceptione prorumpere, ut non solum laicos sæculares, sed ipsos quoque Domini sacerdotes premat atque vexet. Unde in grandi mœrore positi dissimulare non possumus quod corrigere atrociter debemus, quapropter competens adhibenda est talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifero capitis peste nihil possit, sed segnius *tracta pernicies reatu non* legitimæ curationis involvat pariter sauciatos et medentes. Ob id ergo statuentes decernimus, ut hi qui non sunt **37** bonæ conversationis, aut quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita et libertas nescitur, non possint Domini sacerdotes accusare, ne viles personæ ad accusationem eorum admittantur. Similiter qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspiciosi, vocem adversum majores natu non habeant accusandi, quia suspiciosa vox et inimica veritatem solet opprimere. Peregrina vero judicia salva in omnibus apostolica auctoritate generali sanctione prohibemus, quia indignum est ab externis ut judicetur, qui provinciales et a se electos debet habere judices, nisi fuerit appellatum. Unde oportet, si aliquis episcoporum super certis accusetur criminibus, ut ab omnibus audiatur, qui sunt in provincia episcopis, quia non oportet accusatum ali-

quam in foro suo audiri. Si quis vero judicem sum sibi senserit, vocem appellationis exhi- appellantem aut non debet afflictio ulla aut tionis injuriari custodia. Sed liceat appellatori am causam appellationis remedio sublevare. t etiam in causis criminalibus appellare, nec ppellandi denegetur ei quem supplicio senten- stinarit. Pulsatus ante suum judicem causam et non ante suum judicem pulsatus si voluerit , et ut pulsatis quoties appellaverint induciæ r. Si quis ergo iratus crimen aliquod cui- emere objecerit, convicium non est pro accu- e habendum, sed permisso tractandi spatio, id iratus dixit per Scripturam se probaturum esse ur, ut si fortasse resipiscens quæ pro iracun- xit iterare aut scribere noluerit, non ut reus is teneatur. Omnis ergo qui crimen objicit t se probaturum. Revera semper ibi causa r, ubi crimen admittitur. Et qui non proba- quod objecit, pœnam quam intulerit ipse ur. Placuit etiam ut si episcopus accusatus laverit ad apostolicam sedem, id statuendum ejusdem sedis pontifex censuerit; hæc tamen o in sacerdotum causa forma servetur, ne quam sententia non a suo judice dicta con- at.

urrere quoque quisque fidelium ruinis debet ssorum et miserorum subsidio, quo valeant elatione alienæ vindictæ a se Dei removere tam. Libat enim Domino prospera qui ab affli- llit adversa, unde scriptum est : « Frater fra- adjuvans exaltabitur. » Ecclesia enim Dei sine a et ruga debet existere, et ideo non oportet a quibusdam conculcari aut maculari, quia um est, « Una est columba mea perfecta mea VI, 8). » Hinc iterum Dominus ad Moysen ait : locus penes me, et stabis super petra (*Exod.* 21). » Quis est locus qui non sit Domini dum a in ipso per quem creata sunt continentur. Est a locus apud eum, videlicet sanctæ Ecclesiæ , in qua supra petram statur, dum confes- soliditas humiliter tenetur, Te, frater, et s fratres nostros Ecclesiam Christi sanguine aptam regentes monemus, ut omnes a præci- in quo fratres et Domini pastoribus detrahendo sequendo verbis et factis labuntur, laqueis qui- testis retentetis, et lacerari eos in hamo iræ non ittatis, quia scriptum est : « Ira enim viri justi- Dei non operatur (*Jac.*, I, 20). » Hinc rursum r : « Sit omnis homo velox ad audiendum, tar- ntem ad loquendum, et tardus ad iram (*Jac.*, I, Hæc autem vos auctore Deo omnia servare non go, sed occasione admonitionis exorta bonis s desideriis, et operibus me furtive subjungo, od non admoniti facitis, quando vobis etiam nens, additur; jam non soli faciatis. Quapro- fratres oportet vos et omnes fideles diligere in- , et non detrahere aut accusare alterutrum. tam est enim : « Dilige proximum et con- jungere fide cum illo. Quod si denudaveris absconsa illius non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic, qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit avem de manu sua, sic dereliquisti proximum tuum et non eum capies. Non illum sequeris, quoniam longe abest, effugit enim quasi capræa de laqueo, quoniam vulnerata est anima ejus. Ultra eum non poteris colligare, et maledicti est concordatio. Denudare autem amici mysteria desperatio est animæ infidelis. Annuens oculo fabricat iniqua, et nemo eum abjiciet; in conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, et super sermones tuos admirabitur : Novissime autem pervertet os suum, et in verbis tuis dabit scandalum. Multa audivi et non coæquavi ei, et Dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadit, et plaga dolosa dolosi dividet vulnera; qui fodit foveam decidet in illam, et qui statuit lapidem proximo offendet in eo, et qui laqueum alii ponit peribit in illo. Facienti consilium nequissimum super ipsum devolvetur, et non agnoscet unde adveniet illi. Illusio et improperium superborum et vindicta sicut leo insidiabitur illis. Laqueo peribunt qui oblectantur casu justorum; dolor autem consumet illos antequam moriantur. Ira et furor utraque exsecrabilia, et vir peccator continens erit illorum. Qui vindicari vult a Deo inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti tibi, et tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini servat iram et a Deo quærit medelam. In hominem sibi similem non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecatur Altissimum. Ipse dum caro sit servat iram et propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis suis? Memento novissimorum tuorum et desine inimicari. Tabitudo enim et mors imminent in mandatis. Memorare timorem Domini et non irascaris proximo. Memorare testamenti Altissimi, et despice ignorantiam proximi. Abstine te a lite et minues peccata : homo enim iracundus incendit litem, et ut peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna silvæ, sic ignis exardescet, et secundum virtutem hominis iracundia illius erit, et secundum substantiam suam, sic exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, et lis festinans effundet sanguinem : et lingua testificans adducet mortem. Si sufflaveris, in scintillam quasi ignis exardebit, et si exspueris super illam, exstinguetur et utraque ex ore proficiscuntur. Susurro et bilinguis maledictus, multos enim turbavit pacem habentes. Lingua tertia multos commovit, et dispersit illos a gente in gentem. Civitates muratas divitum destruxit, et domos magnatorum effodit : virtutes populorum concidit et gentes fortes dissolvit. Lingua tertia mulieres veridicas ejecit et privavit illas de laboribus suis. Qui respicit illam non habebit requiem, nec habitabit in requie. Flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuit ossa. Multi ceciderunt in

ore gladii, sed non sic quomodo qui interierunt per linguam suam. Beatus est qui tectus est a lingua nequam, et qui in iracundiam illius non transivit, et qui non attraxit jugum ejus, et vinculis ejus non est ligatus.

Jugum enim illius jugum ferreum est, et vinculum illius vinculum æreum est; mors illius mors nequissima, et utilis potius infernus quam illa. Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum, et flamma sua non comburet justos. Qui derelinquunt Deum incidunt in illam, et exardescet in illis et non exstinguetur et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam, et ori tuo facito ostia et seras auribus tuis. Aurum tuum et argentum confla, et verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo rectos. Attende ne forte labaris in lingua tua et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis in mortem (*Eccli.* XXVII, XXVIII). » Ista caveant omnes et cohibeant linguas suas a malo, et labia eorum ne loquantur dolum.

De cætero, charissimi, confortamini in Domino et in potentia virtutis ejus, induite vos arma Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, propterea accipite armaturam Dei ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate et induti lorica justitiæ et calceati pedes in præparatione evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere. Et galeam salutis assumite, et gladium Spiritus sancti quod est verbum Dei. Hæc frater quæ tibi scripsimus generaliter omnibus nota fieri volumus, ut quæ cæteros tangunt, omnibus nota fiant. Omnipotens Deus te, frater, et reliquos fratres nostros ubique consistentes, protegat usque in finem, qui cunctum mundum dignatus est redimere Jesus Christus Dominus noster qui est benedictus in sæcula, Amen. Data XVII Kalend. Novemb. Africano et Decio IV cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA CORNELII PAPÆ.

De translatione corporum apostolorum, et quibusdam hæreticis.

(Anno Domini 255, Decio imperatore regnante.)

Charissimis atque dilectissimis fratribus sanctæ Dei Ecclesiæ filiis et omnibus Domino recta fide famulantibus, CORNELIUS episcopus.

Videns charitatis vestræ benevolentiam quia apostolorum amatores estis, eorumque fidem et doctrinam tenetis, decrevi vobis scribere Domino auctore quædam ex his quæ nunc temporis necessaria sunt sciri, et quæ apud nos in Ecclesia auxiliante Domino Romana meritis apostolorum nuper acta sunt sive geruntur, quoniam patrocinante charitate credo vos paterna gratia scripta sedis apostolicæ libenter suscipere et mandata ejus peragere, atque de ejus profectibus gratulari, quia quisque se in radice charitatis inserit, nec a viriditate deficit, nec a fructibus inanescit, nec amore fecunditatis opus efficax amittit. Ipsa enim charitas exercet corda fidelium, sensus corroborat, ut nihil grave, nihil difficile, sed fiat totum dulce quod agitur, dum ejus proprium sit nutrire concordiam, servare mandata, atque dissociata conjungere, prava dirigere, et cæteras virtutes perfectionis suæ munimine solidare. Quapropter rogo vos nobis congratulari, quia rogatu cujusdam devotæ feminæ atque nobilissimæ matronæ Lucinæ levata sunt corpora apostolorum Petri *et Pauli de* Catacumbis; et primo quidem beati *Pauli corpus levatum silentio* ac positum est in prædium prædictæ matronæ, via Ostiensi, ad latus ubi decollatus est. Postea vero beati apostolorum principis Petri accepimus corpus, et condecenter posuimus illud juxta locum ubi crucifixus est inter corpora sanctorum episcoporum, in templo Apollinis, in monte Aureo in Vaticano palatii Neronis tertio Kalendarum Juliarum die, orantes Deum et Dominum nostrum Jesum Christum, ut intercedentibus suis sanctis apostolis maculas vestrorum purget peccatorum, et in sua vos conservet voluntate diebus vitæ vestræ, et in fructu boni operis vos perseverabiles reddat. Vos vero his congaudete quia et ipsi sancti apostoli de vestro congratulantur gaudio. Vos semper Deum laudate et ipse glorificetur in vobis; scriptum est enim : « Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo (*Psal.* CXV, 12, 13). » Tantum enim a nobis exigitur quantum possumus famulatus nostri obsequio commodare; unde quidem tanto nos necesse est importunis prædicationibus insistere, quanto nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio, atque Dominicæ vocis ad suscipiendam ejus requiem suadet assertio.

Hæc invidens antiquus hostis suscitavit nobis adversarium Novatum, rectæ fidei et sanctæ do-

ctrinæ æmulum, qui extra Ecclesiam ordinavit Novatianum, et in Africa Nicostratum, utrosque hæreticos sicut ille erat. Hi vero conatibus, quibus potuerunt, multos a recta et catholica fide suadentes recedere fecerunt, et post se in perversam et Deo odibilem doctrinam corruere persuaserunt. Sed sicut istorum tergiversationibus nimis sumus contristati et de eorum perditione contriti, sic de aliorum conversatione Domino auxiliante sumus lætificati. Deus autem omnipotens qui tristibus miscet læta, oppido nos lætificavit, quo quidam confessores qui dudum fuerant fideles, a nobis et a recta fide diabolo instigante se separantes, cum Maximo presbytero ad Ecclesiam Catholicam et fidem rectam sunt reversi, et denuo sicut prius facti sunt confessores fideles. Quapropter, charissimi, hortamur vos et deprecamur per Dominum nostrum Jesum Christum, ut et prædictos hæreticos, et omnes quos a recta fide et doctrina apostatare cognoveritis, exhortationibus et bonis studiis vestris ad catholicam fidem et rectam doctrinam **38** convertere contendite, et in Dei voluntate persistere suadete. Et non solum hos, sed omnes qui nondum fidem rectam perceperunt, ad catholicam fidem perducere festinate, « quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia (magistro gentium docente) poterit nos separare a charitate Domini nostri Jesu Christi, et quæ in ipso est « recta fide (*Rom.* VIII, 38, 39). » Nolite itaque amittere confidentiam vestram quæ magnam habet remunerationem (*Hebr.* X, 35). » Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes adversariorum, quatenus fidem intemeratam usque in finem conservantes repromissionem percipiamus quam repromisit his qui legitime certare properant. « Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet et non tardabit (*Ibid.*, 37). » Ecce enim judex ante januam assistit, coronas hilariter promittens his qui pro eo passionibus submittuntur. Quod si subtraxerit se quis, non placebit animæ meæ, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Propter quod assumite arma Dei, ut possitis resistere in die malo adversus omnes inimicos sanctæ Ecclesiæ et vestros, et induite vos lorica justitiæ, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia jacula nequissimi ignita exstinguere. Et galeam salutis assumite, et gladium Spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem et obsecrationem radicati et fundati in solatio fratrum pro Christo Jesu Domino nostro. Sed et nunc, fratres, commendamus vos Domino et omnes verbo gratiæ ejus, qui potest perficere et dare hæreditatem nobis cum omnibus sanctis. Ipse autem Deus pacis et consolationis det vobis idipsum sapere in alterutrum, ut vobis invicem succurratis et non sitis divisi, ut unanimes, uno ore et une corde honorificetis eum in concordiam et consolationem fratrum, qui potest confirmare vos secundum Evangelium ejus, juxta revelationem æterni mysterii, temporibus scilicet perpetuis, quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summopere considerare etiam debetis quod illi qui fratribus invident eosque damnare atque perdere cupiunt, per se sua dogmata destruunt. Dicit enim Dominus : « Omne regnum in se divisum non stabit (*Matth.* XII, 25), » et omnis scientia et lex adversum se divisa non stabit. Ideoque necesse est ut concorditer salubres suscipiatis hortatus, et nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus pareatis. Data VII Idus Septembris, Decio et Maximo IIII CC.

ITEM EPISTOLA CORNELII PAPÆ ORIENTALI EPISCOPO DIRECTA.

Ne sacerdotes Domini jurare præsumant vel compellantur.

CORNELIUS episcopus RUFO coepiscopo in Domino salutem.

Exigit dilectio tua, frater charissime, ut ex auctoritate sedis apostolicæ tuis deberemus consultibus respondere. Quod licet non prolixe, sed succincte agere festinaremus propter quasdam importunitates quæ nostris præpedientibus peccatis in nos supervenere, tuis tamen per reliqua sanctorum patrum instituta studiis perquirere latius, et investigare permittimus. Non enim potest mens attrita et oneribus atque importunitatibus gravata tantum boni peragere, quantum delectata et oppressionibus soluta. Non ergo ista ob id prætulimus, ut hæc et alia quæ necessaria fore cognoverimus tuæ Sanctitati velimus denegare, sed quod hic minus invenitur, latius perquiratur. Sacramentum autem hactenus a summis sacerdotibus vel reliquis exigi, nisi pro fide recta minime cognovimus, nec spontaneos jurasse reperimus. Summopere ergo sanctus Jacobus apostolus prohibens sacramentum loquitur dicens : « Ante omnia, fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque juramentum. Sit autem sermo vester, est est, non non, ut non sub judicio decidatis (*Jac.* V, 12). » Et Dominus in Evangelio ait : « Audistis quia dictum est antiquis, non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis, non jurare omnino; neque per cœlum, quia thronus Dei est, neque per terram quia scabellum est pedum ejus, neque per Hierosolymam, quia civitas magni regis est, neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem

sermo vester, est est, non non. Quod autem his abundantius est, a malo est (*Matth.* v, 33-37), » id est ab exigente et a jurante. Hæc, frater charissime, ipse Dominus prohibet, id est non debere jurare, hæc apostoli maxime omnes, hæc sancti viri prædecessores nostri qui huic sanctæ universali apostolicæ Ecclesiæ præfuerunt ante nos, hæc prophetæ et reliqui sancti doctores per universum mundum dispersi ad prædicandum, juramenta fieri vetant. Quorum nos exemplo si cœperimus enumerare aut in schedula hac inserere, ante deficeret hora diei quam eorum exempla de hac causa prohibita. Quæ nos sanctorum sequentes apostolorum eorumque successorum jura firmamus, et sacramenta incauta fieri prohibemus. Unde et ipse Dominus in tabulis lapideis quas Moysi dedit, propria manu scripsit, dicens. « Vide ne assumas nomen Dei tui in vanum (*Exod.* xx, 7), » et reliqua. Nos autem (ut paulo superius prælibavimus) sacramentum episcopis nescimus oblatum, nec unquam fieri debet, quoniam (ut supra memoratum est) præceptum est nobis a Domino non jurandum, neque per cœlum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum ejus, neque per caput suum, quia nullus potest unum capillum creare. Unusquisque enim sicut ante altare stans Dei timorem habet præ oculis et propriam conscientiam mundam servat Deo, quod in memoriam retinet, nullatenus habet intermittere, quoniam os quod mentitur occidit animam. Et Apostolus ait : « Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra (*Ephes.* iv, 25). » Et alibi : « Nolite mentiri invicem (*Col.* iii, 9). » Hæc sunt præcepta Salvatoris, hæc prophetarum, hæc sanctorum Patrum instituta. Quæ si quis in vanum duxerit, hostis est animæ suæ, quia nemo contra prophetas, nemo contra apostolum, nemo contra Evangelium facit aliquid absque periculo. Et summopore prævidendum est, ne pastorem suum oves quæ ei commissæ fuerant reprehendere (nisi a fide exorbitaverit) neque accusare præsumant, quoniam tales accusationes vim non habent, neque eis nocere possunt. « Unum vero, charissimi, » ut ait beatus apostolus Petrus, non lateat vos, quia unus dies apud Dominum, sicut mille anni, et mille anni sicut unus dies. Non tardat Deminus promissis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti. Adveniet autem dies Domini ut fur, in qua cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur. Cum hæc igitur omnia dissolvenda sunt, ex his potestis considerare quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus, exspectantes et properantes in adventum diei per quem cœli ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabescent (*II Petr.* iii, 8-12). » Vos autem, charissimi, dixit Judas apostolus, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores secundum sua desideria ambulantes impietatum. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei in Spiritu sancto orantes ipsos vos in dilectione Dei servate, exspectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicatos, illos vero salvate de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes eam quæ carnalis est maculatam tunicam. Nullus enim sacerdotum causam suam alieno committat judicio, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum, sed unusquisque comprovinciales judices et notos habeat, nisi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit, aut infestos, aut suspectos inibi judices habuerit, pro quibus causis ad majoris auctoritatis judices, et ad alias provincias appellare et venire concessum est. Omnia ergo quæ adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur aut judicantur omnino vacuentur, quoniam absentem nullus addicit, nec ulla lex damnat, facile ergo homo hominem fallere potest, non tamen Deum, cujus oculis omnia nuda sunt et aperta. Unde ait propheta : « Dominus novit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt (*I Cor.* iii, 20). » Sapiens ergo non est qui nocet, nec quidquam mali vult qui fidelis est, aut cuiquam insidias machinatur.

Hortamur, frater, et monemus tuam dilectionem, ut omnes semper, prout melius potueris, adjuves, confortes et consoleris, et sacramenta super quibus hanc sanctam Romanam ac universalem Ecclesiam consulere voluisti, fieri prohibeas et neminem unquam infestes, aut noceas. Hæc, frater ad reliquorum fratrum notitiam tua faciat sanctitas pervenire, ut omnes hæc mala caveant, et sicut generaliter tam ab ipso Domino quam a sanctis et reliquis apostolicis viris, et cæteris patribus sunt prohibita, ita generaliter ab omnibus custodiantur. Bene valere beatitudinem tuam semper optamus, et sacris virtutibus proficere te desideramus, frater charissime atque amantissime. Data xi Kalendas Junii, Maximo et Decio IV consulibus.

INCIPIUNT DECRETA LUCII PAPÆ.

(Anno Domini 258, Gallo Hosuliano imperatore regnante.)

Dilectissimis fratribus omnibus episcopis in partibus occidentalibus tam Gallis quam et Hispanis consistentibus, Lucius episcopus in Domino salutem.

Litteras dilectionis vestræ quas ad beati Petri apostoli sedem pro vestri causa negotii misistis, libenter suscepimus, sed de vestris afflictionibus

non modice contristati sumus. Significastis enim vos tam a quibusdam non rectam fidem tenentibus, sed erroribus implicitis, quam et ab aliis eos imitantibus vos persequi et infamari, atque vestras ecclesias suis dotibus, et fidelium oblationibus exspoliari, vestrosque ministros nimis vexari, et ideo multos a vobis et a recta fide discedere, quoniam eis non potestis defensionem impendere nec ea quæ necessaria sunt ministrare. Nolite mirari, fratres, si vos malevoli et impii persequuntur, cum ipsum Christum caput nostrum sint persecuti, unde et consolatricem ipsam habetis Veritatem, quæ ait : « Si patremfamilias Belzebuth vocaverunt, quanto magis domesticos ejus (*Matth.* x, 25)! » Ipsa iterum consolans nos, loquitur dicens : « Si de hoc mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, sed quia non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus (*Joan.* xv, 19). » Propter tales, fratres, hortamur vos sicut et in hac sancta Ecclesia constitutum habemus, ut semper testes vobiscum sacerdotes et diaconos habeatis, et licet conscientiam sufficere possit propria, tamen propter malevolos, juxta apostolum etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his qui foris sunt. Quoniam in hac sancta sede constitutum habemus, ut duo presbyteri, vel tres diaconi in omni loco episcopum non deserant propter testimonium ecclesiasticum. Episcopi ergo non sunt leviter accusandi vel detrahendi, quia injuria eorum ad Christum pertinet, cujus vice et legatione funguntur in Ecclesia. Unde vobis omnibus et qui vobiscum sunt in nostro solatio, sicut et olim factum invenimus, constitui placuit, ut criminationes majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi et digni et irreprehensibiles apparuerint, et actis docuerint publicis, omni se carere suspicione atque inimicitia, et irreprehensibilem fidem ac conversationem 39 ducere. Unde placuit ut a quibuscunque judicibus ecclesiasticis ad alios judices ecclesiasticos, ubi est major auctoritas (si fuerit provocatum), audientia non negetur. Item constituimus sicut et a sanctis apostolis, eorumque successoribus decretum reperimus : si quis metropolitanus episcopus nisi quod solummodo ad propriam pertinet parochiam sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit, et quod egerit irritum habeatur et vacuum. Sed quidquid de comprovincialium coepiscoporum causis eorumque ecclesiarum et clericorum atque sæcularium necessitatibus, aut de quibuscunque communibus causis agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed concordi et humillima administratione, sicut Dominus ait : « Non veni ministrari, sed ministrare (*Marc.* x, 45). » Et alibi : « Qui major est vestrum, erit minister vester (*Matth.* xxiii, 11), » et reliqua. Similiter et ipsi comprovinciales episcopi cuncta cum *ejus consilio*, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant juxta sanctorum constituta patrum, ut uno animo, uno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula. Similiter auctoritate fulti apostolica, præcipimus, ut nullus metropolitanus episcopus absque cæterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia aliquorum audiat causas eorum, quia irrita erunt, et ipse causam pro facto dabit. Episcopi vero per singulas provincias observent ne posteriores se prioribus suis præferant, nec eis inconsultis, nisi quantum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant, sed omnes de communibus eorum causis consonam sententiam proferant et determinent, quoniam aliter acta nullas vires habebunt, nec ecclesiastica reputabuntur.

Bonum esset, fratres, et valde Deum timentibus, et pie vivere volentibus necessarium, si intra catholicam Ecclesiam nullius mali aut infestationis alicujus erga Domini sacerdotes aut juste et pie volentes vivere germen exsurgeret. Sed quia prævalente invidia, quod deterius est, surgit et crescit atque nimis se in omnes partes extendit, idcirco necesse est illud ecclesiastico et apostolico abscindi mucrone, ne servos Dei ac Domini sacerdotibus valeat nocere aut perdere. « Exhonoravit enim Dominus, « ut in Ecclesiastico legitur libro, » conventus malorum, et destruxit Deus eos usque in finem. Sedes ducum superborum destruxit Deus, et sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Deus, et plantavit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium evertit Dominus, et perdidit eas usque ad fundamentum. Arefecit ex ipsis et disperdidit eos, et cessare fecit memoriam eorum de terra. Perdidit Deus memoriam superborum, et reliquit memoriam humilium sensu. Non est creata hominibus superbia neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum, semen autem hoc exhonorabitur hominum quod præterit mandata Domini. In medio fratrum rector illorum in honore, et qui timent Dominum, erunt in oculis ejus. Gloria divitum honoratorum et pauperum timor Dei est : noli despicere hominem justum pauperem, et noli magnificare virum peccatorem divitem. Magnus est Judex, et potens est honore, et non est major illo qui timet Deum. Servo sensato liberi serviunt, et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus, et inscius non honorabitur. Noli te extollere in faciendo opera tua, et noli cunctari in tempore angustiæ. Melior est qui operatur et abundat in omnibus quam qui gloriatur et eget pane. Fili, in mansuetudine serva animam tuam et da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis justificabit? et quis honorificabit exhonorantem animam suam? Pauper gloriatur per disciplinam et timorem suum, et est homo qui honorificatur propter substantiam suam. Qui gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

Sapientia humiliati exaltabit caput ejus, et in medio magnatorum considere illum faciet. Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. Brevis in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris, quoniam mirabilia opera Altissimi solius, et gloriosa et absconsa et invisa opera illius. Multi tyranni sederunt in throno, et insuspicabilis portavit diadema. Multi potentes oppressi sunt valide, et gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam, et cum interrogaveris, corripe juste. Priusquam audias, ne respondeas verbum, et in medio seniorum ne adjicias loqui. De ea re quæ te non molestat ne certaris, et in judicio peccantium ne consistas. Fili mi, ne in multis sint actus tui, et si dives fueris non eris immunis a delicto. Si enim secutus fueris non apprehendes, et non effugies si præcucurreris. Est homo laborans et festinans et dolens impius, et tanto magis non abundat. Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, et abundans paupertate : et oculus Dei respexit illum in bono, et erexit illum ab humilitate ipsius et exaltabit caput ejus, et mirati sunt in illo multi et honoraverunt Deum. Bona et mala, vita et mors, paupertas et honestas a Deo sunt. Datio Dei permanet justis, et profectus illius successus habebunt in æternum. Est qui locupletatur parce agendo, et hæc pars mercedis illius in eo quod dicit : « Inveni requiem mihi, et non manducabo de bonis meis solus (*Luc.* XII, 19); » et nescit quod tempus prætereat illum, et relinquet omnia aliis et morietur. Sta in testamento tuo, et in illo colloquere et in opera mandatorum tuorum veterasce. Ne manseris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo, et mane in loco tuo ; facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem. Benedictio Dei in mercedem justi festinat, et in honore veloci processus illius justificat. Ne dicas : Quid est mihi opus et quæ erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas : Sufficiens mihi sum et quid ex hoc pessimabor? In die bonorum ne immemor sis malorum, et in die malorum ne immemor sis bonorum, quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, et in fine hominis denudatio operum illius. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim insidiæ sunt dolosi. Sicut enim eructant præcordia fœtentium et sicut perdix inducitur in caveam, et ut caprea in laqueum, sic et cor superborum, et sicut prospector videns casum proximi sui. Bona in malum convertit insidiator, et in electis imponit maculam. A scintilla una augetur ignis, et ab uno doloso augetur sanguis. Homo vero peccator sanguini insidiatur. Attende tibi a *pestifero, fabricat enim mala ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum*. Admitte ad te alienigenam, et subvertet te in turbine, et abalienabit te a tuis propriis (*Eccli.* X, XI). »

« Tales, charissimi, valde sunt cavendi usque dum aut convertantur, aut abscindantur verbo divino. « Beatus autem est ille qui non est lapsus in verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti. Felix qui non habet animi sui tristitiam, et non abscedit ab spe sua (*Eccli.* XIV, 1-3). » Scriptum est enim : « Melior est unus timens Deum quam mille impii (*Eccli.* XVI, 3). » Sapiens vero non est omnis qui nocet. Res quoque ecclesiarum vestrarum et oblationes fidelium quas significastis a quibusdam irruentibus vexari, vobisque et ecclesiis vestris auferri, indubitanter maximum est peccatum, testante ipsa Scriptura, quæ ait : Qui abstulerit aliquid patri vel matri, et dicit hoc non esse peccatum, homicidæ particeps est. Pater ergo noster sine dubio Deus est, qui nos creavit, et mater nostra Ecclesia quæ nos in baptismo spiritualiter generavit. Et ideo qui Christi pecunias et Ecclesiæ aufert, fraudat et rapit, homicida in conspectu justi judicis esse deputabitur, unde scriptum est : Qui rapit pecuniam proximi sui iniquitatem facit, qui autem pecunias vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit. Unde et Judas qui pecuniam fraudavit, quæ usibus Ecclesiæ, id est pauperibus quos Ecclesia pascere debet, distribuebatur jussu Salvatoris, cujus vicem episcopi tenent, non solum fur, sed fur et sacrilegus factus est. De talibus enim, id est, qui facultates Ecclesiæ rapiunt, fraudant, vel auferunt, Dominus comminans omnibus, per prophetam loquitur, dicens : « Deus, ne taceas tibi, ne sileas et non quiescas, Deus, quia ecce inimici tui tumultuati sunt, et qui oderunt te levaverunt caput. Contra populum tuum nequiter tractaverunt, et inierunt consilium adversus arcanum tuum, dixerunt, venite et conteramus eos de gente, et non sit memoria nominis Israel ultra. Quoniam tacuerunt corde, pariter contra fœdus pepigerunt tabernacula Idumææ et Ismaelitarum, Moab, et Agareni, Gebal, et Ammon, et Amalech, Palestina cum habitatoribus Tyri. Sed et Assur junxit se cum eis, facti sunt brachium filiorum Loth. Fac illis sicut Madian, sicut Sisare, sicut Jabin in torrente Cison. Contriti sunt in Endor, fuerunt quasi sterquilinium terræ. Pone duces eorum sicut Oreb et Zeb, sicut Zebee, et Salmana. Omnes principes eorum qui dixerunt, possideamus nobis pulchritudinem Dei. Deus meus, pone illos ut rotam, quasi stipulam ante faciem venti. Quomodo ignis comburit silvam et sicut flamma devorat montes, sic persequeris eos in tempestate tua et in turbine turbabis eos. Imple facies eorum ignominia, et quærent nomen tuum, Domine. Confundantur et conturbentur usque in æternum, et erubescant, et pereant, et sciant quia nomen tuum Dominus, solus tu excelsus super omnem terram. Hæc fieri prophetæ, hæc apostoli, hæc successores eorum et omnium catholicorum Patrum vetant decreta, et tales præsumptiones sacrilegium esse

dijudicant. Quorum nos sequentes exempla omnes tales præsumptores et Ecclesiæ raptores, atque suarum facultatum alienatores, una nobiscum a liminibus sanctæ matris Ecclesiæ anathemetizatos apostolica auctoritate pellimus et damnamus, atque sacrilegos esse judicamus, et non solum eos, sed omnes consentientes eis, quia non solum qui faciunt rei judicantur, sed etiam qui consentiunt facientibus, par enim pœna et agentes et consentientes comprehendit. Vos ergo, fratres, vigilate et orate, viriliter agite et confortamini in Domino, et omnia vestra juxta Apostolum, in charitate fiant. A recta ergo fide et apostolico tramite propter ullam perturbationem nolite recedere, scientes quia juxta Salvatoris sententiam, beati sunt qui persecutionem patiuntur propter justitiam (*Matth.* v, 10). Hæc est apostolorum viva traditio, hæc vera charitas quæ prædicanda est, et præcipue diligenda ac fovenda atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta et apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis novitatibus depravanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei apostolicæ percepit ab auctoribus suis, apostolorum Christi principibus illibata finetenus manet secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est Evangeliis : « Petre, inquiens, ecce Satan expetivit, ut cribraret vos sicut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (*Luc.* XXII, 38, 32). »

Consideret itaque vestra excellens prudentia quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, et in fide recta, atque hæreticis et æmulis Christi repugnare, et nunquam a veritatis tramite declinare, quoniam Dominus et Salvator omnium cujus fides est, qui pro nobis mori non dubitavit, et proprio nos suo redemit sanguine, qui fidem beati Petri non defecturam promisit, et confirmare eum fratres suos admonuit, quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum. Quorum et pusillitas mea, licet impar et minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio pedissequa cupit existere. Væ enim erit nobis qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem Salvatoris nostri Jesu Christi quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus, væ erit nobis si silentio veritatem oppresserimus, quam erogare nummulariis jubemur, id est, christianos populos imbuere et docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi 40 sumus examine si sermonum ejus veritatem confundimur prædicare ? Quid erit de nobis cum de commissis nobis animabus, et de officio suscepto rationem justus judex Christus Dominus noster districtam exegerit ? Ideo, fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor et moneo, ut qua debetis et potestis sollicitudine vigiletis ad investigandos hæreticos et inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, et a sanis mentibus ne pestis hæc latius divulgetur, severitate, qua potestis pro viribus extirpetis. Quoniam ut habebit a Deo dignæ remunerationis præmium qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit exsecutus, ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare quicunque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data Kalen. Aprilis Gallio et Volusiano IV cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA STEPHANI PAPÆ.

(Anno Domini 261. Hic destruxit templum Martis, Valeriano et Galeno imperantibus, ut dicit Rauderus.)

Dilectissimo fratri atque familiari amico HILARIO STEPHANUS episcopus intimæ charitatis salutem.

Quanquam sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse devotam, tamen pro familiaritate qua nobis conjunctus esse cognosceris, ut tua efficacior fiat industria, congruum nobis visum est, has fraternitatis litteras tuæ dilectioni debere dirigere. Monemus te, charissime, semper in bonis manere, et a malis cavere. Cum bonis et rectæ fidei ac sanctæ conversationis hominibus assidue esse, et a perversis ac fratrum insidiatoribus nisi ut eos convertas, et ad concordiam reducas, separari. « Quoniam, ut ait Apostolus, corrumpunt mores bonos colloquia mala (*I Cor.* XV, 33). » Et ipsa per se Veritas dicit : Si oculus tuus scandalizaverit te, erue eum et projice abs te. Et si manus tua scandalizaverit te, abscinde eam, et projice abs te. Similiter et de pede agendum est, quia melius est tibi luscum aut claudum intrare in regnum cœlorum quam duos oculos, aut duas manus, aut duos pedes habentem mitti in gehennam ignis (*Matth.* v, 29). Et in Ecclesiastico invenietur libro : « In bonis viri inimici illius, in tristitia vero et in malitia illius, amicus agnitus est. In labiis suis indulcat inimicus, et in corde suo insidiatur, ut subvertat te in foveam. Et qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et qui communicaverit superbo induetur superbia, pondus super se tollit qui honestiori se communicat, ditiori te ne fueris socius. Quid communicabit cacabus ad ollam ? Quando se colliserint, confringetur. Dives injuste aget et fremet, pauper autem læsus tacebit. Si largitus ei fueris, assumet te, et si non habueris, derelinquet te.

Si habes, convivet tecum, et evacuabit te, et ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, et subridens spem dabit, narrans tibi bona, et dicet : Quid opus est tibi ? Et confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis et ter, et in novissimo deridebit te. Postea videns derelinquet te, et caput suum movebit ad te. Humiliare Deo, et exspecta manus ejus. Attende ne seductus in stultitia humilieris. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. Advocatus a potentiore discede, ex hoc enim magis te advocabit. Ne improbus sis, ne impingaris, et ne longe sis ab eo, et eas in oblivionem. Ne retineas ex æquo loqui cum illo, et ne credas multis verbis illius : ex multa enim loquela tentabit, et subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius conservabit verba tua, et non parcet de malitia, et de vinculis. Cave tibi, et attende diligenter auditui tuo, quoniam in subversione tua ambulas. Audiens vero illa quasi in somnis, vide et vigilabis. Omni vita tua dilige Deum, et invoca eum in salute tua. Omne animal diligit simile sibi, sic et omnis homo, proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi conjungitur, et omnis homo simili sibi sociatur. Si communicabit lupus agno aliquando, sic peccator justo. Quæ communicatio sancto homini ad canem ? aut quæ pax bona diviti ad pauperem ? venatio leonis onager in eremo, sic pascua divitum sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic exsecratio diviti pauper. Dives commotus confirmatur ab amicis, humilis autem cum ceciderit, expelletur et a notis. Diviti decepto multi recuperatores, locutus est superba, et justificaverit illum, humilis deceptus est, et insuper arguitur, locutus est sensate, et non est datus ei locus. Dives locutus est, et omnes tacuerunt, et verbum illius usque ad nubes perducent. Pauper locutus est et dicunt : Quis est hic ? Et si offenderit, subvertunt illum. Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, et nequissima paupertas in ore impii. Cor hominis immutat faciem illius, sive in bona, sive in mala. Vestigium boni cordis, et faciem bonam difficile invenies et cum labore (*Eccli.* XII, 9-15; XIII, 1-32). »

Hæc, frater, cave tibi, et post concupiscentias tuas non vadas. Quid vero consuluisti sedem apostolicam ? qui sunt infames, aut qui ad gradus Ecclesiasticos non sunt admittendi, et nosse te credimus, et pro auctoritate sedis apostolicæ te informare non denegamus. Infames autem esse eas personas dicimus quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes qui Christianæ legis normam abjiciunt, et statuta Ecclesiastica contemnunt, similiter fures, sacrilegos, et omnes capitalibus criminibus irretitos. Sepulcrorum quoque violatores, et apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumque Patrum statuta libenter violantes, et omnes qui adversus Patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter incestuosos, homicidas, perjuros, *raptores, maleficos, veneficos,* adulteros, de bellis fugientes. Et qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates Ecclesiæ abstrabunt injuste, et qui fratres calumniantur, aut accusant, et non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam provocant, et omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab Ecclesia pulsos, et omnes quos ecclesiasticæ vel seculi leges infames pronuntiant. Hos vero non ad sacros ordinet licet promovere, nec servos ante ligitimam libertatem, nec pœnitentes, nec bigamos, nec eos qui curiæ deserviunt, vel qui non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem, vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur. Hi omnes nec ad sacros gradus debent provehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec rectam fidem vel dignam conversationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare. Sed et qualiter obedientia vel reverentia sit præpositis exhibenda, ex tuis quoque subjectis ipse non ambigis ; in qua re valde est utile, si id quod disciplinæ vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda servaverit. Omnipotens Deus in cujus manu sunt omnia, de quo scriptum est : « Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum (*Prov.* XXI, 30) ; » ipse te, tuosque et divina, et apostolicæ sedis instituta illibata servare, et ad potiora semper conscendere, et de die in diem deteriora cavere, et meliora ac Deo placita sectari atque perficere concedat.

Vestimenta vero ecclesiastica quibus Domino ministratur, cultusque divinus omni cum honorificentia et honestate a sacerdotibus reliquisque Ecclesiæ ministris celebratur, sacrata debent esse, et honesta. Quibus aliis in usibus, cum Deo ejusque servitio consecrata et dedicata sunt, nemo debet frui quam ecclesiasticis et dignis officiis. Quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi a sacratis hominibus, ne ultio quæ Balthasar percussit super hæc transgredientibus et talia præsumentibus veniat divina, et corruere eos faciat divinæ ultionis justum flagellum ad ima. Hæc illis partibus quibus moraris et in omnibus quibus potueris cunctis nota facito, et observare apostolica mandato auctoritate, quia et nostri nobisque commissi in sancta apostolica et universali Ecclesia omnes hæc observare, nunc et futuris temporibus professi sunt. His breviter tuis frater magnifice respondi litteris. Quibus tua dilectio ita societur, ut nihil in his quæ ad universalis Ecclesiæ statum pertinent, aut dubie agatur, aut segniter. Et cum tali moderatione agantur cuncta, ut nec benevolentiæ partes, nec justitiæ negligantur, sed absque personarum acceptione divinum in omnibus judicium cogitetur. Quod ut recta observantia valeat custodiri catholicæ primitus servetur fidei integritas. Et quia per omnia augusta et arcta via est quæ ducit ad vitam, neque in sinistram, neque in dextram ab ejus tramite devietur. Data quinto Nonas Maii Valeriano et Gallicano IV consulibus.

ITEM EPISTOLA STEPHANI PAPÆ DE ACCUSATIONIBUS SACERDOTUM.

Stephanus sanctæ apostolicæ et universalis Romanæ Ecclesiæ episcopus, omnibus per diversas provincias constitutis episcopis, in Domino salutem.

Plurimum gaudemus in Domino, et in dono gratiæ ipsius gloriamur, quod fides vestra per bona opera crescit magnifice, et dilatatur amplissime. Sed nimis affligimur et tribulamur de vestra oppressione super qua crebrior commeantium usque ad nos fratrum sermo perlatus est. Non oportuerat quidem ab illis a quibus sustentari, et portari, et honorari debueratis, tantis vos oppressionibus concuti. Quapropter necessarium est, ut remotis talium tergiversationibus, quibus venenosa malitia revelari, atque obscurari bonitas et veritas solet, adminiculum non modicum vobis a fidelibus impendatur, atque ab hac apostolica sede suffragetur, quos per divinam gratiam Christi auxilio dignum est adjuvari, ne in totius Ecclesiæ perturbationem imprudens procedat intentio, et ea quæ a sanctis prædecessoribus nostris, et reliquis sanctis Patribus dudum fuerant prohibita, denuo reviviscant. Loci namque nostri consideratione compellimur ea quæ ad notitiam nostram emendanda pervenerunt, propter Dominum non derelinquere, sed digna emendatione corrigere. Et si sæcularibus officiis ordo suus et tradita a majoribus disciplina servanda est, quis ferat ecclesiasticos ordines temeraria præsumptione confundi, audita negligere, et emendanda non opem ferendo postponere? Audivimus enim vos a quibusdam accusari non tam pro vestra culpa, quam pro eorum libitu; ut vestra rapere possint, et ideo vos nimis affligi et concuti intantum, ut etiam a sedibus propriis pellamini, et tali occasione Ecclesiæ facultatesque vestræ vastentur ac deprædentur. Ista, charissimi, non oportet fieri, nec denuo replicari. Tamen necesse est quæ toties usurpantur, sæpius replicentur et prohibeantur. Nam quidquid in sacratis Deo rebus et episcopis injuste agitur pro sacrilegio reputabitur, quia sacra sunt, et violari a quoquam non debent.

Nullus enim episcoporum, dum suis fuerit rebus exspoliatus, aut a sede propria qualibet occasione pulsus, debet accusari, aut a quoquam ei potest crimen objici, priusquam integerrime restauretur, et omnia quæ illi ablata quocunque ingenio fuerant, legibus redintegrentur, et ipse propriæ sedi et pristino statui regulariter reddatur, ita ut omnes possessiones, et cuncta sibi injuste ablata, atque fructus omnes ante cœptam accusationem primates et synodus episcopo de quo agitur funditus restituant, quia hoc non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi leges fieri prohibent. Neque aliquis eorum aut Ecclesiarum actorum vel defensorum ad aliquos prius accusari debet quam ipsi charitative bis, et ter ab eis qui se læsos æstimant, vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiunt, conveniantur, ut ab eis aut familiarem 41 emendationem, aut justam percipiant excusationem. Quod qui præsumpserit, *liminibus* arceatur ecclesiæ usque ad condignam satisfactionem. Accusatores vero et accusationes quas sæculi leges non recipiunt, et antecessores nostri prohibuerunt, et nos submovemus. Nullus enim alienigena aut accusator eorum fiat aut judex. Unde et de Lot scriptum est: « Ingressus es ut advena, nunquid ut judices (*Genes.* xix, 9)? » Accusator autem vestrorum nullus sit servus aut libertus, nullaque suspecta persona aut infamis. Repellantur etiam cohabitantes inimicis et omnes laici, quia infestationem blasphemiæ affectio amicitiæ incitare solet. Nec illi in vestra sunt suscipiendi accusatione, qui vos in sua volunt recipere infamatione. Nullus enim anathema suscipiatur, nec a quoquam credantur quæ ab eis vel dicuntur vel conscribuntur. Eos quoque dico anathematizatos esse, quos episcopi suis scriptis anathematizaverunt, aut eorum statuta anathematizant. Per scripta enim nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce, si legitima et condigna accusatoris persona fuerit, præsente videlicet eo quem accusare desiderat, quia nullus absens aut accusari potest aut accusare. Nullus tamen præfati ordinis vir accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, priusquam regulariter a suo primate vocatus sit, locumque defendendi et inquirendi accipiat ad abluenda crimina.

Nulli enim metropolitani aut alii episcopi appellantur primates, nisi qui primas sedes tenent, et quorum civitates antiqui primates esse censuerunt. Reliqui vero qui cæteras metropolitanas civitates adepti sunt, non primates, sed aut archiepiscopi, aut metropolitani vocentur. Urbes enim et loca quibus primates præsidere debent, non modernis, sed etiam multis ante adventum Christi sunt statutæ temporibus, quarum primates etiam gentiles pro majoribus etiam negotiis appellabant. In ipsis vero urbibus post Christi adventum apostoli et successores eorum patriarchas vel primates posuerunt. Ad quos episcoporum negotia, salva in omnibus apostolica auctoritate, et majores causæ post apostolicam sedem sunt referendæ. Et licet, Apostolo prohibente, inter Christianos non debeant accusationes exerceri, sed si prohiberi non potuerunt, accusationes episcoporum ad memoratos primates debent ab accusatoribus deferri. Studendum est tamen episcopis, ut dissidentes fratres magis ad pacem quam ad judicium coerceantur. Episcopus autem aliter non debet audiri aut judicari, nisi in præsentia omnium comprovincialium, et ab omnibus comprovincialibus episcopis, quia ipsis absentibus, nec debet, nec potest. Quæ vero personæ ad accusationem eorum non sunt admittendæ, et superius ex parte dictum est, et latius tam hi quam et infames personæ, in epistola quam dudum Hilario misimus, sunt adnumeratæ. Ultra provinciæ vero terminos accusandi licentiam non progrediatur, sed omnis accusatio intra provinciam audiatur, et a comprovincialibus terminetur, nisi

ad apostolicam sedem fuerit tantum appellatum. Et neganda est accusatis licentia criminandi priusquam se crimine quo premuntur exuerint, quia non est credendum contra alios eorum confessioni qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes quoniam periculosa est, et admitti non debetur rei adversus quemcunque professio. Familiares vero et sponte confessi atque sceleribus irretiti non debent admitti, nec hi qui hesterna die, aut pridie, aut ante fuerunt inimici. Clericus ergo qui episcopum suum accusaverit, aut ei insidiator exstiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, et a gradu debet recedere, aut curiæ tradi servituros. Laicis quoque, quamvis religiosi sint, nulli tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas. Scimus, dilectissimi, quia semper carnales spirituales solent persequi, et malevoli benevolos infamare et lacerare. Ideoque apostoli et successores eorum ac reliqui sancti Patres noluerunt fieri facilem episcoporum accusationem, quoniam si facilis esset, aut nullus, aut vix aliquis modo inveniretur. Throni enim Dei vocantur, ideo non debent moveri, aut affligi, vel pertubari. De ipsis ergo ait propheta : « Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum (*Psal.* XVIII, 3). » Hi vero qui non sunt bonæ conversationis, et quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita et libertas nescitur, non possunt eos accusare. Primo semper accusatorum personæ, fides, vita, et conversatio est enucleatim inquirenda, et postea quæ objiciunt fideliter sunt pertractanda, quia nihil prius fieri debet, quam impetitorum personæ fidesque vita et conversatio diligenter discutiantur, ne alicujus invidia, aut inimicitia vel intentione mala quisquam vexetur.

Criminationes adversus doctorem nemo suscipiat, quia magis sunt doctores portandi quam lædendi aut infamandi. Unde ait Apostolus : « Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi (*Galat.* VI, 2). » Charitas autem non est ambitiosa, non æmulatur, non inflatur, non quærit quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi. Qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. Et qui in Deo manet, nulli vult nocere, sed omnes desiderat adjuvare et sustentare, sicut ipse Dominus omnes venit salvare, et animam suam dare in redemptionem pro nobis. Eorum autem accusandi sacerdotes vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos humanis et divinis vocibus damnatos vel mortuos esse agnoscimus. Prævidere ergo summopere debent omnes qui sacerdotes Domini persequuntur tam occulte quam manifeste, ne subjectis Domini damnentur præceptis. Per Jeremiam autem prophetam talibus comminando Dominus loquitur dicens : « Iniquitates nostræ declinaverunt omnia, et peccata nostra amoverunt bona a nobis, quia inventi sunt in populo meo impii, et loquentes vana. Statuerunt ad disperdendos viros, et comprehenderunt, ut laqueus venantis plenus volatilibus, sic domus eorum plena dolo (*Jerem.* V, 25-27). » Et per David ait : « Qui cogitaverunt malitias in corde tota die versati sunt in prœliis. Exacuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum (*Psal.* CXXXIX, 3, 4). » Et paulo post : « Cadent super eos carbones in igne, dejicies eos in foveas, ut non consurgant. Vir linguosus non dirigetur in terra, virum injustum mala capient in interitu. Scio quia faciet Dominus causam inopis, judicia pauperum (*Psal.* V, 12, 13). » Item idem : « Muta fiant labia dolosa (*Psal.* XXX, 19). » Et iterum per Jeremiam inquit : « Omnes in sanguine judicantur; unusquisque proximum suum tribulat : omnes in malum manus suas præparant (*Mich.* VII, 2). » Hos Dominus prævidens apostolis præcepit, ne facile servi sui lacerarentur, ne forte perderentur, aut in talem tentationem inciderent, quam ferre minime possent. Idcirco sancti apostoli et successores eorum decretorum normas statuerunt, ne talium vox (quæ magis perdere nititur innocentes et simplices quam salvare) facile reciperetur, sed ipsi his jaculis pellerentur procul, et Domini discipulos juxta voluntates et versutias eorum minime perdere possent. Unde et ipse Dominus ait : « Excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis (*Luc.* IX, 5). » Et alibi ipsa per se Veritas de talibus dicit : « Melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris, quam scandalizet unum de pusillis istis (*Matth.* XVIII, 6). » Et Jacobus apostolus inquit : judicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam (*Jac.* II, 13). » Qua enim fronte quis peccatorum suorum veniam sperat a Deo se impetraturum, qui delinquenti fratri nihil per pietatis et clementiæ officium vult condonare? Profecto necesse est ut æstimet se talem in judicio Deum experturum, cum ante justi judicis tribunal fuerit constitutus, qualem se fratri suo exhibuerit : « Nam qua mensura mensi fuerimus, eadem remetietur nobis (*Marc.* IV, 24). » Et Joannes apostolus et evangelista ait : « Qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem (*I Joan.* III, 15). »

Vos tamen, filii charissimi, hortamur ut patienter mala vobis illata Domini adminiculo portetis, et his apostolicis præceptis tales procul pellite, ne more canino vos lacerare, aut mordere valeant. Mementote etiam quia juxta psalmographi vocem homo sicut fœnum dies ejus, et ut flos agri ita foret. Et Apostolus ait : « Totus mundus in maligno positus est (*I Joan.* V, 19). » Unde precamur ne tales multum timeatis, quia infames sunt et non multum vobis nocere possunt, quia eorum vox exstincta est, quoniam sic odit Deus eos, qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui in omni mundo infamia sunt notati. Armamini ergo his apostolicis adminiculis contra eos, et spiritu principali roborate corda vestra, ut Deus qui vos pastores in populo suo vocari voluit, non negligentes aut

tepidos, lupis supervenientibus fugientes inveniat, sed exemplo boni pastoris agnos pariter cum matribus et filiis ac filiabus viriliter defensantes, atque ad sanctam matrem Ecclesiam fideliter reportantes semper inveniat. Et quanquam dies mali sint, vos tamen nolite esse imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Quamobrem confortamini, et state in fide, viriliter agentes, ac omnia vestra in charitate fiant, et secundum sanctum Evangelium : « In patientia vestra possidebitis animas vestras (*Luc.* XXI, 19). » Recordamini quoque sanctorum apostolorum et prophetarum, et quia multum laboraverunt in Domino, ideo adepti sunt præmia sempiterna. Scitote etiam quoniam juxta Psalmistæ vocem : « Multæ tribulationes justorum et de omnibus his liberabit eos Dominus (*Psal.* VII, 20). » Quapropter, filii charissimi, hortamur vos et deprecamur, ut crebris orationum vestrarum precibus Deum exoretis ut liberemur nos et vos juxta dictum Apostoli ab importunis et malis hominibus quia, non omnium est fides. Flagitate etiam, ut Deus et Dominus noster qui est refugium pauperum, et spes humilium, sanctam suam Ecclesiam pretioso videlicet sanguine suo redemptam, et nos qui eamdem sanctam Ecclesiam docere, regere, portare, et tueri debemus, de prædictis oppressionibus, et tentationibus hujus sæculi nequam, atque de omnibus necessitatibus nostris misericorditer eruat, ut sermo Dei currat, et glorificetur gloriosum Evangelium Domini nostri Jesu Christi, et gratia ejus in nobis vacua non fiat, ne sine fructu Evangelii, quod absit, steriles in conspectu Dei appareamus, et vacui filiorum filiarumque numero revertamur, nec de abscondito talento Domine veniente rei esse judicemur; ista enim semper invidet Satanas. Et idcirco tales adversum nos suscitat, qui nos premant, et suffocent, ut Domini oves absque nobis rapiat, et in ima, non existentibus pastoribus qui nos custodiant, et defendant, ruere faciat. Vos igitur pro viribus laborate et orate atque vigilate, ne hæc fiant, scientes nos semper paratos esse in omnibus quibuscunque Dominus posse dederit modis, vobis opem ferre, licet nos ab ipsis æmulis sanctæ Dei Ecclesiæ et nostris, non simus excepti, et tribulationes cordis nostri, pro nostra et vestra tribulatione sive ovium nobis commissarum admodum sint dilatatæ. Vos quoque obsecramus, ut injunctum vobis a Domino famulatum non negligatis, et omnes oppressos, et cunctos Dei servos atque generaliter omnes Christianos, prout Dominus posse dederit, adjuvare studeatis, ut ante tribunal Christi mercedem habeatis perpetuam. Et scitote quod memoria vestri coram Deo est assidue. Nam quemadmodum dolentes cognoscimus, vos ab iniquis, et scelestis hominibus obturbari, ita continuo vobis compatimur, Deum orantes pro liberatione ac sublevatione vestræ afflictionis, quæ vobis (unde graviter angimur) ab iniquis in dies irrogatur, et ante corpora apostolorum pro vobis preces fiunt quotidie, ut et vos liberemini ab importunis et malis hominibus Domini auxilio, et oves vobis commissæ ad pascua æternæ vitæ una vobiscum perveniant sempiterna. Unitatem et conjunctionem dilectionis vestræ valentem atque proficientem in salutem omnium populorum creator omnium Dominus omnipotens memorem nostri æternaliter custodiat, amen. Data Nonas Aprilis Valeriano et Gallicano IV cc. consul.

42 INCIPIUNT DECRETA SIXTI PAPÆ SECUNDI.

(Anno Domini 264, Deciano et Valeriano imperatoribus.)

Episcopus SIXTUS GRATO coepiscopo salutem.

Lætari et gaudere me plurimum in Christo Jesu Domino nostro dilectionis tuæ scripta fecerunt, quibus evidenter ostenditur quantum catholicam diligis fidem, et quantum pravorum hominum detestaris errorem, omnis enim hæresis nimis est impia, et Evangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere. Memor enim sum me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cujus a Domino Jesu Christo est glorificata confessio, et cujus fides nullum unquam fallit, sed omnes quidem hæreses destruit. Intelligo autem mihi aliter non licere quam ut omnes conatus meos ei causæ in qua universalis Ecclesiæ salus infestatur impendam. Agnosce, fili charissime, non ex tempore neque post tempora Filium Dei natum, sed ante omnia tempora de paterno utero inenarrabiliter generatum, ipso Deo Patre per prophetam dicente : « In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te (*Psal.* CIX, 3). » Quam sententiam et Isaias propheta dubiis atque incredulis evidenter expressit, dum non aliunde Filium quam de Patre natum ineffabiliter ostendit : « In humilitate, inquit, judicium ejus sublatum est, nativitatem ejus quis enarrabit? » (*Isai.* LIII, 8.) Et in libro Job : « Sapientiam Dei, ait, unde invenies? Latet enim ab oculis hominum, et a volucribus cœli absconsa est (*Job.* XXVIII, 12). » Expergiscere paululum, et si lumen scientiæ in teipsum aliquantum habes, invenies, cujus nativitas a propheta non potuit enarrari ex tempore vel ut astruere ipse conaris, non potuit generari. « In principio, inquit Joannes Evangelista, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta

sunt, et sine ipso factum est nihil (*Joan.* I, 1-3). » Et iterum : « Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum (*Ibid.*, 9). » In isto igitur quod dicitur *erat*, si tempus quærere volueris, non invenies, quoniam ex quo Pater, ex illo et Filius, et quod Pater est, id est etiam Filius, Salomone dicente : «Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci ut in cœlo oriretur lumen indeficiens et sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habito, et thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuivi sola, et profundum abyssi penetravi. In omnem terram steti, et populo primatum habui (*Eccli.* XXIV, 7-10). » Item ibi : « Cum pararet cœlum aderam illi : et cum sedem suam secerneret. Quando super ventos fortes faciebat in summo nubes, et cum certos ponebat fontes sub cœlo, cum fortia faciebat fundamenta terræ, ego eram cum illo componens, et ego eram cui adgaudebat cum lætaretur orbe perfecto (*Proverb.* VIII, 27-30). » Et in psalmo centesimo primo : « Tu, Domine, in principio terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient (*Ps.* CI, 26, 29). »Non enim erat ætas, aut aliquod tempus antequam de Patre Filius nasceretur, quoniam qui tempora universa propria potestate constituit, ex tempore vel post tempora nasci non potuit. His paucis sententiis breviter consultis tuis respondi, frater charissime.

De cætero tuam moneo dilectionem, ut cunctos quos errare cognoveris, ad catholicam fidem et ad unitatem recte credentium convertere studeas, et tu nunquam ab apostolico tramite recedas. Si autem te non audierint et errantes, quod absit, permanserint, nobis eos manifestare quam citius poteris non tardes, ut apostolica auctoritate aut cito ad Ecclesiam convertantur, aut ab Ecclesia separentur. Audivimus etiam quod quidam erronei et consentientes eis te et reliquos infestent episcopos, et episcopos aliquos comprovinciales ad vestram infamationem atque damnationem secum trahant; quapropter in hac sancta sede dudum a multis episcopis constitutum erat, et modo ad vestrum et cæterorum fratrum auxilium est denuo roboratum, ut omnes episcopi qui in quibusdam gravioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, libere apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut semper fuit, pie fulciantur, defendantur et liberentur. Cujus dispositioni omnes majores ecclesiasticas causas et episcoporum judicia antiqua apostolorum eorumque successorum atque canonum auctoritas reservavit, quoniam culpantur episcopi, qui aliter erga fratres egerint quam ejusdem sedis papæ fieri placuerit. Unde placuit ut accusatus vel judicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet et adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se aut per vicarios suos ejus tractari negotium procuret; et dum iterato judicio pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur episcopus, quoniam quanquam a comprovincialibus episcopus accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniri, inconsulto Romano pontifice, permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit a Domino : « Quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlo. Et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlo (*Matth.* XVIII, 10). » Et si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari, apud primatem diœceseos aut penes universalis apostolicæ Ecclesiæ papam judicetur. Ait enim Jacobus apostolus : « Judicium sine misericordia illi fiet qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordiam judicio (*Jac.* II, 13). » In omnibus ergo, fili dilectissime, cor custodi, sicut scriptum est : « Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit (*Prov.* IV, 23). » Hæc breviter pro commemoratione rescripsi, sed peto ut pro me orare debeas, quatenus omnipotens Deus et a malignis me spiritibus et a perversis hominibus custodire dignetur, quia in hac vitæ meæ peregrinatione mala me simul et multa circumdant, ita ut cum Psalmista jure dicam : « In me transierunt iræ tuæ, et terrores tui conturbaverunt me. Circumdederunt me sicut aquæ tota die, circumdederunt me simul (*Psal.* LXXXVII, 17, 18). » Cœlestis gratia et nos in urbibus, et vos ubique protegat, quia antiquus hostis terrarum locis a tentatione non excluditur, quia si in paradiso hominem stravit, quis locus extra paradisum esse potest in quo mentes hominum penetrare non valeat? Antiqui enim hostis cujus invidia mors introivit in orbem terrarum) sunt semper oculi vigiles ad animas hominum illaqueandum, multosque sua pravitate secum in perditionem trahere cupit qui suapte malitia a gloria lapsus est in miseriam. In sola ergo Creatoris nostri protectione fidendum est, cui ex intimo corde clamemus : Esto mihi in Deum protectorem, et in locum munitum, ut salvum me facias. Data Kalend. Septembris Valeriano et Decimo IV cc. consul.

ITEM EPISTOLA SIXTI PAPÆ.

Dilectissimis fratribus per Hispaniarum provincias constitutis Sixtus episcopus in Domino salutem.

Magno munere misericordiæ Dei totius Ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum Ecclesiarum status eo viget ordine quo Apostoli eorumque successores illum statuerunt. Et cum antiqui hostis *astutia* eum turbari cognoscimus, non modico *contristamur mœrore. Quam ob causam*, fratres, hortamur vos, monemus et flagitamus, ut a tramite apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, nec a capite dissideatis, sed fidem et ordinem quem apostoli et apostolici viri statuerunt absque hæsitatione teneatis. Nam si columnæ alicujus magnæ domus corruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic et vos qui columnæ Ecclesiæ estis, si labefactari cœperitis, sancta Ecclesia (quæ per vos regitur) tabescet et labetur; hæc,

fratres, quæ dico valde timenda sunt, et summo moderamine pensanda, atque ne fiant cavenda; ipsa enim Veritas per se dixit: « Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? (*Matth.* v, 13) etc. Ideo vos, charissimi, moneo, quia vobis debitor sum, et valde vos diligo. Et quando bona audio de vobis, congratulor satis, et econtra quando adversa, nimis conturbor. Ego vero quamvis a vobis per longa terrarum intervalla disjunctus sim, sum tamen omnino vobiscum corde conjunctus. Ideoque de vestra beatitudine erga me modis omnibus confido, quia cum me vicissim diligitis a me longe non estis, unde magis gratias referimus illi grano sinapis quod ex modici despicabilisque seminis specie, ita ramis ex eadem radice surgentibus atque se distendentibus usquequaque diffusum est, ut in eis volatilia cœli cuncta nidificent. Gratiaque sit fermento illi quod tribus farinæ satis totius humani generis massam in unitate conspersit, atque parvo lapidi qui abscissus de monte sine manibus, occupavit universam faciem orbis terræ : qui ad hoc naturam nostræ carnis, et status servilis formam assumens, humiliter usquequaque distendit, ut omni humano genere in unitatem redacto, totius corpus unitum perficeret Ecclesiæ, atque ita ad totius compaginis pertineret commodum membrorum partialis ista distinctio. Unde nos quoque a vobis longe non sumus, quia in illo qui ubique est unum sumus. Agamus ergo ei gratias qui solutis inimicitiis in carne sua, fecit ut in omni orbe terrarum unus esset grex, et unum ovile sub uno pastore, semper memores quod vos veritatis Prædicator admoneat, dicens : « Sollicite servate unitatem spiritus in vinculo pacis (*Ephes.* IV, 3); » vinculum enim pacis nemo servat dum alium infestat, aut verbis, aut factis persequitur.

Ideo, fratres, ista prætulimus, quia audivimus inter vos accusationes exerceri, et pulsos a sedibus episcopos, aut suis rebus exspoliatos judicari. Quapropter statutum est, ut si quis contra episcopum vel actores Ecclesiæ se proprium crediderit habere negotium, non prius adeat judices quam ad eos recurrat charitatis studio ut familiari colloquio commoniti, ea sanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur. Quod si aliter egerit communione privetur. Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis exspoliatum rebus, aut a sede pulsum excommunicare aut judicare præsumat, quia non est privilegium quo exspoliari possit jam nudatus. Nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere aut ordinare absque ejus voluntate vel judicare, quia sicut irrita ejus erit ordinatio, ita et dijudicatio, quoniam censemus nullum alterius judicis, nisi sui, sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit. Ista enim vobis deinceps tenenda, et fratres vicissim adjuvare mandamus. Fratres vero quos timore terreno injuste damnastis, scitote a nobis juste esse restitutos. Quibus ex auctoritate sancti Petri et apostolica auctoritate omnia quæ eis ablata sunt integerrime reddi præcipimus, si non vultis vos, et principes vestri a collegio *nostro et membris Ecclesiæ* sepa-

A rari. Justo enim judicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas qua sanctos ipsius persequantur, ut qui Spiritu Dei juvantur et aguntur fiant per laborum exercitia clariores. Illi tamen qui hoc agunt nullatenus evadant pœnam, quia, ut ait Dominus : « Væ illi per quem scandalum venit (*Matth.* XVIII, 7). » Et quanquam juxta Salvatoris sententiam necesse sit venire scandala, væ tamen per quem veniunt. De occultis enim cordis alieni temere judicare peccatum est, et eum cujus non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehendere cum eorum quæ homini sunt incognita, solus Deus judex sit justus, qui inspector est verus. Unde scriptum est : Incerta non judicemus quoad
43 usque veniat Dominus qui illuminabit absconB dita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium (*I Cor.* IV, 5.) Et quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi certis indiciis comprobentur, nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur. Nullus ergo potest ex humano condemnari examine quem Deus suo judicio reservavit. Hæc omnia summopere sunt præcavenda ne præsumptores esse videamur. Et accusatio episcoporum non est facile recipienda, dicente Domino : « Non suscipias vocem mendacii (*Exod.* XXIII, 1). » Et Apostolus inquit adversus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris vel cæteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de episcopis ? Quibus cognitis, magis vos damnari velle manifestum
C est quam consulere fratribus, aut sustentare eos, quia honor inflat superbiam, et quod provisum est ad concordiam tendit ad noxam. Decuerat namque juxta præfatas regulas, ut si aliquid egissent contra suum ordinem mandare nobis, et exspectare quid ad vestra consulta rescriberemus, intantum ut si etiam quidquid grave intolerandumque committerent, nostra præstolaretur censura, ut nihil prius aut aliquid aliud decerneretis quam quod nobis placere cognoveritis et a regulis præstitutis nulla aut negligentia aut præsumptione recederetis. Cesset hujusmodi pressa nostra auctoritate præsumptio, vitentur hujusmodi nocumenta, quia nequaquam talia patienter ferre possumus machinamenta, quoniam convenit nobis paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Merito
D namque causa nos respicit si silentio faveamus errori. Est insuper a sanctis prædecessoribus nostris plerumque jam statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione, nec illi qui nos in sua nolunt recipere querela vel accusatione, cum nos super illos sciamus a Domino constitutos, non illos super nos. Et sicut major non potest a minore judicari, ita nec colligari, quia rarum est omne quod magnum, est. Portemus onera omnium qui gravantur, quinimo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, et cujus regula informamur quatenus ejus fulti auxilio ab omnibus nunc et in perpetuum tueamur adversis. Data. XXII Kalen. Augusti, Valeriano et Decio IV cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA DIONYSII PAPÆ.

(Anno Domini 266, tempore Claudii, ut dicit Platina.

DIONYSIUS episcopus URBANO præfecto salutem.

Summum bonum est amare amantes se. Et econtra, pejus malum non est quam ut cives civibus invideant. Gratias siquidem agimus tuæ charitati quod fideles sancti Petri bene suscipis et adjuvas, unde scias te et a nobis nostrisque diligi, et tui tuorumque non modicum curam habere. Quapropter tuam hortamur dilectionem, ut bonum quod cœpisti semper implere non differas, quia non laudatur initium, sed finis. Sapientiam etiam te hortamur diligere, et scrutari, ut rationabiliter et sapienter disponas et judices ea quæ tibi commissa sunt, dicente Domino per prophetam. « Erudimini qui judicatis terram (*Psal.* II, 10). » Time ergo Deum et mandata ejus serva, et dilige eum totis visceribus, et proximum tuum sicut teipsum. Deus altissimus creavit sapientiam in Spiritu sancto. Et vidit et dinumeravit et mensus est, et effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem. Secundum datum suum præbuit illam diligentibus se. Timor Domini gloria et gloriatio, et lætitia, et corona exsultationis. Timor Domini delectabit cor, et dabit lætitiam et gaudium in longitudine dierum. Timenti Deum bene erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur, dilectio Dei honorabilis sapientia. Quibus autem apparuerit in visu diligunt eum in visione, et in agnitione magnalium suorum. Initium sapientiæ timor Domini. Et cum fidelibus in vulva concreatus est, et cum electis feminis graditur, et cum justis fidelibus agnoscitur. Timor Domini scientiæ religiositas, religiositas custodiet et justificabit cor, jucundidatem atque gaudium dabit. Timenti Deum bene erit. Et in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est timere Deum, et plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implevit a generationibus, et receptacula a thesauris illius. Corona sapientiæ timor Domini, replens pacem et salutis fructum, et vidit et dinumeravit eam. Utraque autem sunt dona Dei, scientia et intellectus. Sapientia compartietur prudentiæ et gloriam tenentium se exaltat. Radix sapientiæ est timere Deum, rami enim illius longævi, in thesauris sapientiæ, intellectus et scientiæ, religiositas, exsecratio autem peccatoribus sapientia. Timor Domini repellet peccatum, nam qui sine timore est non poterit justificari. Iracundia enim animositatis illius subversio illius est. Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio jucunditatis. Bonus sensus usque ad tempus abscondet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ, exsecratio autem peccatori cultura Dei. Fili, concupiscens sapientiam, conserva justitiam, et Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim et disciplina timor Domini. Et quod beneplacitum est illi, fides et mansuetudo, et adimplebit thesauros ejus. Contumax non sis et incredibilis timori Domini, et ne accesseris ad eum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, et non scandalizeris labiis tuis. Attende in illis ne forte cadas, et ponas scandalum animæ tuæ, et adducas inhonorationem tibi, et revelet Deus absconsa tua. Pro fide frater et justitia ac pro salute animæ tuæ certa semper, et pro adjutorio fratrum viriliter age, ut a Domino recipias remunerationem. Scriptum est enim : « Fili, conserva tempus, et devita a malo, pro anima tua non confundaris dicere verum (*Eccli.* IV, 23, 24). » Est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Non reverearis proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore ejus. In lingua enim agnoscitur sapientia, et sensus, et scientia, et doctrina in verbis veritatis, et firmamentum in operibus justitiæ. Non contradicas veritati ullo modo, et de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, et ne subjicias te homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii. Pro justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos, et eos evertet viriliter, noli citatus esse in lingua tua et inutilis et remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos et opprimens subjectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum et ad dandum collecta. (*Ibid.*, 25 *et seqq.*) His fultus Scripturarum auctoritatibus semper, sta rectus et a via veritatis ne avertaris, ut gratiam Dei semper acquiras, et bonorum hominum amicitia semper fruaris, tantoque tua facilius ab amore hujus sæculi mens exeat, quanto et impellitur dum vocatur. Nam vos et præsentes videre cupimus et absentibus colloqui saltem per epistolam desideramus. Unde optamus ut vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis gratia perfrui vestra pœnitentia mereamur. Data IV Nonas Februarii Aureliano et Basso IV cc. consul.

EPISTOLA DIONYSII PAPÆ AD SEVERUM EPISCOPUM.

DIONYSIUS episcopus SEVERO episcopo salutem.

Olim et ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universali Ecclesiæ auxiliante Domino sub-

venire et quidquid noxium est auctoritate apostolica corrigere et emendare. Ad hoc enim divinæ dispensationis provisio gradus et diversos constituit ordines esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, et potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordiæ fieret ex diversitate contextio, et recte officiorum generaretur administratio singulorum. Neque enim universitas alia poterat ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentiæ ordo servaret. Quia vero creatura in una eademque æqualitate gubernari vel vivere non potest, cœlestium militiarum exemplar nos instruit, quia dum sint angeli, sint archangeli liquet quia non æquales sunt, sed in potestate et ordine sicut nosti differt alter ab altero. Si ergo inter eos qui sine peccato sunt ista constat esse distinctio, quis hominum abnuat huic se libenter dispositioni submittere? Hinc etenim pax et charitas mutua se vice complectuntur, et manet firma concordiæ in alterna et Deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur unumquodque tunc salubriter completur officium, cum fuerit unus ad quem possit recurrere præpositus. De ecclesiis ergo parochianis unde apostolicam sedem consulere voluisti, qualiter sint custodiendæ per Cordubensem provinciam ac dividendæ sacerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis videtur intimare, quam ut sequaris quod nos in Romana Ecclesia nuper egisse cognoscitur. Ecclesias vero singulas singulis presbyteris dedimus, parochias et cœmeteria eis divisimus, sed unicuique jus proprium habere statuimus, ita videlicet ut nullus alterius parochiæ terminos aut jus invadat, sed unusquisque suis terminis sit contentus, et taliter ecclesiam et plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal æterni judicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat et non judicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam, charissime, te et omnes episcopos sequi convenit, et quod tibi scribitur, omnibus quibuscunque potueris notum facias, ut non specialis, sed generalis fiat ista præceptio. Crimina vero quæ episcopis impingere dicis, per alios non sinas ullo modo fieri nisi per ipsos qui crimina intendunt. Si tamen ipsi digni et irreprehensibiles apparuerint, et actis docuerint publicis omni se carere suspicione et inimicitia, et irreprehensibilem fidem conversationemque ducere. Nemini enim de se confesso credi potest super crimen alienum, quoniam omnis ejusque rei confessio periculosa est, et admitti non debet. Similiter alieni erroris socium vel a sui voluntarie propositi tramite recedentem, aut sacris patrum regulis et constitutionibus inobedientem, suscipere non possumus, nec debemus, nec impetere recte credentes vel sanctorum Patrum sanctionibus obtemperantes permittimus, quia infames omnes esse censemus, qui suam aut Christianam prævaricantur legem, aut apostolicam vel regularem libenter postponunt auctoritatem. Hæc itaque, frater charissime, quæ pro affectu sacerdotalis nominis et honoris impendimus, tibi tuisque subditis et omnibus tenenda et aliis nuntianda atque prædicanda mandamus, quibus et pietas ad utilitatem, et sit ad fructum dilectio. Unde objurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consolando, prodesse quibus possumus festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, pravis aculeus. Tumidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuet, desides hortando succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur, ut quia doctores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditum contra hostis insidias solliciti muniamus. Et si quando perditam ovem de commissis gregibus error abduxerit, toto illam annisu ad caulas dominicas revocare contendamus, ut de pastoris nomine quod habemus, non supplicium sed præmium consequamur. Quia ergo in his omnibus divinæ gratiæ adjutorium opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoremus, quatenus ad hæc nobis operanda et velle tribuat et posse concedat, atque in ea nos via cum fructu boni operis quam se pastor pastorum esse testatus est dirigat, ut sine quo nihil agere possumus, per ipsum implere omnia valeamus. Data v Idus Septembris, Claudio et Paterno IV cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA FELICIS PAPÆ.

(Anno Domini 269-274.)

Charissimo atque dilectissimo Paterno coepiscopo Felix episcopus in Domino salutem.

Gaudere me plurimum et exsultare in Domino dilectionis tuæ scripta fecerunt, quibus evidenter ostenditur quantum catholicam diligis fidem, et quantum hæreticum detestaris errorem. Hæresis quippe est nimis impia et Evangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere. Quoscunque enim rapit ad se, non solum in hoc vitium, sed in multa alia vitia ruere facit, et ipso suadente antiquo hoste non solum persecutores Ecclesiæ, sed etiam sacerdotum ejus fiunt. Una igitur mente corrigere curemus et insequamur tales, et ab hoste suo Ecclesiam, ejusque fideles et sacerdotes Domini nitamur liberare. Præstabit vires omnipotens redemptor noster charitati atque justitiæ. Præstabit nobis longe a se positis unitatem

spiritus sui ipse cujus artificio quasi in arcæ modum quatuor mundi constructa lateribus atque imputribilium lignorum compage, et bitumine charitatis astricta, ut nullius adversitate spiritus, nullius venientis extrinsecus tumore fluctus perturbetur Ecclesia. Sed quemadmodum illius gubernante gratia petendum est, ut nulla nos superveniens exterius unda conturbet, ita ex totis orandum est visceribus, frater charissime, ut suæ providentiæ dextera cumulum sentinæ nobis interioris exhauriat. Adversarius quippe diabolus qui contra humiles sæviens sicut leo rugiens circuit quærens quem devoret, non jam ut cernimus caulas circuivit, sed ita valide in quibusdam ecclesiæ necessariis membris dentem figit, ut nulli sit dubium, quia nisi unanimiter favente Domino cunctorum provida pastorum turba concurrat, omne (quod absit) citius ovile dilaniet. Quapropter detractores qui divina auctoritate eradicandi sunt, et fautores inimicorum ab episcopali submovemus accusatione. Similiter ne summorum quispiam minorum accusationibus impetatur, aut dispereat, neque in re dubia certa judicetur sententia, nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habitum, teneatur. Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit, in provincia in qua consistit ille qui pulsatur suas exerceat actiones, nec æstimet eum accusator alibi aut longius pertrahendum ad judicium. Illi vero qui pulsatus fuerit, si judices suspectos habuerit, liceat appellare primates. Primates quoque accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant damnationis quam apostolica freti auctoritate aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes convincatur; aliter irritam esse censemus et injustam episcoporum damnationem, et idcirco a synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subveniatur causis. Caveant judices Ecclesiæ ne absente eo cujus causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit qui etiam rationem pro actione fratrum in præsentia dabunt. Proditorum vero nec calumnia, nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille qui injuriam ejusque sustinuit nequitiam. Omnes ergo qui in Christo volunt pie vivere, necesse est ut ab impiis et dissimilibus patiantur opprobria, et despiciantur tanquam stulti et insani, qui præsentia bona perdunt, ut invisibilia et futura acquirant. Despectio tamen et irrisio talium in ipsos retorquebitur qui ipsos infestant, quia et abundantia eorum in egestatem, et superbia transibit in confusionem. Et quidquid justis adversitatum vel malorum irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen. Et sicut aurum, quanto plus excoquitur, tanto melius efficitur, sic justus, quanto plus tribulatur (si ipsam tribulationem patienter portaverit) multo purior et clarior Deo redditur. Unde ipsa per se Veritas dicit : « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum (*Matth.* v, 10). » De *talibus Dominus per Isaiam* loquitur, dicens : « Audite verbum Domini qui tremitis ad verbum ejus. Dixerunt fratres vestri odientes vos et abjicientes propter nomen meum. Glorificetur Dominus et videbimus in lætitia vestra, ipsi autem confundentur. Vox populi de civitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis. Antequam parturiret, peperit, antequam veniret partus ejus, peperit masculum. Quis audivit unquam tale, et quis vidit huic similiter? Nunquid parturiet terra in die una, aut parturietur gens simul quia parturivit et peperit Sion filios suos? Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Lætamini cum Jerusalem et exsultate in ea omnes qui diligitis eam, gaudete cum ea gaudio universi, qui lugetis super eam, ut surgatis et repleamini ab ubere consolationis ejus, ut mulgeatis, et deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus. Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium quam sugetis. Ad ubera portabimini, et super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, et in Israel consolabimini; videbitis et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra sicut herba germinabunt : et cognoscetur manus Domini servis et indignabitur inimicis suis, quia ecce Dominus in igne veniet et quasi turbo quadriga ejus : reddere in indignatione furorem suum et increpationem suam in flamma ignis. Quia in igne Dominus dijudicat, et in gladio suo ad omnem carnem, et multiplicabuntur interfecti a Domino. Qui sanctificabantur et mundos se putabant in ortis post januam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, et abominationem et murem, simul consumentur, dicit Dominus. Ego autem opera eorum et cogitationes eorum, venio ut congregem cum omnibus gentibus et linguis, et venient et videbunt gloriam meam, et ponam in eis signum. Et mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes, in mari, in Africa et Lydia, tenentes sagittam in Italiam et Græciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me et non viderunt gloriam meam, et annuntiabunt gloriam meam gentibus, et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino, in equis et in quadrigis, et in lecticis, et in mulis, et in carrucis, ad montem sanctum meum Jerusalem, dicit Dominus, quomodo si inferant filii Israel munus in vase mundo in domum Domini, et assumam ex eis in sacerdotes et in levitas, dicit Dominus : Quia sicut cœli novi, et terra nova quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus, sic stabit semen vestrum et nomen vestrum. Et erit mensis ex mense, et Sabbatum ex Sabbato, et veniet omnis caro ut adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur et videbunt cadavera virorum qui prævaricati sunt in me, vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur, et erunt usque ad satietatem visionis omni carni. » (*Isa.* LXVI, 5-24.) Quid aliud detrahentes faciunt,

nisi in pulverem fiant, atque in oculos suos terram excitant? Ei unde plus detractionis perflant inde magis nihil veritatis vident? Tales tamen, frater, charissime, portandi sunt et corrigendi, quia cæci sunt et duces cæcorum. His charissime respondi breviter consultis tuis quæ te et omnes episcopos regulariter tenere mandamus. Tuam tamen, frater monemus prudentiam, ut pro statu Ecclesiæ et sacerdotum ejus pro viribus elaborare studeas, et ordinem sanctæ Romanæ et apostolicæ Ecclesiæ per omnia teneas et violari sanctorum decreta non permittas, sed omnes quoscunque potueris instruas, ut fructuosos manipulos Domino repræsentes. Vale. Data IX Junii, Claudio et Aureliano IV, cc. cons.

EPISTOLA FELICIS PAPÆ.

Felix episcopus universis episcopis per Galliæ provincias constitutis in Domino salutem.

Bonorum operum et spiritualium studiorum Deum auctorem esse non dubium est, qui eorum incitat mentes et adjuvat actiones. Unde lætari me fecerunt scripta vestra ex bono studio et ex integritate fidei devotionis vitæ, sed ex afflictione et contritione vestra magna ex parte tristavere. Tristis enim tristes legi litteras vestras, et scripta mœsta mœrore debito percucurri, quia sicut nos ecclesiarum pax sacerdotumque ejus concordia et tranquillitas plebis audire facit gaudium cœleste, ita nos affligit et dejicit fraterna afflictio. Vos tamen nolite multum tristari, quia sicut ipsa per se Veritas ait: « Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus (*Joan.* xv, 19), » id est mundi amatores. Quidquid tamen hi loquantur aut adversum vos agant, vos tamen semper integram servate fidem, et puram habetote conscientiam, ut integer spiritus et anima servetur in die Domini. Nos vero ad supplementum vestrum, fratres, et coepiscopos nostros vocavimus amplius quam septuaginta cum quibus hæc quæ subter habentur inserta, regulariter tractando decrevimus. Vestris enim epistolis in omnium audientia perlectis, quæ multas (ut nostis) querimonias et oppressiones in se continebant vestras, decretisque quæ sunt de accusationibus episcoporum sancta synodus dixit. Hæc sunt quæ deinceps propter malorum hominum insidias qui in Ecclesiam et in ecclesiasticos sæviunt viros indifferenter conservare firmissime volumus in sæcula. Si quis episcopus ab illis accusatoribus qui recipiendi sunt fuerit accusatus, postquam ipse ab eis charitative conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat, et eam corrigere noluerit, non olim, sed tunc ad summos primates causa ejus canonice deferatur, qui in congruo loco infra ipsam provinciam tempore congruo, id est autumnali vel æstivo concilium regulariter convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdem provinciæ episcopis inibi audiatur. Quo et ipse regulariter convocatus si eum aut infirmitas, aut alia gravis necessitas non detinuerit adesse debebit, quia ultra provinciæ terminos accusandi ante licentia non est, quam audientia rogetur. Nam si suis fuerit aut Ecclesiæ sibi commissæ rebus exspoliatus, aut (quod absit) quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus a sede propria ejectus, aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus, tunc canonice antequam in pristino restituatur cum omni privilegio suo honore et sua omnia quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerunt legibus redintegrentur, nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate (minime tamen judicandus) advenire sponte elegerit. Nullateuus ergo a quoquam respondere rogetur antequam integerrime omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat potestati ejus ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur; præsul vero cum omni honore statui pristino reddatur, et ipse dispositis ordinatisque libere atque secure diu suis tunc regulariter, infra quatuor vel quinque aut septem menses, juxta quod possibilitas ei fuerit, et non ante convocatus ad tempus concilio in legitimo et canonico veniat ad eam, et si ita juste videtur accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summopere providendum est, ne antequam hæc omnia fiant coactus respondeat, quia contentio semper vitanda est. Adimi namque episcopo episcopatum antequam causæ ejus exitus appareat nulli Christiani videri jure potest, quia talis 45 præsumptio sacrilegium est, et auctor talium sacrilegus. Quod si ægrotans fuerit episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat, nec a communione suspendatur cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum judicium die statuta litteris evocatus minime occurrerit, hoc est, nisi alia præoccupatione necessitatis infra spatium prædictorum mensium et eo amplius, prout causam dictaverit. Quod si ex utraque parte ad causam dicendam venerint, quia unus absque altero audiri non debet, quærendum est in judicio cujus sint conversationis et fidei atque suspicionis accusatores, aut qua intentione hoc faciant; quia ad hoc admitti non debent, nisi bonæ conversationis et rectæ fidei viri, hi videlicet qui omni suspicione careant, et bona vita clareant, neque infames existant. Quod si accusatorum personæ in judicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas asserere, non tamen criminales vel ecclesiasticas voluerint. Infamis enim persona nec procurator potest esse nec cognitor. Absente vero adversario non audiatur accusator; nec sententia, absente parte alia, a judice dicta ullam obtinebit firmitatem; neque absens per alium accusari aut accusare potest, nec

affinis testis admittatur. Neminem ergo exhiberi de provincia ad provinciam vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem judicis ad quem fuerit appellatum, id est, ut auctor semper rei forum sequatur. Si quis autem judicem adversum sibi senserit vocem appellationis exhibeat, quoniam nulli oportet negari. Peregrina vero judicia generali sanctione prohibemus, quia indignum est ut ab externis judicetur, qui comprovinciales et a se electos debet habere judices.

Hæc, fratres, ad vestram et omnium coepiscoporum opem et defensionem in synodo unanimiter sunt decreta, ut si forte aliqui stultorum vos accusare (qui diabolicæ deceptionis errore decepti sunt) voluerint, dum ista legerint vel audierint resipiscant, et ad unitatis concordiam revertantur, et quod prius erat in ultionem transibit in gloriam. Nam, procul dubio multi sunt qui secundum Apostoli vocem, « prurientes auribus a veritate quidem auditum avertunt, ad fabulas autem convertentur (*II Tim.* IV, 3, 4), » et ad nocumenta bonorum transeunt. Ait autem idem Apostolus de infidelium ignorantia : « Si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent (*I Cor.* II, 8). » Similiter si hi Dominum perfecte agnovissent et amassent, nunquam servos ejus perturbassent, nec verbis aut factis persecuti essent. Quod vero idem Apostolus dicit : « Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus (*Rom.* V, 10), » cur insequimur, fratres, cur perturbamus statum Ecclesiæ Dei, et eos qui ei servire debent affligimus ? Martyres enim passi sunt, non tamen animæ eorum occisæ sunt in corporis passione, ore Veritatis attestante. « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere (*Matth.* X, 28). » Ubi agnosci oportet quippe si animæ martyrum corpore perempto suppliciis exstingui non possunt, nec animæ prædicatorum et doctorum persequi debuissent aut perturbari et a Dei famulatu averti, quia cum corporibus non deficiunt. Tales autem perturbatores Ecclesiæ non solum prædicta agunt mala, sed et memorias martyrum exsecrantur. Quapropter in præfata constituimus synodo, vobisque et omnibus Ecclesiis tenendum et agendum mandamus, ut super memorias martyrum missæ celebrentur, ne memoriæ eorum a talibus exstingui aut veneratio possit prohiberi. Vos vero, fratres, nolite multum turbari, nolite vexari, sed confortamini in Domino, et in potentia charitatis ejus. Habetote interim ista ad suffragium vestrum apostolica auctoritate decreta, et scitote nos semper paratos habere, etiam (si necesse fuerit) usque ad mortem ad quæcunque vobis necessaria fuerint (Domino opem ferente) perficienda. Illi tamen, auctore Deo, peribunt, et vos stabitis, si tamen labor vester non fuerit inanis, sed plenus fide et charitate. « Væ, inquit propheta, qui potum dat amico suo mittens fel suum (*Habac.* II, 15). » Et iterum sapientissimus Salomon ait : « Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus enim impii interrogatio erit : Sermonum autem illius auditio ad Dominum veniet, et ad correptionem iniquitatum illius, quoniam auris zeli audit omnia, et tumultus murmurationum non abscondetur (*Sap.* I, 8-10). » Hæc enim si amplecti voluissent proprio et sano sensu, ad reprobum sensum minime laberentur, sed per Dei timorem sermonum suorum præcaventes custodiam, piam sanctorum Patrum diffinitionem sine quadam nocumenti præsumptione utique conservassent, quoniam dicit sacrum eloquium, consilium bonum conservabit te, et mens bona custodiet te. Non enim de fontibus salutiferis spiritualiter ad acquisitionem æternæ vitæ procedunt tales accusationes et detractiones, atque ideo competenter nos beatus Paulus apostolus præmuniens ait : « Non debere plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem (*Rom.* XII, 3), » in definitione pietatis perdurantes. Qui enim hanc prætereunt, non tamen læsi sunt decidentes a corroboratione sua, sed insipientiæ suæ dereliquerunt domibus memoriam, ut in his in quibus peccaverunt minime latere potuissent. Gloria enim et contumelia in loquela et in loquela linguæ hominis casus illius est. Ideoque conveniens est hanc quidem ostensionem reprehensionum illorum nostris actibus inseri, ne ulterius jam talia patiamini seminantibus eis zizania et scandala, sed lætari in officiis et dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant, ac talia et hujusmodi blasphemiam subtrahere festinent, si noluerint a sacerdotali nostro collegio segregari, et a totius Christiani populi societate divelli. Licet namque de his plura et pernecessaria quæ in decretis sedis apostolicæ, et ab apostolis eorumque successoribus nostris videlicet prædecessoribus statuta inveniuntur dicere et conscribere potuissemus, tamen melius nobis visum est ut epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens et hujus unigenitus filius, et salvator noster Christus Jesus hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus et coepiscopis nostris quibuscunque tribulationibus laborantibus totis succurratis viribus, et cum eis compatientes crucem ejusdem Domini salvatoris portetis ut veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis, ut et vos et qui vobiscum sunt hic et in futuro meliora possideatis quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus diligentibus se. Per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem, et cum quo omnipotenti Deo gloria in sæcula sæculorum. Amen. Valere vos opto, charissimi fratres. Data V Idus Augusti Claudio et Paterno IV cc. consulibus.

ITEM EPISTOLA EJUSDEM AD BENIGNUM.

Dilectissimo fratri Benigno episcopo, Felix episcopus *in Domino* salutem.

Suscipientes fraternitatis tuæ epistolas quibus mê super fidei documentis quæ ab aliis habebatur aliter

quam recte fidei contineant sacramenta, prout Dominus dedit, pro fraternitatis amore respondere non resultavimus. Semper enim dubia et majora negotia terminum ab hac sancta sede a tempore apostolorum qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueverunt, et ideo tu recte fecisti quod hujus sanctæ sedis consultis te cæterosque firmari et instrui voluisti. Continebant enim litteræ tuæ fratrumque tuorum quod quidam dicunt Filium non posse proprie videre Patrem, quia scriptum est : « Deum enim nemo vidit unquam (*I Joan.* IV, 12), » et alii fingunt. Ideo minor est Patre Filius quoniam Pater illi perhibet testimonium. Quidam autem garriunt quod ideo Patre minor est, quia invisibilis ipse dicitur, Filius vero visibilis comprobatur.

Hi enim ignorantes divinarum Scripturarum et apostolorum jura, ex proprio aut adulterino sensu talia fabricant, et seducere corda fidelium quærunt. Nos vero ad ipsius fontis originem redeamus, ex quo Filium Patrem semper videre potuisse vel posse evidentioribus testimoniis de veteris et novi instrumenti litteris doceamus, Salomone dicente : « Est tecum sapientia quæ novit opera tua, et affuit tunc cum orbem terrarum faceres, et sciebat quod esset placitum coram oculis tuis (*Sap.* IX, 9). » Et Dominus in Evangelio : « Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius et cui voluerit Filius revelare (*Matth.* XI, 27). » Et iterum : « Nemo Deum vidit unquam, nisi unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse narravit (*Joan.* I, 18). » Et iterum Judæis dixit : « Vos non nostis eum, ego autem novi eum. Quod si dixero quia non novi eum, ero similis vobis mendax (*Joan.* VIII, 55). » Item ibi : « Qui ex Deo est, hic novit eum. » Et iterum. « Ego scio eum quia ab ipso sum (*Joan.* VII, 29). »

Ecce docuimus, quia videt semper Filius Patrem. Quomodo astruunt eum Patrem non posse videre, in cujus sinu noscitur permanere. Si sereno sensu divinas recenseas Scripturas, invenies non solum Patrem Filio testimonium perhibentem, sed totam simul inseparabilem Trinitatem ipso Domino protestante, qui ait : « Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, et testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater (*Joan.* VIII, 18). » Et iterum : « Si Ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est, quia scio unde venio et quo vado (*Joan.* VIII, 14). » Et de Spiritu sancto : « Dum venerit paracletus Spiritus veritatis ille testimonium perhibebit de me (*Joan.* XV, 26); » intende, quæso, intende quoniam in quibus una testificationis virtus ostenditur, nullus ab alio neque potior neque inferior judicatur. Sæpius ista jam diximus, quia secundum hominis formam Filius visibilis dicitur, secundum vero Deitatis substantiam invisibilis prædicatur Paulo attestante apostolo : « O altitudo, inquit, divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus et investigabiles viæ ejus (*Rom.* XI, 33). » Et in Isaia : Cui símilem æstimatis eum cum sit ipse invisibilis. Et item Apostolus : « Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in quibus omnia creavit (*Ephes.* III, 8, 9). » Item ipse : « Qui est, ait, imago Dei invisibilis (*Coloss.* I, 15). » Et ad Colossenses : « Ego Paulus minister qui nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis et suppleo quæ desunt tribulationum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est Ecclesia, cujus factus sum ego minister secundum dispensationem Dei in ministerium Christi, quod absconditum fuit a sæculis et a generationibus (*Colos.* I, 23-26). » Item ibi ut consolentur corda eorum in charitate, in omnes divitias adimpletionis intellectus in agnitionem mysterii quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi, et in psalmo septuagesimo sexto : « In mari est via tua, et semitæ tuæ in aquis multis, et vestigia tua non cognoscentur (*Psal.* LXXVI, 20). » Et in Salomone : « Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigabit? (*Eccli.* I, 3.) » Item ibi : « Radix sapientiæ cui revelata est, et astutias illius quis agnovit? » (*Ibid.*, 6.) Item ibi : « Disciplina sapientiæ cui manifestata est, et multiplicationem ingressus illius quis intellexit? (*Ibid.*, 7.) Item ibi : « Quoniam mirabilia sunt opera Altissimi solius, et gloriosa et absconsa, et invisa opera illius (*Ibid.*, XI, 4). » Ecce sicut Pater invisibilis est, ita et jam et Filius invenitur. Quomodo ergo ab illis qui hoc dicunt quod mandastis in eo quod nobis carnaliter se videri dignatus est Patre inferior judicatur? Talibus nolite credere vos et alios ab eorum sensu avertere docete : Vos ergo servite Domino in timore, et exsultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam ne pereatis de via justa.

Hæc vero opostolorum est viva traditio, hæc vera charitas quæ prædicanda est, et veraciter diligenda, ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta et apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec ab hæreticis novitatibus depravanda succubuit : sed, ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus illibata, fine tenus manet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem qui suorum 46 discipulorum principi in suis fatus est evangeliis : « Petre, inquiens, ecce satanas expetivit ut cribraret vos sicut qui cribrat triticum. Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos (*Luc.* XXII, 31, 32). » Consideret itaque vestra excellens prudentia quam bonum sit persistere in dispensatione nobis credita et in fide recta, atque hæreticis et æmulis Christi repugnare, et nunquam a veritatis tramite declinare : quoniam Dominus et Salvator omnium cujus fides est qui pro nobis mori non dubitavit, et proprio nos suo redemit sanguine, qui fidem beati Petri non defecturam promisit, et confirmare cum fratres suos ad-

monuit quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum. Quorum et pusillitas mea, licet impar et minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio pedissequa cupit existere : Væ enim nobis erit, qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem Salvatoris nostri Jesu Christi, quam apostoli prædicaverunt prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, quam erogare nummulariis jubemur, id est, Christianos populos juvare et docere. Quid in ipsius futuro Christi dicturi sumus examine si sermonum ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis cum de commissis nobis animabus et de officio suscepto rationem justus judex Christus Deus noster districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor et moneo, ut qua potestis et debetis sollicitudine vigiletis ad investigandos hæreticos et inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, et a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate quam potestis pro viribus extirpetis; quoniam ut habebit a Deo digne remunerationis præmium qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis perficiat fuerit exsecutus, ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare quicunque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data Nonas Februarii, Claudio et Paterno IV cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA EUTICIANI PAPÆ.

(Anno Domini 276, Aureliano et Tacito imperantibus.)

Charissimis fratribus Joanni et omnibus per Beticam provinciam constitutis episcopis, Euticianus episcopus in Domino salutem.

Hortatur nos æquitas postulationis desiderio fraternitatis tuæ gratanter annuere, et consultis tuis breviter respondere. Et quamvis dilectionem tuam sciam ad omne opus omne bonum esse devotam ut tamen efficacior fiat ad illos qui sane non sapiunt qualiter eos de Incarnatione Salvatoris nostri informare debeas, mandamus.

Unum igitur hoc immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra Petri ore confessa. Tu es, inquit, Christus Filius Dei vivi, tanta in se argumenta sustinens veritatis quantæ perversitatis quæstiones et infidelitatis calumniæ movebuntur. Jam in cæteris dispensatio voluntatis paternæ sit. Ergo pectus et corpus, postquam crux, mors inferni, salus nostra est.

Humani enim generis causa Dei Filius natus ex Virgine est, et Spiritu sancto ipso sibi in hac operatione famulante, et sua (Dei videlicet) inumbrante virtute, corporis sibi initia consevit et exordia carnis instituit, ut homo factus ex Virgine naturam in se carnis acciperet, per quam hujus admistionis societatem sanctificatum in eo universi humani generis corpus existeret. Et, quemadmodum omnes in ipso per id quod corporeum se esse voluit conderentur, ita rursum in omnes ipse, per id quod ejus est, invisibile referretur. Dei igitur imago invisibilis pudorem humani exordii non recusavit, et per conceptionem patrum vagitum et cunas, omnesque nostræ naturæ contumelias transcurrit. Quid tandem dignum a nobis tantæ dignationis affectu rependetur? Inenarrabilis ergo a Deo originis unus unigenitus Deus in corporis humani formam sanctæ Virginis utero insertus accrescit, qui omnia continet, intra *quem et per quem cuncta sunt* humani profectus, lege profertur. Ad cujus vocem archangeli atque angeli tremunt, cœlum et terra et omnia hujus mundi resolvunt elementa, vagitus infantiæ auditur. Qui invisibilis et incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderandus, cunis est obvolutus; hæc si quis indigna Deo recolit, tanto se majoris beneficii obnoxium confitetur, quanto minus hæc Dei convenerunt majestati. Non ille eguit homo effici per quem homo factus est, sed nos eguimus ut Deus caro fieret, et habitaret in nobis, id est, assumptione carnis unus interna universæ carnis incoleret : humilitas ejus nostra nobilitas est, contumelia ejus honor noster est. Quod ille Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne renovati. Plane vitam suam nescit qui Christum Jesum ut verum Deum, ita et verum ignorat hominem, et ejusdem periculi res est Jesum Christum vel Spiritum sanctum Deum non credere, vel carnem nostri corporis denegare. « Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo qui in cœlis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo qui in cœlis est (*Matth.* x, 32, 33). » Hæc verbum caro factum loquebatur et homo Jesus Christus Dominus majestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem Ecclesiæ constitutus, et ipso illo inter Deum et homines mediatoris sacramento utrumque unus existens dum ipse ex unitis in idipsum naturis, naturæ utriusque res eadem est, ita tamen ut neutro careret in utroque, ne forte Deus esse homo nascendo desineret, et homo rursum Deus manendo non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est, Deum et hominem prædicare, verbum et carnem confiteri, neque Deum nescire quod homo sit, neque carnem ignorare quod Verbum sit. Natus igitur unigenitus Deus ex Virgine homo, et secundum plenitudinem temporum in semetipso profuturus in

Deum hominem hunc per omnia evangelici sermonis modum tenuit, ut se Dei Filium credi doceret, et hominis filium prædicaret, et admoneret loquens et gerens, homo universa quæ Dei sunt loquens et gerens, deinde Deus universa quæ hominis sunt, ita tamen ut in ipso illo utriusque generis sermone nunquam nisi cum significatione hominis locutus, et Dei sit. Hæc itaque fallendi simplices atque ignorantes hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum divinæ naturæ infirmitatem mentiantur. Et quia unus atque idem est, loquens omnia quæ loquitur de semetipso, omnia eum de divinitate locutum esse contendant. Nec sane negamus totum illum qui ei manet naturæ suæ esse sermonem. Sed si Jesus Christus et homo et Deus, et nequam cum homo sit, tum primum Deus, neque tum cum et homo sit et Deus, tum non etiam et Deus, neque post hominem in Deo non totus homo, totus Deus, unum atque idem necesse est, dicatur ejus esse sacramentum quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tunc atque hominis discerne sermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteris, Dei tunc atque hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex homine et Deo rursum totius hominis, totius jam Dei tempus intelligis, si quidem illud ad demonstrationem temporis dictum est, tempori coaptatio quæ dicta sunt, ut cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo : et Deus, aliud sit post hominem et Deum, totus homo et totus Deus, non confundas temporibus et generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum aliud cum sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, aliud adhuc morituro, aliud etiam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Jesus Christus gerens et corporis nostri homo natus secundum consuetudinem naturæ nostræ locutus est, non tamen omittens naturæ suæ esse quod Deus est. Nam tametsi in partu, et passione, et morte naturæ nostræ rem peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit. Vides ne ita Deum et hominem prædicari ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur, non tamen alius sit qui mortuus est, et alius sit per quem mortuus resurgit. Spoliata enim carne Christus est mortuus, et rursum Christum a mortuis excitans, idem Christus est carne se exspolians. Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte agnosce. Et cum sint utraque suis gesta naturis, unum tamen Christum Jesum, eum memento esse qui utrumque est. Hæc igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut utriusque naturæ formam tractari in Domino nostro Jesu Christo meminissemus, quia qui manens in forma Dei, formam servi suscepit, ipse divinitatem nequaquam amisit.

Cæterum, fratres, hortamur vos, ut moneatis eos converti ad Deum. Unde scriptum est : « Fili, ne tardes converti ad Deum, ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te. Noli anxius esse in divitiis injustis, nihil proderunt tibi in die obductionis et vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, et non eas in omni via. Sic enim omnis peccator probatur duplici lingua. Esto firmus in via Dei, et in veritate sensus tui, et scientia, et prosequatur te verbum pacis et justitiæ. Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas, et cum sapientia fer responsum. Si est tibi intellectus, responde proximo ; sin autem sit manus tua super os tuum ne capiaris in verbo indisciplinato, et confundaris. Honor et gloria in sermone sensati, lingua vero imprudentis subversio illius. Non appelleris susurro, et lingua tua ne capiaris, et confundaris. Super furem enim est confusio, et pœnitentia, et denotatio pessima super bilinguem : susurratori autem odium, et inimicitia, et contumelia, justifica pusillum et magnum similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim et contumeliam malus hæreditabit, et omnis peccator invidus et bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, et folia tua comedat, et fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam disperdit quæ se habet, et in gaudium inimici dat illum, et deducit in sortem impiorum (*Eccli.* v, 8-18; vi, 1-4). » Talibus vos exhortationibus, fratres, vicissim monetote, et bona semper sectamini, malaque vitate. Magis enim studiis secundum beatum Apostolum præcavendum est, ne fides et disciplina Domini blasphementur. Et si illa nonnunquam sinenda sunt, quæ (si cæterorum constet integritas) sola nocere non valeant, illa tamen sunt magnopere præcavenda quæ recipi sine manifesta decoloratione non possunt, ac si ea ipsa quæ nullo detrimento aliquoties intelligenda credentur, vel rerum temporumque cogit intuitus, vel acceleratæ provisionis respectum accusat, quanto magis illa sunt nullatenus mutilanda quæ nec ulla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas? Idcirco, fratres, ista prætulimus ut hæ species quas non licet offerri super altare juxta constitutionem apostolorum, eorumque successorum ad domum sacerdotum deferantur, et a sacerdotibus benedicantur, et per simplicem benedictionem benedicta demum a populis sumantur, fabæ tantum et uvæ, et cætera quæ apostoli constituerunt super altare offerantur.

Optamus igitur, fratres charissimi, et totis omnipotentem Dominum precibus exoramus ut dilectionem vestram in amoris sui constantiam faciat magis magisque fervescere, atque in pace Ecclesiæ in una vos concedat manere concordia. Admonemus etiam fraternitatem vestram, ut in commissis vobis animabus solerter invigiletis, animarumque magis lucris quam commodis vitæ præsentis intendatis. In continendis vero ac disponendis rebus ecclesiasticis diligentes custodes existatis, ut ex omni parte susceptum vos condigne gessisse pastoris officium, venturus judex, cum ad judicandum venerit, debeat appro-

bare. Omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat honoremque a Deo vobis collatum moribus servare concedat, atque cum multiplici fructu animas vobis commissas ad pascua æterna adducere A sibique condigne repræsentare adjuvet, vosque inter sanctos et electos suos collocare dignetur. Data II Idus Aprilis Aureliano, et Marcello IV cc. consul.

ITEM EPISTOLA EUTICIANI PAPÆ UNIVERSIS EPISCOPIS PER SICILIAM CONSTITUTIS DIRECTA.

47 Dilectissimis fratribus universis episcopis per Siciliam constitutis EUTICIANUS.

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate, prædestinans nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificatus est nobis in dilecto Filio suo in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus quæ abundavit in nobis, in omni sapientia et prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis et quæ in terra sunt in ipso : in quo etiam sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem et gloriam ejus qui ante speravimus in Christo, in quo et vos cum audissetis verbum veritatis Evangelium salutis vestræ in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius. Propterea et ego audiens fidem vestram in Domino Jesu Christo et dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ et revelationis in agnitionem ejus illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, et quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis, et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credidimus secundum operationem potentiæ virtutis ejus quam operatus est in Christo suscitans illum a mortuis, et constituens ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo sed in futuro. Et omnia subjecit sub pedibus ejus, et ipsum dedit caput super omnem quæ est corpus ejus et plenitudo ejus qui omnia in omnibus adimpletur. Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, in *q*nibus et nos aliquando conversati sumus in desi*deriis carnis nostræ, facientes* voluntatem carnis et cogitationum, et eramus natura filii iræ sicut et cæteri. Modo, fratres, quia ex filiis iræ sua gratia et gratuita miseratione fecit nos Deus filios suos, et nos, qui digni servi non eramus nullis meritis præcedentibus, sed sua, ut diximus, gratia facti sumus filii ejus, in quo clamamus : abba pater, sequentes ejus exempla, simus filii misericordiæ et justitiæ, atque dilectionis, ut veri filii Dei et dici et esse ipso auxiliante valeamus. «Deponentes igitur, juxta apostolum, omnem malitiam, et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detractiones, etc. (*I Petr.* II, 1). » Hi vero qui talia agunt non filii Dei sed potius filii nequam esse comprobantur, sicut idem ait Apostolus : « Manifesta sunt opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur (*Gal.* V, 19-21). » Grave, fratres, verbum et horrendum nimis, quod ait, quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Et ipsa per se Veritas dicit : « Quid prodest homini universum mundum lucrari, animæ vero suæ detrimentum patiatur? » (*Marc.* VIII, 36). Gravia sunt nimis quæ prætulimus et pervalde cavenda. Quibus enim regnum Dei excluditur procul dubio et Ecclesia denegatur, de quibus Dominus in Evangelio potestatem apostolorum eorumque successorum annuntians, ait : Quorum dimiseritis peccata dimittuntur eis, et quorum alligaveritis alligata erunt, id est, quibus ecclesiam interdixeritis nisi reconciliati per satisfactionem fuerint ipsis et janua regni cœlestis clausa erit.

B C D

Unde ista præcaventes et stultorum animos prævidentes, cura pastorali, cum omnibus episcopis et sanctæ Romanæ atque universalis Ecclesiæ utriusque ordinis fidelibus, statuimus non ita in ecclesiasticis agendum esse negotiis sicut in sæcularibus. Nam in sæcularibus legibus postquam vocatus quis venerit, et in foro decertare cœperit, non licet ei ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis vero dicta causa recedere licet si necesse fuerit, aut si pergravari viderit.

Accusationes vero ordinem talem et didicimus et servari debemus, id est, si quis clericorum in crimine impetitur non statim reus æstimetur, quia accusari potuit ne subjectam innocentiam faciamus. Sed quisque ille est qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiat, similitudinem, habita tamen di-

gnitatis æstimatione, patiatur. Nec fore sibi noverit licentiam mentiendi cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Hæretici enim omnes et suspecti, et excommunicati, homicidæ quoque, atque malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, et qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi. Nulli infami unquam atque sacrilego de quocunque negotio liceat adversus religiosum Christianum, quamvis humilis servilisque persona sit testimonium dicere, nec de qualibet re actione vel inscriptione Christianum impetere. Omnibus quoque similiter accusandi vel testificandi licentia denegetur qui Christianæ religionis et nominis dignitatem et suæ legis vel sui præpositi normam aut regulariter prohibita neglexerint. Similiter prohibemus ut nullæ causæ a judicibus Ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur. Hæc non solum Ecclesiasticæ, sed et sæculi leges observare præcipiunt. Non enim passim vageque sacerdotum accusatio debet fieri. Nam, si facile admitteretur, perpauci nimis invenirentur, quia omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur. Beati tamen qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Unde et ipsa per se Veritas ait : « Pater, manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo : Tui erant et mihi eos dedisti, et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt, quia verba quæ dedisti eis, et ipsi acceperunt et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro eis quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt, et clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut unum sint sicut et nos. Cum essem cum eis ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi, et nemo ex his periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, et hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum et mundus odio habuit eos, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate ; non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, ut mundus credat quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum sicut et nos unum sumus. Ego in eis et tu in me, ut sint consummati in unum, ut cognoscat mundus, quia tu me misisti et dilexi eos sicut me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum et illi sint mecum, ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater juste, mundus te non cognovit, ego autem te cognovi, et hi cognoverunt, quia tu me misisti; et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis (*Joan.* XVII, 6-26). » Et idem Joannes apostolus et evangelista in prima epistola sua loquitur, dicens : « Charissimi, diligamus invicem, quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum, quia Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur, quoniam Pater misit Filium suum salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, et ipse in Deo. Et nos cognovimus, et credidimus charitati quam habet Deus in nobis. Deus charitas est et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, et quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo Deum et fratrem suum oderit, mendax est. Qui autem non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, et diligat fratrem suum. Omnis qui credit quoniam Jesus est Christus ex Deo natus, et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus, quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, et mandata ejus faciamus, hæc est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus, et mandata ejus gravia non sunt (*I Joan.* IV, 7-21; V, 1-4). »

Et per prophetam Dominus monendo ne lædantur discipuli sui, eorumque successores, inquit : Circumdat angelus Domini in gyro timentes eum, et eruet eos. Gustate et videte quoniam bonus est Dominus. Beatus vir qui sperat in eo. Timete Dominum omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum. Leones indiguerunt et esurierunt, quærentibus autem Dominum non deerit omne bonum. Ambulate, filii, audite me, timorem Domini docebo vos. Quis est vir qui velit vitam, diligit dies videre

bonos? Custodi linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Recede a malo et fac bonum, quære pacem et persequere eam. Oculi Domini super justos, et aures ejus ad clamorem eorum. Vultus autem Domini in facientes malum, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamaverunt justi et Dominus exaudivit eos, et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos Dominus. Juxta est Dominus contritis corde, et confractos spiritu salvabit. Multa mala justo, et ex omnibus illis liberavit eum Dominus. Custodit Dominus omnia ossa ejus, unum ex his non confringetur. Interficiet impium malitia, et odientes justum culpabuntur. Redimet Dominus animas servorum suorum, et liberabit eos. Vos erg super Dominum ponite corda vestra, et ip vos, quia non dabit in æternum fluctuation Deus autem Dominus noster deducet 4 nostros juxta prophetæ vocem : « In pute itus, quoniam viri sanguinum et dolosi no bunt dies suos (*Psal.* LIV, 24). » Vos aute sperate in Domino et fiduciam habetote i ipse liberabit nos, ipse est enim benedictu usque in sæculum, et regni ejus non erit xIII Kalend. Octobris, Caro Vero et Cari consul.

INCIPIUNT DECRETA GAII PAPÆ.

(Anno Domini 283-295.)

Dilectissimo fratri FELICI episcopo GAIUS.

Directas ad nos tuæ charitatis epistolas plenas catholicæ inquisitionis sollicitudine gratanter accepimus, benedicentes Domini nostri clementiam, quia tales extremis mundi partibus dignatur suis ovibus providere pastores per quos et pascuis valeant salutaribus abundare, et ab iniqui lupi rapacitate servari, ut insidias nequeant ejus subreptionis incurrere. Unde certum est quia promissæ vos beatitudinis gratia subsequatur, quando a vobis cœlestium perfectio doctrinarum tam votiva sciscitatione perquiritur, scriptum est enim : « Beati qui scrutantur testimonia ejus, et in toto corde exquirunt eum (*Isai.* CXVIII, 2). » Hoc ergo, frater charissime, propositum tuæ consultationis tota mente tractantes, de te quoque provenire confidimus, qui regulam catholicæ fidei iisdem studes tenere vestigiis, quibus eam in apostolica sede cognoscis esse fundatam. Et quamvis sonus eorum toto orbe diffusus, et usque ad fines orbis terræ verba eorum distensa dilectionis tuæ corda Christo probaverunt esse fidelia, tamen si quid ex his in Ecclesia quæ tuæ gubernationi, Domino auxiliante, commissa est, nec dum plena luce claruerit, ad eumdem fontem de quo illa salutaris manarat lympha recurritis, id est, quod debita charitate sumus amplexi, quia fiducialiter de his unde apud eos observantiam esse dixistis ambiguam nostram voluistis responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in Domino salutantes, de singulis quod juxta catholicam disciplinam teneat apostolicæ sedis auctoritas, subjectis aliquibus etiam sanctarum capitulis regularum te credimus instruendum. Primo quidem scias paganos et hæreticos non posse Christianos accusare, aut vocem infamationis inferre, deinde nemo unquam episcopum apud judices sæculares aut alios clericos accusare præsumat. Et si quis episcopus, presbyter aut diaconus, vel quilibet clerici apud episcopos (quia alibi non oportet a *qualibet persona, et quæ rite* recipienda est) fuerint accusati, quicunque fuerit, sive ille sublin noris, sive ullius alterius dignitatis qui illaudabilis intentionis arripuerit, noverit p documenta se debere inferre. Si quis ergo jusmodi personas non probanda detuleri tate hujus sanctionis intelligat se jacturan sustinere, ut damno pudoris æstimationis discat sibi alienæ verecundiæ impune ins tem de cætero non licere. Nam qualiter ad veniatur, aut qualiter de suis rebus exsp ejectis a sedibus propriis, aut qui accusa recipiendi, quive non sint, aut qualiter eje spoliatis sint omnia legibus redintegrand ablata sunt, quia priusquam hoc factum f lum crimen eis objicere poterit, et qualite duciæ post integram restaurationem ani vel sex mensium indulgendæ sint, et qu omnia licenter et pacifice absque ullius gr dimento disponere, et suorum amicorum siasticorum Patrum conciliis uti debeant s ab apostolis suorumque decessoribus ac nc decessoribus statutum esse putamus ; sup tem non reor amplius nunc fore disputan si surrexerint talia quæ adhuc non sunt r Si eorum autem statuta non habueritis, mi lissimos scriptores qui hæc coram fidelibu excipere, vobisque reportare sub stipula leant.

Cæterum ut satis faciam consultis tuis, incarnationis et veritatis, quicunque illi su cæcati et a lumine veritatis alieni, ut ve tempore incarnationis denegent veritatem, in quo sibi Christianum nomen usurpen Evangelio veritatis æqua ratione concorde Virginis partum aut caro sine Deitate, aut orta sine carne, sicut enim negari non pot gelista dicente quod « Verbum caro factu habitavit in nobis (*Joan.* I, 1), » ita negari n (beato apostolo Paulo prædicante) « quonian

Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi (*II Cor.* v, 19); » quæ autem reconciliatio posset esse qua humano generi repropitiaretur Deus, si hominis causam mediator Dei hominumque non susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei æqualis est Patri, in forma servi particeps esset et nostri ut mortis vinculum unius prævaricatione contractum, unius morte qui solus morti nihil debuit solveretur? Effusio enim justi sanguinis Christi tam fuit dives ad pretium, ut si universitas captivorum in Redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent, quoniam sicut Apostolus ait : « Ubi autem abundavit delictum superabundavit gratia (*Rom.* v, 20). » Et cum sub peccati præjudicio nati potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis quam debitum servitutis. Quam itaque in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt qui in Salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Quis est, ut ait Apostolus, qui « tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis? (*Ephes.* v, 2.) » Aut quod unquam sacrificium sacratius fuit quam quod verus æternus Pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit. Licet in conspectu Domini pretiosa justorum mors fuit, nullius tamen insontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt justi, non dederunt coronas. De fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ non dona justitiæ, singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit, cum Filius hominis unus solus Dominus noster Jesus Christus qui vere erat agnus immaculatus exstiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat : « Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum (*Joan.* xii, 32). » Fides etenim justificans impios, et creans justos ad humanitatis retracta perticipium in illo acquirit salutem, in quo solus homo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit; licet ergo in uno Domino nostro Jesu Christo vero Dei atque hominis filio Verbi et carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indivisæ communes habeat actiones, intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates. Et sic veræ fidei contemplatione cernendum est ad quæ provehatur humilitas carnis, et ad quæ inclinetur altitudo Deitatis, quod sit quod caro sine Verbo non agit, et quod sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet Virgo, nec pareret, et sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi enim potentia non adorarent Magi puerum stella indice declaratum; sine veritate carnis non juberetur transferri in Ægyptum puer et ab Herodis persecutione subduci : sine Verbi potentia non diceret vox Patris missa de cœlo : « Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite (*Matth.* xvii, 5); » et sine veritate carnis non protestaretur Joannes : « Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (*Joan.* i, 29) : » sine Verbi potentia non fieret reintegratio debilium et vivificatio mortuorum, et sine veritate carnis, nec cibus jejunio, nec somnus esset necessarius fatigato, postremo sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur æqualem, et sine veritate carnis non idem diceret Patrem se esse majorem, cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quæ secundum confessionem beati Petri apostoli unum Christum Dei Filium et hominem credit et verbum. Quamvis itaque in illo ex quo in utero Virginis Verbum caro factum est, nihil unquam in utraque forma aliquid divisionis exstiterit, et per omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones. Ea ipsa namque, ut ita dicam, quæ inseparabiliter facta sunt nulla commistione confundimus, sed quod cujusque formæ sit ex operum qualitate sentimus. Dicant ergo isti hypocritæ qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis in qua forma crucis ligno Dominus majestatis Christus affixus sit, quod jacuerit in sepulcro, et revoluto lapide monumenti quæ tertia die caro resurrexit? Et quia post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, et hæsitationem cunctantium confutabat cum diceret : « Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videbitis habere (*Luc.* xxiv, 39), » et apostolo Thomæ : « Infer manum tuam in latus meum, et vide manus meas et pedes, et noli esse incredulus, sed fidelis (*Joan.* xx, 27), » quia utique manifestatione corporis sui jam hæreticorum mendacia destruebat, ut universa Ecclesia Christi innovanda doctoris hoc non sibi dubitaret credendum, quod apostoli susceperant prædicandum, ac si in tantam lucem veritatis tenebras suas hæretica obturatio non relinquit, ostendant unde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi per mediatorem Dei et hominum hominem Jesum Christum non potest perveniri. Sicut enim ait beatus Petrus apostolus : « Nec est aliud nomen datum hominibus, sub cœlo in quo oporteat nos salvos fieri (*Act.* iv, 12), » nec est redemptio captivitatis humanæ, nisi in sanguine ejus qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, et qui, sicut prædicat apostolus Paulus : « Cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris (*Philip.* ii, 6-11). » Cum ergo unus sit Dominus Jesus Christus et veræ Deitatis veræque humanitatis in ipso una prop-

sus eademque persona sit, exaltationem tamen quam illum, sicut doctor gentilium dixit, exaltavit Deus et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ad eam intelligimus pertinere formam quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat Filius Patri, et inter genitorem atque unigenitum nulla erat in essentia discretio, nulla in majestate diversitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat verbo, quod ei Patris munere redderetur. Forma autem servi, per quam impassibilis Deitas sacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas est, in gloria divinæ pietatis evecta est, in tanta unitate ab ipso conceptu Virginis deitate et humanitate conserta, ut nec sine homine divina, nec sine Deo agerentur humana.

Propter quod sicut Dominus majestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est Deo dicitur exaltatus, quia inseparabiliter manente unitate personæ unus atque idem est et totus hominis filius propter carnem, et totus Dei Filius propter unam cum Patre deitatem. Quidquid enim in tempore accepit Christus secundum hominem accepit, cui quæ non habuit conferrentur; nam secundum potentiam divinitatis indifferenter omnia quæ habet Pater, etiam Filius, et quæ in forma servi a Patre accepit eadem forma Dei etiam ipse donavit, secundum Dei enim formam ipse et Pater unum sunt. Secundum formam servi non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem ejus qui misit eum, secundum formam servi tristis est anima ejus usque ad mortem. Et idem ipse, sicut Apostolus prædicat, est dives et pauper; dives quia Evangelista dicente : « In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum (*Joan.* I, 1), » hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Pauper vero quia propter nos verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Quæ autem est exinanitio ejus quæve paupertas, nisi formæ servilis acceptio per quam verbi majestate revelata dispensatio humanæ redemptionis impleta est? Nam quia captivitatis nostræ resolvi originalia vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis quem naturæ, quem peccati præjudicia non tenerent, et qui immaculato sanguine suo chirographum lætale dilueret, sicut ab initio erat divinitus præordinatum, ita est in plenitudine temporis perfectum, ut multis modis significata **49** promissio in diu exspectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum quod continuis testificationibus semper fuerat nuntiatum. In magno autem sacrilegio se versari hæreticorum manifestat impietas, cum specie divinitatis honorandæ humanæ carnis in Christo denegant veritatem, et religiose existimant credi, si dicatur in Salvatore nostro verum non esse quod salvat, cum ita secundum promissionem omnia sæcula percurrentem mundus sit Deo reconciliatus in Christo, ut, nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro salvari. Omne enim sacramentum Christianæ fidei magno (ut hæretici volunt) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus de nostri in Christo corporis veritate, quia omnes apostoli apostolorumque discipuli, et præclari Ecclesiarum quique doctores qui ad martyrii coronam vel ad confessionis meruerunt gloriam pervenire, in hujus fidei lumine splenduerunt consonis utique sententiis intonantes, quod in Domino Jesu Christo deitatis et carnis una sit confitenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua divinorum voluminum portione hæretica impietas se æstimat adjuvari, quæ veritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non propheta præcinere, non Evangelia docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quærant per omnem seriem Scripturarum quo tenebras fugiant, non quo verum lumen obscurent; et per omnia sæcula ita veritatem inveniunt coruscantem ut magnum hoc mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctarum litterarum nulla pars sileat, sufficit quædam consona veritatis signa posuisse quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur et sincera intelligentia luce prospiciat, quod in Filio Dei, qui se incessabiliter filium hominis hominem profitetur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum, quoniam (sicut ait beatus Apostolus): « Magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne justificatum est, in spiritu apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria (*I Tim.* III, 16). »

De episcoporum vero, et presbyterorum, diaconorumque et sequentium clericorum ordinationibus sanctos apostolos et successores eorum, ac præcipue Anacletum, et præterea alios sufficienter statuisse cognoscimus; et idcirco non est necesse nunc replicari, nisi quod illi non statuerunt. Illud tamen nos statuentes, vobis et omnibus servare mandamus, ut ad ordines ecclesiasticos sic accedant, in ecclesia qui ordinari merentur, id est : si quis episcopus esse mereretur sit primo ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur accolitus, demum vero subdiaconus, deinde diaconus, et postea presbyter, et exinde, si meretur, episcopus ordinetur. Et regiones, sicut in hac urbe fecimus, per singulas urbes quæ populosæ fuerint diaconibus dividentur. Et quæcunque difficiles quæstiones per singulas provincias exortæ fuerint, semper ad sedem apostolicam referantur. Bene vale, frater, et ora pro nobis. Data Kalend. Martii, Diocletiano et Constantio Vero IV cc. cons

INCIPIUNT DECRETA MARCELLINI PAPÆ.

(Anno Domini 295, imperatore Maximiano.)

MARCELLINUS, episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romanæ, SALOMONI coepiscopo in Domino salutem.

Quam laudabiliter pro catholicæ fidei veritate movearis et qui sollicite Dominico gregi dèvotionem officii pastoris impendas, tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrant, quibus notitiæ nostræ insinuare curasti qui errorum morbi in regionibus vestris modo exorti sunt. Nam epistolæ sermo, et commonitorii series et libelli tui textus eloquitur quod quidam, errore decepti, dicunt ideo Patrem majorem Filio esse, quia illi soli sacrificium immolatur et quod Filius nullam cum Patre communionis operam habeat, et quod illud propheticum de solo Patre dictum sit: « Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus, tu solus Altissimus super omnem terram (*Psal.* LXXXII, 19), sive quod ideo minor est Filius, quia ipse in cruce pendens dixit: « Deus, Deus meus, quare me dereliquisti (*Matth.* XXVII, 46; *Marc.* XV, 34). » Quibus competens et congruum reddatur responsum, quia sicut Patre, ita etiam Filio non solum Christianis temporibus, verumetiam a priscis temporibus sacerdotibus, variis multisque modis probamus sacrificium fuisse oblatum, Daniele, propheta dicente : « Non est locus (inquiunt tres pueri) ad sacrificandum nomini tuo et invenire misericordiam, sed in anima contrita et in spiritu humilitatis suscipiamur. Et sicut holocaustomata arietum et taurorum agnorumque pinguium, ita fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi (*Dan.* III, 38 *et seq.*), » et ut Filium fuisse agnoscas, cui hi tres pueri sacrificium se confessi sunt obtulisse, ex ipsius regis ac tyranni qui eos in fornacem ignis mitti præceperat confessione addisce qui se cum tribus, quartum in ipso æstuantis camini incendio sociatum prodidit conspexisse. « Nonne, inquit, tres viros misimus in fornacem vinctos? Et dixerunt ei : Vere rex; et dixit : Ecce ego video quatuor viros solutos, et deambulantes in medio ignis, et aspectus quarti similis Filio Dei est (*Ibid.*, 91 *et* 92). » Idem Dei Filius per prophetam loquitur dicens : « Tibi offerent reges munera (*Psal.* LXVII, 30). » Et ut hæc de Filio Dei se dixisse doceret, dixit : « Reges Tharsis et insulæ munera offerent, reges Arabum et Saba dona adducent, et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes servient ei (*Psal.* LXXI, 10 *et* 11). » Et ut hæc omnia superius designata Christo Filio Dei doceamus fuisse oblata, in nativitate ejusdem Dei quæ secundum carnem facta est probamus fuisse completa Evangelio comprobante : « Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judæ in diebus regis Herodis, ecce magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes : Ubi est qui natus est rex Judæorum (*Matth.* II, 1 *et* 2). » Et infra : « Et intrantès domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum, et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, myrram (*Ibid.*, 11). » Sacrificium itaque quod a Christianis sacris altaribus admovetur non solum Deo Patri sed etiam Filio communi devotione offertur, quoniam nec Pater sine Filio potest offerri, neque a Filio sine Patre sentiri.

Quod autem communem operam habeant Pater et Filius, hoc modo docetur dum primi hominis plasma Deus ad imaginem Dei communi operationis virtute fecisse fertur, Scriptura dicente : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram (*Gen.* I, 26). » Item ibi : « Descendamus et confundamus ibi linguam eorum (*Gen.* II, 7). » « Et pluit Dominus a Domino ignem et sulphur super Sodomam (*Gen.* XIX, 24). » Et in Evangelio : « Pater meus usque modo operatur et ego operor (*Joan.* V, 17). » Similiter et « opera quæ ego facio non sunt mea, sed ejus qui misit me Patris (*Ibid.*, 36), » quæ omnia non discretam Patris et Filii potentiam monstrant, sed unam divinitatis operationem annuntiant. Et is qui paternum opus exsequitur, a paternis operibus alienus esse non creditur. Si autem ex evangelio Filium Dei cognosceres Altissimum nuncupatum, nunquam Filio derogans hoc de solo Deo Patre dictum poneres testimonium, cum scriptum sit: « Tu, puer, propheta Altissimi vocaberis (*Luc.* I, 76). » Et ut Filius cum Patre indiscrete in altissimis habitasse credatur, Salomonis testimonio comprobatur : « Ego (Sapientia inquit) habitavi in altissimis et thronus meus in columna nubis (*Eccli.*, XXIV, 7). » Et in psalmo nonagesimo secundo : « Tu autem Altissimus es in æternum, Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt. » Nam cum diabolus thronum suum contra Creatoris sui thronum in altissimis collocaret, elatus superbia, hæc ausus est nefando ore depromere : « Ponam sedem meam ad Aquilonem (inquit); ascendam super sidera cœli, sedebo super montes excelsos, et ero similis Altissimo (*Isa.* XIV, 13 *et* 14). » Item in Salomone : « Ne dixeris, peccavi, et quid accidit mihi triste, Altissimus enim patiens est redditorum (*Eccli.* V, 4). » Si auditum cordis tui Scripturis non vis accommodare divinis, quæ Filium doceant Altissimum nuncupatum, vel diabolo crede qui contra Opificis sui thronum sedem sibi voluit collocare. Ut eum agnoscatis Filium a Patre (ut vos suspicamini) non fuisse penitus derelictum, hoc de se in Evangelio posuit testimonium : « Pater qui me misit, mecum est et non reliquit me solum, quia quæ placita sunt ei facio semper (*Joan.* VIII, 29). » Unde pro surreptione mandamus, ut omnis cura at-

que sollicitudo invigilet, nec fides temeretur aut violetur. Jam nullus est ignorantiæ locus, nullus utatur simplicitatis excusatione præterita. Scienti peccare necessaria est confusio, et quod errore contraxit scientia reformetur. Ista, frater, tene, et hæc doce. Utinam ad plenioris affatus satietatem præsentiæ tuæ nobis gaudia contigissent, ut gratularemur nos et colloquio et præsentia tui frui quam sumus ante scripta complexi. Verumtamen probasti, dilectissime frater, quo christianam fidem veneraris affectu, dum ea quæ ad regulas Patrum pertinent, et ad mandata catholica sine aliqua culpæ transgressione servare et, spreta hæretica et nociva doctrina, catholica et apostolica tenere præcepta, et rectæ fidei regulas docere atquæ servare. Hæc, frater charissime, et alia quæ Patrum regulis continentur in labiis et cordibus nostris indivisa retractatione meditemur, et sicut scriptum est : « Narremus ea filiis nostris, ut ea meditentur in cordibus suis, sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque surgentes (*Deut.* VI, 7), » quia « beatus in Domino, qui in lege ejus meditabitur die ac nocte (*Psal.* I, 2). » Hoc et Magister gentium secutus discipulum suum instruens admonet : « Hæc meditare, in his est (*I Tim.* IV, 15,) » subjicies plenitudinem, attende doctrinæ tibi, quoniam si fidelibus sine intermissione incumbimus institutis, separamur a vitiis, dum impensa cura divino operi, humano locum non relinquit errori. Quod si ea quæ prædicta sunt validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione receditur, et constanter quæstionibus obviatur ac pravorum intentio cassatur, bonorumque fides et constantia roboratur. Data VIII Idus Septemb., Diocletiano et Constantino C. cc. consulibus.

ITEM EPISTOLA MARCELLINI PAPÆ.

Dilectissimis fratribus universis episcopis, per orientales provincias constitutis, MARCELLINUS episcopus.

Quid tam dulce sollicito quam quod mihi de vobis innotescunt illa quæ cupio? Quid tam religiosis conveniens institutis quam ut inter se sacerdotes pacem (quam necesse est aliis pro officio annuntiare) conservent? Plena fateor, gratulatione suscepi quod votiva mihi de charitate quæ inter vos est Ecclesiarum pacem in litteris indicastis, sponte mihi quidquid hortari poteram, quidquid monere delatum est, « confirmet hoc Deus, quod est operatus in nobis (*Psal.* LXVII, 29), » et quæ præcepit pro animarum salute facienda, hæc ipse, qui præcepit, pro ea qua nos redemit pietate, faciat. Et his tam bonis nuntiis nos quoque religiosam sanctorum vicem reddimus nuntiorum. Quidquid cum Orientalibus quod ad Ecclesiæ corpus unitatemque revocatos dudum Dei nostri ope litteris significavimus destinatis, denuo cum apertum fuerit repetitis vobiscum participamus indiciis. Mox pro nostro edicto ab Orientalibus missa legatio est, certa speravit, certa consuluit, sed facimus de his quæ fuerunt dicenda compendia. Ipsius potius ad instruendam notitiam vestram quæ a nobis sunt responsa dirigentes, ne quod sibi sub spatio prolixiore terrarum aut opinio vindicet, aut error assumat, cum ad rerum fidem ipsam teneri sufficiat veritatem. Quid autem, ad continentiam nostrarum pertinet litterarum, oportuit quidem desideria plenius expedire. Quapropter scitote vos a persecutione fratrum et ab omni litigio abstinere debere, dicente Scriptura : « Servum Dei non oportet litigare (*II Tim.* II, 24), » nec quidquam nocere, sed omnes persecutores Ecclesiæ servorumque ejus vestris redargutionibus corrigere, testante Apostolo : « argue, obsecra, increpa (*II Tim.* IV, 2). » Quæcunque ergo contentiones inter Christianos ortæ fuerint ad Ecclesiam deferantur et ab Ecclesiasticis viris terminentur. Major autem non potest a minore judicari, nec episcopi *pontifici a quo consecrari* probantur, præjudicium inferre ullum possunt. Quod si præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri; clericus vero cujuslibet ordinis absque pontificis sui permissu 50 nullum præsumat ad sæculare judicium attrahere, nec laico quemlibet clericum liceat accusare, detractiones tamen et accusationes atque persecutiones inter Christianos oppido vitandæ sunt; quia licet pauci simus in comparatione aliorum, si tamen unanimes fuerimus facilius adversariis resistemus. Sanctus enim protomartyr Stephanus lapidabatur, sed Jesus suscipiebat plagas, ideo unicuique providendum est, ne aliquem injuste judicet aut puniat, ne Jesum judicet aut puniat. Et Dominus in Evangelio ait : « Nolite judicare, ut non judicemini, in quo enim judicio judicaveritis, judicabimini (*Matth.* VII, 1 *et* 2). » Unde et Doctor gentium loquitur dicens : « Hoc igitur dico et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut gentes ambulant, in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnisque avaritiæ. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestræ et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est, in justitia et sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. Irascimini et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram; nolite locum dare diabolo, qui furabatur jam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Sed, si quis

bonus est ad ædificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem invicem benigni, et misericordes donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores Dei sicut filii charissimi, et ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem et omnis immunditia, aut avaritia nec notetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio; hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei; nemo vos seducat inanibus verbis, propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ, nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et justitia et veritate, probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est dicere. Omnia autem quæ arguuntur a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur lumen est, propter quod dicit : Surge qui dormis, et exsurge a mortuis et illuminabit te Christus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini Spiritu loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris, Domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri subjecti invicem in timore Christi (*Eph.* IV, 17-32, V, 1-21). » Omne enim quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia. Non licet ergo imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata divina præsumere, nec quidquam quod evangelicis propheticisque et apostolicis regulis obviat agere. Injustum enim judicium et definitio injusta regis metu vel jussu a judicibus ordinata non valeat, nec quidquid quod contra evangelicæ, vel propheticæ, aut apostolicæ doctrinæ constitutionem, successorumve eorum, sive sanctorum Patrum actum fuerit, stabit. Et quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit omnino cassabitur. Vos autem state in fide, viriliter agite, et omnia vestra cum charitate fiant, hujus rei gratia (ut ait Apostolus) flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis et in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ virtutem corroborari per Spiritum ejus, in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris in charitate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo et profundum et altitudo, scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus secundum virtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia et in Christo Jesu in omnibus generationibus sæculi sæculorum. Amen. Data V Idus Decemb. Diocletiano VI, et Maximo VIII, IV cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA MARCELLI PAPÆ.

(Anno Domini 304, sub Constantio et Galero.)

Dilectissimis fratribus, universis episcopis per Antiochænam provinciam constitutis, MARCELLUS.

Sollicitudinem omnium Ecclesiarum, juxta Apostolum circumferentes divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, in quadam sacerdotum ejus specula constituti prohibeamus illicita, et sequenda doceamus. Unde, directis per Bonifacium diaconum nostrum litteris, admonemus ut quæ male pullulant abscindantur, et malefacta corrigantur, atque bona sectentur, et Patrum nostrorum exempla et statuta imitentur. Rogamus ergo vos, fratres, ut non aliud doceatis, neque sentiatis quam quod a beato Petro apostolo, et a reliquis apostolis et Patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis, ideo non oportet vos proprium derelinquere Patrem, et alteros sequi, ipse enim caput est totius Ecclesiæ, cui ait Dominus : « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam (*Matth.* XVI, 18), » et reliqua. Ejus enim sedes primitus apud vos fuit quæ postea jubente Domino Romam translata est, cui adminiculante gratia divina hodierna præsidemus die. Nec ab ejus dispositione nos deviare oportet, ad quam cuncta majora ecclesiastica negotia divina disponente gratia jussa sunt referenda, ut ab ea regulariter disponantur a qua sumpsere principia, si vestra vero Antiochæna, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi, nulla est quæ ejus non subjecta sit ditioni, ad quam omnes quasi ad caput, juxta apostolorum eorumque successorum sanctiones, episcopi qui voluerint vel quibus necesse fuerit suffugere, eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem et liberationem unde acceperunt

informationem atque consecrationem. Quod omnibus minime convenit denegare episcopis, sed absque ulla custodia aut excommunicatione, vel damnatione, vel exspoliatione libere ire concedatur. Simulque idem inspirante Domino constituerunt ut nulla synodus fieret præter ejusdem sedis auctoritatem, nec ullus episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata, super quibuslibet criminibus pulsatus, audiatur vel judicetur, quia (ut paulo superius prælibatum est) episcoporum judicia et summarum causarum negotia, sive cuncta dubia apostolicæ sedis auctoritate sunt agenda et finienda, et omnia comprovincialia negotia hujus sanctæ, universalis, et apostolicæ Ecclesiæ sunt retractanda judicio, si hujus Ecclesiæ pontifex præceperit. Nec cui liceat sine præjudicio Romanæ Ecclesiæ (cui in omnibus causis debetur reverentia) custodire, relictis his sacerdotibus qui in eadem provincia Dei Ecclesias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, vel aliarum provinciarum episcoporum judicium experiri vel pati, sed omnibus ejusdem provinciæ episcopis congregatis judicium auctoritate hujus sedis terminetur; quod tamen (ut præfatum est) per ejus vicarios, si libuerit, erit tractandum, et quidquid injuste actum est reformandum. Pastoralis ergo cura officii nos admonet et destitutis succurrere, et cuncta neglecta vel male acta reformare, ut ignis ille, quem Dominus veniens misit in terram, motu crebro emendationis, vel crebræ meditationis agitatus sic calescat ut ferveat, et sic inflammetur ut luceat.

Sæpe enim dicendum et agendum est quia mala pullulantia fraterna charitate oportet resecari, ut bona crescendi et augmentandi amplissimum locum inveniant. « Nolite ergo (ut Apostolus ait) plures fieri magistri mei, fratres, scientes, quoniam majus judicium sumitis. » In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potest etiam freno circumducere totum corpus. Si autem equorum frenos in ora mittimus, ad consentiendum nobis et omne corpus illorum circumferimus. Ecce et naves, cum magnæ sint et a ventis validis minentur, circumferuntur autem a modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit, ita et lingua modicum quidem membrum est et magna exaltat. Ecce quantus ignis qui magnam silvam incendit! Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus et inflammat rotam nativitatis nostræ inflammata a gehenna. Omnes enim naturæ bestiarum et volucrum et serpentum, etiam cæterorum domantur, et domita sunt a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest; inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore benedictio procedit et maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons de eodem *foramine* emanat dulcem et amaram aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus olivas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam. Quis sapiens et disciplinatus inter nos, ostendat ex bona conversatione opera sua in mansuetudine sapientiæ? Quod si zelum animarum habetis et contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem; non enim est ista desursum descendens, sed terrena, animalis, et diabolica. Ubi enim zelus et contentio, ibi inconstantia et omne opus pravum. Quæ ante desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, et fructibus bonis, indicans sine dissimulatione.« Fructus autem justitiæ in pace seminatur facientibus pacem (*Jac.* III, 1 *et seq.*)» « Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii, perfecti sperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in revelatione Jesu Christi, quasi filii obedientiæ non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis, sed secundum eum qui vocavit vos sanctum, ut et ipsi facti sancti in omni conversatione sitis, quoniam scriptum est : Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si Patrem, invocatis eum qui sine acceptione personarum judicat, secundum uniuscujusque opus in timore incolatus vestri tempore conversamini. Scientes quod non corruptibili auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine Agni, quasi incontaminati et immaculati Jesu Christi, prænogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem novissimis temporibus propter vos qui, per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, et dedit ei gloriam ut fides nostra et spes esset in Deo. **51** Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi et permanentis, quia omnis caro ut fenum, et omnis gloria ejus tanquam flos feni; exaruit fenum et flos ejus decidit, verbum autem Domini manet in æternum. Hoc est autem verbum quod evangelizatum est in vobis. Deponentes quidem omnem malitiam et omnem dolum et simulationes, et invidias et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, si gustatis quoniam dulcis est Dominus. At quem attendentes lapidem vivum ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum et honorificatum, et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini, domos spirituales, sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias acceptabiles Deo per Jesum Christum, propter quod continet Scriptura : Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem et electum, pretiosum, et qui crediderit in eum non confundetur, vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Et lapis offensionis et petra scandali his qui offendunt verbo, nec credunt in quo et positi sunt. Vos autem genus electum,

regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus qui de tenebris vos revocavit in admirabile lumen suum (*I Petr.* I, 13-25; 1-9). Estote ergo, charissimi, prudentes et vigilate in orationibus; ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum, hospitales invicem sine murmuratione unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur quasi sermones Dei. Si quis ministrat tanquam ex virtute quam administrat Deus ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum, cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen. (*I Petr.* IV, 7 *et seq.*) » Data Kalend. Aprilis, Maxentio et Maximo IV cc. consul.

EPISTOLA MARCELLI PAPÆ AD MAXENTIUM TYRANNUM.

MARCELLUS episcopus sanctæ et apostolicæ et catholicæ urbis Romæ, MAXENTIO.

Magistra bonorum omnium charitas quæ nihil rapit extraneum, nihil agit asperum, nihil confusum, nihil factiosum, nihil quod honori divino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo deroget, oblita sui, non quæ sunt, sed quæ Dei vel proximi quærens, nemini invidens omnibus consulens, non sæviens, sed compatiens, non rapiens, sed largiens, non murmurans, sed omnia æquanimiter tolerans, si in te perfecte habitaret, temperares animum a malis, sævire desineres, id est, Dei Ecclesiam ac sanctos ejus persequi cessares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati invigilares, modestiam amplectereris, et bonis potioribus frui satageres. Charitas enim exercet corda, sensus corroborat, ut nihil grave, nihil difficile, sed totum fiat dulce quod agitur, dum ejus sit proprium nutrire pacifica, servare composita, dissociata conjungere, prava dirigere, et virtutes reliquas perfectionis suæ munimine solidare. De ipsa ergo omnes monens Apostolus, ita loquitur, dicens : « Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens; et si habuero omnem prophetiam, et noverim mysteria omnia et omnem scientiam, et habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum; et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit (*I Cor.* XIII, 1 *et seq.*). » Quisquis ergo in ejus se radice inserit nec a viriditate deficit, nec a fructibus inanescit, quia amore fecunditatis opus efficax non admittit. Licet modo charitas in persecutoribus Ecclesiæ servorum quæ Dei arefacta sit, viget tamen in amatoribus ejus, et in eos qui patiuntur propter justitiam, de quibus, ipsa per se Veritas testatur dicens : « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam (*Matth.* V, 10). » Et alibi : « Si me persecuti sunt, et vos persequentur (*Joan.* XV, 20), » potius enim nos et omnes Domini sacerdotes, qui ejus videlicet sunt veri sacerdotes elegimus propter justitiam, et veram fidem persequi, et pro Christi nomine pati, quam multis divitiis ditari, honoribusque copiosissimis abundare, et cœlesti regno carere. Ista enim temporalia sunt, illa æterna, ista caduca, et ad horam transeuntia, illa vero perpetua et sine fine mansura. Tu ergo, qui nos suades cultum dimittere divinum, et a recta fide recedere, diisque immolare, melius tibi foret, ut tu prius mutabilem te præberes, omnesque exhortareris fidei documenta et divini cultus ministeria ita tenere, sicut Patres nostri, sancti apostoli, sibi tradita prædicaverunt et docuerunt. Boni enim principis ac regis est ecclesias contritas atque scissas restaurare, novas ædificare, et Dei sacerdotes honorare atque tueri. Unde sanctos apostolos eorumque successores sub divina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec invidere laborantibus in agro Dominico, neque expellere æterni Regis dispensatores, sed si qui expulsi fuerint aut suis rebus exspoliati primo omnia legaliter reddi, quæ eis ab inimicis aut a persecutoribus ablata sunt, et sedes proprias cum omnibus ad se pertinentibus regulariter restitui, et postea tempore congruo vocari ad synodum regulariter congregatam, nec liceret ei, priusquam fiant hæc, de se juxta statuta prædictorum respondere, aut de suis impetitionibus, si se viderit prægravari, reddere rationem. Sed, his rite peractis, suisque omnibus libere dispositis, si tum juste videtur, suis respondeat accusatoribus, et inducias, si ei necesse fuerit, accipiat non modicas ut explorare valeat ea quæ objiciuntur ei, ne aliquando delusus fraude innocenter ruat, quoniam non oportet quemquam judicare vel damnare priusquam legitimos habeat præsentes accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Unde ait propheta : « Priusquam agnoscas, non judices quemquam (*Eccli.* XI, 7). » In hoc ergo qui episcopi et reliqui servi Dei persequuntur, non tantum ipsi persequuntur quantum ille cujus vice funguntur, sicut scriptum est, « Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei (*Zach.* II, 8). » Et alibi : « Qui vos contristavit, me contristavit (*Col.* III, 25); » et : « Qui facit injuriam, recipiet id quod inique gessit (*II Cor.* II, 5), » vos ergo, licet « corpora nostra possitis occidere, animas tamen non potestis occidere (*Matth.* X, 28), » nec gradus nobis divinitus collatos potestis auferre. Synodum ergo absque hujus sanctæ sedis

auctoritate episcoporum, quanquam quosdam episcopos possitis congregare, non potestis regulariter facere, neque ullum episcopum qui hanc appellaverit apostolicam sedem damnare, antequam hinc sententia finitiva procedat. Nam si sæculares in publicis judiciis libellis utuntur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? de quibus dictum est : « Ego dixi : Dii estis et filii excelsi omnes (*Psal.* LXXXI, 6). » Et ideo nullus episcopus nisi in legitima synodo suo tempore, apostolica aut regulari auctoritate convocata, super quibuslibet pulsatus criminibus audiatur vel judicetur, ne innocens damnetur aut perdat communionem. Quod laici, aut suspecti episcopos non debeant accusare, neque accusatoribus de inimici domo prodeuntibus credendum sit, et a beato Clemente ipsis eum instruentibus apostolis legimus definitum, et nos eadem firmamus, quoniam iidem odio multoties incensi recte viventes, atque credentes perturbare nituntur. Propterea persona, fides, vita, et conversatio atque suspicio accusantium enucliatim primo inquirenda est, deinde quæ objiciuntur fideliter pertractanda, quia nihil ante fieri debet quam impetitorum vita, et suspicio atque odium inquiratur. Et si bonæ conversationis non fuerint aut laici, vel manifesti inimici aut odio respersi fuerint, nequaquam in episcoporum recipiantur accusatione. Hæc vobis a quibus minis infeste persequimur scienda mandamus, ut ab his vos caveatis, et cessetis persequi eos qui Deo ministrant, quorum orationibus et terrena bella sedantur, et Deus peccatoribus conciliatur; et si amplius nos elegeritis persequi quam Deo placere, et nos magis eligimus sustinere persecutionem quam regulam confundi ecclesiasticam, hortante nos ipsa Veritatis voce, atque ita testante : « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere (*Matth.* X, 28). » Et iterum : « Si quis vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me inveniet eam. Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis, et tunc reddet unicuique secundum ejus opus (*Matth.* XVI, 24 *et seq.*). » Ista vobis valde timenda et cavenda sunt, a quibus Ecclesia Dei ejusque ministri vexantur et persequuntur, quibus Dominus per Prophetam minando loquitur dicens : « Homo in honore non commorabitur, assimilatus jumentis exæquatus est. Hæc est via eorum, insipientia eorum, et post eos juxta os eorum curret, quasi oves in inferno positi sunt, mors pascet eos, et subjicient eos recti in matutino, et figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suum, verumtamen Deus redimet animam meam de manu *inferi cum* assumpserit me. Noli timere, cum ditatus *fuerit vir, cum multiplicata fuerit* gloria domus ejus, neque enim moriens tollet omnia, nec descendet post eum gloria ejus. Quia animæ suæ in vita sua benedicet. Laudabunt te cum bene fuerit tibi. Intrabit usque ad generationem patrum suorum, usque in finem non videbit lumen, homo cum in honore esset, non commovebitur, assimilatus jumentis exæquatus est (*Psal.* XLVIII, 13 *et seq.*). » Et alibi : « Quid gloriaris in malitia, potens misericordia Dei, tota die insidias cogitavit lingua tua, quasi novacula acuta faciens dolum. Dilexisti malitiam magis quam bonum, mendacium magis quam loqui justitiam. Dilexisti omnia verba ad devorandum, lingua dolosa. Sed Deus destruet te in sempiternum, terrebit et evellet te de tabernaculo, et eradicabit te de terra viventium. Et videbunt justi et timebunt, et super eum ridebunt. Ecce vir qui non posuit Deum fortitudinem suam, sed speravit in multitudine divitiarum suarum confortatus est in insidiis suis. Ego autem sicut oliva virens, in domo Dei speravi in misericordia Dei in sæculum, et in æternum confitebor tibi in sæculum quam fecisti, et exspectabo nomen tuum quam bonum in conspectu sanctorum tuorum (*Psal.* LI, 3 *et seq.*) » Ista vobis omnia ad interitum, nobis autem ad confortationem, ne pereamus, dicta sunt. Vobis ergo ideo hæc scribimus, quia debitores vobis sumus, dicente Domino : « Diligite inimicos vestros, benefacite eis qui vos oderunt (*Rom.* XII, 20). » Et alibi Scriptura loquitur dicens : « Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congregas super caput ejus (*Matth.* 5, 44). » His fulti auctoritatibus bellum quod adversum nos excitatis adeo feliciter dextera Domini protegente nos atque pro nobis pugnante pacifice portare cupimus ut triumphante Christo omnium verorum fiat una victoria sacerdotum et coruscante lumine veritatis, solem erroris tenebræ cum suis auctoribus pellantur, quia non est in hominis potestate consilium Dei. « Justus est enim Dominus et omnia judicia ejus justa sunt, atque omnes viæ ejus misericordia et veritas et judicium (*Tob.* III, 2). In manu Domini potestas terræ, cui exsecrabilis est omnis iniquitas, in manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponent honorem suum. Perdidit Deus memoriam superborum, 52 et inique agentium, et non dereliquit memoriam humilium, et bonorum hominum (*Eccli.* X, 4, 7, 5, 21). Hoc autem pro certo habet omnis qui recte colit Deum, quia si vita ejus in probatione fuerit corroborabitur, et si in tribulatione liberabitur. Si vero in correptione fuerit, ad miseriam perveniet. Tu ergo ne delecteris in perditionibus nostris, quia post tempestatem facit Deus tranquillitatem, et post lacrymationem et fletum exsultationem infundit. Benedictus Dominus Deus Patrum nostrorum, qui, cum iratus fuerit, misericordiam faciet, et in tempore tribulationis peccata dimittit (*Tob.* III, 21, 23). Magnus est Dominus in æternum, et ipse reget nos in sæcula (*Ps.* XLVII), » quoniam regnum ejus permanet in sæcula sæculorum, Amen. Data XVI Kal. Februarii Maxentio et Maximo IV cc. consul.

INCIPIUNT DECRETA EUSEBII PAPÆ.

(Anno Domini 309, tempore Constantini imperatoris.)

is fratribus Domino et Deo dilectis epi-
bus per Gallicanas provincias constitutis

nctitatis vestræ cum magna gratiarum
epi, gavisus scilicet de vestra sospi-
ıtristatus nimis de vestra oppressione.
castis enim quid de conversis hæreticis
et, scitote nos eos qui in sanctæ Trini-
baptizati sunt per impositionem manus
e accusationibus vero clericorum super
dastis, scitote, a tempore apostolorum
a urbe servatum esse accusatores et ac-
nas exterarum consuetudinum leges non
clericorum accusatione submotas. Simi-
on accusasse episcopos hactenus obser-
nstitutum est, quia ejusdem non sunt
iis. Et oppido eis quidem infesti existunt,
vita et secreta eorum a laicorum acti-
esse remota, nec ab his impeti debeant,
titatem et gravitatem nolunt imitari,
n nec hi eos in suis volunt recipere ac-
. De ipsis vero, suis videlicet agricolto-
ministris, dominus laicis et cunctis eos
bus ait : « Nolite tangere christos meos,
etis meis nolite malignari (*I Par.* XVI,
a sacra Scriptura dicit : « Qui vos tan-
upillam oculi mei (*Zach.* II, 8). » Talia
similia sancti Patres prævidentes peri-
sæculo militantes ab accusatione sa-
rohibuere, similiter servos et liberos
us publicis vel privatis subjugatos, om-
mes ab eadem accusatione vel tergiver-
noverunt. Non enim oportet ut permit-
les spirituales persequi, nec sceleribus
sæculo militantes episcopos infamare,
aut crimen opponere. Nam si hoc apo-
cessores eorum permitterent, perpauci
t qui Domino in sacerdotali ordine mili-
rco et nos, sequentes Patrum vestigia,
em servorum Dei, quascunque ad accu-
rsonas leges publicæ non admittunt, his
alterum, et nos licentiam submovemus,
cusationes a judicibus audiantur eccle-
legibus sæculi prohibentur. Quapropter
ıdita non est ad unguem polita perfectio,
ebent, ita ut nec mutilentur, nec præ-
ec illi qui aut in fide catholica, aut ini-
ecti sunt ad pulsationem prædictorum
, quia veritatis professores infidelitas et
npedire solet. Nec illi credendi sunt, aut
qui aliorum sponte crimina confitentur,
plicanda est sollicite veritas, *quam*

A sponte prolata in illis vox habere non potest; hanc diversis cruciatibus e latebris suis religiosus tortor exigere debet, ut dum pœnis corpora solvuntur, quæ gesta sunt fideliter et veraciter exquirantur. Unde, quæso, primum ad leges publicas, deinde ad judices ora convertite, qui possunt et volunt in defensione omnium juste loqui. Nos enim quos Dei servitium post istarum rerum abjectionem fecit ingenuos, qui talium insultationes, aut contumelias, aut despicimus, aut deridemus, quibus scriptum est de famulis et vulgi hominibus per Apostolum : Mementote quia vester et illorum Dominus in cœlis est, ad hæc sæculi mala revocabimur? Faciendum a nobis est, quod facientem alterum profanum esse contendimus? Quod per ministerium
B jussionis et manus alienæ incestaret aspectum, nostro peragetur imperio, nolite hanc per universas Ecclesias mentem rapacium luporum more et natura servare, quia postquam nos maculat, forte pro desideriis eorum cruenta discussio effectum in his quo tendunt non habebunt, dicente nobis propheta : « Ponamus circulum in naribus eorum, et frenum in labiis, et reducamus eos in viam rectam (*Isa.* XXXVII, 29), » quia eodem propheta asserente, impugnantur qui dicunt, erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt nobis. Infames enim sunt proculdubio impugnatores episcoporum omnesque qui adversus Patres armantur, et conculcatores Ecclesiarum sacerdotumque ejus; et qui de publicis fugiunt
C præliis, et mandata Dei contemnunt, et qui aliqua culpa infamiæ asperguntur maculis omnibus impugnandi episcopos, Patrum sequentes instituta, et nos licentiam submovemus, quia odit Deus eos, qui Patres persequuntur, ut Patrum invasores, qui in omni mundo infamia notantur, et ideo juste et regulariter respuuntur. Nunc longa non opus est admonitione; jam perditis odium debemus operire, de quibus jam non superest quod damnetur auctoribus, de quibus Dominus per prophetam loquitur, dicens : « Reprobantes verbum, sperastis in calumniam et in tumultum et innixi estis in eo. Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio (*Isa.* XXX, 12 *et* 13), » rursus etiam de talibus propheta clamat dicens : « Accedite huc, semen adulterii et fornicarii. Super quem
D lusistis, super quem dilatastis os et ejecistis linguam. Nunquid non vos filii scelesti estis, semen mendax? » (*Isa.* LVII, 3, 4.) Cessent impii commentitia adversus simplices jam fraude mentiri. « Custodi, inquit propheta, linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Recede a malo, et fac bonum, quære pacem et persequere eam. Oculi Domini ad justos, et aures ejus ad clamorem eorum. Vultus

autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum (*Psal.* XXXIII, 14 *et seq.*) » et paulo post : « Interficiet impium malitia, et odientes justum culpabuntur (*Ibid.*, 22). » Nos quanquam multa patiamur a talibus, « Diligamus nos, charissimi, invicem, quoniam charitas ex Deo est. » Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum, quia Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum ut vivamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si Deus dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis, et nos vidimus, et testificamur, quoniam Pater misit Filium suum salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet et ipse in Deo. Et nos agnovimus et credimus veritati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, et qui manet in charitate in Deo manet, et Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, et fratrem suum oderit, mendax est. Qui autem non diligit fratrem suum quem videt, Deum quomodo potest diligere ? Et hoc mandatum a Deo habemus, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum. Omnis qui credit quoniam Jesus est Christus, ex Deo natus, et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus est ex eo. In hoc cognovimus quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, et mandata ejus faciamus. Hæc est enim charitas Dei ut mandata ejus custodiamus. Et mandata ejus gravia non sunt, quia omne quod natum est ex Deo, vincit mundum. Et hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Quis est qui vincit mundum nisi qui credit, quoniam Jesus est Filius Dei? Hic est qui venit per aquam et sanguinem Jesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et Spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas, quoniam tres sunt qui testimonium dant, spiritus, sanguis, et aqua, et hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est, quia testificatus est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit Filio, mendacem facit eum, qui non credit in testimonio, quod testificatus est de Filio suo Deus. Et hoc testimonium est, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in ejus Filio. Qui habet Filium habet vitam, qui non habet Filium Dei non habet vitam. Hæc scribo vobis, ut sciatis, quoniam vitam habebitis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei. Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcunque petierimus secundum voluntatem ejus audiet nos. Et scimus quia audit nos quidquid petierimus. Scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, et est peccatum ad mortem. Scimus, quia omnis qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conservat eum, et maligaus non tangit eum. Scimus enim quoniam ex Deo sumus, et mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam Filius Dei venit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus Deum verum, et simus in vero Filio ejus, hic est verus Deus, et vita æterna (*I Joan.* IV, 7-21, V, 1 *et seq.*). Propter mala sua multi potentes oppressi sunt valde, et gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Benedictio autem Dei in mercedem justi festinat et in honore boni processus illius fructificat. Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, et non est stimulatus in tristitia delicti. Scitote, charissimi, pro ea pietate quæ vobis Dei famulis impendenda est, omnes suggestiones vestras fidei catholicæ profuturas, me dignanter suscepisse, ut ipsarum quoque opera, et pax Christiana reparari, et error ipsius possit aboleri. Et si amplius de talibus aut his similibus aliquid fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, ut pertractata qualitate horum nostra quid observari debeat sollicitudo constituat. Data VI Kal. August. Constante cons.

EPISTOLA EUSEBII PAPÆ AD ÆGYPTIOS.

Eusebius Romanæ et apostolicæ Ecclesiæ episcopus dilectissimis in charitate Christi unanimis charitatis glutino connexis, fratribus per Alexandriam et Ægyptum Domino militantibus, et rectam fidem tenentibus in Domino salutem.

« Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem qua exhortamur ipsi a Deo : quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute, sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute, quæ operatur tolerantiam earumdem passionum quas et nos patimur, et spes nostra firma est pro vobis scientes, quoniam sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis (*II Cor.* I, 3,

» « Vetera, dilectissimi, transierunt et ecce
ıt nova. Omnia autem ex Deo qui reconcilia-
ıibi per Christum, et dedit nobis ministerium
iationis, quoniam quidem Deus erat in Christo
n reconcilians sibi, non reputans illis deli-
ipsorum, et posuit in nobis verbum recon-
is, pro Christo ergo legatione fungimur
n Deo exhortante per nos. Obsecramus, pro
reconciliamini Deo. Eum qui non noverat pec-
pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur
Dei in ipso. Adjuvantes autem exhortamur,
cuum gratiam Dei recipiatis Ait enim : Tem-
:epto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te.
nc tempus acceptabile, ecce nunc dies salu-
ıini dantes ullam offensionem, ut non vitu-
ministerium nostrum, sed in omnibus exhi-
nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa pa-
in tribulationibus, in necessitatibus, in an-
in plagis, in carceribus, in seditionibus, in
ıs, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in
, in longanimitate et suavitate, in Spiritu
in charitate non ficta, in verbo veritatis, in
Dei, per arma justitiæ a dextris et a sinistris,
iam et ignobilitatem, per infamiam et bonam
ut seductores et veraces, sicut qui ignoti et
quasi morientes, et ecce vivimus, ut castigati
ortificati, quasi tristes, semper autem gauden-
t egentes, multos autem locupletantes, tan-
hil habentes et omnia possidentes. Os nostrum
vos, charissimi, cor nostrum dilatatum est.
ıustiamini in carnalibus, angustiamini au-
piritualibus. Eamdem autem habentes remu-
tem, tanquam filiis dico dilatamini et vos. No-
um ducere cum infidelibus. Quæ autem parti-
ustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci
ıras? Quæ autem conventio Christi ad Belial?
e pars fideli cum infideli, quis autem con-
emplo Dei cum idolis? Vos enim estis tem-
i vivi, sicut dicit Dominus. Quoniam inhabita-
is, et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi
ihi populus, propter quod exite de medio
et separamini de medio eorum, dicit Domi-
mmundum ne tetigeritis, et ego recipiam vos,
obis in patrem, et vos eritis mihi in filios et
icit Dominus optimus. Has igitur habentes
iones, charissimi, mundemus nos ab omni
mento carnis et spiritus, perficientes sancti-
em in timore Dei (*II Cor.* v, 17-21 ; vi, 1-18 ;
» Errorem vestrum corrigite, fratres, et ab
roris macula vos custodite, ut purum Deo mu-
:rre valeatis. Servos Dei nolite persequi. Epi-
ıolite infamare neque accusare, quia Deus eos
icio voluit reservari. Quod enim non ab hu-
aut pravæ vitæ hominibus eos depravari, aut
i voluit, ipse dedit exemplum, quando per se-
t non per alium, negotiantes ejecit sacerdo-
emplo, et mensas nummulariorum proprio
lagello, et ejecit de templo, et sicut alibi ait :
stetit in synagoga deorum, in medio autem

A deos discernit (*Psalm.* LXXXI, 1). » Dei ergo ordinationem accusat, qui episcopos accusat vel condemnat dum minus spiritualia quam terrena sectatur. Causa enim fidei et dilectionis quibus salus Christiana consistit, multa me sollicitudine laborare compellit, metuentem ne pravitas quæ in suis fuerat amputanda principiis, processu temporis, et pertinacior fiat et altior. Nam inimicum nimis est atque incongruum eos qui episcopos vel reliquos veros sacerdotes sua persecutione vexant, catholicorum nominibus sine discretione misceri, cum jam natam impietatem non deserentes, ipsi sua pravitate condemnantur, quos convenit percelli pro perfidia, aut liberari pro venia, quia sicut plenum pietatis est oppressis charitatem Dominicam reddi, ita justum est omnia perturbantis

B auctoritatem amputari. Miror, charissimi, quare tam cito movemini, atque a vestro sensu transferimini, cum scriptum sit : « Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis, nec in modicis. Adest enim commissio illorum. Ne fueris mediocris in contentione ex fenore, et non est tibi nihil in sæculo. Eris enim invidus tuæ vitæ. Operarius ebriosus non locupletabitur, et qui spernit modica paulatim decidet, et mulieres apostatare faciunt sapientes, et arguunt sensatos, et qui se jungit fornicariis erit nequam ; putredo et vermis hæreditabunt illum, et extolletur in exemplum majus, et tolletur de numero

C anima ejus. Qui credit cito levis corde est, et minorabitur, et qui delinquit in animam suam insuper habebitur. Qui gaudet iniquitate denotabitur ; et qui odit correptionem minuetur vita. Et qui odit loquacitatem, exstinguit malitiam. Qui peccat in animam suam pœnitebit, et qui jucundatur in malitia denotabitur. Ne iteres verbum nequam et durum, et non minoraberis. Amico et inimico noli enarrare sensum tuum, et si est tibi delictum, noli denudare. Audiet enim te, et custodiet te, et, quasi defendens peccatum, odiet te, et sic adhærebit tibi semper. Audisti verbum adversus proximum ? commoriatur in te fidens quoniam non te disrumpet, a facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti. Cor-

D ripe amicum, ne forte cum fecerit injuriam et non intellexerit, dicat : Non feci, aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum ne forte non dixerit, et si dixerit, ne forte iteret. Corripe amicum, sæpe enim fit commissio, et non omni verbo credas. Est qui labitur in lingua sua, sed non ex animo. Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua ? Corripe proximum antequam commineris, et da locum timori Altissimi, quia omnis sapientia et scientia timor Dei, et in illa est timere Deum, et in omni sapientia dispositio legis. Non est sapientia neque scientia, et non est cogitatus bonus, nisi in illa. Peccatorum prudentia est nequitia, et in ipsa exsecratio, et est insipiens, qui imminuitur sapientia. Melior est homo qui deficit sapientia, et deficiens sensu in timore

quam qui abundat sensu, et transgreditur legem Altissimi. Est solertia certa, et ipsa iniqua, et est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se, et interiora ejus plena sunt dolo. Et est justus qui se nimium submittit a multa humilitate, et est justus qui inclinat faciem, et fingit non videre se quod ignoratum est. Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si invenerit tempus malefaciendi malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, et ab occursu faciei cognoscitur sensatus, amictus corporis et risus dentium, et ingressus hominis enuntiat de illo. Est correptio mendax in ore contumeliosi et est judicium quod non probatur esse bonum, et est tacens, et ipse est prudens. Quam bonum est arguere quam irasci, et confitentem in oratione non prohibere! Concupiscentia spadonis devirginavit juvenculam, sic qui facit per vim judicium iniquum. Quam bonum est correpto manifestare pœnitentiam, sic enim effugies voluntarium peccatum. Est tacens qui invenitur sapiens, et est odibilis qui procax est ad loquendum. Est autem tacens non habens sensum loquelæ, est et tacens tempus, sciens apti temporis. Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lascivus autem et imprudens non servabit tempus. Qui multis utitur verbis lædit animam suam, et qui potestatem sibi assumit injuste odietur. Est processio in malis viro indisciplinato, et est inventio in detrimentum. Est datum quod non est utile, et est datum, cujus retributio duplex, sed propter gloriam minoratio, et est qui ab humilitate levabit caput. Est qui multa redimat modico pretio, et est restituens ea septuplum. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit, gratiæ autem fatuorum effundentur, datum insipientis non erit utile tibi. Oculi enim illius septemplices sunt. Exigua dabit, et multa improperabit, et apertio oris illius inflammatio est, hodie fenerat quis, et cras expetit, et odibilis homo hujusmodi. Fatuo non erit amicus, et non erit gloria bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falsæ linguæ sunt, quoties et quanti irridebunt eum! neque enim quod habendum erat directo sensu distribuit, similiter et quod non erat habendum. Lapsus falsæ linguæ quasi qui a pavimento cadens, sic casus malorum festinanter venient. Homo ingratus quasi fabula vana in ore indisciplinatorum assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo. Est qui vetatur peccare ab inopia, et in requie sua stimulabitur. Est qui perdet animam suam pro confusione, et ab imprudenti persona perdet eam, personæ autem acceptione perdet se. Est qui præ confusione promittit pro amico, et lucratus est eum inimicum gratis. Opprobrium enim nequam in homine mendacium, et in ore indisciplinatorum assidue erit. Laudat furem assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium sine honore, et confusio illorum cum ipsis sine intermissione (*Eccli.* XVIII, 30-32; XIX, 1-28; XX, 1-28). »

Vos, fratres, admonemus profutura hominibus in*vicem indesinenter sectari in* charitate Christi, similiter obsecramur vos in Domino « ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia invicem supportantes in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus, et Pater omnium, qui super omnes, et per omnia, in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, propter quod dicit : Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit bona hominibus. Quod autem ascendit, quid est nisi quia et descendit primum in inferiores partes terræ. Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris (*Eph.* IV, 1 *et seq.*). » De occultis enim cordis alieni temere judicare iniquum est et eum cujus non videntur nisi opera bona, peccatum est ex suspicione reprehendere. Oves ergo quæ pastori suo commissæ sunt, eum nec reprehendere (nisi a recta fide exorbitaverit) debent, nec ullatenus accusare possunt, quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quanquam recte reprehendenda videantur.

Ideo ista dicimus, quia in scripturis vestris reperimus quosdam episcopos nostris in partibus a propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione, et aliquos ex certa ratione. Et idcirco quosdam esse rebus suis exspoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Quos sciatis, nec ad synodum comprovincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquid judicare antequam cuncta quæ eis sublata sunt legibus potestati eorum redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, et Ecclesias quæ eis sublatæ sunt cum omni privilegio suo restitui et, post modum non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum exspoliati vel expulsi esse videntur antequam ad synodum convocentur, et ab omnibus quibusque suæ provinciæ episcopis audiantur. Nam nec convocari ad causam, nec dijudicari potest exspoliatus vel expulsus, quia non est privilegium, quo exspoliari possit jam nudatus. Unde et antiquitus decretum est, ut omnes possessiones, et omnia sibi sublata atque fructus cunctos ante litem contestatam præceptor vel primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur : Ille qui violentiam pertulit universa in statu quo fuerant recipiat, et quæ possidet securus teneat. Et alibi : In synodalibus Patrum decretis, et regum edictis legitur statutum : Redintegranda sunt omnia exspoliatis vel ejectis episcopis pœnitentialiter ordinatione pontificum

rum unde abscesserunt loca funditus revo- A nis populus, Amen (*Deut.* XXVII, 17).» Talia ergo non
quacunque conditione temporis, aut dolo, aut præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque
ate, aut virtute majorum, aut per quascunque sua damnatione. Pacem et non damnum, aut injusti-
causas res Ecclesiæ, vel proprias, aut sub- tiam alicujus sectamini invicem et in omnes. Veri-
suas perdidisse noscuntur, ante accusationem tatem autem facientes in charitate, crescamus in illo
ularem ad synodun vocationem eorum, et per omnia qui est caput Christus, ex quo totum cor-
. Est etiam in antiquis Ecclesiæ statutis de- pus compactum et connexum per omnem juncturam
, ut qui aliena invadit non exeat impunitus, subministrationis secundum operationem in mensu-
multiplicatione omnia restituat. Unde et in ram uniuscujusque membri, augmentum corporis
lio scriptum est: «Quod si aliquid defraudavi, facit in ædificationem sui in charitate. De cætero,
quadruplum (*Luc.* XIX, 8).» Et in legibus sæ- charissimi, gaudete et perfecti estote, exhortamini.
tum habet: Qui rem subripit alienam, illi cu- Idem sapite, pacem habete, et Deus pacis et dilectio-
direpta est in decuplum quæ sublata sunt re- nis erit vobiscum. Dominus custodiat vos et nunc,
Et in lege divina legitur: 54 « Maledictus et in die æternitatis. Amen. Data IX Kalen. Octo-
ui transfert terminos proximi sui. Et dicet om- bris, Constante. CC. consul.

TEM EPISTOLA EUSEBII PAPÆ EPISCOPIS THUSCIÆ ET CAMPANIÆ.

lissimis fratribus, universis episcopis per B consideranda et cavenda, et tam propter eos qui
iam et Thusciam constitutis, EUSEBIUS. semetipsos, aut cupiditate, aut avaritia, aut invidia
lictus Dominus Deus noster, qui per miseri- perdere moliuntur (ne in profunda labantur, aut in
suam Romanam Ecclesiam beati Petri, apo- talia incidant mala) quam propter persecutores Ec-
n principis, sacerdotio ditavit, nobisque clesiæ servorumque ejus, qui juxta veritatis vocem
onstrandam circa nos propter universalem oculos habentes non vident, et aures habentes non
quæ nobis propter privilegium ejusdem Ec- audiunt, nec intelligunt quæ placent Deo, sequentes
haritatis indulsit, ut qui cohæremus firmitate in omnibus apostolicam regulam, et prædicantes ejus
ngamur quoque votiva jucunditate colloquii, omnia constituta ob custodiam episcoporum, qui
ilius dum per litterarum ministeria ad vos columnæ Ecclesiæ a Deo dicti sunt et cæterorum
pertendimus, etiam corda vestra ad religio- verorum sacerdotum firmantes cana Patrum statuta,
ltum apostolicis admonitionibus incitemus, statuimus iterum cum omnibus qui nobiscum sunt
dilectionis nostræ spei reddimus velut episcopis, sicut dudum decretum reperimus, ut ho-
n debitum, plenum circa Deum monstremus micidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri,
. Jungamus ergo, dilectissimi fratres, con- incesti, venefici, suspecti, criminosi, domestici, per-
t humiles preces, et Deum nostrum oris et C juri, et qui raptum fecerunt, vel falsum testimonium
acrymis supplicantes jugi deprecatione po- dixerunt, seu qui ad sacrilegos divinosque concur-
, ut institutione et opere illi cujus esse mem- rerunt similesque eorum nullatenus ad accusatio-
imus, hæreamus, nec unquam ab illa via nem vel ad testimonium erunt admittendi, quia in-
ristus est devio tramite declinemus, ne ab eo fames sunt et juste repellendi, quia funesta est vox
em nos impie relinquimus, desceramur infi- eorum. Vocem enim funestam in omnibus interdici
nod cum superni favoris auxilio ea nobis po- potius quam audiri oportet. Periculum ergo quod
one contingere, si apostolica dogmata, si Pa- doctoribus imminet summopere semper cavendum
ndata servamus, dicit enim Dominus noster: est et declinandum, et illi sunt a cunctis portandi et
iligit me, sermonem meum servabit, et Pater custodiendi, dicente Domino: « Quod uni ex minimis
iliget eum, et ad eum veniemus, et mansio- meis fecistis, mihi fecistis (*Matth.* XXV, 40).» Prima
nd eum faciemus (*Joan.* XIV, 23).» Et licet enim salus est rectæ fidei regulas custodire, et a
sint generaliter dicta sufficere, ut vel decli- constitutis Patrum nullatenus deviare. Nec potest
errata, vel custodiamus catholica, ab aposto- Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia di-
n eorumque successoribus novimus consti- D centis: « Tu es Petrus et super hanc petram ædifi-
riminationes adversus doctores non debere cabo Ecclesiam meam (*Matth.* XVI, 18),» et hæc quæ
nec peregrina judicia fieri, nec quemquam dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in sede
judicis quam sui sententia debere constringi. apostolica extra maculam semper est catholica ser-
nim Ecclesiæ Christus est, Christi autem vata religio. Ideo, charissimi, et vos juxta sanctam
sacerdotes sunt, qui vice Christi legatione Scripturam discite benefacere, et mala declinare,
ur in Ecclesia. Idcirco quidquid ad eorum fit et Patrum regulis imbui, sicut scriptum est: « Filii, si
, ad Christum pertinet, qui dixit: « Qui vos habes bene fac tecum, et Deo dignas oblationes offer.
ne audit; et qui vos spernit, me spernit. Et Memor esto, quoniam mors non tardat, et testamentum
rnit me, spernit eum qui misit me (*Luc.* X, inferorum, quia demonstratum est tibi. Testamen-
, fratres, terribilia sunt et oppido diligenter tum hujus mundi morte morietur. Ante mortem bene

fac amico tuo, et secundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis a die bona et particula boni doni non te prætereat. Nonne aliis relinquas dolores et labores tuos? In divisione sortis da et accipe, justifica animam tuam. Ante obitum tuum operare justitiam quia non est apud inferos invenire cibum. Omnis caro sicut fenum veterascet, et sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, et alia dejiciuntur. Sic generatio carnis et sanguinis, alia finitur, et alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, et qui illud operatur ibit cum ipso. Et omne opus electum justificabitur, et qui operatur illud honorabitur in illo. Beatus vir qui in sapientia sua morabitur, et qui in justitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias illius in corde suo et in absconsis illius intelligens erit, vadens post illam quasi investigator, et in viis illius consistens. Qui respicit per fenestram ejus, et in januam illius audiens. Qui requiescit juxta domum illius, et in parietibus illius figens palum. Statuit casulam suam ad manus illius et requiescunt in casula illius dona per ævum. Statuet filios suos sub tegmine illius, et sub ramis illius morabitur, protegitur sub ramis illius a fervore, et in gloria ejus requiescet. Qui timet Dominum faciet illud, et qui continens est justitiæ apprehendet illam, et obviabit illi quasi mater honorificata, et quasi mulier a virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vitæ et intellectus, et aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, et non flectetur, et continebit illum, et non confundetur, et exaltabit eum apud proximos suos, et in medio ecclesiæ aperiet os ejus, et implebit eum spiritu sapientiæ et intellectus, et stola gloriæ vestiet illum, jucunditatem et exsultationem thesaurizabit super illum, et nomine æterno hæreditabit illum. Homines stulti non apprehendent illam, et homines sensati obviabunt illi, homines stulti non videbunt illam. Longe enim abest a superbia et dolo. Viri mendaces non erunt illius, et viri veraces invenientur in illa, et accessum habebunt usque ad inspectionem Dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quoniam a Deo perfecta est sapientia. Sapientia enim Dei stabit laus, et in ore fideli abundabit, et dominator dabit eam illi. Non dixeris : Per Dominum abest, quæ odit non feceris, non dicas : Ille me implanavit. Non enim necessarii sunt illi homines impii. Omne exsecramentum erroris odit Deus et non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui, adjecit mandata et præcepta sua. Si volueris mandata, conservabunt te et in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam et ignem, ad quod volueris porrige manum, ante hominem vita et mors, bonum et malum, quod placuerit ei, dabitur illi, quoniam multa patientia Dei, et fortis in patientia, videns omnes sine intermissione. Oculi Domini ad timentes eum et ipse cognoscit omnem operam hominis. Nemini mandavit *impie agere, et nemini dedit* spatium peccandi. Non enim concupiscit multitudines filiorum infide inutilium. Ne jucunderis in filiis impiis, si m centur, nec oblecteris super ipsos, si non est Dei cum illis. Non credas vitæ illorum, et r spexeris in labores eorum. Melior est enir timens Deum, quam mille filii impii. Et util sine filiis, quam relinquere filios impios. sensato inhabitabitur patria, et a tribus impiis tur. Multa alia vidit oculus meus, et fortiora audivit auris mea. In synagoga peccantium e bit ignis, in gente incredibili exardescet ir exoraverunt pro peccatis suis antiqui gigant destruxerunt confidentes suæ virtuti, et non p peregrinationi illorum, sed percussit eos, et e tus est illos præ superbia verbi illorum. Non tus est illis, totam gentem perdens, et extolle in suis peccatis. Et sicut sexcenta millia pe qui congregati sunt in duritia cordis sui. Et fuisset cervicatus, mirum si fuisset immunis. ricordia enim et ira est cum illo, potens exor effundens iram secundum misericordiam sua correptio illius homines secundum opera sua bit. Non effugiet in rapina sua peccator, et r tardabit sufferentiam facientis misericordiam. misericordia faciet locum unicuique secundu ritum operum suorum, et secundum intel peregrinationis. Non dicas : A Deo absconda summo quis mei memorabitur? In populo non agnoscar. Quæ est enim anima mea in t mensa creatura? Ecce cœlum et cœli cœlorur sus, universa terra et quæ in eis sunt, in cor illius commovebuntur, montes similiter et c fundamenta terræ. Et cum conspexerit illa tremore concutientur, et in omnibus his inser est cor. Et omne cor intelligitur ab illo, et lius quis intelligit? Et procellam quam ne lus vidit hominis? Nam plurima opera illiu in absconsis, sed opera justitiæ illius quis ena aut quis sustinebit? Large enim est testamer quibusdam, et interrogatio hominum in consi tione est. Qui minoratur corde cogitat mala, et prudens et errans cogitat stulta (*Eccli.* XIV, XV, 1-22 ; XVI, 1-23). » « Omnis ergo, fratres, malus de ore vestro non procedat, sed si quis est ad ædificationem opportunitatis, ut det g audientibus. Et nolite contristare Spiritum sa Dei, in quo signati estis in die redemptionis. amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, e phemia tollatur a vobis cum omni malitia. autem invicem benigni, misericordes, donant vicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis. ergo imitatores Dei sicut filii charissimi, et late in dilectione, sicut et Christus dilexit tradidit semetipsum pro nobis oblationem et h Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem e nis immunditia, aut avaritia, nec nominetur bis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut st quium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertin

magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus (quod est idolorum servitus) non habet hæreditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in bonitate, et justitia, et veritate. Probantes quid sit beneplacitum Deo, et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulta fiunt ab ipsis turpe est dicere. Omnia autem quæ arguuntur a lumine manifestantur. Omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit : Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, propterea, nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed inpleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri, subjecti invicem in timore Christi (*Eph.* IV, 29-32; V, 1-21). »

Crucis ergo Domini nostri Jesu Christi quæ nuper nobis gubernacula sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenentibus quinto Nonas Maii inventa est, in prædicto Kalendarum die inventionis festum vobis solemniter celebrare mandamus. Similiter et hæreticos omnes quicunque Dei gratia convertuntur, in sanctæ Trinitatis nomine credentes baptizati 55 sunt, Romanæ Ecclesiæ regulam tenentes, per manus impositionem reconciliari præcipimus. Manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab aliis quam ab ipsis apostolis legitur aut scitur peractum esse, neque ab aliis (sicut jam dictum est) quam ab illis qui eorum locum tenent unquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur et vacuum, nec inter ecclesiastica unquam reputabitur sacramenta. De cætero, fratres, gaudete et exsultate in Domino, ut sancti Spiritus gratia illuminati et confortati, vos vestrosque ad pascua æternæ vitæ pervenire atque perducere adminiculante Domino valeatis. Gratia Domini nostri Jesu Christi et charitas Dei et communicatio Spiritus sancti sit semper cum omnibus nobis. Amen. Data VIII Kalen. Septem. Constante c. consule.

INCIPIUNT DECRETA MELCHIADIS PAPÆ.

(Anno Domini 311, tempore Maximini imper.)

Dilectissimis fratribus, MARINO, BENEDICTO, LEONTIO, et cæteris Hispaniarum ac illis in partibus constitutis episcopis MELCHIADES.

Apostolici præcepti verba sunt apud Judæos atque gentiles sine offensione nos esse debere, hoc quisque Christianus est tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculi illi manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos qui neminem perire volumus, ista contristent quæ auctoribus Christianis percellunt alios Christianos, Dominicus in Evangelio sermo testatur. Ait enim ipse Salvator quod « expediat scandalizanti unum de pusillis in maris profundum demergi (*Matth.* XVIII, 6). » Ideo quæ sit ejus pœna quæramus cui tale supplicium legimus expedire. Quapropter ista, charissimi, valde sunt verba ponderanda et cavenda, ne pro temporalibus æterna, et pro caducis mansura, et pro pravissimis temporalibus perdantur (quod absit) perpetua gaudia. Unde vos rogamus et obsecramus ut nullus alteri noceat, neque infestus, aut nocens existat, sed juxta Apostolum « Alter alterius onera portet ut legem Christi adimpleat (*Gal.* VI, 2) » et nolite judicare invicem, sed juxta eumdem Apostolum « hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum (*Rom.* XIV, 13). » Primo semper omnia diligenter inquirite, ut cum justitia et veritate definiatis. Neminem condemnetis ante verum et justum judicium. Nullum suspicionis arbitrio judicetis, sed primum probate, et postea charitativam proferte sententiam. « Et quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere (*Luc.* VI, 31). » Mementote sermonis Domini semper, qui ait : « Nolite judicare, et non judicabimini : Nolite condemnare, ut non condemnemini, in quo enim judicio judicaveritis, judicabimini (*Matth.* VII, 1 *et* 2). » Episcopos nolite judicare, nolite condemnare absque sedis hujus auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt vestra judicia, et vos condemnabimini. Hoc enim privilegium huic sanctæ sedi a temporibus apostolorum statutum est servare, quod illæsum manet usque in hodiernum diem. Episcopos ergo quos sibi Dominus oculos elegit et columnas Ecclesiæ esse voluit, quibus etiam ligandi et solvendi dedit potestatem suo judicio reservavit, hocque privilegium beato clavigero Petro sua vice solummodo commisit. Quod ejus juste prærogativum succrescit sedi, futuris hæreditandum atque tenendum temporibus, quoniam et inter beatos apostolos fuit quidam discretio potestatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro concessum est ut aliis præmineret,

eorumque quæ ad querelam venirent causas et interrogationes prudenter disponeret. Quod Dei ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posterorum cuncta sibi vindicarent, sed semper majores causæ sicut sunt episcoporum et potiorum curæ negotiorum ad unam beati principis apostolorum Petri sedem confluerent ut inde suscipiant finem judiciorum, unde acceperunt initium institutionum, ne quandoque a suo discreparent capite. Si vero se viderit quisquam vestrum prægravari, hanc sedem appellet, huc recurrat, ut semper instituta fuit consuetudo, quia et voluntarie eis compatiemur et libenter prout Dominus dederit adminiculum feremus. Nec a quoquam, fratres, inhibeatur aut objurgetur qui nostræ consors communionis esse voluerit, et magis ei veniendi auxilium præstet, quia sufficit unicuique objurgatio quæ fit a plurimis, ut juxta Apostolum « magis donetis et consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui in angustia est. Propter quod obsecro vos, ut ipse ait, ut confirmetis in illo charitatem. » (*II Cor.* II, 7.) Eorum enim os accusandi sacerdotes vel testificandi in eos obstruimus, quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus, quoniam infidelis homo mortuus est in corpore vivente, nec in suspicionem veniat homo fidelis, ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult. Si quis fidelis est videat ne falsa loquatur, aut cuiquam insidias ponat. Facile est ergo hominem fallere, non tamen Deum. Sapiens non est qui nocet. Et nihil mali vult qui est fidelis, in his enim fidelem et infidelem hominem cognoscere possumus in nocendo et adjuvando, ut ipsa Veritas ait : « Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bona, et malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala, ex abundantia enim cordis os loquitur (*Matth.* XII, 34, 35). » Pro nobis enim dicit Dominus per prophetam. Eos vero qui judicant vos, ego judicabo. Et iterum ad servos dixit : Nolite timere opprobrium hominum et blasphemias eorum ne metuatis. De talibus quoque propheta canit, dicens : « Non sic impii, sed tanquam pulvis quem projicit ventus, propterea non resurgent impii in judicio neque peccatores in congregatione justorum. Quoniam novit Dominus viam justorum et iter impliorum peribit (*Psal.* I, 4 *et seq.*). » « Quare conturbatæ sunt gentes, et plebes meditabuntur inania? Consurgent reges terræ, et principes tractabunt pariter adversus Dominum et adversus Christum ejus. Disrumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum. Habitator cœli ridebit, et Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos (*Psal.* II, 1 *et seq.*). » Et alibi dixit : « Scelus impii in medio cordis ejus, non est timor Dei ante oculos ejus (*Psal.* XIII, 3). » « Quoniam dolose egit adversus eum in oculis ejus, ut inveniret iniquitatem ad odium. Verba oris ejus iniquitas et dolus, cessavit cogitare ut benefaceret. Iniquitatem cogitat in cubili suo, stabit in via non *bona, malum* non abjiciet. Domine, in cœlo misericordia tua, fides tua usque ad nubes, justitia tua sicut montes Dei, judicia tua abyssum multa. Homines et jumenta salvos facies, Domine, quam pretiosa misericordia tua, Deus. Et filii Adam in umbra alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur de pinguedine domus tuæ et torrente deliciarum tuarum potabis eos. Quoniam tecum est fons vitæ, et in lumine tuo videbimus lumen. Attrahe misericordiam tuam scientibus te, et justitiam tuam rectis corde. Non veniat mihi pes superbiæ, et manus impiorum non me commoveat, ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulsi sunt et non potuerunt surgere (*Psal.* XXXV, 2 *et seq.*). » Audivimus a quibusdam fratribus quibus infesti eratis nimis quod jurgia et discordiæ sint inter vos. Propterea ista scripsimus vobis mandantes ut ita teneatis sicut et ab apostolica sede vobis tenenda mandantur. Unde Dominus in Evangelio militibus interrogantibus respondit dicens : « Neminem concutiatis neque calumniam faciatis, sed contenti estote stipendiis vestris (*Luc.* III, 14). » Concutit enim hominem qui illum injuste conturbat, de his hæc vobis interdum sufficiant. Si autem majoribus indigueritis, vita comite mittite, et mittentur vobis. De his vero super quibus rogitastis vos informari, id est utrum majus esset sacramentum manus impositio episcoporum aut baptismus, scitote utrumque magnum esse sacramentum. Et sicut unum a majoribus fit, id est, a summis pontificibus, quod a minoribus perfici non potest, ita et majori veneratione venerandum et tenendum est, sed ita conjuncta sunt hæc duo sacramenta, ut ab invicem nisi morte præveniente nullatenus possint segregari, et unum sine altero rite perfici non potest. Nam unum præveniente morte salvare sine altero potest, aliud autem non potest. Unde scriptum est : « In diebus illis dicit Dominus : Effundam de Spiritu meo super omnem carnem (*Joel.* II, 28). » Advertamus summas divitias bonitatis Dei. Quod in confirmandis neophylis manus impositio tribuit singulis, hoc tunc Spiritus sancti descensio in credentium populos donavit universis. Sed quia dicimus quod manus impositio, et confirmatio, et qui jam regeneratus in Christo est confirmare aliquid possit, forte cogitat sibi aliquis : Quid mihi prodest post mysterium baptismatis mysterium confirmationis? Aut quantum video non totum de fonte suscepimus, si post fontem adjectione novi generis indigemus. Non ita, dilectissimi, attendat charitas vestra. Sicut exigit militaris ordo ut, cum imperator quemcunque in militum receperit numerum, non solum signet receptum, sed etiam armis competentibus instruat pugnaturum; ita in baptizato benedictio illa munitio est. Dedisti militem, da ei adjumentum militiæ. Nunquid prodest, si quisquam parentum magnam pupillo conferat facultatem, nisi providere studeat et tutorem? Itaque Paracletus regeneratis in Christo custos, et consolator et tutor est. Ideo dicit sermo divinus : « Nisi Dominus custodierit civitatem frustra vigilat qui custodit eam (*Psal.* CXXVI, 1). » Ergo Spiritus san-

ctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte pulchritudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam, quia in hoc mundo tota ætate victuris inter invisibiles hostes et pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, post baptismum roboramur, at si continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se salvat mox in pace beati sæculi recipiendos, confirmatio autem armat et instruit ad agones mundi hujus et prælia reservandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus pervenit ad mortem confirmatur morte, quia non potest peccare post mortem. Hic si forte illud etiam requirere velimus, post passionem et resurrectionem Christi, quid apostolis profuerit adventus Spiritus sancti, ipse Dominus eis evidenter exponit. « Quæ dico, inquit, vobis non potestis ea portare modo, cum autem venerit ille Spiritus veritatis, ipse docebit omnem veritatem (*Joan.* XVI, 12 *et* 13). » Vides quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam et constantiam dilatatur. Itaque ante descensionem Spiritus sancti usque ad negationem apostoli deterrentur, post visitationem vero ejus usque ad martyrium contemptu salutis armantur, secundum hoc per Christum redimimur, per Spiritum vero sanctum dono sapientiæ spiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruimur, consummamur, ut illam sancti Spiritus vocem audire possimus. « Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris (*Psal.* XXXI, 8). » De Spiritu sancto accipimus, ut spirituales efficiamur, quia « animalis homo non percipit ea qua sunt Spiritus Dei (*I Cor.* II, 14). » De Spiritu sancto accipimus, ut sapiamus inter bonum malumque discernere, justa diligere, injusta respuere, ut malitiæ ac superbiæ repugnemus, ut luxuriæ ac diversis illecebris et fœdis indignisque cupiditatibus resistamus. De Spiritu sancto accipimus vitæ amorem et gloriæ ardorem, ut succensi divinitus erigere a terrenis mentem ad superna et divina valeamus. Jejunium ergo Dominici diei et quintæ feriæ nemo celebrare debet, ut inter jejunium Christianorum et gentilium veraciter credentium atque infidelium et hæreticorum vera et non falsa discretio habeatur, unde scriptum est : « Quæ pars Christi ad Belial ? aut quæ pars fideli cum infideli ? Quæ aut participatio justitiæ cum iniquitate ? » (*II Cor.* VI, 15.) Et iterum : « Nolite jugum ducere cum infidelibus (*Ibid.* 14). » « De cætero, fratres, videte ne quis vos decipiat inanibus verbis, neque per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum 56 elementa mundi, et non secundum Christum, quia in Christo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis, in quo et circumcisi estis, circumcisione non manufacta in exspoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi, consepulti enim in baptismo in quo resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis. Et vos, cum mortui essetis in delictis et præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod adversum vos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio et affigens illud cruci, exspolians principatus et potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso. Nemo ergo vos judicet in cibo et potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum quæ non vidit, ambulans frustra, inflatus sensu carnis suæ, et non tenens caput ex quo totum corpus per nexum, et conjunctionem subministratum et constructum crescit in augmentum fidei. Si mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis ? Ne tetigeritis neque gustaveritis, neque contrectaveritis quæ sunt omnia in interitu ipso usu secundum præcepta et doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione et humilitate, et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Igitur, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam et avaritiam quæ est simulacrorum servitus, propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis. In quibus et vos ambulastis aliquando cum viveretis cum illis. Nunc autem deponite vos omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri invicem, exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum, eum qui renovatur in agnitione secundum imaginem ejus qui creavit eum, ubi non est Judæus, et gentilis circumcisio, et præputium, barbarus Scytha, servus et liber, sed omnia in omnibus Christus. Induite ergo vos, sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem, et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam. Sicut et Christus donavit vobis, ita et vos. Super autem omnia hæc, charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi vigeat in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore, et grati estote. Verbum Dei habitet in vobis abundanter in omni sapientia, docentes et commonentes vosmetipsos psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo et Patri per ipsum

(*Col.* II, 8-23; III, 1-17). » Vos, charissimi, nolite deficere benefacientes. Quod si aliquis fuerit qui non obedierit verbis apostolicis, hunc notate, et non commisceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem, A Deus autem pacis det vobis idipsum sapere terutrum et in omnes, et ipse sit semper vob in omni loco. Amen, Data Kal. Martias, Volt et Rufino viris clarissimis consulibus.

DE PRIMITIVA ECCLESIA ET SYNODO NICÆNA.

Nemo, qui Scripturas divinas legit ignorat quod, in principio nascentis Ecclesiæ, discipulis in unum congregatis, cum multitudine credentium, in quibus erat cor unum et anima una, quique vendentes prædia et possessiones suas afferebant, et dividebatur B singulis, prout cuique opus erat (*Act.* IV, 32 *et seq.*). Futuram namque Ecclesiam in gentibus apostoli prævidebant, maximeque quia Dominus illis prædixerat: Euntes in mundum universum, prædicantes evangelium (*Marc.* XVI, 15), vel quia expellendi erant a Judæa, noverant se in gentibus dispergendos, Ecclesiamque congregandam ex rudi populo. Idcirco prædia in Judæam minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fovendos egentes. At vero cum inter turbines et adversa mundi succresceret Ecclesia, eo usque pervenit ut non solum gentes, sed etiam Romani principes (qui pene totius orbis monarchiam tenebant) ad fidem Christi et baptismi sacramenta concurrerent. Et quibus vir religiosissimus, Constantinus primus, fidem veritatis patenter adeptus, C licentiam dedit per universum orbem suo degentes imperio non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandas ecclesias, et prædia tribuenda constituit. Denique idem præfatus princeps donaria immensa, et fabricam templi primæ sedis beati principis apostolorum instituit, adeo ut sedem imperialem, quam Romani principes possederant, relinqueret, et beato Petro suisque præsulibus profuturam concederet. Idem vero præsidens in sancta synodo, quæ apud Nicænum congregata est, cum querelam quorumdam conspiceret coram se deferendam, ait : Vos a nemine dijudicari potestis, quia solius Dei judicio reservamini, dii etenim vocati estis. Idcirco, non potestis ab hominibus judicari. Ab illo etenim tem- D pore et deinceps, viri religiosissimi non solum possessiones et prædia quæ possederant, sed etiam semetipsos Domino consecrarunt, ædificantes basilicas in suis fundis, in honore sanctorum, martyrum, per civitates ac monasteria innumera, in quibus cœtus Domino servientium conveniret. Denique reges, et præsides ac magistratus non solum hanc licentiam tribuere, sed etiam ipsi propria largiti sunt per universa regna terrarum, unde alerentur egentes qui nihil in mundo possidebant ecclesiæque Dei fabricarentur atque restaurarentur, Deoque et Ecclesiæ ejus rite famulantibus servisque illius supplementa (ut absque necessitate essent) tribuerentur, *ut, hæc accipientes, possent*, secundum monita Apostoli, « orationes, postulationes, obsecrat gratiarum actiones facere pro omnibus, pro re et qui in sublimitate sunt, ut quietam et tra lam vitam habeant. Et hoc bonum et acceptun coram Deo (*I Tim.* II, 1 *et seq.*). » Ideo ma gentium protestatur, cui « sollicitudo omnium siarum incumbit (*II Cor.* II, 28), » quique scopos regere per Spiritum sanctum constitu clesiam Dei (*Act.* XX, 26). » Quibus ait : « Pasci in vobis est gregem Dei, providentes non coac sponte secundum Deum, neque turpis lucri sed voluntarie (*I Petr.* V, 2). » Cum enim d « Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcul (*II Tim.* II, 4). » Quæ enim sunt negotia sæcularia, canones manifestant et inhibent perspicue, quo dam qui in clero videntur electi propter lucra conductores alienarum possessionum fiant, et sa ria negotia sub cura sua accipiant, Domini qu ministerium parvipendentes, sæcularium vero d rentes domos, et propter avaritiam patrimonic sollicitudinem sumentes, decrevit sancta sy nullum deinceps clericum aut possessiones c cere, aut negotiis sæcularibus se miscere p pupillorum et orphanorum, aut si forte epis civitatis, ecclesiasticarum rerum sollicitudine bere præcipiat, ut liquido patet, quia alia sur gotia sæcularia, alia ecclesiastica. Nonne Moy sæculo erat cum crebro « tabernaculum intra exiret, qui intus contemplatione raptus (*Exod.* 8), » foris infirmantium negotiis urgebatur, Dei arcana considerans, foris onera carnalium tabat? Cujus typum sacerdotes in Ecclesia debent, ut dum foras exeunt ad exsecranda n pro necessitatibus subditorum, intus ad se re per contemplationem mandatorum, sicut P « qui cœlestibus secretis inseritur (*II Cor.* XII, tamen per condescensionis viscera carnalium perscrutatur. Sic et Jacob ascendentes et de dentes angelos vidit (*Gen.* XXVIII, 12), quia vid rectores Ecclesiæ non solum Deo contemplan perna appetunt, sed deorsum quoque ad me illius miserando descendunt. Et, dum sacer horum facta imitantur et se custodiunt, et sul rum onera portant, et videntur tales esse, idem egregius prædicator dicit, ut « qui utuntu mundo tanquam non utantur, et qui gaudent quam non gaudentes, et qui emunt tanquan possidentes (*I Cor.* VII, 30). »

EDICTUM DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris scilicet, et Filii, et Spiritus sancti, imperator Cæsar Flavius Constantinus, in Christo Jesu, uno ex eadem Trinitate sancta, Salvatore, Domino Deo nostro fidelis, mansuetus, beneficus, Alemannicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, unicus, pius, felix, victor, ac triumphator, semper augustus, sanctissimo ac beatissimo Patri Silvestro, urbis Romæ episcopo et papæ, atque omnibus ejus successoribus, qui in sede beati Petri usque in finem sæculi sessuri sunt, pontificibus nec non et omnibus reverendissimis et Deo amabilibus catholicis episcopis eidem sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ per hanc nostram imperialem constitutionem subjectis in universo orbe terrarum, nunc et in posteris cunctis retro temporibus constitutis, gratia, pax, charitas, gaudium, longanimitas, misericordia, a Deo Patre omnipotente et Jesu Christo Filio ejus, et Spiritu sancto cum omnibus vobis.

Ea quæ salvator et redemptor noster, Dominus noster Jesus Christus altissimi Patris Filius per suos sanctos apostolos Petrum et Paulum, interveniente Patre nostro Silvestro, summo pontifice et universali papa mirabiliter dignatus est operari, liquida narratione, per hujus nostræ imperialis institutionis paginam, ad cognitionem omnium populorum in universo orbe terrarum studuit propagare nostra mansuetissima serenitas. Primum quidem nostram fidem, quam a prælato beatissimo Patre et oratore nostro Silvestro universali pontifice docti sumus, intima cordis confessione ad instruendas omnium vestrum mentes proferentes, et ita demum Dei misericordiam super vos diffusam annuntiantes. Nosse enim vos volumus, sicut per anteriorem nostram sacram pragmaticam jussionem significavimus, nos a culturis idolorum, simulacris mutis et surdis manufactis, diabolicis compositionibus atque ab omnibus Satanæ pompis recessisse, et ad integram Christianorum fidem quæ est vera lux et vita perpetua pervenisse, credentes juxta id quod nos idem almificus, summus Pater et doctor noster Silvester instruxit pontifex, *in Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in Jesum Christum Filium ejus unigenitum Dominum nostrum, per quem creata sunt omnia. Et in Spiritum sanctum Dominum, et vivificatorem universæ creaturæ, hos Patrem et Filium, et Spiritum sanctum confitemur, ita ut in Trinitate perfecta, et plenitudo sit divinitatis, et unitas potestatis, Pater Deus, Filius Deus, et Spiritus sanctus Deus, et tres unum sunt in Jesu Christo.* Tres itaque formæ, sed una potestas. Nam sapiens retro semper Deus edidit ex se, per quod semper erant gignenda sæcula, Verbum. Et, quando eodem solo suæ sapientiæ Verbo universam ex nihilo formavit creaturam, cum eo erat cuncta suo arcano componens mysterio, igitur perfectis cœlorum virtutibus, et universis terræ materiis pio sapientiæ suæ nutu ad imaginem et similitudinem suam 57 primum de limo terræ fingens hominem hunc in paradiso posuit voluptatis. Quem antiquus serpens et hostis invidens diabolus per amarissimum ligni vetiti gustum, exsulem ab eisdem fecit gaudiis (*Gen.* I, II), eoque expulso non desinit sua venenosa, multis modis protelare jacula, ut a via veritatis humanum abstrahens genus, idolorum culturæ, videlicet creaturæ, et non Creatori deservire suadeat, quatenus per hos eos quos suis voluerit irretire insidiis, secum æterno efficiat concremandos supplicio. Sed Deus noster, misertus plasmatis sui, dirigens sanctos suos prophetas, per quos lumen futuræ vitæ, adventum videlicet Filii sui Domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi, annuntians misit eumdem unigenitum Filium suum et sapientiæ Verbum. Qui, descendens de cœlis propter nostram salutem, natus de Spiritu sancto ex Maria virgine, *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (*Joan.* I, 14), non amisit quod fuerat, sed cœpit esse quod non erat. Deum perfectum et hominem perfectum ut Deus, mirabilia perficiens, et ut homo humanas passiones sustinens, ita Verbum hominem et Verbum Deum, prædicante Patre nostro Silvestro summo pontifice, intelligimus, ut verum Deum, verum hominem fuisse nullo modo ambigamus. Electisque duodecim apostolis, miraculis coram eis et innumerabilis populi multitudine coruscavit. Confitemur eumdem Dominum Jesum Christum adimplesse legem et prophetas, passum, crucifixum secundum Scripturas, tertia die a mortuis resurrexisse, assumptum in cœlos, atque sedentem ad dexteram Patris. Inde venturum judicare vivos et mortuos, cujus imperii non erit finis. Hæc est enim fides nostra, catholica, orthodoxa, a beatissimo Patre nostro Silvestro summo pontifice nobis prolata.

Exhortans idcirco omnem populum, et diversas gentium nationes hanc fidem tenere, colere et prædicare, et in sanctæ Trinitatis nomine aptissime gratiam consequi, et Dominum nostrum Jesum Christum salvatorem, qui cum Patre et Spiritu sancto per infinita sæcula vivit et regnat. Quem Silvester, beatissimus Pater noster universalis, prædicat pontifex corde devoto adorare. Ipse enim Dominus noster misertus mihi peccatori, misit sanctos suos apostolos ad visitandum nos, et lumen sui splendoris infulsit nobis, et abstractum a tenebris ad veram lucem et agnitionem me venisse gratulamini. Nam, dum valida squaloris lepra totam mei corporis invasisset carnem, et multorum medicorum convenientium cura adhiberetur, nec ullius quidem cura promeruissemus salutem, ad hoc venerunt sacerdotes Capitolii dicentes, mihi debere fieri fontem in Capitolio et compleri hunc innocentium sanguine, et in eo calente loco me posse mundari. Et secundum eorum dicta, aggregatis plurimis innocentibus

infantibus, dum vellent sacrilegi paganorum sacerdotes eos mactari, et ex eorum sanguine fontem repleri, cernens serenitas nostra lacrymas matrum eorum, illico exhorrui facinus, miseratusque eas, proprios illis resti tui præcepimus filios suos, datisque vehiculis et donis concessis gaudentes, ad propria relaxavimus.

Eadem igitur transacta die, per nocturna nobis facta silentia, dum somni tempus advenisset, adsunt apostoli sanctus Petrus et Paulus, dicentes mihi : « Quoniam flagitiis posuisti terminum, et effusionem sanguinis innocentis horruisti, missi sumus a Christo Domino Deo nostro dare tibi sanitatis recuperandæ consilium. Audi ergo monita nostra, et fac quodcunque indicamus tibi. Silvester, episcopus hujus civitatis, ad montem Soractæ persecutiones tuas fugiens, in cavernis petrarum cum suis clericis latebram fovet, hunc ad te cum adduxeris, ipse tibi piscinam pietatis ostendet, in qua dum te tertio merserit, omnis te valetudo ista deseret lepræ. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem tuo salvatori compensa, ut omnes jussu tuo per totum orbem restaurentur ecclesiæ. Te autem ipsum in hac parte purifica, ut relicta omni superstitione idolorum, Deum vivum et verum, qui solus est et verus, adores et excolas, ut ad voluntatem attingas. » Exsurgens igitur a somno, protinus juxta id quod a sanctis apostolis admonitus sum, peregi, advocatoque eodem præcipuo et magnifico Patre et illuminatore nostro Silvestro, universali papa, omnia a sanctis apostolis mihi præcepta dixi verba. Percontati sumus ab eo qui isti dii essent Petrus et Paulus. Ille vero non eos deos vere dici, sed apostolos salvatoris nostri Domini Dei Jesu Christi respondit. Et rursum interrogare cœpimus eumdem beatissimum papam, utrum istorum apostolorum imagines expressas haberet, ut ex pictura disceremus hos esse quos revelatio docuerat. Tunc idem venerabilis Pater imagines eorumdem apostolorum per diaconum suum exhiberi præcepit, quas dum aspicerem et eorum, quos in somno videram figuratos in ipsis imaginibus cognovissem vultus, ingenti clamore coram omnibus satrapis meis confessus sum eos esse quos in somno videram.

Ad hæc beatissimus idem Silvester Pater noster, urbis Romæ episcopus indixit nobis pœnitentiæ tempus intra palatium nostrum Lateranense, in uno cilicio, ut omnia quæ a nobis impie peracta atque injuste disposita fuerant, vigiliis, jejuniis atque lacrymis et orationibus apud Dominum nostrum Jesum Christum salvatorem impetramus. Deinde per manus impositionem clericorum usque ad ipsum præsulem veni, ibique renuntians Satanæ, pompis et operibus ejus, vel universis idolis manufactis, credere me in Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium et invisibilium, et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, sponte *sua voluntate coram omni populo* professus sum. Benedictoque fonte, illic me trina mersione unda salutis purificavit. Positoque me in fontis gremio manum de cœlo me contingentem propriis oculis vidi. De qua mundus exsurgens ab omni me lepræ squalore mundatum agnoscite, levatoque me de venerabili fonte indutus vestibus candidis septiformis gratiæ sancti Spiritus consignationem adhibuit beati chrismatis unctione, et vexillum sanctæ crucis in mea fronte linivit dicens : *Signat te Deus sigillo fidei suæ : In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, in consignatione fidei.* Cunctusque clerus respondit, *Amen.* Et adjecit præsul : *Pax tibi.* Prima itaque die post perceptum sacri baptismatis mysterium et post curationem corporis mei a lepræ squalore agnovi non esse alium Deum nisi Patrem et Filium et Spiritum sanctum, quem beatus Silvester papa prædicat, *trinitatem in unitate, unitatem in trinitate.* Nam omnes dii gentium quos usque hactenus colui, dæmonia, opera hominum manufacta comprobantur. Etenim quantam potestatem idem Salvator noster suo apostolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra lucidissime nobis idem venerabilis Pater edixit, dum fidelem eum in sua interrogatione inveniens ait : « Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam et portæ inferi non prævalebunt adversus eam (*Matth.* XVI, 18). » Advertite potentes et aure cordis intendite, quid bonus Magister et Dominus suo discipulo adjunxit, inquiens : « Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis (*Ibid.* 19). » Mirum est hoc valde et gloriosum in terra ligare et solvere, et in cœlo ligatum et solutum esse. Et, dum hæc prædicante beato Silvestro agnoscerem et beneficiis ipsius beati Petri integerrime sanitati me comperi restitutum, utile judicavimus una cum omnibus nostris satrapis et universo senatu, optimatibus meis, etiam et cuncto populo Romano gloriæ imperii subjacenti, ut sicut in terris vicarius Filii Dei esse videtur constitutus, etiam et pontifices, qui ipsius principis apostolorum gerunt vices principatus, potestatem amplius quam terrenam, imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur concessam a nobis nostroque imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem apostolorum vel ejus vicarios firmos apud Deum esse patronos, et sicut nostra est terrena imperialis potentia, ejus sacrosanctam Romanam ecclesiam decrevimus veneranter honorare et amplius quam nostrum imperium et terrenum thronum sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltari, tribuentes ei potestatem et gloriæ dignitatem atque vigorem et honorificentiam imperialem, atque decernentes sancimus, ut principatum teneat tam super quatuor præcipuas sedes Antiochenam, Alexandrinam, Constantinopolitanam, et Hierosolymitanam, quamque etiam super omnes in universo orbe terrarum Dei Ecclesias. Et pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ exstiterit, celsior et princeps cunctis sacerdotibus totius mundi exsistat, et ejus judicio quæque ad cultum Dei, vel fidei Christiano-

rum stabilitatem procurandam fuerint disponantur, justum quippe est ut ibi lex sancta caput teneat principatus, ubi sanctarum legum institutor Salvator noster beatum Petrum apostolatus obtinere præcepit cathedram, ubi, et crucis patibulum sustinens, beatæ mortis sumpsit poculum, suique Magistri et Domini imitator apparuit. Et ibi gentes pro Christi nominis confessione colla flectant ubi eorum doctor, beatus Puulus apostolus pro Christo extenso collo martyrio coronatus est, illic usque in finem quærant doctorem ubi sanctum doctoris quiescit corpus, et ibi proni ac humiliati cœlestis regis Dei salvatoris nostri Jesu Christi famulentur officio, ubi superbi terreni regis serviebant imperio. Interea nosse volumus omnem populum universarum gentium ac nationum, per totum orbem terrarum construxisse nos, intra palatium nostrum Lateranense eidem salvatori nostro Domino Jesu Christo ecclesiam a fundamentis cum baptisterio, et duodecim nos sciatis de ejus fundamentis, secundum numerum duodecim apostolorum, cophinos terræ onustatos propriis asportasse humeris, quam sacrosanctam Ecclesiam caput et verticem omnium Ecclesiarum universo orbe terrarum dici, coli, venerari ac prædicari sancimus, sicut per alia nostra imperialia decreta constituimus. Construximus itaque ecclesias beatorum Petri et Pauli, primorum apostolorum, quas auro et argento locupletavimus, ubi et sacratissima eorum corpora cum magno honore recondentes, thecas ipsorum ex electro cui nulla fortitudo prævalet elementorum construximus, et crucem ex auro purissimo, et gemmis pretiosissimis per singulas eorum thecas posuimus, et clavis aureis confiximus. Quibus pro concinnatione luminariorum, possessionum prædia contulimus, et rebus diversis eas ditavimus, et per nostram imperialem jussionem sacram, tam in oriente quam in occidente vel etiam septentrionali et meridiana plaga, videlicet in Judæa, Græcia, Asia, Thracia, Africa et Italia, vel diversis insulis nostra largitate eis concessimus, ea prorsus ratione ut per manus beatissimi Patris nostri Silvestri pontificis successorumque omnia disponantur. Gaudeat enim una nobiscum omnis populus et gentium nationes universo orbe terrarum exhortantes omnes ut Deo nostro et salvatori Jesu Christo immensas una nobiscum referatis gratias, quam ipse Deus in cœlis desuper et in terra deorsum, qui nos, per suos sanctos apostolos visitans, sanctum baptismatis sacramentum percipere, et corporis sanitate dignos effecit, pro quo concedimus ipsis sanctis apostolis, dominis meis beatissimis Petro et Paulo, et per eos etiam beato Silvestro Patri nostro summo pontifici et universalis urbis Romæ papæ, et omnibus ejus successoribus pontificibus, qui usque in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, atque de præsenti concedimus palatium imperii nostri Lateranense quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur atque præcellit palatiis, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri simulque pallium, vel mitram, phrygium, necnon et superhumerale, videlicet lorum quod imperiale circumdare assolet collum, verum etiam et chlamydem purpuream atque tunicam coccineam, et omnia imperialia indumenta, seu et dignitatem imperialium præsidentium equitum, conferentes etiam et imperialia sceptra, simulque et cuncta signa atque banna etiam et diversa ornamenta imperialia, et omnem processionem imperialis culminis et gloriam potestatis nostræ.

58 Viris enim reverendissimis, clericis diversis ordinibus, eidem sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ servientibus illud culmen singularitatem, potentiam et præcellentiam habere sancimus, cujus amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est patricios atque consules effici, necnon et cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgantibus decorari. Et sicut imperialibus militia, ita et clerum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia officiis diversis cubiculariorum, nempe hostiarorum, atque omnium excubiarum ornatu, ita et sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumus, et ut amplissime pontificale decus præfulgeat, decernimus et hoc ut clerici ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ manipulis et linteaminibus, id est candidissimo colore decorari equos et ita equitari. Et sicut noster senatus calceamentis utitur cum udonibus, id est candido linteamine illustrati, ut sicut cœlestia, ita et terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuentes ipsi sanctissimo Patri nostro Silvestro, urbis Romæ episcopo, et papæ et omnibus, qui post eum in successum et perpetuis temporibus advenerint beatissimis pontificibus pro honore et gloria Christi Dei nostri, in eadem Dei magna catholica et apostolica Ecclesia, ex nostro judicio quem placatus proprio consilio clericare voluerit, et in numero religiosorum clericorum connumerare nullum ex omnibus præsumentem superbe agere. Decrevimus itaque et hoc, ut idem venerabilis Pater noster Silvester, summus pontifex, vel omnes ejus successores pontifices diadema, videlicet coronam quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo et gemmis pretiosis uti debeant, et eorum capite ad laudem Dei pro honore beati Patri gestare, ipse vero beatissimus papa super coronam clericatus quam gerit ad gloriam beati Petri omnino ipsa ex auro non est passus uti corona, phrygium quoque candido nitore splendidum resurrectionem Dominicam designans, ejus sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, et tenentes frenum equi illius, pro reverentia beati Petri stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem phrygio omnes ejus successores singulariter uti in processionibus ad imitationem imperii nostri. Unde ut pontificalis apex non vilescat, sed magis amplius quam terreni imperii dignitatis et gloriæ potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum, ut prædictum est, quamque Romanæ vobis, et omnes Italiæ seu occidentalium regionum, provincias, loca et civitates præfato beatissimo

pontifici nostro Silvestro universali papæ concedimus atque relinquimus, et successorum ipsius pontificum potestati et ditione firma imperiali censura per hanc divalem nostram sacram potestatem et pragmaticum constitutum decernimus disponendum, atque juri sanctæ Romanæ Ecclesiæ concedimus permansurum. Unde congruum prospeximus nostrum imperium, et regni potestatem orientalibus transferri et transmutari regionibus, et in Bizantiæ provinciæ, in optimo loco, nomini nostro civitatem ædificari, et nostrum illic constitui imperium, quoniam ubi principatus sacerdotum et Christianæ religionis caput, ab imperatore cœlesti constitutum est, justum non est ut illic imperator terrenus habeat potestatem; hæc vero omnia quæ per hanc nostram imperialem sacram, et per alia divalia decreta statuimus atque confirmavimus, usque in finem mundi illibata et inconcussa permanenda decernimus. Unde coram Deo vivo, qui nos regnare præcepit, et coram terribili ejus judicio obtestamur, per hoc nostrum imperiale constitutum, omnes nostros successores, imperatores, vel cunctos optimates, satrapas etiam amplissimum senatum et universum populum in toto orbe terrarum, nunc, et in posterum cunctis temporibus, imperio nostro subjacentem, nulli eorum quoquomodo licere hæc quæ a nobis imperiali sanctione sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ vel ejus omnibus pontificibus concessa sunt, refragari aut confringere vel in quoquam convellere. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator aut contemptor exstiterit, æternis condemnationibus subjaceat innodatus, et sanctos Dei principes apostolorum Petrum et Paulum, sibi in præsenti et futura vita sentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus cum diabolo et omnibus deficiat impiis. Hujus vero imperialis decreti nostri paginam propriis manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri principis apostolorum posuimus, ibique eidem cum apostolo spondentes nos cuncta inviolabiliter conservare, et nostris successoribus imperatoribus conservanda in mandatis relinqui, Patri nostro Silvestro summo pontifici et universali papæ, ejusque cunctis successoribus pontificibus Domino Deo et salvatore nostro Jesu Christo annuente tradimus perenniter atque feliciter possidenda. Et subscriptio imperialis, divinitas vos conservet per multos annos, sanctissimi ac beatissimi Patres. Datum Romæ, sub tertio die Kalen. Aprilium, domino nostro Flavio Constantino Augusto quarto et Gallicano IV, viris clarissimis consulibus.

QUO TEMPORE ACTUM SIT NICÆNUM CONCILIUM.

Canones generalium conciliorum a temporibus Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis persecutione fervente, docendarum plebium, nisi quæ a Romana processerunt sede, minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diversas hæreses scissa est, quia non erat licentia episcopis in unum convenire nisi tempore supradicti imperatoris, ipse enim dedit facultatem Christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti Patres, in concilio Nicæno de omni orbe terrarum convenientes juxta fidem evangelicam et apostolicam, secundum post apostolos symbolum tradiderunt.

PRÆFATIO NICÆNI CONCILII.

Beatissimo Silvano in urbe Roma apostolicæ sedis antistite, Constantino Augusto et Licinio Cæsare, consulatu Paulini et Juliani virorum clarissimorum, ab Alexandro trecentesimo tricesimo sexto anno, mense Julio, XIII Kalen. Julii, propter insurgentes hæreses fides catholica exposita est apud Nicæam Bythiniæ, quam sanctam et reverendissima Romana complectitur et veneratur Ecclesia, quippe quam trecenti decem et octo Patres mediantibus Victore atque Vincentio religiosissimis Romanæ sedis presbyteris, inspirante Deo, ad obstruenda Arii venena protulerunt. Nam et nonnullæ regulæ subnexæ sunt, quas memorata suspiciens confirmavit Ecclesia. Sciendum est sane ab omnibus catholicis, quoniam sancta Ecclesia Romana nullis synodicis decretis prælata est, sed evangelica voce Domini, et Salvatoris nostri primatum obtinuit, ubi dixit beato Petro apostolo : « Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum, et *quæcunque ligaveris super terram* erunt ligata et in cœlo, et quæcunque solveris super terram erunt soluta et in cœlo (*Matth.* XVI, 18, 19). » Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi apostoli Pauli, vasis electionis, qui uno die, unoque tempore gloriosa morte cum Petro, sub principe Nerone, agonizans coronatus est, et ambo pariter Ecclesiam sanctam Romanam Christo Domino consecraverunt, aliisque urbibus omnibus in universo mundo sua potentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud Dominum omnium sanctorum fundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens : « Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio Filii ejus quod sine intermissione memoriam vestri facio in orationibus meis (*Rom.* I, 9, 10). » Prima ergo sedes cœlesti beneficio Romanæ Ecclesiæ, quam beatissimi Petrus atque Paulus suo martyrio dedicarunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo atque evangelista consecrata est, quia et ipse in Ægypto

primus verbum veritatis directus a Petro prædicavit, et gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit Abilius. Tertia vero sedes apud Antiochiam ejusdem beati Petri apostoli habetur honorabilis, quia illic, priusquam Romam veniret, habitavit, et Ignatium episcopum constituit, et illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est. Nam et Hierosolymitanus episcopus, pro tanti loci reverentia, ab omnibus habetur honorabilis. Maxime quod illic primus beatissimus Jacobus, qui dicebatur justus, qui etiam secundum carnem frater Domini nuncupatus est, a Petro, Jacobo et Joanne apostolis est episcopus ordinatus, itaque, secundum antiquorum Patrum definitionem, sedes prima in Hierosolymis esse minime dicitur, ne forte ab infidelibus aut idiotis sedes Domini nostri Jesu Christi, quæ in cœlo est, in terra esse putaretur. Etenim sedes ejus cœlum, terra autem scabellum pedum ejus, quoniam ipse est, per quem omnia facta sunt, et sine quo factum est nihil (*Joan.* I, 3), « quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen (*Rom.* II, 36). »

Apud Ephesum vero beatissimus Joannes, apostolus et evangelista, multo tempore post Domini resurrectionem et ascensionem in cœlos, divina inspiratione Evangelium conscripsit atque requievit. Et ob hoc episcopus Ephesinus, pro tanti apostoli et evangelistæ memoria, cæteris episcopis metropolitanis in synodis honorabiliorem obtinet sedem.

Sed quoniam de concilio Nicæno disserendum est, quæ hæc fecit causa, ut post illam apostolorum gloriosam prædicationem, quæ in omnem terram mirabiliter diffusa est, sub Constantino Augusto tanti congregarentur episcopi? Rufini nobis decimus liber, qui conjunctus est novem libris ecclesiasticæ Historiæ quos vir eruditissimus Eusebius Cæsariensis edidit, necessario præfertur ad medium, ut parva quæ ejus inter initia de Arii perversitate conscripta sunt, memorentur, quia dubium non est, ideo trecentos decem et octo sanctissimos Patres, ex universo orientali orbe in Nicæa Bithyniæ congregatos, ut Arii impium dogma Christi auxilio funditus damnaretur. Et salubri providentia constitueretur quod in sancta catholica Ecclesia debeat observari. Item ad locum ex libro decimo Rufini : Igitur cum apud Alexandriam post Achillem, qui Petri matyrio successit, suscepisset Alexander sacerdotium, quia pax nostris et quies a persecutionibus erat, atque Ecclesiarum gloria confessorum meritis gaudebat, prosperitas rerum nostrarum domestica contentione turbabatur. Etenim presbyter quidam apud Alexandriam, nomine Arius, vir ipse et forma magis quam virtute religiosus, sed gloriæ laudisque et novitatis improbe percupidus, prava quædam de Christi fide proferre, et quæ arte inquisitionis invenerat cœpit. Abscindere enim, ac separare ab illa æterna et ineffabili Dei Patris substantia vel natura Filium conabatur. Quæ res in Ecclesia plurimos conturbabat, et a dulci mentis tranquillitate dimovebat. Sed cum Alexander, episcopus, natura lenis et quietus, assidue commonitionibus Arium cuperet a pravo incepto et assertionibus impiis revocare, nec tamen res ex sententia procederet, et quod plerosque quodam contagio pestiferæ assertionis infecerat, non solum apud Alexandriam, verum et per alias provincias disperserat urbes, perniciosum fore credens, si dissimularet a talibus, plurimis consacerdotibus suis rem indicat. Quæstio laicis innotescit. Sermo usque ad aures religiosi principis (quippe qui omni studio et diligentia curaret quæ nostra sunt) pervenit. Tum ille ex sententia sacerdotum apud urbem Nicæam **59** episcopale concilium convocat, trecentis ibique Arium decem et octo episcopis residentibus adesse jubet, ac de ejus propositionibus et quæstionibus judicare. Sed in eo concilio admirable factum principis non puto reticendum. Etenim cum ex omnibus pene locis episcopi convenissent, et, ut fieri solet, diversis ex causis inter se quædam jurgia detulissent, interpellabatur frequenter a singulis, offerebantur libelli, culpæ proferebantur, et magis ad hæc quam ad id pro quo fuerat ventum animos dabant. At ille, videns quod per hujusmodi jurgia causa summi negotii frustraretur, diem certum statuit quo unusquisque episcoporum, si quid querimoniæ habere videretur, deferret. Cum resedisset, suscepit a singulis libellos. Quos simul omnes in sinu suo continens nec in eis quod contineretur aperiens, ait ad episcopos : « Deus vos constituit sacerdotes, et potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi. Et ideo nos a vobis recte judicamur, vos autem non potestis ab hominibus judicari. Propter quod Dei solius inter vos exspectate judicium, ut et vestra jurgia quæcunque sunt ad illud divinum reserventur examen, vos etenim nobis a Deo dati estis dii. Conveniens non est ut homo judicet deos, sed ille solus de quo scriptum est : « Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit (*Psal.* LXXXI, 1). » Et ideo, his omissis, alia quæ ad fidem Dei pertinent absque ulla animorum contentione discutite. Cum hæc dixisset omnes querimoniarum libellos jussit exuri, ne innotesceret illi odium et suggillatio sacerdotum. Verum cum per dies multos in episcoporum concilio de fide quæstio verteretur, et nonnulli diversa sentirent ac vehementer ceptis Arii faverent, plures tamen erant qui impium exsecrarentur inceptum. Cumque in eodem concilio esset confessorum magnus numerus sacerdotum, omnes Arii novitatibus adversabantur. Favebant vero ei viri in quæstionibus callidi, et ob id simplicitati fidei adversabantur. Quantam vero habeat virtutem fidei simplicitas, etiam ex his quæ ibi gesta sunt, cognoscimus. Etenim cum pro studio religiosi imperatoris ex omni terra sacerdotes Dei convenissent, opinione commoti philosophi quoque et dialectici valde nobiles et opinatissimi convenerunt. In quibus quidam insignis in arte dialectica per dies singulos conflictum summi certaminis cum episcopis nostris viris æque in dialectica non improbabiliter eruditis mo-

vebat. Et fiebat ingens spectaculum convenientibus ad audiendum doctis et litteratis viris. Nec tamen ullo genere philosophus concludi a quodam poterat aut constringi. Tanta enim dicendi arte objectis quæstionibus occurrebat, ut ubi maxime putaretur astrictus velut anguis lubricus elaberetur. Sed ut ostenderet Deus, quia « non in sermone regnum Dei, sed in virtute consistit (*I Cor.* IV, 20), » quidam ex confessoribus, simplicissimæ naturæ vir, et nihil aliud sciens « nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum (*I Cor.* II, 2), » inter cæteros auditores episcopos aderat. Qui cum vidisset philosophum insultantem nostris, et callida se disputationis arte jactantem, poscit ab omnibus locum velle se paucis cum philosopho sermocinari. Tum vero nostri qui simplicitatem viri et imperitiam in sermone duntaxat nossent, pavere et velut pudorem quemdam pati ne forte apud callidos homines risui efficeretur sancta simplicitas. Perstitit tamen senior, et hinc movit sermonis exordium. « In nomine, inquit, Jesu Christi, philosophe, audi quæ vera sunt. Deus unus est qui fecit cœlum et terram, quique homini quem de limo terræ formaverat spiritum dedit, universa quæ videntur sibi virtute Verbi sui creavit, et Spiritus sui sanctificatione firmavit, hoc verbum ac sapientia quam nos Filium dicimus humanos miseratus, errores ex Virgine nascitur, et per passionem mortis a perpetua nos morte liberavit, ac resurrectione sua æternam nobis contulit vitam, quem exspectamus judicem omnium quæ egerimus esse venturum. Credis hæc ita esse, philosophe? » At ille ac si nunquam ullum sermonem contradicendi didicisset, ita obstupefactus virtute dictorum mutus ad omnia hoc solum potuit respondere : Ita sibi videri, nec aliud verum esse quam dixerat. Tunc senior hæc inquit : Si ita esse credidisti, surge, et sequere me ad Dominicum, et hujus fidei signaculum suscipe. Et ita philosophus Christianus effectus tandem se gratulatus est victum. In illo etiam concilio fuit Paphnutius homo Dei episcopus Ægypti, in quo tanta virtute inerat gratia, ut signa per eum non minus quam dudum per apostolos fierent. Quo etiam in tempore et Spyridion Cyprius episcopus insignis habebatur. Tales igitur in illis adhuc temporibus multi viri in Ecclesiis Domini refulgebant, ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Interea per dies singulos agitabatur conventus, nec facile aut temere tanta statuere audebant, et vocabatur Arius frequenter in concilium, et assiduo tractatu assertiones ejus discutiebantur, et quod adversum hæc tenere deberent ac statui summa cum deliberatione quærebant. Verum post diutinum multumque tractatum placuit omnibus ac velut uno cunctorum ore et corde decernitur *Omousion* conscribi debere, id est ejusdem cum Patre substantiæ Filium confiteri. Atque firmissima omnium sententia pronuntiatur. Decem et septem soli tunc fuisse dicuntur quibus Arii magis fides placeret extrinsecus creatum Dei Filium ex nullis substantibus, et non ex ipsa Patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad Constantinum sacerdotalis concilii sententia. Ille tanquam a Deo prolatam veneratur. Cui si quis tentasset obniti velut contra divina statuta venientem, in exsilium se protestatur acturum. *Explicit præfatio.*

INCIPIUNT CAPITULA NICÆNI CONCILII.

1. De Eunuchis qui seipsos abscindunt.
2. De his qui post baptisma statim ad clerum applicantur.
3. De subintroductis mulieribus.
4. Qualiter episcopi debeant ordinari.
5. De excommunicatis clericis vel laicis.
6. De primatibus episcoporum metropolitanorum.
7. De honore episcopi Hierosolymitani.
8. De Novatianis.
9. De presbyteris sine examinatione constitutis.
10. De lapsis clericis ordinatis.
11. De his qui sponte lapsi sunt qualiter debeant pœnitere.
12. De excommunicatis a sæculo exeuntibus.
13. De cathecuminis lapsis.
14. De diaconibus, ne corpus Christi tradant presbyteris, vel ante presbyteros communicent.
15. De clericis temere ab Ecclesia recedentibus.
16. De presbyteris, et diaconibus vel clericis qui ad alias civitates transeunt.
17. De clericis alienis sine conniventia proprii episcopi ab alio in sua ecclesia non ordinandis.
18. De clericis usuram vel ampliationem accipientibus.
19. De Paulianistis et Cataphrigis rebaptizandis.
20. De diebus Dominicis et Pentecostes, ut in eis stantes oremus.

INCIPIUNT CANONES NICÆNI CONCILII.

Quod actum est sub Constantino imperatore Paulino et Juliano consulibus fratribus, an. 363, III *Kal. Jul.*

Cum convenisset hoc sanctum et magnum concilium apud Nicæam civitatem provinciæ Bithyniæ, statuta sunt ab eis hæc quæ infra scripta sunt, ex *Græco in Latinum versa sermonem.*

I. Si quis in ægritudine vel a medicis sectus est, vel a barbaris castratus, placuit ut iste permaneat in clero. Si quis autem sanus seipsum abscindat, etiamsi est in clero, cessare debet et ex hoc nullum

portet ordinari. Sicut autem de his qui vel erint hæc vel ausi sunt seipsos abscindere, ıæ dicimus, statuta sunt. Ita si qui a barba- ı dominis suis secti, et probabilis vitæ sint, scipit ecclesiastica regula in clerum.

ıoniam multa sive per necessitatem, sive ex que causa contra regulam gesta sunt, ita ut ıs ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel i statim ad spiritualem baptismum venissent, nuo cum baptizati sunt, etiam ad episcopa- ıl ad presbyterium provecti sunt. Recte igi- ım est de cætero nihil tale debere fieri. Nam ıore opus est ut sit catechumenus, et post ım multa probatione indiget. Evidens nam- apostolicum præceptum dicens : « Non neo- ı ne forte elatus in judicium incurrat et la- diaboli (*I Tim.* III, 6). » Si vero procedente e aliquod peccatum admiserit, et convictus vel tribus testibus fuerit, cesset a clero qui odi est. Si quis vero præter hæc facit, tan- ontraria statutis sancti concilii gerens, ipse ıbitur de statu sui cleri.

mnibus modis interdixit sancta synodus ne- iscopo, neque presbytero, neque diacono, ulli clericorum omnino licere habere secum m extraneam, nisi forte mater, aut soror, ı, aut amita, vel matertera sit. In his nam- is personis, et harum similibus omnis quæ ieribus est suspicio declinatur, qui autem hæc agit periclitatur de clero.

piscopum oportet ab omnibus episcopis, si test, qui sunt in provincia ejus ordinari. Si c difficile fuerit, vel aliqua urgente necessi- ıl itineris longitudine, certe tres episcopi in unum esse congregati, ita ut etiam cæte- qui absentes sunt consensum litteris teneant, ıciant ordinationem. Potestas sane vel con- ɔ pertinebit per singulas provincias ad metro- ım episcopum.

ervetur ista sententia, ut hi qui ab aliis nunicantur ab aliis ad communionem non ıtur. Requiratur sane si forte aliqua indigna- aut contentione, aut qualibet commotione i sui excommunicati sint. Ut ergo digna hæc examinatione perquiri recte visum est, per e annos, in singulis provinciis bis in anno orum concilium fieri, ut simul in unum con- es ex communi provincia hujusmodi exami- ıæstiones, ut ita demum hi qui ob culpas iscoporum suorum offensas merito contraxe- gne etiam a cæteris excommunicati similiter tur, quousque in communi vel ipsi episcopo ım fuerit humaniorem circa eos ferre senten- labeatur autem semel concilium ante dies gesimæ, ut omnibus, si quæ sunt, simulta- nputatis, mundum solemne Deo munus possit

Secundum vero agatur circa tempus au-

los antiquus perduret in Ægypto, vel Libya,

et Pentapoli, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam quidem et Romano episcopo parilis mos est. Similiter autem et apud Antiochiam 60 cæterasque provincias honor suus unicuique servetur Ecclesiæ. Per omnia autem manifestum est quod si quis præter voluntatem et conscientiam metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hunc concilium magnum et sanctum censuit non debere esse episcopum. Sane si communi omnium consensu rationabiliter probato, secundum ecclesiasticam regulam duo vel tres animositate ducti, per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententiam sacerdotum.

VII. Quoniam mos antiquus obtinuit, et vetusta traditio ut Eliæ, id est Hierosolymorum episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen metropolitanæ civitatis propria dignitate.

VIII. Si qui voluerint venire ad Ecclesiam catholicam ex Novatianis, placuit sancto concilio ut ordinentur et sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant confessionem, quam per Scripturam exigi oportet, ut fateantur se communi consensu catholicæ Ecclesiæ statuta observaturos, id est communicaturos se, et his qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt, quibus tamen lapsis pœnitentiæ modus et tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea quæ in Ecclesia catholica observantur. Et sicubi iidem ipsi fuerint inventi, sive in vicis seu in urbibus clerici ordinati a catholicis, sic etiam in clero persistant, unusquisque tamen in suo ordine. Si vero episcopus vel presbyter catholicæ Ecclesiæ fuerit ad quem aliqui ex his accedunt, certum est quod episcopus quidem catholicus suam habeat dignitatem. Similiter autem presbyteri et diaconi habeant. Hi vero qui ab istis veniunt, si forte episcopus fuerit, habeat sacerdotii dignitatem, nisi forte placeat episcopo catholico concedere ei etiam episcopalis nominis honorem. Si vero non placuerit inveniat ei locum, ut sit in parochia coepiscopus, aut in clero presbyter, et in civitate una non videantur duo episcopi esse, et ille omnimode in clero permanere videatur.

IX. Si qui sine examinatione promoti presbyteri sunt, et postea examinati, confessi sunt peccata sua, et cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines manus eis temere imposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est defendit Ecclesia.

X. Quicunque ex lapsis per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptum eorum qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat regulæ ecclesiasticæ, cum enim compertum fuerit deponantur.

XI. Placuit sanctæ synodo, licet indigni sint misericordiæ, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendi. Si quos ergo ex animo pœnitet tribus annis inter pœnitentes habeantur. Si tamen fideles sunt, septem annis aliis inter pœnitentes sint, duobus

autem annis idem sine oblatione in oratione sola participent populo. Si qui vero, per Dei gratiam vocati primo quidem ostenderunt fidem suam, deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum reversi sunt, ut et pecunias darent et ambirent redire rursum ad militiam, isti decem annis sint inter pœnitentes, post primum triennium quo fuerint, inter audientes, ab omnibus vero illud præcipue observetur, ut animus eorum et fructus pœnitentiæ observetur. Quicunque enim cum omni timore et lacrymis perseverantibus et operibus bonis conversationem suam non verbis solis, sed opere et veritate demonstrant, cum tempus statutum etiam ab his fuerit impletum, et orationibus jam cœperunt communicare, licebit etiam episcopo humanius circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapsum, et sufficere sibi quod Ecclesiam introierunt arbitrantur, isti omnimodo tempora statuta complebunt.

XII. De his vero qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula observabitur etiam nunc, ita ut si forte quis recedit ex corpore, necessaria vitæ suæ viatico non defraudatur, quod si desperatus aliquis recepta communione supervixerit, sit inter eos qui sola oratione communicant. De omnibus tamen his qui a corpore recedunt, in tradendo eis communionem et cura et probatio sit episcopi.

XIII. Placuit hoc sancto et magno concilio de catechumenis qui lapsi sunt, ut tribus annis inter audientes verbum sint tantummodo, post hæc vero orent cum catechumenis.

XIV. Pervenit ad sanctum concilium quod, in locis quibusdam et civitatibus, presbyteris sacramenta diaconi porrigant, hoc neque regula, neque consuetudo tradidit ut hi qui offerendi sacrificii non habent potestatem, his qui offerunt corpus Christi porrigant, sed et illud innotuit quod quidem diacones etiam ante episcopos sacramenta sumunt.

Hæc omnia amputentur et accipiant secundum ordinem post presbyteros ab episcopo vel a presbytero sacram communionem. Quod si non fuerit in præsenti vel episcopus vel presbyter, tunc ipsi proferant et edant. Sed nec sedere quidem licet in medio presbyterorum diacones. Si quis autem non vult his sufficiens esse, post hanc definitionem cesset esse diaconus.

XV. Propter multas perturbationes et frequentes tumultus seditionum, quæ fieri solent, placuit omnimodo istam abscindi consuetudinem quæ contra regulam est, sicubi tamen sit, id est ne de civitate ad civitatem transeat vel episcopus, vel presbyter, vel diaconus. Si quis vero post hæc statuta sancti hujus concilii tale aliquid agere tentaverit, infringetur omni genere hujuscemodi conatus et restituatur propriæ Ecclesiæ in qua ordinatus est.

XVI. Si qui vero timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes, *recesserit ab Ecclesia sua* sive presbyter sive diaco*nus, vel in quocunque* ecclesiastico ordine positi fuerint, non debent suscipi in Ecclesia, sed cum omni necessitate cogantur, ut redeant ad Ecclesiam suam, quod si permanserint, excommunicare eos oportet.

XVII. Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in sua Ecclesia, cum non habeat consensum episcopi ipsius a quo recessit clericus, irrita erit hujusmodi ordinatio.

XVIII. Quoniam multi clerici, avaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt divini præcepti, quod dictum est, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, fenerantes centesimas exigant, statuit hoc sanctum concilium, si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad sextuplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum dejiciatur a clero, et alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

XIX. Si quis confugit ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis et Cataphrigis statutum est rebaptizari eos debere. Si qui vero clerici erant apud eos, siquidem inculpati fuerint et irreprehensibiles, rebaptizati rursus etiam ordinentur ab episcopo Ecclesiæ catholicæ. Si vero examinati minus fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. Similiter autem et circa diacones et de omnibus qui in eodem clero inveniuntur, eadem forma servabitur. Commemoravimus autem diaconissas quæ in hoc ordine inventæ sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habeant, ut omnimodo inter laicas habeantur. Similiter autem diaconissæ quæ in catholico canone non habentur simili loco, id est laicæ et tanquam non consecratæ deputentur.

XX. Quoniam sunt in die Dominica quidam ad orationem genua flectentes, et in diebus Pentecostes, propterea est itaque statutum a sancta synodo quoniam consona et conveniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est ut stantes ad orationem Domino vota reddamus.

Symbolum ejusdem Nicæni concilii.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium et invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc est, de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem Patri, id est, unius substantiæ cum Patre (quod Græci *omousion* dicunt) per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et in terra. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis, et incarnatus est, atque homo factus, passus, mortuus est, et resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, venturus judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt erat, quando non erat et antequam nasceretur non erat, et quod ex nullis existentibus factus est, aut ex aliqua substantia vel natura, eum dicentes esse mutabilem, et convertibilem Filium Dei, perhibendo hos anathematizat, et condemnat catholica et apostolica Ecclesia. Hæc est

fides quam exposuerunt Patres primum quidem adversus Arium blasphemum, dicentem creaturam esse Filium Dei, et adversus omnem hæresim, Sabellii, Photini, Pauli Samosateni, Manichæi, Valentini, Marcionis, et adversus omnem omnino hæresim, si quæ insurrexerit contra catholicam et apostolicam Ecclesiam quam omnes condemnaverunt Nicæa congregati episcopi trecenti decem et octo.

Fides Gregorii majoris.

Unus Deus, principium, et Pater Verbi viventis, sapientiæ existentis, et virtutis, et imaginis propriæ, perfectus perfecti genitor, et unus Dominus ex uno, Pater filii unigeniti, et unus Dominus ex uno, Deus de Deo, figura substantiæ Patris, imago Dei, Deus Verbum mundi, et totius substantiæ opifex, sapientia, continens omnia quæ existunt, Filius verus de Patre vero, invisibilis de invisibili, incorruptibilis de incorruptibili, immortalis de immortali, et sempiternus de sempiterno, et unus Spiritus sanctus, perfectus, perfecta vita, viventium sanctitas, et fons sanctitatis, et ædificationis ministrator, per quem Deus in omnes credentes et super omnes, et Filius qui per omnes. Trinitas, perfecta gloria, et regnum sempiternum, individuum, et inalienabile. Neque igitur creatum aliquid, et servum seu famulum in Trinitate, neque adventitium, vel subintroductum tanquam quod ante non exstiterit, et novissimum subintraverit, neque enim desinit aliquando Filius Patri, aut Filio, Spiritus sanctus, sed immutabilis et inconvertibilis hæc eadem Trinitas semper.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII ANCYRANI.

1. De presbyteris lapsis in persecutione.
2. De diaconibus qui immolaverunt.
3. De clericis sive laicis quorum manus alii cum injuria super idolorum sacrificia posuerunt.
4. De his qui in templis idolorum cœnaverunt, de quibus supra.
5. De his qui timore ritus gentilium peregerunt.
6. De his qui in locis idolorum manducaverunt.
7. De his qui frequenter idolis immolaverunt.
8. De his qui coacti idolis immolaverunt.
9. De his qui aliis sacrificandi causam attulerunt.
10. De diaconibus.
11. De desponsatis puellis et ab aliis corruptis.
12. De his qui ante baptismum sacrificaverunt idolis.
13. De coepiscopis.
14. De presbyteris a carne se abstinentibus.
15. Non debere presbyteros ecclesiastica jura vendere.
16. De his qui irrationabiliter vixerunt.
17. De his qui sicut muta animalia vixerunt.
18. De episcopis qui ordinati non suscipiuntur.
19. De his qui virginitatem profitentur.
20. De adulteris.
21. De mulieribus quæ fornicatæ partus suos necant.
22. De his qui volentes homicidium fecerunt.
23. De his qui more gentilium vivunt.
24. De eo qui sororem sponsæ suæ vitiavit.

61 INCIPIT CONCILIUM ANCYRANUM.

(Anno Domini 600.)

Isti quidem canones, seu regulæ, priores sunt Nicænis, sed ideo Nicæni canones priores scribuntur, propter auctoritatem magni et sancti concilii apud Nicæam habiti.

Convenerunt autem in synodum memoratam, Ancyram civitatem, hi qui infra scripti sunt, Marcellus Ancyranus, Agricolaus Cæsariensis, Lupus Tharsensis, Vitalio Antiochensis, Basilius Amasenus, Philadelphus Juliopolitanus, Testulus Nicomedensis, Heraclius Zolonensis, Petrus Iconiensis, Munecius Laodicensis, Pergianus Antiochænus Phisidiæ, Narcissus Nerodiensis.

Cap. I. Presbyteros, qui immolaverunt et postea iterum certamen inieruut, si hoc ipsum ex fide, et non aliquo argumento sibimet preparantes egerunt, ut iterum teneri viderentur, aut tormentis subjici putentur tanquam inviti, si ex fide ergo luctati sunt et non ex compacto, ad ostentationem, ut offerrent ipsi fecerunt, hos placuit honorem quidem sedis propriæ retinere, offerre autem illis et sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non liceat.

II. Diacones similiter, qui immolaverunt, postea autem iterum reluctati sunt, illos quidem honore carere oportet cessare vero debere ab omni sacro ministerio, ita ut nec panem nec calicem offerant, nec pronuntient, nisi forte aliqui episcoporum conscii sint laboris eorum et humilitatis, et mansuetudinis, et voluerint eis aliquid amplius tribuere vel adimere, penes ipsos ergo de his erit potestas.

III. Qui fugientes timore persecutionis, comprehensi sunt, vel a familiaribus seu a domesticis traditi, et vel bona propria amiserunt, vel sustinuerunt tormenta, vel etiam carceribus inclusi sunt. Et tamen proclamaverunt se esse Christianos, quin etiam, perseverante violentia, ad id usque perducti sunt ut manus eorum apprehensas, et violenter attractas super sacrificia imponerent, illis scilicet perseveran-

tibus in fide, et Christianos se esse vociferantibus, hoc ergo quod eis invitis et aliis cogentibus contigit, si luctu et mœrore animi acerbe se ferre demonstrant, ipsique humili per bonam conversationem habitu incedentes dolere se quod inviti coacti sunt doceant, hos tanquam inculpatos a communione non vetari. Si autem jam prohibiti sunt ab aliquibus a communione majoris diligentiæ inquisitionis causa, aut per aliquorum ignorantiam statim recipi oportere, hoc autem observari oportet, et de clericis et de laicis omnibus. Laicos sane qui in similem necessitatis causam inciderunt, tanquam si nihil peccaverint, maxime si eos probabilis vita commendet, ad ordinationem recipi placuit.

IV. De his, qui sacrificare coacti sunt, insuper in templis idolorum cœnaverunt, si qui eorum cum habitu cultiore ad templa producti sunt, atque ibi pretiosiori veste adhuc mutata cœnæ participes facti sunt, idolorum indifferenter sumentes omnia qui fuerant apposita, placuit inter audientes uno anno constitui, tribus autem aliis annis agere pœnitentiam, sed ex ipso trienno per biennium tantummodo orationi communicare, tertio autem anno reconciliare sacramentis.

V. Quotquot autem ascenderunt templa cum veste lugubri, et recumbentes inter alios manducaverint flentes, si compleverint pœnitentiam triennii temporis, sine oblatione suscipientur ad communionem, id est ut ipsi oblationem non offerant. Si autem perducti ad templa non munducaverint, biennio maneant in pœnitentia. Tertio vero communicent, sed sine oblatione, ut dictum est, in quarto jam anno perfectionem suam recipiant. Episcopum autem hanc habere licentiam oportet, ut pro his peccata singulorum consideret, et prout viderit conversationem, normam, regulamque conversationis attribuat, id est, ut humanius agens secundum vitæ modum tempus alicui breviare, aut etiam prolixius quod correctionis necessarium viderit, addere. Discutiatur autem omnium horum, et præcedens vita, et posterior, et ita circa eos sacerdotalis humanitas moderetur.

VI. De his qui minis tantum cesserint, aut bonorum oblatione, aut transportationis pœna deterriti sacrificaverunt, et nunc usque non pœnituerunt neque conversi sunt, modo autem, id est, tempore hujus synodi, se obtulerunt conversionis suæ consilium capientes, placuit eos usque ad magnum diem inter audientes suscipi, pœnitentiam autem agere triennio, et post duos alios annos sine oblatione communicare, et ita demum sex annis completis ad perfectum pervenire. Quod si aliqui ante hoc concilium suscepti sunt ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initium sexennii constituti. Quod si alicui horum quodlibet mortis periculum aut ex ægritudine aut ex aliqua causa acciderit, his communionem propter viaticum suum non negari.

VII. De his qui festis diebus paganorum in remotis *eorum locis conviviis interfuerunt*, et suas nihilominus epulas ibidem portaverunt et comederunt, placuit ut post biennii pœnitentiam suscipiantur ita tamen utrum aut cum oblatione recipiendi sint, an ad solam communionem admitti debeant unusquisque episcoporum examinet vitam eorum, et præterita ac præsentia habita consideratione perpendat.

VIII. Hi autem qui secundo vel tertio sacrificaverunt vi coacti, quatuor annis sese ad pœnitentiam submittant, duobus autem aliis sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi communionis.

IX. Quotquot autem non solum a fide Dominica deviarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, et fratribus persuaserunt, et rei facti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter catechumenos habeantur, per aliud autem sexennium pœnitentiæ recipiant locum, alio vero anno, id est decimo, communionem sine oblatione recipiant ut completo decennio perfectione fruantur. Ideo autem ipso tempore, etiam vita eorum et conversatio consideranda est.

X. De diaconis, quicunque cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicentes velle se habere uxores, nec posse se continere, hi postea, si ad nuptias venerint, maneant in ministerio, propterea quod his episcopus licentiam dederit. Quicunque sane tacuerunt, et susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias convenerint, a ministerio cessare debebunt.

XI. Desponsatas puellas, et postea ab aliis corruptas, placuit erui, et his reddi quibus fuerant desponsatæ, etiam si eas a raptoribus florem pudoris amisisse constiterit.

XII. Eos, qui ante baptismum sacrificaverunt idolis, et postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinem promoveri, tanquam ab omni crimine lavacri salutaris sanctificatione purgatos.

XIII. Vicariis episcoporum (quos Græci coepiscopos vocant) non licere, vel presbyteros, vel diaconos ordinare. Sed nec presbyteris civitatis sine episcopi præcepto aliquid imperare, nec sine auctoritate litterarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere.

XIV. De his qui in clero sunt presbyteri vel diaconi, et abstinent se a carnibus, hoc placuit statui, ut non eas tanquam immundas contemnant, sed contingant. A quibus quidem, qui se abstinere volunt, habeant potestatem, ita tamen, ut si quando cum oleribus coquuntur, eadem tanquam carnibus polluta non judicent, sed ex his cibum assumant, quamvis a carnibus se abstineant. Quod si in tantum eas immundas et abominabiles judicaverint, ut nec olera quæ cum carnibus coquuntur æstiment comedenda, tanquam non consentientes huic regulæ, cessare eos oportet et a ministerio et ordine suo. Si quis autem hujus regulæ monitis non obedierit, sed carnes (ut dictum est) immundas et abominandas existimaverit, cessare debet ab ordino suo.

XV. Si qua de rebus ecclesiæ, cum episcopus non est, presbyteri vendiderint, placuit rescisso contractu ad jus ecclesiasticum revocari. In judicio autem erit

episcopi, si constitutum pretium debet recipi necne, propter quod sæpe contingit distractarum rerum redditus ampliorem summam pro accepto pretio reddi.

XVI. In hoc titulo verba Græca hæc sunt : Περὶ τῶν ἀλογῶς διαγόντων καὶ διαγόνται, quæ nos Latine possumus dicere de his qui irrationabiliter versati sunt sive versantur. Sensus autem, in hac sententia duplex esse potest, qui ex subjectis conjicitur, aut de his qui cum pecoribus coitu misti sunt, aut more pecudum incesta cum propinquis sanguinum commiscuerunt. Quotquot igitur ante vigesimum ætatis suæ annum tale crimen admiserint, quindecim annis in pœnitentia peractis, orationi tantum incipiant communicare. Et quinquennium alterum in communione orationis solius perdurantes. Post vigesimum cum oblatione ad communionem suscipiantur, discutiatur autem et vita eorum qualis fuerit tempore pœnitentiæ. Et juxta hanc humanitatem consequantur. Quod si quis perseverantius abusus fuerit, hoc crimine prolixius tempus, id est viginti annorum pœnitentiam suscipiat. Qui vero, exacta viginti annorum ætate, et uxores habentes in hoc crimen inciderint, post viginti et quinque annos pœnitentia acta ad communionem orationum admittantur, in qua communione orationum altero quinquennio perdurantes plenam communionem cum oratione recipiant. Quod si aliqui et uxores habentes, et excedentes quinquagesimum ætatis suæ annum in hoc prolapsi sunt scelere ad exitum tantum vitæ communionem mœreantur.

XVII. Hos eosdem, sane non solum leprosos crimine hujuscemodi factos, sed et alios isto morbo replentes, placuit inter eos orare qui tempestate jactantur, qui a nobis energumeni intelliguntur.

XVIII. Si qui episcopi suscepti non sunt a sua diœcesi in qua fuerant denominati, compellantur ad eamdem judicis edicto redire. Quod si voluerint alias Ecclesias occupare, et vim facere aliis episcopis quos ibi invenerint, seditiones excitando adversus eos, hos segregare oportet. Quod si volunt in presbyterio in ecclesia ubi prius fuerant tanquam presbyteri residere, non repellantur a propria dignitate. Quod si etiam ibi seditiones concitare probantur, episcopis ibidem constitutis, segregari eos necesse est, et nihilominus presbyterii dignitate privari.

XIX. Quotquot virginitatem pollicitam prævaricatæ sunt, professione contempta, inter bigamos, id est qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt. Virgines autem puellas 62 quæ tanquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus.

XX. Si quis adulterium commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

XXI. De mulieribus quæ fornicantur, et partus suos necant, sed et de his quæ agunt secum ut utero conceptus excutiatur, antiqua quidem definitio usque ad exitum vitæ eas ab ecclesia removet, humanis nunc definimus, ut eis decem annorum tempus pœnitentiæ tribuatur.

XXII. Qui voluntarie homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem jugiter se submittant. Circa autem exitum vitæ, communione digni habeantur. Eos vero qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior regula post septem annorum pœnitentiam, communioni sociavit secundum gradus constitutos. Hæc vero humanior definitio quinquennii tempus tribuit.

XXIII. Qui auguria vel auspicia sive somnia vel divinationes quaslibet secundum morem gentilium observant, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, aut domus lustrant, confessi, quinquennio pœnitentiam agant secundum antiquas regulas constitutas.

XXIV. Si quis sponsam habens, sorori ejus forsitan intulerit vitium, eique inhæserit tanquam suæ et sibi expetendam esse conjunctionem, hac autem decepta, postea uxorem duxerit desponsatam. Illa vero quæ vitium passa est, si forte necem sibi intulerit, omnes hi qui hujus facti sunt conscii, decem annis in pœnitentiam redigantur secundum canones constitutos.

Explicit concilium Ancyranum.

INCIPIUNT CAPITULA NEOCÆSARIENSIS CONCILII.

1. De presbyteris qui uxorem ducere non debeant.
2. De muliere duobus fratribus nubere non licere.
3. De his qui multis nuptiis communicaverunt.
4. De concupiscentia non consummata.
5. De catechumenis peccantibus.
6. De prægnantibus baptizandis.
7. Presbyteros in secundis nuptiis non debere orare.
8. Uxoris adulteræ virum, clericum fieri non debere.
9. De presbyteris corporali peccato præoccupatis.
10. De diaconibus corporali peccato præoccupatis.
11. De presbytero minus triginta annorum minime ordinando.
12. De his qui in ægritudine sunt baptizati.
13. De presbyteris alterius regionis.
14. De diaconibus septem.

INCIPIT CONCILIUM NEOCÆSARIENSE.

Et hi quidem canones secundi sunt eorum qui in Ancyra et Cæsarea expositi sunt, Nicænis vero priores inveniuntur.

Convenerunt autem in synodum memoratam in Neocæsariense civitate hi qui infra scripti sunt : Vitalis, Germanus, Sedus, Hystrius, Lupus, Gerontius, Salamnus, Leontius, sanctus Basilius, Valentinus, Stephanus, Gregorius, Longinus, Narcissus, Decasius, Leontius, Heraclius, Alipius, a quibus regulæ prolatæ sunt quæ infra scriptæ sunt.

Cap. I. Presbyter si uxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abjici et ad pœnitentiam inter laicos redigi oportet.

II. Mulier, si duobus nupserit fratribus, abjiciatur usque ad diem mortis. Sed, propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet, ita tamen ut si forte sanitatem recuperaverit, matrimonio soluto ad pœnitentiam admittatur. Quod si defuncta fuerit mulier in hujusmodi consortio constituta, difficilis erit pœnitentia remanenti, quæ sententia tam viros quam mulieres tenere debet.

III. De his qui frequenter uxores ducunt, et de his qui sæpius nubunt, tempus quidem his constitutum manifestum est, sed conversatio et fides eorum tempus abbreviat.

IV. Si quis, concupita muliere, etiam si concubitus ejus desiderium habet, non autem subsequatur effectus, manifestum est hunc fuisse per divinam gratiam liberatum.

V. Catechumenus, id est audiens, qui ingreditur in ecclesiam, et stat cum catechumenis, si peccare fuerit visus figens genua, audiat verbum, ut se abstineat ab illo peccato quod fecit. Quod si in eo perdurat abjici omnino debere.

VI. De prægnantibus, quod oportet eas baptizari quando volunt, nihil enim in hoc sacramento commune est parituræ et illi qui de ejus utero fuerit editus, quia uniuscujusque in illa confessione libertas arbitrii declaratur.

VII. Presbyterum convivio sæcularium nuptiarum interesse non debere, maxime cum præcipiatur secundis nuptiis pœnitentiam tribuere, quis erit presbyter qui propter convivium illis consentiat nuptiis.

VIII. Si cujus uxorem adulterium commisisse, cum esset laicus, fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu jam constituto eo adulteravit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere ejus consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

IX. Qui admiserit corporale peccatum et hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat, maneat autem in aliis officiis propter ejus studii utilitatem. Nam cætera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privari. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifeste convinci, huic ipsi de se potestas est committenda.

X. Similiter et diaconus si in eodem culpæ gemine fuerit involutus, sese a ministerio cohibebit.

XI. Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinetur, quamvis sit probabilis vitæ, sed observetur usque ad præfinitum tempus; Dominus enim trigesimo anno baptizatus est et tunc prædicavit.

XII. Si quis, in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipsius studium et fides probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.

XIII. Presbyteri qui conregionales non sunt, in ecclesia præsentibus episcopis vel presbyteris civitatis offerre non possunt, nec dare panem sanctificatum, nec calicem porrigere. Quod si absentes sunt civitatis sacerdotes, et fuerint invitati ad dandam orationem, soli debebunt dare. Vicarii autem episcoporum (quos Græci coepiscopos vocant) constituti sunt quidem ad exemplum septuaginta seniorum. Sed tanquam consacerdotes propter sollicitudinem et studium quod in pauperes agunt, offerant, et honorabiles habeantur.

XIV. Diaconi septem esse debent secundum regulam, quamvis magna sit civitas, regulæ tamen auctoritas ista est, quod et liber actorum apostolorum insinuat.

Explicit concilium Neocæsariense, quod fuit, Anno Domini 314 in Ponto Polemoniaco.

INCIPIUNT CAPITULA GANGRENSIS CONCILII.

1. De his qui nuptias damnant.
2. De his qui carnes manducantes damnant.
3. Non debere servum occasione religionis dominum contemnere.
4. De oblatione presbyteri conjugati.
5. *Orationes* ecclesiæ non debere contemni.
6. *Non debere extra ecclesiam* congregari.
7. De fructibus in ecclesiam et non alibi dandis.
8. De his quæ in usus pauperum conferuntur.
9. Virginitati studentem non debere nuptias exsecrari.
10. De his qui pro virginitate superbiunt.
11. Agapem fratrum non debere contemni.
12. De continentibus et usu passionum.

13. Non debere mulierem continentiæ causa virilem habitum usurpare.
14. Non debere condemnantem nuptias a viro discedere.
15. Non debere quemquam continentiæ causa filios suos negligere.
16. Ne filii occasione religionis parentes suos despiciant.
17. Caput tondere mulieri non licere.
18. Non debere die Dominico jejunare.
19. Non licere communia jejunia solvere.
20. Communicandum in basilicis martyrum.

INCIPIT CONCILIUM GANGRENSE.

(Anno Domini 333 in Paphlagonia.)

Dominis honorabilibus consacerdotibus, in Armenia constitutis episcopis. Eusebius, Alpius, Philetus, Eulalius, Pappus, Basilius, Bithinicus, Heratius, Ipatius, Bassus, Eugenius, Gregorius, Elianus, Pressius, Eugenius, qui convenerunt in Gangrense concilium in Domino salutem.

Quoniam conveniens sancta synodus episcoporum, in Ecclesiam Gangrensem propter quasdam ecclesiasticas et necessarias causas inquirendas, et ea quæ secundum Eustachium gesta sunt dignoscenda invenit multa fieri indecenter ab his qui eumdem Eustachium secuti sunt, necessario statuit palam omnibus factis amputare universa quæ ab eodem male commissa sunt.

Declaratum est enim hos eosdem nuptias accusare, et docere quod nullus in conjugali positus gradu spem habebat apud Deum, unde factum est ut mulieres multæ seductæ, relictis propriis viris, et viri, uxoribus destitutis, vinculum 63 conjugale dissolverent, continentiam profitentes, quam cum retinere non possent, adulterium commiserunt. Inventi enim sunt dissensiones ac separationes in Dominicis ecclesiis docere, id est traditiones ecclesiasticas, et ea quæ in ecclesiis aguntur debere contemni, privatisque conventiculis institutis atque ad imitationem eorum quæ in domo Dei aguntur omnia præsumere celebrare. Adhuc etiam vestibus communibus spretis novos et insolitos habitus assumpsisse. Primitias quoque fructuum et oblationes eorum quas veterum institutio ecclesiis tribuit, sibimet vindicasse, id est propria ratione doctrinæ, tanquam sanctis sibi eas offerri debere, apud se et inter se dispensandas, servos a dominis recedentes, per hunc inusitatum religionis suæ habitum, sub specie suæ religionis dominos contempsisse. Mulieres quoque præter consuetudinem, et sui sexus ornatum hinc se justificare, credentes virilem habitum suscepisse, pluresque earum occasione religionis, tonsas genuini decoris comas penitus amputasse. Jejunia quæ in ecclesia prædicant contemnenda asseruisse. Nonnullos etiam cibos carnium tanquam illicitos reputasse, in domibus conjugatorum nec orationes quidem debere celebrari persuasisse, in tantum ut easdem fieri vetent, et oblationibus quæ in domibus factæ fuerint minime communicandum esse decernant. Presbyteros vero qui matrimonia contraxerunt, sperni debere dicunt, nec sacramenta quæ ab eis conficiuntur attingi. Loca sanctorum martyrum vel basilicas contemnere, et omnes qui illuc conveniunt et sacramenta conficiunt reprehendere. Divites fideles, qui non omnibus renuntiant quæ possident spem apud Dominum non habere. Et multa alia quæ enumerare nulli possibile est singulos quoque eorum pro suo arbitrio constituere, unusquisque enim eorum per talem institutionem ab ecclesiastico canone recessit, tanquam proprias leges sibimet condidisse præsumens. Sed nec communis his omnibus et una sententia est. Singuli enim, prout videtur et libet, accusationem Ecclesiæ nitendo tanquam rector non sit, vel addidit decreta vel minuit. Propter hoc ergo coactum est hoc concilium in Gangrensi Ecclesia habitum canones istos exponere, quibus probantur memorati extra Ecclesiam esse. Quod si per pœnitentiam condemnaverint omnia hæc quæ male senserunt, tanquam a se non bene prolata acceptabiles fiant, atque ad eos singula quæ debent condemnare, synodus credidit exponenda. Quod si quis renuerit hæc quæ hodie constituta sunt tanquam hæreticus anathematizatus et damnatus abjiciatur. Et erit non solum excommunicatus, verum etiam ab ecclesia abjiciatur extorris, donec deprecetur episcopos, et de universis quæ penes eos deprehensa atque detecta sunt, providerit, quid horum susceperit observandum.

Cap. I. Si quis nuptias in accusatione duxerit, et mulierem fidelem ac religiosam cum viro suo dormientem abominandam crediderit, aut etiam accusandam tanquam non posse conjugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

II. Si quis carnem manducantem ex fide cum religione præter sanguinem et idolo immolatum et suffocatum crediderit, condemnandum tanquam spem non habentem quod eas manducat, anathema sit.

III. Si quis servum alienum occasione religionis doceat dominum suum debere contemnere et ejus ministerium destituere, ac potius non docuerit suo domino bona fide et cum omni honorificentia deservire, anathema sit.

IV. Si quis discernit presbyterum conjugatum, tanquam occasione nuptiarum offerre non debeat, et ab ejus oblatione ideo se abstineat, anathema sit.

V. Si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere et congregationes quæ in ea fiunt, anathema sit.

VI. Si quis extra ecclesiam privatim populos congregans, contemnat ecclesiasticas sanctiones, aliter ea quæ sunt ecclesiæ voluerit usurpare, non conve-

niente presbytero juxta decretum episcopi, ipsamque ecclesiam apud se sine consilio episcopi cum presbytero agat, anathema sit.

VII. Si quis oblationes fructuum vel primitias ecclesiæ debitas voluerit extra ecclesiam accipere aut dare, præter conscientiam episcopi, vel hujus cui hujusmodi officia commissa sunt, et non magis cum consilio ejusdem hæc agenda putaverit, anathema sit.

VIII. Si quis dederit vel acceperit fructuum oblationes præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, qui dat et qui accipit, anathema sit.

IX. Si quis virginitatem vel continentiam professus, tanquam abominabiles nuptias judicat, et non propter hoc solum quod continentiæ et virginitatis bonum sanctum propositum est, anathema sit.

X. Si quis propter Dominum virginitatem professus in conjugio positos per arrogantiam vituperaverit, anathema sit.

XI. Si quis contemnendos duxerit agapem facientes, et propter honorem Domini fratres pauperes convocantes noluerit communicare, vocationibus eorum tanquam nihili et quod fit ducens, anathema sit.

XII. Si quis virorum putaverit sancto proposito, id est continentiæ, convenire ut pallio utatur tanquam ex eo justitiam habiturus, et reprehendat vel judicet alios qui cum reverentia birris utuntur et alia veste communi quæ in usu est, anathema sit.

XIII. Si qua mulier, suo proposito utile judicans ut virili veste utatur, ad hoc ut in viri habitum mutatur, anathema sit.

XIV. Si qua mulier derelicto viro discedere voluerit, soluto vinculo conjugali, nuptias condemnando, anathema sit.

XV. Si quis dereliquerit proprios filios suos, et non eos aluerit, et quod pietatis est necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putaverit, anathema sit.

XVI. Si qui filii parentes maxime fideles deseruerint occasione Dei cultus, hoc justum judicantes esse, et non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum in eis venerentur quod fideles sunt, anathema sit.

XVII. Quæcunque mulier religioni judicans convenire comam sibi amputaverit, quam Deus ad velamen ejus, et ad memoriam subjectionis illi dedit, tanquam resolvens jus subjectionis, anathema sit.

XVIII. Si quis, tanquam hoc convenire judicans, die Dominico jejunaverit in ejusdem diei contemptum, anathema sit.

XIX. Si quis eorum qui proposito sunt continentiæ præter necessitatem corporalem superbiat, et jejunia communia totius Ecclesiæ putaverit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit.

XX. Si quis per superbiam tanquam perfectum se existimans conventus qui per loca et basilicas sanctorum martyrum fiunt vel accusaverit, vel etiam oblationes quæ ibidem celebrantur spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas, anathema sit.

XXI. Hæc autem scripsimus, non abscindentes eos qui in Ecclesia Dei secundum Scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt, sed eos qui suscipiunt habitum ejus, et in superbiam efferuntur adversus eos qui simplicius vivunt. Sed et hos condemnamus qui se extollunt adversus Scripturas et ecclesiasticos canones, et nova introducunt præcepta, et nos autem virginitatem cum humilitate admiramur et continentiam cum castitate et religione Deo acceptissimam dicimus, et renuntiationem sæcularium negotiorum atque actuum cum humilitate approbandam laudamus, et nuptiarum vinculum, quod secundum castitatem secum perdurat, honoramus, et divites cum justitia et operibus bonis non abjicimus, et parcimoniam cum veste humili non reprobamus, sicut etiam ornatum, præter corporis diligentiam, infucatum laudamus. Dissolutos autem et fractos in vestibus incessus non recipimus, et domos Dei honoramus, et conventus qui in his fiunt, tanquam sanctos et utiles recipimus, proprietatem in privatis domibus non concludentes, et omnem locum in nomine Dei ædificatum honoramus, et congregationem in ecclesia factam ad utilitatem communem recipimus, et bona opera, quæ juxta vires in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, et omnia quæ conveniunt traditionibus apostolicis et sanctarum Scripturarum præceptis in ecclesia fieri exoptamus.

Explicit concilium Gangrense.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII SARDICENSIS.

1. Episcopum non debere ad aliam civitatem transferri.
2. Episcopum de provincia ad provincias non transire, nisi fuerit invitatus.
3. De duobus episcopis unius provinciæ inter se contentionem habentibus.
4. De episcopo adjudicato.
5. De episcopis a synodo depositis.
6. De quibus supra.
1. De episcopis accusatis.
8. Ut episcopi passim ad comitatum non pergant.
9. De quibus supra.
10. De quibus supra.
11. De quibus supra.
12. De quibus supra.
13. Ut ne ex laico quilibet episcopus ordinetur.
14. Ut episcopus in aliena provincia non immoretur.

15. De episcopis in aliena provincia possessiones habentibus.
16. De clericorum excommunicatione.
17. Licere clericis, si injuste fuerint excommunicati, vicinos adire episcopos.
18. Non licere episcopo alterius clericum in sua ecclesia ordinare.
19. De quibus supra.
20. Ut extranei clerici apud Thessalonicam non tradent.
21. Clerici vim passi, aut persecutionem, si ad aliam accesserint civitatem, non vetentur ibi morari quandiu potuerint redire.

64 INCIPIT CONCILIUM SARDICENSE TRECENTORUM EPISCOPORUM.

(Anno Domini 351 in Thracia.)

Anno sexto Constantini imperatoris, Leontio et Sallustio consulibus, æra 371, Sardicensis synodus congregata est, ubi omnes per Orientem Ariani episcopi condemnati sunt, qui conventi ad concilium occurrere reatus conscientia noluerunt, in quo concilio inter cætera hæ regulæ pro disciplina ecclesiastica institutæ sunt.

CAP. I. Osius episcopus dixit : Non minus mala consuetudo quam perniciosa corruptela funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo de civitate sua ad aliam civitatem transire. Manifesta est enim causa qua hoc facere tentant, cum nullus in hac re inventus sit episcopus qui de majore civitate ad minorem transiret, unde apparet avaritiæ eos ardore inflammari et ambitioni servire, et ut dominationem exerceant. Si ergo omnibus placet ut hujusmodi pernicies austerius vindicetur, nec laicam communionem habeat, qui talis est universi dixerunt, placet etiam si talis aliquis exstiterit temerarius, ut forsitan excusationem afferat, quod populi litteras acceperit, cum manifestum sit præmio et mercede paucos qui sinceram fidem non habent potuisse corrumpi ut clamarent in Ecclesia et ipsum petere viderentur episcopum, omnino has fraudes removendas esse damnamus, ita ut nec laicam communionem in fidem accipiat talis, quod si vobis omnibus placet, statuite. Universi dixerunt : Placet.

II. Osius episcopus dixit : Illud quoque statutum sit, ut episcopus de sua provincia ad aliam provinciam in qua sunt episcopi non transeat nisi forte a fratribus invitatus, ne videamur januam charitatis claudere.

III. Osius episcopus dixit : Providendum est etiam ut si in aliqua provincia forte aliquis episcopus contra fratrem suum episcopum litem habuerit, ne unus e duobus ex alia provincia advocet episcopos ad judicium.

IV. Osius episcopus dixit : Quod si aliquis episcopus adjudicatus fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam habere, ut iterum judicium renovetur, si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribatur, vel ab his qui causam examinaverunt, vel etiam ab aliis episcopis, qui in provincia, propinqua morantur Romano episcopo. Et si judicaverit renovandum esse judicium, revocetur et det judices. Si autem probaverit talem causam, ut ea non refricentur quæ acta sunt, quæ decreverit Romanus episcopus, confirmata erunt, si ergo omnibus placet, statuatur. Synodus respondit : Placet.

V. Gaudentius episcopus dixit : Addendum est si placet huic sententiæ quam plenam sanctitate protulistis ut cum aliquis episcopus depositus fuerit, eorum episcoporum judicio qui in vicinis eommorantur locis et proclamaverit, agendum sibi negotium in urbe Roma. Alter episcopus, in eadem cathedra post appellationem ejus qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in judicio Romani episcopi determinata.

VI. Osius episcopus dixit : Si contigerit, in una provincia in qua fuerint plurimi episcopi unum forte remanere episcopum, ille vero per negligentiam noluerit ordinare episcopum et populi convenerint episcopos vicinæ provinciæ, debent illum prius convenire episcopum, qui in eadem provincia moratur, et ostendere quod populi petant sibi rectorem, et hoc justum esse, ut et ipsi veniant, et cum eo ordinent episcopum, quod si conventus litteris tacuerit, et dissimulaverit, nihilque responderit, tunc satisfaciendum esse populis, ut veniant ex vicinis provinciis, et ordinent episcopum. Iterum licentia ordinandi episcopum danda passim non est, si enim subito aut vicus aliquis aut modica civitas cui satis est unus presbyter voluerit sibi episcopum ordinari ad hoc, ut vilescat nomen episcopi et summi honoris auctoritas, non debent illi ex alia provincia invitati facere episcopum, nisi aut in civitatibus quæ episcopos habuerunt, aut si qua tam populosa est civitas, vel locus qui mereatur habere episcopum. Synodus respondit : Placet.

VII. Osius episcopus dixit : Et hoc placuit, ut si episcopus accusatus fuerit, et omnes judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, et de gradu suo ejecerint eum, si appellaverit qui dejectus videtur, et confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ episcopum, et voluerit se audiri, si justum putaverit, ut renovetur, examen scribere episcopis dignetur Romanus episcopus his qui in finitima et propinqua altera provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, et juxta fidem veritatis omnia definiant, quod si is qui rogat causam suam iterum audiri deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut de latere suo presbyteros mittat, erit in potestate ipsius quid velit, et quid æstimet, et si decreverit

mittendos esse, qui præsentes cum episcopis judicent, ut habeant etiam auctoritatem personæ illius a quo destinati sunt, erit in ejus arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos comprovinciales, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo judicaverit.

VIII. Osius episcopus dixit : Importunitatis nostræ nimia frequentia, et injustæ petitiones fecerunt nos non tantam habere gratiam aut fiduciam, dum quidam non cessant ad comitatum ire episcopi maxime Afri, qui sicuti cognovimus, sanctissimi fratris coepiscopi nostri grati consilia salutaria spernunt, atque contemnunt, et non solum ad comitatum multas et diversas Ecclesiæ non profuturas præferunt causas, ut fieri solet aut oportet, ut aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subveniatur, sed et dignitates sæculares, et administrationes quibusquam postulant, hæc itaque pravitas olim non solum murmurationes, sed et scandala excitat. Honestum est autem ut episcopus intercessionem suam his præstet qui aliqua iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus exspolietur, tamen et ista omnia si justam habeant causam et petitionem. Si vobis ergo, fratres charissimi, placet, decernite, ne episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi qui religiosissimi imperatoris litteris, vel invitati fuerint vel vocati, sed quoniam sæpe contingit, ut ad misericordiam Ecclesiæ confugiant, qui injuriam patiuntur, et qui peccantes in exsilium, vel insulas damnantur, aut certe quamcunque sententiam suscipiunt, ideoque subveniendum est his, et sine dubitatione eis petenda per Ecclesiam indulgentia. Si vero hoc vobis placet, statuatur. Universi dixerunt : Placet, et constituatur.

IX. Osius episcopus dixit : Hæc quoque prudentia vestra tractare debet, quia ut decrevistis ne episcopi improbitas notetur ad comitatum pergendum, quæcunque ergo quales superius memoravimus preces habuerint, vel acceperint per diaconum suum mittat, quia persona ministri non erit invidiosa, quæ celerius poterit quæ impetraverit referre. Et hoc consequens esse videtur, ut unusquisque qui preces habuerit eas ad fratres et coepiscopos nostros qui in maxima civitate, id est, qui metropoli consistunt, mittant, et illi per suos diaconos destinent, tribuendo commendatitias epistolas pari ratione ad fratres et coepiscopos nostros qui in illo tempore in his regionibus et urbibus morantur, in quibus felix et beatus Augustinus rempublicam gubernat. Si vero habet quis episcoporum amicos in palatio, qui cupit aliquid quod tamen honestum est impetrare non prohibeatur per diaconum suum rogare, et significare eis quos scit benigna intercessione sibi absenti posse præstare. Qui vero Romam venerit, sicut dictum est, sanctissimo fratri et coepiscopo nostro Romanæ Ecclesiæ preces quas habet, tradat, ut ipse prius examinet si honestæ, et justæ sunt, et *præstet* diligentiam atque sollicitudinem ut ad comi*tatum perferantur. Universi dixerunt* : Placere sibi.

X. Aliphius episcopus dixit : Si propter pupillos et viduas vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid justæ rationis, nunc vero cum ea postulent, quæ sine invidia omnium, et reprehensione esse non possunt, non necesse eos ire ad comitatum.

XI. Gaudentius episcopus dixit : Ea quæ salubriter providistis convenienti æstimatione omniumque Deo placitura et hominibus tenere hactenus fortitudinem possunt, si metus huic sententiæ conjungatur, scimus enim etiam ipsi sæpissime propter paucorum imprudentiam sacrum ac religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur contra omnium sententiam aliquis visus fuerit ambitioni placere magis quam Deo, debet scire causis redditis honorem atque dignitatem se amissurum, hoc autem sciri, et comperiri poterit si unusquisque nostrum qui in canali constitutus est cum progredientem episcopum viderit, inquirat transitum ejus, causas videat, quo tendit, agnoscat. Et si quidem eum agnoverit ire ad comitatum, requirat illud quod superius comprehensum est, ne forte invitatus sit, ut ei facultas eundi permittatur, si vero ut superius meminit sanctitas vestra propter desideria et ambitiones ire ad comitatum tentaverit, neque litteris ejus subscribatur, neque in communione recipiatur. Si vobis placet, debet omnium sententia confirmari. Universi dixerunt : Hoc honestum esse, et placere sibi constitutionem.

XII. Osius episcopus dixit : Sed et moderatio est necessaria, dilectissimi fratres, ne subito adhuc quidam nescientes quid decretum sit in synodo, venerint subito ad civitates eas, quæ in canali sunt, debet episcopus civitatis ipsius admonere et instruere illum, et ex eo loco ille mittat diaconum, admonitus tamen ipse redeat ad parochiam suam.

XIII. Osius episcopus dixit : Necessarium, arbitror, ut diligentissime tractetis, si forte aut dives, aut scholasticus de foro, aut ex administratione episcopus fuerit postulatus, non prius ordinetur, nisi et ante lectoris munere, et officio diaconi et presbyteri fuerit perfunctus. Et ita per singulos gradus, si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus, postest enim per has, promotiones quæ habent utique prolixum tempus probari, qua fide sit, quave modestia, et gravitate et verecundia. Et, si dignus fuerit, probatus divino sacerdotio illustretur. Nam nec conveniens est, nec rationis disciplina patitur, ut temere ac leviter ordinetur episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est, maxime cum beatissimus Apostolus magister gentium, ne hoc fieret denuntiasse et prohibuisse videatur, sed hi quorum per longum tempus examinata sit vita et merita comprobata. Universi dixerunt placere sibi hæc.

XIV. Osius episcopus dixit : Hoc quoque statuere debetis, ut episcopus ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia sua ad aliam provinciam, et ambitioni magis serviat quam

devotioni, ita ut si voluerit in aliena civitate multo tempore residere, et contingat ut episcopus civitatis ipsius non tam instructus sit, nec tam doctus, is vero qui advenit incipiat contemnere eum, et frequenter facere sermonem, ut dehonestet et deformet illius personam. 65 Qua occasione fit, ut non dubitet relinquere sibi assignatam ecclesiam, et transire ad alienam, definite ergo tempus, quia et non recipere episcopum inhumanum est, et diutius residere perniciosum est. Ne fiat ergo hoc providendum est. Memini autem superiori consilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea qua commoratur civitate tres Dominicas, id est, per tres septimanas non celebrasset conventum communione privaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt, quanto magis nec licet nec decet ut episcopus si ullam tam gravem habeat necessitatem nec tam difficilem rationem, ut tandiu desit ab ecclesia ne populum contristet. Universi dixerunt placere sibi.

XV. Osius episcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet, sunt quidam fratres et coepiscopi nostri, qui non in ea civitate resident, in qua episcopi videntur esse constituti, vel certe parvam rem ibi, alibi autem idonea prædia habere noscuntur vel affectiones proximorum quibus indulgeant, hactenus autem eis permitti oportet, ut accedant ad possessiones suas, et disponant vel ordinent fructum laboris sui, ut, post Dominicas tres, id est post tres septimanas, si morari necesse est, in suis potius fundis morentur. Et si est proxima civitas in qua presbyter est, ne sine ecclesia facere videatur die Dominico, illuc accedat ut nec res ejus domesticæ per absentiam ejus detrimentum sustineant. Et non frequenter veniendo ad aliam civitatem, in qua est episcopus suspicione jactantiæ et ambitionis incurrat. Universi dixerunt placere sibi.

XVI. Osius episcopus dixit: Si hoc quoque omnibus placet, ut sive diaconus, sive presbyter, sive quis clericorum ab episcopo suo fuerit communione privatus, et ad alterum perrexerit episcopum, et scierit ille ad quem confugerit eum ab episcopo suo fuisse abjectum, non oportuerit eum, ut ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se convocatis episcopis causas esse dicturum. Universi dixerunt: Hoc statutum et pacem servabit, et concordiam custodiet.

XVII. Osius episcopus dixit: Quod me adhuc movet reticere non debeo. Si episcopus quis forte iracundus (quod esse non debet) cito, aut aspere commoveatur adversus presbyterum, aut diaconum suum exterminare eum de ecclesia voluerit, providendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem qui dejectus est, ut finitimos episcopos interpellet, et causa ejus audiatur, et diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut juste, aut injuste eum abjecit, patienter accipiat ut negotium discutiatur, ut vel probetur sententia a plurimis, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter et fideliter fuerint examinata, eum qui fuerit a communione separatus, nullus alius debet præsumere ut recipiat et communioni societ. Qui autem convenerint ad audiendum, si clericorum esse fastigium viderint et superbiam, non decet ut episcopus aut injuriam aut contumeliam patiatur, austeribus eos verbis castigent, ut obediant honesta præcipienti episcopo, quia sicut ille sincerum amorem debet clericis exhibere charitatis, ita quoque vicissim ministri infucata debent episcopo suo obsequia exhibere.

XVIII. Januarius episcopus dixit: Illud quoque sanctitas vestra statuat, ut nulli episcopo liceat alterius episcopi civitatis ministrum ecclesiasticum sollicitare, ut in sua diœcesi ordinare clericum, quia ex his contentionibus solent nasci discordiæ. Et ideo prohibeat omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

XIX. Osius episcopus dixit: Et hoc universi constituimus, ut quicunque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi ipsius, et sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio ejus Quicunque autem hoc usurpaverit a fratribus et coepiscopis nostris admoneri et corrigi debet.

XX. Cletitius episcopus dixit: Non ignoratis quanta et qualis sit Thessalonicensium civitas, sæpe enim ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri et diaconi, et non sunt contenti, ut brevi tempore remorentur, aut resideant ibi, aut certe vix post longa spatia ad sua redire coguntur. Universi dixerunt: Et tempora quæ constituta sunt circa episcopos, et erga horum personas observari debent.

XXI. Osius episcopus dixit: Suggerente fratre et coepiscopo nostro Olympio, hoc etiam placuit, ut si aliquis vim perpessus est et inique pulsatus pro disciplina vel catholica defensione, vel confessione veritatis fugiens pericula innocens, et devolutus ad aliam venerit civitatem non prohibeatur immorari, quandiu aut redire potuerit aut injuria ejus remedium acceperit. Durum est enim qui persecutiones patitur non recipi. Etiam et larga benevolentia et humanitas est ei exhibenda.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII ANTIOCHENI.

1. Non licere Pascha diverso tempore facere, neque cum Judæis celebrare.

2. Non licere communionem ecclesiæ contemnere, aut excommunicatis communicare.

3. Non debere clericum ad ecclesiam migrantem ibi perseverare.

4. Non licere episcopo vel cuiquam clerico, si exauctoratus fuerit, ministrare.

5. Non licere clericis contempto episcopo seorsum se colligere.
6. De excommunicatis.
7. Nullum peregrinum absque episcopis suscipi.
8. Ut epistolæ a solo coepiscopo fiant.
9. De metropolitanis episcopis.
10. De coepiscopis.
11. De his episcopis vel clericis qui sine litteris episcoporum ad imperatorem vadunt.
12. De episcopis vel clericis depositis.
13. Non licere episcopis in aliena provincia clericos ordinare.
14. De episcopis accusatis.
15. De quibus supra.
16. De episcopis vacantibus.
17. De episcopis qui accepta manus impositione non acquiescunt suscipere ministerium.
18. De his quibus supra.
19. Non licere sine consilio metropolitani episcopi episcopum ordinari.
20. Ut bis in anno synodus celebretur.
21. Episcopum de diœcesi ad diœcesim non debere transire.
22. Episcopum non debere in alienam irruere civitatem.
23. Episcopo non licere successorem sibi constituere.
24. De rebus ecclesiasticis et episcopalibus.
25. Episcopum habere potestatem in rebus ecclesiasticis exponendis.

INCIPIT CONCILIUM ANTIOCHENUM.

Sancta et pacatissima synodus in unum congregata, his qui per singulas provincias sunt unanimis sanctis et consacerdotibus in Domino salutem. Gratia et veritas Jesu Christi Domini et Salvatoris nostri sanctam Antiochenam Ecclesiam visitans, et in unum connectens per concordiam pacatissimi spiritus multa quidem et alia perfecit in omnibus autem. suggerente sancto et pacifico spiritu, etiam hoc perfecit, ut quæ visa sunt recte constitui cum plurima consideratione et judicio una cum omnibus nobis Antiochiam ex diversis provinciis in unum collectis episcopis in vestram notitiam deferantur, credimus autem gratiæ Domini et Spiritui sancto pacis, quod ipsi conspirabitis nobis tanquam in unam fuissetis virtutem, et nobiscum orationibus adnitentes magis autem muniti, et in Spiritu sancto præsente, si iisdem ipsis quæ definita sunt, consentientes, et ea quæ visa sunt, recta roborantes consensu sancti Spiritus consignabitis. Sunt autem præfiniti canones ecclesiastici hi qui infra sunt scripti, quos subter inserti promulgavere episcopi, Eusebius, Archelaus, Æneas, Macedonius, Niceta, Esicius, Bassus, Antiochus, Jacobus, Moyses, Agaphius, Petrus, Mocinius, Alexander, Narcissus, Etherius, Patricius, Siricius, Magnus, Paulus, Eustachius, Manicius, Petrus, Paulus, Theurus, Municius, Aliphius, Petrus, Tarcodunantus, Anatholius, Theodorus, Alius Theurus, Sirion. Ex provinciis Syriæ cœles et Phœnicis veris Arabiæ, Mesopotamiæ, et hæc constituerunt quæ infra scripta sunt.

Cap. I. Omnes qui audent dissolvere regulam sancti et magni concilii Nicæni, quod celebratum est in præsentia Dei amantissimi Constantini imperatoris, de sancta et salutari festivitate Paschali Salvatoris nostri, excommunicatos et abjectos esse debere ab Ecclesia, maxime si perseverent studio contentionis ad subvertenda ea quæ optime constituta sunt. Et hæc quidem dicta sunt de laicis. Si autem præpositis Ecclesiæ aliqui, id est, vel episcopus, vel presbyter, vel diaconus post hanc diffinitionem, et hunc terminum *ausi fuerint in subversionem* populorum et perturbationem Ecclesiarum seorsum colligere, et cum Judæis Pascha voluerint celebrare, hunc sancta synodus jam alienum ab Ecclesia esse judicabit, tanquam eum qui non solum proprii peccati reus sit, sed aliorum corruptæ mentis conversationis supplantator exstiterit. Et non solum hujusmodi deponi a sacerdotio et ministerio jubet, sed eos qui ausi fuerint his communicare post damnationem. Depositos autem etiam honore qui extrinsecus est privari oportet quem sanctus canon et Dei sacerdotium promeruit.

II. Omnes qui ingrediuntur ecclesiam Dei, et sacras Scripturas audiunt, non autem cum populo in oratione communicant, aversantur autem sanctam assumptionem Dominici sacramenti secundum aliquam propriam disciplinam, hos ab ecclesia abjici oportet, donec confitentes fructum pœnitentiæ demonstrent, et deprecati fuerint, ut data venia suscipi mereantur, non autem licet communicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi, et cum eis orare, qui ecclesiæ participant in oratione, nec in alteram ecclesiam recipi qui ab alia excommunicantur, quod si quis fuerit deprehensus episcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum, vel etiam qui in canone detinentur excommunicatis communicare, et hunc oportet communione privari tanquam Ecclesiæ regulas confundentem.

III. Si quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deserta sua ecclesia ad aliam transeundum esse crediderit, et ibi paulatim tentet quo migravit perpetuo manere ulterius, ministrare non debet, præsertim si ab episcopo suo ad revertendum fuerit exhortatus quod, et si post evocationem sui episcopi non obedierit, sed inobediens perseveraverit, omnimode ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere. Si vero propter hanc culpam depositum alius episcopus susceperit, et ipse a communi synodo pœnam merebitur increpationis, tanquam ecclesiastica jura dissolvens.

IV. Si quis episcopus a synodo fuerit depositus, vel presbyter, vel diaconus a proprio episcopo con—

demnatus, et præsumpserit sacerdotii seu sacri mysterii quippiam, non ei amplius liceat, neque in alia synodo spem restitutionis habere, neque assertionis alicujus locum, sed et communicantes ei abjici omnes ab ecclesia, maxime si postquam cognoverunt sententiam adversus eum fuisse prolatam, contumaciter communicaverunt.

66 V. Si quis presbyter vel diaconus contempto episcopo seipsum ab ecclesia segregaverit et privatum apud se collectis populis altare erigere ausus fuerit, et nihilominus episcopo suo exhortante, et semel et iterum revocante inobediens exstiterit; hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando consequi curationem, aut proprium honorem recipere speret. Quod si etiam perseveraverit, perturbans cunctam Ecclesiam quæ foris est, hunc tanquam seditiosum corripi oportet.

VI. Si quis a proprio episcopo excommunicatus est, non eum prius ab aliis debere suscipi, nisi aut a suo fuerit receptus episcopo, aut concilio facto episcopis occurrat et respondeat, et si synodo satisfecerit, statuimus sub alia sententia eum recipi, quod etiam circa laicos, et presbyteros, et diaconos et omnes qui in clero sunt convenit observari.

VII. Nullum absque formata (quod Græci epistolam dicunt) peregrinorum clericorum suscipi oportet.

VIII. Neque presbyter ad regiones longinquas, formatas, id est canonicas epistolas, nisi ad finitimos episcopos simplices epistolas mittere præsumat, vicariis vero episcopis qui a Græcis coepiscopi vocantur, formatas facere liceat.

IX. Per singulas provincias episcopos singulos scire oportet, episcopum metropolitanum, qui præest curam et sollicitudinem totius provinciæ suscepisse. Propter quod ad metropolitanam civitatem ab his qui causas habent concurratur. Quapropter placuit eum, et honore præcellere, et nihil ultra sine episcopo reliquos episcopos agere secundum antiquum Patrum nostrorum canonem, nisi hoc tantum quod unicuique ecclesiæ per suam diœcesim competit. Unumquemque enim oportet episcopum habere suæ diœcesis potestatem ut regat et gubernet secundum competentem singulis reverentiam, et providentiam gerat omnis regionis quæ sub ipsius est civitate, ita ut etiam ordinare ei presbyteros, et diaconos probabili judicio liceat, et de singulis illius regionis causis moderatione et pondere disceptare, ultra autem nihil agere permittitur citra metropolitani episcopi conscientiam, nec metropolitanus sine cæterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

X. Coepiscopi qui manus impositionem ab episcopis susceperunt et ut episcopi sunt consecrati, tamen placuit sanctæ synodo eos modum proprium retinere, et gubernare adjacentes sibi civitates et esse contentos propria sollicitudine et gubernatione quam susceperunt, constituere autem his permittitur lectores, et subdiaconos atque exorcistas, quibus sufficiat istorum tantum graduum licentiam accepisse. Non autem presbyterum, non diaconum audeant ordinare præter conscientiam episcopi civitatis, vel ecclesiæ cui adjacens invenitur, seu ipse seu regio in qua præesse dignoscitur. Quod si quis prævaricari ausus fuerit constituta, deponi eum, et dignitate qua præditus est debere privari. Coepiscopus autem ab episcopo civitatis vel loci cui idem adjacet ordinandus est.

XI. Si quis episcopus, vel presbyter, vel omnis omnino qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter consilium vel litteras eorum episcoporum qui sunt intra provinciam, et maxime metropolitani ad imperatorem perrexerit, hunc abdicari et ejici non solum de communione, sed etiam propria dignitate privari, tanquam molestum et importunum imperialibus auribus contra ecclesiastica constituta. Si autem necessitas cogit ad imperatorem excurrere propter aliquam actionem, cum deliberatione et consilio metropolitani ipsius provinciæ episcopi, et cæterorum conscientia episcoporum qui in eadem provincia sunt atque cum litteris eorum ire debebit.

XII. Si quis a proprio episcopo depositus presbyter, vel diaconus, aut etiam si a synodo quilibet episcopus fuerit exauctoratus, molestiam imperialibus auribus inferre non præsumat, sed ad majorem episcoporum synodum sese convertat, et quæ se putat habere, justa in eorum concilio alleget, atque ab his de se exspectet quæ fuerit deprompta sententia. Quod si deficiens pusillanimitate hoc noluerit facere, sed imperatori fuerit importunus, hujusmodi nullam veniam habeat, neque locum illius assertionis suæ, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum.

XIII. Nullum episcopum audere debere ex alia provincia ad aliam transitum facere, et ordinare aliquos Ecclesiis aut referre ad sacrum ministerium, nec alios illuc attrahat episcopos, nisi forte per litteras rogatus abierit, non solum autem a metropolitano, sed et ab his qui cum eo sunt omnibus ipsius provinciæ episcopis. Quod si nullo invitante inordinate superveniat, et aliquos vel ordinare præsumpserit, vel quoslibet actus illi ecclesiæ competentes quæ ad se minime pertinent, usurpare tentaverit, vacua quidem et inania erunt omnia quæ gesserit, ipse vero hujus indisciplinati ausus irrationabilis cœpti dignas causas expediat, tanquam depositus a synodo sancta, et propter hujusmodi præsumptionem jam prædamnatus.

XIV. Si quis de aliquibus causis criminalibus in judicio episcoporum fuerit accusatus, contingat autem de ipsis episcopis provinciæ qui convenerunt diversas habere sententias, et alios quidem innocentem eum pronuntiare, alios reum, propter hujuscemodi itaque controversiam amputandam placuit sanctæ synodo metropolitanum episcopum alterius vicinæ provinciæ advocari, et aliquantos cum eo episcopos alios. Qui pariter residentes quæcunque fuerint, dirimant quæstiones propter hoc ut

firmum sit judicium quod ab unius provinciæ episcopis fuerit promulgatum.

XV. Si quis episcopus criminaliter accusatus ab omnibus qui sunt intra provinciam episcopis acceperit unam consonamque sententiam, ab aliis ulterius judicari non poterit, sed manere circa eum oportet tanquam convenientem quæ ab omnibus prolata est firmam ratamque sententiam.

XVI. Si quis episcopus vacans in Ecclesiam vacantem supervenerit, et hanc obripienter præter plenariam synodum occupandam esse crediderit, hunc abjici oportet, quamvis eum plebs quam diripuerit, velit sibi episcopum retinere. Illa autem dicitur synodus plenaria in qua etiam episcopus metropolitanus adfuerit.

XVII. Si quis episcopus, suscepta manus impositione, et deputatus populis præesse, non suscipiat ministerium sacerdotii, nec consentiat habere Ecclesiam, in qua fuerat ordinatus, hunc incommunicabilem esse debere, donec coactus consentiat plebem suscipere sibimet deputatam, aut provinciæ plenaria synodus episcoporum de eo aliquid statuat.

XVIII. Si quis episcopus ordinatus non abierit in parochiam cui ordinatus est, si non suo vitio, sed plebis forsitan contradictione, hic honorem susceptum retinere debebit, et sacerdotio fungi, ita ut nihil molestiæ afferat Ecclesiæ illi in qua fuerat constitutus. Exspectare autem eum oportet provinciæ plenariam synodum, donec de eo quod competit statuatur.

XIX. Episcopum non ordinandum sine consilio et præsentia metropolitani episcopi, cui melius erit si ex omni provincia congregentur episcopi. Quod si fieri non potest, hi qui adesse non possunt propriis litteris consensum suum de ipso designent, et tunc demum post plurimorum sive per præsentiam sive per litteras sententiam consonam ordinetur. Quod si aliter quam statuta sunt fiat, nihil valere hujusmodi ordinationem. Si vero etiam secundum definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias et domesticas simultates, his contentis, sententia de eo obtineat plurimorum.

XX. Propter ecclesiasticas causas, et quæ existunt controversias dissolvendas sufficere visum est bis in anno per singulas provincias episcoporum consilium fieri. Semel quidem post tertiam hebdomadam Paschalis festivitatis, ita ut in quarta hebdomada quæ consequitur, id est media Pentecoste compleatur, admoneant autem provinciales episcopos hi qui in civitatibus, id est in metropolitanis civitatibus degunt, secundum vero concilium Idibus Octobris habeatur, qui dies apud Græcos Yperberetæi mensis decimus invenitur, in ipsis autem conciliis et presbyteros et diaconos præsentes esse oportet, et omnes quotquot se læsos existi*mant*, et synodicam exspectare sententiam, nec li*ceat aliquibus apud semetipsos* concilia sine metropolitanorum episcoporum conscientia facere, quibus de omnibus causis constat permissum esse judicium.

XXI. Episcopum de diœcesi ad diœcesim alteram non debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si a populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur, manere autem eum debere in Ecclesia Dei quam ab initio sortitus est, et non alibi demigrare secundum regulam super hoc olim a Patribus constitutam.

XXII. Episcopum non debere in alienam irruere provinciam, quæ illi probatur non esse subjecta, neque in regionem quæ ad ejus curam minime noscitur pertinere ad aliquid ordinandum, neque presbyteros, neque diaconos constituere, ad alios episcopos pertinentes, nisi forte cum voluntate et testimonio propriæ regionis episcopi. Quod si quispiam horum tale facere voluerit irrita quidem erit hujusmodi ordinatio, et quæ m le usurpaverit a synodo arguantur. Nam si ordinare non potuerit, nullatenus alterius parochianum judicare præsumat.

XXIII. Episcopum non debere tanquam successorem sibi futurum constituere alterum, quamvis circa vicinia mortis habeatur, quod si tale aliquid factum fuerit irrita erit hujusmodi ordinatio, custodire autem debet ecclesiastica constituta quæ si ita continent, non posse aliter episcopum fieri, nisi in concilio, et consensu episcoporum eorum duntaxat qui post obitum ejus qui præcessit, habuerint potestatem eum qui dignus fuerit provehendi.

XXIV. Quæcunque res Ecclesiæ sunt, convenit cum omni diligentia, et bona fide quæ Deo debetur, qui omnia providet atque judicat quæque gubernare oportet, et dispensare cum judicio et potestate episcopi, cui totius plebis animæ videntur esse commissæ. Manifesta autem esse oportet quæ Ecclesiæ competunt cum notitia eorum presbyterorum et diaconorum, qui circa ipsum sunt, ut ipsi non ignorent, nec eos aliquid lateat eorum qui sunt propria Ecclesiæ, ut si contigerit episcopum de hac vita migrare, manifestæ sint et notæ res ecclesiasticæ, ne intercidant atque depereant, sed nec res propriæ episcopi tanquam obnoxiæ rerum ecclesiasticarum occasione ullius pulsentur injuria, quia justum et acceptum est apud Deum et homines quæ propria sunt episcopi quibus ipse judicaverit, derelinqui, et quæ Ecclesiæ ipsi reservari. Ita enim sit ut nec Ecclesia damno aliquo affligatur, nec episcopus occasione rerum ecclesiasticarum proscribatur, neque pertinentes ad eum causas incurrant, atque post mortem memoria ejus maledictis aliquibus oneretur.

67 XXV. Episcopum habere oportet rerum ecclesiasticarum potestatem ad dispensandum omnibus indigentibus cum omni timore et reverentia Dei, ipsum quoque ex eis percipere atque uti debere quibus indiget, si tamen indiget, vel ad suas necessarias expensas vel fratrum, qui apud eum hospitalitatis gr

tia morantur, ut nulla ex parte per inopiam defraudentur secundum Apostolum dicentem : « Habentes victum quotidianum et tegumentum corporis his contenti simus (*I Tim.* VI, 8). » Quod si his minime contentus atque sufficiens transferat in necessitates ecclesiasticas res vel commoda quælibet ecclesiæ, aut agrorum ccclesiasticorum fructus sine conscientia presbyterorum apud se redigat, et domesticis suis vel etiam affinibus aut fratribus, aut filiis earum rerum tribuat potestatem, ut per eorum secretam diligentiam ecclesiastici lædi videantur, reatum hunc qui hujusmodi est apud metropolitanum provinciæ præstare debebit, quod si taliter reprehendatur episcopus, vel hi qui cum ipso sunt presbyteri quo dicantur hæc quæ ad ecclesiam pertinent, sive de agris, sive de aliis quibuscunque ecclesiasticis causis, eos sibimet usurpare, pauperes vero necessitate et penuria opprimi, atque ex hoc ipso non solum ecclesiasticæ rationi, verum etiam dispensatoribus ejus maledicta reprehensio augeatur. Hunc enim correctionem oportet mereri, id quoque condecet sancta synodo cognoscente. Eusebius omnibus quæ constituta sunt præsens scripsit. Theodorus, Niceta, Macedonius, Anatolius, Marcodunanetus, Atherius, Narcissus, Eustachius, Esichius, Manicius, Paulus, et cæteri, quorum nomina in Græco jam superius continentur, consenserunt et subscripserunt.

Explicit concilium Antiochenum.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII LAUDICENI.

1. De bigamis.
2. De his qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt.
3. De neophitis non promovendis ad sacerdotium.
4. Non licebit coram catechumenis clericos fieri.
5. Non licere clericis usuram vel sexcupla accipere.
6. Non debere hæreticos in hæresi permanentes in ecclesiam ingredi.
7. De Novatianis et Quartodecimanis.
8. De Cataphrygis ad Ecclesiam venientibus.
9. Non debere catholicos, in ea quæ martyria sua hæretici dicunt, intrare.
10. Non debere catholicam hæreticorum matrimonio sociari.
11. De catechumenis Ecclesiæ.
12. De ordinandis episcopis cum concilio metropolitani et finitimorum episcoporum.
13. Non licere populo ministros altaris eligere.
14. Sanctas oblationes pro eulogiis in festivitate Paschali ad alias parochias non debere transmitti.
15. De psalmistis.
16. Ut sanctum Evangelium Sabbatis legatur.
17. Psalmos sparsim non licere confundi.
18. De orationibus quotidianis.
19. De ordine orationum catechumenorum atque fidelium et communione.
20. De disciplina atque molestia clericorum.
21. De ministerio subdiaconorum.
22. De ministris, ut orario non utantur.
23. Quoniam non oportet lectores vel psalmistas orario uti et sic legere.
24. De lectoribus et psalmistis, ut tabernas non intrent.
25. Non licere ministris panem dare, aut calicem benedicere.
26. De exorcistis.
27. Non debere clericos sive laicos ad agapem vocatos partes tollere.
28. Non licere in ecclesiis accubitus sternere vel agapem facere.
29. Non debere Christianos sabbatizare.
30. Nulli Christiano licere cum mulieribus lavacra excercere.
31. De cavendis hæreticorum connubiis.
32. Non licere ab hæreticis eulogias accipere.
33. Non debere cum hæreticis, aut schismaticis orare.
34. Non eumdem ad falsos martyres.
35. Non licere Christianos derelicta ecclesia ad angulorum congregationes colligi.
36. Non licere clericos, magos, vel incantatores esse, aut phylacteria facere.
37. Non licere ab hæreticis vel Judæis feriatica quæ mittuntur accipere.
38. Non licere a Judæis azymas accipere.
39. Non licere cum paganis festa celebrare.
40. Episcopos ad synodum vocatos non debere contemnere.
41. Non debere clericum vel laicum sine episcopis peregrinari.
42. Nullum clericum debere sine episcopi sui jussione peregrinari et signum suscipere.
43. Ministros non debere ab hostiis recedere.
44. Non oportet per duas septimanas Quadragesimæ aliquem ad baptismum suscipere.
45. Non debere mulierem ingredi ad altare.
46. Baptizandos debere symbolum fidei et discere et reddere.
47. De his qui in ægritudine baptizantur.
48. Quia post baptismum chrismandum est.
49. In Quadragesima Sabbato tantum et Dominica offerendum est.
50. Non licere quintam feriam septimanæ majoris jejunii solvi.
51. Non debere in Quadragesima nisi Sabbato et Dominica natalitia martyrum celebrare.
52. Non licere nuptias fieri in Quadragesima.
53. Non licere Christianos ad nuptias euntes cantare aut balare.
54. Non licere ministros altaris vel cæteros quoslibet spectaculis quæ in nuptiis, aut in scenis exhibentur interesse.

55. Non debere clericum vel laicum Christianum ex symbolis convivia celebrare.

56. Non oportet presbyteros ante ingressum episcopi ingredi, aut sedere in tribunalibus.

57. Non debere in vicis et villis episcopos ordinare, neque presbyteros sine præcepto vel consilio episcopi aliquid agere.

58. Non oportet in domibus ab episcopis vel presbyteris oblationem fieri.

59. Non licere psalmos ab idiotis compositos in ecclesia dici, nec libros qui non sunt canonici legere.

INCIPIT CONCILIUM LAUDICENUM.

Sancta synodus, quæ apud Laodicæam Phrygiæ pacativæ convenit ex diversis provinciis Asiæ, regulas exposuit ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.

CAP. I. De eo quod oportet, secundum ecclesiasticum canonem eos qui libere et legitime secundis nuptiis juncti sunt, nec occultam permistionem operati sunt, pauco tempore exempto vacare orationibus et jejuniis, et secundum veniam reddi eis communionem.

II. His qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt et oratione, confessione ac pœnitentia malorum suorum perfectam conversationem demonstrant, pro qualitate peccati, pœnitentiæ tempus attribuendum est propter misericordiam et bonitatem Dei. Qui ergo hujusmodi sunt revocandi et ad communionem sunt applicandi.

III. Non oportet neophytum promoveri ad ordinem sacerdotalem.

IV. Non licere manus impositione super ordinandos præsentibus catechumenis fieri.

V. Non licere fenerare ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel usuras vel lucra, quæ sexcupla dicuntur, accipere.

VI. Non concedendum hæreticis ingressum domus Dei in hæresi permanentibus.

VII. Novatianos vel etiam Quartodecimanos, quos Græci Thesserescedecatires appellant, id est, qui quartadecima luna primi mensis cum Judæis Pascha celebrant, sed et catechumenos eorum fideles non recipi, priusquam condemnent omnem hæresim in qua detinebantur, plenissime autem ante omnia et nunc qui apud eos fideles dicuntur symbolum fidei doceantur, atque ita unctos etiam sancto chrismate divino sacramento communicare convenit.

VIII. Eos qui convertuntur ab hæresi quæ dicitur Cataprhrygarum, qui se in clero constitutos existimant, quamvis magni dicantur hujusmodi cum omni diligentia catechizari oportet et baptizari ab Ecclesiæ catholicæ episcopis et presbyteris.

IX. Non concedendum in cœmeteria, vel quæ martyria hæreticorum dicuntur, catholicos orationis gratia et petendæ curationis intrare. Sed et qui ierunt, si sunt fideles, incommunicabiles factos ad pœnitentiam usque ad aliquod tempus redigi, pœnitentes autem eos et errasse confitentes suscipi oportet.

X. Mulieres quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud vos viduæ, seniores univiræ, matricuriæ appellantur, in Ecclesia tanquam ordinantes constitui non debere.

XI. Eos qui ad Ecclesiam pertinent indifferenter filios proprios hæreticorum nuptiis minime sociare debere.

XII. Episcopum non oportet præter judicium metropolitanorum et finitimorum episcoporum constitui ad Ecclesiæ principatum, nec eligantur nisi hi quos multo ante nota probabilisque vita commendat. Et nihilominus si in sermone fidei et recta operatione per suam conversationem fuerint probati.

XIII. De eo quod non sit populis concedendum electionem facere eorum qui altaris ministerio sunt applicandi.

XIV. Sanctas oblationes ad vicem eulogiarum per festivitatem Paschalem ad alias parochias mitti minime oportet.

XV. Non licere præter canonicos psalmos nisi qui regulariter cantores existunt, qui quæ pulpitum ascendunt et de codice legunt alium, quemlibet in ecclesia psallere.

XVI. Sabbatis Evangelia cum aliis Scripturis legenda esse censemus.

XVII. In processionibus non connectere, id est, ex diversis versibus et sensibus libri in unum canticum minime conjungere. Sed singulorum psalmorum ordinabiliter debere fieri lectionem.

68 XVIII. De eo quod semper supplicationes orationum, et ad horam nonam et vesperam, oportet celebrari.

XIX. Quoniam catechumenorum orationem separatim et prius prostratis eis episcopum oportet celebrare. Quibus egressis orent etiam hi qui in pœnitentia sunt constituti. Et post manus impositionem, his quoque abscedentibus, tunc fideles orare debebunt. Quorum tres orationes fiunt, una quidem, id est prima, per silentium, secunda vero et tertia, per vocis pronuntiationem, et tunc demum osculum pacis dare debere. Et postea quam presbyteri episcopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare et tunc oblatio offeratur, solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare et ibidem communicare.

XX. Quoniam non oportet diaconum sedere ante presbyterum, sed ex jussione presbyteri sedeat, similiter autem honorificetur et diaconus a ministris inferioribus et omnibus clericis.

XXI. Quoniam non oportet subdiaconos licentiam habere in secretarium, sive sacrarium (quod Græci *diaconicon* appellant) ingredi, et contingere vasa Dominica.

. Ministrum non oportet orariis uti, nec ho- A reticis feriatica quæ mittuntur accipere, nec cum
relinquere. eis dies agere feriatos.

I. Quoniam non oportet lectores aut psalmis- XXXVIII. Non oportet a Judæis azymas accipere,
riis uti, et sic legere aut psallere. aut communicare impietatibus eorum.

. Quoniam non oportet clericos servientes XXXIX. Non oportet cum paganis festa celebrare
byteris usque ad diaconos, et deinceps ordinis et cum impietatibus eorum habere societatem.
stici omnes usque ad ministros, aut lectores, XL. Non oportet vocatos episcopos ad synodum
almistas, aut exorcistas, aut hostiarios, aut contemnere, sed abire debere, et aut docere aut do-
os qui in proposito continentiæ sunt, taber- ceri quæ sunt ad Ecclesiæ cæterorumque corre-
rare. ctionem utilia. Quod si contempserit, seipsum

Non oportet diaconem panem dare, nec ca- videtur accusasse, nisi forte pro infirmitate ire non
benedicere. possit.

. Non oportet ergo exorcizare eos qui nec- XLI. Non oportet ministrum altaris vel etiam
episcopis sunt provecti, neque in ecclesiis laicum sine canonicis litteris, id est formata alicubi
intra domos. proficisci.

I. Non oportet ministros altaris, vel quosli- B XLII. Non oportet ministrum altaris vel quemlibet
lesiasticos ad agapem vocatos, partes tollere, clericum præter jussionem episcopi ad peregrinan-
r injuriam quæ ex hac occasione ecclesiastico dum proficisci.
possit deputari. XLIII. Non oportet ministros, id est hostiarios,

II. Non oportet in basilicis seu ecclesiis vel brevi tempore ab hostiis deesse, et orationi
n facere, et intus manducare vel accubitus vacare.
e. XLIV. Non oportet post duas hebdomadas Quadra-

. Non oportet Christianos judaizare et in gesimæ quemlibet ad baptismum suscipi.
o vacare, sed operari eos in eadem die, Do- XLV. Non oportet mulieres ingredi ad altare.
m præponendo eidem diei. Si hoc eis placet, XLVI. Baptizandos oportet fidei symbolum disce-
tanquam Christiani. Quod si inventi fuerint re, et quinta feria ultimæ septimanæ, vel episcopo
re, anathema sit. vel presbytero reddere.

. Quoniam non oportet ministros altaris, XLVII. Qui in ægritudine constituti baptismum
am clericos quoslibet, aut continentes se, aut perceperunt, facti sani, fidei symbolum doceantur
omnino Christianum cum mulieribus lavacra C ut noverint qua donatione digni sunt habiti.
communia. Est enim apud gentiles prima XLVIII. Oportet baptizatos post baptismum sacra-
ensio. tissimum chrisma percipere, et cœlestis regni parti-

I. Quoniam non oportet cum hæreticis com- cipes fieri.
e connubia, et vel filios et filias dare, sed XLIX. Non oportet in Quadragesima panem offerri,
accipere, si tamen profiteantur Christianos nisi Sabbato et Dominica tantum.
ros esse et catholicos. L. Non oportet, in Quadragesimæ quinta feria

II. Non oportet hæreticorum benedictiones ultimæ hebdomadæ, jejunium dissolvi et totam
re, quoniam maledictiones magis sunt quam Quadragesimam inhonorari, sed per totos dies jeju-
ctiones. nare, et escis abstinentiæ convenientibus, id est ari-

III. Non oportet cum hæreticis vel schisma- dioribus uti.
rare. LI. Non oportet in Quadragesima martyrum nata-

IV. Non oportet omnino Christianum derelí- litia celebrari, sed earum in Sabbato et Dominica
rtyribus Christi abire ad falsos martyres, hi tantum memoriam fieri.
lieni a Deo sunt. Quicunque autem abire vo- LII. Non oportet in Quadragesima aut nuptias vel
anathema sit. D quælibet natalitia celebrare.

V. Non oportet Christianos, derelicta Eccle- LIII. Non oportet Christianos ad nuptias euntes
i, abire ad angulos idololatriæ abominandæ vel balare vel saltare, sed caste cœnare vel prandere
gationes facere, quæ omnia interdicta sunt. competit Christianis.
que autem inventus fuerit occulte huic idolo- LIV. Non oportet ministros altaris vel quoslibet
vacans, anathema sit, quoniam, derelinquens clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis
um nostrum Jesum Christum Filium Dei, aut in scenis exhibentur interesse, sed antequam
t ad idola. thermelici ingrediantur surgere eos de convivio et

VI. Quoniam non oportet ministros altaris aut abire debere.
s magos et incantatores esse aut facere quæ LV. Non oportet ministros altaris, vel quoslibet
ur phylacteria, quæ sunt magna obligamenta clericos vel etiam laicos Christianos, ex symbolis
rum, hos autem qui talibus rebus utuntur quæ vulgus commissalia appellat, convivia ce-
ab Ecclesia jussimus. lebrare.

VII. Quoniam non oportet a Judæis vel hæ- LVI. Non oportet presbyteros ante ingressum
episcopi ingredi ecclesiam, et sedere in tribunalibus,

sed cum episcopo ingredi, nisi forte aut ægrotet episcopus, aut in peregrinationis commodo eum abesse constiterit.

LVII. Non debere in villis et vicis episcopos ordinari, sed visitatores, id est, qui circumeant constitui; his autem qui ante hoc ordinati sunt nihil agere censemus, nisi conscientia episcopi civitatis. Similiter etiam presbyteri nihil sine præcepto et consilio episcopi agant.

LVIII. Non oportet in domibus oblationes ab episcopis sive presbyteris fieri.

LIX. Non oportet ab idiotis psalmos compositos et vulgares in ecclesiis dici, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos Novi et Veteris Testamenti; quæ autem oporteat legi et in auctoritatem recipi hæc sunt :

Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jesu Nave, Judicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paraliponenon libri duo, Esdra, liber Psalmorum numero 150, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Job, Esther, 12 Prophetarum libri, id est Osee et Amos, Joel, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, Isaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel; Novi Testamenti, id est, evangelium secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Joannem, Actus apostolorum; canonicæ Epistolæ 7 : Jacobi una, Petri duæ, 1 et 2; Joannis tres, 1, 2 et 3; Judæ una; Epistolæ Pauli apostoli numero 14 : ad Romanos, ad Corinthios 1 et 2, ad Galathas, ad Ephesios, ad Philippenses una, ad Colossenses una, ad Thessalonicenses duæ 1 et 2, ad Thimotheum duæ 1 et 2, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII CONSTANTINOPOLITANI.

1. Custodiendum esse fidem Patrum trecentorum decem et octo.
2. Ut episcopi suam diœcesim gubernent nec ad alias accedant.
3. Non invitatos episcopos ultra diœcesim propriam accedere non debere.
4. De Ecclesiis in barbaricis compositis.
5. De honore Constantinopolitani episcopi.
6. De Maximo cynico philosopho.
7. De fide symboli apud Constantinopolim constituti.

INCIPIT CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Habitum ab CL *episcopis sub Theodosio majore, Siagrio et Eucherio consulibus, æra* CCCCXIX, *adversus Macedonium.*

69 Hæ regulæ sive diffinitiones sunt expositæ ab episcopis CL, qui in unum Constantinopolim convenerunt, quando beatus Nectarius episcopus ordinatus est, damnato Maximo cynico, quorum nomina et provinciæ continentur in Græco.

Cap I. Non spernendam esse fidem Patrum trecentorum decem et octo, qui in Nicæa Bithyniæ convenerunt, sed manere eam ratam oportet, et anathematizare omnem hæresim, specialiter autem Eunomianorum, imo Anomianorum, qui Latine sine lege dicuntur, et Arianorum sive Eudoxianorum semina Arianorum, necnon Pneumatomachorum, id est, qui contra Spiritum sanctum pugnant, et Sabellianorum et Marcellianorum et Fontinianorum et Apollinaristarum.

II. Episcopi qui extra diœcesim sunt, ad ecclesias quæ extra terminos eorum sunt, non accedant, neque confundant et permisceant ecclesias secundum regulas constitutas, Alexandriæ quidem episcopi solius Orientis curam gerant, servatis honoribus primatus Ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ synodi continentur. Sed et Asianæ diœcesis episcopi ea quæ sunt in Asia, et quæ ad Asianam tantummodo diœcesim pertinent, gubernent. Ponti autem episcopi Ponticæ tantum diœcesis habeant curam, Thraciæ vero ipsius tantummodo Thraciæ.

III. Non invitati episcopi ultra diœcesim accedere *non debent super ordinandis aliquibus*, vel quibuscunque disponendis ecclesiasticis causis, servata regula quæ supra scripta est, de unaquaque diœcesi, manifestum namque est quod per singulas quasque provincias provincialis synodus administrare et gubernare omnia debeat, secundum ea quæ sunt in Nicæa definita.

IV. Ecclesias autem Dei quæ sunt in Barbaricis gentibus constitutæ, regere atque administrare oportet secundum consuetudinem quæ a Patribus obtinuisse dignoscitur.

V. Constantinopolitanæ civitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propter quod sit nova Roma.

VI. Propter totius indisciplinationis ejus doctrinam quæ Constantinopoli orta est, ut neque maximus fuisse aut esse etiam putetur episcopus statutum est, neque hi qui ab eo sunt ordinati qualemcunque gradum clericatus obtineant, omnibus scilicet quæ circa eum vel ab eo gesta sunt in irritum revocatis.

Symbolum ejusdem concilii Constantinopolitani.

VII. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, omousion Patri, hoc

usdem cum Patre substantiæ, per quem facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra; opter nos homines et propter nostram salu- scendit de cœlis, et incarnatus est de Spiritu , ex Maria Virgine homo factus, passus b Pontio Pilato, et sepultus, et tertia die exit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram inde venturus est cum gloria judicare vivos tuos, cujus regni non erit finis. Credimus in m sanctum, Dominum et vivificatorem, ex procedentem, cum Patre et Filio adorandum glorificandum, qui locutus est per prophetas; catholicam atque apostolicam Ecclesiam; con- A titemur unum baptisma in remissionem peccatorum; exspectamus resurrectionem mortuorum, et vitam futuri sæculi, Amen. Nomina CL. Nectarius Constantinopolitanus. Timotheus Alexandriæ, Dorotheus a Corintho, Cyrillus Hierosolymitanus, Calasius Cæsariensis, Macer Hiericontius, Dionysius, Diospolitanus, Priscianus Nicopolitanus, Saturninus, Sebastianus, Auxentius Ascholonitanus, Elianus Raniensis, Zenon Tyrius, Paulus Sydoniensis, Deisbus a Ptolomaida, Philippus Damascenus. Varachus Peneaclensis, Timotheus, Basilides, Abbibo, Mochinius Aracleensis, et cæteri.

B Finis.

INCIPIT SYNODUS EPHESINA.

IT SYNODUS EPHESINA PRIMA ducentorum epium, habita adversus Nestorium Constantinum episcopum, qui purum hominem ex sancta e Maria natum asseruit, ut aliam personam , aliam faceret deitatis, nec unum Christum bo Dei et carne sentiret, sed separatim atque tim alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret. Convenit autem hæc synodus Theodosio juniore tertio decimo et Valentiniano tertio consulibus, æra CCCCLXVIII. Cui synodo præsedit beatissimus quondam Cyrillus Alexandriæ episcopus, qui cum omni concilio ad eumdem Nestorium hæc synodalia decreta transmisit.

EPISTOLA EPHESINI CONCILII AD NESTORIUM.

gioso et Deo amabili consacerdoti NESTORIO cs, vel quicunque sunt apud Ephesi syno-

i Salvator noster aperte pronuntiet: Qui dilitrem aut matrem super me non est me , et qui diligit filium aut filiam super me it me dignus (*Matth.* x, 37), quid nos patieui deposcimur a tua religione ut te super m Salvatorem omnium diligamus? Quid obis in die judicii proderit, aut quam satisem reperire poterimus propter tam diuturilentium de prolatis a te contra eum blasphe- Et si quidem te tantummodo læderes, docens l sentiens, sollicitudo nobis minor existeret. ero totam scandalizaveris Ecclesiam, et fer- m insolitæ pravitatis et novæ hæresis miscueopulis, nec tantum ibidem positis, sed ubique entibus. Nam tuarum expositionum libri ncta vulgati sunt, pro nostro silentio quæ ltra vel excusationis sermo sufficiat? Aut non necesse sit meminisse Christi Domini ntis: « Non putetis quod venerim pacem mitterram, non veni pacem mittere, sed gladium, im separare hominem adversus patrem suum, n adversus matrem suam (*Ibid.*, 34.) » Nam editur fides, parentum reverentia velut int periculosa despicitur, et amor erga filios que vitatur, ad postremum etiam super ipam mors potius a piis viris eligitur, ut meresurrectionem, sicut scriptum est, conser (*Hebr.* II, 35). Ecce itaque te simul cum synodo, quæ apud amplam urbem Romam congregata est, præsidente sanctissimo et reverendissimo Patre et consacerdote nostro Cœlestino episcopo, his scriptis synodicis te etiam tertio convenimus, consilium dantes ut a tam pravis abstineas dogmatibus quæ et sentire cognosceris et docere. Recipias vero fidem rectam Ecclesiis per beatissimos apostolos et evangelistas ab initio traditam, qui et oculis inspexerunt et ministri Verbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, juxta dilationem litteris præfinitam sanctissimi et reverendissimi consacerdotis nostri Romanæ præsulis Ecclesiæ Cœlestini, scias te nullam sortem habere nobiscum, nec locum aut convivium cum Dei sacerdotibus et episcopis obtinere. Non enim fas est conteri non solum Ecclesias ita turbatas et scandalizatas populis, fidemque rectissimam violatam dissipatamque, quin etiam gregem quem custodire debueras, siquidem juxta nos amator recti dogmatis exstitisses, sanctorum Patrum vestigia pia consectans.

C D

Omnes itaque quos propter fidem tua religio a communione removit, aut ab ordine suo deposuit laicos et clericos in nostram communionem recipimus, non enim justum est eos tuis decretis opprimi qui noverunt recta sentire. Qui etiam benefacientes tibi prudentissime restiterunt, hoc idem namque in epistola quam misisti ad præsulem amplæ Romæ, sanctum et coepiscopum nostrum Cœlestinum, significare curasti. Non autem sufficit vel tuæ religioni tantummodo fidei symbolum confiteri quod expositum est per idem tempus, Spiritu sancto

largiente, et venerando et magno concilio apud Nicæam congregato.

Hoc enim non intellexisti nec recte interpretatus es, quinimo perverse, licet sono vocis eadem verba prætuleris. Sed consequens est etiam jurejurando fateri te quod anathematizes quidem tua polluta et profana dogmata, sentias autem et doceas quæ nos universi, per Orientem seu per Occidentem episcopi et magistri, præsulesque populorum credimus, et docemus. Epistolis autem ab Alexandrina tuæ religioni directis Ecclesia consensum præbuit, tam ea quæ apud urbem Romanam convenit sancta synodus, quam etiam nos omnes velut recte irreprehensibiliterque conscriptis; subdidimus autem his nostris quæ sentire oporteat et docere, et a quibus abstinere conveniat. Hæc est enim fides catholicæ Ecclesiæ, cui cuncti consentiunt orthodoxi per Orientem Occidentemque pontifices.

Credimus in unum Deum Pátrem, omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium conditorem; et in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei natum de Patre unigenitum, hoc est ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, omousion Patris, hoc est unius cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt in cœlo et in terra, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est, et, homo factus, passus est, et resurgens tertia die, ascendit in cœlos, inde venturus judicare vivos et mortuos; et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat tempus quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quia ex nullis existentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia esse dicunt, aut convertibilem vel commutabilem Dei Filium, anathematizat catholica et apostolica Ecclesia. Sequentes itaque omnium sanctorum Patrum confessiones, quas loquente in eis sancto Spiritu protulerunt, et intentioni quæ est in eorum intellectibus æquis vestigiis inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur quod ipsum unigenitum Dei Verbum natum ex ipsa Patris essentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt, sive in cœlis sive in terra, salutis nostræ causa, descendens ad exinanitionem sese dignatus est inclinare, natus autem et homo factus, id est carnem de Virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens nativitatem nostram ex vulva sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abjiciens. Nam licet factus sit in assumptione carnis et sanguinis, tamen etiam quod erat Deus natura scilicet et veritate persistens. Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis esse conversam, nec in substantiam carnis inseparabilem Dei Verbi essentiam comitantem.

Inconvertibilis est enim et incommutabilis idemque *ipse* juxta Scripturas jugiter permanens. Visus est *autem et parvulus, positusque* in cunabilis et sinibus genitricis Virginis constitutus universa turam replebat ut Deus genitori suo indi steret. Quod divinum est enim sine qua sine mole cognoscitur, nec ullis terminis co Verbum Dei secundum subsistentiam co unum adoramus Filium et Dominum Jesu stum non seorsum ponentes, et determin minem Deum velut invicem sibi dignitatis e tatis unitati conjunctum, hoc enim novitas et nihil aliud, nec item Christum speciali nantes Dei Verbum quod ex Deo est, nec similiter Christum specialiter qui de muli est, sed unum solummodo Christum D Verbum cum propria carne cognoscimus. T etiam juxta nos unctus est, quamvis dignis ipse contulerit et non ad mensur beatus Joannes evangelista asseruit. Sed dicimus quod Dei Verbum velut hominem coi qui de sancta Virgine natus est habitav Deum homo Christus habitatorem posside tur. Quamvis enim Verbum habitaverit 70 et dictum sit in Christo habitare omn tudinem deitatis corporaliter, attamen int Verbum quod caro factum est, non sicut in s bitare dicitur, nec talem in ipso habitationei diffinire tentabimus, sed unus juxta natur carnem penitus commutatus talem sibi fec tionem qualem et anima hominis habere cr proprium corpus. Unus igitur est Christus et non velut conjunctione qualibet in unitate d et auctoritatis hominis habentis ad Deum. N potest unire naturam sola dignitatis æqua nique Petrus et Joannes æqualis sunt ad al dignitatis, propter quod apostoli et sancti esse monstrantur, verumtamen uterque non Nec juxta collationem vel connexionem mo junctionis advertimus, hoc enim ad unita sufficit naturalem, nec secundum participa fectum; nos etiam sicut adhærentes Dominoi eo spiritus sumus, imo potius conjunction evitamus tanquam non existens idoneum qu ficat unitatis arcanum.

Sed neque Deum aut Dominum Christi Dei Patris asserimus, ne iterum manifestu dividamus, unum Christum Filium et Dom in crimen sacrilegii recidamus, Deum illi facientes et Dominum. Unitus quippe, sicut diximus, Deus Verbum carni secundum sul Deus quidem est omnium et dominator uni Verumtamen nec servus est sibi ipsi nec quoniam ineptum est vel potius impium h vel dicere. Quamvis enim dicat Deum suum cum sit Deus et de substantia ejus, tamen n ignoramus quod manens Deus, homo quoq est, qui sub Deo debitam legem naturæ hu assumeret, ipse vero sibi quomodo vel Dei esse vel Dominus, ergo sicut homo quantu ter exinanitionis mensuræ congruit sub De biscum esse decrevit. Hoc etiam quomodo

st quamvis ipse promulgaverit legem et legis-
Deus existeret, cavemus de Christo dicere.
assumentem veneror assumptum. Et propter
lem adoro visibilem. Horrendum vero super
etiam illud dicere : Is qui susceptus est cum
uscipit nuncupatur Deus. Qui enim hæc dicit
terum in duos Christos eum qui unus est,
m seorsum in parte, et Deum similiter in
nstituens. Evidenter enim denegat unitatem,
m quam non alter cum altero coadoratur,
cupatur Deus, sed unus intelligitur Christus
ilius Dei unigenitus, una servitute cum pro-
ne venerandus.

temur etiam quod idem ipse qui ex Deo Patre
t Filius unigenitus Deus, licet juxta naturam
pers passionis exstiterit, pro nobis tamen se-
Scripturas carne percussus vel perpessus
at in crucifixo corpore propriæ carnis impas-
ad se referens passionem. Gratia vero Dei
nibus gustavit mortem, tradens et proprium
quamvis et naturaliter ipse vita sit, et re-
o mortuorum. Nam ut mortem ineffabili po-
proculcaret ac prius in sua carne primogeni-
s, licet juxta naturam suam, mortis expers
uis fieret « primitiæ dormientium (*I Cor.* xv,
mque faceret humanæ naturæ ad incorruptio-
rsum, gratia Dei, sicut supra dictum est, pro
bus gustavit mortem, et, tertia die resurgens,
vit infernum. Idcirco quamvis dicatur quod
ninem facta sit resurrectio mortuorum, ta-
elligimus hominem factum Verbum quod ex
, et per ipsum mortis imperium fuisse de-
n.

t autem temporibus præfinitis sicut est unus
Dominus in gloria Patris « ut judicet orbem
m in æquitate (*Psal.* ix, 9), » sicut Scriptura
.

sarie igitur et hoc adjicimus. Annuntiantes
ut secundum carnem mortem unigeniti Filii
est, Jesu Christi et resurrectionem ejus, et
ascensionem pariter confitentes, incruentam
nus in ecclesiis sacrificii servitutem. Sic
l mysticas benedictiones accedimus et sancti-
participes sancti corporis et pretiosi san-
hristi omnium nostrum Redemptoris effecti,
communem carnem percipientes; quod
ec ut viri sanctificati et Verbo conjuncti se-
dignitatis unitatem aut sicut divinam possi-
abitationem, sed vere vivificatricem et ipsius
ropriam factam. Vita enim naturaliter ut
istens, quia proprie carne unitus est, vivifi-
eam esse professus est. Et ideo quamvis
nos : « Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem (*Joan.* vi, 54), » non tamen eam ut hominis
nobis existimare debemus, quomodo enim
turam suam vivificatrix esse caro poterit ho-
sed ut vere proprium ejus factam qui propter
s hominis est factus et vocatus. Eas autem vo-
ces quas Salvator in Evangeliis protulit, non in duabus substantiis aut personis omnino partimur. Non enim duplex est unus Christus et Deus solus, quamvis ex duabus diversisque rebus ad unitatem cognoscitur individuam convenisse, sicut homo quoque ex anima constat et corpore non duplex unus, sed potius est ex utroque.

Humanas ergo et divinas insuper voces ab uno Christo dictas animadvertentes recte sentimus. Cum enim de duobus dignissime loquitur de seipso : « Qui me videt, videt et Patrem (*Joan.* xiv, 9) » et : « Ego et Pater unum sumus (*Joan.* x, 30), » divinam ejus intelligimus ineffabilemque naturam, secundum quam unus est cum Patre suo propter unam eamdemque substantiam, « imago et character splendor gloriæ ejus existens (*Hebr.* i, 3). » Cum vero humanæ naturæ mensuram nullatenus ignorans Judæos alloquitur, nunc « me quæritis occidere (*Joan.* vii, 20), » hominem qui veritatem locutus sum vobis, item non minus eum qui in similitudinem et æqualitatem Patris et Deum verum etiam in mensuris humanitatis ejus agnoscimus. Si autem necessario creditur quod natura Deus existens factus sit caro, imo potius homo animatus anima rationali, quæ causa est ut in ejus quilibet vocibus erubescat, si eas homine dignas effatus est? Quod si sermones homini congruentes abjicit, juxta nos hominem fieri quid coegit? Cum vero se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinaverit, quam ob causam dignos examinatione sermonis effugerit? Uni igitur personæ cuncta ejus in Evangelio ascribimus, uni substantiæ Verbi, id est, incarnati, quia unus est Dominus Jesus Christus, ut scriptum est : Appellatum vero ab Apostolo « Pontificem confessionis nostræ (*Hebr.* iii, 1) » tanquam sacrificantem Deo et Patri fidei nostræ confessionem, quæ a nobisipsis ipsi Deo Patri incessanter offertur; iterum ipsum esse dicimus ex Deo secundum naturam Filium unigenitum, nec homini præter eum alteri sacerdoti nomen et officium deputamus, factus est enim « mediator Dei et hominum (*Tim.* ii, 5), » et reconciliator ad pacem semetipsum Deo et Patri pro nobis offerens « in odorem suavitatis (*Eph.* v, 2). » Ideoque dicebat : « Sacrificium et oblationem noluisti, holocausta pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfecisti mihi, tunc dixi : Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem, Deus, voluntatem tuam (*Hebr.* x, 5 *et seq*). » Obtulit enim proprium corpus non pro se, sed pro nobis in odorem suavitatis. Nam qua pro se vel oblatione vel sacrificio indigeret, omni peccato liber, ut Deus, existens? Quod si omnes peccaverint, et egent gloria Dei (*Rom.* iii, 23). Secundum hoc quod sumus ad mutabilitatis excessum proniores effecti peccatis ægrotavit humana natura. Ipse vero non ita. Ideoque nos gloria ejus egemus. Cur erit ultra jam dubium, quod Agnus verus pro nobis sit immolatus. Qui autem dicit, quia seipsum tam pro se quam pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effu-

giet, cum nihil prorsus iste deliquerit, nec ullum fecerit omnino peccatum. Qua igitur egeret oblatione nullo suo existente facinore? Pro quo, si esset satis ad modum convenienter offerret?

De Spiritu quoque, cum dicit: « Ille me clarificabit (*Joan.* XVI, 14), » hoc rectissime sentientes, unum Christum Dominum et Filium, non velut alterius egentem gloria confitemur, a Spiritu sancto gloriam consecutum, quia ejus Spiritus, nec melior, nec superior ipso est. Sed quia humana opera faciens, ad demonstrationem suæ deitatis virtute proprii Spiritus utebatur, ab ipso glorificari dicitur, quod virtus sua vel disciplina quælibet unumquemque clarificet. Quamvis enim in sua sit substantia Spiritus ejus, et intelligatur in persona proprietas juxta id quod Spiritus est et non Filius, attamen alienus ab illo non est. Nam Spiritus appellatus est veritatis, et veritas Christus est; unde et ab isto similiter sicut ex Deo Patre procedit. Denique hic et ipse Spiritus etiam per sanctorum manus apostolorum miracula gloriosa perficiens Dominum glorificavit Jesum Christum, postquam ascendit in cœlum. Nam creditus est Christus natura Deus existens per suum Spiritum virtutes efficiens, ideoque dicebat: De meo accipiet, et annuntiabit vobis (*Ibid.*). Nequaquam vero participatione alterius idem Spiritus sapiens aut potens dicitur, quia per omnia perfectus est, et nullo prorsus indigens bono. Nam paternæ virtutis et sapientiæ, id est, Filii Spiritus creditur, et ideo ipse re et subsistente virtute virtus et sapientia comprobatur. Igitur quia Deum carne unitum juxta subsistentiam sancta Virgo corporaliter peperit, idcirco eam Dei Genitricem esse profitemur, non quod Verbi natura existendi principium se carne sortita sit: « Erat enim in principio Verbum, et Deus erat Verbum, et Verbum erat apud Deum (*Joan.* I, 1), » et ipse conditor sæculorum Patri coæternus et universitatis conditor, sed, quod superius diximus, juxta subsistentiam sibimet uniens humanam naturam nativitatem sustineret ex ipsa vulva corporea. Non quod eguerit necessario propter suam naturam nativitate quæ est in extremis sæculi facta temporibus, sed ut ipsas benediceret substantiæ nostræ primitias. Et dum Deum carne unitum muliere edidisset, illa quæ adversus omne genus humanum maledictio fuerat prolata desineret, nec jam morti nostra corpora destinaret. Illud quoque quod dictum est: « In tristitia paries filios (*Gen.* III, 16) » ipse dissolvens, verum esse monstraret quod prophetæ voce prædixerat: « Absorpta est mors in victoria (*I Cor.* XV, 34). » Et iterum: « Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie (*Apoc.* VII, 17). » Propter hanc enim causam dicimus eum dispensatorie, et ipsis tunc benedixisse nuptiis cum in Cana Galilææ cum sanctis vocatus fuit apostolis (*Joan.* II, 1). Hæc sapere edocti sumus tam a sanctis apostolis quam evangelistis, et ab omni Scriptura divinitus inspirata, nec non et a beatis Patrum confessionibus veritate subnixis. His omnibus etiam religionem *tuam concordare*, et præter aliquem dolum consentire convenit. Quæ vero huic religioni tuæ matizare necesse est huic epistolæ nostræ sunt.

Cap. I. Si quis non confitetur Deum esse Emmanuel, et propterea non Dei genitric ctam Virginem; peperit enim secundum carn nem Dei factum Verbum, secundum quod est: « *Verbum caro factum est,* » anathema

II. Si quis non confitetur carni secund stantiam unitum Dei Patris Verbum, unum Christum cum propria carne eumdem, Deum simul et hominem, anathema sit.

III. Si quis in uno Christo dividit substan unitatem, sola eas connexione conjungens secundum carnis dignitatem fit, vel etiam tatem et potestatem ac non potius conv per unitatem factus est naturalem, a sit.

IV. Si quis personis duabus vel subsiste voces, quæ in apostolicis scriptis continentu gelicis dividit, vel quæ de Christo dicuntur vel ab ipso, et aliquas quidem ex his v mini qui præter Dei Verbum specialiter i tur aptaverit, illas autem tanquam dignas Dei Patris Verbo, deputaverit, anathema sit

71 V. Si quis audeat dicere hominem C theophoron, id est deiferum, ac non potiu esse veraciter dixerit, tanquam Filium per secundum quod *Verbum factum est caro,* municavit similiter ut nos carni et sangui thema sit.

VI. Si quis dicit Deum esse vel Dominum Dei Patris Verbum, et non magis eumden confitetur Deum simul et hominem propte *Verbum caro factum est* secundum Scriptur thema sit.

VII. Si quis velut hominem Jesum, opera Verbo, dicit adjutum et unigeniti gloriam propter ipsum existenti tribuit, anathema s

VIII. Si quis audet dicere assumptum h coadorandum Deo Verbo et conglorifican connuncupandum Deum tanquam alteru altero, nam *con* syllaba superadjecta hæc telligi, ac non potius una supplicatione v Emmanuel unamque ei glorificationem juxta quod *Verbum caro factum est,* anathen

IX. Si quis unum Dominum Jesum Christ rificatum dicit a Spiritu sancto tanquam qu virtute per eum usus fuerit, et ab eo accep caciam contra immundos spiritus, posse e hominibus divina signa perficere, ac non po prium fatetur ejus spiritum per quem divi explevit, anathema sit.

X. Pontificem et Apostolum confessionis factum esse Christum divina Scriptura comm Obtulit enim semetipsum pro nobis « in odo vitatis » Deo et Patri. Si quis ergo Po et Apostolum nostrum dicit factum non Dei Verbum, quando *caro factum est* et

juxta nos homines, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere ; aut qui dixit quod pro se obtulisset semetipsum oblationem et non potius pro nobis solis, non enim eguit oblatione qui peccatorum omnino nescivit, anathema sit.

XI. Si quis non confitetur carnem Domini vivificatricem esse, et propriam ipsius Verbi Dei Patris, sed velut alterius præter ipsum conjuncti eidem per dignitatem aut quasi divinam habentis habitationem ac non potius vivificatricem esse quia facta est propria Verbi vivificare valentis, anathema sit.

XII. Si quis non confitetur Dei Verbum passum carne, et crucifixum carne, et mortem carne gustasse, factum primogenitum ex mortuis secundum quod vita est, et vivificator ut Deus, anathema sit.

XIII. Ait igitur magna et sancta synodus ipsum qui est ex Deo Patre naturaliter natus Filium unigenitum Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem et cum quo omnia fecerit Pater, hunc descendisse, incarnatum esse, et hominem factum, passum esse, et resurrexisse tertia die, ascendisse rursus in cœlos. Hæc nos sequi verba debemus, his nos convenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse et hominem factum Dei Verbum.

Non enim dicimus quod Dei natura conversa vel immutata sit, sed magis quod carnem animatam anima rationali sibi copulaverit, Verbumque substantialiter, ineffabiliter et incomprehensibiliter factus sit homo, et nuncupatus sit etiam filius hominis non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione solà personæ, sed quod diversæ quidem naturæ in unum convenerunt, unus tamen ex ambobus Christus et Filius non evacuata vel sublata diversitate naturarum per conjunctiones, sed quia simul nobis effecerunt, ut unum Deum et Christum et Filium, id est divinitas et humanitas per arcanam illam ineffabilemque copulationem ad humanitatem. Itaque is qui ante sæcula omnia est natus ex Patre, etiam ex muliere carnaliter est procreatus. Non quia divina ipsius natura de sacra Virgine sumpsit exordium, nec propter seipsum opus habuit secundo nasci post illam nativitatem quam habebat ex Patre. Est enim ineptum et stultum hoc dicere, quod is qui ante omnia sæcula est consempiternus Patri, secundæ generationis eguerit ut esse inciperet, sed quia propter nostram salutem naturam sibi copulavit humanam, et processit ex muliere, idcirco dicitur esse natus carnaliter. Neque enim primum natus est homo communis de sancta Virgine et tunc demum inhabitavit in eo Verbum, sed in ipsa vulva uteroque virginali secum carnem conjunxit et sustinuit generationem carnalem carnis suæ nativitatem faciens. Sic illum diximus passum esse et resurrexisse, non quia Deus Verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clavos, et transfixiones, aut alia vulnera susceperit, Deus namque incorporalis et extra passionem est, sed quia corpus illud quod ipsius proprium factum est hoc sustinuit. Ideo hæc omnia pro nobis ipsis dicitur passus, inerat enim in eo corpore quid patiebatur Deus, qui pati non poterat. Simili modo et mortem ipsius intelligimus, immortale enim et incorruptibile esse naturaliter et vita et vivificans Deus Verbum; sed quia corpus ipsius proprium gratia Dei juxta Pauli vocem « pro omnibus mortem gustavit (*Heb.* II, 9), » idcirco ipse dicitur mortem passus pro nobis. Non quod ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet (insania enim est hoc vel sentire, vel dicere), sed quod, ut diximus, vera caro ipsius mortem gustavit, ita et resurgente carne ipsius rursus resurrectionem dicimus, non quia in corruptionem ceciderat, quod absit, sed quia ejus resurrexit corpus; ita Christum unum et Dominum confitemur, tanquam hominem cum Verbo coadorantes ut divisionis quædam species inducatur, sed unum jam et eumdem adorantes, quia non est alienum a Verbo corpus suum cum quo ipse etiam assidet Patri, nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis assidentibus, sed una cum carne per unitatem, quia si talem copulationem factam per substantiam, aut quasi per passibilem, aut quasi parum decoram voluerimus accipere, in id incidemus, ut duos filios esse dicamus. Necesse est enim discernere, et dicere hominem separatim fuisse, sola Filii appellatione honoratum, et rursus Verbum quod est ex Deo in homine, in veritate Filium Dei. Sed discernere in duos filios non debemus unum Dominum Jesum Christum. Neque enim adjuvat rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationem, nescio quam, perhibeant personarum. Non enim dicit Scriptura Verbum Dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse, id autem est ostendere Dei Verbum similiter ac nos principium habuisse carnis et sanguinis, et corpus nostrum proprie suum fecisse, et hominem ex muliere processisse non abjecta vel deposita deitate, ut generationem illam amitteret, quam habebat ex Patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum quod erat. Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos Patres fuisse comperimus, ideoque illi non dubitaverunt sanctam Virginem dicere *theotochon*, non quia Verbi natura deitasque in sanctam Virginem sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali cui substantialiter adunatum Dei Verbum carnaliter natum esse dicitur. Hæc igitur pro charitate in Christo scribo tibi, quærens tanquam fratrem et contestans coram Deo et electis ejus angelis, ut hæc nobiscum sentias simul et doceas, ut Ecclesiarum pax salvetur, et concordiæ charitatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus.

CONCILIUM CHALCEDONENSE

Sexcentorum triginta episcoporum, Valentiniano VI et Ahino consulibus, æra CDLX *Domini* 452), *adversus Eutychetem et Dioscorum.*

Consulata piisimi et amatoris Christi, Flavii Martiani perpetui Augusti, die Idus Octobris, synodus facta in Chalcedonensi civitate, metropoli provinciæ Bithyniæ, ex decreto synodorum et fidelissimorum verborum imperatorum Valentiniani et Martiani, convenientibus in ecclesia sanctæ ac triumphatricis martyris Euphemiæ, gloriosissimis principibus, id est, magnificentissimo et gloriosissimo magistro militum expræfecto et exconsule, patricio Anatholio et magnificentissimo et gloriosissimo præfecto sacri prætorii præfecturæ Palladio, et magnificentissimo præfecto urbis Tatiano, et magnificentissimo et gloriosissimo magistro divini officii Vincemalo, et magnificentissimo et gloriosissimo magistro Martiali, et gloriosissimo et magnificentissimo comite domesticorum Sporatio et magno comite rerum privatarum Genetholio, appositis etiam ex glorioso senatu, id est, magnificentissimo et gloriosissimo expræfecto prætorii sexies exconsule ordinario, et patricio Florentio et magnificentissimo et gloriosissimo exconsule ordinario et patricio senatore, et magnificentissimo et gloriosissimo magistro exconsule ordinario patricio Nomo, et magnificentissimo et gloriosissimo expræfecto et exconsule ordinario et patricio Protogenio, et magnificentissimo et gloriosissimo magistro expræfecto Zoilo, et magno et glorioso expræfecto urbis Apollonio, et magnificentissimo expræposito urbis Artaxerse, concilio autem totius orbis secundum divinum præceptum in Chalcedona civitate congregato, id est, Paschasino et Lucentio episcopis, et Bonifacio presbytero, convenientibus legatis venerabilis et sancti archiepiscopi antiquæ Romæ Leonis, conveniente et sancto Anatholio archiepiscopo magnificentissimo et Constantinopolitano novæ Romæ, et reliquis sanctissimis, et reverendissimis sexcentis triginta episcopis.

Ecce advenientibus omnibus ante cancellos sancti altaris cum magnificentissimo et eximio senatu, adveniente etiam piissimo imperatore Martiano in supradicta sanctissima basilica. Præsente etiam zelo divino calore fidei accensa piissima et fidelissima regina, Augusta pulcherrima, sanctam synodum allocuta est hæc : Cum primum per electionem in regnum de secreto Dei provecti sumus inter tantas publicas utilitates, nullum magis nos constrinxímus ad negotium quam rectam et veram fidem Christianorum, quæ sancta et veneranda consistit, indubitatam omnibus declarare. Manifestum est enim quod ex avaritia vel vano studio hi qui præcedentibus temporibus diversa sapuerunt, et docuerunt populo prout eis placuit, non prout convenit, neque quod veritas, aut doctrina Patrum exquirit, mu rorem seducti sunt, unde sanctam synodu ad istam fieri perfectionem properamus, e vobis arbitrati sumus imponere, ut omni liginis deterso secundum quod ipsa divini nibus se fieri manifestam esse voluit, et P monstravit doctrina, sic fides nostra, qu sancta consistit, in omnium ingrediens an priæ veritatis effulgeat luce. De cætero au de nativitate Domini et Salvatoris nostri Je aliud disputare, præter quod apostolic mium 318 sanctorum Patrum consonans ctrinæ tradidisse noscitur, sicut sanctissi Leonis, quia apostolicum gubernat thronu ctæ memoriæ Flavianum regiæ urbis Co politanæ quondam episcopum testantur lit enim ad confirmandam fidem, non ad conde tutem exemplo imperatoris Constantini nodo excogitavimus, ne in posterum mult puli institutionibus pravis attracta inveniat tiens, facile enim simplicitas quorumdam c seu locuti sumus usque nunc delusa est, manifeste diversorum pravis doctrinis di hæreses ostensæ sunt.

72 Nobis autem omne studium adhibe ut populum propter vêram sanctamque idipsum sentientem uni rectæ applicare E ideo veram fidem catholicamque etiam ex cundum Patrum doctrinam, concordantib vestris, vestra properet reverentia, ut q Nicæna synodo usque in hoc tempore, ab rore, vera fides est hominibus cognita, si per hanc sanctam synodum deposita nebu eis paucis annis, ut superius diximus, ex et avaritia quorumdam visa est exoriri, se ventur quæ statuta sunt. Erit quidem divi dentiæ quod pie fieri volumus in sæcula h vare firmissime. Et post regis hæc verb episcopi clamaverunt. Martiano novo Con Multi anni regi, Multi anni reginæ. Orthod anni. Martiani amatoris Christi regnum permaneat, digni orthodoxæ fidei amator Sit a nobis procul invidia. Et post hæc Eti diaconus Constantinopolitanæ novæ Romæ cerius notariorum dixit : Nutu supernæ gr divino serenitatis vestræ, piissimi, quibus a regnum concessum est, imperatores, circ nem vestram, congregata hæc sancta totius mundi synodus, sicut cum plurima r dierum vocatione, et divina diligentia om dem in præterito quomodo exorta est conti

et inviolabilem catholicam nostram fidem verbo veritatis discordiam effugavit, omnem abigendo innovationem, sicut in scriptis per sæcula quæ subsequuntur acta demonstrant. Terminum vero simplicem statuit divinarum Scripturarum virtute munitum, et sanctorum ac beatissimorum in ipso conservat sententiam, ad veram quidem scientiam sincere legentium, et ad longævam coronam vestri imperii. Et habeo ipsum præ manibus, et si videtur nutui vestræ serenitatis perlegam. Piissimus et fidelissimus imperator dixit : Perlege. Etius archidiaconus perlegit : Sancta et magna et venerabilis synodus, quæ secundum gratiam Dei ex decreto piissimorum imperatorum Valentiniani et Martiani augustorum congregata est in Chalcedonensi civitate metropoli provinciæ Bithyniæ in basilica sancta ac triumphatricis martyris Euphemiæ statuit quæ subter comprehensa sunt.

Dominus et salvator noster Jesus Christus, fidei agnitione proprios confirmans discipulos, ait : « Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis (*Joan.* XIV, 27), » ut nulla fidei dissensio in proximos oriatur, sed ex æquo veritatis prædicatio ostendatur. Sed quia non desinit malignus in ipsis pietatis seminibus zizania sua inserere, et novi aliquid adversus veritatem semper excogitare, idcirco Dominus noster humano generi solito cupiens providere, piissimum hunc et fidelissimum imperatorem erexit ad zelum, qui undique sacerdotum pontifices ad se convocavit ut, gratia Domini nostri Jesu Christi cooperante, omnem mendacii pestilentiam ab ovibus Christi removeat, easque veritatis germinibus reficiat. Quod ex communi decreto peregrinas erroris quidem sectas abjicientes, et Patrum rectam fidem renovantes trecentorum decem et octo symbolum omnibus prædicantes. Et velut horum domesticos centum quinquaginta præsules qui Constantinopolim convenerunt huic piissimo titulo ascribimus, quoniam et ipsi eamdem fidem subsignaverunt. Statuimus igitur ordinem, et omnes fidei formulas custodientes etiam sanctam synodum Ephesi factam, cujus auctores fuerunt venerabilis memoriæ Cœlestinus Romanæ urbis et Cyrillus Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotes, ut præfulgeat quidem rectæ et inculpabilis fidei expositio trecentorum decem et octo sanctorum Patrum qui in Nicæa, sub Constantino piæ memoriæ imperatore, convenerunt, contineatur et centum quinquaginta sanctorum Patrum in urbe Constantinopolitana decretum ad peremptionem quidem sectarum tunc pullulantium, confirmationem vero ipsius catholicæ atque apostolicæ nostræ fidei.

Symbolum Nicæni concilii.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, de Patre natum, unigenitum, hoc est de substantia Patris, Deum verum de Deo vero, natum non factum, omousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est. Homo factus passus est, et resurrexit tertia die, et ascendit in cœlos, inde venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt : Erat quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quia ex nullis existentibus factus est, aut ex alia subsistentia vel substantia dicunt esse, aut convertibilem Filium Dei, anathematizat catholica et apostolica Ecclesia, et idipsum centum quinquaginta Patrum symbolum. Credimus in unum Deum Patrem, omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium et invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, omousion Patri, id est, ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, qui propter nos et propter nostram salutem descendit; et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, et homo factus passus est sub Pontio Pilato; sepultus est, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris, iterum venturus judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum et vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas. Unam catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma, in remissionem omnium peccatorum. Exspectamus resurrectionem mortuorum, et vitam futuri sæculi. Amen.

Sufficeret quidem ad plenissimam pietatis agnitionem, et confirmationem, cautissimum et salutare divinæ gratiæ symbolum; de Patre enim et Filio, et Spiritu sancto doctrinam perfectam edocet, et incarnationem Dominicam fideliter suscipientibus manifestat. Sed quoniam hi, qui prædicationem veritatis destruere conantur, quasdam propriæ hæreseos novitates parturiunt, quidam enim mysterium pro nobis actum divinæ dispensationis audent corrumpere, et vocem illam divini Patris factam ad Virginem denegant. Alii temperamentum confusionemque inducentes, et unam esse naturam carnis et deitatis insensate componentes, passibilem Unigeniti divinam naturam tali confusione prodigiose divulgant. Idcirco omnem adversus veritatem opponendam ab ipsis machinationem volens excludere, sancta et magna universalis synodus hanc prædicationem immobilem docens statuit, præcipue trecentorum decem et octo sanctorum Patrum fidem incontaminatam manere. Et propter eos qui Spiritui sancto adversantur, centum quinquaginta Patrum paulo posteriore tempore in urbe Constantinopolitana convenientium de substantia Spiritus sancti traditam doctrinam corroborat, quam etiam illi omnibus insinuaverunt, non quod in præcedentibus aliquid deesset adjicientes, sed de Spiritu eorumdem in-

tellectum, adversus eos qui deitatis ejus dominationem nituntur demergere Scripturarum testimoniis plenius manifestantes.

Propter eos sane qui dispensationis mysterium tentant corrumpere, et purum hominem esse, qui ex sancta Maria Virgine natus est, imprudenter divulgant, beatissimi quondam Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotis synodicas epistolas tam ad Nestorium quam ad cæteros per Orientem congruas et sibi consentientes suscepit ad confutationem quidem Nestorianæ amentiæ, et ad interpretationem eorum qui religioso zelo salutaris symboli cupiunt intellectum. Quibus et epistolam sancti ac beatissimi primæ sedis archiepiscopi Leonis scriptam ad Flavianum sanctæ recordationis archiepiscopum, ad perimendam Eutychetis malignitatem, quæque magni Petri confessioni concordantem communem quamdam pugnam consistentem contra eos qui non recte glorificant ad confirmationem catholicæ religionis, evidenter subjunxit. Nam eos qui in duos filios dispensationis Dominicæ mysterium scindere moliuntur exsecrati, et eos qui passibilem divinitatem unigeniti Filii audent asserere de concilio sacerdotum repellit, et eis qui in duabus naturis Christi permistionem, vel confusionem argumentantur, adversatur. Et qui cœlestem aut alterius cujusque substantiam existere formam servi quam ex nobis assumpsit, insaniendo asserunt, procul abjicit. Et eos qui duas ante adunationem naturas Domini delirant, unam vero post adunationem confingunt, anathematizat. Consentientes sanctis Patribus unum eumdemque filium confiteri Dominum nostrum Christum consona voce edocemus pariter perfectum eumdem in deitate Deum, et hominem verum dem ex anima rationali et corpore, secundum tatem unius cum Patre naturæ, secundum tatem eumdem unius naturæ nobiscum, pe similem nobis absque peccato; ante sæcula ex Patre natum secundum divinitatem, in mis vero diebus eumdem propter nos et nostram salutem hominem factum; hunc unu demque Christum Filium Dominum unigen duas naturas, inconfuse, immutabiliter, ind separabiliter, cognoscendum, in nullo na differentias propter unitatem perimendas, n tem salva utriusque naturæ proprietate et coeunte persona, unoque statu concurrente duabus personis partiendum, vel dividend unum eumdemque filium unigenitum Deum Dominum Jesum Christum, sicut ab exor phetæ de eo, et ipse nos erudivit, et nobis symbolum. His itaque cum omni undique su et diligentia a nobis ordinatis, statuit s universalis synodus aliam fidem nulli lic fiteri, aut scribere, aut docere, aut dicer Qui autem audent exponere aliam fidem, ferre, aut docere aliud symbolum, volenti verti ad scientiam veritatis, ex gentilibus, e vel hæreticis quibuscunque, si quidem epis clerici fuerint, alienos esse episcopos ab epi et cleros a clero. Si vero monachi vel laici anathema fieri.

CAPITULA EJUSDEM CHALCEDONENSIS CONCILII.

1. De canonibus uniuscujusque concilii conservandis.

2. Quod non oportet clericos aut monachos prædia sæcularia vel causas suscipere.

3. Quod non oporteat episcopos aut quoslibet ex clero per pecunias ordinare.

4. De honore monachis competente, et ut nullus eorum tentet ecclesiastica aut sæcularia inquietare negotia, nec alienum servum præter conscientiam Domini ejus suscipere.

5. Quod non liceat episcopo aut cuilibet ex clero de alia ad aliam transire civitatem.

6. Quod non oportet absolute quoslibet ordinari.

7. De clericis et monachis in suo proposito non manentibus.

8. De clericis qui sunt in parochiis, monasteriis, atque martyriis quæ sub potestate episcoporum uniuscujusque civitatis existunt.

9. Quod non oporteat clericis prætermisso episcopo ad sæcularia judicia commeare.

10. Quod non liceat clericos in duabus ecclesiis ministrare.

11. Quod non oporteat egenis epistolam tribui, honestiores autem commendatitiis litteris approbare.

12. Quod nequaquam duobus metropolit vincia dividatur.

13. Quod non oporteat extraneos cle commendatitiis litteris ministrare.

14. Quod non liceat clerico uxorem sect accipere, nisi forte spondeat se ad vera venire.

15. De diaconissis mulieribus, quod non li quadragenarias ordinari.

16. De monachis vel puellis Deo dicatis, liceat eis nuptiis jungi.

17. De ecclesiis in parochiis per triginta episcopo habitis vel renovatis urbibus.

18. De conspiratione clericorum, quod G *trias* dicunt.

19. Quod oporteat per provincias bis in a cilia fieri.

20. Quod minime clericis in aliam civitate migrare liceat, nisi eis qui pro persecuti prias amiserint civitates.

21. De episcoporum aut clericorum accu quales admittendi sint suscipi in accusationem.

22. Quod non liceat clericis post morte scopi res ad eum pertinentes diripere.

e clericis et monachis excommunicandis, A
ter voluntatem sui episcopi ad urbem regiam
.
uod non liceat monasteria quæ consecrata
ersoria sæcularia fieri.
25. Quod non oporteat post obitum episcopi ordinationem alterius differre episcopi.
26. De œconomis, id est dispensatoribus singulis Ecclesiis habendis.
27. De his qui sibi rapiunt uxores.

INCIPIUNT DECRETA CONCILII CHALCEDONENSIS.

(*Anno Domini* 454, *in Asia.*)

las sanctis Patribus in unaquaque synodo us- B
ıc prolatas, proprium robur obtinere statui-

quis episcoporum accepta pecunia ordina-
fecerit, et sub pretium deduxerit impretiabi-
tiam atque ordinaverit per pecunias episco-
re coepiscopum, sive presbyterum, sive diaco-
ut quemcunque alium qui connumeratur
ericos, aut accepta pecunia ordinaverit œco-
, id est defensorem sive paramonarium,
ue ergo hæc meditatus fuerit, sive convictus
pse quidem subeat gradus sui periculi, et
ordinatus fuerit, nullum habeat fructum ex
odi mercimonio et creatione probrosa, sed sit
et dignitatis et sollicitudinis ejus quam per
ıs intravit, sed et ille qui tam turpibus et il- C
ıtercessor apparuit, siquidem clericus fuerit,
rio discedat gradu. Si vero laicus sive mo-
fuerit, anathema sit.

ervenit in sanctam synodum quia de his qui
connumerantur, quidam propter turpis lu-
iam majorum possessionum conductiones et
sæculares suscipiunt, et seipsos quidem a
riis sanctis per desidiam separant, ad domos
sæcularium concurrunt et substantiarum eo-
bernationes avaritiæ causa suscipiunt. De-
rgo sancta et magna synodus, neminem dein-
rum, hoc est, non episcopum, sive clericum,
nachum conducere possessiones, aut misceri
ibus procurationibus, nisi forte qui legibus ad D
m tutelas ætatum, sive curationes inexcusa-
trahuntur, aut cui ipsius civitatis episcopus
sticarum rerum commiserit gubernacula, vel
rum, aut viduarum quæ indefensæ sunt, aut
personarum quæ maxime ecclesiastico indi-
miniculo, propter timorem Dei. Si quis vero
essus fuerit statuta, correptioni ecclesiasticæ
at.

ui vere et pure solitariam eligunt vitam, di-
t convenienti honore. Quia tamen quidam
ii habitu utentes indifferenter per civitates,
et monasteria seipsos propria præsumptione
ndant, placuit neminem, aut ædificare, aut
iere monasteria, aut oratorii domum sine
atia ipsius civitatis episcopi. Eos vero qui per
civitates seu possessiones in monasteriis

sunt, subjectos esse debere episcopo et quieti operam dare, atque observare jejunia et orationes in locis in quibus semel Deo se devoverunt permanentes, et neque communicare ecclesiasticas neque sæculares aliquas attrectare actiones relinquentes propria monasteria, nisi forte jubeantur propter urgentes necessitates ab ipsius civitatis episcopo; et neminem servorum suscipi in monasterium ut sit cum eis monachus, nisi cum Domini proprii conscientia, prætereuntem vero hæc decrevimus extra communionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. Convenit ergo civitatis episcopo curam sollicitudinemque necessariam monasteriis exhibere.

V. Propter eos episcopos sive clericos qui de civitate ad civitatem transeunt, placuit definitiones datas a sanctis Patribus habere propriam firmitatem.

VI. Neminem absolute ordinari presbyterum vel diaconum, nec quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifeste in Ecclesia civitatis, sive possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio hic qui ordinatur mereatur ordinationis publicare vocabulum. Eorum qui absolute ordinantur, decrevit sancta synodus vacuam habere manus impositionem, et nullum tale factum valere ad injuriam ejus qui eum ordinavit.

VII. Eos qui semel in clero taxati fuerunt, sive in monasteriis deputati, decrevimus, neque ad militiam, neque ad honores sæculares venire. Eos autem qui hoc ausi fuerunt facere et non actum rei pœnitere maluerint, ut ad hoc idem revertantur, quod ante obtentum Dei proposuerunt sibi anathematizari.

VIII. Clerici in parochiis, monasteriis aut martyriis constituti, sub potestate sint ejus qui in ea est civitate episcopus secundum traditionem sanctorum Patrum, nec per præsumptionem recedant a suo episcopo. Eos vero qui ausi fuerunt rescindere hujusmodi institutionem quocunque modo, vel si noluerint subjacere proprio episcopo, si quidem fuerint clerici, pro personarum ordinatione subjaceant condemnationibus canonum. Si vero monachi seu laici fuerint, communione priventur.

IX. Si clericus adversus clericum habeat negotium, non relinquat suum episcopum et ad sæcularia judicia concurrat, sed prius negotium agitetur apud

proprium episcopum, vel certe si fuerit judicium ipsius episcopi, apud arbitros ex utraque parte electos audiatur negotium. Si quis vero contra hæc fecerit, canonum subjaceat correptionibus. Et si clericus adversus suum vel alium episcopum habeat causam, apud audientiam synodi provinciæ conqueratur. Si vero contra ipsius provinciæ metropolitanum episcopum episcopus sive clericus habeat controversiam, pergat ad ipsius diœcesis primatem, aut certe ad Constantinopolitanæ regiæ civitatis sedem, ut eorum ibi proprium negotium exquiratur.

X. Non licere clericum in ecclesiis duarum civitatum ordinari, sed in ea in qua ab initio ordinatus est, et cujus expetitio erat ante profugium. Et si propter vanæ gloriæ desiderium contigerit, ut post ad majorem ecclesiam confugerit, eum indubitanter revocari debere ad eam in qua ab exordio ordinatus est, et ibi tantummodo ministrare. Si quis vero jam translatus est ab alia in aliam ecclesiam, nihil habeat commune cum priore ecclesia, sive sub ecclesia constitutis martyriis, sive in parochiis vel xenodochiis, aut eorum negotiis. Eos vero qui ausi fuerint post ordinationem hujus magnæ et universalis synodi agere quæ prohibita sunt, statuit sancta synodus cadere de proprio gradu.

XI. Omnes pauperes et indigentes ecclesiasticis auxiliis cum proficiscuntur sub probatione epistolii, sive pacis, quæ dicuntur ecclesiasticæ, tantummodo commendari statuimus, et non commendatitiis epistolis, quia commendatitias epistolas quas dicimus, eos tantum accipere convenit qui in opere sunt clariores, ut eis tantummodo præbeantur.

XII. Pervenit ad nos eo quod quidam præter ecclesiasticos ordines affectantes potentiam per pragmaticam formam unam provinciam in duas dividant, ita ut ex hoc inveniantur duo metropolitani episcopi in eadem una esse provincia. Statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari a quolibet episcopo. Eos vero qui tale aliquid tentaverint, de proprio gradu cadere. Si quæ vero ante civitates per pragmaticam imperialem metropolitani nominis honore decoratæ sunt nomine solo perfruantur, et qui ecclesiam ejus regit episcopus, privilegio metropolitano episcopo jure proprio reservato.

XIII. Extraneum clericum et lectorem extra civitatem suam sine commendatitiis litteris proprii episcopi nusquam penitus liceat ministrare.

XIV. Quia in quibusdam provinciis conceditur psalmistis et lectoribus uxores accipere, statuit sancta synodus prorsus non licere cuiquam ex his alterius sectæ accipere uxorem. Si quis vero prævenit et habet jam de tali connubio filios, si forte prævenerit eos jam apud hæreticos baptizari, debet eos offerre sanctæ Ecclesiæ catholicæ, ut ibi communicent. Qui vero adhuc baptizati non sunt, omnimodo non posse eos in hæretica Ecclesia baptizari, nec in matrimonio jungi hæretico, Judæo vel pagano, nisi forte spoponderit se venire ad orthodoxam fidem, dum conjungitur sponsæ orthodoxæ. Si quis vero hanc diffinitionem sanctæ synodi præterierit, regularum condemnationibus subjaceat.

XV. Diaconissam non debere ante quadraginta annos ordinari, et hoc cum diligenti probatione. Si vero susceperit ordinationem et quantocunque tempore observaverit ministerium, et postea se nuptiis tradiderit, injuriam faciens Dei gratiæ, hæc anathema sit, cum eo qui in illius nuptiis convenit.

XVI. Si qua virgo se dedicaverit Deo, similiter monachus, non licere eis jungi nuptiis. Si vero inventi fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus vero posse in eis facere humanitatem, si ita probaverit loci episcopus.

XVII. Per singulas ecclesias rusticanas, parochias sive possessiones, manere immobiles apud eos qui eas retinent episcopos, et maxime qui eas sine violentia jam per triginta annos tenentes gubernaverunt. Si vero intra triginta annos jam facta fuerit, aut fiat, de his altercatio licere eis 74 qui se dixerunt læsos propter eas movere apud synodum provinciæ certamen. Si quis vero putaverit se a proprio metropolitano gravari apud primatem diœceseos, aut apud Constantinopolitanæ civitatis sedem, agat judicium, sicut dictum est. Si vero quælibet civitas per auctoritatem imperialem renovata est, aut si renovetur, in posterum civilibus et publicis ordinationibus, etiam ecclesiarum parochianarum sequatur ordinatio.

XVIII. Conjurationum et conspirationum crimen quod apud Græcos dicitur *fratrea*, publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi, hoc multo magis in sancta Dei Ecclesia, ne fiat, convenit abdicari. Si qui vero clerici vel monachi inventi fuerint conjurantes, aut fratreas vel factiones componentes aliquibus episcopis, aut aliis clericis, omnino cadant proprio gradu.

XIX. Pervenit ad aures nostras quod in provinciis constituta episcoporum concilia minime celebrent. Ex hoc probatur, quod multæ quæ correctione opus habeant ecclesiasticæ res negligantur. Statuit igitur sancta synodus hæc secundum Patrum regulas, bis in anno in unum convenire per singulas provincias episcopos, ubi singula quæ emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint convenire episcopi constituti, in suis civitatibus, et hoc maxime cum sui corporis sanitate consistentes, etiam omnibus aliis urgentibus et inexcusabilibus negotiis liberi sunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

XX. Clericos in suis ecclesiis constitutos, sicut jam definivimus, non licere in alterius civitatis ecclesiis ordinari, sed acquiescere in ea in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis qui proprias civitates perdiderunt, et ex necessitate ad alias ecclesias migraverunt. Si vero quicunque episcopus post diffinitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctæ synodo et hunc qui susceperit, et eum qui susceptus est, tandiu excommunicatos manere quandiu ipse clericus ad propriam revertatur ecclesiam.

XXI. Clericos sive laicos qui accusaverint episcopum aut clericos, temere atque indifferenter non debere suscipi in accusationem, nisi prius eorum opinio fuerit perscrutata.

XXII. Non licere clericis post mortem episcopi rapere pertinentes ad eum res, sicut jam præcedentibus regulis statutum habetur. Si vero hæc fecerint, periclitari se noverint a proprio gradu.

XXIII. Pervenit ad aures sanctæ synodi, quia clerici quidam et monachi nihil sibi habentes injunctum a proprio episcopo, interdum vero etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati, veniant ad regiam civitatem Constantinopolitanam, et multis temporibus in ea consistentes perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ ferant, et diversorum domos corrumpant. Statuit sancta synodus hos quidem primum commonere per defensorem Constantinopolitanæ sanctæ Ecclesiæ, ut exeant de regia civitate. Si autem in eodem proposito improbe perduraverint, etiam invitos eos ipse expellat defensor ut ad sua loca perveniant.

XXIV. Quæ semel consecrata fuerint monasteria, cum judicio sui episcopi maneant perpetua, et pertinentes ad ea res conservari ipsis monasteriis decrevimus, nec ulterius posse ea fieri sæcularia habitacula. Qui vero permiserint hæc fieri, subjaceant his condemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

XXV. Quoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos perlatum est, negligunt creditum sibi gregem, et differunt ordinationes facere episcoporum, placuit sanctæ synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis propagari. Si autem quis episcoporum hæc non observaverit, ipsum debere ecclesiasticæ condemnationi subjacere, redditus vero ejusdem viduatæ ecclesiæ integros reservari apud œconomum ejusdem ecclesiæ placuit.

XXVI Quia in quibusdam ecclesiis sicut ad nos pervenit, sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant, placuit omnes ecclesias episcopos habentes, habere œconomos de proprio clero, qui gubernent ecclesiæ res cum arbitrio sui episcopi, ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum, et ex hoc deveniat dispergi ejusdem res ecclesiæ, et sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis non observaverit hæc, divinis subjaceat regulis.

XXVII. Eos qui sibi rapiunt uxores, vel eos qui auxilium præstiterunt, statuit sancta synodus, siquidem clerici fuerint, cadere de proprio gradu. Si vero laici fuerint, anathema sit.

Subscriptio episcoporum.

Paschasius episcopus civitatis Lilibitanæ, vicem agens beatissimi episcopi Leonis, definiens subscripsit. Lucentius episcopus, civitatis Ausculitanæ, id est, vicem agens sanctissimi Leonis episcopi, definiens subscripsit. Bonifacius presbyter urbis Romæ, vicem agens apostolicæ Sedis, definiens subscripsit. Anatolius episcopus Constantinopolitanæ civitatis novæ Romæ, definiens subscripsit. Juvenculus episcopus Hierosolymitanus definiens subscripsit. Maximus episcopus Antiochenus definiens subscripsit. Quintilius episcopus Cappadociæ Cæsariensis, definiens subscripsit. Palatindus episcopus Heraclææ Macedoniensis, vicem agens sanctissimi viri Anastasii, definiens subscripsit. Stephanus episcopus Ephesinus definiens subscripsit. Lucianus episcopus Bizensis, vicem agens sanctissimi episcopi Quiriaci Heracliæ Traciensis, definiens subscripsit. Eusebius episcopus Galathiæ Anquiriensis definiens subscripsit. Diogenes episcopus Quiriensis definiens subscripsit. Petrus episcopus Corinthensis definiens subscripsit. Florus episcopus Sardinensis definiens subscripsit. Eunomius episcopus Nicomedensis definiens subscripsit. Anastasius episcopus Nicensis definiens subscripsit. Eleutherius episcopus Chalcedonensis definiens subscripsit. Idem omnes episcopi 630, definientes subscripserunt.

Postquam recitata est, piissimus imperator ad sanctum concilium dixit : Dicat sanctum concilium si ex consensu omnium episcoporum definitio, quæ nunc lecta est, prolata sit. Omnes reverendissimi episcopi responderunt : Omnes sic credimus, una fides, una sententia, omnino idem faciamus. Omnes consentientes subscripsimus. Omnes orthodoxi sumus, hæc fides Patrum, hæc fides apostolorum, hæc recte credentium, hæc est fides quæ orbem terrarum salvat. Martiano, novo Constantino, novo Paulo, novo David, imperatori piissimo domino Augusto vita ejus. Et post has voces piissimus et fidelissimus imperator ad sanctam synodum dixit : Veneranda catholica fides a sancta et universali synodo secundum Patrum expositionem manifesta est. Et si laborem reverentiæ vestræ et convicium fecimus, maximas agimus gratias omnipotenti Deo Salvatori nostro, quia multorum errantium circa fidem amputata discordia in unam eamdemque fidem omnes nunc convenimus, sperantes celebrem vestris precibus et meliorem super omnes partem a Deo donari. Sancta synodus iterum exclamavit: Hæc digna vestri imperii, hæc propria vestri imperii, hæc correctio vestri imperii digna Christo, digna imperii fide, propterea pacificatur orbis terræ. Et post has voces piissimus et fidelissimus imperator ad sanctam synodum dixit : Venerandam catholicam fidem sanctæ venerabilis synodi secundum Patrum expositionem manifestam, juxta legem et convenientem esse, vestra tranquillitas probet, et omnem in posterum contentionis occasionem circa suam fidem amputari. Si quis igitur idiota, vel militaris, seu clericus publice turbam congregans sub obtentu dispositionis tumultum fecerit, siquidem idiota proscriptus expellatur a regia urbe, militaris vero seu clericus gradus sui periculum sustinebit, et aliis pœnis subjacebit.

Edictum Martiani imperatoris in confirmatione concilii Chalcedonensis.

Imperatores Valentinianus, Martianus Augusti,

universis populis. Tandem aliquando quod summis votis atque studiis optabamus evenit, remota est de orthodoxa Christianorum lege contentio, tandem remedia culpabilis erroris inventa sunt, et discors populorum sententia in unum consensum, concordiamque convenit; ab universis etiam provinciis religiosissimi sacerdotes Chalcedonam venerunt, juxta nostra præcepta, et quod observari in religione debeat perspicua diffinitione docuerunt. Discessit igitur jam profana contentio. Nam vere impius atque sacrilegus est qui post tot sacerdotum sententiam opinioni suæ aliquid tractandum reliquit. Extremæ quippe dementiæ est in medio et perspicuo die commentitium lumen quærere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid ulterius discutit, mendacium quærit. Nemo itaque vel clericus militans et alterius cujuslibet conditionis de fide Christiana publice terminata coadunatis et audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus et perfidiæ occasionem requirens. Nam injuriam facit judicio religiosissimæ synodi, si quis semel judicata recte disposita revolvere, et publice disputare contendit. Cum ea quæ nunc de Christiana fide statuta sunt juxta apostolicas expositiones et instituta sanctorum Patrum 318 et 150 definita esse noscuntur. Nam in contemptoribus hujus legis pœna non deerit, quia non solum contra fidem bene compositam veniunt, sed etiam Judæi et pagani et hujuscemodi certamine profanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur. Si vero militia præditus sit, cingulo exspoliabitur. Cæteri etiam hujus criminis rei de hac sanctissima urbe pellentur pro vigore judiciario, etiam competentibus suppliciis subjugandi. Constat enim hæreticæ insaniæ exordia fomitemque nutriri, dum publice quidam disputant atque contendunt. Universa ergo quæ a sancta synodo Chalcedonia constituta sunt, custodire debebunt, nihil postea dubitaturi. Hoc itaque commoniti nostræ sinceritatis edicto, obsistite profanis vocibus, ulterius desinite de divinis disputare quod nefas est, quia non solum divino judicio peccatum hoc, prout credimus, punietur, verum etiam legum et judicum auctoritate coercebitur. Proposita VII Kalend. Februarii Constantinopoli Patricio consule.

Incipit sacra Valentiniani et Martiani Augustorum post concilium Chalcedonense in confirmatione ejusdem concilii et damnatione hæreticorum sanctio.

Imperatores VALENTINIANUS et MARTIANUS Augusti PALLADIO præfecto prætorii.

Divinæ semper potentiæ referendæ atque agendæ sunt gratiæ, quæ auctores hæresis, quæ occulta, nec latere concedit, nec durare impunita permittit. Quorum unum malorum legendi habet plenam facultatem, alterum præcavendi cæteris præstat exemplum. Curæ igitur esse divinitati hominum actus, et maxime reverentiam religionis proxime in confirmanda catholica fide evidenter apparuit, cum nec Eutichetem sceleratorum dogmatum sectatorem negligere quod diu latuerat, scivit, nec patefacto scelere passa est pœnam sceleris evitare. Sententiis itaque divinis humanisque damnatus, synodicum decretum, ut merebatur, accepit, reus divinitati, **75** cui faciebat injuriam, reus omnibus, quos decipere conabatur. Proxime etenim innumerabiles ex toto orbe beatissimi episcopi Chalcedonæ congregati improba prædicti Eutichetis una cum synodo ejus causa habita expulere commenta, sicut sanctorum definita majorum quæ vel apud Nicæam a trecentis decem et octo constituta sunt, vel in hac postea alma urbe a centum quinquaginta sunt episcopis declarata, vel apud Ephesum, cum Nestorii est error exclusus, præsidentibus Romanæ urbis, Cœlestino, Cyrillo et Alexandrinæ civitatis episcopis. Ea igitur quæ sunt juxta pristinam disciplinam a venerabili synodo Chalcedonensi definita illa fide qua Deum colimus per omnia servanda censuimus atque censemus, quia valde consequens est ut sacerdotum pura mente Deum colentium definita, quæ pro orthodoxorum fide sacrosancta secundum Patrum regulas præcesserunt, una cum veneratione conservare. Quoniam principalis providentiæ est omne malum inter initia opprimere, et serpentum morbum legum medicina resecare, hac lege decernimus eos qui Eutichetis errore decipiuntur ad exemplum Appollinariorum quos Eutiches secutus est, quos venerabiles Patrum regulæ, id est, ecclesiastici canones et divorum principum sacratissimæ sanctiones condemnant, nullum episcopum, nullum presbyterum, nullos creare vel appellare clericos, ipsumque Eutichetem nomine presbyteri quo indigne utens exspoliatus est, in totum carere. Si qui tamen contra definita nostra episcopos, presbyteros, cæterosque clericos ausi fuerint ex his creare, tam factos quam facientes vel præsumentes sibi, cunctorum bonorum amissioni periculoque subjacere exsilii perpetui præcipimus. Congregandi autem monachos, aut ædificandi monasteria nullum eorum jubemus habere licentiam, loca forte in quæ ausi convenire aliquando tentaverint confiscari, si tamen domino loci sciente convenerint. Quod si ignorante auctore convenerint, conductores loci, fustibus cæsos deportationem subire censemus. Ipsos præterea nihil ex testamento cujuscunque capere, nihil eis qui ejusdem erroris sint relinquere per testamenta, ad nullam eos patimur spirare militiam, nisi forte ad cohortalinam vel limitaneam. Si quis etiam extra prædictam militiam inventus fuerit militare, vel quia ejus in religione ignorabatur perversitas, vel quia post adeptum cingulum ad hunc devenit errorem, solutus militia infidelitatis suæ fructum hunc habeat, ut optimorum et palatii communione privetur, nec alibi quam in quo natus est vico vel civitate versetur. Quod si qui eorum in hac alma urbe, quod credi nefas est, geniti sunt, tam de hac civitate venerabili quam sacratissimo comitatu et ex omni excludantur metropolitana civitate. Et hoc quidem generaliter circa omnes constituimus, qui

hac clade pollutionis polluti sunt vel polluuntur. Eos autem qui ante clerici orthodoxorum fidei et monachi quidam qui Eutichetis habuere diversorium, quod neque monasterium dicendum est, eo quod in se religionis habuit inimicos, qui adhuc usque in tantam insaniam recesserunt, ut relicto venerabilis cultu religionis in synodico decreto Chalcedonio quod totius pene orbis adunati definiere sacerdotes, infaustam Eutichetis secuti sunt assertionem, qui, vera luce deserta, tenebras eligendas esse crediderunt, omnibus pœnis quæ præcedentibus legibus adversus hæreticos definitæ sunt, jubemus teneri, imo extra Romanum expelli solum, sicut præcedentes religiosissimæ constitutiones de Manichæis constituere, ne eorum venenatis fraudibus sceleratisque commentis innocentum vel infirmorum animi decipiantur. Comperimus præterea quædam eos in contumeliam religionis et invidiam venerabilis synodicæ diffinitionis fuisse mentitos, conscriptisque libris et chartarum tomis plura finxisse, quæ eorum insaniam adversus veram fidem aperte signarent, atque ideo præcipimus ubicunque hujusmodi scriptura reperta fuerit ignibus concremari. Eos vero qui sequendi studio audierint sic scelerata disserentem, denarum librarum auri multatione compescimus. Eos vero qui vel scripserint vel aliis legenda tradiderint docendi studio vel discendi, censemus deportatione puniri; delenda est enim hæc infausta hæresis, sicut pridem edictis serenitatis nostræ continetur. Omnibus autem adimimus facultatem qua ultimo supplicio coercebuntur qui illicita docere tentaverint, ita enim materia subtrahetur erroris, si peccatorum et doctor defuerit et auditor, Palladi parens charissime atque amantissime, illustris itaque et magnifica auctoritas tua edictis, propositis omnibus faciat nota quæ jussimus, ut cognoscentibus moderatoribus provinciarum eorumque officiariis, defensoribus etiam civitatum, quod sanctam veramque fidem sancto proposito custodiendam esse censemus. Quam si neglexerint aut permiserint temerari denarum librarum auri multatione percussi, ut religionis legumque proditores, etiam de æstimatione laborabunt. Data XV Kalen. Augusti Constantinopoli, Aspirato et qui fuerit nuntiatus consulibus.

Item alia Martiani imperatoris contra eosdem hæreticos.

Imperator MARTIANUS Augustus PALLADIO prætori.

Licet jam sacratissima constitutione mansuetudinis meæ cautum ac definitum sit, quia in eos severitas exercenda sit, qui Eutichetis vel Apollinaris hæreticam perversitatem secuti a religione et fide catholica deviarunt, Alexandrinæ tamen urbis cives atque habitatores tantis Apollinaris infecti sunt venenis, ut necessarium fuerit ea quam ante sanximus, repetita etiam lege nunc decernere. Quicunque ergo vel in hac sacra urbe, vel in Alexandrina civitate, vel in omni Ægyptiaca diœcesi et diversis aliis provinciis Eutichetis profanam perversitatem sequuntur, et ita non credunt ut trecenti decem et octo sancti Patres tradiderunt, catholicam sanctam fidem in Nicæa civitate fundantes, vel ita ut 150 alii venerabiles episcopi qui in hac alma urbe Constantinopolitana postea convenerunt, sicut Athanasius et Theophilus, et Cyrillus sanctæ recordationis episcopi Alexandrinæ civitatis, crediderunt, quos etiam Ephesina synodus, cui beatæ memoriæ Cyrillus præfuit, in qua Nestorii error expulsus est, universos secuta esse, quos et nuper venerabilis Chalcedone synodus est secuta, prioribus conciliis sacerdotum ex omni prorsus parte consentientibus, nihilque adimens a sacrosancto symbolo neque adjiciens seu Eutichetis dogmata funesta condemnans : sciant se esse hæreticos ; Apollinaris enim facinorosissimam sectam Eutiches et Dioscorus sunt secuti. Ideoque omnes hi qui Apollinaris vel Eutichetis perversitatem sequuntur illis pœnis quas divi retro principes contra Apollinaristas vel serenitas nostra post modum contra Eutichianistas sanxit, noverint se esse plectendos. Idcirco Apollinaristas, hoc est Eutichianistas, quibus etsi est in appellatione diversitas, esse tamen in hæresi conjunctio, et dispar quidem nomen, sed idem sacrilegium, sive in hac alma urbe, vel in Alexandrina civitate, seu intra Ægyptum sunt, neque ita credunt sicut prædicti venerabiles credebant, neque viro reverendissimo Alexandrinæ urbis antistiti Protherio fidem orthodoxam tenenti communicant secundum divorum retro principum constitutiones quæ de Apollinaristis promulgatæ sunt, non habeant potestatem faciendi testamentum, neque id acquirant quod ipsis ex testamento cujusquam fuerit relictum, nihil etiam ex donatione aliqua consequantur; sed si quid ipsis vel liberalitate acciderit, vel viventis vel morientis fuerit voluntate collatum, id protinus fisco nostro addicatur. Ipsi vero in nullos aliquid ex rebus suis donare possint. Episcopos quoque vel presbyteros aliosque clericos illis creare et habere non liceat. Scientes tam Eutichianistæ quam Apollinaristæ qui ausi fuerint cuiquam episcopi vel presbyteri vel clerici nomen imponere, quam hi qui conati fuerint impositum nomen sacerdotale retinere, exsilio, rerumque suarum amissione plectendos. Eos vero qui de hac catholica Roma ecclesiarum clerici vel orthodoxæ fidei monachi fuerant, derelicto vero Dei cultu, Apollinaris vel Eutichetis hæresim sectati sunt, vel post hæc sectabuntur, omnibus pœnis quæ vel prioribus legibus adversus hæreticos constitutæ sunt jubemus teneri, et extra ipsum quoque Romani imperii solum pelli. Universi præterea Apollinaristæ vel Eutichianistæ non ecclesias, non monasteria sibi construant, neque synaxes, neque conventicula contrahant, neque ad domum, neque ad possessionem cujuscunque, neque ad monasterium, neque ad quemcunque alterius locum operatores sectæ funestissimæ congregentur. Quod si fecerint, et hoc factum fuisse Domino volente constiterit, postremo judicialiter notum, domus vel possessio in quam convenerint, fisco societur, mona-

sterium vero ejus civitatis orthodoxæ Ecclesiæ in cujus territorio est, jubemus addici. Si vero ignorante domino, sciente vero qui dispensationes domus exigit, vel conductore, vel procuratore, vel prædii parasinaxis conventicula interdicta convenerint, conductor vel procurator sive auctor, vel quicunque in domum vel possessionem vel monasterium receperint, vel passi fuerint illicitas parasynaxes, conventusque celebrari, si vilis et abjectæ conditionis sint fustibus publice et in pœnam suam et in aliorum exerceantur exemplum. Si honestæ vero personæ sunt, decem libras auri fisco nostro cogantur inferre. Nullum præterea Apollinaristam vel Eutichiani tam ad aliquam jubemus aspirare militiam, nisi ad cohortalem vel limitaneam; si qui vero contra fecerint, soluto cingulo honestorum hominum et palatii communione priventur, nec in aliqua, nisi in ea in qua nati sunt civitate vel vico ac regione versentur. Si qui vero in hac alma urbe nati sunt, tam sacratissimo comitatu quam omni per provinciam metropolitana civitate pellantur. Nulli insuper Eutichianistæ vel Apollinaristæ publice vel privatim advocandi cœtus, aut perversitatem facinorosi dogmatis asserendi sit facultas. Nulli etiam contra venerabilem Chalcedonensem synodum liceat aliquid, vel dictare, vel scribere, vel legere, atque emittere. Anemo hujusmodi habere libros audeat. Quod si in his criminibus fuerint inventi, perpetua deportatione damnentur; hi vero qui discendi studio audierint de infausta hæresi disputantes, decem librarum auri quæ fisco nostro applicabuntur, subeant dispendium. Omnes vero chartæ ac libri qui funestum Eutichetis dogma fuerint complexi, concrementur. Parens charissime, tua illustris igitur auctoritas quæ hac sacratissima constitutione decrevimus in hac alma urbe, diversisque provinciis ac præcipue in Alexandrina civitate et per universam Ægyptiacam diœcesim edictis ex more propositis, ad omnium notitiam faciat pervenire, ut cuncta quæ statuimus, in eos qui rei fuerint deprehensi, severitas protinus exerceatur, scientibus moderatoribus provinciarum eorumque apparitoribus qui legis hujus quam religiosissima sanctione custodiendam decrevimus, aut neglexerint, aut aliquam permiserint temeritate violari, denarum librarum auri multam fisco nostro cogantur inferre, insuper etiam existimationis suæ periculum sustinebunt; ea quoque de paganis per omne Romanum imperium æqualiter valitura elegimus, instantissime in eos exerceantur quos constiterit profanos ritus celebrare. Data sub die Kalen. Augusti, Constantinopoli, Divo VIII et Antemio IV. CC. concess.

ATTICUS EPISCOPUS, QUALITER FORMATA EPISTOLA FIAT.

Græca elementa litterarum numeros etiam exprimere nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis, canonicis, quas mos Latinus formatas appellat, aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur, hoc a Patribus trecentis decem et octo Nicæa congregatis saluberrime inventum est et constitutum, ut formatæ epistolæ hanc calculationis seu supputationis habeant rationem, id est, ut assumantur in supputationem prima Græca elementa, Patris et Filii et Spiritus sancti, hoc est, Η, Υ, Α. Quæ elementa et octogenarium et quadringentesimum et primum significant numerum. Petri quoque apostoli prima littera, id est, qui numerum 80 significat, ejus quoque qui scripsit epistolam prima littera, cui scribitur secunda littera, accipientis tertia littera, civitatis quoque de qua scribitur quarta, et indictionis quæcunque est temporis, idem qui fuit numerus assumatur: atque ita his omnibus Græcis litteris quæ, ut diximus, numeros exprimunt in unum ductis, unam quæcunque fuerit collecta, summam epistolam teneat, hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expresse, addat præterea separatim in epistola nonagenarium et novum numerum qui secundum Græca elementa significant. Valete in Domino.

Hucusque Concilia Græcorum.

[76] CONCILIA LATINORUM

SEQUUNTUR

QUORUM PRIUS EST CARTHAGINENSE.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII PRIMI CARTHAGINENSIS.

1. Ut baptism. in Trinitate susceptum non iteretur.
2. De martyrum sepulchris et honorificentia.
3. Ut clerici et sanctimoniales feminæ cum extraneis viris vel feminis non habitent.
4. Ut cum viduis vel aliis extraneis personis non commorentur.
5. Ut clerici vel laici in alterius Ecclesia non ordinentur.

ici actus sæcularium vel procurationes A
unt.
ici vel laici in aliena Ecclesia non com-
ib litteris sui episcopi.
plicati negotiis alienis ante redditam
erici non ordinentur.
i clericos actores vel ratiocinatores sibi
ant.
10. Ne episcopus alterius episcopi plebes vel fines usurpet.
11. De clericis contumacibus et de numero judicantium presbyterorum et diaconorum.
12. Ut pacta inter episcopos inita custodiantur.
13. Ut non liceat clericis fenerare.
14. Ut laici contemptores canonum excommunicentur, clerici vero honore priventur.

INCIPIT CONCILIUM PRIMUM CARTHAGINENSE

tus episcopus Carthaginensi in concilio
llegis suis consedisset, et qui ex diversis
frícanis ad Carthaginem convenerunt,
nensi, Fortunatiano Ramptano, Cres-
si, Vindiciano Lacubaiensi, Abundantio B
, Priato Begesilitano, Gaudentio Tur-
Patricio Sincensi, Quieto Uticensi,
estiano, et cæteris quorum manus con-
em Gratus episcopus dixit: Gratias Deo
i et Christo Jesu, qui dedit malis schis-
iem, et respexit Ecclesiam suam, ut in
im erigeret universa membra dispersa,
it religiosissimo Constantio imperatori,
gereret unitatis, et mitteret ministros
s famulos Dei, Paulum et Macharium.
itu congregati ad unitatem, ut per di-
incias concilia celebremus, et universæ
fricæ hodierna die concilium gratia Dei
n veniret, unde considerantibus vobis
iediocritate tractentur tituli necessarii, C
iecesse est nos memores præceptorum
et magisterii divinarum Scripturarum
tes unitatis tempus, id de singulis defi-
nec Carthago vigorem legis infringat,
empore unitatis aliquid durissimum sta-

:go si vobis placet, consideremus pri-
m rebaptizationis, unde sanctitatem ve-
ilo ut mentis vestræ placita producatis
entem in aquam, et interrogatum in
eundum Evangelii fidem, et apostolorum
et confessum bonam conscientiam in
esurrectione Jesu Christi, si liceat ite-
igari in eadem fide, et in aqua iterum D
iversi episcopi dixerunt: Absit, absit.
i sancimus rebaptizationes, et satis esse
incera fide, et catholica disciplina. Gra-
us dixit: Magna beatitudo a Deo Patre,
im Christum concessa est tempore no-
at religiosis mentibus insinuare eccle-
isciplinam, ut auditores percipientes re-
im et Deo placentem, præmia multorum
ercipiant, ut in ipsis Deus in omnibus,
ibus honoretur, discussus est titulus re-
ebaptizationis, in quo plus schismatis
tescebat, et habita moderatione legis
uctoritate fides custodita est. Illud sane
is vestris sensibus insinuare contendo,
licet vestra prudentia sit instructa a Deo, et mereatur in pace, et unitate consequi desuper munera larga, tamen et ego unus ex vobis, et quo parem vobiscum sollicitudinem gero, propter ecclesiasticum ordinem illud insinuare curabo.

II. Martyrum dignitatem nemo profanus infamet, neque passiva corpora quæ sepulturæ tantum propter memoriam ecclesiasticam commendari mandatum est, redigant, ut aut insania præcipitatos, aut alia ratione peccati disjunctos non ratione vel tempore competenti, quo martyria celebrentur martyrum nomina appellent, ut si quis ad injuriam martyrum claritatis eorum adjungat insanos, placet eos, si laici sint, ad pœnitentiam redigi. Si autem sunt clerici, post commonitionem et post cognitionem honore privari. Universi dixerunt, recte stabilit sanctitas vestra, hoc et singulis conciliis statutum est.

III. Gratus episcopus dixit: Et illud præcipue, si videtur vestræ dilectioni, cavendum est, ut pastoris cura quantum debet et potest regularis providentia præmoneat, ut nullis liceat ab affectu abstinentibus carnali apud extraneos pariter commorari; occasiones enim amputandæ sunt peccatorum, et tollendæ omnes suspiciones quibus subtilitas diaboli sub prætextu charitatis et dilectionis incautas animas vel ignaras irretire consuevit. Nullus igitur nullaque sanctimoniæ et virginitati deserviens propter blasphemiam Ecclesiæ, si vobis placet, in una domo cum extraneis penitus commorari debent; universi dixerunt: Qui nolunt nubere, et pudicitiæ meliorem eligunt partem, hæc vitare debent, et non solum habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum; hoc ergo et lex jubet, et sanctitas vestra commendat, ut in singulis conciliis statutum est. Gratus episcopus dixit: Ergo persuasio interdum prudentes solet arcere a peccatis, dum imprudentes debet metus hujusmodi constringere, si sanum consilium respuunt, et salutare mandatum. Si ergo laici sunt, post commonitionem si, contempserint, a communione separentur. Universi dixerunt, placet.

IV. Gratus episcopus dixit, et si infinita sunt, quæ lege perscripta proficientia disciplinæ, et unus quisque nostrum tractatu assiduo et commonitione frequenti per singulas quasque species proficientes ad disciplinam poterit populos invitare, tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt a

nobis et in concilio statuenda, si videtur vobis pari sententia teneantur etiam hi qui cum viduis commorantur, et nulla secum germanitate conjuncti sunt. Universi dixerunt, juxta viduos et viduas eadem lex maneat et sententia.

V. Primatus episcopus Begisilitanus dixit, suggero sanctitati vestræ, ut statuatis non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia ejus episcopi, de cujus plebe est. Gratus episcopus dixit, hæc observantia pacem custodit. Nam et memini in sanctissimo concilio Sardicensi statutum, ut nemo alterius plebis hominem usurpet, sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, et per consensum habeat.

VI. Nicasius episcopus Culustitanus dixit, credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ et displicere vobis, ut qui serviunt Deo et annexi sunt clero, non accedant ad actus seu administrationem vel procurationem domorum. Gratus episcopus dixit, et apostolorum statuta sunt quæ dicunt, nemo militans Deo ingerit se negotiis sæcularibus; proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Universi dixerunt, hoc observemus.

VII. Casianus Usulensis episcopus dixit, statuat gravitas vestra, ut unusquisque, clericus vel laicus non communicet in aliena plebe sine litteris episcopi sui. Gratus episcopus dixit, nisi hoc observatum fuerit communio fiet passiva. Nam si cum litteris receptus fuerit, et concordia inter episcopos servatur, et nemo subtilis alterius fugiens communionem ad alterum latenter accedit. Universi dixerunt, omnibus provides et clero et laicis consulis.

VIII. Magnus episcopus Astuagensis dixit, quid dilectioni vestræ videtur procuratores et actores etiam per se tutores pupillorum si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit, si post deposita universa, et reddita ratiocinia, si actus vitæ ipsorum fuerint probati in omnibus, debent cum laude clerici, si postulati fuerint honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerit ordinatus, Ecclesia infamatur. Universi dixerunt, recte omnia statuit sanctitas tua, ideoque ita est et nostra est quoque sententia.

IX. Metus Canonensis episcopus dixit, recte statutum est, ut obnoxii alienis negotiis non ordinentur. Tamen dimissi et gratias referre debent, et a clericorum injuria temperare, et ipsis non liceat clericos nostros eligere apothecarios vel ratiocinatores. Gratus episcopus dixit: Nulli dubium est quod omnes, vel domini, vel procuratores, vel quicunque præsunt, cum audierint saluberrima instituta concilii, et sibi esset consultum, nec impeditum, propriam debebunt temperare injuriam in clericis nostris, quod si injuria constitutionis imperatoriæ clericos inquietandos putaverint, si defensio ecclesiastica nos non deridet, pudor publicus vindicabitur. Universi dixerunt, saluberrimæ profe debuerunt a tanto concedi consilio.

X. Felix episcopus Baiensis dixit: Nullus collegæ suo facere injuriam, multi enim et tra dunt sua, et usurpant aliena ipsis invitis. episcopus dixit, avaritiæ cupiditatem radice nium malorum esse nemo est qui dubitet. P inhibendum est, ne quis alienos fines usurp transcendat episcopum collegam suum, aut u alterius plebes sine ejus petitu, quia inde mala omnia generantur. Universi dixerunt, placet.

XI. Elpidophorus Cuicalitanus episcopus statuat sanctitas vestra ut clerici qui supe contumaces sunt, coerceantur, ut qui m majoribus irrogaverint injurias, metum ha Gratus episcopus dixit, manifestum est illu esse Dei, qui humilitatem contemnit, sed d qui superbiæ inventor et princeps est; unde tumidus vel contumeliosus exstiterit in m natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus episcopis, si diaconus est arguatur, si presb sex, si episcopus a duodecim consacerdotib diatur. Universi dixerunt episcopi, contemptu contumaciæ et superbiæ in omnibus frangi, vero pro personis ab statuto numero audiatu

XII. Antigonus episcopus Matirensis dixit vem injuriam patior, et credo dolere sanct vestram contumeliam meam, et computare co nem injuriam. Optantius cum se repræsenta ctum meum habuit, et divisum est, ut illiciat lorum imperitorum animas contra disciplina tra 77 evangelicam traditionem, contra placitam. Nam si sibi posse contingere arbitr nunquam profecto in fratrem aliquis deliq unde aut initam pacti sui obtineat firmitate conventus si se non cohibuerit, ecclesiasticam disciplinam. Universi dixerunt, pax servetur, custodiantur.

XIII. Abundantius episcopus Adumetinus d nostro concilio statutum est, ut non liceat fenerare; quod sanctitati tuæ et huic concilio tur præsenti placito designetur. Gratus epi dixit, novellæ suggestiones quæ vel obscur vel sub genere latent inspectæ a nobis form cipient. Cæterum de quibus apertissime divin ptura sanxit non differenda sententia est, sed exsequenda, proinde quod in laicis reprehe id multo magis clericis oportet prædamnar versi dixerunt, nemo contra prophetas, nemo Evangelia facit sine periculo.

XIV. Gratus episcopus dixit, juxta statuta et meæ mediocritatis sententiam, placet facere omnium conclusionem, universi tituli desig digesti teneant sententias suas. Sane credo v nere multis conciliis a patribus nostris, et t nem temerariam esse damnatam, et rebapti impietatem esse puniendam, quas res etiam concilio credo jam terminum accepisse, reliq

quæ vel facta vel dicta superius comprehensa sunt, vel aliis conciliis conscripta, quæ secundum legem inveniuntur, custodire nos oportet. Si quis vero statuta supergressus corruperit vel pro nihilo habenda putaverit, si laicus est, communione, si clericus est, honore privetur. Universi dixerunt placet, placet. A Gratus episcopus dixit, superest jam ut placita omnium nostrorum quæ ad consensum vestrum sunt scripta, vestra quoque subscriptione firmetis. Universi dixerunt, et consensisse nos concilii hujus scripta testantur, et subscriptione nostra consensus declarabitur noster; et subscripserunt.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII CARTHAGINENSIS SECUNDI.

1. Ut Trinitas et credatur, et prædicetur.
2. Ut castitas a levitis et a sacerd. custodiatur.
3. Ut chrisma et benedictio puellarum, et reconciliatio pœnitentium a presbyteris non fiant.
4. Ut presbyter pœnitentem jussus ab episcopo suo reconciliet.
5. Ut diœcesis quæ episcopum nunquam habuit, B non habeat.
6. Ut qui criminibus implicati sunt, clericos non accusent.
7. Ut qui excommunicatum alterius susceperit excommunicetur.
8. Ut si presbyter excommunicatus sacrificare præsumpserit, anathematizetur.
9. Ut si presbyter inconsulto episcopo agenda celebraverit, honore privetur.
10. Quanti debeant judicare sacerdotem atque levitem.
11. Ut nullus parochiam alienam præsumat.
12. Ut sine consultu metropolitani nullus ordinetur episcopus.
13. Ut qui contra professionem et subscriptionem suam venerit in concilio, deponatur.

INCIPIT CONCILIUM SECUNDUM CARTHAGINENSE

Habitum æra CCCCXXVIII.

Gloriosissimo imperatore Valentiniano Augusto quarto et Theodosio, viris clarissimis consulibus, XIV Kalend. Junii Carthagine in basilica perpetua restituta cum Genedius episcopus una cum Victore C Adriano et alio Victore Pupinianense et cæteris coepiscopis suis provinciarum diversarum consedisset, Genedius episcopus dixit :

CAP. I. Omnipotenti Deo gratias refero, qui permisit ut secundum commune consilium habitum in prætorio etiam ita juxta tenorem petitionis litterarum mearum ad Carthaginem pro fide atque utilitate ecclesiastica veniretis, licet non omnes, tamen quoniam charitas totum persuadet, ut qui corpore sunt absentes, nobiscum in spiritu videantur esse conjuncti, idcirco Deo propitio, quia præsentes estis pari professione fides ecclesiastica quæ per nos traditur in hoc cœtu glorioso primitus confitenda est, unde nunc ordo ecclesiasticus singulorum ex con- D sensu omnium est exstruendus atque roborandus, ut fratrum et coepiscoporum nuper promotorum mentes de his quæ proponenda sunt, roborentur. Et sicut a patribus certa dispositione accepimus ut Trinitatem quam in nostris sinibus consecratam retinemus Patris et Filii et Spiritus sancti unitatem, quæ nullam noscitur habere notitiam, sicut didicimus, Dei populos instruamus, ab universis episcopis dictum est, plane sic accepimus, sic tenemus fidem apostolicam sequentes.

II. Aurelius episcopis dixit, cum in præterito concilio de continentiæ et castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione quadam castitatis per consecrationes annexi sunt. Episcopos, inquam, presbyteros et diaconos ita placuit, ut condecet sacrosanctos antistites et Dei sacerdotes, necnon et levitas, vel qui sacramentis divinis inserviunt, continentes esse in omnibus quo possint simpliciter quod a Deo postulant impetrare, ut quod apostoli docuerunt et ipsa servavit antiquitas, nosque custodiamus, ab universis episcopis dictum est. Omnibus placet, ut episcopi, presbyteri, et diaconi, vel qui sacramenta contrectant pudicitiæ custodes etiam ab uxoribus se abstineant, ab omnibus dictum est, placet, et ut in omnibus, et ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deserviunt.

III. Fortunatus episcopus dixit, si jubet sanctitas vestra suggero, nam memini præterito concilio fuisse statutum, ut chrisma, vel reconciliatio pœnitentium, necnon puellarum consecratio a presbyteris non fiant; si quis autem emerserit hoc faciens, quid de eo statuendum sit? Aurelius episcopus dixit, audivit dignatio vestra suggestionem fratris et coepiscopi nostri Fortunati, quid ad hæc dicitis? ab universis episcopis dictum est : Chrismatis confectio, et puellarum consecratio a presbyteris non fiat, vel reconciliare quemque in publica missa presbytero non licere, hoc omnibus placet.

IV. Aurelius episcopus dixit, si quisquam in periculo fuerit constitutus, et se reconciliari divinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbyter consulere episcopum, et sic periclitantem ejus præcepto reconciliare; quam rem debemus salubri consilio corroborare, ab universis

episcopis dictum est, placet quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

V. Felix episcopus Selemselitanus dixit, etiam si hoc placet sanctitati vestræ insinuo, ut diœceses quæ nunquam episcopos acceperunt, non habeant, et illa diœcesis quæ aliquando habuit, habeat proprium, et si accedente tempore, crescente fide Dei, populus multiplicatus desideraverit proprium habere rectorem, ejus videlicet voluntate, in cujus potestate est diœcesis constituta, habeat episcopum, secundum autem hanc prosecutionem sanctitas vestra æstimet quid fieri debeat. Genedius episcopus dixit, si placet, insinuatio fratris et coepiscopi nostri Felicis ab omnibus confirmetur; ab universis episcopis dictum est placet.

VI. Numidius episcopus Massilitanus dixit, præterea sunt quamplurimi non bonæ conversationis qui existimant majores natu vel episcopos passim vageque in accusationem pulsandos, debent tam facile admitti necne? Aurelius episcopus dixit, placet ergo charitati vestræ, ut is qui aliquibus sceleribus irretitus est vocem adversus majores natu non habeat accusandi, ab universis episcopis dictum est, si criminosus est, non admittatur, omnibus placet.

VII. Felix episcopus Selemselitanus dixit, illud autem vestræ suggero sanctitati, ut hi qui pro facinoribus suis de Ecclesia pelluntur, et ausi fuerint ad comitatum pergere, aut ad judicia publica prosilire, aut si forsitan Ecclesiæ catholicæ limina conturbare, episcopus vel clericus cujuslibet plebis eos sine consensu susceperit, de his quid censetis? Epigonius episcopus Bullensium regionum dixit, si quis episcopus communionem tenens catholicam hujusmodi homines vanis blandimentis incedentes temere susceperit, sciat cum his se rectissime depravatum vel damnatum. Genedius episcopus dixit, ergo recte suggerunt fratres et coepiscopi, ut qui merito facinorum suorum ab Ecclesia pulsi sunt, si ab aliquo episcopo presbytero vel clerico fuerint in communione suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugientes sui episcopi regulare judicium; ab universis episcopis dictum est, omnibus placet.

VIII. Aliphius episcopus Ecclesiæ Tagastensis legatus provinciæ Numidiæ dixit, nec illud prætermittendum est, ut si quis forte presbyter ab episcopo suo correptus aut excommunicatus, tumore vel superbia inflatus, putaverit separatim Domino sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit agendum, non exeat impunitus. Valentinus primæ sedis provinciæ Numidiæ dixit, necessario disciplinæ ecclesiasticæ et fidei congrua sunt quæ frater noster Aliphius prosecutus est, proinde quid exinde videtur, vestræ dilectioni edicite, si quis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit, ab universis episcopis dictum est. Si quis presbyter a præposito suo excommunicatus vel correptus fuerit, decet utique apud vicinc conqueri ut ab ipsis ejus causa possit per ipsos suo episcopo reconciliari; quod sed superbia, quod absit, inflatus secei ab episcopi sui communione duxerit, ac cum aliquibus schisma faciens sacrificiun lerit, loco amisso anathema habeatur amittat, nihilominus et de civitate et cor in qua fuerit, longius repellatur, ne vel vel simpliciter viventes, serpentina frau quoniam secundum Apostolum, Ecclesia fides, unum baptisma, et si querimoni adversus episcopum non habuerit, in erit.

IX. Numidius episcopus Massilitanu quibusdam locis sunt presbyteri qui aut simpliciter aut dissimulantes audaciter inconsulto episcopo complurimis in dom agenda, quod disciplinæ incongruum co sanctitas vestra. Genedius episcopus di et coepiscopi nostri digna satisfactione non moremur; ab universis episcopis quisquis presbyter inconsulto episcopo quolibet loco voluerit celebrare, ipse contrarius existit.

X. Felix episcopus Selemselitanus di hoc adjicio secundum statuta veterum c ut si quis episcopus, quod non opinamur, aliquem incurrerit, et fuerit ei nimis non posse plurimos congregare, ne in maneat, a duodecim episcopis audiatur presbyteris, et a tribus diaconibus cum episcopo. Genedius episcopus dixit, qu dicit sanctitas vestra? Ab universis episc est, a nobis veterum statuta debere serva

XI. **78** Victor episcopus Abziriditanus boranda est ecclesiastica disciplina, ne episcoporum alterius plebes vel diœcesim tunitate pulsare debeat, qui hoc facere quemadmodum coercendus est? Genedius dixit, et lex sancta prohibet, et ipsa Ver non debere quemquam aliena concupisce quid etiam vobis omnibus placeat propr gnate; ab universis episcopis dictum est, cundum divinæ legis et sancti Evangelii au ut nemo nostrum alienos limites transgr

XII. Numidius episcopus Massilitanus d episcopi usurpatione quadam existimant primate cujuslibet provinciæ, sive ad desi puli episcopum ordinare sine litteris ad s thedræ manantibus, neque postea accepti hoc statuit sanctitas vestra? Genedius dixit, quoniam communis est honorificent cuique servari oportet, idipsum fraterni convenit pronuntiare; ab universis episc est, placet omnibus, ut inconsulto prim bet provinciæ, tam facile nemo præsumat multis episcopis in quocunque loco sin dictum est, præcepto episcopum ordinar

necessitas fuerit, tres episcopi, in quocunque loco sint, cum primatis præcepto ordinare debeant episcopum.

XIII. Genedius episcopus dixit, omnia ergo quæ a vestro cœtu gloriosissimo statuta sunt, placet omnibus custodiri, ab universis episcopis dictum est, placet ut custodiantur ab omnibus. Genedius episcopus dixit : Si, quod non opinamur, ab aliquo fuerint violata, quid statuitis quod fieri debeat? Ab universis episcopis dictum est, qui contra suam professionem vel subscriptionem venerit, ipse se ab hoc cœtu separabit. Genedius episcopis dixit, gratulemur Domino nostro præstante quod pro statu Ecclesiæ catholicæ cuncta nos salubri consilio servanda decrevimus. Et ideo quæ ab omnibus sunt dicta propria debemus subscriptione firmare ; ab universis episcopis dictum est, fiat, fiat, et subscripserunt.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TERTII CARTHAGINENSIS.

1. Ut comprovinciales episcopi de pascha suum inquirant primatem.

2. Ut per singulos annos concilium fiat.

3. Ut episcopus priusquam ordinetur, canones agnoscat.

4. Ut levitæ et virgines ante viginti quinque annos non consecrentur.

5. Ut sacramentum catechumenis non præbeatur.

6. Ut baptismum mortuis vel eucharistia non detur.

7. Ut episcopus accusatus, ubi vel infra quod tempus examinetur.

8. De presbyteris et diaconibus, quanti episcopi eos audiant.

9. Ut clerici publica judicia non appellent.

10. Si a quoquam ab aliis judicibus ecclesiasticis ad alios judices et ecclesiasticos majoris auctoritatis provocatum fuerit, non obesse prioribus diversas sententias proferentibus.

11. Ut filii clericorum ad spectacula non accedant.

12. Ut clericorum matrimoniis infideles non socientur.

13. Ut clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant.

14. Ut clerici filios suos a sua potestate exire non sinant, nisi ætate et moribus comprobatos.

15. Ut clerici non sint conductores vel negotiatores.

16. Ut clerici non usurarii sint.

17. Ut cum clericis extraneæ feminæ non cohabitent.

18. Ut clerici non ordinentur, nisi omnes qui cum eis sunt, fideles existant.

19. Ut clerici cum ad pubertatem venerint, aut conjugium, aut castitatem profiteantur.

20. Ut plebes alienas alius episcopus non usurpet.

21. Ut nullus episcopus alienum clericum audeat retinere vel ordinare.

22. Ut nullus clericus ordinetur, nisi fuerit probabilis.

24. De precibus et orationibus.

24. Ut in sacrificio tantum panis et calix offeratur.

25. Ne clerici vel continentes ad viduas vel virgines soli habeant accessum.

26. Ut primæ sedis episcopus princeps sacerdotum non appelletur.

27. Ut clerici tabernas non ingrediantur.

28. Ut episcopus sine formata metropolitani longius non proficiscatur.

29. Ut missa a jejunis celebretur.

30. Ut nullus in Ecclesia convivetur.

31. Ut pœnitentibus juxta peccatorum modum pœnitentia detur.

32. Ut presbyter præter jussa vel absentiam episcopi non reconciliet pœnitentes.

33. De custodia sacrarum virginum.

34. De baptizandis ægrotis qui jam loqui non possunt.

35. De apostatis vel histrionibus conversis pœnitentia negetur.

36. Ut presbyter chrisma non conficiat.

37. Ut clerici sine necessitate in aliena civitate non immorentur.

38. Ut non liceat fieri translationes episcoporum.

39. Ut non præsumant duo episcopi ordinare pontificem.

40. Ut dum episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinque sacerdotes conveniant.

41. Ut per singulos annos convenientes episcopi ad concilium etiam de paschali solemnitate a primate suo informentur.

42. Ut non accipiat alium episcopum plebs quæ in diœcesi semper subjacebit.

43. Ut qui plebe sua contempta ad concilium venire detrectant, et plebem et honorem amittant.

44. Ut clericum alienum nullus sibi præsumat episcopus ordinare.

45. Ut episcopus qui plures habet clericos ei qui eget ad ordinandum postulatus largiatur.

46. Ut episcopus qui in diœcesi factus solum eam plebem teneat qua exstitit ordinatus.

47. Ut præter scripturas canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine divinarum Scripturarum.

48. De baptizatis a Donatistis.

49. Ut ea quæ quis in ecclesiastico positus gradu acquisivit, Ecclesiæ conferantur.

50. Ut gesta concilii episcoporum subscriptionibus confirmentur.

INCIPIT CONCILIUM CARTHAGINENSIS TERTIUM

Habitum ab episcopis numero nonaginta septem, æra CDXXXV.

Cæsario et Attico viris clarissimis consulibus Kalend. Septembris Carthagine in secretario basilicæ restitutæ cum Aurelius episcopus una cum coepiscopis suis consedisset, astantibus etiam diaconibus, constituta sunt hæc quæ præsenti concilio definita sunt.

CAP. I. Placuit ergo in principio propter errorem qui sæpe solet oboriri ut omnes Africanæ provinciæ episcopi observationem paschalem ab Ecclesia Carthaginensi curent accipere.

II. Similiter placuit, ut propter causas ecclesiasticas quæ ad perniciem plebium sæpe veterascunt singulis quibusque annis concilium vocetur, ad quod omnes provinciæ quæ primas sedes habent de conciliis suis binos aut quintos elegerint episcopos mittant, ut et minus invidiosi minusque hospitibus sumptuosi existant, ut congregato conventu plena possit esse auctoritas, de Tripoli autem propter inopiam episcoporum unus episcopus veniat.

II. Item placuit ut ordinatis episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilii fecisse pœniteat.

IV. Item placet ut ante viginti quinque annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, et ut lectores populos non salutent.

V. Item placuit per solemnissimos paschales dies sacramentum catechumenis non detur, nisi solitum sal, quia si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenis oportet mutare.

VI. Item placuit ut corporibus defunctorum eucharistia non detur, dictum est enim a Domino : Accipite et edite. Cadavera autem nec accipere possunt, nec edere. Cavendum est etiam, ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat, quibus nec Eucharistia dari licitum est.

VII. Aurelius episcopus dixit, quisquis episcoporum accusatur ad primates provinciæ ipsius causam deferat accusator, nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum judicum die statuta litteris evocatus minime occurrerit, hoc est, infra spatium mensis ex ea die qua eum litteras accepisse constiterit quod si aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causæ suæ dicendæ intra alterum mensem integram habeat facultatem, verum tandiu post mensem secundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad concilium universale anniversarium occurrere noluerit, vel ibi causa ejus terminetur, ipse in se damnationis suæ sententiam dixisse judicetur. Tempore sane quo non communicat nec in sua Ecclesia vel parochia communicet, accusator autem ejus, si nunquam diebus causæ discendæ defuerit, communione non removeatur. Si quando defuerit, subtrahens se, restituto munione episcopo removeatur a communi sator, ita tamen ut nec ipsi adimatur facu sæ peragendæ, si se occurrere voluisse, potuisse probaverit. Illud vero placuit, ut c cœperit in episcoporum judicio, si fuerit a persona culpabilis, ad arguendum non a nisi proprias causas, non tamen ecclesiasti rere voluerit.

VIII. Si autem presbyteri vel diaconi fue sati, adjuncto sibi ex vicinis locis proprius legitimo numero collegarum quos ab eoden petierint, id est, una secum in presbyterii episcopi sex, in diaconii tres, qui ipsoru discutiant, eadem dierum et dilationum munione remotionum et discussione 79pe inter accusatores et eos qui accusantur form reliquorum autem clericorum causas etiam scopus loci agnoscat et finiat.

IX. De diversis ordinibus Ecclesiæ ser ut si quis in causam criminis incurrerit, et judicium ecclesiasticum debet periclitari, sacerdotum spectacula sæcularia non ade placuit, quisquis episcoporum, presbyter diaconorum, seu clericorum, cum in E crimen fuerit intentatum, vel civilis cau commota, si derelicto ecclesiastico judicio judiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso prolata sententia, locum suum amittat, criminali actione. In civili vero perdat qu si locum suum obtinere maluerit, siqu eligendos judices sibi de Ecclesiæ consc bitat, vileque Ecclesiæ consortium jud de universa Ecclesia male sentiendo de ju culari poscit auxilium, cum privatorum cau stolus etiam ad Ecclesiam deferri, atque ibi nari præcipiat.

X. Hoc etiam placuit, ut a quibuscunqu bus ecclesiasticis ad alios judices ecc ubi est major auctoritas fuerit provocat eis obsit quorum fuerit soluta sententi vinci non potuerint, vel inimico animo vel aliqua cupiditate, aut gratia depravari ex consensu partium judices electi fuerint pauciore numero quam constitutum est, n provocari.

XI. Ut filii sacerdotum vel clericorun cula sæcularia non exhibeant, sed nec quanquam quidem ab spectaculo et om prohibeantur, semper enim christianis omn interdictum est, ut ubi blasphemi sunt, dant.

XII. Item placuit, ut filii vel filiæ rum vel quorumlibet clericorum genti

hæreticis aut schismaticis matrimonio non jungantur.

XIII. Ut episcopi vel clerici in eos qui catholici, christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, per donationes rerum suarum nihil conferant.

XIV. Ut episcopi vel clerici suos filios a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint et ætate securi, ut possint ad eos jam propria pertinere peccata.

XV. Item placuit ut episcopi et presbyteri et diaconi vel clerici non sint conductores, neque procuratores, neque ullo turpi lucro, vel inhonesto negotio victum quærant, quia respicere debent scriptum esse ; nemo militans Deo, implicat se negotiis B sæcularibus.

XVI. Ut nullus clericorum amplius recipiat quam accommodaverit; si pecuniam, pecuniam suscipiat, si speciem, eamdem speciem quantum dederit accipiat, et quidquid aliud tantum quantum dederit accipiat.

XVII. Ut cum omnibus omnino clericis extraneæ feminæ non cohabitent, sed solæ matres, aviæ, materteræ, amitæ, sorores, et filiæ fratrum aut sororum, et quæcunque ex familia domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant, vel si filii eorum jam ordinatis parentibus uxores acceperunt, aut servis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessi- C tas fuit.

XVIII. Ut episcopi, presbyteri et diaconi, non ordinentur, priusquam omnes qui sunt in domo eorum Christianos catholicos fecerint.

XIX. Placuit ut lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

XX. Placuit ut a nullo episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diœcesi suum collegam.

XXI. Ut clericum alienum, nisi concedente ejus episcopo, nemo audeat vel retinere vel promovere in Ecclesia sibi credita, clericorum autem nomen etiam lectores et psalmistæ et ostiarii retinent. D

XXII. Ut nullus ordinetur clericus non probatus, vel episcoporum examine vel populi testimonio.

XXIII. Ut nemo precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet, et cum ad altare assistitur, semper ad patrem dirigatur oratio, et quascunque sibi preces aliquis describit, non eis utatur, nisi prius eas instructiones fratribus contulerit.

XXIV. Ut in sacramentis corporis et sanguinis Domini nihil amplius offeratur quam ipse Dominus tradidit, hoc est, panis et vinum aquæ mistum, nec amplius in sacrificiis offeratur quam de uvis et frumentis.

XXV. Ut clerici vel continentes ad viduas vel virgines, nisi jussu vel permissu episcoporum et presbyterorum, non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis vel cum his cum quibus episcopus jusserit vel presbyter. Nec episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad hujusmodi feminas, nisi aut clerici præsentes sint aut graves aliqui Christiani. A

XXVI. Ut primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

XXVII. Ut clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

XXVIII. Item placuit ut episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primæ sedis episcopo sive cujuscumque provinciæ primate, ut ab episcopo præcipue possit sumere formatam vel commendationem.

XXIX. Ut sacramenta altaris non nisi a jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum meridiano tempore defunctorum sive episcoporum sive cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat si illi qui faciunt, jam pransi inveniantur.

XXX. Ut nulli episcopi vel clerici in ecclesia conviventur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab hujusmodi convivis quantum fieri potest prohibeantur.

XXXI. Ut pœnitentibus secundum peccatorum differentiam, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

XXXII. Ut presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem nisi absente episcopo necessitate cogente cujuscunque pœnitentis; publicum et vulgatissimum crimen est quod universam Ecclesiam commoverit, ante absidam manus ei imponatur.

XXXIII. Ut virgines sacræ si a parentibus a quibus custodiebantur privatæ fuerint, episcopi providentia vel presbyteri ubi episcopus absens est, in monasterio virginum vel gravioribus feminis commendentur, ut simul habitantes, invicem se custodiant, ne passim vagantes Ecclesiæ lædant opinionem

XXXIV. Ut ægrotantes, si pro se respondere non possunt cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur, similiter et de pœnitentibus agendum est.

XXXV. Ut scenicis atque histrionibus certisque hujusmodi personis vel apostaticis conversis vel reversis ad Dominum gratia vel reconciliatio non negetur.

XXXVI. Ut presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret, chrisma vero nunquam conficiat.

XXXVII. Ut clerici in aliena civitate non immorentur, nisi causas eorum justas episcopi loci vel presbyteri locorum perviderint.

XXXVIII. Illud autem suggerimus mandatum nobis, quod etiam in Capuensi plenaria synodo videtur statutum, quod non liceat fieri rebaptizationes et reordinationes vel translationes episcoporum. Nam Cresconius villæ Regiensis episcopus plebe sua derelicta Tiburnensem invasit Ecclesiam, et usque hodie commonitus secundum quod statutum fuerat relinquere eamdem quam invaserat plebem contempsit, adversus statuta quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem audivimus, sed petimus secundum quod nobis mandatum est, ut dignemini dare fiduciam, quo necessitate ipsa cogente liberum sit nobis rectorem provinciæ secundum statuta gloriosissimorum principum adversus illum adire, ut qui miti admonitioni vestræ acquiescere noluit et emendare illicitum, auctoritate judiciaria protinus excludatur. Aurelius episcopus dixit, servata forma disciplinæ non æstimabitur appetitus, si vestra charitate modestius, conventus recedere detractaverit, cum fuerit suo contemptu et contumacia faciente etiam auctoritate judiciaria conventus. Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt, hoc enim omnibus placet, ab universis episcopis dictum est, justum est, placet.

XXXIX. Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt, et illud nobis mandatum est, ut quia proximæ fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsumpserunt pontificem, non nisi a duodecim censeatis episcoporum celebrari ordinationes. Aurelius episcopis dixit, forma antiqua servabitur, ut non minus quam tres sufficiant qui fuerint a metropolitano directi ad episcopum ordinandum, propterea quia in Tripoli forte et Arguze interjacere videntur barbaræ gentes. Nam in Tripoli, ut asseritur, episcopi sunt quinque tantummodo et possunt forte de ipso numero vel duo necessitate aliqua occupari, difficile est enim ut de quolibet numero omnes possint occurrere. Nunquid debet hoc ipsum impedimento ecclesiasticæ esse utilitati? Nam et in Ecclesia dignata est sanctitas vestra humaniter convenire crebro ac pene per diem Dominicam ordinandos habemus. Nunquidnam frequenter potero duodecim vel decem vel multominus advocare episcopos, sed facile est mihi duos adjungere meæ parvitati episcopos vicinos, quapropter cernit mecum charitas vestra hoc ipsum observari non posse.

XL. Et illud est statuendum, ut quando ad eligendum episcopum convenerimus si qua contradictio fuerit oborta, quia talia facta sunt apud nos, non præsumant ad purgandum eum qui ordinatus est tres jam, sed postulentur ad numerum supradictorum duo vel tres, et in eadem plebe cui ordinandus est discutiatur. Primo personæ contradicentium, postremo illa etiam quæ objiciuntur pertractentur, et cum 80 purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur, si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignit sponsione; ab universis episcopis dictum est satis.

XLI. Honoratus et Urbanus episcopi di Quoniam de concilio quædam tractata no adjicimus etiam de die Paschæ nobis esse tum, ut de Ecclesia semper Carthaginensi, si dictum est, instruamur, et non sub angusto t spatio. Aurelius episcopus : Si sanctitati vest tur, quoniam nos spopondisse jam superius nimus, ut singulis quibusque annis ad trac conveniamus, et cum convenerimus in unu divulgabitur sanctus Paschæ dies per leg fuerunt in concilio. Honoratus et Urbanus dixerunt : Nunc de præsenti cœtu petimus, u provinciam nostram de hac die informare dig Aurelius episcopus dixit : Ita fiat necesse es

XLII. Epigonius episcopus dixit : Multis i liis hoc statutum est a cœtu sacerdotali, u quæ in diœcesibus ab episcopis tenentur qua pos nunquam habuerunt, non nisi cum volun episcopi a quo tenentur, proprios accipiant i id est episcopos; at vero quia nonnulli quo minatu adepto communionem fratrum abh vel certe, cum elevati fuerint, quasi in quad tyrannicam sibi dominationem vindicant, q rique stolidi adversus episcopos suos cervi gunt presbyteri, vel conviviis sibi conciliar hem ut persuasu maligno et illicito eosde sibi collocare rectores, quod quidem insigne tuæ tenemus votum, frater religiose Aur hæc sæpe oppressisti non curando tales pe sed propter eorum malos cogitatus et prave nata concilia hoc dico non debere rectorem eam plebem quæ in diœcesi semper subjac unquam proprium episcopum habuit, quap universo sanctissimo concilio complacet h prosecutus sum, confirmetur. Aurelius e dixit : Fratris et consacerdotis nostri pros non obsisto, sed hoc me fecisse, et facturu confiteor.

XLIII. Circa eos sane qui fuerint cor non solum circa Ecclesiam Carthaginensem, omne sacerdotale consortium. Sunt enim conspirantes cum propriis plebibus, quas de ut dictum est, earum scalpentes aures ad s dum vitiosæ vitæ homines, vel certe inflati e consortio separati, qui putant propriæ ple bandum, et nonnunquam conveniad concilii re refugiunt et detractant, sua forte ne prods gitia metuentes, dico, si placet, contra hos tum diœceses non esse servandas, verum de propria Ecclesia, quæ illis male fuerit adnitendum, ut etiam auctoritate publica reji atque ab ipsis principalibus cathedris remo oportet enim ut qui universis fratribus ac cilio inhæserit, non solum sua jure integr diœceses possideat, at vero qui sibimet pul bes suas sufficere fraterna dilectione contem

tantum diœceses amittant, sed, ut dixi, etiam propriis publica careant auctoritate, ut rebelles. Honoratus et Urbanus dixerunt episcopi : Summa provisio sanctitatis tuæ cohæsit mentibus singulorum, et puto omnium responsione ea qua prosequi dignatus es probanda. Universi episcopi dixerunt : Placet, placet.

XLIV. Epigonius episcopus dixit : In multis conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmatum est vestra providentia, fratres charissimi, ut clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus, præter ejus arbitrium cujus fuerit clericus ; dico autem Julianum qui ingratus est Dei beneficiis per meam parvitatem in se collatis ita temerarium et audacem exstitisse, ut eum qui a me baptizatus est cum esset puer egentissimus, mihi ab eodem commendatum, cumque multis annis a me aleretur atque increscerct, hunc, ut dici, baptizatum in ecclesia mea per manum parvitatis meæ constat, idem in diœcesi Appabensi lector esse cœperat, imo annis ferme duobus legerat, nescio quo contemptu humilitatis meæ idem Julianus arripuit, quem dicit quasi proprium civem sui loci Nazaritani me inconsulto usurpare, nam et diaconum illum ordinavit, hoc scilicet pareat, hæc licentia vobis, beatissimi fratres, sin minus tam impudens cohibeatur, nec se misceat communioni cujusquam. Numidius episcopus dixit : Si non postulata neque consulta tua dignatione id videatur fecisse Julianus, judicamus omnes inique factum atque indigne, quapropter nisi idem Julianus correxerit errorem suum, et cum satisfactione eumdem clericum quem fuit ausus ordinare, revocaverit tuæ plebi, contra statuta concilii faciens, contumacia sua separatus a nobis excipiet judicium. Epigonius episcopus dixit, ætate pater et ipsa promotione antiquissimus vir, laudabilis frater et collega noster Victor vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

XLV. Aurelius episcopus dixit : Sermonem meum admittite, fratres ; contingit nonnunquam ut postulentur ab ecclesiis quæ præpositis egent vel episcopis vel presbyteris, et tamen memor statutorum id sequor ut conveniam episcopum ejus, atque ei inculcem quod ejus clericus a qualibet ecclesia postuletur, sed forte in hodierno non reluctati sunt, et ne quando contingat ut reluctentur cum fuerint a me in hac causa postulati quem scitis multarum ecclesiarum et ordinandorum causam sustinere. Justum est ergo ut quemlibet consacerdotum conveniam cum duobus e consortio nostro vel tribus testibus ; si vero indevotus exstiterit, quid censet charitas vestra faciendum ? ego enim cunctarum Ecclesiarum dignatione Dei, ut scitis, fratres, sollicitudinem sustineo. Numidius episcopus dixit : Fuit hæc semper licentia huic sedi, unde vellet et de cujus nomine finisset conventus pro desiderio cujusque Ecclesiæ ordinaret episcopum. Epigonius episcopus dixit : Bonitas sequestrat possibilitatem. Minus enim præsumis, frater, et cum te bonum et clementem omnibus reddis, habes enim hoc in arbitrio, satis est ut satisfiat personæ uniuscujusque episcopi, in prima tantummodo conventione. Si autem quodlibet huic sedi vindicandum fuerit sibi arbitratus, necesse habes tu omnes Ecclesias suffulcire. Unde tibi non potestatem damus, sed etiam assignamus ut liceat voluntati tuæ semper tenere quem voles, ut præpositos plebibus vel ecclesiis constituas qui postulati fuerint, et unde voles. Posthumianus episcopus dixit : Deinde qui unum habuerit, nunquid debet ei unus presbyter ipsé auferri ? Aurelius episcopus dixit : Sed episcopus unus esse potest, per quem dignatione divina presbyteri multi constitui possunt, unus autem episcopus difficile invenitur constituendus ; quapropter si necessarium episcopatui quis habet presbyterium, et unum, ut dixisti, frater, habuerit et ipsum ad promotionum dare debebit. Posthumianus episcopus dixit : Ergo si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subvenire. Aurelius episcopus dixit : Sane quomodo ecclesiæ alterius tu subveneris, persuadebitur illi qui plures habet clericos, ut unum tibi ordinandum largiatur.

XLVI. Honoratus et Urbanus episcopi dixerunt : Audivimus constitutum ut diœceses non mereantur episcopum accipere, nisi cum consensu ejus sub quo fuerint constitutæ, sed in provincia nostra cum aliqui forte in diœcesi, concedente eo episcopo in cujus potestate fuerant constitutæ, ordinati sunt episcopi, etiam diœceses sibi vindicant, hoc et corrigi charitatis vestræ judicio et inhiberi de cætero debet. Epigonius episcopus dixit : Singulis episcopis servatum est quod decebat, ut ex massa diœcesium nulla caperetur, ut proprium episcopum habuisset ; nisi ipse consensum adhibuisset concedendi, sufficiat enim si consenserit ut eadem diœcesis permissa proprium tantum episcopum habeat, et cæteras sibi non vindicet diœceses, quæ exempta de fasce multarum sola meruit honorem apostolatus suscipere. Aurelius episcopus dixit : Non dubito charitati vestræ omnium placere eum qui in diœcesi concedente episcopo matricem tenuit, solam eamdem retinere plebem in qua fuit ordinatus.

XLVII. Item placuit, ut præter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine divinarum Scripturarum. Sunt autem canonicæ scripturæ, id est, primus Genesis, secundus Exodus, tertius Leviticus, quartus Numeri, quintus Deuteronomium, sextus Jesu Nave, septimus Judicum, octavus Ruth, nonus Regum libri 4, Paralipomenon libri duo, Job unus. Psalterium Daviticum, Salomonis libri 5, libri duodecim prophetarum, Isaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Judith, Esther, Esdræ libri 2, Machab. libri 2, Novi autem Testamenti 27, Evangeliorum libri 4, Actuum apostolorum liber unus. Pauli apostoli Epistolæ 14, ejusdem ad Hebræos una, Petri apostoli duæ, Joannis apostoli tres, Judæ apostoli una, et Jacobi una, Apocalypsis Joannis liber unus qui sunt 27, hoc etiam fratri et consacerdoti nostro Bonifacio, vel aliis earum partium episcopis pro confirmando isto canone innotescat, quia a patribus

ista accepimus in ecclesia legenda, liceat etiam legi passiones martyrum cum anniversarii dies eorum celebrentur.

XLVIII. Placuit ut consulamus fratres et consacerdotes nostros Siricium et Simplicianum de solis infantibus qui baptizantur penes eosdem ne quod suo non fecerint judicio cum ad Ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum illis error impediat ne provehantur sacri altaris ministri, quibus insertis Honoratus et Urbanus episcopi, legati provinciæ Mauritaniæ Sitifensis, dixerunt : Jam dudum cum apud sanctitatem vestram allegaremus scripta, dilati sumus ea contemplatione quod fratres nostri advenire possent de Numidia legati, sed quia non parvi dies sunt quibus exspectati minime venerunt ultra prætermittere quæ nobis mandata sunt a nostris coepiscopis non oportet, atque ideo, fratres, suggestionem nostram libenter admittite, de fide enim Nicæni tractatus audivimus, verum et de sacrificiis inhibendis post prandium, ut a jejunis, sicut dictum est, offerantur, et tunc et nunc confirmatum est.

XLIX. Placuit ut episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicunque clerici qui nihil habentes ordinantur, et tempore episcopatus vel clericatus sui agros vel quæcunque prædia nomine suo comparant tanquam rerum divinarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti ecclesiæ eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicujus vel successione cognationis venerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitaverint, honore ecclesiastico indigni tanquam reprobi judicentur.

L. Aurelius episcopus dixit : Quoniam igitur universa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro convenerunt, sermone vestro cuncta roborate. Universi episcopi dixerunt : Omnibus hæc placuerunt, et hæc nostra subscriptione firmamus, et subscripserunt : Aurelius episcopus Ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, et relecto subscripsi, Epigonius episcopus Bulensis regionis subscripsi, Augustinus episcopus plebis Hipponensis subscripsi. Similiter et omnes episcopi 44 numero subscripserunt.

Explicit concilium Carthaginense.

81 INCIPIUNT CAPITULA CONCILII QUARTI CARTHAGINENSIS.

1. Qualiter debeant episcopi ordinari.
2. Qualiter consecrentur episcopi.
3. Qualiter presbyteri ordinentur.
4. Quemadmodum diacones constituantur.
5. Quemadmodum subdiaconi ordinentur.
6. Quemadmodum acolythi ordinentur.
7. Qualiter exorcistæ constituantur.
8. Qualiter lectores fiant.
9. Qualiter ostiarii ordinentur.
10. Qualiter psalmistæ.
11. Qualiter virgines sanctimoniales.
12. Qualiter viduæ vel sanctimoniales ad baptisterium ordinentur.
13. Qualiter sponsi et sponsæ benedicantur.
14. De cellula sacerdotis.
15. De victu et habitu sacerdotis.
16. Ut episcopus libros gentilium non legat.
17. Ut episcopus indigentium curam per presbyteros et diacones agat.
18. Ut episcopus per testamentum tuitionem non suscipiat.
19. Ut episcopi pro rebus sæcularibus non litigent.
20. Ut episcopus tantum divinis vacet.
21. Ut episcopus ægrotans pro se legatum ad synodum mittat.
22. Ut episcopus sine testimonio clericorum et plebis clericos non instituat.
23. Ut episcopus causas clericis præsentibus audiat.
24 Ut quando episcopus verbum facit, nullus discedat.
25. De discordantibus episcopis.
26. Ut episcopus dissidentes concordare compellat.
27. De episcopo vel clerico in alio loco non transferendo.
28. De damnatione episcoporum a synodo inchoanda.
29. De episcopo qui alicui crimen objecerit.
30. Quod irrita sit sententia episcoporum in absentem.
31. Qualiter res ecclesiæ ab episcopo habeantur.
32. De irritis distractionibus episcoporum.
33. De episcopis vel presbyteris ut a cujuscunque ecclesia in ordine suo recipiantur.
34. De primatu consessus presbyterorum cum episcopo.
35. De consessu presbyterorum in ecclesia cum episcopo.
36. Ut presbyteri parochiani aut per se aut per alios qui sacrum tractant chrisma ab episcopo petant.
37. De obedientia diaconorum erga presbyteros.
38. Ut diaconus eucharistiam jussu presbyteri ministret.
39. Ut diaconus jubente presbytero sedeat.
40. Ut diaconus coram presbyteris interrogatus respondeat.
41. Ut diaconus tempore tantum officii albam induat.
42. De clericis qui pro fide tentati sunt.
43. De his qui pro fide ab infidelibus persecutiones passi sunt.
44. De tonsura clericorum.

45. De habitu clericorum.
46. De continentia clericorum.
47. De incessu clericorum.
48. De clericis qui extra necessitatem ad nundinas vadunt.
49. De vigiliis clericorum.
50. De clericis ab officio continentibus.
51. De clericis ut artificio victum quærant.
52. De clericis qualiter sibi victum et vestitum quærant.
53. Ut legant clerici qui orare non possunt.
54. De clericis invidis.
55. De clericis accusatoribus.
56. De clericis maledicis.
57. De clericis adulatoribus et proditoribus.
58. De clericis frequenter litigantibus.
59. De clericis concordantibus.
60. De clericis turpiloquis, sive vagis.
61. De clericis per creaturas jurantibus.
62. De clericis inter epulas cantantibus.
63. De clericis sanis jejunia polluentibus.
64. De his qui studiose Dominico die jejunant.
65. De Pascha suo tempore celebrando.
66. Ut clericus ab episcopo injuste damnatus recurrat ad synodum.
67. De seditionariis, aut usurariis, ne clerici fiant.
68. Ut ex pœnitentibus ordinatus clericus deponatur.
69. Ut episcopus viduæ vel repudiatæ maritum ad clerum promovens, deponatur.
70. Ut clericus hæreticorum convivia vel consortia fugiat.
71. Quod hæreticorum cœtus, non ecclesia, sed conciliabulum sit.
72. Quod cum hæreticis nec orandum sit, nec psallendum.
73. Ut cum excommunicatis communicans, vel orans, excommunicetur.
74. De pœnitentium lege.
75. De negligentioribus pœnitentibus.
76. De poscentibus pœnitentiam si postea obmutescant.
77. De pœnitentibus, ut in morte viaticum accipiant.
78. De pœnitentibus, si post viaticum supervivant.
79. De pœnitentibus, si casu aliquo moriantur.
80. De manus impositione super pœnitentes.
81. Ut pœnitentes mortuos efferant et sepeliant.
82. Ut pœnitentes semper genua flectant.
83. De senibus honorandis.
84. Ut fideles pro audienda ratione in ecclesia usque ad missam stent.
85. Ut qui baptizandi sunt nomen dent, et a vino et a carne abstineant.
86. Ut nuper baptizati caste et continenter vivant.
87. De catholicis qui causam apud infideles proponunt.
88. De his qui ecclesia prætermissa ad spectacula pergunt.
89. De his qui auguriis, vel incantationibus, vel judaicis superstitionibus serviunt.
90. De energumenis.
91. Item de energumenis.
92. De victu energumenorum.
93. Ut oblationes discordantium non recipiantur.
94. Ut oppressorum pauperum oblationes non suscipiantur.
95. De his qui oblationes defunctorum ecclesiis fraudant.
96. De accusatore et accusato.
97. De eo qui religiosis feminis præficitur ut probetur.
98. Ut laicus pœnitentibus clericis non doceat.
99. Ut mulieres publice docere non præsumant.
100. Ut mulieres baptizare non præsumant.
101. De viduis, adolescentibus, et infirmis.
102. Ne clerici viduarum familiaritate associentur.
103. De viduis, quæ ecclesiæ stipendiis sustentantur.
104. De viduis quæ professæ continentiam prævaricatæ sunt.

INCIPIT CONCILIUM QUARTUM CARTHAGINENSE.

Habitum ab episcopis ducentis quatuordecim, æra CCCCXXXVI.

Augusto Honorio IV, et Euticiano consulibus, VI Idus Novembris, cum Aurelius episcopus in concilio universali Carthagine, in secretario cum omnibus consacerdotibus suis consedisset, placuit cum eo cunctis qui fuerunt in eadem sancta synodo constituere hæc quæ ad ordines ecclesiasticos canonicis sunt necessaria disciplinis, ibi in principio constitutum est qualis ordinari debeat episcopus.

CAP. I. Cum episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper sui negotii cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in Scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, et ante omnia, si fidei documenta verbis duplicibus asserat, id est Patrem et Fi-

lium et Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis deitatem coessentialem, et consubstantialem, et coæternalem, et coomnipotentem prædicans, si singulas quasque in Trinitate personas plenum Deum, et totas tres personas unum Deum, si incarnationem divinam non in Patre neque in Spiritu sancto factam, sed in Filio tantum credat, ut qui erat in divinitate Dei Patris filius ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, et animam humanam rationalem simul in eo utriusque naturæ, id est Deus et homo, una persona, unus Filius, unus Christus, unus Dominus, creator omnium quæ sunt et auctor, Dominus et rector cum Patre et Spiritu sancto omnium creaturarum, qui passus sit vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis suæ receptione, et vera animæ resumptione in qua veniet judicare vivos et mortuos. Quærendum etiam ab eo si Novi et Veteris Testamenti, il est legis et prophetarum, et apostolorum unum eumdemque credat auctorem et Dominum, si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus; quærendum etiam ab eo, si credat hujus quam gestamus, et non alterius carnis resurrectionem, si credat judicium futurum, et recepturos singulos pro his quæ in carne gesserunt, vel pœnas vel præmia, si nuptias non prohibeat, si secunda matrimonia non damnet, si carnium perceptionem non culpet, si pœnitentibus reconciliatis communicet, si in baptismo omnia peccata, id est tam illud originale contractum quam illa quæ voluntarie admissa sunt dimittantur, si extra Ecclesiam catholicam nullus salvetur. Cum in his omnibus examinatus fuerit inventus plene instructus, tunc cum consensu clericorum et laicorum, et conventu totius provinciæ episcoporum, maximeque metropolitani, ut auctoritate, vel præsentia ordinetur episcopus, suscepto in nomine Christi episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his patrum diffinitionibus acquiescat. Dehinc disponitur qualiter ecclesiastica officia ordinantur.

82 II. Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant et teneant Evangeliorum codicem super caput et cervicem ejus, et uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi qui adsunt manibus suis caput ejus tangant.

III. Presbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, et manum super caput ejus tenente, etiam omnes presbyteri qui præsentes sunt manus suas juxta manus episcopi super caput illius teneant.

IV. Diaconus cum ordinatur, solus episcopus qui eum benedicit manus super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

V. Subdiaconus cum ordinatur solus episcopus quia manus impositionem non accepit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam et calicem vacuum, de manu vero archidiaconi urceolum cum aqua et mantile et manutergium.

VI. Acolythus cum ordinatur, ab episcopo q doceatur qualiter se in officio suo agere debe ab archidiacono accipiat ceroferarium cum ce sciat se ad accendenda Ecclesiæ luminaria i pari. Accipiat et urceolum vacuum ad suggere vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.

VII. Exorcista cum ordinatur, accipiat de episcopi libellum in quo scripti sunt exorcis cente sibi episcopo : Accipe et commenda mer et habeto potestatem imponendi manus supe gumenum, sive baptizatum, sive catechumenu

VIII. Lector cum ordinatur, faciat de illo v episcopus ad plebem, indicans ejus fidem, ac atque ingenium; post hæc spectante plebe tr codicem de quo lecturus est dicens ad eum : A et esto lector verbi Dei, habiturus, si fideliter liter impleveris officium, partem cum eis qui v Dei ministraverunt.

IX. Ostiarius cum ordinatur, postquam chidiacono instructus fuerit qualiter in dom debeat conversari, ad suggestionem archidiacc dat ei episcopus claves ecclesiæ de altario dice age quasi redditurus Domino rationem pro hi quæ his clavibus recluduntur.

X. Psalmista, id est cantor, potest absque s episcopi sola jussione presbyteri officium sus cantandi, dicente sibi presbytero, vide ut qu cantas corde credas, et quod corde credis bus comprobes.

XI. Sanctimonialis virgo cum ad consecra sui episcopo offertur, in talibus vestibus appl qualibus semper usura est professioni, et san niæ suæque religioni susceptæ aptis.

XII. Viduæ vel sanctimoniales quæ ad m rium baptizandarum mulierum eliguntur, ins sint ad officium, ut possint apto et sano se docere imperitas et rusticas mulieres tempo baptizandæ sunt, qualiter baptizatori inter respondeant, et qualiter accepto baptisma vant.

XIII. Sponsus et sponsa cum benedicend a sacerdote, a parentibus suis, vel a paranj offerantur, qui cum benedictionem acceperint, nocte pro reverentia ipsius benedictionis in nitate permaneant.

XIV. Ut episcopus non longe ab ecclesia tiolum habeat.

XV. Ut episcopus vilem supellectilem, et m ac victum pauperem habeat, et dignitatis suæ ritatem fide et vitæ meritis quærat.

XVI. Ut episcopus gentilium libros non hæreticorum autem pro necessitate et tempo

XVII. Ut episcopus gubernationem vidua pupillorum ac peregrinorum non per se sed per archidiaconum, aut per archipresby agat.

XVIII. Ut episcopus tuitionem testamentoru suscipiat.

XIX. Ut episcopus non provocatus, pro transitoriis litiget.

XX. Ut episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed ut lectioni et orationi et verbo prædicationis tantummodo vacet.

XXI. Ut episcopus ad synodum ire non sine satis gravi necessitate inhibeatur, sic tamen ut in sua persona legatum mittat suscepturus salva fidei veritate quidquid sacra synodus statuerit.

XXII. Ut episcopus sine concilio clericorum suorum clericos non ordinet, ita ut civium assensum et conniventiam et testimonium quærat.

XXIII. Ut episcopus nullius causam audiat absque præsentia clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur.

XXIV. Sacerdote verbum faciente in ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

XXV. Dissidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

XXVI. Studendum est episcopis, ut dissidentes fratres, sive clericos, sive laicos ad pacem magis quam ad judicium cohortentur.

XXVII. Ut episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus, sane si pro utilitate Ecclesiæ faciendum poposcerit decreto pro eo clericorum et laicorum episcopis porrecto in præsentiam synodi transferatur, nihilominus alio in loco ejus episcopo subrogato, inferioris vero gradus sacerdotes, vel alii clerici concessione suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare.

XXVIII. Irritam esse injustam episcoporum damnationem idcirco a synodo retractandam.

XXIX. Episcopus si clerico vel laico crimen imposuerit, deducatur ad probationem in synodum.

XXX. Caveant judices Ecclesiæ ne absente eo cujus causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, imo et causam in synodo pro facto dabunt.

XXXI. Ut episcopus de rebus tanquam commendatis, non tanquam propriis utatur.

XXXII. Irrita erit donatio episcoporum, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ absque conniventia et subscriptione clericorum.

XXXIII. Episcopi vel presbyteri si causa visitandæ Ecclesiæ alterius episcopi ad ecclesiam venerint, et in gradu suscipiantur, et tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam invitentur.

XXXIV. Ut episcopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur.

XXXV. Ut episcopus in ecclesia in consessu presbyterorum sublimiorum sedeat, intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat.

XXXVI. Presbyteri qui per diœceses ecclesias regunt non a quibuslibet episcopis, sed a suis, nec per juniorem clericum, sed omni anno aut per seipsos, aut per illum qui sacrarium tenet ante Paschæ solemnitatem, chrisma petant.

XXXVII. Ut diaconus, ita se presbyteri ut episcopi ministrum esse cognoscat.

XXXVIII. Ut diaconus præsente presbytero Eucharistiam corporis Christi populo si necessitas cogit, jussus, eroget.

XXXIX. Ut diaconus quolibet loco jubente presbytero sedeat.

XL. Ut diaconus in conventu presbyterorum interrogatus loquatur.

XLI. Ut diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis alba induatur.

XLII. Clericum inter tentationes officio suo incubantem gradibus sublimandum.

XLIII. Christianum catholicum qui pro catholica fide tribulationes patitur honore omni a sacerdotibus honorandum, etiam et per diaconum ei victus ministretur.

XLIV. Clericus nec comam nutriat, nec barbam radat.

XLV. Clericus professionem suam, et in habitu, et in incessu probet, et ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.

XLVI. Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

XLVII. Clericus per plateas et andronas, nisi certa et maxima officii sui necessitate, non ambulet.

XLVIII. Clericus qui non pro emendo aliquid, in nundinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.

XLIX. Clericus qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendiis privatus excommunicetur.

L. Clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem, ab officio suo removendum.

LI. Clericus quatumlibet verbo Dei eruditus artificio victum quærat.

LII. Clericus victum et vestimentum sibi artificiolo, vel agricultura absque officii sui duntaxat detrimento præparet.

LIII. Omnes clerici qui ad operandum validi sunt, et artificiola, et litteras discant.

83 LIV. Clericus invidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoveatur.

LV. Ut episcopus accusatores fratrum excommunicet, et si emendaverit vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

LVI. Clericus qui adulationi, et proditionibus vacare apprehenditur, ab officio degradetur.

LVII. Clericus maledicus maximeque in sacerdotibus cogatur ad postulandam veniam, si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

LVIII. Clerici qui frequenter litigat, et ad causandum facilis est, testimonium nemo absque grandi examine recipiat.

LIX. Discordantes clericos episcopus, vel ratione vel potestate ad concordiam trahat, inobedientes synodus per audientiam damnet.

LX. Clericum scurrilem et verbis turpibus jocularem ab officio retrahendum.

LXI. Clericum per creaturas jurantem a crimine objurgandum, si perstiterit in vitio, excommunicandum.

LXII. Clericum inter epulas cantantem supradictæ sententiæ severitate coercendum.

LXIII. Clericum qui tempore indicti jejunii absque inevitabili necessitate jejunium rumpit, minorem habendum.

LXIV. Qui Dominico die studiose jejunat, non credatur catholicus.

LXV. Paschæ solemnitas uno die, et tempore celebranda.

LXVI. Clericus qui episcopi circa se districtionem injustam putat, recurrat ad synodum.

LXVII. Seditionarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, nec injuriarum suarum ultores.

LXVIII. Ex pœnitentibus, quamvis sit bonus clericus non ordinetur.

LXIX. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, deponatur a clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse pœnitentem, si autem sciens episcopus ordinaverit talem, etiam ipse ab episcopatu sui ordinandi duntaxat potestate privetur. Simili sententiæ subjacebit episcopus, si sciens ordinaverit clericum eum qui viduam, aut repudiatam uxorem habuit, aut secundam.

LXX. Clericus hæreticorum, aut schismaticorum tam convivia quam sodalitates evitet æqualiter.

LXXI. Quod hæreticorum cœtus non ecclesia, sed conciliabulum sit.

LXXII. Cum hæreticis nec orandum, nec psallendum.

LXXIII. Qui communicaverit vel oraverit cum excommunicato, sive clericus sive laicus, excommunicetur.

LXXIV. Ut sacerdos pœnitentiam imploranti absque personæ acceptione pœnitentiæ leges injungat.

LXXV. Ut negligentiores pœnitentes tardius reconcilientur.

LXXVI. Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos invitatus venit oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, et accipiat pœnitentiam, et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, et infundatur ori ejus Eucharistia, si supervixerit admoneatur a supradictis testibus petitioni suæ satisfactum, et subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quoniam diu sacerdos qui per pœnitentiam dedit, probaverit.

LXXVII. Pœnitentes qui in infirmitate sunt viaticum accipiant.

LXXVIII. Pœnitentes qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint non se credant absolutos sine manus impositione si supervixerint.

LXXIX. Pœnitentes qui attente leges pœnitentiæ exsequuntur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis subveniri non possit, memoria eorum et orationibus et oblationibus comm

LXXX. Omni tempore jejunii manus pe sacerdotibus imponantur.

LXXXI. Mortuos ecclesiæ pœnitentes e sepeliant.

LXXXII. Venientes etiam diebus remissio flectant.

LXXXIII. Pauperes et senes Ecclesiæ pl honorandos.

LXXXIV. Ut episcopus nullum prohibe ecclesiam, et audire verbum Dei, sive gen hæreticum, sive Judæum usque ad missam menorum.

LXXXV. Baptizandi nomen suum dent, abstinentia vini et carnium, ac manus im crebra examinatione baptismum percipian

LXXXVI. Neophyti aliquandiu et lautio lis et spectaculis, vel conjugibus abstinean

LXXXVII. Qui causam suam catholicu stam, sive injustam ad judicium alterius fi provocat, excommunicetur.

LXXXVIII. Qui die solemni prætermisso s clesiæ conventu ad spectacula vadit, excomm

LXXXIX. Auguriis vel incantationibus s a conventu Ecclesiæ separandum, simili perstitionibus judaicis, vel feriis inhærent

XC. Omni die exorcista energumenis m ponat.

XCI. Pavimenta domorum Dei energu rant.

XCII. Energumenis in domo Dei assid ctus quotidianus per exorcistas opportun ministretur.

XCIII. Oblationes dissidentium fratrum, sacrario, neque in gazophylacio recipianti

XCIV. Horum qui pauperes opprimunt cerdotibus refutanda.

XCV. Qui oblationes defunctorum, aut clesiis, aut cum difficultate reddunt tanqu tium necatores excommunicentur.

XCVI. Quærendum in judicio, cujus sit tionis et fidei is qui accusat, et is qui accu

XCVII. Qui religiosis feminis præponend episcopo loci probetur.

XCVIII. Laicus præsentibus clericis nisi gantibus docere non audeat.

XCIX. Mulier, quamvis docta et sancta conventu docere non præsumat.

C. Mulier baptizare non præsumat.

CI. Ut viduæ adolescentes quæ corpo sunt, sumptu ecclesiæ cujus viduæ sunt, sust

CII. Ad reatum episcopi pertinet, vel qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ causa adolescentiores viduæ, vel sanctimo quorum familiaritatibus subjiciantur.

CIII. Viduæ quæ stipendio ecclesiæ sus tam assidue in Dei opere esse debent, ut et orationibus suis Ecclesiam adjuvent.

CIV. Sicut bonum castitatis præmium, i

jori observantia et præceptione custodiendum est, ut si quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ et matura ætate a viro relictæ, se devoverunt Domino, et veste laicali abjecta sub testimonio episcopi et ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias sæculares transierunt, secundum Apostolum damnationem habebunt, quoniam fidem castitatis quam Domino voverunt irritam facere ausæ sunt; tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in convivio cum christianis communicent; nam si adulteræ conjuges reatu sunt viris suis obnoxiæ, quanto magis viduæ quæ religiositatem mutaverunt, crimine adulterii notabuntur, si devotionem quam Deo sponte obtulerunt libidinosa corruperint voluptate, atque ad secundas nuptias transitum fecerint, quæ et si violentia irruente ab aliquo præreptæ fuerint, ac postea delectatione libidinis permanere in conjugium raptori vel violento viro consenserint, damnatione superius comprehensa teneantur obnoxiæ; de talibus ait Apostolus, cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Aurelius episcopus Ecclesiæ Carthaginensis subscripsi; Donatianus Taleprensis primæ sedis subscripsi; Augustinus Hippone Regiensi, subscripsi; similiter omnes episcopi subscripserunt.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII QUINTI CARTHAGINENSIS.

1. De clericis ad testimonium non pulsandis.
2. De clericis pro crimine suo damnatis, ut a quolibet non defensentur.
3. De sacerdotibus et levitis, ut ab uxoribus se contineant.
4. De rebus ecclesiæ sine consilio metropolitani episcopi non alienandis.
5. Ut nullus episcopus relicta cathedra in diœcesi resideat.
6. De his qui nullo testimonio se baptizatos noverunt ut baptizentur, similiter de consecratione ecclesiarum faciendum est.
7. De tempore paschali, seu concilii.
8. De intercessoribus ne cathedram morientis episcopi diu retineant, sed infra annum sacerdotem provideant.
9. De defensore ecclesiarum a principe postulando.
10. Ut episcopi ad diem concilii occurrant.
11. Ut lapsis sacerdotibus, manus sicut laicis non imponatur.
12. De clericis excommunicatis quandiu eis asserere liceat innocentiam suam.
13. De clericis vel monachis ab alio episcopo ordinatis.
14. De basilicis quæ sine martyrum reliquiis dedicatæ sunt.
15. De idololatriis destruendis.

84 INCIPIT CONCILIUM QUINTUM CARTHAGINENSE

Habitum ab episcopis septuaginta quatuor æra CDXXXVIII.

Post consulatum placuit ut die sexta Kalendas Junii Carthagine, in secretario basilicæ restitutæ subtus inserta statuerentur, cum Aurelius episcopus una cum episcopis suis consedisset astantibus diaconibus, constituta sunt hæc quæ in sequente concilio definita sunt.

Cap. I. In principio statuendum est, ut qui forte in ecclesia quamlibet causam jure apostolico ecclesiis imposito agere voluerit et fortasse discissio clericorum uni parti displicuerit, non liceat clericum in judicium ad testimonium devocari eum, qui cognitor vel præsens fuit, et nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur.

II. Et illud statuendum, ut si quis cujuslibet honoris clericus judicio episcoporum quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum sive ab ecclesiis quibus præfuit, sive a quolibet homine defensari, interposita pœna damni pecuniæ atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipimus.

III. Propterea, cum de quorumdam clericorum quamvis erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit episcopos et presbyteros et diaconos secundum propria statuta etiam ab uxoribus continere, quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum unius cujusque ecclesiæ consuetudinem observari debere.

IV. Placuit etiam, ut rem ecclesiæ nemo vendat; quod si aliqua necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati provinciæ, ut cum statuto numero episcoporum, utrum faciendum sit arbitretur; quod si tanta urget necessitas ecclesiæ, ut non possit ante consulere, saltem post factum curiositatem habeat et vicinis episcopis hoc ante indicare, et ad concilium referre eas ecclesiæ necessitates; quod si non fecerit, reus concilii venditor teneatur.

V. Placuit ut nemini sit facultas relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diœcesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oportet constitutum curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

VI. Placuit de infantibus, quoties non inveniuntur certissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere absque ullo

scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari, huic enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales a barbaris redimunt; similiter et de ecclesiis (quoties super earum consecratione hæsitatur) agendum est, id est ut sine ulla trepidatione consecrentur.

VII. Placuit ut dies venerabilis Paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur, dies vero concilii undecimo Kalendas Novembris servetur, et scribendum ad singularum quarumcunque provinciarum primates, ut quando apud se concilium congregant istum diem non impediant.

VIII. Item constitutum est, ut nulli intercessori licitum sit cathedram cui intercessor datus est quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere, sed dare operam ut intra annum eisdem episcopum provideat, quod si neglexerit anno exempto, interventor alius tribuatur.

IX. Ab imperatoribus universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum cum episcoporum provisione delegentur.

X. Item placuit, ut quotiescunque congregandum est concilium, episcopi qui neque ætate, neque ægritudine, neque alia graviori necessitate impediuntur competenter occurrant, primatibusque suarum provinciarum intimetur, ut de universis episcopis vel duæ vel tres fiant turmæ, ac de singulis turmis vicissim quotquot electi fuerint ad diem concilii instantissime occurrant; quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractatoria subscribant, vel si post adventum tractatoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint, ab Ecclesiæ communione debere esse contemptos.

XI. Item confirmatum est, ut si quando presbyteri, vel diaconi in alia graviori culpa convicti fuerint, quam eos a ministerio necesse fuerit removeri, non eis manus tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neque unquam permitt ut rebaptizati ad clericatus gradum promove

XII. Rursus constitutum est, ut quoties convictis, et confessis in aliquo crimine, vel eorum quorum verecundiæ parcitur, vel prop clesiæ opprobrium, aut insolentem insulta hæreticorum atque gentilium, si forte caus adesse voluerint, et innocentiam suam asserer annum excommunicationis hoc faciant, si ver annum causam suam purgare contempserint eorum postea penitus audiatur.

XIII. Item placuit, ut si quis de alterius mo rio repertum vel ad clericatum promovere v vel in suo monasterio majorem monasterii tuere, episcopus qui hoc fecerit, a cæterorun munione sejunctus, suæ tantum plebis comm contentus sit, et ille neque clericus, neque præ perseveret.

XIV. Item placuit ut altaria quæ passim pe aut vias tanquam memoriæ martyrum constit in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyru ditæ probantur, ab episcopis qui eisdem loci sunt, si fieri potest, evertantur. Si autem h pter tumultus populares non sinitur, plebes admoneantur, ne illa loca frequentent, ut q sapiunt nulla ibi superstitione devincti ten Et omnino nulla memoria martyrum prob acceptetur, nisi ubi corpus, aut aliquæ certe r sunt, aut origo alicujus habitationis vel posse vel passionis fidelissima origine traditur. Na per somnia, et per inanes quasi revelatione rumlibet hominum ubique constituuntur altar nimodo reprobentur.

XV. Item placuit ab imperatoribus glorio peti, ut reliquiæ non solum in simulacris, quibuscunque locis vel lucis, vel arboribus modo deleantur. Aurelius episcopus Ecclesiæ ginis supra comprehensis in nostro concilio subscripsi; similiter septuaginta duo episco scripserunt.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII SEXTI CARTHAGINENSIS

1. Allocutio Aurelii episcopi sancti ad synodum.

2. Responsio Faustini episcopi legati Romanæ Ecclesiæ de his quæ in Ecclesia partim canone, partim consuetudine sunt firmata.

3. De commonitorio Romani papæ recitato.

4. Alippii episcopi responsio pro veris exemplaribus Nicæni concilii perquirendis.

5. Ubi Faustinus ep. dixit, ut Romano papæ synodus pro inquirenda Nicænæ synodi veritate innotescat.

6. 7. De sententia Sardicensis concilii recitata a postulante Novato episcopo.

8. Ubi Augustinus episcopus cum synodo Nicænum concilium servare promittit.

9. Ubi Faustinus episcopus pro dubietate capituli Romano papæ petit scribendum.

10. Ubi synodus exemplaria Nicæni concili ab orientalibus competenda decrevit.

11. Professio fidei Nicæni concilii.

12. Rescriptum episcopi Romæ, Alexandri stantinopolitani, cum exemplaribus Nicæni Africanæ synodo constitutis.

13. Scripta Africani episcopi ad Bonifaciu Romæ episcopum.

14. Scripta Africani concilii ad Cœlestinu Romæ episcopum.

84 INCIPIT CONCILIUM CARTHAGINENSE SEXTUM

Gestum ab episcopis ducentis decem et septem, æra CDLVII.

In hoc concilio actum est ut Nicænum concilium ab episcopis orientalibus peteretur, cui synodo interfuit legatio Ecclesiæ Romanæ, Faustinus episcopus, Philippus et Asellus presbyteri. Post consulatum gloriosissimorum imperatorum Honorii duodecimi, et Theodosii octavum Augustorum, VIII Kalendas Junii, scripta hæc sunt Carthagine in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius papa una cum Valentino primæ sedis Numidiæ, et Faustino Ecclesiæ Potentinæ primæ sedis provinciæ Italiæ Piceni legato Ecclesiæ Romanæ, sed et legatis diversarum provinciarum Africanarum, id est, Numidiarum duarum, Bizancenæ, Mauritaniæ Sitifensis, et Mauritaniæ Cæsariensis, sed et Tripolis, et Vincentio Culisitano, Fortunatiano, et cæteris episcopis provinciæ proconsularis, ducentis decem et septem, necnon Philippo et Asello presbyteris Romanæ Ecclesiæ, cum consedisset astantibus diaconibus Aurelius episcopus dixit.

CAP. I. Post diem præstitutam concilii, ut recordamini, fratres beatissimi, multa flagitata sunt per exspectantes fratres nostros qui nunc ad præsentem synodum legati advenerunt quæ gestis necesse est consocientur. Qua de re Domino nostro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus, superest ut tam exemplaria Nicæni concilii quæ nunc habemus, et a Patribus constituta sunt, quam etiam hic a decessoribus nostris eamdem firmantes synodum, vel quæ secundum eam formam per omnes clericorum gradus a summo usque in ultimum salubriter ordinata sunt in medium proferantur, ab universo concilio dictum est, proferantur, Daniel notarius recitavit, Nicæni concilii fidei professio vel statuta sic se habent.

II. Et cum legisset Faustinus episcopus plebis Potentinæ, provinciæ Italiæ Piceni, legatus Romanæ Ecclesiæ dixit : Injuncta nobis sunt a Sede apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis cum vestra beatitudine retractanda, sicut et gestis superioribus meminimus, hoc est, de Nicænis canonibus ut conserventur, et constitutio eorum et consuetudo, quia aliqua ordine et canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt, de his ergo si placet beatitudini vestræ tractemus, et postea cætera quæ acta vel inchoata sunt, inserta firmabuntur, ut ad Sedem apostolicam rescriptis vestris intimare possitis, atque vos nos admonuisse apud venerabilem papam evidenter pateat, licet capitula actionum jam inserta sint gestis, de ipsis ergo (ut dictum est superius) quid vestræ beatitudini placeat, agere debemus, veniat ergo commonitorium in medium, ut scire possit vestra beatitudo quid in eo contineatur, ut ad singula respondeatur.

III. Aurelius episcopus dixit : Proferatur commonitorium quod fratres et consacerdotes nostri actis nuper allegaverunt, et cætera quæ acta sunt vel quæ agenda sunt, subsequantur. Daniel notarius recitavit commonitorium fratri Faustino et filiis Philippo et Asello presbyteris. Zosimus episcopus : Vobis commissa negotia non latent, vos ita ut nostra, imo quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta peragite, maxime cum et hoc nostrum possitis habere mandatum, et verba canonum quæ in pleniorem firmitatem huic commonitorio inscripsimus, ita enim dixerunt, dilectissimi fratres, in concilio Nicæno, cum de episcoporum appellatione decernerent. Placuit autem ut si episcopus accusatus fuerit, et judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, et de gradu suo dejecerint eum, et appellasse episcopus videatur, et confugerit ad beatissimum Ecclesiæ Romanæ episcopum, et voluerit audiri et justum putaverit ut renovetur examen. scribere his episcopis dignetur, qui in finitima et propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, et juxta fidem veritatis definiant; quod si is qui rogat causam suam iterum audiri deprecatione sua moverit episcopum Romanum ut e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi Romani quid velit et quid existimet, et si decreverit mittendos esse qui præsentes cum episcopis judicent, habentes auctoritatem ejus a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos ut negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimo consilio suo judicaverit.

IV. Et cum recitaret, Alippius episcopus Tagastensis legatus provinciæ Numidiæ dixit : De hoc jam superioribus etiam litteris concilii nostri rescripsimus, et id nos servaturos profitemur quod in Nicæno concilio constitutum est, ad hoc tantum me movet, quoniam cum inspiceremus Græca exemplaria hujus synodi Nicænæ, ista ibi, nescio qua ratione, minime invenimus, unde petimus veneratio-nem tuam, sancte papa Aureli, ut quia hoc authenticum concilium Nicænum in urbe dicitur esse Constantinopolitana aliquos cum scriptis tuæ sanctitatis mittere digneris, et non solum ad ipsum sanctum fratrem nostrum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam ad Alexandrinum et Antiochenum venerabiles sacerdotes qui hoc nobis concilium sub stipulatione litterarum suarum dirigant, ut omnis postmodum ambiguitas auferatur, quia nos ita (ut frater Faustinus attulit) minime invenimus ista. Non tamen tantisper servaturos (ut antea dixi) donec integra exemplaria veniant profitemur, petendus est autem litteris nostris et venerabilis Ecclesiæ Romanæ episcopus Bonifacius, ut ipse quoque dignetur ad memoratas ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni concilii secundum ejus possint scripta proferre, nunc autem memo-

rati concilii Nicæni qualia exemplaria habeamus his gestis sociemus.

V. Faustinus episcopus, legatus Ecclesiæ Romanæ, dixit : Nec vestra sanctitas præjudicat ecclesiæ Romanæ, sive de hoc capitulo, sive de aliis, quia dicere dignatus est frater noster et coepiscopus Alippius dubios esse canones. Sed hæc ipsa ad sanctum et beatissimum papam nostrum scribere dignemini, ut ipse integros canones inquirens cum vestra sanctitate de omnibus constitutis tractare possit. Sufficit autem ut et ipse beatissimus episcopus urbis Romæ sicuti vestra sanctitas apud se tractat, ita et ipse inquirat, ne contentio inter ecclesias nasci videatur, sed magis charitate fraterna deliberare possitis ipso rescribente quid melius observari debeat. Aurelius episcopus dixit : Præter ista quæ promisimus actis necesse est, ut etiam nostræ parvitatis litteris sancto fratri et consacerdoti nostro Bonifacio singula quæ tractamus plenissime intimemus; ergo si omnibus placet, prosecutio nostra ore omnium condiscamus. Universum concilium dixit : Placet.

VI, VII. Novatus episcopus legatus Mauritaniæ Sitifensis dixit : Nunc meminimus in hoc præsenti commonitorio lectum etiam de presbyteris sive diaconibus contineri qualiter ab episcopis suis vel a finitimis audiri debeant, quod in Nicæno concilio minime legimus. Unde hoc ipsum jubeat sanctitas vestra nobis recitari. Aurelius episcopus dixit : Recitetur ad locum, etiam hoc quod deposcitur; Daniel notarius recitavit, de appellationibus autem clericorum, id est, minoris loci restat ipsius synodi certa responsio, de qua re quod acturi sitis, credimus inserenda, quod taliter dictum est ex Sardicensi concilio. Osius episcopus dixit : Quid adhuc moveat reticere non debeo, si episcopus forte iracundus (quod esse non debet) cito aut aspere commoveatur adversus presbyterum sive diaconum suum, et exterminare eum de ecclesia voluerit, providendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem, habeat potestatem ejectus ut finitimos interpellet episcopos, ut causam suam audiant, et diligenter tractent, quia non oportet negari audientiam roganti, et ille episcopus qui aut juste aut injuste ejecit, patienter accipiat, vel negotium discutiatur, aut probetur ejus aut emendetur sententia, etc.

VIII. Cumque recitaretur, Augustinus Ecclesiæ Hipponis Regiensis legatus provinciæ Numidiæ dixit : Et hoc nos servaturos profitemur, salva diligentiore inquisitione concilii Nicæni. Aurelius episcopus dixit : Si hoc etiam omnium vestræ charitati placet, responsione firmate. Universum concilium dixit : Omnia quæ in Nicæno concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Jocundus episcopus Ecclesiæ Suffitulæ legatus provinciæ Bizancenæ dixit : Quod statutum est in Nicæno concilio, violari a quoquam nullatenus potest.

IX. Faustinus episcopus legatus ecclesiæ Romanæ dixit : Adhuc secundum professionem sanctitati vestræ tam sancti Alippii quam et fratris nostri Jocundi aliqua firmari credo, aliqua firmari d cum jam in dubium ipsi canones venerint. I placet et vobis et beatitudini vestræ ad sanc venerabilem Ecclesiæ Romanæ Bonifacium pum vestra scribere dignetur sanctitas, ut quod sanctus Augustinus statuere dignatus e berare possit, utrum et hoc concedendum si ticendum hoc est, de appellationibus inferio dus, si ergo adhuc in dubium venit de hoc c justum est ut beatissimæ Romanæ sedis ep informari debeat, si tamen in approbatis can hoc inveniri possit.

X. Aurelius episcopus dixit : Etiam quæ vestræ charitati intimavimus, non patimini plaria statutorum Nicæni concilii, sed et q salubriter a nostris decessoribus secundum ej concilii normam formata sunt, vel quæ nun nata sunt, a nobis recitari et gestis inseri. concilium dixit : Exemplaria fidei et statuta N synodi quæ ad nostrum concilium, quæ per recordationis olim prædecessorem tuæ san qui interfuit, Cecilianum episcopum allata su et quæ patres exemplaria sequentes hic con runt, vel nunc communi tractatu statuimu gestis ecclesiasticis inserta manebunt, ita (ut rius dictum est) venerabilibus viris Antioche Alexandrinæ, sed et Constantinopolitanæ ec rum episcopis scribere vestra beatitudo digne exemplaria verissima concilii Nicæni sub st tione litterarum suarum dirigant, quo clara ea capitula quæ in commonitorio præsens fra coepiscopus noster Faustinus, et compresbyter lippus et Asellus secum attulerunt, aut ibide perta a nobis firmabitur, aut si non inveniuntu lecta synodo de hoc in sequenti tractabimus. I notarius Nicæni concilii professionem fidei ve statuta recitavit in concilio Africano.

Symbolum Nicænum.

XI. Credimus in unum Deum Patrem omnip tem, omnium visibilium et invisibilium condit et in unum Dominum Jesum Christum Filium natum de Patre unigenitum, hoc est de subst Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum v de Deo vero, natum, non factum, unius substi cum Patre (quod Græci dicunt *omousion*), per omnia facta sunt, sive quæ in cœlis, sive qu terris, qui propter nos homines et propter no salutem descendit et incarnatus est de Spiritu cto, et homo factus, passus est, et resurrexit die, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram P inde venturus judicare vivos et mortuos, et in ritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat qu non erat, et priusquam nasceretur non erat, et ex nullis existentibus factus est, vel alia substa vel natura, dicentes mutabilem et convertil Filium Dei, hos anathematizat catholica et apos Ecclesia.

Epistola Africani concilii ad Bonifacium papa

XII. Domino beatissimo et honorabili fratri Bo

ius, Valentinus primæ sedis provinciæ Nu- A t cæteri qui præsentes adfuimus, numero lecem et septem ex omni concilio Africæ. im Deo placuit, ut de his quæ vobiscum ege- cti fratres nostri coepiscopus Faustinus et byteri Philippus et Asellus, necnon beatæ e episcopo Zosimo, a quo ad nos mandata is attulerunt, sed tuæ venerationi, qui in es divina providentia cum rei christianæ ventu constitutus, humilitas nostra rescribe- reviter insinuare debemus quæ utrorumque a terminata sunt, non ea quæ prolixis ge- voluminibus continentur, in quibus salva charitate, non tamen sine parvo altercatio- e demorati sumus, ea gestis deliberantes ic ad causam pertinent, quanquam et ille si B set in corpore, acciperet gratius quod vide- tius terminatum. Domine frater Apiarius r, de cujus et ordinatione et excommunica- vocatione fuerat exortum, non solum suc- um etiam toti Africanæ Ecclesiæ non leve m de omnibus erroribus suis veniam petens, ioni est restitutus, prior autem coepiscopus iccensis Urbanus, quod in eo corrigendum it sine ulla dubitatione correxit, quia vero uieti ecclesiæ non tantum ad præsens, sed i posterum prospiciendum fuit, quoniam lia præcesserant, ut vel similia, vel etiam , deinceps præcaveri oporteret, placuit t de Siccensi Ecclesia retento scilicet ho- C dus sui presbyter removeretur Apiarius, et epistolio, ubicumque alibi vellet et posset, rii munere fungeretur, quod eidem ipsi ras proprias postulanti sine difficultate con- i. Sane priusquam hæc causa isto termino tur inter alia quæ diuturnis disceptationibus nus, quia rogatio ipsa poscebat, ut apud acta tica a nostris fratribus Faustino coepiscopo po atque Asello, compresbyteris quæreremus, erent quidquid eis nobiscum agendum fuis- nctum, nonnulla quidem sine ullo scripto i sunt verbis, sed cum id potius flagitare- d in litteris ferrent commonitorium, protule- od recitatum nobis etiam gestis quæ secum leferrent, est allegatum, in quo eis quatuor D i nobiscum gerenda mandata sunt, unum llationibus episcoporum ad Romanæ Eccle- rdotem. Alterum ne ad comitatum episcopi ne navigent. Tertium de tractandis presby- et diaconorum causis apud finitimos episco- suis excommunicati leviter vel culpabiliter Quartum de Urbano episcopo excommuni- el etiam Romam evocando, nisi ea quæ vi- r corrigenda, corrigeret, quorum omnium de t tertio, id est, ut Romam liceat episcopis re, et ut clericorum querelæ apud suarum arum episcopos finiantur, jam priore anno teris nostris ad eumdem venerabilis memo- mum episcopum datis insinuare curavimus, ut ea servare sine ulla ejus injuria paulisper sineremus, usque ad inquisitionem statutorum Nicæni concilii, et nunc de tua postulamus sanctitate, ut quemadmodum ea apud Nicæam a Patribus acta vel constituta sunt, sic ea a nobis facias custodiri, et ibi apud vos quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri, id est, si episcopus accusatus fuerit et judicaverint congregati episcopi regionis ipsius, et dejecerint eum de suo gradu, et appellasse videatur, et confugerit ad beatissimum Romanæ Ecclesiæ episcopum, et voluerit audiri, et justum putaverit, ut renovetur examen, scribere his episcopis diligenter qui in finitima et propinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter requirant omnia et juxta fidem veritatis definiant; quod si is qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua moverit episcopum Romanum, ut a latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi qui velit et quid existimet, et si decreverit mittendos esse qui præsentes cum episcopis judicent, habentes auctoritatem ejus a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio; si vero crediderit sufficere episcopos, ut negotio terminum imponant, faciet quod sapientissimo suo consilio judicaverit. Si quis episcopus iracundus, quod esse non debet, cito aut aspere commoveatur adversus presbyterum sive diaconum suum, et exterminare eum de ecclesia voluerit, providendum est ne innocens damnetur aut perdat communionem, habeat potestatem ejectus, ut finitimos interpellet episcopos, et causa ejus audiatur, et diligentius tractetur quod non oportet ei negare audientiam roganti, et ille episcopus qui aut juste, aut injuste rejecit, patienter accipiat negotium, ut discutiatur, aut probetur ejus aut emendetur sententia. Hæc utique ad adventum verissimorum exemplariorum Nicæni concilii inserta gestis sunt, quæ sibi quemadmodum ipso quod apud nos fratres ex apostolica sede directi allegaverunt commonitorio continerentur de eorum ordine, vel apud vos in Italia custodirentur, nullo modo nos talia qualia commemorare jam volumus, vel tolerare cogeremur, vel intolerabilia pateremur, sed credimus, adjuvante misericordia Domini Dei nostri, quod tua sanctitate Romanæ Ecclesiæ præsidenti non sumus, jam istum typum passuri, et servabuntur erga nos ea quæ nobis etiam non disserentibus custodiri debeant cum fraterna charitate quæ secundum sapientiam et justitiam quam tibi donavit Altissimus, etiam ipse perspicis esse servanda, si forte aliter habent canones Nicæni concilii. Quamvis enim plurimos codices legerimus, sed nusquam in Nicæno concilio Latinis in codicibus legimus, quemadmodum in supradicto commonitorio mihi directa sunt; ea tamen quia hic in nullo Græco codice potuimus invenire, ex orientalibus Ecclesiis ubi perhibentur eadem decreta posse etiam authentica reperiri magis nobis desideramus afferri, pro qua re tuam quoque venerationem obsecramus, ut scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est Ecclesiæ Antiochenæ, Alexandrinæ, Constantinopolitanæ, et si aliis

etiam placuerit tuæ sanctitati, ut inde ad nos iidem canones apud Nicæam civitatem a patribus constituti veniant, te potissimum hoc beneficium cunctis occidentalibus Ecclesiis in Domini adjutorio conferente. Quis enim dubitet exemplaria esse verissima concilii in Græcia Nicænæ synodi congregatæ, quæ tam de diversis locis et de nobilibus Græcis Ecclesiis allata et comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio supradicto nobis allegata sunt de appellationibus episcoporum ad Romanæ Ecclesiæ sacerdotem et de clericorum causis apud suarum provinciarum episcopos terminandis nos utique ad probationem servaturos esse profitemur, beatitudinem tuam ad hoc nos adjuturam in Dei voluntate confidimus : cætera vero quæ in nostra synodo gesta vel firmata sunt, quoniam supradicti fratres nostri, Faustinus coepiscopus, Philippus et Asellus presbyteri secum ferunt, si dignatus fueris tuæ nota faciant sanctitati. Et alia manu, Dominus noster te nobis annis plurimis custodiat, beatissime frater, Amen. Aurelius episcopus Carthaginis, Alippius, Augustinus, Possidius, Marinus, cæteri episcopi ducenti quatuordecim subscripserunt.

XIII. *Incipiunt rescripta ad concilium Africanum Cyrilli Alexandrini episcopi, ubi authentica Nicæni concilii translata de Græco per Innocentium presbyterum transmisit, quæ et epistolæ cum concilio Nicæno per memoratum presbyterum Innocentium et Marcellum subdiaconum Ecclesiæ Carthaginensis sancto Bonifacio episcopo Romanæ Ecclesiæ, die sexta Kalend. Decembris sunt directa.*

Dominis honorabilibus sanctis fratribus et coepiscopis Aurelio et Valentiniano, sed et omni sanctæ congregationi in Carthaginensi synodo congregatæ Cyrillus salutans in Domino charitatem vestram.

Scripta venerationis vestræ multam habentia querimoniam cum omni lætitia per filium nostrum Innocentium presbyterum suscepi, quibus a nobis speratis, ut de scrinio nostræ Ecclesiæ verissima exemplaria ex authentica synodo apud Nicæam civitatem metropolim Bithyniæ a sanctis patribus constituta atque firmata sub nostræ fidei professione vestræ dilectioni dirigamus; unde, domini honorabiles fratres, salute præeunte, necesse habui per harum latorum filium nostrum Innocentium presbyterum fidelissima exemplaria ex authentica synodo in Nicæa civitate Bithyniæ habita vestræ charitati dirigere, quod et in ecclesiastica historia inquirentes invenietis. De Pascha (ut scripsistis) nuntiamus vobis, xvii Kalend. Maii. nos futura indictione celebrare. Et alia manu, Deus et Dominus noster sanctam virginem congregationem vestram custodiat quod optamus, charissimi fratres.

Epistola Attici Constantinopolitani episcopi ad eosdem.

Dominis sanctis merito beatissimis fratribus et coepiscopis, Aurelio, Valentino, vel cæteris charissimis in synodo apud Carthaginem habita constitutis Atticus episcopus. Per filium nostrum Marcellum subdiaconum nostrum scripta dilectionis vestræ cum omni gratiarum actione suscepi, Domino gratias agens, quod merui tantorum fratrum benedictione perfrui, Domini beatissimi fratres. Scripsistis saneut verissimos canones apud Nicæam civitatem metropolim Bithyniæ a Patribus constitutos, sub astipulatione dirigam. Et quis est qui communem fidem ve statuta a Patribus firmata suis fratribus deneget Qua de re per eumdem filium meum Marcellum sub diaconum nostrum nimium festinantem, sicuti st tuti sunt in Nicæa civitate a Patribus, canones i tegros (ut jussistis) direxi, petens ut pro me plu mum vestra sancta congregatio orare jubeat. *Et* alia manu, Dominus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sanctissimi fratres.

Incipiunt exemplaria Nicæni concilii directa Africano concilio a memoratis pontificibus post consulatum gloriosissimorum imperatorum, Honorii XII, Theodosii VII consulibus sexto Kalend. Decembris.

Symbolum.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium necnon invisibilium conditorem, et in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, natum ex Patre, unigenitum, hoc est ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non creatum, ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, cœlestia et terrena. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, et homo factus, passus est, et resurrexit tertia die. Ascendit in cœlum, venturus inde judicare vivos et mortuos, et in Spiritum sanctum. Eos vero qui dicunt, erat tempus quando non erat, et quia ex nihilo factus, vel ex alia substantia vel essentia esse, aut mutabilem, aut convertibilem Filium Dei dicunt, anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.

Huic symbolo fidei etiam exemplaria statutorum ejusdem concilii Nicæni annexa sunt de Græco in Latinum translata a Teilone et Theariste Constantinopolitano.

Incipiunt capitula ejusdem Nicæni concilii.

1. De eunuchis qui seipsos abscindunt.
2. De his qui ex gentibus post baptismum ad clericatus ordinem promoventur.
3. De commanentibus cum mulieribus.
4. De ordinatione episcoporum.
5. De excommunicatis.
6. De privilegiis quæ quibusdam civitatibus competunt.
7. De episcopo Eliæ, id est Hierosolymorum.
8. De his qui dicuntur Cathari, id est mundi.
9. De his qui ad sacerdotium sine examinatione promoti sunt.
10. De lapsis ignoranter ordinatis.
11. De his qui negaverunt, et habentur in locis.
12. De his qui abrenuntiant, et iterum ad sæculum sunt reversi.
13. De his qui in exitu communionem requirunt.
14. De catechumenis lapsis.
15. De clericis ne de civitate ad aliam transeant.
16. De his qui in ecclesiis in quibus provecti sunt minime perduraverunt.
17. De clericis qui usuras accipiunt.

privilegiis presbyterorum.

his qui a Paulo Samosateno ad ecclesiam

lectendo genu.

observatione Nicæni concilii, ut nulla de urietas oriatur in ecclesiis.

Si quis per languorem a medicis sectus barbaris abscissus est, iste remaneat in uis autem sanus se abscidit, istum et in tum abstinere oportet, et de cætero nullum bere promoveri. Sicut autem hoc manifequia de his qui hanc rem excogitant, aueipsos abscindere dictum sit, sic eos qui a aut a dominis castrati sunt, inveniuntur as digni, tales ad clerum applicat canon.

multa aut necessitate, aut aliter cogenB unibus facta sunt contra canonem eccle, ut homines ex gentili vita nuper accefidem, et in parvo tempore catechizati, spiritale lavacrum ducantur, et simul cum fuerint promoveantur ad episcopatum, aut terium, placuit de cætero nihil tale fieri. mpore opus est ei qui catechizatur, et sma approbatio amplior, manifesta enim lica scriptura, quæ dicit : Non neophitum, in superbiam elatus in judicium incidat, n diaboli. Si autem, procedente tempore, aimi peccatum inveniatur circa hujusmodi nam, et convincatur a duobus aut tribus pse cesset a clero. Si quis autem præter C quasi adversus magnum concilium se effepericlitabitur de clero.

dixit omnimodo sanctum concilium, neque a, neque presbyterum, neque diaconum, neeum qui in clero est, habere secum subintrolulierem, nisi forte matrem aut sororem, aut ersonas quæ refugiunt omnes suspiciones. opum oportet maxime quidem ab omniint intra provinciam episcopis ordinari; hoc difficile fuerit, aut propter urgentem em, aut propter longitudinem itineris, lo tres in unum convenientes consentienis qui absentes sunt episcopis et spondenscripta, tunc manus impositionem fieri. io autem eorum quæ fiunt danda est uniD uæ provinciæ metropolitano.

is qui excommunicantur, sive de clero de laico agmine, ab episcopis per singulas obtineat sententia, juxta canones eos qui bjiciuntur, ab aliis non recipiendos. Reautem ne pusillanimitate, aut pertinacia, alia molestia episcopi sint excommunicati. oc decentius requiratur bene placuit, sins per singulas provincias bis in anno conomnibus simul episcopis in unum congretales quæstiones requirantur. Et ita qui offenderint episcopum, rationabiliter exati apud omnes esse putentur, quandiu mmune aut episcopo placeat humaniorem

A pro his ferre sententiam. Concilia autam fiant, unum quidem ante quadragesimam Paschæ, ut omni pusillanimitate sublata, munus mundum offeratur Deo, secundum autem circa tempus autumni.

6. Antiquiores obtineant qui apud Ægyptum sunt, et Lybiam, et Pentapolin, ita ut Alexandrinus episcopus horum omnium exhibeat sollicitudinem, quia et urbis Romæ episcopo similis mos est. Similiter autem et circa Antiochiam et in cæteris provinciis privilegia propria reserventur metropolitanis Ecclesiis. Omnino autem manifestum est illud, quia si quis præter concilium metropolitani factus fuerit episcopus, hunc concilium magnum definivit non debere esse episcopum, si vero communi omnium decreto rationabili secundum canonem ecclesiasticum B comprobato, duo aut tres propter proprias inimicitias contradixerint, obtineat sententia plurimorum.

7. Hierosolymitana consuetudo antiqua servetur, ut Eliæ episcopus honoretur et habeat ordinem honoris, salva tamen metropolitani dignitate ejusdem provinciæ.

8. Si aliquando venerint ad catholicam Ecclesiam Cathari, placuit sicut et magnæ synodo eos ordinatos sic manere in clero. Ante omnia autem hæc profiteri ipsos per scripturam oportet quod consentiant et sequantur catholica et apostolica dogmata. Hoc est et bigamis communicare, et his qui in persecutione lapsi sunt, circa quos et tempus constitutum est et dies definitus, et sequantur in omnibus, C quæ placuerunt catholicæ Ecclesiæ episcopo, vel presbytero, ubicunque autem omnes, sive in castellis, sive in civitatibus ipsi juncti fuerint, ordinati, qui inveniuntur in clero sint in eodem habitu, quotquot autem catholicæ Ecclesiæ episcopo vel presbytero exstante accedunt, manifestum est quod episcopus ecclesiæ habebit dignitatem episcopi. Qui autem nominatur apud eos episcopus presbyteri honorem habebit, nisi forte placuerit episcopo honoris eum nomine frui, sin vero non hoc ei placuerit, providebit ei locum aut cor episcopatus aut presbyterii, ut in clero omnino esse videatur, quatenus non in civitate duo sint episcopi.

9. Si qui sine examinatione promoti sunt episcopi aut presbyteri, vel cum discutiuntur confessi D sunt quæ peccaverunt, vel si ab aliis convincantur, et confitentibus contra canonem homines commoti manus eis imposuerunt, tales canon non suscipit, sed abjicit, hoc enim quod irreprehensibile est, defendit catholica Ecclesia.

10. Quicunque de lapsis ordinati sunt per ignorantiam aut dissimulationem ordinantium, hoc non præjudicat, canoni ecclesiastico, cogniti etenim deponuntur.

11. De his qui prævaricati sunt præter necessitatem aut præter oblationem facultatum, aut præter periculum, vel tale aliquid quod factum est sub tyrannide Licinii, placuit sancto concilio (licet indigni sint) humanitate tamen subvenire eis, quotquot igitur sincere pœnitent, tres annos inter audientes sint.

Qui lapsi sunt fideles, septem annos succumbant, duobus vero annis sine oblatione populo communicent in orationibus.

12. Quicunque vocati sunt per gratiam et primordia demonstrantes bona deposuerunt cingulum militiæ, postea vero ad proprium vomitum revoluti sunt, ita ut aliqui et pecuniam conferant et beneficiis militiam repetant, isti decem annos succumbant post triennium auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet discutere voluntatem et speciem pœnitentiæ. quotquot enim timore et lacrymis et perseverantia et bonis operibus conversationem non simulatione demonstrant, isti adimplentes constitutum tempus auditionis orationibus merito communicabunt, et postea licebit episcopo humanius de his aliquid cogitare, qui autem indiscrete tulerunt et ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad conversionem, definitum omne compleant tempus.

13. De exeuntibus de corpore vetus et canonica lex custodiatur et nunc, ut qui mori sperantur novissimo juvamine non priventur. Si vero desperatus communione sumpta, et oblatione percepta, iterum convalescat, sit inter eos qui orationibus tantum communicant, generaliter autem homini morituro petenti sibi communionis gratiam episcopus probabiliter oblationem ei contradat.

14. De catechumenis lapsis placuit sicut et magnæ synodo, ut triennio tantum audiant, postea orent cum catechumenis.

15. Propter grandem tumultum et seditiones quæ fiunt, placuit omnimode auferri consuetudinem quæ est contra canonem in aliquibus partibus admissa, ita ut de civitate in civitatem, nec episcopum, nec presbyterum, neque diaconum transferri liceat. Si quis autem post sancti et magni concilii definitionem tale aliquid agere tentaverit, aut se dederit hujuscemodi negotio, cassabitur hujusmodi machinatio, et restituatur ecclesiæ in qua aut episcopus aut presbyter aut diaconus fuerit ordinatus.

16. Hi qui facile se periculis ingerentes, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque ecclesiasticum canonem scientes discedunt ab ecclesia presbyteri aut diaconi, aut quicunque sunt in canone constituti, isti nullo modo suscipi debent ab alia ecclesia, sed omnem eis necessitatem imponi oportere ut ad proprias parochias revertantur, pertinaces autem excommunicatos esse oportet, si autem aliquis ausu temerario subripuerit ad alterum pertinentem et ordinaverit in sua ecclesia, non consentiente episcopo a quo discesserat clericus qui in canone constituitur, infirma sit hujusmodi manus impositio.

17. Quoniam plures in canone constituti cupiditatem et lucra turpia sectantur, oblitique sacræ Scripturæ dicentis, « Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, » cum fenerantur aliis centesimas exigunt, juste statuit sanctum et magnum concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuram accipiens, aut aliud aliquid excogitans turpis l tia, abjiciatur a clero, et alienus a canone

18. Pervenit ad sanctum et magnum c quod in quibusdam locis aut civitatibus pı gratiam sacræ communionis diaconi porrig neque canon neque consuetudo tradidit, u testatem offerendi non habent his qui offeru Christi porrigant. Sed etiam hoc quoqu quod quidam diaconi ante episcopos contı charistiam. Omnia igitur hæc amputentur, neant diaconi in proprio ordine, scientes q coporum quidem ministri sunt, presbyter inferiores existunt, accipiant autem ex o charistiam post presbyteros eis dante aut aut presbytero, sed nec sedere eis in medi terorum liceat. Quod si hoc fiat, præter ca præter ordinem probatur existere, si qu obtemperare noluerit, post hanc definition a diaconio.

19. De Paulianistis refugientibus ad l catholicam definitio prolata est rebaptizar nino, si qui vero ex eis, præterito tempore clero, si quidem sine querela et reprehens rint, post baptismum ordinentur ab episcop catholicæ, si vero discussio eos minus idor nerit, deponi eos convenit. Similiter aut diaconibus et omnino de his qui sub canon santur, eadem forma servabitur. Meminim de diaconissis quæ in eadem specie sunt, qu impositionem aliquam non habent, ut omı laicas computentur.

20. Quoniam sunt quidam qui die flectant genua, et in diebus Pentecostes,] hoc sanctæ et magnæ synodo cunctos in locis consonanter et consentienter stant orare debere.

21. Sanctum concilium traditis omnibu dispositis ut Ecclesiarum pax et fides in orie occidentis partibus una eademque servetu clesiastica statuta necessario credimus infe

Explicit exemplar Nicæni concilii

Epistola Africani concilii ad Cælestin

XIV. Domino dilectissimo et honorabili p stino, Aurelius, Palestinus, Antonius, Tut Dei, Terentius, Fortunatus, Martianus, Janu tatus, Celticius, Donatus, Theasius, Vincen tunatianus, et cæteri qui universali African Carthaginis adfuimus, optaremus si quem sanctitas vestra de adventu Apiarii lætatos missis per compresbyterum nostrum Leon intimavit, ita nos quoque de ejus purgat scripta cum lætitia mitteremus, esset p nostra et vestra modo alacritas certior, ne præpropera viderentur quæ adhuc tam de quam de audito præcesserant. Advenient nos sancto fratre et coepiscopo nostro Fausti lium congregavimus, et credidimus ideo cun sum, quoniam sicut per ejus operam presby

is fuerat, ita nunc posset de tantis criminibus a Thabracenis objectis eo laborante purgari, anta ac tam immania flagitia decursus nostri i examen invenit, ut memorati patrocinium quam judicium ac defensoris magis operam disceptatoris justitiam superarent. Nam pri- uantum obstiterit omni congregationi diversas s ingerendo, quasi ecclesiæ Romanæ asserens gia, et volens eum a nobis in communionem su- uem tua sanctitas credens appellasse quod pro- on potuit communioni reddiderat, quod minime licuit, quod etiam gestorum melius ex le- cognosces, triduano tamen laboriosissimo judicio cum diversa eidem objecta afflictissime emus vel moras coepiscopi nostri Faustini, giversationes ipsius Apiarii, quibus nefandas dines occulere conabatur, Deus justus ju- rtis et patiens et longanimis, magno com- resecavit. Tetriore quippe ac putridiore tione compressa, qua tantum lividum cœnum ntia negationis volebat obruere, Deo nostro nscientiam cohortante, et occulta quæ illius e tanquam in volutabro criminum jam dam- tiam hominibus publicante, repente in confes- nctorum objectorum flagitiorum dolosus ne- rupit, et tandem de omnibus incredibilibus riis spontaneus, se ipse convicit, atque ipsam nostram spem, qua eum et credebamus, et mus de tam pudendis maculis posse purgari, it in gemitus, nisi quoniam istam nostram iam uno tantum solatio mitigavit, quod et nos diuturnioris quæstionis absolvit, et suis vul- qualemcunque medelam, et si in vita ac sua ntia reluctante confessione providit, do- ater. Præfato itaque debitæ salutationis offi- imum impendio deprecamur, ut deinceps ad aures hinc venientes non facilius admittatis bis excommunicatos in communionem ultra excipere, quia hoc etiam Nicæno concilio m facile advertit venerabilitas tua. Nam et ferioribus clericis vel laicis videtur ibi præca- anto magis hoc de episcopis voluit observari, sua provincia communione suspensi a tua te temere vel festinato, præpropere vel inde- eantur communioni restitui, presbyterorum A quoque et sequentium clericorum improba refugia, sicut te dignum est; repellat sanctitas tua, quia et nulla patrum definitione hoc ecclesiæ derogatum est Africanæ, et decreta Nicæna sive inferioris gradus clericos, sive episcopos ipsos suis metropolitanis episcopis apertissime commiserit. Prudentissime enim justissimeque viderunt quæcumque negotia in suis locis ubi orta sunt finienda, nec unicuique providentiæ gratiam spiritus defuturam qua æquitas a Christi sacerdotibus, et prudenter videatur, et constantissime teneatur, maximeque unicuique concessum est, si judicio fuerit offensus cognitorum, ad concilia provinciæ suæ, vel etiam universale provocare, nisi forte quisquam est qui credat unicuilibet posse Deum nostrum examinis inspirare justiB tiam, et innumerabilibus congregatis in concilium Nicænum sacerdotibus denegare, aut quomodo ipsum transmarinum judicium ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ vel propter senectutis infirmitatem, vel multis aliis intercurrentibus impedimentis adduci non potuerunt. Nam ut aliqui tanquam a tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus patrum synodo constitutum, quia illud quod pridem per eumdem coepiscopum nostrum Faustinum tanquam ex parte Nicæni concilii exinde transmisistis in conciliis verioribus, quæ accipiuntur Nicæni a sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinæ ecclesiæ et a venerabili Attico Constantinopolitano antistite ex Authentico missis, quæ etiam antehac C per Innocentium presbyterum et Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memoriæ Bonifacio episcopo prædecessori nostro a nobis transmissa sunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Exsecutores etiam clericos vestros quibusque petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne famosum typum sæculi in Ecclesiam Christi quæ lucem simplicitatis et humilitatis diem Domini videre cupientibus præfert, videamur inducere. Nam de fratre nostro Faustino, amoto jam pro suis nefandis nequitiis de Christi Ecclesia dolendo Apiario securi sumus, quod eum probitate ac moderatione tuæ sanctitatis, salva fraterna charitate ulterius in Africa minime sustinere patiatur, et alia manu : Dominus noster sanctitatem vestram ævo D longiore orantem pro nobis custodiat, domine frater.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII CARTHAGINENSIS SEPTIMI.

excommunicatis ut ad clericorum accusa- non admittantur.

personis quibus clericorum accusatio in- ur.

his qui primum crimen objectum non pro- barunt ut ad cætera non admittantur.

4. De personis quæ adversus clericos testimonium dicere prohibentur.

5. De eo quem solo testimonio præsumpserit excommunicandum.

INCIPIT CONCILIUM CARTHAGINENSE SEPTIMUM TRIGINTA OCTO EPISCOPORUM.

consulatum gloriosissimorum imperatorum i tertii, et Theodosii octavi, Augustorum, tertio Kalendis Julii Carthagine, in secretario basilicæ restitutæ, cum Aurelius episcopus una cum

Faustino ecclesiæ Potentinæ provinciæ Italiæ Piceni legato Romanæ Ecclesiæ, Vincentio Culusiano, Fortunatiano Neapolitano, Mauriano Uzipparensi, Adeodato Simidico, Pentadio Carpitano, Rufiniano Muzuensi, Prætexato Sicilibensi, Quodvultdeo Verensi, Candido Abiritano, Galloniano Uticensi legatis, provinciæ Numidiæ, proconsularis, Alippio Tagensi, Augustino Hippone Regiensi, et Possidio Calamensi legatis provinciæ Numidiæ, Maximiano Aquiregni, Jocundo Suffitulensi, et Hilarino Herreocelorum legatis provinciæ Bizancenæ, Novato Sititensi, et Leone Optensi legatis provinciæ Mauritaniæ Sitifensis, Nivello Rusurensi, Laurentio Icositano, et Numeriano Nusgumensi legatis, provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis, ab universis concilio judicibus delectis astantibus diaconibus consedisset, et quibusdam peractis multi episcopi cæterorum peragendorum moras se conquærerentur sustinere non posse, et ad proprias ecclesias festinarent, placuit universo concilio, ut ab omnibus eligerentur de singulis quibusque provinciis, qui propter alia peragenda residerent, et factum est ut hi adessent quorum subscriptiones eos adfuisse testantur.

Cap. I. Placuitque, quoniam superioribus conciliorum decretis de personis quæ admittendæ sunt ad accusationem clericorum jam constitutum est, et quæ personæ non admittantur jam expressum est, idcirco definimus eum rite ad accusationem non admitti, qui posteaquam excommunicatus fuerit in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, sive sit clericus, sive laicus, accusare voluerit.

II. Item placuit, ut omnes servi vel proprii liberti ad accusationem non admittantur, vel omnes quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt, omnes enim infamiæ maculis aspersi, id est, histriones ac turpitudinibus subjectæ personæ, hæretici etiam, sive pagani, sive Judæi, sed tamen omnibus quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non neganda.

III. Item placuit, quotiescunque clericis satoribus multa crimina objiciuntur, et t ipsis de quo prius egerit, probare non vol cætera non admittatur.

IV. Testes autem ad testimonium non a dos, qui nec ad accusationem admitti præce vel etiam quos ipse accusator de domo sui xerit, ad testimonium autem infra annos decim ætatis suæ non admittantur.

V. Item placuit, ut si quando episcop aliquem sibi soli proprium crimen fuisse co atque ille neget, non putet ad injuriam s scopus pertinere, quod illi soli non credi scrupulo propriæ conscientiæ se dixit nega communicare, quamdiu excommunicato n municaverit suus episcopus eidem episcopo non communicetur episcopis, ut magis cave pus, ne dicat in quemquam quod aliis do convincere non potest. Et subscripserunt episcopus ecclesiæ Carthaginensis, Faustin tinæ provinciæ Piceni, Alippius Tagastensis provinciæ Numidiæ, Augustinus Hipponæ l legatus Numidiæ provinciæ, Possidius e Calamensis legatus provinciæ Numidiæ, Sitifensis legatus provinciæ ejusdem, Leo legatus provinciæ Mauritaniæ Sitifensis, nius Uzipparitanus, Rufianus Muzensis, deus Verensis, Candidus Abiritanus Germ rum, Gallonianus Uticensis, Jocundus Suff gatus provinciæ Bizancenæ, Hilarinus H lensis legatus provinciæ Bizancenæ, Ma Suffetulensis legatus provinciæ Bizancen mianus Aquiregnis legatus provinciæ Bi Nivellus Rusurensis legatus provinciæ Cæ Laurentius Icositanus legatus provinciæ Cæs Numerianus Nusgumensis legatus provinci riensis, Philippus presbyter Ecclesiæ l Asellus presbyter legatus Ecclesiæ Romanæ

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII MILEVITANI.

1. Contra Pelagianos qui dicunt etiam sine peccato mori potuisse Adam.

2. Quod juxta Apostoli testimonium etiam parvuli qui nihil peccati adhuc commiserunt omnes in peccatorum remissione veraciter baptizentur.

3. Quod gratia Dei non solum peccata dimittit, sed etiam adjuvat ne committantur.

4. Quod per gratiam Dei sciamus quid facere debeamus et diligere ut faciamus.

5. Quod gratia Dei præstet ut lex impleatur, non (sicut ait Pelagius) facile quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.

6. Quod juxta sententiam Joannis evangelistæ : Nemo sit qui esse possit sine peccato.

7. Quod unicuique etiam justo non solum pro aliis, sed et pro semetipso dicere oporteat : Dimitte nobis debita nostra.

8. Quod a sanctis veraciter dicitur : nobis debita nostra.

9. Quod ad communes causas Ecclesiæ concilium congregari oporteat, in priv causis speciale uniuscujusque provinciæ.

10. Ut epistolas ad concilium evocandu politanus subscribat, et dirigat.

11. Ut de hæreticis et infidelibus qui concilio constituitur a principe impleretur.

12. Ut preces et orationes compositæ batæ fuerint in concilio) non dicantur.

13. Ut posteriores anterioribus episc præferantur, nec inconsultis primatibus su agere præsumant.

14. Ut episcopi pro tempore cons suæ litteras ab ordinatoribus habeant.

87 15. Ut ubi primum quis legerit, ibi permaneat clericus.

16. Ut pro causis ecclesiarum exsecutores vel advocati a principe postulentur.

17. Ut neque dimissus, neque dimissa alteri conjungantur.

18. De his qui in sua provincia non communicant ubi alibi non communicent.

19. De clericis qui apud principem sæculare judicium aut synodale impleverint.

20. Ut sine formatis nemo ad comitatum proficiscatur, et qualiter formatæ fiant.

21. De episcopis qui quod repetere poterant, prætermissa synodo invaserunt.

22. De clericis qui de judicio episcoporum suorum conqueruntur.

23. De his qui apud hæreticos pœnitentiam acceperunt.

24. De episcopis negligentibus adversus hæreticos.

25. Unde supra.

26. De virginibus quæ infra viginti quinque annos, necessitate cogente, velantur.

27. De episcopis qui post acta Carthaginensis synodi retenti sunt ad reliqua peragenda.

INCIPIT CONCILIUM MILEVITANUM.

Gloriosissimis imperatoribus Arcadio et Honorio, Augustis viris, clarissimis consulibus, sexto Kalendas Septembris in civitate Milevitana, in secretario basilicæ cum Aurelius episcopus Ecclesiæ Carthaginensis in concilio universali consedisset, astantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Quoniam Ecclesiæ sanctæ unum est corpus, omniumque membrorum caput est, unum factum est, volente Domino, ac nostram infirmitatem juvante, ut ad hanc ecclesiam conveniremus dilectionis et fraternitatis gratia invitati, unde quæso charitatem vestram, quia ita credendum est, quod noster accessus ad vos nec superfluus nec insuavis est cunctis, ideoque pariter quædam de causis fidei, unde nunc quæstio Pelagianorum imminet, in hoc cœtu sanctissimo primitus tractentur, deinde subsequantur, et aliqua quæ disciplinæ ecclesiasticæ necessaria existunt.

Cap. I. Placuit ergo omnibus episcopis qui fuerunt in hac sancta synodo, constituere hæc quæ in præsenti concilio definita sunt, ut quicunque dicit: Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

II. Item placuit, ut quicunque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit quidem: In remissionem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati quod regenerationis lavacro expietur, unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit, quoniam non aliter intelligendum est quod ait Apostolus, per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum in nos, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt, nisi quemadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit, propter hanc enim regulam fidei etiam parvuli qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissione veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur quod generatione traxerunt.

III. Item placuit ut quicunque dixerit gratiam Dei, in qua justificamur per Jesum Christum Dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium ut non committantur, anathema sit.

IV. Item quisquis dixerit eamdem gratiam Dei per Jesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantum nos adjuvare ad solam non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur et aperitur intelligentia mandatorum ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognoverimus etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit, cum dicat Apostolus: Scientia inflat, charitas vero ædificat, valde impium est ut credamus ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi, ad eam quæ ædificat non habere, cum sit utrumque donum Dei, et scire quid facere debeamus, et diligere ut faciamus, ut ædificante charitate scientia non possit inflare, sicut autem de Deo scriptum est, qui docet hominem scientiam, ita etiam scriptum est.

V. Item placuit ut quicunque dixerit ideo nobis gratiam justificationis (charitas ex Deo est) dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tanquam et si gratia non daretur non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit, De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait, sine me difficilius potestis facere, sed ait, sine me nihil potestis facere.

VI. Item placuit, quod ait sanctus Joannes apostolus, si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, et veritas in nobis non est, quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat propter humanitatem non oportere dici, nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit. Sequitur eum Apostolus, et adjungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est et justus qui remittat nobis peccata, et mundet nos ab omni iniquitate. ubi satis apparet hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici: poterat enim Apostolus dicere: Si dixerimus quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, et humilitas in nobis non est; sed cum

ait nosipsos decipimus, et veritas in nobis non est, satis ostendit eum qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui sed falsum.

VII. Item placuit, ut quicunque dixerit in oratione Dominica, ideo dicere sanctos, dimitte nobis debita nostra, ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis jam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, et ideo non dicere unumquemque sanctorum, dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, ut hoc pro aliis potius quam pro se justus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim et justus erat apostolus Jacobus cum dicebat, in multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est omnes, nisi ut ista sententia conveniret, et in psalmo ubi legitur : Non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens; et in oratione sapientissimi Salomonis : Non est homo qui non peccet; et in libro Job : In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam. Unde etiam Daniel sanctus et justus cum in oratione pluraliter diceret : Peccavimus, iniquitatem fecimus, et cætera, quæ ibi veraciter et humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit : Cum orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei Domino Deo nostro, noluit dicere peccata nostra, sed populi sui dixit et sua, quia futuros istos qui tam male intelligunt, tanquam propheta prævidit.

VII. Item placuit, ut quicunque verba ipsa Dominicæ orationis ubi dicimus : Dimitte nobis debita nostra, ita volunt a sanctis dici, ut humiliter non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem et non hominibus, sed ipsi Domino mentientem qui labiis sibi dicit dimitti velle, et corde dicit, quæ sibi dimittantur, debita non habere? Hucusque de fide contra Pelagianos, nunc regulæ tractantur ecclesiasticæ.

IX. Placuit ut non sit ultra fatigandis fratribus anniversaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africæ undecunque ad hanc sedem pro concilio datæ litteræ fuerint, congregandam esse synodum in ea provincia ubi opportunitas persuaserit, causæ autem quæ communes non sunt, suis provinciis judicentur.

X. Placuit etiam pati ut omnium episcoporum epistolis omnibus de concilio dandis sanctitas tua sola subscribat.

XI. Placuit et illud adversus hæreticos, vel paganos, vel eorum superstitiones, ut legati missi de hoc glorioso concilio quidquid utile providerint a gloriosissimis principibus impetrent.

XII. Placuit etiam et illud, ut preces vel orationes, seu missæ quæ probatæ fuerint in concilio, sive præfationes, sive commendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ a prudentioribus tractatæ vel comprobatæ in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem per ignorantiam, vel per studium sit compositum.

XIII. Palentinus episcopus dixit : Si pe bonum patientiæ vestræ, prosequar ea quæ saria sunt ecclesiasticæ disciplinæ. Scimus ei inviolatam permansisse ecclesiasticam disci ita ut nullus fratrum prioribus suis se ali auderet anteponere, sed officiis legitimis id exhibitum est prioribus, quod ab insequ rationabiliter semper acciperetur. Hunc o jubeat sanctitas vestra melius vestris interlo bus roborare. Aurelius episcopus dixit : Non rat quidem ut hæc repeteremus, nisi forte exi inconsideratæ mentes quorumdam quæ ad h tuenda nostros acuerent sensus, sed et con hæc causa est quam insinuavit frater et coep noster, ut unusquisque nostrum ordinem sibi tum a Deo cognoscat, et posteriores anter deferant, nec eis inconsultis aliquid agere mant. Qua de re oportet eos qui putaverint majoribus aliquid præsumendum competent ab omni concilio coercendos. Universi episco runt : Hic ordo et a patribus et a majori servatus, et a nobis Deo propitio servabitur etiam jure primatus Numidiæ et Mauritaniæ.

XIV. Deinde placuit ut quicunque deinc episcopis ordinantur, litteras accipiant ab or ribus suis manu eorum subscriptas, continent sulem et diem, ut nulla altercatio de poster vel anterioribus oriatur.

XV. Item placuit ut quicunque in eccle semel legerit ab alia ecclesia, ad clericatu teneatur.

XVI. Placuit præterea, ut exsecutoribus in bus justis desideriis impartiatur, placuit et petatur a gloriosissimis imperatoribus, ut j judicibus dare petitos sibi defensores scho **88** qui in actu sint, vel in officio defensionu sarum ecclesiasticarum, ut more sacerdotu vinciæ, id est, ipsi qui defensionem eccle susceperint, habeant facultatem pro negotii siarum (quoties necessitas flagitaverit) vel sistendum callide decipientibus vel obrepe vel ad necessaria suggerenda ingredi judicur taria.

XVII. Placuit ut secundum evangelicam et tolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore dimissa a marito alteri conjungantur, sed i neant, aut sibimet reconcilientur, quod si co serint ad pœnitentiam redigantur, in qua ci gem imperialem petendam promulgari.

XVIII. Placuit, ut quicunque non commun provincia propria in aliis provinciis vel trans partibus ad communicandum obrepserit, ja communionis vel Clericatus excipiat.

XIX. Placuit, ut quicunque ad imperator gnitionem judiciorum publicorum ab episc tierit, honore proprio privetur, si autem epi

judicium ab imperatore postulaverit, nihil ei obsit.

XX. Placuit, ut quicunque clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab episcopo suo accipiat, quod si sine formata voluerit pergere, a communione removeatur, quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum loci ejus ipsam necessitatem, et de hoc scripta ejusdem episcopi deferat, formatæ autem quæ a primatibus, vel a quibuscumque episcopis clericis propriis dantur, habeant diem Paschæ. Quod si adhuc ejusdem anni Paschæ dies incerta est, ille præcedens adjungatur quomodo solet post consulatum in publicis gestis ascribi.

XXI. Item placuit, ut quicunque episcopi, quascunque ecclesias vel plebes quas ad suam cathedram æstimant pertinere, non ita repetunt ut causas suas episcopis judicantibus agant, sed si in alio retinente irruerint, sive volentibus sive nolentibus plebibus causæ suæ detrimentum patiantur, et quicunque jam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt, ille inde discedat, quem constiterit prætermissis judiciis ecclesiasticis irruisse, nec sibi quisque blandiatur, si a primate ut retineat litteras, impetrarit, sed sive habeat litteras, sive non habeat, conveniat eum qui tenet, et ejus litteras accipiat, ut eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem; si autem ille aliquam quæstionem retulerit per episcopos judices causa finiatur, sive eis primates dederint, sive quos ipsos vicinos ex consensu delegerint.

XXII. Item placuit, ut presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici in causas quas habuerint, si de judiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant, et inter eos quidquid est, finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si et ab eis provocandum putaverint, non provocent, nisi ad Africana concilia, vel ad primates provinciarum suarum, ad transmarina autem qui putaverit appellandum a nullo intra Africam in communione suscipiatur.

XXIII. Placuit, ut quicunque conversus ab hæreticis dixerit se apud eos pœnitentiam accipere, unusquisque catholicus episcopus requirat, ubi et ob quam causam apud eosdem hæreticos pœnitentiam susceperit, ut cum documentis certis hoc ipsum approbaverit sibi pro qualitate peccati, sicut eidem episcopo catholico visum fuerit, tempus pœnitentiæ reconciliationis decernat.

XXIV. Item placuit, ut quicunque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholicam unitatem lucrari conveniantur a diligentibus vicinis episcopis, ut id agere non morentur, quod si intra sex menses a die conventionis non hoc fecerint, qui potuerit eas lucrari ad ipsum pertineant, ita sane ut si ille ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis impune ut ibi sint et suam diligentiam fuisse præventam, ut eo modo ejus cura solertior vitaretur, cum hoc judices episcopi cognoverint, sive cathedræ loca restituant. Sane si episcopi inter quos causa versatur, diversarum sunt provinciarum, ille primas det judices in cujus provincia est locus de quo contenditur, si autem ex communi placito vicinos judices elegerint, aut duo eligantur aut tres, quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum, judicibus autem quos communis consensus elegerit, non liceat provocare, et quisquis probatus fuerit pro contumacia nolle obtemperare judicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det litteras ut nullus ei communicet episcoporum donec obtemperet.

XXV. Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit adversus hæreticos, conveniatur a vicinis episcopis diligentibus, et ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit; quod si ex die quo convenitur intra sex menses, si in ejus provincia exsecutio fuerit, et non eos ad unitatem catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur donec impleat; si autem exsecutor ad loca non venerit, non ascribatur episcopo, si autem probatum fuerit eum de communione illorum fuisse mentitum dicendo eos communicasse quos eo sciente non communicasse constiterit, etiam episcopatum amittat.

XXVI. Item placuit, ut quicunque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit, nec non velata fuerit, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem, seu velavit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

XXVII. Item placuit ne diutus universi episcopi qui ad concilium congregati sunt, tenerentur ab universo concilio ternos judices de singulis provinciis eligi, et electi sunt de provincia Carthaginensi Vincentius, Fortunatianus et Clarus de provincia Numidiæ, Alippius, Augustinus, et Restitutus de provincia Bizancena, cum sancto sene Domitiano primate Cresconius, Jocundus et Melianus, de Mauritania Sitifensi, Severianus, Asiaticus, et Donatus, de provincia Tripolitana, Plautius qui ex more legatus unus est missus. Qui omnes cum sancto sene Aurelio universa cognoscant, a quo petiit universum concilium, ut cunctis sive gestis quæ confecta jam sunt, episcopis ipse subscribat, et subscripserunt. Aurelius episcopus Ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi et perlecto subscripsi; Donatianus Telepsensis primæ sedis subscripsi; Augustinus Hipponæ Regiensis subscripsi. Similiter et omnes episcopi subscripserunt.

Hucusque concilia Africæ.

SEQUUNTUR CONCILIA GALLIÆ.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII ARELATENSIS.

1. Ut uno die et tempore Pascha celebretur.
2. Ut ubi quisque ordinatur, ibi permaneat.
3. Ut qui in pace arma projiciunt, excommunicentur.
4. Ut aurigæ dum agitant excommunicentur.
5. Ut qui in theatris conveniunt, excommunicentur.
6. Ut in infirmitate conversi manus impositionem accipiant.
7. De præsidibus, ut cum conscientia episcopi sui communicent.
8. Ut ex hæresi conversi in Trinitate baptizentur.
9. Ut qui confessorum litteras portant, alias accipiant.
10. Ut cujus uxor adulteravit, ipse aliam non accipiat.
11. Ut feminæ fideles quæ gentibus se junxerunt, excommunicentur.
12. Ut clerici feneratores excommunicentur.
13. Ut proditores fratrum, vel vasorum, seu Scripturarum cum verberibus deponantur.
14. Ut falsi accusatores fratrum usque ad exitum excommunicentur.
15. Ut levitæ non offerant.
16. Ut pœnitentes ubi acceperint onerationem ibi communicent.
17. Ut nullus episcopus alium conculcet episcopum.
18. Ut diaconus nihil sine presbytero suo agat.
19. Ut presbyteri sine conscientia episcoporum suorum nihil faciant.
20. Ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur.
21. Ut sine tribus episcopis nullus episcopus ordinetur.
22. Ut clericus alibi transiens excommunicetur.
23. Ut apostatæ qui tardius revertuntur, nisi per dignam pœnitentiam non recipiantur.

INCIPIT CONCILIUM ARELATENSE PRIMUM

Habitum tempore Constantini imperatoris.

Domino et sanctissimo Sylvestro episcopo cœtus episcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi. Quæ decrevimus communi concilio charitative significamus, ut omnes sciant quid in futurum observare debeant.

Cap. I. De observatione Paschæ Domini, ut uno die et tempore per omnem orbem observetur, et juxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

II. De his qui in quibuscunque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent.

III. De his qui arma projiciunt in pace, placuit, abstinere eos a communione.

IV. De agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos quandiu agitant a communione separari.

V. De theatricis, et ipsos placuit (quandiu agunt) a communione separari.

VI. De his qui infirmitate credere volunt, placuit debere his manum imponi.

89 VII. De præsidibus qui fideles ad præsidatum prosiliunt ita placuit, ut cum promoti fuerint litteras accipiant ecclesiasticas communicatorias, ita tamen ut quibuscunque locis gesserint ab episcopo ejusdem loci cura de illis agatur, ut cum cœperint cum disciplina publica agere, tunc demum a communione excludantur, similiter et de his fiat qui rempublicam agere volunt.

VIII. De Arianis qui propria lege sua utuntur, ut rebaptizentur placuit. Si ad ecclesiam aliqui de hac hæresi venerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum, et si præviderint in Patre et Filio et Spiritu sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, ut accipiant Spiritum sanctum. Quod si interrogati, non responderint hanc Trinitatem, non baptizentur.

IX. De his qui confessorum litteras afferunt, placuit ut sublatis eis litteris, alias accipiant communicatorias.

X. De his qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, et iidem sunt adolescentes fideles et prohibentur nubere, placuit ut in quantum potest consilium eis detur, ne viventibus uxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant.

XI. De puellis fidelibus quæ gentibus junguntur, placuit ut aliquanto tempore a communione separentur.

XII. De ministris qui fenerantur, placuit eos juxta formam divinitus datam a communione abstinere.

XIII. De his qui Scripturas sanctas tradidisse dicun-

tur, vel vasa Dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, ut quicunque eorum in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis ab ordine cleri amoveatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi, et si in his qui ordinaverunt, ratio subsistit, non tamen illis subsistat ordinatio, quoniam multi sunt qui contra ecclesiasticam regulam pugnare videntur, et per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, qui omnino non admittantur, nisi (ut supra diximus) actis publicis docuerint omni se suspicione carere.

XIV. De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare, sed falsum testem (juxta Scripturam) impunitum non licere esse.

XV. De diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

XVI. De his qui pro delicto suo a communione separantur, ita placuit, ut quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco communionem consequantur.

XVII. Ut nullus episcoporum alium episcopum conculcet.

XVIII. De diaconibus urbicis, ut non aliquid per se præsumant, sed honor presbyteris reservetur.

XIX. Ut presbyteri sine conscientia episcoporum nihil faciant.

XX. Ut peregrino episcopo locus satisfaciendi detur.

XXI. De his qui usurpant sibi quod soli debeant episcopum ordinare, placuit, ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis sibi aliis septem episcopis, si tamen non potuerint septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare.

XXII. De presbyteris aut diaconibus qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt et ad alia loca se transtulerunt, placuit ut his locis ministrent quibus præfixi sunt; qui, relictis locis suis, ad alium locum se deferre voluerint, deponantur.

XXIII. De his qui apostatant, et antequam se ad ecclesiam repræsentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, et postea in infirmitate arrepti, petunt communionem, placuit eis non dandam communionem, nisi revelaverint et egerint dignos fructus pœnitentiæ.

Explicit concilium Arelatense primum.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII SECUNDI ARELATENSIS.

1. De neophitis clericis non ordinandis.
2. Qualiter conjugati ad sacerdotium provehantur.
3. Ut nullus clericus aut diaconus in solatio suo extraneam habeat mulierem.
4. Ut nullus clericus in cellario vel in secreto introducat puellam.
5. Ut episcopus cum ordinatur cum consensu metropolitani, tres eum ordinent episcopi.
6. De episcopo qui sine metropolitani consensu fuerit ordinatus.
7. De his qui seipsos abscindunt.
8. De his qui excommunicatos alterius suscipiunt.
9. Ut Novatiani in communionem non suscipiantur.
10. De his qui in persecutione prævaricati sunt.
11. De his qui pœnis victi, sacrificare compulsi sunt.
12. De his qui in pœnitentia positi vitam excesserunt.
13. Ut ne quis qualibet necessitate suam relinquat ecclesiam.
14. Ne clericus usuram accipiat.
15. Ne diaconus coram presbytero sedeat vel Eucharistiam tradat.
16. Ut Fotiniani et Paulianistæ baptizentur.
17. Ut hæretici qui in Trinitate baptizati sunt, cum chrismate et manus impositione recipiantur.
18. Ut metropolitani arbitrio synodus congregetur.
19. Ut nulli episcopo liceat a synodo deesse, vel ante peractam synodum discedere.
20. De aurigis et theatricis fidelibus.
21. Si post acceptam pœnitentiam quis nupserit.
22. Ut pœnitentia conjugatis ex consensu detur.
23. De sacerdotibus qui idololatriam non everterunt.
24. De accusatoribus fratrum.
25. De apostatis si non revertuntur.

Finiunt capitula.

INCIPIT CONCILIUM ARELATENSE SECUNDUM.

Nomina auctorum ejusdem concilii.

Ex Sicilia Syracusanorum Sixtus episcopus, et Florus diaconus, ex provincia Campaniæ civitatis, Prothus episcopus et Agrippa, et Tutus diaconus ex provincia Apauli, Pardus episcopus, et Crescens diaconus ex provincia Damulti, Theodorus episcopus, et Agathon, diaconus ex urbe Roma quos Silvester episcopus misit, Claudianus et Abitus presbyteri, Eugenius et Quiriacus diaconi ex provincia Italiæ, Orosius episcopus, Nazareus lector, ex provincia Viennensium civitatis Arelas, Martinus episcopus, Salanias presbyter, Nicetus Afer, Ursinis, et Petrus diacones ex provincia qua supra Vien-

nensium, Verus episcopus, Bedas exorcista, ex civitate Vasione Dammas episcopus, Victor exorcista, ex civitate Aurasicorum, Laustinus presbyter ex porta, Innocentius diaconus, Agapius exorcista, ex provincia Gallia civitatis Remorum, Ibethanius episcopus, Prigenius diaconus ex civitate Rothomagensium, Avidamus episcopus, Nicetius diaconus, ex civitate Augusta, Idonupetius episcopus, Amandus presbyter, Filomatis diaconus, ex civitate Helvidono, Votius episcopus, Pitulius exorcista, ex civitate Agrippina, Maternus episcopus, Maurinus diaconus, ex provincia Aquitanica civitatis Vagalii, Genialis episcopus, ex civitate Burdegala, Orientalis episcopus, Flavius diaconus, ex civitate Verorum, Artius episcopus, Felix exorcista ex civitate Tholosa, Martinus episcopus, Leontius diaconus ex provincia Bitania, Eburius episcopus ex civitate Culnia, Adelsius ex civitate Romanorum, Liberius episcopus, Flonetius diaconus ex civitate Betica, Sabinus presbyter ex civitate Tarcacona, Probatus presbyter, Castorius diaconus ex civitate Cæsaraugusta, Clementinus presbyter, Rovinus exorcista ex civitate Tebestigenstium, Trimanus presbyter, Victor diaconus ex provincia Mauritania Cæsariensi, Fortunatus episcopus, Deuterius diaconus ex provincia Sardinia, Quintus episcopus, Admonius presbyter ex provincia Africa, Cecilianus presbyter, Sperantius diaconus ex civitate Onina, Lampadius episcopus ex civitate Utica, Victor episcopus ex civitate Beneventina, Anastasius episcopus ex civitate Turbistina, Faustus episcopus ex civitate Cocofeltis, Surgentius episcopus ex Numidia, Victor episcopus ex civitate Virensium, Vitalis episcopus ex portu urbis Romæ, Gregorius episcopus ex Centumcellis, Epitatus episcopus ex civitate Ostensi, Leontius et Macharius presbyteri.

I. Ordinari ad diaconatus vel sacerdotii officium neophitum non debere.

II. Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in conjugii vinculo constitutum, nisi fuerit promissa conversio.

III. Si quis de clericis a gradu diaconatus in solatio suo mulierem præter aviam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conversam secum uxorem habere præsumpserit, a communione alienus habeatur; par quoque et mulierem (si se separare noluerit) pœna percellat.

IV. Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus ad cellarii secretum intromittat puellam vel ingenuam, vel ancillam.

V. Nullus episcopus sine metropolitani permissu, nec episcopus metropolitanus sine tribus episcopis comprovincialibus, præsumat episcopum ordinare, ita ut alii comprovinciales epistolis admoneantur, ut se suo responso consensisse significent. Quod si inter partes aliqua fuerit dubitatio majori numero metropolitanus in electione consentiat.

VI. Illud autem ante omnia clareat, eum qui sine conscientia metropolitani constitutus fuerit episcopus juxta magnam synodum esse episcopu debere.

VII. Si qui se carnali vitio repugnare nes abscindunt, ad clerum pervenire non possun

VIII. Si quis excommunicatum alterius si ricum, sive sæcularem recipere post inter præsumpserit, 90 noverit se reum fraternit ctum causam in concilio redditurum.

IX. Novatianum in communionem recipi n bere, nisi suscepta pœnitentia incredulitatis itum damnet errorem.

X. De his qui in persecutione prævaricati voluntarie fidem negaverint, hoc de eis Nicæ nodus statuit, ut quinque annis inter catechu exeant, et duos inter discommunicantes, ita u munionem inter pœnitentes non præsumant, testate tamen vel arbitrio erit episcopi, ut si animo errorem deflere et agere pœnitentiam si ad communionem in propria ecclesia velit nitate suscipere.

XI. Si qui vero dolore victi et pondere pers nis negare et sacrificare compulsi sunt, duo nis inter catechumenos, triennio inter pœn habeantur a communione suspensi.

XII. De his qui in pœnitentia positi vitam serunt, placuit, nullum communione vacuum dimitti, sed pro eo quod honoravit pœnite oblatio illius recipiatur.

XIII. Nullus cujuscumque ordinis clericu diaconus, non presbyter, non episcopus, quac occasione faciente, propriam relinquat ecc sed omnimodo aut excommunicetur, aut red gatur. Quod si aliquis commorationis tempore episcopo suo, in aliena ecclesia habitans, ab e loci clericus fuerit ordinatus, hujusmodi or irrita habeatur.

XIV. Si quis clericus pecuniam dedit ad u aut conductor alienæ rei voluerit esse, aut tu cri gratia aliquod genus negotiationis exerce positus a clero, a communione alienus habea

XV. In secretario diaconos inter presbyte dere non liceat, vel corpus Christi præsente tero tradere non præsumant, quod si feceı officio diaconatus abscedant.

XVI. Fotinianos sive Paulianistas secundı trum statuta baptizari oportet.

XVII. Bononianos autem ex eodem errore tes (quos sicut Arianos baptizari in Trinitate festum est) dum interrogati fidem nostram corde confessi fuerint, cum chrismate et impositione in ecclesia recipi sufficit.

XVIII. Ad Arelatensis episcopi arbitrium s est congreganda, ad quam urbem ex omnibus partibus sub sancti Martini tempore legimus c tum fuisse concilium atque conventum, si qu monitus infirmitatis causa defuerit, persons sua dirigat.

XIX. Si quis autem adesse neglexerit, aut fratrum, antequam dissolvatur concilium, cre

deserendum, alienum se a fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

XX. De agitatoribus sive theatricis qui fideles sunt, placuit eos quandiu agunt, a communione separari.

XXI. Pœnitentes quæ defuncto viro aliis nubere præsumpserint, vel suspecta, vel interdicta familiaritate cum extraneo junxerint, cum eodem ab Ecclesiæ liminibus arceantur. Hæc etiam de viro in pœnitentia posito placuit observari.

XXII. Pœnitentiam conjugatis nonnisi ex consensu dandam.

XXIII. Si in alicujus presbyterio infideles, aut faculas accenderint, aut arbores, fontes vel saxa venerentur, si hæc eruere neglexerit, sacrilegi se esse reum cognoscat, dominus autem ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communione privetur.

XXIV. Eos qui falsa fratribus capitalia objecisse convicti fuerint, placuit eos usque ad exitum non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione pœnituerint.

XXV. Si qui post sanctam religionis professionem apostatant, et ad sæculum redeunt, et postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem penitus non accipiant, quos etiam jubemus ad clericatus officium non admitti, et quicumque ille sit, post pœnitentiam, sæcularem habitum non præsumat, quod si præsumpserit, ab ecclesia alienus habeatur.

Explicit concilium Arelatense secundum.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TERTII ARELATENSIS.

1. Ut diaconus ante 25, et sacerdos ante 30 annos non ordinetur.

2. Ut digami vel pœnitentes vel repudiatarum mariti ad sacerdotium non provehantur.

3. Ut laicus ante annum conversionis non ordinetur.

4. Ut qui clericum alienum defendere nititur, communione privetur.

INCIPIT CONCILIUM ARELATENSE TERTIUM

Viginti quatuor episcoporum, æra CCCCLXI.

Martiano Augusto Opilione et Vincomalone consulibus, VIII Idus Julii cum voluntate Dei ad dedicationem basilicæ sanctæ Mariæ in Arelatensi civitate sacerdotes Domini convenissent, congruum eis et rationabile visum est, ut primum de observandis canonibus attentissima sollicitudine pertractantes qualiter ab ipsis ecclesiasticæ regulæ servarentur, salubri concilio definirent.

CAP. I. Et quia in ordinandis clericis antiquorum patrum statuta non ad integrum (sicut expedit) observata esse cognoscuntur ne forte quorumcumque importunis et inordinatis precibus sacerdotes Domini fatigentur, et ea quæ toties sunt præcepta transgredi compellantur, hoc inter se observandum esse definiunt, ut nullus episcoporum diaconum antequam viginti quinque annos impleat ordinare præsumat, episcopatus vero vel presbyteri honorem nullus laicus ante præmissam anni conversionem, vel ante triginta annos ætatis accipiat.

II. Nullus pœnitentem, nullus digamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare, et licet hæc jam prope omnium canonum instituta contineant, tamen ne cuiquam sacerdotum supplicantium (sicut jam diximus) importunitas vel suggestio iniqua subrepat necesse fuit, ut nunc severiorem regulam sibi velint Domini sacerdotes imponere, et ideo quicunque ab hac die contra ea quæ superius sunt comprehensa clericum ordinare præsumpserit, ab ea die qua ei potuit hoc approbari anno integro missas facere non præsumat. Quam rem si quis observare noluerit, et contra consessum fratrum faciens missas celebrare præsumpserit, ab omnium fratrum charitate noverit se alienum, quia dignum est ut severitatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat qui salubriter a sanctis Patribus instituta observare contemnit.

III. Et licet de laicis prolixiora tempora antiqui Patres ordinaverint observanda, tamen quia accrescunt numeri ecclesiarum, necesse est nobis sine præjudicio duntaxat canonum constituere antiquorum, ut nullus metropolitanorum cuicumque laico dignitatem episcopatus tribuat, sed nec reliqui pontifices presbyterii vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit præmissa conversio.

IV. Si forte aliquis clericorum regulam disciplinæ ecclesiasticæ subterfugiens fuerit evagatus quicunque eum susceperit, et illum pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defensare præsumpserit ecclesiæ communione privetur. Cæsarius in Christi nomine episcopus definitionem hanc sanctorum fratrum meorum vel meam relegi et subscripsi; Contumeliosus episcopus consensi et subscripsi: Filiargius episcopus subscripsi; Pretaxatus episcopus subs.; Maximus episcopus sub.; Julianus episcopus sub.; Florentius episcopus subscripsi. Item Cyprianus episcopus sub.; Cœlestinus episcopus subscripsi; Proitianus episcopus sub.; Eucherius episcopus subsc.; Catafronius presbyter directus a dominis meis Agricio et Severo episcopis subscripsi; ego Desiderius presbyter directus a domino meo Joanne episcopo consensi et subscripsi; Leontius presbyter directus a domino meo Constantino episcopo subscripsi; ego Metherius directus a domino meo Galliano episcopo consensi et subscripsi.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII VALENTINI.

1. De digamis non consecrandis.
2. Ut devota, si se maritaverit vel mœchata fuerit, pœnitentiæ deputetur.
3. Circa eorum vero personas qui se post unum et sanctum lavacrum vel profanis sacrificiis dæmonum, vel incesta lavatione polluerunt.
4. Ut sacerdotes vel levita, si de se crimen aliquod confitetur, deponatur.

INCIPIT CONCILIUM VALENTINUM

Triginta episcorum, æra CCCCXIII, *sub Gratiano et Valentiniano imperatoribus, Gratiano II et Quintino consulibus.*

Dilectissimis fratribus per Gallias et quinque provinciis constitutis episcopis, Fegadius, Emerius, Florentius, Artimus, Emilianus, Britto, Justus, Eufodius, Rodamius, Evortius, Cretus, Concordius, Constantinus, Paulus, Anterius, Felix, Neuterius, Urbanus, Simplicius et Vincentius episcopi in Domino salutem.

Transactis Valentinum omnibus et in Dei nomine in statu meliore compositis quæ fuerunt cœpta causa dissidii, quorumdam fuit patrum utilis et religiosa suggestio retractata de his quæ nec recipere possumus ob Ecclesiæ sanctitatem, nec tamen usquequaque consuetudinis causa damnare, ita enim per omnes ecclesias ejusmodi vitii germen inolevit, ut ad plena remedia non facilis sit recursus, certe non sine verecundia eorum quibus causa contigit subcisivum quod circa fratres generat odium, 91 moderatoque consilio ea cautelæ ratio servata est, quæ et scandala submoveret et sanctitatem Ecclesiæ custodiret.

Cap. I. Decet ergo neminem post hanc synodum, qua ejusmodi illicitis vel sero succurritur, de digamis, aut inter nuptarum maritos ordinari clericos posse, nec requirendum utrumne initiati sacramentis divinis, aut gentiles hac se infelici sorte necessitate maculaverunt.

II. De puellis vero quæ se Deo voverunt, si ad terrenas, nuptias sponte transierunt, id custodiendum esse decrevimus, ut pœnitentes non statim ad pœnitentiam recipiantur, et cum data tamen fuerit, nisi plene satisfecerint Deo in quantum ratio poposcerit, eisdem communio differatur.

III. Circa eorum vero personas qui se post unum et sanctum lavacrum vel profanis sacrificiis dæmonum vel incesta lavatione polluerunt, eam censuræ formam diximus esse servandam, ut his juxta synodum Nicænam satisfactionis quidam aditus non negetur, ne infelicibus lacrymis vel solatii janua desperatione claudatur, acturi vero pœnitentiam usque in diem mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plene sperare debebunt, qui ejus largitatem et solus obtinet, et tam dives misericordia est, ut nemo desperet: Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.

IV. Nec illud, fratres, scribere alienum ab ecclesiæ utilitate censuimus, ut sciretis quicunque sub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel episcopatus, mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinationibus submovendos reos scilicet vel veri confessione vel mendacio falsitatis. Neque enim absolvi potest is qui in se ipsum dixerit mortis causam, quia major homicida fit. Divina pietas vos in æternum custodiat, dilectissimi fratres.

Item epistola ejusdem concilii.

Dilectissimis fratribus, clero et plebi ecclesiæ Forojuliensis, Fegadius, Emerius, Florentius, Artemius, Emilianus, Britto, Justus, Eufodius, Rodamius, Evortius, Constantius, Paulus, Cretus, Concordius, Anterius, Neuterius, Nicecius, Urbanus, Felix, Simplicius et Vincentius, episcopi in Domino salutem. Quamvis tam ea Benedictus frater de sanctissimi accepti persona suggerit quæ prudenti et Christiano viro sunt condigna, quam quod studio omnium vestrum ad honorem sacerdotii poscatur edixerit, tamen quia in synodo jam sederat ordinationes ejusmodi submovendas quæ sine scandalo esse non possunt, non potuimus uni præstare quod cæteris negabatur. Et licet non ignoremus multos verecundia, et nonnullos honore suscipiendi sacerdotium, et ut trepidos, quæ utique signa sunt sanctitatis falsa in se rejiciendi honoris causa dixisse, tamen quia omnium fere ad ea quæ sunt pejora proclive judicium est, et hinc materies disputationum in obtrectatores sacerdotum Dei quæritur, sedit in synodo, ut quisque de se vel vera, vel falsa dixisset, fides quam suimet testimonio confirmaret, haberetur, quapropter decretum est submovendos protinus esse ab eo gradu quem ab omni scandalo liberum esse decet, divina pietas vos in æternum protegat.

Explicit concilium Valentinum.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII LAURINATIS.

1. Ut qui approbaverit suam civitatem metropolim fuisse, teneat primatum.
2. Ut episc. qui contra statuta faciunt, honore priv.
3. De laicis qui clericis crimen intendunt.

ericis qui per culpam ab episcopo suo ex- A
antur.
is qui se ab hæreticis separare voluerint
esia catholica suscipiantur.

6. Ut alterius clericum non promoveat alter, nec abjectum recipiat.

7. De his qui contra interdictum sunt ordinati, vel in honore filios genuerunt.

INCIPIT CONCILIUM TAURINATE.

is dilectissimis per Gallias et quinque pro-
nstitutis sancta synodus quæ convenit in
inatum.
postulationem provinciarum Galliæ sacer-
venissemus ad Taurinatum civitatem, at-
isdem urbis ecclesia auditore Domino vel
i sederemus, auditis allegationibus episco-
rum videlicet qui ad judicium fuerant, de
egotiis hæc sententiæ forma processit,
ucis statuta canonum servarentur, et plu-
contentionibus adhiberetur utilis medi-

Jam cum primus omnium vir sanctus
Massiliensis episcopus civitatis se tanquam
tanum ecclesiis quæ in secunda provincia B
si positæ videbantur diceret præesse de-
ie per se ordinationes in memorata provin-
orum fieri sacerdotum, siquidem assereret
ecclesias vel suas fuisse, vel episcopos a se
ecclesiis ordinatos, et e diverso ejusdem
piscopi aliud defensarent, ac sibi alterius
sacerdotem præesse non debere contende-
ndicatum a sancta synodo contemplatione
ie concordiæ, ut non tam civitati ejus quæ
provincia sita est, cujus magnitudinem
sciremus, quam, nisi potisssimum deferre-
liis honore primatus existeret. Dignum
im est, ut quamvis unitate provinciæ
meretur, constringerentur tamen pietatis
æc ipsi tantum in die vitæ ejus forma ser-
it in ecclesiis provinciæ secundæ Narbonæ
parochias vel suos discipulos fuisse con-
linatos primatus habeat dignitatem. Illud a
nis observandum quod licet ex superfluo
n inutiliter commonetur, ut ipse Procu-
am pius pater consacerdotes suos honoret
t memoratæ provinciæ sacerdotes tanquam
eumdem habeant ut parentem, et invicem
eant charitatis affectum, impleto hoc quod
i Apostolus : Honore mutuo prævenientes,
sapientes, sed humilibus consentientes.
ide inter episcopos urbium Arelatensis et
is qui de primatus apud nos honore certa-
ncta synodo definitum est, ut qui ex eis D
iverit suam civitatem esse metropolim, is
vinciæ honorem primatus obtineat, et ipse
ordinationum habeat potestatem. Certe ad
culum conservandum hoc concilio utiliori
est ut, si placet, memoratarum urbium
, unaquæque de his viciniores sibi inter
s muniat civitates, atque eas ecclesias
visitet quas oppidis suis maximas magis esse constiterit, ita ut memores unanimitatis atque concordiæ non alterum sibi longius usurpando quod est alii propius inquietet.

II. Placuit itaque perpeti disciplinam quam circa Octavum, Ursionem, Remigium et Triferium episcopos sancta synodus decrevit, qui usurpatione quadam de ordinatione sacerdotum ad invidiam vocabantur, quod eis hactenus idcirco videtur indultum, ut de cætero hac auctoritate commoniti nihil usurpare conentur, siquidem ea ab hac causa excusatione defenderint, qua dicerent prius se non esse conventos. Proinde judicavit synodus, ut si quis ex hoc fecerit contra statuta majorum, sciat is qui ordinatus fuerit sacerdotii se honore privandum, ille vero qui ordinaverit auctoritatem se in ordinationibus vel in conciliis minime retinendam. Non solum autem circa memoratos episcopos hæc sententia prævalebit, sed circa omnes qui simili errore decepti ordinationes hujusmodi perpetrarunt.

III. De Palladio autem laico, que Spano presbytero non leve crimen intenderat, inter quos episcopus Triferius ejusdem criminis causas se cognovisse testatus est, id concilii decrevit auctoritas, ut idem Palladius in eadem sententia maneret, qua cognitionis tempore a Triferio fuerat sacerdote multatus, hoc ei humanitate reservato concilii ut ipse Triferius in potestate habeat, quando ei voluerit re- C laxare.

IV. Statuit quoque de Exuperantio presbytero sancta synodus, qui in injuriam sancti episcopi sui Triferii gravia et multa consenserat, et frequentibus eum contumeliis provocaverat, ita ut nonnulla fecerit contra ecclesiasticam disciplinam, propter quam causam ab eo fuerat Dominica communione privatus ut in ejus sit arbitrio restitutio ipsius in cujus potestate ejus fuit abjectio, hoc est, ut quando vel idem Exuperantius satisfecerit, vel episcopo Triferio visum fuerit, tunc gratiam communionis accipiat.

V. Illud decrevit præterea sancta synodus, ut quoniam legatos episcopi Galliarum qui Felici communicant destinarunt, ut si quis ab ejus communione se voluerit sequestrare, in sanctæ pacis consortium suscipiatur juxta litteras venerabilis memoriæ Ambrosii episcopi vel Romanæ Ecclesiæ sacerdotis dudum latas, quæ in concilio legatis pœnitentibus recitatæ sunt.

VI. Nec illud prætermittendum fuit quod synodi sententia definitum est, ut ecclesiam alterius secundum statuta canonum nemo suscipiat, neque suæ

ecclesiæ in alio gradu audeat ordinare neque abjectum recipiat in communionem.

VII. Hi autem qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio genuerunt filios, ne ad majores gradus ordinum permittantur [*f.*] acc synodi decrevit auctoritas. Incolumes vos Do noster ævo longissimo conservare dignetur, d fratres dilectissimi.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII REGIENSIS.

1. Ut perversi ordinatores nullis denuo ordinationibus intersint.

2. Ut a duobus episcopis ordinatus aliquando episcopus possit non esse.

3. De hæreticis et schismaticis episcopis, si ad catholicam fidem venerint, quid observari debeat.

4. Ut episcopus et benedicat et confirmet phytum.

5. Ut episcopus, cum sepelierit episcopum, habeat ecclesiæ ipsius.

6. Ut absque metropolitani litteris et c su, nullus accedat ad destitutam ecclesian copo.

INCIPIT CONCILIUM REGIENSE.

Sub imperatoribus Theodosio juniore et Valentiniano, Theodosio septimo et Festo consulibus, cum in voluntate Domini apud Regiensem ecclesiam convenissemus, et transgressionis apud Ebredunensem ecclesiam habitæ remedium quæreretur, qua sanctis Ecclesiæ canonibus, ac reverendis Patrum constitutionibus omni parte neglectis, absque trium præsentia, absque provincialium litteris, absque metropolitani auctoritate irritam ordinationis speciem a duobus temere convenientibus **92** præsumptam esse clarebat, non minus doloris de præsumpto lapsu quam de ecclesiæ ipsius convulsione in pectoribus omnium diutina collatione versatum est. Primum itaque quia non ulciscendi, sed remediandi studium nutu Domini universorum pectoribus prorsus sacerdotali consilio insederat in sermonibus singulis pro pietate perspecta patuit, quod sicut reproba quæ præsumpta essent in irritum devocanda, ita eos qui reproba præsumpsissent, quamvis confundere censura cogeret charitati liceret absolvere, præsertim cum hi qui in tam perversa incidissent a primo lapsu ipsius diei adhibitis passim precibus culpam sibi pœnitentes, aut ignorantiæ proscriptioni imputassent, quia et si inveniale crederetur sacerdotem sacerdotalia statuta nescisse, levius tamen erat quam si ore impudenti fateretur se nota calcasse.

Cap. I. Item eos qui tam incondita ac tam instabilia usurpaverant, placuit misericordiæ et charitatis occursu ita in communionem dilectionemque recipi, ut scirent secundum recentem et saluberrimam Taurinatis synodi definitionem ad perpetuam vitæ istius suffusionem nullis se de cætero ordinationibus, nullis ordinariis futuros interesse consiliis, quia nihil salubre ab illis statuendum exspectaretur, qui tantæ occupationis tam detestanda exempla præbuerant Ebredunensi ecclesiæ. Ante omnia mature visum, consulendum, quia quatuor de biennii mensibus sacerdote legitimo destituta hoc gravius ægrotaverat, quod clericus innocens disciplinæ (ut probatu memor quorumdam insolentia, ac varia perturb vexatus, etiam in sacerdotibus ac ministris i ac jurgia et vim acerbissimam perniciosa nupe pertulerat, nec poterat, differri. Bonorum ac plinæ memor ne vel exspectatione videatur con cium et inquietorum vota palpare, quorum cor tiones quæ in præteritum (quantum deprehen test) animadversione ecclesiastica puniendæ futurum mancipandæ erant. Itaque ordinat quam canones irritam definiunt, nos quoqu cuandam esse censuimus, in qua prætermissa præsentia, nec expetitis comprovincialium l metropolitani quoque voluntate neglecta, pro hil quod episcopum faceret, ostensum est.

II. Itaque in voluntate placuit Domini, r hoc qui perperam assumptus erat episcopu omnino fratrum constitutionem ecclesiastica tione servata; verum quia hæc sancta synod disciplinam tantum, sed et misericordiam cumque occurreret, quod se armentarius proximis eidem ecclesiæ multa assentatorun lentia retulisset, occurrebant tamen quod a monitionem discessisset quod a nonnullis sac bus in hoc ipsum confirmatus, se etiam p domui reddidisset, quod epistolas ad clerum emiserat, quibus episcopatum quem se ind agnoscebat appetere renuntiaverat, erat in suum potens, et hoc ipsum quod stabiliter et i sumptum erat, jam tunc inordinatum et irrit turum, protestatum esse confirmans in illam partem declinata sententia est, ut juveni ed timore Domini plus suffragaretur, quod in act sissimo interdum sana sensisset, quam quod libus titillationibus aliqua in parte cessisset. prætermissis his quæ in ingressu ipsius eum ullius excusationis effugio culpæ associatum rant, velut innocentem eumdem præterire sac

huic concilio aderant damnatione va-
erunt.

ergo in quibusdam schismaticis reci-
enum concilium potuit a singulis per
ıa, hoc etiam præsens conventus statuit
servari debere, id est, ut cuicunque de
le aliquid charitatis concilia dictaverint,
ı parochiarum suarum ecclesiam cedere
:horepiscopi nomine, ut idem canon lo-
peregrina, ut aiunt, communione fove-
num itaque statuitur, ut hoc in qualibet
ætерquam in Alpina maritima liceat,
ı aliqua parte accesserit, ut malorum
quietis impatiens damnationi quam in se
t subjacebit. Sed si quis eidem quidquam
statuta sunt transgredienti communica-
munione omnium fiat alienus, deinde nec
loco, præter quam in publico gerentur,
n ei laicus decernatur, quem curiæ et
cies aut ordo nobilitat. Additur ne un-
itatibus vel episcoporum absentia offerre
ıec ordinare vel ultimum clericum nec in
esia, quæ illi cujuscunque minima fue-
a, nec ulli episcoporum vel succedente
ıpto aliquo in rudimentis suis huic quasi
everentia cedere liceat, nec usquam ipsi
le episcopalibus officiis usurpare, præter-
lesia quam cujusquam misericordia fuerit
ı qua ei solum neophytos confirmare, et
teros offerre conceditur. Quod si unquam
uis charitate alterius provocatus habita-
nutationem variaverit, non aliter in alia
uiem accipiat, quam in priori habuit cui
at, nec omnino unquam duarum eccle-
ernationem obtineat, cui etiam in ea quæ
ministros a civitatis episcopo necesse est
ıne quia ministrorum mentio facta est,
ab ipso inventi sunt excommunicati te-
ero provecti, statutum est eos qui ita
ınt deponendos. Quibus autem nulla ma-
rsationis præjudicaverit, prout Ebredu-
loti constituendo visum est, aut in ecclesiæ
erio tenendos, aut ad ipsum quocunque
ransferendos, plebisque acciperent licen-
stitutionis hujus permissu benedicere, ut
itum est, et in una eademque ecclesia neo-
firmare. In castellis ac vicis totum illis
teros sicubi venerint liceat quod in civi-
ıino præscribitur.

esbyteri privatim fidelibus desiderantі-
icant, et interminatas has discussiones
efinitas omnino presbytero per familias,
per privatas domos pro desiderio fide-
atem benedictionis aperire, quod non-

A nullas jam provincias habere occurrit, huic autem etiam in ecclesiarum plebibus per loca tamen magis quam per urbes hoc visum est esse tribuendum. In ecclesia quoque qua ordinatus fuerit, consecrandi virginem, sicut confirmandi neophytum, jus habebit et per omnia ut sit multæ indulgentiæ testimonium semper se inferiorem episcopo, superiorem presbytero agat, mandatis votisque omnium sanctorum prosequentibus vivat in timore Domini, et episcopum suum colat, Deo serviat, synodi circa se benevolentiæ gratias agat, semperque indignum se indultis negatis, et imparem esse fateatur.

V. In commune autem omnes qui convenerant sacerdotes sibimetipsis contra hujusmodi scandala præcavendum censuerunt. Itaque propter ejusmodi te-
B meritatem stabili definitione consultum est, ut de cætero observaretur, ne quis ad eam ecclesiam quæ episcopum perdidisset, nisi vicinæ ecclesiæ episcopus exsequiarum tempore accederet, qui tamen statim ecclesiæ ipsius curam districtissime gereret, ne quid ante ordinationem discordantium in novitatibus clericorum subversioni liceret. Itaque cum tale aliquid accidit, vicinis vicinarum ecclesiarum inspectio, descriptio, recensioque rerum mandatur.

VI. Hæc autem omnia exsequiarum tempore usque ad septimam defuncti agat diem, exinde ecclesiæ referens mandatum metropolitani simul cum omnibus sanctis episcopis sepeliatur, ne quisquam ad ecclesiam
C quæ summum amiserat sacerdotem nisi metropolitani litteris invitatus (ne a plebe decipiatur) accedat, et vim pati voluisse videatur. Ego Hilarius episcopus juxta id quod universis sanctis episcopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit statuta Patrum his definitionibus subscripsi sub die XVI Kalendas Decembris, Theodosio Augusto VII, Festo IV consulibus. Ego Severianus episcopus huic definitioni interfui, et subscripsi die consulibus suprascriptis. Ego Audentius episcopus statutis interfui, die consulibus suprascriptis. Ego Julius episcopus statutis interfui, et subscripsi die consulibus suprascriptis. Ego Achadius episcopus his definitionibus interfui, et subscripsi die consulibus suprascriptis. Ego Auspitius episcopus his definitionibus interfui, et sub-
D scripsi consulibus die suprascriptis. Ego Severinus episcopus definitionibus his interfui, et subscripsi, Ego Valerius episcopus his definitionibus interfui, et subscripsi. Ego Neuterius episcopus his definitionibus interfui, et subscripsi. Ego Asclepius episcopus his definitionibus interfui, et subscripsi. Ego Theodorus episcopus his definitionibus interfui, et subscripsi. Ego Vincentius presbyter episcopi Constantiniani ab eodem ordinatus interfui vice ipsius et subscripsi.

INCIPIUNT CAPITULA AURAICENSIS CONCILII.

lus minister sine chrismate proficiscatur.
eticis si in mortis discrimine convertantur.

3. De pœnitentibus qui de corpore exeunt.
4. De clericis pœnitentiam volentibus.

5. De his qui ad ecclesiam confugiunt, ne tradantur.

6. Nullus pro suis mancipiis qui ad ecclesiam confugiunt clericorum mancipia occupet.

7. De libertis qui in ecclesia commendati sunt ne opprimantur.

8. De his qui clericum alienum ordinare præsumunt.

9. De his qui cives alienos ordinaverint.

10. De episcopis qui in possessione, et in aliena diœcesi basilicam construxerunt.

11. De episcopis qui excommunicatum alterius suscipiunt.

12. De his qui subito obmutescunt, quod et baptismum et pœnitentiam accipere possunt.

13. De his qui mente desipiunt.

14. De energumenis baptizatis.

15. Ut energumenis et catechumenis de baptismo consulatur.

16. Ut energumeni ad clerum non promoveantur.

17. Ut in unum propositio sacramenti com

18. Ut Evangelia catechumeni non audia

19. Ut catechumeni ad baptisteria non s

20. Ut catechumeni cum fidelibus benedi non accipiant.

21. Ut duo episcopi episcopum non facia

22. Ut clerici conjugati, nisi continentia teantur, diaconi non fiant.

23. De his qui post acceptum diaconatu tinentes inveniuntur.

24. De his qui priusquam ordinarentur, nentes inventi sunt.

25. De viris probatis si conjugia duplicav

26. De diaconissis non ordinandis.

27. De feminis quæ viduitatem professæ ram episcopo.

28. De his qui professi sunt castitatem, s ricati fuerint.

29. Ut nullus episcopus de concilio sine discedat, aut ad concilium ire recuset.

INCIPIT CONCILIUM AURAICENSE.

Tempore Theodosii junioris et Cyri consulum VI *Idus novemb. in ecclesia Justinia*

Cap. I. Nullus ministrorum qui baptizandi recipit officium sine chrismate usquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari, de eo autem qui baptismate quacunque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est, ut non præjudicans quidquam dico, sed ut necessaria habeatur rechrismatio.

II. Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderent, si desit episcopus, presbyteris cum chrismate et benedictione consignare placet.

III. Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicare, quod morientis sufficit consolationi secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congruenter viaticum nominaverunt; quod si supervixerint, stent in ordine pœnitentium, ut ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant.

IV. Pœnitentiam desiderantibus clericis non negandam.

V. Eos qui ad ecclesiam fugerint tradi non oportere, sed loci sancti reverentia et intercessione defendi.

VI. Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriatur.

VII. In ecclesia manumissos et per testamentum Ecclesiæ commendatos, si quis in servitutem, vel obsequium, vel ad coloniarum conditione mere tentaverit, animadversione ecclesiasti cebitur.

VIII. Si quis alibi consistentem clericu nandum putaverit, prius definiat ut cum bitet, nec eum sine consultatione ejus cum quo ante habitavit ordinare præsum non sine causa diu ab alio non ordinatus r

IX. Si qui autem alienos cives aut a sistentes ordinaverint, ne inordinati in ullo tur, aut ad se eos revocent, aut ipsi eis i cum quibus habitent.

X. Si quis episcoporum in alienæ civita torio ecclesiam ædificare disponit, vel pro negotio, aut ecclesiastica utilitate vel pro que sua opportunitate permissa licentia æ (quia prohibere hoc nefas est), non præsum cationem, quæ illi omnimode reservatur territorio ecclesia assurgit, reservata vero tori episcopo hac gratia, ut quos desiderat c re sua videre, ipsos ordinet, his civitatis territorium est, vel si ordinati jam sunt ip acquiescat. Et omnis ecclesiæ ipsius gube eum (in cujus civitatis territorio ecclesia su pertinebit; quod si etiam sæcularium qu ædificaverit ecclesiam et alium magis qu in cujus territorio ædificat invitandum p tam ipse cui contra constitutionem ac dis gratificari vult, quam omnes episcopi qu jusmodi dedicationem invitantur a conven nebunt; si quis excesserit, in reatum dev si quis excesserit, ordinem recognoscat cu

XI. Placuit in reatum venire episcopum,

excommunicatione cujusque sine rcconcilia- A
s qui eum excommunicavit ei communicare
serit, ut integra omnia (si reconciliatio in-
it) de injustitia vel iniquitate excommuni-
proximæ synodo reserventur.
bito obmutescens prout statutum est ba-
ut pœnitentiam accipere potest, si volun-
teritæ testimonium aliorum verbis habet,
entis in suo nutu.
mentibus quæcunque sunt pietatis confe-

ergumenis baptizatis si de purgatione sua
se sollicitudini clericorum tradant, moni-
btemperent, omnimode communicent sa-
ipsius virtute vel muniendi ab incursu dæ-
uo infestantur, vel purgandi, quorum jam B
r vita purgatior.
quantum vel necessitas exegerit, vel op-
s præmiserit, de baptismate consulendum.
ergumeni non solum non assumendi sunt
ordinem clericatus, sed et illi qui ordi-
ab imposito officio sunt repellendi.
dmistionem Eucharistiæ simul consecran-
uimus.
Placuit catechumenis non legi Evangelium
a.
techumeni nonnunquam admittendi sunt,
er domesticas orationes.
regandi informandique sunt catechumeni,
cent et signandos vel benedicendos semo- C
nt eos fideles.
o si præsumpserint ordinare episcopum in
vinciis, placuit de præsumptoribus, ut sic-
erit duos episcopos invitum episcopum
toribus damnatis, unius Ecclesiæ eorum
assus est, substituatur, si tamen vita re-
et alter in alterius dejecti loco nihilomi-
atur; si voluntarium duo fecerint, et ipse
ur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus in-
rventur.
dit præterea ut deinceps non ordinentur
onjugati, nisi qui prius conversionis pro-
fessi fuerint castitatem.
i quis autem post acceptam benedictio-
icam cum uxore sua incontinens inveni- D
ficio abjiciatur.
le his autem qui priusquam ordinati fue-
c ipsum inciderint, Taurinatis synodi se-
esse sententiam qua jubentur non ulterius
i.
e idoneis autem probatisque viris, et cle-
igatis ipsa vitæ gratia ita gerit, si forte
in duplicata matrimonia, ut non ultra
atum vel ecclesiasticas capiant dignitates.
iaconissæ omnimode non ordinandæ, si

quæ jam sunt, benedictioni quæ populo impenditur capita submittant.

XXVII. Ut viduitatis servandæ professione coram episcopo in secretario habita impositam a presbytero vestem vidualem non esse violandam. Ejus vero repudiatorem, vel ipsam talis professionis desertricem merito esse damnandam.

XXVIII. Hi vero qui sunt desertores professæ castitatis prævaricatores habendi, et omnibus per pœnitentiam legitimam consulendum.

XXIX. Hæc quæ subscripsimus cum eorum quoque concordia qui consensus dederunt rata deinceps inter nos ac nostros haberi volumus, et habenda sancimus, non prætereuntes eos qui synodo aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem sub-legatos destinando adesse detractant, ut quid sibi de illis placeat qui Patrum statuta despiciunt, innotescat, non quod nobis temporum qualitate difficile sit ad sanctam synodum convenire, adjicientes quod si similibus deinceps paganis pro salubritate ecclesiastica ac remediis congregare conventus voluerimus, constituamus, ut nullus conventus sine alterius conventus denuntiatione solvatur. Itaque sequenti anno si Domino Deo nostro Jesu Christo permittente conceditur, die decimo quinto Kalendas Novembris in Aurasico territorio conventum habeamus, qui ideo tanto prius ante denuntiatur, ut tam excusationis libertas quam invitationis necessitas non sit. De die enim ac loco per ipsos nos commonebimur, singuli nobis cum exemplaribus et ea quæ per nos sunt constituta referentes aliquos qui defuerunt, beatissimi fratres nostri, Hilarii sollicitudini relinquamus, datis ad ipsos exemplaribus commonendos. Si post omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humanæ, ut si quis episcopus per infirmitatem debilitatemve aliquam aut hebetudinem sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea quæ non nisi per episcopos geruntur, non sub præsentia sua presbyteros agere permittat, sed episcopum in hoc quod in ecclesia agendum fuerit, imponat. Ego Hilarius episcopus subscripsi. Ego Claudius episcopus subscripsi. Ego Constantinus episcopus subscripsi. Ego Audentius episcopus subscripsi. Ego Egrestius episcopus subscripsi. Ego Julianus episcopus subscripsi. Ego Auspitius episcopus subscripsi. Ego Maximus episcopus subscripsi. Ego Theuderius episcopus subscripsi. Ego Eucherius episcopus subscripsi. Sanctorum sacerdotum comprovincialium meorum qui superius sunt memorati exspectantes assensum Nectarius subscripsi. Justus episcopus subscripsi. Augustalis episcopus subscripsi. Ingenius episcopus subscripsi. Salonius episcopus subscripsi. Ego superventor pro patre meo episcopo Claudio subscripsi et recognovi.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII VALENSIS.

llicani episcopi in Galliis non discutian-

2. De pœnitentibus subito mortuis ut oblationes eorum recipiantur.

3. Ut alterius episcopi chrisma nullus accipiat, sed tantummodo proprii.

4. Ut qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.

5. Ut qui sententiæ episcopi sui non acquiescit recurrat ad synodum.

6. Ut excommunicatus humiliet semetipsum ut festinus reconcilietur.

7. Ut accusatores de levibus causis non tur, 94 de criminibus vero discutiantur.

8. Ut episcopus alienum clericum redarg cantem.

9. Ut qui expositum invenerit, ecclesiam tetur.

10. Ut qui præter constitutum exposcit, u cida habeatur.

INCIPIT CONCILIUM VALENSE.

Æra CDLXXX.

Constitutiones synodi tractatu habitæ in civitate Valensi apud episcopum Urbicum Ecclesiæ catholicæ, temporibus Theodosii junioris et Dioscori consulis sub die Iduum Novemb.

Cap. I. Placuit episcopos de Gallicanis provinciis venientes intra Gallias non discutiendos, sed solum sufficere si nullus communionem eis interdixerit, quia inter circumhabitantes ac sibi pene invicem notos non tam testimonio indigent probi, quam denotatione et denuntiationibus depravati.

II. Horum qui pœnitentia accepta in bono vitæ cursu satisfactoria compunctione viventes, sine communione inopinato nonnunquam transitu in agris aut in itineribus præveniuntur oblationem recipiendam, et eorum funera ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequendam, quia nefas est eorum commemorationes excludi a salutaribus sacris, qui ad eadem sacra fideli affectu contendentes, dum se diutius reos statuunt indignos salutiferis mysteriis judicant ac purgatiores restitui desiderant : ab his pro quibus sacramentorum viatico intercipiuntur, quibus fortasse nec absolutissimam reconciliationem sacerdos denegandam putasset.

III. Per singula territoria presbyteri vel ministri ab episcopis, non prout libitum fuerit a vicinioribus, sed a suis propriis per annos singulos petant chrisma appropinquante solemnitate paschali, nec per quemcunque ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est per subdiaconum, quia inhonorum est inferioribus summa committi. Optimum est autem ut ipse suscipiat qui tradendo usurus est, si quid autem obstat saltem is cujus officium est sacrarium disponere et sacramenta suscipere.

IV. Qui oblationes defunctorum retinent et ecclesiis tradere demorantur, ut infideles sunt ab ecclesia abjiciendi, quia usque ad inanitionem fidei pervenire certum est hanc divinæ pietatis exacerbationem, quia et fideles de corpore recedentes votorum plenitudine, et pauperes consolatu alimoniæ, et necessaria sustentatione fraudantur; hi enim tales quasi egentium necatores, nec credentes judicium Dei habendi sunt; unde et quidam Patrum hoc scriptis suis inseruerunt congruente sententia quæ ait : amico quidpiam rapere furtum est, et ecclesiam fraudare sacrilegium.

V. Si quis episcopi sententiæ non acquie currat ad synodum.

VI. Ex epistola sancti Clementis utilia q senti tempore ecclesiis necessaria sunt ho proferenda, et cum reverentia ab omnibus f ac præcipue clericis recipienda, ex quibus qu cialiter placuit propter venerandam antiq statutis præsentibus roboramus, quod sup beatus martyr de beatissimi Petri constitutio memorat dicens : Quædam autem etiam e ipsis intelligere debetis, si qua sunt quæ i pter insidias hominum malorum non potest tius et manifestius proloqui, verbi gratia, i est alicui pro actibus suis, vos nolite exspec ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, denter observare debetis et voluntati ejus qui ecclesiæ curam gerit absque commoniti secundare, et averti ab eo cui ipsum sen versum, sed nec loqui his quibus non loq unusquisque qui in culpa est dum cupit vestrum sibi gratiam reparare citius festine ciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc re salutem cum obedire cœperit monitis præ et cætera quæ in consequentibus denotant eorum qui veritati inimici sunt. Sciat itaque clerus ad reatum, sed et populus fidelium ad sibi ascribendum, si quis in hoc vitium rum computantur, et disciplinæ subversor scitur.

VII. Placuit præterea accusandi licentian stris ordinibus, si qua existat, levitate com quod si episcopus aliquem judicat, abstinen humiliatione et correctione fratris, et as exorari, a cæteris acquiescat fratri de quo correptione et comminatione adhibita. Sin a crimine aliquem putet esse damnandum, a ris vice discutiendum, si sciat; fas est enim uni probantur, probentur ab omnibus.

VIII. Quod si tantus episcopus alieni cl conscium novit, quandiu probare non pote proferat, sed cum episcopo ad compunction secretis correptionibus elaboret; quod si e pertinacior fuerit, et se communioni public serit, etiamsi episcopus in redarguendo ill reum judicat probatione deficiat, indamnatus

his qui nihil sciunt secedere ad tempus pro persona majoris auctoritatis jubeatur, illo quandiu probari nihil potest in communione omnium præterquam ejus qui eum reum judicat permanente.

IX. De expositis quia collata ab omnibus querela processit eos non misericordiæ jam sed canibus exponi, quos colligere calumniarum metu quamvis infelix a præceptis misericordiæ mens humana detractet reservandum est, et secundum statuta fidelissimorum, piissimorum, augustorumque principum quisquis expositum colligit ecclesiam contestetur contestationem colligat, nihilominus de altario Dominico die minister annuntiet ab ecclesiastico expositum esse collectum, ut intra dies decem ab expositionis die expositum recipiat, si quis probaverit se agnovisse collectori pro ipsorum decem dierum misericordia prout valuerit ad præsens retribuat, aut in perpetuum cum Dei gratia, si voluerit, possideat.

X. Si quis expositorum hoc ordinare collectorum repetitor vel calumniator exstiterit, ut homicida habendus est.

INCIPIUNT CAPITULA AGATHENSIS CONCILII.

1. De bigamis clericis ut non ministrent.
2. De contumacibus clericis, et ad officium tardis.
3. De episcopis qui vel innocentes, vel pro minimis causis aliquos excommunicant.
4. De his qui suas vel propinquorum oblationes ecclesiæ defraudant.
5. Si clericus furtum ecclesiæ fecerit.
6. Si episcopo a quibuslibet quidquam fuerit derelictum.
7. De rebus ecclesiæ quomodo ab episcopis habeantur, et de servis ecclesiæ qualiter ab episcopo manumittantur.
8. De clericis qui ad sæculares confugiunt.
9. De presbyteris et diaconibus qui ad conjugalem coitum revertuntur.
10. Ut nullus clericorum cum extraneis feminis habitet.
11. Ut nullus clericus in cellario, vel in secreto feminam intromittat.
12. Ut omni quadragesimæ Sabbato jejunetur,
13. Ut symbolum ante octo dies Paschæ competentibus prædicetur.
14. Ut altare et benedicatur et ungatur.
15. Qualiter majores, qualiter minores pœnitentiam accipiant.
16. Qua ætate diacones ordinentur.
17. Qua ætate episcopi vel presbyteri consecrentur.
18. De laicis quibus temporibus communicare debeant.
19. De sanctimonialibus qua ætate velentur.
20. De clericis qui comam nutriunt.
21. Ut solemnitates majores in civitatibus celebrentur.
22. Ut non liceat presbyterum, aut clericum rem ecclesiæ vendere, aut donare.
23. Ut clericus minor seniori non præponatur.
24. De expositis inventis.
25. De sæcularibus qui suas uxores derelinquunt.
26. Ut si voluntarie clericus damnum ecclesiæ fecerit et satisfaciat et excommunicetur.
27. Ut monasterium inconsulto episcopo nullus constituat de monachis.
28. Ut monasterium puellarum procul a monachis constituatur.
29. De libertis ut in necessitate ab ecclesia tueantur.
30. Ut post antiphonas orationes dicantur.
31. De his qui propter odium ad pacem non revertuntur.
32. Ut clericus inconsulto episcopo ad judicem sæcularem non pergat.
33. Si episcopus hæredes non habens ecclesiam cui præfuit hæredem non fecerit.
34. De Judæis qui converti cupiunt, qualiter suscipiantur.
35. Si episcopus a Metropolitano admonitus pro synodo, vel ordinatione episcopali venire distulerit.
36. Ut stipendia clericorum juxta meritum distribuantur.
37. De homicidis et falsis testibus.
38. Ut sine episcopi sui epistola non liceat clericum vel monachum proficisci, et de monachis vel abbatibus.
39. Ut clerici nuptialia vitent convivia.
40. Ne Christiani Judæorum utantur conviviis.
41. Ut a clericis vitetur ebrietas.
42. De sortilegis vel auguratoribus ut ab ecclesia separentur.
43. Ne de pœnitentibus clericus ordinetur, et ut presbyter altare non erigat.
44. Ne presbyter benedictionem populo, vel pœnitenti in ecclesia dare præsumat.
45. Ut episcopus exiguum aliquid sine clericorum conniventia (si necesse fuerit) distrahat.
46. Ut servos ecclesiæ fugitivos liceat vendere episcopo.
47. Ut ante missam expletam egredi populus non præsumat.
48. De rebus ecclesiæ propriis vel acquisitis.
49. De non alienandis ab aliquo rebus ecclesiæ, et de libertis.
50. De clericis capitale crimen incurrentibus.
51. De testamento episcopi.

95 52. De clericis qui sine epistolis sui pontificis proficiscuntur.
53. De presbyteris parochianis res ecclesiæ distrahentibus.
54. De eisdem ut quidquid emerint in nomine comparent ecclesiæ.
55. Ut sacerdotes et levitæ canibus ad venandum et accipitribus non utantur.
56. De venditionibus quas abbates facere præsumunt.
57. Ne unus abbas duobus cœnobiis præponatur.
58. Ne monasterium sine notitia episcopi constituatur.
59. De rebus ecclesiæ usui collatis ut præscriptionis tempore non defendantur.
60. De lapsis qui de catholica fide in hæresim transeunt.
61. De incestis conjugiis.
62. De his qui servos suos extra judicem necant.
63. De laicis qui in solemnitatibus majoribus ad civitatem non occurrunt.
64. De clericis qui ab ecclesiæ officio diebus solemnibus desunt.
65. De levitis ut non sine jussu presbyteri sedeant
66. De ministris ne secretarium ingrediantur.
67. De catholicis ne hæreticorum connubiis copulentur.
68. De levitis et clericis ne magi vel incantatores sint.
69. De seditionariis clericis.
70. De scurris et jocularibus clericis.
71. De synodo annis singulis congreganda.

INCIPIT CONCILIUM AGATHENSE.

Tertio Idus Septembris, Massale consule.

Cum in Dei nomine in civitate Agathensi convenissemus, et in sancti Andreæ basilica consedissemus, de disciplina et ordinationibus clericorum atque pontificum, vel de ecclesiarum utilitatibus tractaturi, in primis id placuit, ut canones et statuta Patrum per ordinem legerentur.

Cap. I. Placuit de digamis aut nuptiarum maritis (quanquam aliud Patrum statuta decreverint) ut qui huc usque ordinati sunt habita miseratione presbyteri vel diaconi nomen tantum obtineant, officium vero consecrandi presbyteri et ministrandi hujusmodi diaconem non præsumant.

II. Contumaces vero clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigantur, et si quis prioris gradus elati superbia communionem fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur, ita ut cum eos pœnitentia correxerit, rescripti matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

III. Episcopi vero si sacerdotali moderatione postposita, innocentes, aut minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, a vicinis episcopis cujuslibet provinciæ litteris moneantur, et si parcere noluerint, communio illis ad tempus synodi a reliquis episcopis denegetur, ne fortasse propter excommunicatoris peccatum excommunicati longo tempore morte præveniantur.

IV. Clerici etiam vel sæculares qui oblationes parentum aut donatas, aut testamento relictas retinere perstiterint, aut id quod ipsi donaverunt ecclesiis vel monasteriis crediderit auferendum, sicut synodus sancta constituit, velut necatores pauperum quousque reddant, ab ecclesia excludantur.

V. Si quis clericus furtum ecclesiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

VI. Pontifices vero quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis duntaxat aliquid, aut cum ecclesia, aut sequestratim, aut dimittitur, aut donatur, quia hoc ille qui donat pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis offerre probatur, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiæ inter facultates ecclesiæ computabitur, quia justum est, ut sicut sacerdos habet quod ecclesiæ dimissum est, ita et ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti. Sane quidquid per fidei commissum aut sacerdoti, aut ecclesiæ fortasse dimittitur cuicunque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesia computare, aut retinere non poterit.

VII. Casellas vero vel mancipiola ecclesiæ episcopi, sicut prisca canonum præcepit auctoritas, vel vasa ministerii, quasi commendata fideli proposito in integro ecclesiæ jure possideat, id est ut neque vendere, neque per quoscunque contractus res unde pauperes vivunt alienare præsumant; quod si necessitas compulerit, ut pro ecclesiæ necessitate, aut utilitate, vel usufructus vel indirecta venditione aliquid distrahatur, apud duos vel tres comprovinciales vel vicinos episcopos causa qua necesse sit vendi primitus comprobetur, ut habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione quæ facta fuerit venditio roboretur, aliter facta venditio vel transactio non valebit. Sane si quos de servis ecclesiæ bene meritos sibi episcopus libertati donaverit, collatam a successoribus libertatem placuit custodiri cum hoc quod eis manumissor in libertate contulerit, quod tamen jubemus viginti solidorum numeri modum in terrula vineola, vel hospitiolo tenere,

is datum fuerit post manumissoris mor-
: revocetur. Minus utiles peregrinis vel
) jure ecclesiæ in usum præstare per-

iam placuit, ut si clericus relicto officio
· districtionem ad sæcularem fortasse
et is ad quem recurrit solatium ei de-
penderit, cum eodem de ecclesiæ com-
latur.

t etiam, ut si presbyteri vel diaconi
i torum uxorum suarum redire volue-
Innocentii ordinatio, vel Siricii episcopi
nservetur; quod si ad aliquos formula
ticæ vitæ, pariter et disciplinæ quæ a
)po ad provincias commeavit, non pro-
enisse, ei signo rationis venia remitti-
: cætero penitus incipiant abstinere, et
ios in quibus inventi fuerint sic reti-
potiora eis non liceat ascendere, qui-
icio esse debet, quod locum ipsum quem
amittunt; si qui autem scisse formam
am a sancto Siricio episcopo detegun-
tatim cupiditates libidinis abjecisse, illi
omnibus submovendi, eo quod post ad-
cognitam præponendam arbitrati sunt

m ad custodiendam vitam et famam
natione præcipimus, ut nullus clerico-
æ mulieri qualibet collatione, aut fa-
ingatur, et non solum in domo illius
ilier non accedat, sed nec ipse frequen-
eam mulierem habeat potestatem; sed
tantum, sorore, filia vel nepte, si ha-
'oluerit vivendi liberam habet potesta-
)us nominibus nefas est aliud quam na-
iit suspicari.

s vel libertas a cellario vel secreto mi-
b eadem mansione in qua clericus ma-
removeri.

t etiam, ut omnes ecclesiæ, exceptis
nicis in quadragesima, etiam die Sab-
)tali oratione, et discretionis comina-
it.

iolum etiam placuit ab omnibus eccle-
id est ante octo dies Dominicæ resur-
blice in ecclesia competentibus prædi-

ia placuit non solum unctione chrisma-
n sacerdotali benedictione sacrari.
tentes tempore quo pœnitentiam pe-
tionem manum et cilicium super ca-
)te, sicut ubique constitutum est, con-
si autem comas non deposuerint, aut
ion mutaverint, abjiciantur, et nisi di-
rint, non recipiantur; juvenibus etiam
ion facile committenda est propter æta-
m, viaticum tamen in morte omnibus
egandum.
:opus benedictionem diaconatus mino-

A ribus quam viginti quinque annorum penitus non committat, sane si conjugati juvenes consenserint ordinari, et uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione præmissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur.

XVII. Presbyterum vero vel episcopum ante triginta annos, id est antequam ad viri perfecti ætatem perveniat, nullus metropolitanorum ordinare præsumat, ne per ætatem (quod aliquoties evenit) aliquo errore culpentur.

XVIII. Sæculares qui in natali Domini, Pascha, Pentecoste non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.

XIX. Sanctimoniales, quantumlibet vita eorum et mores probati sint, ante annum ætatis suæ quadra-
B gesimum non velentur.

XX. Clerici qui comam nutriunt, ab archidiacono, etiamsi noluerint, inviti detondeantur; vestimenta vel calciamenta etiam eis, nisi quæ religionem deceant, uti aut habere non liceat.

XXI. Si quis etiam extra parochias in quibus legitimus est ordinariusque conventus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis festivitatibus, ut ibi missas teneat propter fatigationem familiæ juxta ordinem permittimus, Pascha vero, natali Domini, Epiphania, Ascensione Domini, Pentecoste, et natali sancti Joannis Baptistæ, et si quæ maxime dies in festivitatibus habentur, non nisi in civitatibus, aut parochiis teneant, clerici vero si qui in festivi-
C tatibus quas supra diximus in oratoriis, nisi jubente aut permittente episcopo, facere aut tenere voluerint, a communione pellantur.

XXII. Et licet superfluum sit de re nota et antiquis canonibus prohibita, aliquid iterato definire, tamen ut facilius cupiditas, aut improbitas reprimatur, id statuimus quod omnes jubent, ut civitanenses, sive diœcesani presbyteri, vel clerici, salvo jure ecclesiæ, rem ecclesiæ (sicut permiserunt episcopi) teneant, vendere, aut donare penitus non præsumant; quod si fecerint, et facta venditio non valebit, et de facultatibus, si quas habent proprias indemnem ecclesiam reddant, et communione priventur.

XXIII. Episcoporum etiam quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus 96 præponat,
D nisi forte elatus superbia, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus jusserit implere, contemnat, sane si officium archidiaconatus propter simpliciorem naturam implere, aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat et ordinationem ecclesiæ quem elegerit episcopus præponendum.

XXIV. De expositis inventis id observandum quod jamdudum synodus sancta constituit.

XXV. Si vero sæculares qui conjugale consortium culpa graviori dimittunt, vel etiam dimiserunt, et nullas causas dissidii probabiliter proponentes, propterea matrimonia sua dimittunt, ut aut illicita, aut aliena præsumant, si antequam apud episcopos provinciales dissidii causas dixerint, et prius uxores quam judicio damnentur abjecerint, a communione

ecclesiæ, et sancto populi cœtu (pro eo quod fidem et conjugia maculant) excludantur.

XXVI. Si quis de clericis documenta quibus ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut adversariis fortasse tradere damnabili et punienda obstinatione præsumpserit, quidquid per absentiam documentorum damni ecclesiæ illatum est de propriis facultatibus reddant, et communione priventur; hi etiam qui in damno ecclesiæ impie sollicitati a traditoribus aliquid acceperint superiori sententia teneantur.

XXVII. Ut de monachis monasterium novum, nisi episcopo aut permittente aut probante, nullus incipere, aut fundare præsumat. Monachi etiam vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium abbas suus dederit, nec in civitatibus, nec in parochiis ordinentur. Monachum, nisi abbatis sui aut permissu aut voluntate ad alterum monasterium commigrantem, nullus abbas suscipere aut retinere præsumat, sed ubicunque fuerit, abbati suo auctoritate canonum revocetur, si enim necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu et voluntate abbatis præsumat episcopus.

XXVIII. Monasteria puellarum longius a monasterio monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.

XXIX. Libertos legitime a dominis suis factos, ecclesia, si necessitas exigerit, tueatur; quod si quis ante audientiam, aut pervadere, aut exspoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

XXX. Et quia convenit ordinem ecclesiæ ab omnibus æqualiter custodiri, studendum est ut ubique (sicut fit) et post antiphonas collectiones per ordinem ab episcopis vel presbyteris dici, et hymnos matutinos vel vespertinos decantari diebus omnibus, et in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de psalmis dici, et plebem collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimitti.

XXXI. Placuit etiam ut (sicut plerumque fit) quicunque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, et ad pacem revocari diutina intentione nequiverit, a civitatis primitus sacerdotibus arguantur; qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu justissima excommunicatione pellantur.

XXXII. Clericus nec quemquam præsumat apud sæcularem judicem, episcopo non permittente, pulsare, sed si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in judicio sæculari proponere. Si quis vero sæcularium per calumniam ecclesiam, aut clerum fatigare tentaverit, et victus fuerit, ab ecclesiæ liminibus et a catholicorum communione (si digne pœnituerit) coerceatur.

XXXIII. Episcopus qui filios aut nepotes non habens alium quam ecclesiam reliquit hæredem, si quid de ecclesia, non in ecclesiæ causa aut necessitate insumpserit, quod distraxit, aut donavit, irritum habeatur.

XXXIV. Judæi (quorum perfidia frequen vomitum redit) si ad legem catholicam veni luerint, octo menses inter catechumenos e limen introeant, et si pura fide noscuntur tunc demum baptismatis gratiam mereantur si casu aliquo periculum infirmitatis intra pr tum tempus incurrerint, et desperati fuerint, zentur.

XXXV. Si episcopus metropolitanus ad c vinciales episcopos epistolas direxerit, in eos ad ordinationem summi pontificis, aut ad dum invitat, postpositis omnibus, excepta gr firmitate corporis, aut præceptione regia ad tutum diem adesse non differant, quod si def (sicut prisca canonum præcepit auctoritas, us proximam synodum, a charitate fratrum, et e communione priventur.

XXXVI. Clerici etiam omnes qui ecclesiæ ter vigilanterque deserviunt, stipendia sanc boribus debita secundum servitii sui merit ordinationem a sacerdotibus consequantur.

XXXVII. Itaque censuimus homicidas et testes a communione ecclesiastica submovend pœnitentiæ satisfactione crimina diluerint.

XXXVIII. Clericis sine commendatitiis e episcopi sui licentia non pateat evagandi. In m quoque præsentis sententiæ forma servetur; verborum increpatio non emendaverit, etiam ribus statuimus coerceri. Servandum quo monachis, ne eis ad solitarias cellulas li congregatione discedere, nisi forte probat emeritos labores, aut propter infirmitatis sitatem asperior abbatis regula remittatur ita demum fiet ut intra eadem monasterii manentes tamen sub abbatis potestate, se habere cellulas permittantur; abbatibus singulis diversas cellulas, aut plura monast bere non liceat, nisi tantum propter incursu tilitatis intra muros receptaculo collocare.

XXXIX. Presbyteri, diacones, subdiacon deinceps quibus ducendi uxores licentia n etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, cœtibus misceantur ubi amatoria cantantur, pia, aut obsceni motus corporum, choris et s nibus efferuntur, ne auditus, et obtutus sacri teriis deputatus turpium spectaculorum atq borum contagione polluantur.

XL. Omnes deinceps clerici sive laici Jud convivia evitent, nec eos ad convivium excipiat, quia cum apud Christianos cibis c nibus non utuntur, indignum est atque sacrile rum cibos a Christianis sumi, cum ea quæ (A permittente) nos sumimus, ab illis judicen munda, ac si inferiores incipiant esse Ch quam Judæi, si nos quæ ab illis apponuntur v illi vero a nobis oblata contemnant.

XLI. Ante omnia clericis vitetur ebrieta omnium vitiorum fomes ac nutrix est. Itaq quem ebrium fuisse constiterit, ut ordo pati

triginta dierum spatio communione statuimus submovendum, aut corporali subdendum supplicio.

XLII. Et ne id fortasse videatur omissum, quod maxime fidem catholicæ religionis infestat, quod aliquanti clerici sive laici student auguriis, et sub nomine fictæ religionis, quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione permittunt, hoc quicunque clericus vel laicus detectus fuerit, vel consulere vel docere, ab ecclesia habeatur extraneus.

XLIII. De pœnitentibus id placuit observare, quod sancti Patres nostri synodali sententia censuerunt, ut nullus de his clericus ordinetur, et qui jam sunt per ignorantiam ordinati, aut sicut bigami, aut inter nuptiarum maritos locum teneant, ministrare diaconis consecrare altare presbyter non præsumat.

XLIV. Benedictionem super plebem in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit.

XLV. Terrulas aut vineolas exiguas ecclesiæ minus utiles, aut longe positas parvas episcopus sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem.

XLVI. Fugitivi domos suas, aut familias deserentes, qui etiamsi revocati fuerint, aut si ita illi meruerint, distrahantur.

XLVII. Missas die Dominica sæcularibus totas tenere speciali ordine præcipimus, ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat, qui si fecerint, ab episcopo publice confundantur.

XLVIII. Ut de rebus episcopi propriis vel acquisitis, vel quidquid episcopus de suo proprio habet, hæredibus suis si voluerit derelinquat, quidquid vero de provisione ecclesiæ suæ fuerit, sive de agris, sive de frugibus, sive de oblationibus, omnia jure ecclesiæ reservare censuimus.

XLIX. Diacones vel presbyteri in parochia constituti de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere vel donare, quia res sacratæ Deo esse noscuntur. Similiter et sacerdotes nihil de rebus ecclesiæ sibi commissæ (ut superius comprehensum est) alienare præsumant; quod si fecerint convicti in consilio, et ab honore depositi, de suo aliud restituant quantum visi sunt præsumpsisse. Sane si quis pro qualibet conditione de rebus ecclesiæ aliquid alienare præsumpserit, si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit quantum visus est abstulisse, tunc demum istud stare licebit, libertos tamen quos sacerdotes vel diaconos de ecclesia sibi commissa facere voluerint actus ecclesiæ prosequi jubemus, quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reverti servitium.

L. Si episcopus, presbyter aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsaverit, aut testimonium falsum dixerit, ab officii honore depositus in monasterium retrudatur, et ibi tantummodo quandiu vixerit laicam communionem accipiat.

LI. Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantum de juris proprii facultate supplerit.

LII. Presbytero aut diacono, vel clerico sine antistitis sui epistolis ambulanti, communionem nullus impendat. 97

LIII. Quidquid parochiarum presbyter de ecclesiastici juris possessione distraxerit inane habeatur, et vacuum, venditore comparantis et auctione vendentis.

LIV. Presbyter dum diœcesim tenet, de his quæ emerit ad ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab ejus quam tenet ecclesiæ ordinatione discedat.

LV. Episcopis, presbyteris, diaconibus canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat: quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus fuerit, si episcopus est tribus mensibus se suspendat a communione, presbyter duobus mensibus se abstineat, diaconus vero ab omni officio vel communione cessabit.

LVI. In venditionibus, quas abbates facere præsumunt, hæc forma servetur, ut quidquid sine episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi revocetur, mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti, injustum enim putamus, ut monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum libertatis otio potiantur.

LVI. Unum abbatem duobus monasteriis interdicimus præsidere.

LVIII. Cellulas novas, aut congregatiunculas monachorum absque notitia episcopi prohibemus institui.

LIX. Clerici quilibet quæcunque diuturnitate temporis de ecclesiæ remuneratione possederint, in jus proprium præscriptione temporis non vocentur, dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse, ne videantur etiam episcopi administrationes prolixas, aut precatorias cum ordinati sunt facere debuisse, aut diu retentas facultates in jus proprietatis suæ posse transcribere.

LX. Lapsis, id est qui in catholica fide baptizati sunt, si prævaricatione damnabili post in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas, quibus nos annorum multitudine breviata pœnitentiam biennii conditione infrascriptæ observationis imponimus, ut præscripto biennio, tertio sine relaxatione jejunent, et ecclesiam studeant frequentare, in pœnitentum loco standi et orandi humilitatem ita noverint observandam, ut etiam ipsi cum catechumeni egredi commonentur, abscedant, hoc si observare voluerint constituto tempore admittendis ad altarium observatio relaxetur; quod si ardua vel dura forte putaverint, statuta præteritorum canonum implere debebunt.

LXI. De incestis conjunctionibus nihil prorsus veniæ reservamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint, incestos vero nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos

enim censemus esse si quis relictam fratris quæ pene prius soror exstiterat carnali conjunctione polluerit. Si quis frater germanam uxorem acceperit, si quis novercam duxerit, si quis consobrinæ se sociaverit, si quis relictæ vel filiæ avunculi misceatur, aut patri filiæ vel privignæ suæ, aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit concubitu, polluat, aut duxerit uxorem. Quos omnes et olim atque sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, et inter catechumenos usque ad legitimam satisfactionem manere et orare præcipimus, quod ita præsenti tempore prohibemus, ut ea quæ sunt hactenus instituta, non dissolvamus. Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

LXII. Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione vel pœnitentia biennii reatum sanguinis emendabit.

LXIII. Ut cives qui superiorum solemnitatum, id est, Paschæ ac natalis Domini, vel Pentecostes festivitatibus cum episcopis interesse neglexerint (cum in civitatibus communionis vel benedictionis accipiendæ causa positos se nosse debeant), triennio a communione priventur ecclesiæ.

LXIV. Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solemnibus defuerit, id est, nativitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste, dum potius singulari lucro studeat, quam servitio suo parere, convenit ut triennio a communione suspendatur. Similiter diaconus vel presbyter si tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

LXV. Quoniam non oportet diaconem sede sente presbytero, sed ex jussione presbyteri similiter autem honorificetur diaconus a n inferioribus et omnibus clericis.

LXVI. Quoniam non oportet in sacratos m licentiam habere in secretarium, quod Gre conicon appellant, ingredi, et vasa con Dominica.

LXVII. Quoniam non oportet cum omnibu ticis miscere connubia, vel filios vel filias d potius accipere, si tamen profitentur Christi turos esse et catholicos.

LXVIII. Quoniam non oportet ministros al clericos magos et incantatores esse, aut face dicunt, phylacteria, quæ sunt magna oblig animarum, hos autem qui talibus utuntur, pr ecclesia jussimus.

LXIX. Seditionarios nunquam ordinandos c sicut nec usurarios, vel injuriarum suarum

LXX. Clericum scurrilem et verbis turpibu larem, ab officio retrahendum.

LXXI. Synodum etiam secundum constitu trum etiam annis singulis placuit congrega niam cum pace dimittimus gratias Deo a orantes ejus clementiam, ut hæc eadem fa honorem Domini multos per annos possim Cæsarius in Christi nomine episcopus juxta i universis coepiscopis meis mecum scrip placuit instituta Patrum secutus, his diffinit annuens sub die quinto Kalendas Septembr scripsi, similiter et alii subscripserunt.

Explicit concilium Agathense.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII AURELIANENSIS.

1. De homicidis et adulteris et furibus, si ad ecclesiam confugerint.

2. De raptoribus ad ecclesiam confugientibus.

3. De servis si ad ecclesiam confugerint.

4. De eo qui ab episcopo aliquid repetit, ut pro ipsa conventione ab ecclesia non privetur.

5. Si episcopus servum alterius clericum fecerit.

6. Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserit.

7. De his qui pœnitentiam violaverunt.

8. Si presbyter aut diaconus se pro reatu aliquo ab Eucharistia suspenderit.

9. Si relicta presbyteri aut diaconi alii se conjunxerit.

10. De his quæ in altario offeruntur.

11. De his quæ a fidelibus in parochianis ecclesiis offeruntur.

12. Ut episcopus et pauperes et infirmos tueatur.

13. Ut basilicæ in cujus territorio sunt, in ejus episcopi maneant potestate.

14. De incestis, ut excommunicentur.

15. Ut abbates in potestate episcoporum de monachis vagis.

16. Ut monachi oratorio vel zonis non uta

17. Si monachus uxorem duxerit.

18. Ut monachus sine permissu episcopi batis cellulas non construat.

19. Si episcopis cuiquam terrulas pra excolendas sine præjudicio juris ecclesiæ te tur.

20. Ut ante Pascha quadragesima teneatur

21. Ut nullus civium festivitates majores celebret.

22. Ut populus ante completam missam e dictionem acceptam egredi non præsumat.

23. Ut litaniæ ante Ascensionem Domini ce tur.

24. De clericis qui ad officium venire c nunt.

25. De familiaritate extranearum mulieru

26. De religiosis sæcularibus qui divinat attendunt.

27. Quod episcopus die Dominica ab ecclesia non debet.

INCIPIT CONCILIUM AURELIANENSE.

Triginta episcoporum.

Cum auctore Deo in Aurelianensi urbe fuisset A concilium summorum antistitum congregatum, communi omnium collatione complacuit, ut hoc quod verbis statuerunt, etiam Scripturæ testimonio roborarent.

CAP. I. Id constituimus observandum quod ecclesiastici canones decreverunt, et lex Romana constituit, ut ab ecclesiæ atriis, vel domo episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignari, nisi ad Evangelia datis sacramentis de morte, et debilitate, et omnium pœnarum genere sint securi, ita ut ei cui reus fuerit criminosus de satisfactione conveniat; quod si sua sacramenta convictus fuerit violasse, reus perjurii, non solum a communione ecclesiæ, vel omnium clericorum, verumetiam a catholicorum convivio separetur. Quod si is cui reus B est, noluerit, intentione faciente componi, et ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesiæ clericis non quæratur.

II. De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, et feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, et raptor mortis vel pœnarum impunitate concessa aut serviendi conditioni subjectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si vero quæ rapitur patrem habere constiterit, et puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, et raptor a patre superiori conditionis satisfactioni teneatur obnoxius.

III. Servus qui ad ecclesiam confugerit pro quali- C bet culpa, si domino pro admissa culpa sacramentum susceperit, statim ad servitium domini sui redire cogatur, et postea quod dato sacramento 98 domino fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa a qua excusatur probatus fuerit pertulisse, pro contemptu Ecclesiæ, et prævaricatione fidei a communione, et convivio catholicorum extraneus habeatur, si vero servus pro culpa sua ab Ecclesia defensatus sacramenta Domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem a domino liceat occupari.

IV. Si quis ab episcopo suo, vel de ecclesia, vel de proprio jure crediderit aliquid ad repetendum, si nihil convitii aut criminationis objecerit, eum pro D sola contentione a communione ecclesiæ non liceat submoveri.

V. Si servus absente vel nesciente domino, episcopo sciente quod servus diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, episcopus eum domino duplici satisfactione compenset. Si vero episcopus eum servum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicaverint ordinari simili redhibitioni teneantur obnoxii.

VI. Si diaconi, aut presbyteri crimen capitale commiserint, simul et ab officio et communione pellantur.

VII. De his qui suscepta pœnitentia religionem suæ professionis obliti ad sæcularia relabuntur, placuit eos et a communione suspendi, et ab omnium catholicorum conviviis separari; quod si post interdictum cum eis quisquam præsumpserit manducare, et ipse communione privetur.

VIII. Si diaconus vel presbyter pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submoverint, sic quoque si alii defuerint, et causa certæ necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizare.

IX. Si se cuicunque mulier duplici conjugio pre- B sbyteri vel diaconi relicta conjunxerit, aut castigati separentur, aut certe si in criminum intentione perstiterint pari excommunicatione plectantur.

X. Antiquos canones relegentes priora statuta credimus renovanda, ut de his quæ in altario oblatione fidei conferuntur, medietatem episcopus sibi vindicet, et medietatem sibi dispensandam secundum gradus clerus accipiat, tam de prædiis quam de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus.

XI. De his quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis, atque peculiis quicunque fideles obtulerint antiquorum canonum statuta servent, et omnia in episcopi potestate consistant, de his tamen quæ in altario accesserint, tertia fideliter episcopis defera- C tur.

XII. Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victum et vestimentum in quantum possibilitas habuerit, largiatur.

XIII. Omnes basilicæ quæ per diversa loca constructæ sunt vel quotidie construuntur placuit, secundum priorum canonum regulam, ut in eis episcopi territorio in cujus positæ sunt, potestate consistant.

XIV. Ne superstes frater torum defuncti fratris ascendat, nec se quisque amissæ uxoris sorori audeat sociare, quod qui fecerint, ecclesiastica districtione feriantur.

XV. Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant, et si quid extra regulam fecerint ab episcopis corrigantur, qui semel in anno in loco ubi episcopus elegerit, accepta vocatione conveniant, monachi autem abbatibus omni obedientia et devotione subjaceant. Quod si quis per contumaciam exstiterit indevotus, aut per aliqua loca vagari, aut peculiare aliquid habere præsumpserit, omnia quæ acquisierit, ab abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profutura, ipsi autem

qui fuerant pervagati, ubi inventi fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodio revocentur, et reum se ille abbas futurum esse cognoscat qui in hujusmodi personis non regulari animadversione dixerit, vel qui susceperit monachum alienum.

XVI. Monacho orarium in monasterio vel zonas habere non liceat.

XVII. Et si postea uxori fuerit sociatus tantæ prævaricationis reus, nunquam ecclesiastici gradus officium sortiatur.

XVIII. Nullus monachus congregatione monasterii derelicta ambitionis et vanitatis impulsu, cellulam construere sine episcopi permissione, vel abbatis sui voluntate præsumat.

XIX. Si episcopus humanitatis intuitu, mancipiola, vineolas, vel terrulas clericis vel monachis præstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spatia comprobentur, nec nullum ecclesia præjudicium patiatur, sæcularis legis scriptio, quæ ecclesiæ aliquid impediat, apponatur.

XX. Id sacerdotibus omnibus est decretum, ut ante Paschæ solemnitatem non quinquagesima, sed quadragesima, teneatur.

XXI. Ut nulli civium Paschæ, natalis Domini, vel quadragesimæ solemnia in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

XXII. Cum ad celebrandas missas in l convenitur populus, non ante discedat q solemnitas compleatur, et ubi episcopus benedictionem accipiat sacerdotis.

XXIII. Rogationes, id est, litanias ant nem Domini placuit celebrari, ita ut præ duanum jejunium in Dominicæ Passioni tate solvatur, per quod triduum servi et opere relaxentur, quo magis plebs unive niat, quo triduo omnes abstineant, et q malibus cibis utantur.

XXIV. Clerici vero qui ad opus sanc contempserint, secundum arbitrium epis siasticam suscipiant disciplinam.

XXV. De familiaritate extranearum tam episcopi quam presbyteri, vel diac itorum canonum statuta custodiant.

XXVI. Si quis clericus, monachus, v divinationem vel auguria crediderit obse sortes quas mentiuntur esse sanctorum que putaverint intimandas, cum his qui derint, ab ecclesiæ communione pellant

XXVII. Episcopus si infirmitate non f ditus, ecclesiæ cui proximus fuerit, di deesse non debet, similiter et alii qui n pserunt, numero triginta et tres.

Hucusque concilia Galliæ.

SEQUUNTUR CONCILIA HISPANI

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII ELIBERTINI.

1. De his qui post baptismum idolis sacrificant.
2. De sacerdotibus gentilium qui post baptismum immolaverunt.
3. De eisdem si idolis tantum munus dederint.
4. De eisdem si catechumeni adhuc immolant quando baptizabuntur.
5. Si domina per zelum ancillam occiderit.
6. Si quicunque per militiam hominem interfecerit.
7. De pœnitentibus mœchiæ si rursus peccaverint.
8. De feminis quæ adulteros maritos relinquunt, et aliis nubunt.
9. De feminis quæ, relictis viris suis, aliis nubunt.
10. De relicta catechumeni si alterum duxerit.
11. De relicta catechumena si graviter ægrotaverit.
12. De mulieribus quæ lenocinium fecerint.
13. De virginibus Deo sacratis si adulteraverunt.
14. De virginibus sæcularibus si mœchatæ sint.
15. De conjugio eorum qui ex Gentilitate veniunt.
16. De puellis fidelibus, ne infidelib gantur.
17. De eis qui filias sacerdotibus gen jungunt.
18. De sacerdotibus et ministris si m rint.
19. De clericis negotia vel nundinas s
20. De clericis et laicis usurariis.
21. De his qui tardius ad ecclesiam ac
22. De catholicis in hæresim transeunt revertuntur.
23. De temporibus jejuniorum.
24. De his qui peregre baptizantur, u non veniant.
25. De epistolis communicatoriis conf
26. De hoc ut omni sabbato jejunetur
27. De clericis ut extraneam mulier non habeant.
28. De oblationibus eorum qui non co
29. De energumenis qualiter habeantu
30. De his qui post lavacrum mœchat nec subdiacones fiant.

31. De adolescentibus qui post lavacrum mœchati sunt.
32. De excommunitatis presbyteris, ut in necessitate communionem dent.
33. De episcopis et ministris, ut ab uxoribus abstineant.
34. Ne cerei cœmeteriis incendantur.
35. Ne feminæ in cœmeteriis pervigilant.
36. Ne picturæ in ecclesiæ fiant.
37. De energumenis baptizandis.
38. Ut in necessitate, et fideles baptizent.
89. Ne de hoc quod idololatratum est, fideles accipiant.
40. Ut prohibeant domini idola colere servis.
41. De his qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur.
42. De celebratione Pentecostes.
43. De meretricibus paganis si convertuntur.
44. De catechumenis qui ecclesiam non frequentant.
45. De fidelibus si apostataverint quandiu pœniteant.
46. De eo qui uxorem habet, si sæpius mœchatur.
99 47. De baptizandis ut nihil accipiant clerici.
48. De frugibus fidelium, ne a Judæis benedicantur.
49. De Christianis qui cum Judæis vescuntur.
50. De hæreticis ut ad clerum non promoveantur.
51. De his qui in ecclesia libellos famosos ponunt.
52. De episcopis qui excommunicato alieno communicant.
53. De parentibus qui fidem sponsaliorum frangunt.
54. De sacerdotibus gentilium qui jam non sacrificant.
55. De magistratibus et dominantibus.
56. De his qui vestimenta ad ornandam pompam dederint.
57. De his qui communicatorias litteras portant.
58. De fidelibus ne ad Capitolium causa sacrificandi, ascendant.
59. De his qui destruentes idola occiduntur.
60. De his qui duabus sororibus copulantur.
61. De auguribus et pantomimis si convertantur.
62. De uxoribus quæ filios de adulteris necant.
63. De feminis quæ usque ad mortem cum alienis viris adulterantur.
64. De adulteris uxoribus clericorum.
65. De his qui privignas suas ducunt.
66. De conjugio catechumenæ feminæ.
67. De catechumena adultera quæ filium necat.
68. De viris conjugatis postea in adulterium lapsis.
69. De feminis quæ consciis maritis adulterantur.
70. De stupratoribus puerorum.
71. De viduis mœchis si eumdem postea maritum duxerint.
72. De delatoribus.
73. De falsis testibus.
74. De his qui sacerdotes accusant, nec probant.
75. De diaconibus si ante honorem peccasse probentur.
76. De baptizatis qui nondum confirmati moriuntur.
77. De fidelibus conjugatis si cum Judæa vel gentili mœchati sint.
78. De his qui tabula ludunt.
79. De libertis.
80. De feminarum epistolis.

INCIPIT CONCILIUM ELIBERTINUM.

Decem et novem episcoporum, tempore Constantini.

Cum convenissent sancti et religiosi episcopi in ecclesia Elibertina, hoc est, Felix episcopus Aquitanus, Conscius episcopus Cordubensis, Savinus episcopus Spalensis, Camerinus episcopus Tacitanus, Sinagius episcopus Pegrensis, Secundinus episcopus Catalensis, Pardius episcopus Mentasanus, Flavianus episcopus Elibertinus, Catonus episcopus Corsitanus, Liberius episcopus Emeritanus, Valerius episcopus Cæsaraugustanus, Decentius episcopus Legionensis, Melantius episcopus Toletanus, Januarius episcopus de Siblaria, Vincentius episcopus Ossolobensis, Quintianus episcopus Elborensis, Successus episcopus de Elicroca, Euticianus episcopus Bastilanus, Patricius episcopus Malacitanus, residentibus etiam triginta sex presbyteris astantibus diaconibus, et omni plebe, universi episcopi dixerunt.

Cap. I. Placuit ut quicunque post fidem baptismi salutaris, adulta ætate ad templum idoli idololatraturus accesserit, et fecerit quod est crimen, nec in finem eum ad communionem suscipere.

II. Flamines qui post fidem lavacri et regenerationis sacrificaverint, eo quod geminaverint scelera accedente homicidio, vel triplicaverint facinus cohærente mœchia, placuit eos nec in finem accipere communionem.

III. Item flamines qui non immolaverunt, sed munus tantum dederunt, eo quod se a funestis abstinuerunt sacrificiis, placuit in finem eis præstare communionem, acta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit ulterius eis non esse dandam communionem, ne lusisse de Dominica communione videantur.

IV. Item flamines si fuerint catechumeni, et se a sacrificiis abstinuerunt, post triennii tempora placuit ad baptismum admitti debere.

V. Si qua femina, furore zeli accensa, flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit, si voluntate, post septem annos; si casu, per quinque annorum tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti; quod si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

VI. Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in finem impartiendam esse illi communionem.

VII. Si quis forte fidelis post lapsum mœchiæ post tempora constituta acta pœnitentia denuo fuerit fornicatus, placuit eum nec in finem habere communionem.

VIII. Item feminæ quæ nulla præcedente causa reliquerunt viros suos, et alteris se copulaverunt, nec in finem accipiant communionem.

IX. Item fidelis femina quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, et alterum duxerit, prohibeatur ne ducat; si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is quem reliquerit de sæculo exierit, nisi necessitas infirmatis dare compulerit.

X. Si ea quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti, hoc et circa feminas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit, quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit, et cum scierit illum ab uxore quam sine causa reliquit, placuit hujusmodi in finem dare communionem.

XI. Intra quinquennii autem tempora catechumena si graviter fuerit infirmata, addendum ei baptismum placuit non denegari.

XII. Pater vel parens vel quælibet fidelis si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus vel potius suum, placuit eam nec in finem accipere communionem.

XIII. Virgines quæ se Deo dedicaverunt, si pactum perdiderint virginitatis, atque eædem libidini servierint, non intelligentes quod amiserint, placuit nec in fine dandam eis esse communionem; quod si semetipsas pœnituerint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, etiam tempore vitæ suæ hujusmodi feminæ egerint pœnitentiam, et abstinuerint se a coitu, eo quod lapsæ potius videantur, placuit eas in fine communionem accipere debere.

XIV. Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem qui eas violaverunt duxerint et tenuerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt, vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ sint, placuit per quinquennii tempora acta legitima pœnitentia admitti eas ad communionem.

XV. Propter copiam puellarum gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ, ne ætas in flore tumens in adulterio resolvatur animæ.

XVI. Hæreticis qui errant ab Ecclesia catholica nec ipsis catholicas dandas puellas, sed neque Judæis, neque hæreticis dare placuit, eo quod nulla esse societas fidelis cum infideli. Si contra i ctum fecerint, parentes abstinere per quinqu placet.

XVII. Si qui forte sacerdotibus idolorun suas junxerint, placuit nec in finem eis d communionem.

XVIII. Episcopi, presbyteri, diacones, si in sterio positi, detecti fuerint, quod sint m placuit, et propter scandalum, et propter nef crimen, nec in finem eos communionem a debere.

XIX. Episcopi, presbyteri, et diaconi, d suis negotiandi causa non discedant, nec c euntes provincias quæstuosas nundinas sec Sane ad victum sibi conquirendum aut filiu libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut libet mittant, et si voluerint negotiari, intra ciam negotientur.

XX. Si quis clericorum deditus fuerit usur pere, placuit degradari, et abstineri. Si qui laicus accepisse probatur usuras, et prc correptus jam cessaturum, nec ulterius exac placet ei veniam tribui. Si vero in ea ini duraverit, ab ecclesia sciat se esse projicien

XXI. Si quis in civitate positus, tres Do ecclesiam non accesserit, pauco tempore absti ut correptus esse videatur.

XXII. Si quis de catholica Ecclesia ad h transitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam rerit, placuit huic pœnitentiam non esse de dam, eo quod cognoverit peccatum suum, qu decem annis agat pœnitentiam, cui post annos præstari communio debet. Si vero i fuerint transducti quod non suo vitio pecc incunctanter recipi debeant.

XXIII. Jejunii super abstinentias per s menses placuit celebrari exceptis diebus c mensium Julii et Augusti ob eorumdem i tatem.

XXIV. Omnes qui peregre fuerint bapti quod eorum minime sit cognita vita, placuit rum non esse promovendos in alienis provin

XXV. Omnis qui attulerit litteras conf sublato nomine confessoris, eo quod sub hac r gloria partim concutiant simplices, comm toriæ ei dandæ sunt litteræ.

XXVI. Errorem placuit corrigi, ut omni die jejunium super positionem celebremus.

XXVII. Episcopus vel quilibet clerici aut sororem, aut filiam virginem dicatam D tum secum habeat, extraneam vero nequaq cum habeat.

XXVIII. Episcopum placuit ab eo qui nc municat, munera accipere non debere.

XXIX. Energumenum qui ab erratico spiri gitatur, hujus nomen neque ad altare cum o esse recitandum, neque permittendum ut su in ecclesia ministret.

XXX. Subdiaconem eum ordinari non debere qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, eo quod postmodum per subscriptionem ad altiorem gradum non sit promovendus; si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

XXXI. Adolescentes qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.

XXXII. Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere sine episcopi consultu, sed potius apud episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est presbyterorum, diaconorum, communionem talibus præstare debere, nisi eis jusserit episcopus.

XXXIII. Placuit in totum præscribere episcopis, presbyteris, diaconibus, ac subdiaconibus positis in ministerio abstinere se a conjugibus suis, et non generare filios. Quod quicunque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

XXXIV. Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi, inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab Ecclesiæ communione.

XXXV. Placuit prohiberi ne feminæ in cœmeterio pervigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis scelera latenter committant.

XXXVI. Placuit picturas in ecclesia esse non debere, ne quod colitur aut adoratur in parietibus depingatur.

XXXVII. Eos qui a spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint, constituti baptizari placet. Si vero fideles fuerint, dandam eis esse communionem. Prohibendum etiam ne lucernas publice accendant: si facere contra interdictum voluerint, abstineant a communione.

XXXVIII. Peregre navigantes aut si ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita ut si supervixerit ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit.

Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi, et fieri Christianos.

XXXIX. Placuit prohiberi, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant. Si vero post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporis a communione esse arcendos.

XL. Admonere placuit fideles, ut quantum possunt prohibeant, ne idola in domibus suis habeant. Si vero vim metuunt servorum, vel seipsos puros conservent. Si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

XLI. Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt (si bonæ fuerint conversationis) intra biennium temporis placuit ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente coegerit ratio vel socio subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti.

XLII. Pravam institutionem emendari placuit juxta auctoritatem Scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes celebremus; quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisse notetur.

XLIII. Meretrix quæ aliquando fuerit, et postea habuerit maritum, si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

XLIV. Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, et nunquam ad ecclesiam accesserit: si eum de clero quisquam agnoverit voluisse esse Christianum, aut testes aliqui exstiterint fideles, placuit baptismum ei non negari, eo quod in vetere homine deliquisse videatur.

XLV. Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra, post decem annos placuit eum communionem accipere.

XLVI. Si quis fidelis habens uxorem, non semel sed sæpe fuerit mœchatus, in finem mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio; si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non edere eum de communione pacis.

XLVII. Emendare placuit, ut hi qui baptizantur (ut fieri solebat) nummos in concham non mittant ne sacerdos quod gratis accepit pretio distrahere videatur, neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus vel clericis.

XLVIII. Admonere placuit possessores ut non patiantur fructus suos quos a Deo percipiunt, cum gratiarum actione a Judæis benedici, ne nostram et infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurpaverit, penitus ab Ecclesia abjiciatur.

XLIX. Si vero aliquis clericus sive fidelis fuerit, qui cum Judæis cibum sumpserit, placuit eum a communione abstinere, ut debeat emendari.

L. Ex omni hæresi qui ad nos fidelis venerit minime est ad clerum promovendus, vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur.

LI. Si qui inventi fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur.

LII. Placuit cunctis, ut ab eo episcopo quis recipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si aliquis episcopus præsumpserit eum admittere illo adhuc minime sciente vel consentiente a quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi causas inter fratres esse cum status sui periculo præstaturum.

LIII. Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum triennii tempore, abstineant se a communione. Si tamen iidem sponsus vel sponsa in gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si vero in eodem vitio et polluerint se consentiendo, superior sententia servetur.

LIV. Sacerdotes qui tantum sacrificantium coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus

aliquid idolis præstant, placuit post biennium accipere communionem.

LV. Magistratum vero, anno quo agit duumviratum, prohibere placet ut se ab ecclesia cohibeat.

LVI. Matronæ vel earum mariti vestimenta sua ad ornandum sæculariter pompam non dent, et si fecerint triennii tempore abstineant.

LVII. Placuit ubicunque, et maxime in eo loco in quo primæ cathedræ constitutus est episcopus, ut interrogentur hi qui communicatorias litteras tradunt, an omnia recta habeant et suo testimonio comprobent.

LVIII. Prohibendum ne quis Christianus, aut Gentilis, ad idolum Capitolii sacrificandi causa ascendat et videat. Quod si fecerit pari crimine teneatur; si fuerit fidelis, post decem annos acta pœnitentia recipiatur.

LIX. Si quis idola fregerit, et ibidem fuerit occisus, quia in Evangelio non est scriptum, neque invenitur ab apostolis unquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrum.

LX. Si quis post obitum uxoris suæ sororem ejus duxerit, et ipsa sit fidelis, quinquennio a communione placuit abstinere, nisi forte velocius dari pacem necessitas coegerit infirmitatis.

LXI. Si augur aut pantomimus credere voluerint, placuit ut prius artibus suis renuntient et tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius non revertantur. Quod si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesia.

LXII. Si qua mulier per adulterium absente marito conceperit, idque post facinus occiderit, placuit ei nec in finem dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus.

LXIII. Si qua mulier usque in finem mortis suæ cum alieno fuerit viro mœchata, placuit nec in finem dandam esse communionem. Si vero eum reliquerit, post decem annos recipi ad communionem acta legitima pœnitentia.

LXIV. Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, et sciat eam maritus suus mœchari, et eam non statim projecerit, nec in finem accipiat communionem, ne ab his qui exemplum bonæ conversationis esse debent videantur magisteria scelerum procedere.

LXV. Si quis privignam suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, placuit nec in finem dandam esse communionem.

LXVI. Prohibendum ne qua fidelis vel catechumena, aut comicos, aut viros scenicos habeat, quæcunque hoc fecerit a communione arceatur.

LXVII. Catechumena si per adulterium conceperit, et conceptum necaverit, placuit eam in fine baptizari.

LXVIII. Si quis forte habens uxorem semel fuerit lapsus, placuit eum quinquennio agere debere pœnitentiam, et sic reconciliari, nisi necessitatis coegerit ante tempus dare communionem; hoc et circa feminas observandum.

LXIX. Si conscio marito fuerit mœch placuit nec in finem dandam ei commun vero eam reliquerit, post decem annos acc munionem, si eam cum scierit adultera tempore in domo sua retinuit.

101 LXX. Stupratoribus puerorum ne dandam esse communionem.

LXXI. Si qua vidua fuerit mœchata, et postea habuerit maritum, post quinquenn acta legitima pœnitentia, placuit eam con reconciliari. Si alium duxerit, relicto ill finem dandam esse communionem, vel si fidelis quem acceperit, communionem noi nisi post decem annos acta legitima pœnit infirmitas coegerit velocius dare communi

LXXII. Delator si quis exstiterit fideli delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, fectus, placuit eum nec in finem accipere nionem. Si levior causa fuerit, intra quin accipere poterit communionem. Si cate fuerit, post quinquennii tempora admi baptismum.

LXXIII. Falsus testis prout crimen est, si si tamen non fuerit mortis quod objecit, baverit quod diu tacuerit, biennii tempore Si autem non probaverit in conventu cl placuit per quinquennium abstineri.

LXXIV. Si quis autem episcopum, pre vel diaconem falsis criminibus appetierit, non potuerit, nec in fine dandam ei esse c nem.

LXXV. Si quis diaconum se permiserit et postea fuerit in crimine detectus mc aliquando commiserit, si sponte fuerit placuit eum acta legitima pœnitentia post accipere communionem. Quod si alius dete quinquennium acta pœnitentia accipere c nem laicam debere.

LXXVI. Si quis diaconus regens pleben scopo vel presbytero aliquos baptizaverit, eos per benedictionem perficere debebit; q de sæculo recesserit, sub fide qua quis poterit esse justus.

LXXVII. Si quis fidelis habens uxoren dæa vel gentili fuerit mœchatus, a comm ceatur. Quod si alius eum detexerit, post nium acta legitima pœnitentia poterit sociari communioni.

LXXVIII. Si quis fidelis, alea, id est tabu placuit eum abstinere, et si emendatus post annum poterit communione reconci

LXXIX. Prohibendum ut liberti, quor in sæculo fuerint, ad clerum non proveha

LXXX. Ne feminæ suo potius, absque nominibus, laicis scribere audeant qui fi vel litteras alicujus pacificas ad suum sol scriptas accipiant.

Explicit concilium Elibertinum

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TARRACONENSIS.

1. Ut etiam ad proximas sanguinis cum testimonio clerici vadant.

2. Ut clericis emendi vilius, vel vendendi charius non permittatur licentia.

3. Ut quantum clericus præstiterit, tantum recipiat.

4. Ut nullus episcopus vel infra positus die Dominica causas judicare præsumat.

5. Ut qui in metropolitana civitate episcopus non fuerit ordinatus, post duos menses se metropolitano præsentet.

6. Ut episcopus qui a metropolitano commonitus ad synodum non venerit, excommunicetur.

7. Ut diœcesani clerici septimanas teneant, et die sabbato omnes in unum conveniant.

8. Ut annis singulis episcopi diœcesim visitent, et non plus quam tertiam partem de parochiis accipiant.

9. De clericis et ostiariis qui adulteris mulieribus admiscentur, ut probibeantur.

10. Ut nullus episcopus pro judiciis munera accipiat.

11. Ut monachus missus alicubi ministerium clericatus agere non præsumat, nec negotiator existat.

12. Ut si episcopus intestatus obierit, inventarium de rebus ejus clerici faciant, et nullus exinde aliquid auferat.

13. Ut episcopus diœcesanos presbyteros, et quosdam ex laicis moneat litteris convenire.

INCIPIT CONCILIUM TARRACONENSE.

Decem episcoporum; æra XLIV.

In nomine Christi habita synodus Tarracone, anno 6 Theodorici regis, consulatu Petri, sub die octavo Idus Novembris. Antiquorum Patrum statuta de his censuisse videntur, quæ in tempore, aut ad illos relicta pervenerunt, aut acta certe testimonio proprio comprobaverunt; cujus rei et nos sequentes exemplum, illa quæ non fiunt placuit observanda decernere, aut præterita absque ambage custodiantur, et præsentia hac observatione sint firma. Igitur cum in unum pariter convenissemus in urbem Tarraconensem quæ est metropolitana observantissime fundata, titulos superannexos conscripsimus observandos.

CAP. I. De his quibus cura properante proximitatem habere permittitur, ut ea cautela earum necessitates sustentent, ut pietatis beneficia quæ eis sunt necessaria a longius præbeant. Ipsi vero pro visendis eis cum ingressi fuerint clerici salutatione recurrant, nec ibi faciant mansionem. Qui tamen non ad earum visitationem pergunt, testem solatii sui fide et actione ante probatum adhibeant secum. Si quis hæc a nobis statuta contempserit, si clericus est loci sui dignitate privetur. Si vero religiosus vel monachus, in cella monasterii inclusus pœnitentiæ lamentis incumbat, ubi singulari afflictione panis et aquæ victum ex abbatis ordinatione percipiat.

II. Canonum statutis firmatum est, ut quicunque in clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi charius studio non utatur. Certe si voluerit exercere, cohibeatur a clero.

III. Si quis clericus solidum in necessitate præstiterit, hoc de vino vel frumento accipiat, quod mercandi causa tempore statuto decretum est venundare. Cæterum si speciem non habuerit necessariam, ipsum quod dedit sine ullo augmento recipiat.

IV. Ut nulli episcoporum aut presbyterorum vel clericorum, die Dominico propositum cujuscunque causæ negotium audeant judicare, nisi hoc tantum ut Deo statuta solemnia peragant, cæteris vero diebus cohibentibus personis illa quæ justa sunt habeant licentiam judicandi exceptis criminalibus negotiis.

V. Si quis in metropolitana civitate non fuerit episcopus ordinatus, postea quam suscepta benedictione per metropolitani litteras honorem fuerit episcopi adeptus, id optimum esse decrevimus, ut postmodum statuto tempore, id est impletis duobus mensibus se metropolitani sui præsentet aspectibus, ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus, plenius quid observare debeat recognoscat. Quod si forte hoc implere neglexerit, in synodo increpatus a fratribus corrigatur. Et si forte infirmitate aliqua ne hoc impleat fuerit impeditus, hoc suis litteris metropolitano indicare procuret.

VI. Si quis episcoporum commonitus a metropolitano ad synodum nulla gravi intercedente necessitate corporali venire contempserit, sicut statuta Patrum censuerunt, usque ad futurum concilium cunctorum episcoporum charitatis communione privetur.

VII. De diœcesanis ecclesiis vel clero id placuit definiri, ut presbyteri vel diaconi, qui inibi constituti sunt cum clericis septimanas observent, id est, ut presbyteri unam faciant hebdomadam, qua expleta succedat diaconus ei similiter, ea conditione servata ut omnis clerus die sabbati ad vesperam sit paratus, quo facilius die Dominico solemnitas cum omni præsentia celebretur, ita tamen ut omnibus diebus vesperas et matutinas celebrent, quia desistente clero, quod est pessimum, comperimus in basilicis nec lu-

minaria ministrari. Si qui sane negligentiæ vitio hæc implere noluerint, noverint se secundum statuta canonum pro modo personarum canonicæ disciplinæ subdendos.

VIII. Multorum causa experientia magistrante reperimus nonnullas diœcesanas ecclesias destitutas. Ob quam rem hac constitutione decrevimus, ut antiquæ consuetudinis ordo servetur, et annuis vicibus ab episcopo diœceses visitentur, et si qua forte basilica reperta fuerit destituta, ordinatione ipsius reparari præcipiatur, quia tertia ex omnibus antiqua traditione ut accipiatur ab episcopis, novimus statutum.

IX. Si quis lectorum adulteræ mulieris voluerit misceri vel adhærere consortio, aut relinquat adulteram, aut a clero habeatur extraneus. Simili sententia ostiariorum punietur lascivia.

X. Observandum quoque decrevimus, ne quis sacerdotum vel clericorum more sæcularium judicum audeat accipere pro impensis patrociniis munera, nisi forte in ecclesiis oblata gratuita, quæ non favore muneris videantur accepta, sed collatione devotionis illata. Quod si quæsita probatur accipere, veluti exactor fenoris, aut usurarum possessor, secundum statuta Patrum se noverit degradandum.

XI. Monachi a monasterio foras egredientes ne aliquod ministerium ecclesiasticum præsuma prohibemus, nisi forte cum abbatis imperio ter ut nullus eorum, id est monachorum, negotii susceptor vel exsecutor existat, nisi monasterii exposcit utilitas, abbate sibi nihi imperante, canonum ante omnia Gallicano his constitutione servata.

XII. Sicubi defunctus fuerit episcopus int post defunctionem ejus a presbyteris et dia de rebus ipsius inventarium fideliter conscr minimo usque ad maximum, id est, utensil omni suppellectile, ita tamen ut si quis exi præsumpsisse aliquid vel occulte fuerit tulis victus, secundum furti tenorem restituat u

XIII. Epistolæ tales per partes a metro sunt dirigendæ, ut non solum a cathedralibu siæ presbyteris, verumetiam diœcesanis ad co trahant, et aliquos de filiis ecclesiæ sæcularibu secum adducere debeant. Joannes in Christi episcopus Tarraconensis civitatis, constitutic nobis conscriptis subscripsi. Paulus in Chr mine episcopus subscripsi, et coepiscopus psi. Fortunianus subscripsi. Agricius sul Orontius subscripsi. Vincentius subscripsi subscripsi. Emidius subscripsi. Nibridius sul

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII GERUNDENSIS.

1 Ut unaquæque provincia in officio unum ordinem teneat.

2. Ut litaniæ post Pentecosten a quinta feria usque in sabbato celebrentur.

3. De secundis litaniis faciendis Kalendis Novembris.

4. Ut Pascha tantum et Pentecoste baptismum detur, exceptis his qui in languore consistunt.

5. Ut unius diei infans, si in discrimine est, baptizetur.

6. Ut quis sine uxoribus ordinantur, extr domo non habeant.

7. Ne laici qui viduam aut dimissam acc in clero non admittantur.

8. De his qui publice pœnitentiam no piunt, sed tantum viaticum ut in clero veantur.

9. Ut omnibus diebus horis vespertinis et nis oratio Dominica dicatur.

INCIPIT CONCILIUM GERUNDENSE.

Anno 7 Theodorici regis, septimo Idus Junii, Agapeto III consule.

Cap. I. Ut institutio missarum sicut in metropolitana ecclesia agitur, ita in Dei nomine in omni Tarraconensi provincia, tam ipsius missæ ordo quam psallendi vel ministrandi consuetudo servetur.

II. Ut expleta solemnitate Pentecostes, in sequenti septimana a quinta feria in sabbatum, per hoc triduum abstinentia celebretur.

III. Item, secunda litania facienda est Kalendis Novembris, ea tamen conditione servata, ut in iisdem diebus Dominica intercesserit, in alia hebdomada secundum prioris abstinentiæ observantiam a quinta feria incipiatur, et in sabbato vespere missa facta finiatur, quibus tamen diebus a carnibus et vino decrevimus abstinendum.

IV. De catechumenis baptizandis id statu ut in Paschæ solemnitate, vel Pentecostes a zandum veniant. Cæteris solemnitatibus infi tummodo debeant baptizari, quibus quicunq pore convenit baptismum non negari.

V. De parvulis qui immaturo utero editi su cuit constitui, ut si infirmi, ut assolet, fueri maternum non appetunt, etiam eadem die sunt, si oblati fuerint, baptizentur.

VI. De his qui sine uxoribus ordinantur e lias domus habent, habito secum pro vitæ co tione patre in testimonium, non per quam feminei sexus personam eorum substantia g tur, sed per puerum, aut per amicum domu debeant ordinare, nisi matrem, aut sororem i

ut secundum priorum canonum statuta personas, eorum debeat confutari sub-

iis de laicis post uxorem aliam cujus-ditionis cognoverit mulierem, in clero admittatur.

ero qui ægritudinis languore depressus benedictionem quam viatico deputamus nionem acceperit, et postmodum recon-iput pœnitentiæ in ecclesia publice non

A subdiderit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

IX. Id semper placuit observari omnibus diebus, ut post matutinas et vesperas oratio Dominica a sacerdote proferatur. Joannes in Christi nomine episcopus subscripsi. Fortunianus episcopus subscripsi. Paulus episcopus subscripsi. Agricius episcopus subscripsi. Emidius episcopus subscripsi. Nibridius episcopus subscripsi. Orontius episcopus subscripsi.

Explicit concilium Gerundense.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII CÆSARAUGUSTANI.

inæ fideles a virorum clericorum cœtibus

eucharistiam in ecclesia accipit, et ibi nsumit, anathematizetur.

ius Dominicis nullus jejunet, nec diebus næ ab ecclesia se absentet.

us hebdomadis quæ sunt ante Epiphalesia nemo recedat.

B 5. Ut qui a suis episcopis communione privantur, ab aliis non recipiantur.

6. Ut clericus qui propter luxum monachus voluerit esse, excommunicetur.

7. Ut doctoris sibi nomen quis non imponat, cui concessum non est.

8. Ut ante quadraginta annos sanctimoniales virgines non velentur.

INCIPIT CONCILIUM CÆSARAUGUSTANUM

Duodecim episcoporum.

nas Octobris Cæsaraugusta in secretabus episcopis, Siradio, Delphino, Raticio, gentio, Lucio, Italio, Splendinio, Valeio, Caterio et Italio, ab universis dictum ur sententiæ; Lucius episcopus legit.

nulieres omnes Ecclesiæ catholicæ fideles lienorum lectione et cœtibus separentur, legentes alii studio vel docendi, vel diniant, quoniam et hoc Apostolus jubet.

episcopis dictum est anathema futuros ncilii sententiam non observaverint.

git : Eucharistiæ gratiam si quis probanon consumpsisse in ecclesia, anathema uum. Ab universis episcopis dictum est :

git : Ne quis jejunet die Dominica causa it persuasionis, aut subreptionis, nec arum diebus ab ecclesiis fideles desint, in latibulis cubitorum ac montium qui ibus perseverant, sed exemplum et prædiant sacerdotum, et ad alienas nullas conventuum causas conveniant. Ab unipis dictum est : Anathema sit qui hoc

legit : Viginti et uno die, id est, a XVI Januarii usque in diem Epiphaniæ qui us Januarii, continuis diebus nulli liceat

C de ecclesia absentare in domibus, nec sedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad ecclesiam. Quod qui non observaverit de susceptis, anathema sit in perpetuum. Ab universis episcopis dictum est : Anathema sit.

V. Item dictum est, ut hi qui per disciplinam, aut sententiam episcopi ab Ecclesia fuerint separati ab aliis episcopis non sint recipiendi; quod si scientes fecerint, non habeant communionem. Ab universis episcopis dictum est : Qui hoc commiserit, episcoporum non habeat communionem.

VI. Item legit : Si quis clericus propter luxum vanitatisque præsumptum de officio sponte dicesserit ac velut observatorem legis monachum videri se maluerit esse quam clericum, ita de Ecclesia repellendum, ut nisi rogando atque obsecrando plurimis temporibus satisfecerit, non recipiatur. Ab universis episcopis dictum est : Ita fiat.

D VII. Item lectum est : Ne quis doctoris nomen sibi imponat, præter has personas quibus concessum est, secundum quod scriptum est. Ab universis episcopis dictum est : Placet.

VIII. Item lectum est : Non velandas esse virgines quæ se Deo voverunt, nisi quadraginta annorum probata ætate, quam sacerdos comprobaverit. Ab universis episcopis dictum est : Placet.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII ILERDENSIS.

ui altario ministrant, ut a sanguine hotineant.

2. De his qui abortivum faciunt, vel natos suos exstinguunt.

3. De monachis, ut clerici ordinentur cum voluntate abbatis, et quum monasterio offeruntur non auferantur, et de basilicis quas laici fecerint.

4. De incestis, ut quandiu in scelere sunt inter catechumenos habeantur.

5. De his qui altario serviunt, si subito in fragilitatem carnis inciderint.

6. De eo qui viduæ pœnitenti vel religiosæ virgini stuprum intulerit.

7. De his qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.

8. Si clericus servum vel discipulum de ecclesia traxerit, ut pœnitentiam agat.

9. De his qui rebaptizati sunt, quantum pœniteant.

10. De his qui jubente episcopo remissa ecclesia exire contemnunt.

11. De clericis qui in mutuam cædem punt.

12. De his qui contra canones ordinati deponantur.

13. De catholicis qui filios suos hæretic ptismati tradiderunt.

14. De catholicis, ut cum rebaptizatis no sentur.

15. Ut clerici, cum extraneis mulieribu bitent.

16. Cum sacerdos moritur, quid de rebu observetur.

INCIPIT CONCILIUM ILERDENSE HABITUM.

Habitum anno duodecimo Theodorici regis, octavo Idus Augusti.

CAP. I. De his clericis qui in obsessionibus necessitate positi fuerint, id statutum est ut qui altario ministrant, et Christi corpus et sanguinem tradunt, vel vasa sacra officio deputata contrectant, ut ab omni humano sanguine etiam hostili se abstineant; quod si in hoc inciderint, duobus annis, tam officio quam communione priventur, ita ut duobus annis, vigiliis, jejuniis, orationibus et eleemosynis pro viribus quas Dominus donaverit expientur, et ita demum officio **103** vel communioni reddantur, ea tamen ratione ne ulterius ad officia potiora provehantur. Quod si infinito tempore negligentiores circa salutem suam exstiterint, protelandi ipsius pœnitentiæ tempus in potestate manet sacerdotis.

II. Hi vero qui male conceptos ex adulterio fetus vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris, post septem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen ut omni tempore vitæ suæ fletibus et humilitati insistant. Si vero clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat, attamen in choro psallentium a tempore receptæ communionis intersint ipsis beneficiis. In exitu tantum, si facinora sua omni tempore vitæ suæ defleverint, communio eis tribuatur.

III. De monachis id observari placuit, quod synodus Agathensis noscitur decrevisse, hoc tantummodo adjiciendo, ut cum pro Ecclesiæ utilitate aliquos episcopus probaverit in clericatus officio promovendos, cum abbatis voluntate debeant ordinari. Ea vero quæ in jure monasterii de facultatibus offeruntur, in nullo diœcesana lege ab episcopis contingantur. Si autem ex laicis quisquam a se factam basilicam consecrari desiderat, nequaquam eam sub monasterii specie ubi congregatio non colligitur, vel regula ab episcopo non constituitur, a diœcesana lege audeat segregare.

IV. De his qui se incestus pollutione commaculant, placuit quousque in ipso detes illicito carnis contubernio perseverant, missas tantum catechumenorum in ecc mittantur, cum quibus etiam nec cibum ullum Christianorum, sicut Apostolus oportet.

V. Si qui altario Dei deserviunt, si silenda carnis fragilitate corruerint, et respiciente digne pœnituerint, ita ut m corpore cordis contriti sacrificium Deo maneat in potestate pontificis vel veraci ctos non diu suspendere, vel desidiosos p tempore ab Ecclesiæ corpore segregare, it ut sic officiorum loca recipiant, ne po altiora officia ulterius promoveri; quod s velut canes ad vomitum reversi fuerint, lum dignitate officii careant, sed etiam communionem, nisi in exitu, non percipiar

VI. Qui pœnitenti viduæ, vel virgini stuprum intulerit, si se ab eo sequestrare pariter a communione Christianorum et segregetur. Si vero illa quæ vim pertulit ad religionem redierit, in illo solo sententia ex nicationis teneatur, quoad usque public teat.

VII. Qui sacramento se obligaverit, ut cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, jurio uno anno a communione sanguinis et Domini segregatus, reatum suum eleemosyn bus, et quantis potuerit jejuniis, absolvat; tatem vero, quæ operit multitudinem pecc celeriter venire festinet.

VIII. Nullus clericorum servum aut dis suum ad ecclesiam confugientem extrahere vel flagellare præsumat; quod si fecerit, don pœniteat, a loco cui honorem non dedi getur.

IX. De his qui in prævaricatione rebaptiz aliqua necessitate vel tormento delapsi sint

eos illa Nicænæ synodi statuta serventur A tamen quia ipsa sanctio, quod pejus est, a multis
prævaricatoribus censita esse noscuntur, id clericis cognoscitur violari, ita ut non jubente sacer-
septem annis inter catechumenos orent, et dote expectorato affectu, totaque disciplinæ severi-
ter catholicos, et postea moderatione et tate posthabita, immaniter quæ in domo pontificali
ia episcopi fidelibus in oblatione eucharistiæ reperiuntur invadunt et abradunt : ideo nunc hæc
nicent. hujus placiti constitutione inter nos censoria placuit
i jubente sacerdote pro quacunque culpa custodiri, ut defuncto antistite vel etiam adhuc in
n exire contempserit, pro noxa contumaciæ supremis agente, nullus clericorum cujuslibet ordi-
accipiatur ad veniam. nis, officii, gradusve sit, quidquam de domo præsu-
qui clerici in mutuam cædem proruperint, mat, vel quod de utilitate instrumenti domus esse
ignitas officiorum in tali excessu contume- agnoscitur, id est mobilis et immobilis, rei ecclesia-
otulerit, a pontifice districtius vindicetur. sticæ conetur invadere, nihil furto, nihil dolo sup-
ui contra decreta canonum indiscrete cleri- primens, auferens atque abscondens, sed is cui do-
ue nunc ordinaverunt, eis Dominus, vel mus commissa est subjectis sibi cum consilio uno vel
t ecclesiastica charitas ignoscat. Amodo vero duobus fidelissimis, omnia ad tempus pontificis sub-
i usu proruperint, decretum canonum quod B stituendi debeat conservare, vel his qui in domo inve-
rum personas statutum est, id est, ut nullum niuntur clericis consuetam alimoniam administrare.
e jam audeant observetur, vel qui deinceps Substitutus autem antistes susceptæ sedis commoda
fuerint, deponantur; hi vero qui tales hac- ordinabit, velut Deus imperavit ut eis uti cum his
rdinati sunt, nullo tempore promoveantur. debeat quos cognoverit disciplinæ et charitati pre-
Catholicus qui filios suos in hæresi bapti- decessoris sui fideliter paruisse. Quod si quisquam
otulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus post hæc cujuslibet ordinis, ut superius dictum est,
ur. quacunque clericus occasione de omni facultate quip-
Cum rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo piam probatus fuerit abstulisse vel forsitan dolo ali-
ent. quo sumpsisse, reus sacrilegii prolixiori anathemate
amiliaritatem extranearum mulierum licet condemnetur, et vix quoque peregrina ei communio
ancti Patres antiquis monitionibus præcepe- concedatur, quia durum est ut hi quos constat in
esiis evitandam, id nunc tamen nobis visum servitio Domini cum primæ sedis antistite desudasse,
ui talis probabitur, si post primam et se- ab his qui suarum rerum incubitatores atque vagan-
commonitionem se emendare neglexerit, C tes fuisse cognoscuntur despecti aliquatenus cruciен-
i vitio perseverat, officii sui dignitate prive- tur. Sergius in Christi nomine episcopus has con-
od si Deo juvante correxerit, sancto minis- stitutiones, secundum quod nobis cum fratribus Deo
tauretur. inspirante complacuit, relegi et subscripsi ; Justus in
Licet de re hujusmodi quam constituere Christi nomine subscripsi ; Joannes in Christi nomine
ordinatione decernimus prisca auctoritas ca- episcopus subscripsi ; Petrus in Christi nomine epi-
non siluerit, sed evidenti sanctione præcepe- scopus subscripsi ; Marulio in Christi nomine epi-
juscumque ecclesiæ pontifice defuncto non scopus subscripsi ; Taurus in Christi nomine episco-
pro libitu suo, in earum rerum direptionem pus subscripsi ; Febrorius in Christi nomine episco-
iens dereliquit quisquam irruat, domumque pus subscripsi ; Gratus in Christi nomine episcopus
it, sed sacerdos qui exsequiarum tempore directus a domino meo Stephano episcopo his con-
nuia quæ ad utilitatem et conservationem stitutionibus interfui et subscripsi.
it debeat diligenti circumspectione munire,

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII VALENTINI.

Evangelium post Apostolum legatur. D 4. De exsequiis morientis episcopi, et qualiter
defuncto episcopo de rebus ipsius, vel eccle- humetur.
lus quidquam præsumat invadere. 5. De vagis et inobedientibus clericis.
propinqui morientis episcopi de rebus ejus 6. Ut clericum alienum nullus ordinet, nec sit
arpent sine metropolitani et comprovincia- clericus qui non spondeat locum ubi sit delega-
iscientia. tus.

INCIPIT CONCILIUM VALENTINUM.

Sex episcoporum, DXXXIII *habitum anno* 15 *Theodorici regis.*

. Anno quinto decimo Theodorici regis sub ndo Nonas Decembris, in nomine Domini nostri Jesu Christi Valentino concilio congregato, dum ecclesiasticas regulas tractaremus antiquos canones

relegentes, inter cætera hoc esse censuimus observandum, ut sacrosancta Evangelia ante munerum illationem in missa catechumenorum in ordine lectionum post legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri Jesu Christi, vel sermones sacerdotis non solum fideles, sed etiam catechumeni ac pœnitentes, et omnes qui e diverso sunt, audire licitum habeant, sic enim pontificum prædicatione audita nonnullos attractos ad fidem evidenter scimus.

II. Hoc etiam placuit, ut episcopo a sæculo jubente Domino accersito, clerici ab omni omnino supellectili, vel quæcunque sunt in domo ecclesiæ, vel episcopi in libris, speciebus, utensibilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re rapaces manus abstineant, et nihil latronum more diripiant. Qui si canonum auctoritate prohibiti aliqua pervaserint metropolitani, vel omnium comprovincialum sacerdotum districtione coacti in pristinum statum omnia redintegrare cogantur, ut nihil antistiti vel dispensatori futuro necessariorum sub hac justa constitutione depereat. Quod ut confidentius justitia manente servetur, secundum Regiensis synodi constituta, episcopo e corpore recedente, vicinior illi accedat episcopus, qui ex more exsequiis celebratis, statim ecclesiæ ipsius curam districtissime gerat ne quid ante ordinationem futuri pontificis remanentium clericorum subversioni vel direptioni jam liceat, ita ut, perspectis omnibus, inspectio certior, descriptio fidelissima **104**, si fieri potest, intra octavas defuncti sub diligentia præsentis episcopi peragatur. Dehinc ad metropolitani notitiam habita ordinate districtio deferatur, ut ejus electione talis persona ordinandæ domus ecclesiasticæ procuretur, quæ vel consueta clericis stipendia dispenset, et creditarum sibi rerum, si forsitan tarditas in episcopo ordinando successerit, metropolitano congruis temporibus reddere possit rationem, ut sub hac salubri constitutione clerici stipendiis suis omnino contenti labores non diripiant episcopi decedentis, et in vacuam ecclesiæ domum futurus pontifex non sine dolore succedat, sed magis de prædecessoris sui dimisso possit et ipse gaudere, et aliis ministrare.

III. Simili quoque modo parentibus et propinquis decedentis episcopi, si intestatus obierit denuntietur, ut sine metropolitani vel comprovincialium sacerdotum conscientia, nihil de rebus defuncti occupare pertentent, ne forte cum hæreditariis rebus etiam aliqua ad ecclesiam pertinentia vel permista usurpent, sed usque ad ordinationem futuri exspectent antistitis, aut certe, si longum fuerit, ad metropolitani, ut dictum est, ordinationem recurrant. Si quis autem contemptor divini timoris contra hæc sancta synodica clericus quisque vel laicus venire improba mente tentaverit, et communione, et consortio privetur Ecclesiæ, quia durum est ut ad illam conveniat quam exspoliare non metuit, nisi forte spiritu meliore correptus dum a præsumptione cessaverit, recuperet indulgentiam. Si autem rationabiliter modesteque unusquisque repetit quod sibi jure debetur, ei absque aliqua animadversione a metropolitano vel cui injunxerit, aut res, aut ratio non negetur. Hos autem omnes constringunt, quam tam in præteritum quam in futurum res ecclesiæ v episcopi usurpantes diripuerint.

IV. Illud etiam provido consilio decernentes, quia sæpe sanctorum antistitum per absentiam commendatoris episcopi exsequiæ differuntur, ita ut veneranda pontificis membra dum tardius funerantur injuriæ omnino subjaceant, episcopus qui post mortem fratris ad sepeliendum eum solet invitatus occurrere, infirmum magis et adhuc in corpore positum admonitus visitare non differat, ut aut de revelatione sacerdotis amplius gaudeat, aut certe de ordinatione domus suæ fratrem admoneat, ejusque probabilem voluntatem in effectum transmittat ac recedentem a sæculo, oblatum in ejus commendatione sacrificium Deo offerens, mox sepulturæ tradat diligentissime et superius constituta canonice non differat adimplere. Si autem, ut fieri solet, antistes repentino obitu decesserit, et collimitanei sacerdotes de longinquo minime adesse potuerint, uno die tantum cum sua nocte exanimatum corpusculum sacerdotis maneat, nec sine fratrum ac religiosorum frequentia, vel psallentium excubatione servatum, a presbyteris cum omni diligentia in loco conditum seorsum non statim humetur, sed honorifice commendetur, donec sine mora invitato undecunque pontifice, ab ipso, ut condecet, solemniter tumuletur, ut et injuriæ tollatur occasio, et mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus observetur.

V. Hoc etiam placuit, ut vagus atque instabilis clericus, sive etiam in diaconi ministerio vel presbyteri officio constitutus, si episcopi a quo ordinatus est præceptis non obedierit, ut in delegata sibi ecclesia officium dependat assiduum quousque in vitio permanserit, et communione et honore privetur.

VI. Ut nullus alienum clericum secundum decreta canonum sine consensu episcopi sui audeat ordinare, sed nec ullum sanctorum sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitus non spoponderit, ut per hæc nullus a regula vel disciplina ecclesiastica deviare permittatur impune. Celsivus in Christi nomine episcopus subscripsi. Setabius episcopus subscripsi. Benagius episcopus subscripsi, Ampelius episcopus subscripsi. Sallustius archidiaconus vicarius domini mei Marcelli episcopi, subscripsi.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TOLETANI PRIMI.

1. De presbyteris et diaconibus si post ordinationem filios genuerint.

2. Ut pœnitens, si necessitas cogat, lector aut ostiarius fiat.

his qui viduas acceperint, ne diaconi effi-
subdiaconus si defuncta uxore aliam duxe-
arius fiat.
si cujuslibet ordinis clericus tardius ad ec-
venerit, deponatur.
religiosa puella virorum familiaritatem in
on habeat.
clericus cujus uxor peccaverit præter necem
em habeat distringendi eam, et cum ea
ion sumat.
eo qui post baptismum militaverit, ut ad
tum non permittatur.
nulla professa vel vidua, absente sacerdote, in
ia sacerdotale officium vel lucernale impleat.
t nullus obligatum cuiquam absque consensu
vel patroni clericum faciat.
t si quis potentum exspoliaverit quemlibet et
nte episcopo non reddiderit, excommunicetur.

12. Ut nullus clericus ab episcopo recedat et ad alium se transferat.

13. De his qui in ecclesiam intrant, et non communicant, ut excommunicenter.

14. De eo qui acceperit eucharistiam, et non sumpserit, ut sacrilegus repellatur.

15. De his qui excommunicantur a sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat.

16. Ut devota si adulterata fuerit decem annos pœniteat; si maritum duxerit, non permittendam ad pœnitentiam, nisi maritus decesserit.

17. De eo qui uxorem habet, si concubinam habuerit, non communicet.

18. Si vidua episcopi, presbyteri, vel diaconi, maritum acceperit.

19. Si sacerdotis, vel diaconi, filia religiosa peccaverit, in fine tantum communicet.

20. Ut nullus præter episcopum chrisma conficiat.

21. De regulis fidei catholicæ contra Priscillianos.

INCIPIT CONCILIUM PRIMUM TOLETANUM

cem et octo episcoporum, tempore Honorii et Arcadii, Stilicone consule, habitum.

nientibus episcopis in ecclesia Toleto, id
rono, Marcello, Alitiano, Aphrodisio, Jo-
Olympo, Severo, Astutio, Hilario, Lampadio,
io, Exuperantio, Sereno, Floro, Leporio,
io, Lampiode, Gallia, Lucentio. His conventus
iis Celenis actus est, isti sunt qui in aliis
dversus Priscilliani sectatores, et hæresim
truxerat libellarem dedere sententiam. Con-
us presbyteris, astantibus diaconibus, et
ui intererant concilio congregatis, Patronus
is dixit: Quoniam singuli cœpimus in eccle-
tris facere diversa, et inde tanta scandala
æ usque ad schisma perveniunt, si placet,
ii concilio decernamus quid ab omnibus
s in ordinandis clericis sit sequendum. Mihi
placet constitutum primitus Nicæni concilii
o esse servandum, nec ab hoc esse receden-
iversi episcopi dixerunt: Hoc nobis placet,
quis cognitis gestis Nicæni concilii aliud
atutum est facere præsumpserit, et non in
verandum putaverit, tunc excommunicatus
r, nisi per correptionem fratrum emendave-
rem.

I. Placuit, ut diacones si vel integri, vel
it, et continentis vitæ, etiam si uxores ha-
n ministerio constituantur, ita tamen ut si
m ante interdictum quod per priores ante
scopos constitutum est incontinenter cum
s vixerint, presbyteri honore non cumulen-
quis vero ex presbyteris ante interdictum
os susceperit, de presbytero ad episcopum
nittatur.

m placuit, ut pœnitentes non admittantur ad
nisi tantum, si necessitas, aut usus exe-
gerit, inter ostiarios deputentur, vel inter lectores, ita ut Evangelia, aut Apostolum non legant. Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur, ita ut manum non imponant, nec sacra contingant. Ex eo vero pœnitente dicimus qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis publicam pœnitentiam gerens sub consilio divino fuerit reconciliatus altario.

III. Item constituit sancta synodus, ut lector fidelis si viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut forte subdiaconus.

IV. Subdiaconus autem defuncta uxore si uxorem aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat removeatur, et habeatur inter ostiarios vel lectores, ita ut Evangelium et Apostolum non legat, propterea ne qui ecclesiæ servierit publicis officiis servire videatur; qui vero tertiam, quod nec dicendum est, acceperit, abstentus biennio postea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam communicet.

V. Presbyter, vel diaconus vel subdiaconus, vel quilibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra civitatem non fuerit, vel in loco in quo ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut villæ, si ad ecclesiam, aut ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem veniam ab episcopo voluit promereri.

VI. Itemque puella Dei nec familiaritatem habeat cum confessore, aut cum quolibet laico sanguinis alieni, aut convivium sola adeat, nisi ubi seniorum, aut honestorum, aut viduarum honestarumque frequentia, ubi honeste confessor quilibet cum plurimorum testimonio testium convivio interesse possit,

cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus nec videndas, nisi forte consanguinea soror sit vel uterina.

VII. Placuit ut si quorumcunque clericorum uxores peccaverint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum hanc potestatem præter necem custodiendi, ligandi in domo sua, ad jejunia salutaria, non mortifera, eas cogentes, ita ut invicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si servitia non habeant; cum uxoribus autem ipsis quæ peccaverint, nec cibos sumant, nisi forte ad timorem Dei acta pœnitentia revertantur.

VIII. Si quis post baptismum militaverit, et chlamydem sumpserit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam si gravia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit diaconi non accipiat dignitatem.

IX. Nulla professa vel vidua absente episcopo vel presbytero in domo sua antiphonas 105 cum confessore vel servo suo faciat; lucernarium vero nisi in ecclesia non legatur, aut si legatur in villa præsente episcopo vel presbytero vel diacono legatur.

X. Clericos, siquidem obligati sint vel pro æquatione, vel de genere alicujus domus, non ordinandos nisi probatæ vitæ fuerint, et patroni consensus accesserit.

XI. Si quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperiorem, aut religiosum exspoliaverit, et mandaverit eum ad se venire episcopus ut audiatur et contempserit, invicem mox scripta percurrant per omnes provinciæ episcopos, et quoscunque audire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipse donec obediat ut reddat aliena.

XII. Item ut liberum nulli clerico sit discedere ab episcopo suo, et alteri episcopo communicare, ni forte ei quem episcopus alius libenter habeat de hæreticorum schismate discedentem, et ad fidem catholicam revertentem. Si qui autem de catholicis discesserint et communione eorum, vel palam, vel occulte cum eis qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam jam notati fuerint inventi, habeant illorum ad quos ire voluerint, etiam in damnatione, consortium.

XIII. De his qui intrant in ecclesiam, et apprehenduntur nunquam communicare admoneantur. Quod si non communicant, ad pœnitentiam accedant; si communicant, non semper abstineant, si non fecerint, abstineantur.

XIV. Si quis autem acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.

XV. Si quis laicus abstinetur, ad domum ejus, vel clericorum, vel religiosorum, nullus accedat, similiter et clericus, si abstinetur, a clericis devitetur; si quis cum illo colloqui, aut convivari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur, sed hoc pertineat ad eos clericos qui ejus sunt episcopi, et ad omnes qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, sive laico quolibet sive clerico.

XVI. Devotam peccantem non recipiendam in ecclesiam nisi peccare desierit, et si desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis recipiat communionem, priusquam autem in ecclesiam admittatur ad orationem ad nullius convivium Christianæ mulieris accedat, quod si admissa fuerit, etiam hæc quæ eam receperit habeatur in absentia, corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc ipso vivente marito caste vivere cœperit, aut postquam ipse decesserit.

XVII. Si quis habens uxorem fidelis, si concubinam habeat non communicet. Cæterum is qui non habet uxorem et pro uxore concubinam habet a communione non repellatur, tamen ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit sit conjunctione contentus, alias vero vivens abjiciatur, donec desinat et ad pœnitentiam revertatur.

XVIII. Si qua vidua episcopi aut presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat, nunquam communicet, morienti tantum ei sacramentum subveniat.

XIX. Episcopi vel presbyteri sive diaconi filia, si devota fuerit et peccaverit, et maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni, pater vero causas in concilio noverit se præstaturum. Mulier autem non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam, si autem vivente eo secesserit et pœnituerit, nullo modo nisi vitæ deficiens accipiat communionem.

XX. Quamvis pene ubique custodiatur, ut absque episcopo chrisma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel provinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium nisi episcopum chrisma conficere, et per diœcesim destinare, ita ut de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem Paschæ diaconi destinentur, aut subdiacon qui confectum chrisma ab episcopo destinatum ad diem Paschæ possint ad tempus deferre. Episcop sane certum est quod omni tempore licet chrisma conficere, sine conscientia autem episcopi nihil penitus presbyteri agere præsumant. Statutum ver est diaconum non chrismare, sed presbyterum absente episcopo, præsente vero non, nisi ab ipso fuerit præceptum. Hujusmodi constitutionem memine rit semper archidiaconus vel præsentibus vel absentibus episcopis suggerendam, ut eam et episco custodiant, et presbyteri non relinquant. Patron episcopus subscripsi; Marcellus episcopus subscrips Afrodisius episcopus subscripsi; Alicianus episcop subscripsi; Olimpius episcopus subscripsi; Asteri episcopus subscripsi; Lampadius episcopus subsc psi; Serenus episcopus subscripsi; Jocundus e scopus subscripsi; Severus episcopus subscrip Leonas episcopus subscripsi; Hilarius episcopus su scripsi; Florus episcopus subscripsi; Leporius e scopus subscripsi; Aurelianus episcopus subscrip Eustochius episcopus subscripsi; Lampadius epis pus subscripsi; Exuperantius episcopus subscrip si.

XXI. Regula fidei contra omnes hæreses qu m maxime contra Priscillianistas episcopi Tarracone

haginensis, Lusitani et Betici fecerunt ex o papæ Leonis, et ad Balconium episcopum transmiserunt. Ipsi etiam et suprascripta anonum capitula statuerunt in concilio To-

Assertio fidei ejusdem concilii.

nus in unum verum Deum Patrem omnipo- et Filium, et Spiritum sanctum, visibilium ı, per quem omnia facta sunt in cœlo et in ıum Deum, et unam esse divinæ substantiæ ;m. Patrem autem non esse Filium ipsum, ;re Filium qui Pater non sit; Filium non rem, sed Filium Dei de Patris esse natura; ı quoque esse Paracletum, qui nec Pater sit ec Filius, sed a Patre Filioque procedens. ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus us sed a Patre Filioque procedens. Pater est x hæc audita est de cœlis : « Hic est Filius lectus, in quo mihi bene complacui, ipsum *Matth.* XVII, 5). » Filius est qui ait : « Ego a ivi, et a Deo veni in hunc mundum (*Joan.* » Paracletus est Spiritus de quo Filius ait : ;o abiero ad Patrem, Paracletus non veniet ı, 7). » Hanc Trinitatem personis distinctam ia unica, virtute et potestate et majestate indi- ı, indifferentem, præter hanc nullam credi- nam esse naturam, vel angeli, vel spiritus, vel ılicujus quæ Deus credatur. Hunc ergo Fi- Deum natum a Patre, ante omne omnino ım sanctificasse uterum virginis Mariæ, at- a verum hominem sine virili generatum se- cepisse, duabus duntaxat naturis, id est dei- carnis, in unam convenientibus omnino n, id est Dominum nostrum Jesum Christum. ginarium corpus, aut phantasmatis alicujus sse, sed solidum atque verum hunc et esu- sitisse, et doluisse, et flevisse, et omnes injurias pertulisse. Postremo a Judæis cru- et sepultum, et tertia die resurrexisse, con- a postmodum cum discipulis suis, et qua- ıa post resurrectionem die ad cœlum ascen- ınc filium hominis etiam Filium Dei, et)ei et hominis filium appellamus. Resurre- vero futuram humanæ credimus carnis, autem hominis non divinæ esse substantiæ, Patris, sed creaturam Dei voluntate creatam.

A Si quis autem dixerit, aut crediderit a Deo omnipotente mundum hunc factum non fuisse, atque omnia ejus instrumenta, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit Filium eumdem esse Patrem, vel Paracletum, anathema sit. Si quis dixerit atque crediderit Deum Patrem eumdem esse Filium, vel Paracletum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit Paracletum esse, vel Patrem, vel Filium, anathema sit. Si quis crediderit vel dixerit carnem tantum sine anima a Filio Dei fuisse susceptam, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit Christum innascibilem esse, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit deitatem nascibilem esse, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit deitatem Christi convertibilem fuisse, vel passibilem, anathema sit. Si quis dixerit B vel crediderit alterum Deum esse priscæ legis, alterum Evangeliorum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit ab altero Deo mundum factum fuisse, et non ab eo de quo scriptum est : In principio fecit Deus cœlum et terram, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit animam humanam Dei portionem, vel Dei esse substantiam, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit alias scripturas præter quas Ecclesia catholica recipit in auctoritate habendas vel esse venerandas, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit deitatis et carnis unam in Christo esse naturam, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit esse aliquid quod se extra divinam Trinitatem possit C ostendere, anathema sit. Si quis astrologiæ vel mathesi existimat esse credendum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit conjugia hominum quæ secundum legem divinam licet habere exsecrabilia esse, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit carnes avium seu pecudum quæ ad escam datæ sunt non tantum pro castigatione hominum abstinendas, seu exsecrandas esse, anathema sit. Si quis in errore Priscilliani sectam sequitur, vel profitetur, ut aliud in salubri baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

Explicit regula fidei catholicæ adversus Priscillianistas. Patronus episcopus subscripsi; Marcellianus episcopus subscripsi; Afridius episcopus subscripsi; sancti et alii episcopi qui interfuerunt D concilio.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII SECUNDI TOLETANI.

his quos parentes ab infantia in clericatus ıancipaverunt, si postea voluntatem habeant .

clerico qui ad aliam transit ecclesiam, et qui ;perit.

3. Ut nullus a subdiaconatu et supra extraneam habeat mulierem.

4. Ut quidquid de jure ecclesiæ clerici tenuerunt, post obitum eorum ad ecclesiam revertatur.

5. De his qui se proximis suis copulant, ut a communione Christi separentur.

INCIPIT CONCILIUM TOLETANUM SECUNDUM

Habitum æra DLXV, *anno quinto Amalrici regis.*

Cum in voluntate Domini apud Toletanam urbem sanctorum episcoporum præsentia convenisset, et de institutis sanctorum Patrum canonumque decretis commemoratio haberetur, nobis in unum positis placuit, ut si qua in antiquis canonibus minime commemorata sunt salubri tractatu ac diligenti consideratione instituantur. Si qua vero in anterioribus
106 sunt neglecta, redivivam ordinationis censuram obtineant, quatenus dum his quæ in conciliis sunt decreta, sed abusione temporum hactenus dimissa, et ad cultum fidei pertinent, studium religiosæ impendimus observationis, Dei misericordiam facilius impetremus.

CAP. I. De his quos voluntas parentum a primis infantiæ annis in clericatus officio vel monachali posuit pariter statuimus observandum, ut mox cum detonsi vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo ecclesiæ sub episcopali præsentia a præposito sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum ætatis suæ compleverint annum, coram totius cleri plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo conjugio ab episcopo perscrutetur; quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, et promissionem castimoniæ suæ absque conjugali necessitate responderint servaturos, hi tanquam appetitores arctissimæ viæ lenissimo Domini jugo subdantur, ac primo subdiaconatus ministerium probatione habita professionis suæ a vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffensæ vicesimum et quintum annum ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium, si scientes implere posse ab episcopo comprobentur, promoveri debent, cavendum tamen est his ne quando suæ sponsionis immemores ad terrenas nuptias aut abortivos concubitus ultra recurrant. Quod si forte fecerint, ut sacrilegii rei ab Ecclesia habeantur extranei. His autem quibus voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab episcopis sententiam auferre non possumus, ita ut provectæ ætatis in conjugio positi renuntiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacratos gradus aspirent.

II. Similiter placuit custodire ne quis ex eis qui tali educatione imbuuntur qualibet occasione cogente propriam relinquentes ecclesiam, ad aliam transire præsumant, episcopus vero qui eum suscipere absque conscientia proprii sacerdotis fortasse præsumpserit, totius fraternitatis se reum esse noverit, quia durum est ut eum quem alius rurali sensu ac scelere infantiæ exuit, alius suscipere ac vindicare præsumat.

III. Illud vero præterea speciali ordinatione decrevimus, quod nec antiqua concilia in universis canonibus siluerunt, ut nullus clericorum a gradu subdiaconatus et supra in consortio familiaritatis habeat mulierem vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam, sed si sunt ei hujusmodi servitia, matri vel sorori, vel alii propinquæ contradat, et quidquid suis manibus perfecerit, proprio domino deferatur. Aut si propinquitatis memoria deest, alterius domus adhærentis habitaculum requiratur, dum in toto modo nulla occasio introeundi domum clerici feminæ permittatur, unde aliqua possit incurrere noxialis famæ innocentis portas injuria. Sane deinceps post datam hanc admonitionem quisque earum consortio frui voluerit, noverit se non solum a clericatus officio retrahi vel ecclesiæ foribus expelli, sed etiam omnium catholicorum clericorum vel laicorum communione privari, nulla prorsus vel colloquii consolatione relicta quatenus malæ consuetudinis abrasa rubigo in posteris radicis suæ veneno serpere non possit.

IV. Si quis sane clericorum agellos, vel vineolas in terris ecclesiæ sibi fecisse probatur sustentandæ vitæ causa, usque ad diem obitus sui possideat, post suum vero de hac luce decessum juxta priorum canonum constitutiones jus suum ecclesiæ sanctæ restituat, nec testamentum successorio jure cuiquam hæredum aut prohæredum relinquat, nisi forsitan cui episcopus pro servitiis ac præstatione ecclesiæ largiri voluerit.

V. Nam et hæc præcavenda salubriter sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui usquequo affinitatis lineamenta generis successione cognoscit in matrimonio sibi desideret copulari, quoniam scriptum est: Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus, nec sine denuntiatione sit sententiæ, nam paulo post infert et dicit: Anima quæ fecerit de abominationibus istis quidpiam, peribit de medio populi sui. Si quis ergo hujus decreti temerator exstiterit, ac vetitum violare præsumpserit, tanto graviori sententia multandum se recognoscat, quanto eam propinquiorem cui copulari se maluit serie originis esse non ambigit, tantoque annosioris excommunicationis tempore a Christi corpore et fraternitatis consortio sequestretur, quanto fuerit propinquioris sanguinis contagione pollutus. Hujus institutionis regulam qui subscripsimus irrefregabili auctoritate nos spondemus servaturos. Si quis autem tam nostram vel eorum qui nunc sanctæ synodo ex hac provincia defuerunt, huic tam salubri ordinationi obviare præsumpserit, vel solerter adimplere neglexerit, convictus totius fraternæ charitatis aliquandiu habeatur extraneus. Sane juxta priorum canonum decreta concilium apud fratrem nostrum Montanum episcopum si Dominus voluerit futurum pronuntiamus. Itaque statuimus, ut frater et coepiscopus noster Montanus qui in metropoli est ad comprovinciales nostros Domini sacerdotes litteras de congreganda synodo adve-

empore debeat destinare. Nunc ergo in no- A nibus acquievi, et relegi, et subscripsi. Canonius
mini finitis his quæ in consultationem vene- episcopus subscripsi. Paulus episcopus subscripsi.
ratias agimus omnipotenti Deo, deinde Domitianus episcopus subscripsi. Marracinus epi-
nostro glorioso Amalrico regi divinam cle- scopus subscripsi. Nibridius episcopus subscripsi.
i postulantes, ut innumeris regni ejus ea quæ Justus in Christi nomine Ecclesiæ catholicæ Urgelli-
n fidei perveninnt peragendi nobis licentiam tanæ episcopus, hanc constitutionem consacerdotum
Montanus in Christi nomine episcopus his meorum in Toletana urbe habitam, cum post ali-
tionibus acquievi, relegi et subscripsi die et quantum temporis advenissem, salva auctoritate
o supra. Pancarius episcopus his constitutio- priscorum canonum relegi, probavi et subscripsi.

INCIPIT CONCILIUM TOLETANUM TERTIUM

In quo Arii hæresis in Hispania condemnatur.

nine Domini nostri Jesu Christi anno 4, re- B tres, ad hanc vos peragendam congregavimus sy-
gloriosissimo atque piissimo, et Deo fidelis- nodum, ut de omnibus nuper advenientibus ad Chri-
nino Richardo rege, die VIII Iduum Maiarum, stum ipsi æternas Domino gratias deferatis. Quid-
XXVII. Hæc sancta synodus habita in sancta quid vero verbis apud sacerdotium vestrum nobis
egia Toletana ab episcopis totius Hispaniæ, agendum erat de fide atque spe vestra quam gerimus
ciæ qui infra scripti sunt. in hoc tomo conscripta, atque allegata nota facimus,
. Cum pro fidei suæ sinceritate idem glorio- relegatur enim in medio vestri, et in judicio sy-
princeps omnes regiminis sui pontifices in nodali examinata per omne successivum tempus glo-
nvenire mandasset, ut tam de ejus conver- riosa nostra ejusdem fidei testimonio declarata cla-
iam de gentis Gothorum innovatione in rescat. Susceptus est autem ab omnibus Dei sacer-
exsultarent, et divinæ dignationi pro tanto dotibus offerente rege sacrosanctæ fidei tomus, et
gratias agerent, memoratus sanctissimus pronuntiante notario clara voce recensitus est.
sic venerandum concilium alloquitur, di- II. Quamvis Deus omnipotens pro utilitatibus po-
n incognitum reor esse vobis, reverendis- pulorum regni nobis cultum subire tribuerit, et
erdotes, quod propter instaurandam disci- C moderamen gentium non paucarum regiæ nostræ
clesiasticæ formam, ad nostræ vos sereni- curæ commiserit, meminimus tamen nos mortalium
sentiam evocaverim, et quia recursis retro conditione perstringi, nec posse felicitatem futuræ
bus hæresis imminens in tota Ecclesia ca- beatitudinis aliter promereri, nisi nos cultu veræ
gere synodica negotia denegabat, Deus, cui fidei reputemus, et Conditori nostro salutis confes-
er nos ejusdem hæresis obicem depellere, sione qua dignus est ipse placeamus. Pro qua re
it de more ecclesiastico reparare. Ergo sit quanto subditorum gloria regali extollimur, tanto
cunditati, si gaudio quod mos canonicus providi esse debemus in his quæ a Deo sunt, vel
u Dei per nostram gloriam ad paternos nostram spem augere, vel gentibus nobis a Deo
r terminos. Prius tamen admoneo pariter creditis consulere. Cæterum quid pro tantis bene-
tor jejuniis vos et vigiliis atque orationibus ficiorum collationibus omnipotentiæ divinæ valemus
dare ut ordo canonicus quem a sacerdota- tribuere, quando omnia ipsius sunt, et bonorum
sibus detraxerat longa ac diuturna oblivio, nostrorum nihil egeat, nisi ut in eum sic tota devo-
tas nostra se nescire fatetur, divino dono tione credamus, quemadmodum per Scripturas
rsus patefiat. Ad hæc autem gratias Deo sacras se ipse intelligi voluit, et credi præcepit, id
et religiosissimo principi universo concilio D est, ut confiteamur esse Patrem qui genuerit ex
bus acclamante, triduanum est exinde præ- substantia sua Filium sibi et coæqualem et coæter-
jejunium. Sed cum die octava Iduum Maia- num. Non tamen ut idem ipse sit natus ingenitus,
unum cœtum Dei sacerdotes adessent, et sed persona alius sit Pater qui genuit, alius sit Fi-
præmissa, unusquisque sacerdotum compe- lius qui fuerit generatus, unius tamen utraque sub-
o resedisset, ecce in medio eorum adfuit stantiæ in divinitate subsistat, Pater ex quo sit Filius,
imus princeps seque cum Dei sacerdotibus ipse vero ex nullo sit alio. Filius qui habeat Patrem,
communicans, divino flamine plenus sic ad sed sine initio et diminutione in ea qua Patri coæqualis
um exorsus est, dicens : Non credimus et coæternus est divinitate subsistat. Spiritus quoque
latere sanctitatem quanto tempore in er- sanctus confitendus a nobis et prædicandus a Patre
anorum laborasset Hispania, et non multos esse, et Filio procedere, et cum Patre et Filio unius
cessum genitoris nostri dies, quibus nos esse substantiæ. Tertiam vero in trinitate Spiritus
eatitudo fidei sanctæ catholicæ cognovit sancti esse personam, qui tamen communionem
iatos. Credimus generaliter magnum, et habet cum Patre et Filio divinitatis essentia. Hæc
a gaudium habuisse, et ideo, venerandi pa- enim sancta Trinitas unus est Deus, Pater et

Filius et Spiritus sanctus, cujus bonitate hominis licet bona sit condita creatura, per assumptam tamen a Filio humani habitus formam a damnata progenie reformamur ad beatitudinem pristinam; sed sicut veræ salutis indicium est trinitatem in
107 unitate et unitatem in Trinitate sentire, ita erit consummata sententia, si eadem intra universalem Ecclesiam teneamus, et apostolicam unitatem in apostolico positi fundamento servemus. Tamen vos Dei sacerdotes meminisse oportet, quantis huc usque Ecclesia catholica per Hispanias aversæ partis molestiis laboraverit, dum et catholici constanter fidei suæ tenerent ac defenderent unitatem, et hæretici pertinaciori animositate propriæ niterentur perfidiæ quoque ut res ipsa conspicit calore fidei accensum in hoc Dominus excitavit, ut depulsa obstinatione infidelitatis, et discordiæ submoto furore, populum qui sub nomine religionis famulabatur errori, ad agnitionem fidei et Ecclesiæ catholicæ consortium revocarem. Adest enim omnis gens Gothorum inclyta et fere omnium gentium virilitate illustrata, quæ licet suorum pravitate doctorum a fide hactenus vel unitate fuerit Ecclesiæ catholicæ segregata, toto nunc tamen modo assensu concordans ejus Ecclesiæ communioni participatur, quæ diversarum gentium multitudinem materno in sinu suscipit, et charitatis uberibus nutrit, de qua propheta canente, dicitur: « Domus mea domus orationis vocabitur (*Matth.* xxi, 13) » omnibus gentibus. Nec enim sola Gothorum conversio ad cumulum nostræ mercedis accedit, quinimo et Suevorum gentis infinita multitudo, quam præsidio cœlesti nostro regno subjecimus alieno judicio in hæresim deductam, nostro tamen ad veritatis originem studio revocavimus. Proinde, sanctissimi patres, has nobilissimas gentes quæ lucris gratiæ per nos Dominicis applicatæ sunt, quasi sanctum, et placabile sacrificium per vestras manus æterno Deo offero. Erit enim mihi immarcessibilis corona vel gaudium in retributione justorum, si hi populi qui nostra ad unitatem Ecclesiæ solertia transcurrerint fundati in eadem et stabiliti permaneant. Sicut enim divino nutu nostræ curæ fuit hos populos ad unitatem Christi et Ecclesiæ pertrahere, ita sit vestræ docibilitatis eos catholicis dogmatibus instruere, quo in tota cognitione veritatis instructi, noverint ex toto errores perniciosos respuere, et veræ fidei tramitem ex charitate retinere, vel catholicæ Ecclesiæ communionem desiderio avidiori complecti. Cæterum sicut facile ad veniam pervenisse confido, quod nescia huc usque tam clarissima erraverit gens, ita gravius esse non dubito si agnitam veritatem dubio corde teneat, atque a patenti lumine, quod absit, oculos suos avertat. Unde et valde pernecessarium esse perspexi beatitudinem vestram in unum convenire, habens sententiæ Dominicæ fidem qua dicit: Ubi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Credo enim beatam sanctæ Trinitatis divinitatem huic sancto interesse concilio et ideo tanquam ante conspectum Dei ita in medio vestri fidem meam quam protuli conscius admodum sententiæ dicentis: Non celavi misericordiam tuam a congregatione multa. Vel apostolum Paulum Timotheo discipulo præcipientem audivi: « Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam in qua vocatus es, confessus bonam confessionem coram multis testibus (*1 Tim.* vi, 12). » Vera est enim Redemptoris nostri ex Evangelio sententia qua « confitentem se coram hominibus confiteri dicit coram Patre, et negantem se esse negaturum (*Matth.* v, 33). » Expedit enim nobis id ore profiteri quod credimus corde, secundum cœleste mandatum, quo dicitur: « Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem (*Rom.* x, 10). » Proinde sicut anathematizo Arium cum omnibus dogmatibus et complicibus suis, qui unigenitum Dei Filium a paterna degenerem asserebat esse substantia, nec a Patre genitum, sed ex nihilo dicebat esse creatum, vel omnia consilia malignantium quæ adversus sanctam synodum Nicænam instituerunt, ita in honorem et in laudem Dei fidem sanctam Nicæni observo concilii, et honoro ea quæ contra rectæ fidei eumdem pestem Arium trecentorum decem et octo sancta episcopalis scripsit synodus. Amplector itaque et teneo fidem centum quinquaginta episcoporum Constantinopoli congregatorum, qui Macedonium Spiritus sancti substantiam minorantem et a Patris et Filii unitate et essentia segregantem jugulo veritatis interemit. Primæ quoque Ephesinæ synodi fidem, quæ adversus Nestorium ejusque doctrinam lata est, credo pariter et honoro. Similiter et Chalcedonensis concilii fidem quam plena sanctitate et eruditione adversus Eutycem et Dioscorum protulit, cum Ecclesia catholica reverenter suscipio. Omnium quoque orthodoxorum venerabilium sacerdotum concilia quæ ab ipsis supra scriptis quatuor synodis fidei puritate non dissonant, pari veneratione observo. Properet ergo reverentia vestra fidem hanc nostram canonicis applicare monimentis ut ab episcopis vel religiosis et gentis nostræ primoribus solerter fides quam in Ecclesia catholica crediderunt legatur; quam renovatam et apicibus vel eorum subscriptionibus roboratam, futuris olim temporibus in testimonium Dei atque omnium fidelium reservare, ut gentes quas in Dei nomine regia potestate percellimus, et quæ relicto antiquo errore per unctionem sacrosancti chrismatis, vel manus impositionem Paracletum intra Dei Ecclesiam perceperint Spiritum, quem unum et æqualem cum Patre et Filio confitentes, quæ dono Dei in sinu Ecclesiæ sanctæ catholicæ collatæ sunt. Quod si eorum aliqui hanc credulitatem et sanctam confessionem nostram minime credere voluerint, iram Dei cum anathemate æterno suscipiant, ut de interitu suo fidelibus gaudium, infidelibus sint in exemplum. Huic vero confessioni meæ sanctarum Scripturarum et conciliorum constitutionibus consentiens testimonio divino tota cordis simplicitate subscripsi.

Fides Nicæni concilii.

s in ūnum Deum Patrem omnipoten-
um visibilium et invisibilium conditorem ;
ı Dominum Jesum Christum Filium Dei
atum unigenitum, hoc est de substantia
ım ex Deo, lumen ex lumine, Deum ve-
eo vero, natum, non factum, omousion
est ejusdem cum Patre substantiæ, per
ıia facta sunt, et quæ in cœlo et quæ in
propter nos et propter nostram salutem
et incarnatus est, homo factus, passus est
Pilato, et sepultus est, et die tertia re-
t ascendit in cœlos, inde venturus est ju-
ıs et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos
dicunt : Erat, quando non erat, et ante-
ceretur non erat, et quia ex nullis exi-
actus est, aut ex alia substantia vel sub-
dicunt mutabilem esse et convertibilem
i, anathematizat catholica et apostolica

centum quinquaginta Patrum Constantinopolitani concilii.

ıs in unum Deum, Patrem omnipotentem,
cœli et terræ, visibilium omnium et invisi-
ıditorem. Et in unum Dominum Jesum Chri-
ım Dei unigenitum, ex Patre natum ante
ula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum
Deo vero, natum, non factum, omousion
est ejusdem cum Patre substantiæ, per
nia facta sunt, et quæ in cœlo et quæ in
i propter nos et propter nostram salutem
, et incarnatus est de Spiritu sancto ex
gine, homo factus, passus est sub Pontio
sepultus est, et die tertia resurrexit, as-
cœlos, sedet ad dexteram Patris, iterum
cum gloria judicare vivos et mortuos, cu-
non erit finis. Et in Spiritum sanctum
ı et vivificatorem ex Patre procedentem,
e et Filio adorandum et conglorificandum,
us est per prophetas. Unam catholicam
ostolicam Ecclesiam. Confitemur unum
in remissionem peccatorum, exspectamus
ionem mortuorum, vitam futuri sæculi.

tem, tractatus Chalcedonensis concilii.

erat quidem ad plenissimam pietatis agnitio-
onfirmationem cautissimum hoc et salutare
ratiæ symbolum. De Patre enim et Filio et
ancto doctrinam perfectam edocet, et incar-
n Dominicam fideliter suscipientibus manife-
quoniam qui prædicationem veritatis destru-
ıtur, quasdam propriæ hæreseos novitates pa-
uidam enim ministerium pro nobis actum di-
pensationis audent corrumpere, et vocem il-
ginei partus ad virginem denegant; alii tem-
ıtum confusionum inducentes, et unam esse
ı carnis deitatisque insensate componentes,
ım unigeniti divinam naturam tali confusione

A prodigiose divulgant, idcirco omnem adversus veritatem opponendam ab ipsis machinationem volens excludere sancta et magna universalis synodus, antiquam prædicationem immobilem docens statuit, præcipue trecentorum decem et octo sanctorum Patrum fidem incontaminatam manere. Et propter eos qui Spiritui sancto adversantur, centum quinquaginta Patrum paulo posteriori tempore in urbe Constantinopolitana convenientium de substantia Spiritus sancti traditam doctrinam corroborat, quam etiam omnibus illi insinuaverunt, non quod in præcedentibus aliquid deesset, adjicientes de Spiritu sancto eorumdem intellectum adversus eos qui deitatis ejus dominationem nituntur adimere Scripturarum testimoniis plenius manifestant. Propter eos
B sane qui dispensationis mysterium tentant corrumpere, et purum hominem esse qui ex sancta Virgine natus est, impudenter divulgant, beatissimi quondam Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotis synodicas epistolas, tam ad Nestorium quam ad cæteros per Orientem congruas et sibi consentientes scripsit, ad confutationem quidam Nestorianæ amentiæ, interpretationem vero eorum qui religioso zelo salutaris symboli capiunt intellectum. Quibus et epistolam sancti et beatissimi primæ sedis archiepiscopi Leonis ad Flavianum scriptam esse recordamur ad penitus perimendam Euticetis malignitatem, quæ magni Petri confessioni concordat, et communem quamdam paginam existentem contra eos qui recte
C non glorificant ad confirmationem catholicæ religionis evidenter subjunxit, et eos qui in duos filios dispensationis Dominicæ mysterium scindere moliuntur, exsecratur, et eos qui in duas naturas Christi temperamentum vel confusionem argumentantur, aversatur, et qui cœlestem aut alterius cujuscunque substantiæ existere formam quam pro nobis assumpsit insaniendo asserunt, procul abjicit, et eos qui duas quidem ante unitionem naturas, unam vero post unitionem confingunt, anathema facit. Consentientes ergo sanctis Patribus unum eumdemque Filium confiteri Dominum nostrum Jesum Christum consona voce pariter edocemur, perfectum verum Deum eumdem in unitate, Deum verum et hominem ex anima rationali et corpore, secundum divinitatem
D unius cum Patre naturæ, secundum humanitatem eumdem unius naturæ nobiscum, per omnia similem nobis absque peccato, ante sæcula quidem ex Patre natum secundum divinitatem, novissimis vero diebus eumdem propter nos et propter nostram salutem ex Maria virgine Dei genitrice secundum humanitatem, unum eumdemque Christum Filium Dominum unigenitum in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter, cognoscendo, in nullo naturarum differentiam propter unitatem perimendam, magis autem salva utriusque naturæ proprietate, et in una coeunte persona, uno quoque statu concurrente, non in duabus personis partiendum vel dividendum, sed unum eumdemque Christum Filium Dominum unigenitum verum Deum Jesum Christum, sicut ab exordio prophetæ de eo et ipse

nos erudivit, et Patrum nobis tradidit symbolum A conscientia, ita et proximos vos Christi esse corporis
His itaque cum omni subtilitate et diligentia a nobis membra significetis, et nostra exiguitas nihil
ordinatis, statuit sancta et universalis synodus, dubium, nihil infidum unquam de vestra suspicetur
aliam fidem nulli licere proferre, aut scribere, aut fraternitate, dum patuerit vos pestem Arianæ
credere, aut separare, aut docere aliter. Qui autem perfidiæ cum omnibus dogmatibus, regulis, officiis,
audent aut disponere aliam fidem, aut proferre, aut communione, codicibus condemnare, ac detestandæ
tradere aliud symbolum volentibus converti ad hæreseos exspoliati contagione, innovati quodam-
scientiam veritatis, vel ex gentibus, vel Judæis, vel modo intra Ecclesiam Dei splendido habitu veræ
hæreticis quibuscunque, si quidem aut episcopi aut fidei claritatis. Tunc episcopi omnes una cum cleri-
clerici fuerint, alienos esse episcopos ab episcopatu, cis suis primoresque gentis Gothicæ pari consen-
et clericos a clero **108** præcipimus. Si vero mona- sione dixerunt : Licet hoc quod paternitas atque fra-
chi, aut laici, aut clerici fuerint, anathemate feriri. ternitas vestra a nobis cupit audire, vel fieri, jam
Ego Reccaredus rex fidem hanc sanctam et confessio- olim conversionis nostræ tempore egerimus, quando
nem quam una per totum orbem catholica confitetur secuti gloriosissimum dominum nostrum, Reccare-
Ecclesia, corde retinens, ore confirmans, mea dex- dum regem, hac die ad Ecclesiam transivimus, et
tera Deo protegente subscripsi. Ego Badda gloriosa B perfidiam Arianam cum omnibus superstitionibus
regina hanc fidem credidi et suscepi, manu mea de suis anathematizavimus, pariterque abjecimus. Nunc
toto corde subscripsi. Tunc acclamatum est laudi- vero charitatem et devotionem quam vel Deo vel
bus Dei et in favore principis ab universo concilio : Ecclesiæ catholicæ sanctæ meminimus nos debere,
Gloria Deo Patri, et Filio, et Spiritui sancto, cui non tantum hæc eadem quæ petitis promptissime
cura est pacem et unitatem Ecclesiæ sanctæ catho- agere properamus, sed et si qua adhuc congrua
licæ providere ; gloria Domino nostro Jesu Christo, fidei esse perspicitis, ac nobis charitate persuadetis,
qui pretio sanguinis sui Ecclesiam catholicam ex faciemus. Nos etenim semel rectæ fidei amor in eam
omnibus gentibus congregavit; gloria Domino no- fidei devotionem advexit, ut omne quod nobis verius
stro Jesu Christo qui tam illustrem gentem unitati fraternitate vestra patefacitis teneamus, et libera
fidei veræ copulavit, et unum gregem et unum fateamur confessione. Omnis ergo qui fidem et
pastorem instituit. Cui a Deo æternum meritum, communionem ab Ario venientem, et usque ad nos
nisi vero catholico Reccaredo regi? Cui a Deo retentam adhuc tenere desiderat, et de tota cordis
æterna corona, nisi vero orthodoxo Reccaredo intentione non damnat, anathema sit. Quicunque
regi? Cui præsens gloria et æterna, nisi ama- Filium Dei Dominum Jesum negaverit a paterna
tori Dei Reccaredo regi? Ipse novarum plebium C substantia sine initio genitum, et æqualem Patri
in Ecclesia conquisitor, ipse mereatur veraciter esse vel consubstantialem, anathema sit. Quicunque
apostolicum meritum, qui apostolicum implevit Spiritum sanctum non credit aut non credit a Patre
officium, ipse sit Deo et omnibus amabilis, qui et Filio procedere, eumque non dixerit coæternum
tam mirabiliter Deum glorificavit in terris, præ- esse Patri et Filio, et coessentialem, anathema sit.
stante Domino nostro, qui cum Patre Deo vivit et Quicunque in Patre et Filio et Spiritu sancto et per-
regnat in unitate Spiritus sancti in sæcula sæculo- sonas non distinguit, et unius divinitatis substantiam
rum. non agnoscit, anathema sit. Quicunque Filium Dei
Dominum nostrum Jesum et Spiritum sanctum esse
Item, fidei confessio episcoporum, presbyterorum, vel primorum Gothicæ gentis, qui infra subscripserunt. juxta deitatem Patre minorem asseruerit, et gradi-
bus separaverit, creaturamque esse dixerit, ana-
thema sit. Quicunque Patrem et Filium et Spiritum
sanctum unius substantiæ, omnipotentiæ, æternitatis
esse non crediderit, anathema sit. Quicunque nescire
Præcipiente autem universo venerabili concilio D Filium quod Deus Pater sciat dixerit, anathema sit.
atque jubente, unus episcoporum catholicorum ad Quicunque initium Filio Dei et Spiritui sancto depu-
episcopos et religiosos clericos vel majores natu ab taverit, anathema sit. Quicunque Filium Dei secun-
hærese Ariana conversos ejusmodi allocutione dum divinitatem suam visibilem aut passibilem
exorsus est, dicens : Officii nostri cura et fidelissimi ausus fuerit profiteri, anathema sit. Quicunque Spi-
et gloriosissimi principis admonitione compellimur, ritum sanctum sicut Patrem et Filium verum Deum
diligenter a vestra charitate perquirere, vel quid omnipotentem esse non credit, anathema sit. Qui-
damnetis in hærese, aut quid intra sanctam catho- cunque alibi fidem et communionem catholicam
licam credatis Ecclesiam; nam dicente Psalmista, præter in Ecclesia quam Nicæni et Constantinopoli-
dicimus, incipiente Domino in confessione. Optimum tani et primi Ephesini, et Chalcedonensis concilii
est, et vestræ saluti conveniens palam confiteri quod decreta tenent, pariter et honorant, anathema sit.
creditis, et sub auditu universorum anathematizare Quicunque Patrem et Filium honore et gloria et di-
quod respuistis. Tunc prorsus optime poteritis vinitate separat aut disjungit, anathema sit. Quicun-
evangelicæ et apostolicæ sedis fidei participes fieri, que Filium Dei et Spiritum sanctum cum Patre
si eamdem fidem catholicam ex confessione catho- non crediderit esse glorificandos et honorandos,
lica incipiatis, vel propria subscriptione firmetis,
et sicuti Deo jam de bona confessione cogniti estis

ia sit. Quicunque non dixerit, gloria Patri et Spiritui sancto, anathema sit. Quicunque andi sacrilegium opus esse bonum credit iderit agere, et egerit, anathema sit. Quilibellum detestabilem duodecimo anno Leoregis a nobis editum, in quo continetur rum ad Arianam hæresim traductio, et in ria Patri per Filium in Spiritu sancto, et in le a nobis instituta continentur, habuerit, ia sit in æternum.

emur enim nos ex hæresi Ariana toto tota anima, et de toto mente nostra ad ec- catholicam fuisse conversos. Nulli dubium i nostrosque successores errasse in hæresi et fidem evangelicam atque apostolicam tra Ecclesiam catholicam didicisse. Proinde nctam quam religiosissimus dominus noster t in medio concilio, et manu sua subscripsit, nos tenemus, hanc confitemur pariter et ius, hanc in populis prædicare atque docere imus. Hæc est vera fides (quam omnis Eccle- i per totum mundum tenet) catholica esse et probatur. Cui hæc fides non placet aut cuerit, anathema sit maranatha in adventu nostri Jesu Christi. Qui fidem spernit Nicæni et Constantinopolitani centum quinquaginta rum veramque esse non dixerit, anathema fidem Ephesinæ synodi primæ et Chalcedo- ion tenet, et ea non delectatur, anathema concilia omnium orthodoxorum episcoporum i conciliis Nicæno, Constantinopolitano primo, io et Chalcedonensi non recipit, anathema sit. et damnationem hanc perfidiæ communionis et omnium conciliorum hæresem Arianam m cum anathemate eorum manu propria imus. Constitutiones vero sanctorum conci- Nicæni, Ephesini, Constantinopolitani vel onensis quas gratissima aure audivimus, con- e nostra veras esse probavimus, de toto corde, ta anima, et de tota mente nostra subscri- nihil ad cognitionem veritatis lucidius arbi- quam quæ supradictorum conciliorum conti- ictoritates. De trinitate autem et unitate t Filii et Spiritus sancti nihil his verius, idius unquam potest vel poterit demonstrari, terio Incarnationis unigeniti Filii Dei pro sa- mani generis quo vera probatur humanæ sine peccati contagione susceptio, et perma- ncorruptæ in eo divinitatis plenitudo, dum tura utraque non deperit, et una sit ex utra- mini nostri Jesu Christi persona satis plane conciliis probatur patefieri veritas, quæ a redatur, omni remota dubitatione. Qui un- anc fidem sanctam depravare, corrumpere, tentaverit, aut ab eadem fide vel commu- atholica (quam nuper sumus Deo miserante sese separare vel dissociare voluerit, sit Deo rso mundo crimini infidelitatis in æternum is. Floreat autem sancta catholica Ecclesia per omnem mundum pacatissime et emineat doctrinæ sanctitate et potestate. Si qui intra eam fuerint, communicaverintque, hi audient, ad dexteram Patris positi: Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Si qui autem ab ea recesserint, ejusque detraxerint fidei, et communionem spreverint, hi audient ore divino in die judicii: Discedite a me, maledicti, nescio vos. Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo et angelis ejus. Sint ergo damnata in cœlo et in terra, quæcunque per hanc catholicam fidem damnantur, et sint accepta in cœlo et in terra, quæcunque per hanc fidem accipiuntur, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui cum Patre et Spiritu sancto est gloria in sæcula sæculorum.

Symbolum trecentorum decem et octo Patrum Nicæni concilii.

Credimus in unum Dominum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei de Patre natum unigenitum, hoc est de substantia Patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, omousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis et quæ in terris, qui propter nos et propter nostram salutem descendit et incarnatus est, homo factus, passus est, et resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, inde venturus est judicare vivos et mortuos, et in Spiritum sanctum, eos autem qui dicunt, erat, quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quia ex nullis exstantibus factus est, aut ex alia substantia vel subsistentia, dicunt esse, aut convertibilem, aut commutabilem Filium Dei, anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.

Symbolum CL Patrum Constantinopolitani concilii.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ visibilium omnium et invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Jesum Filium Dei unigenitum ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, omousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis et quæ in terris sunt. Qui propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, homo factus, passus est sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos. Cujus regni non erit finis, et in Spiritum Dominum et vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas, unam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Exspectamus resurrectionem mortuorum, vitam futuri sæculi. Amen.

Tractatus Chalcedonensis concilii. Subscriptio episcoporum.

Suffecerat quidem ad plenissimam pietatis agnitionem et confirmationem cautissimum hoc divinæ gratiæ symbolum, ut supra. Anastasius in Christi nomine episcopus anathematizans hæresim Ariani dogmatis superius damnatam, fidem hanc sanctam catholicam quam in Ecclesia catholica veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi. Murila in Christi nomine episcopus anathematizans hæresim Ariani dogmatis, ut supra. Vuiligiscus in Christi nomine episcopus anathema. Sumnila in Christi nomine episcopus anathema. Cardingus in Christi nomine episcopus civitatis Tudensis anathema. Beccila in Christi nomine episcopus civitatis Lucensis anathema. Arbitrus in Christi nomine episcopus civitatis Portucalensis anathema. Eruiscius in Christi nomine episcopus civitatis Desercosanæ anathema. Similiter et reliqui **109** presbyteri, et diacones ex hæresi Ariana conversi subscripserunt. Signum Gussini viri illustris proceris; Fonsa vir illustrissimus anathematizans subscripsi. Afrila vir illustrissimus anathematizans subscripsi. Abila vir illustrissimus anathematizans subscripsi. Flavi vir illustrissimus subscripsi. Similiter et omnes seniores Gothorum subscripserunt.

Post confessionem ergo et subscriptionem omnium episcoporum, et totius gentis Gothicæ seniorum, gloriosissimus dominns noster Reccaredus rex, pro parandis simul et confirmandis disciplinæ ecclesiasticæ moribus Dei sacerdotes taliter affatus est dicens: Regia cura usque in eum modum protendi debet et dirigi quousque plenam constiterit ætatis et scientiæ capere rationem. Nam sicut in rebus humanis gloriosius eminet potestas regia, ita et prospiciendæ commoditati comprovincialium major debet esse et providentia. Ac nunc, beatissimi sacerdotes, non in eis tantummodo rebus diffundimus solertiam nostram, quibus populi sub nostro regimine positi pacatissime gubernentur et vivant, sed etiam in adjutorio Christi extendimus nos ad ea quæ sunt cœlestia excogitare, et quo populos fideles efficiant satagimus non nescire. Cæterum si totis nitendum est viribus humanis moribus modum ponere et insolentium rabiem regia potestate refrenare, si quieti et paci propagandæ, opem debemus impendere, multo magis est adhibenda sollicitudo desiderare et cogitare divina, inhiare ad sublimia et ab errore retractis populis veritatem eis serenæ lucis ostendere. Sic enim agit qui multipliciter a Deo remunerari intendit. Sic enim audit qui super id quod ei committitur auget, dum illi dicitur: Quidquid supererogaveris, ego, cum rediero, reddam tibi. Ergo quia jam fidei nostræ et confessionis formam plena serie vestra beatitudo recensuit, simul et sacerdotum, nostrorumque procerum fides atque confessio sanctitati vestræ perpatuit hoc a Deo necessario pro firmitate catholicæ fidei nostra Deo supplex instituere decrevit auctoritas, ut propter roborandam gentis nostræ novellam conversionem omnes Hispaniarum et Galliæciæ ecclesiæ hanc regulam servent, omni sacrificii tempore ante communicationem corporis Christi et sanguinis juxta orientalium partium morem unanimiter clara voce sacratissimum fidei recenseant symbolum, ut primum populi quam credulitatem teneant, fateantur, et sic corda fide purificata ad Christi corpus et sanguinem percipiendum exhibeant. Dum enim hæc constitutio fuerit perenniter conservata in Dei Ecclesia, et fidelium ex sollicitudine corroboratur credulitas et perfidia infidelium concitata ad id quod repetitum sæpius recognoscit quid catholica teneat et credat Ecclesia. Omnibus ergo capitulis quæ adhuc per vestram sanctitatem regulis ecclesiasticis adjicienda sunt hoc pro fidei sanctæ reverentia et firmitate proponite, quod de proferendo symbolo nostra Deo docente decrevit serenitas. De cætero autem prohibendis insolentium moribus mediat vobis consentiente clementia sententiis terminate districtioribus et firma disciplina qua facienda non sunt, prohibete et quæ fieri debent immobili constitutione firmate.

Incipiunt capitula ejusdem concilii.

1. Ut conciliorum statuta et præsulum Romanorum decreta custodiantur.

2. Ut in omnibus ecclesiis die Dominica symbolum recitetur.

3. Ut ne quis extra necessitatem rem ecclesiæ alienet.

4. Ut liceat episcopo unam ex parochiis basilicam monasterium facere.

5. Ut sacerdotes et levitæ cum uxoribus suis non vivant.

6. Ut servus ecclesiæ ab episcopo manumissus a patrimonio ecclesiæ nunquam recedat, et ut liberti aliorum ab episcopo defendantur.

7. Ut ad mensam episcopi Scripturæ divinæ legantur.

8. Ut clerici de familia fisci a principe non donentur.

9. Ut ecclesiæ Arianorum ad catholicum episcopum, in cujus diœcesi sunt permaneant.

10. Ut viduis pro castitate violentiam nullus inferat, et ut mulier invita virum non ducat.

11. Ut potens pœnitentiam agat.

12. De his qui pœnitentiam poscunt si vir est, prius tondeatur, si femina prius habitum mutet.

13. Ut clerici qui sæculares judices appetunt, excommunicentur.

14. De Judæis.

15. Ut servi fisci qui ecclesiam construunt, eisdem dotem faciant.

16. Ut episcopi cum judicimus idola destruant, ut domini idololatriam servis prohibeant.

17. Ut episcopi cum judicibus necatores filiorum acriore disciplina corripiant.

18. Ut semel in anno synodus fiat, et judices et actores fisci præsentes sint.

19. Ut ecclesia cum rebus ejus ad episcopi ordinationem pertineat.

piscopus angarias vel indictiones in diœ- A
mponat.
ion liceat judicibus clericos vel servos ec-
uis angariis occupare.
religiosorum corpora psallendo tantum
ir.
n sanctorum natalitiis ballimathiæ prohi-

INCIPIUNT DECRETA CONCILII.

Post damnationem hæresis Arianæ, et
æ catholicæ expositionem, hoc sanctum
oncilium : Ut quia a nonnullis vel hæresis,
latis necessitate per Hispaniarum ecclesias
prætermissus est ordo, dum et licentia
transgrediendi, et disciplinæ optio nega-
n omnis excessus hæresis probaretur pa- B
t abundantia mali temporis procul esset
disciplinæ. At nunc pace ecclesiæ Christi
lia reparata, quod priscorum canonum
prohibet, sit resurgente disciplina inhibi-
tur omne quod præcepit, permaneat in suo
ciliorum omnium constituta simul et syno-
torum præsulum Romanorum epistolæ.
nceps ad promerendos honores ecclesiasti-
canonum statuta aspiret indignus, nihil
at quod sancti Patres Spiritu Dei pleni
debere non fieri, et qui præsumpserit se-
riorum canonum distringatur.
everentia et exaltatione sanctissimæ atque
issimæ Christi fidei propter corroborandas
das hominum invalidas mentes, quæ fre- C
artim ignorantiæ vitio (quo naturaliter ab
auspiciis nascimur obtenebrati) a via veri-
are solent, partim educationis infelici cor-
pravatæ nonnunquam quod recta ratio mo-
uralis docet instinctus, et sequi veritatis
hortatur, non sine gravi animæ dispendio
ir. Hinc ubi anima rationalis nobile Dei
egregium artificium sanctissimæ Trinita-
in se vestigia ad sui Creatoris amorem per
elligentiam deberet elevari ignorantiæ tene-
luta, ad hæresis pravitatem deflexa, sui
verum cultum deserit diis alienis inser-
igitur incommodis occurrendi causa, ut
bes longe repellantur, et veritatis ac unicæ D
idor illuceat, hominumque mentibus puri-
iæ infallibilis puchritudo inseratur, per
is animæ affectus in Deum suum elevetur,
ipta desiderio prudenti indagine oculorum
lumen veritatis inexstinguibile (quæ Deus
us convertat, sine cujus obtentu nihil aliud
s quam cæcutire, quam aberrare, quam a
scopo dimoveri, consultu piissimi et glorio-
eccaredi regis constituit synodus, ut per
lesias Hispaniæ et Gallæciæ secundum for-
ntalium ecclesiarum concilii Constantinopo-
e est centum quinquaginta episcoporum
a fidei recitetur et priusquam Dominica
atio, voce clara prædicetur, quo fides vera
manifesta sit et testimonium habeat, et ad Christi
corpus et sanguinem prælibandum pectora popuLo-
rum fide purificata accedant.

III. Hæc sancta synodus nulli episcoporum li-
centiam tribuit res alienare ecclesiæ, quoniam et an-
tiquioribus canonibus hoc prohibetur. Si quid vero
quod utilitatem non gravet ecclesiæ pro suffragio
monachorum vel ecclesiis ad suam parochiam per-
tinentium dederint, firmum maneat. Peregrinorum
vel clericorum et egenorum necessitati salvo jure
Ecclesiæ præstare permittuntur pro tempore quæ
potuerunt.

IV. Si episcopus unam de parochianis ecclesiis
suis monasterium dicare voluerit, ut in ea monacho-
rum regulariter congregatio vivat, hoc de consensu
concilii sui habeat licentiam faciendi, qui etiam si
de rebus ecclesiæ pro eorum substantia aliquid quo
detrimentam ecclesiæ non exhibeat, eidem loco do-
naverit, sit stabile. Rei bonæ statuendæ sanctum
concilium dat consensum.

V. Compertum est a sancto concilio, episcopos, pres-
byteros et diaconos, venientes ex hæresi carnali
adhuc desiderio uxoribus copulari. Ne ergo de cæ-
tero hoc fiat præcipitur, quod et canonibus priori-
bus continetur, ut non liceat eis vivere libidinos,
societate, sed manente inter eos conjugali lege com-
munem utilitatem habeant, et non sub uno con-
clavi maneant, vel certe si suffragatur virtus in alia
domo suam uxorem faciat habitare, ut castitas apud
Deum et apud homines habeat testimonium bonum.
Si qui vero post hanc conventionem obscene cum
uxore elegerit vivere, ut nec lector habeatur, qui
vero semper sub canone ecclesiastico jacuerint, si
contra veterum imperata in suis cellulis mulieres
quæ infamiæ suspicionem possunt generare, con-
sortium habuerint, illi canonice quidem distringan-
tur, mulierum vero res ab episcopis venundentur, et
pretium ipsum pauperibus erogetur.

VI. De libertis autem hoc præcepit sancta syno-
dus, ut si qui presbyteri vel diaconi ab episcopis fa-
cti sunt secundum modum quo canones antiqui dant
licentiam, sint liberi, et tamen a patronicio ecclesiæ
tam clerici quam ab eis progeniti non recedant, ab
aliis quoque libertati traditi et ecclesiis commendati
patrocinio episcopi colligantur, et ne cuiquam do-
nentur a principe hoc episcopus postulet.

VII. Pro reverentia Dei et sacerdotum id universa
sancta constituit synodus, ut quia solent crebro
mensis otiosæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali
convivio lectio Scripturarum divinarum misceatur,
per hoc enim et animæ ædificantur ad bonum, et fa-
bulæ non necessariæ prohibentur.

VIII. Jubente autem atque consentiente Domino
Reccaredo id præcepit sacerdotale concilium, ut
clericos ex familia fisci nullus audeat a principe do-
natos expetere, sed traditi capitis sui tributum ec-
clesiæ Dei, cui sunt alligati usque dum vivunt, re-
gulariter administrent.

IX. Decreto hujus concilii hoc statuitur, ut eccle-

siæ quæ fuerunt in hæresi Ariana, nunc autem sunt catholicæ ad eos episcopos cum suis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipsæ in quibus ipsæ ecclesiæ fundatæ sunt, pertinere videntur.

110 X. Pro consulto castitatis, quod maxime hortamento concilii proficere debeat, annuente glorioso domino nostro Reccaredo rege, hoc sanctum affirmat concilium, ut viduæ quibus placuerit, teneant castitatem, et nulla vidua ad nuptias intrandas venire cogatur, quod si priusquam profiteantur continentiam nubere elegerint, illis nubant quos propria voluntate voluerint habere maritos, similis conditio et de virginibus habeatur, nec extra voluntatem parentum, et suam, maritos cogantur accipere. Si quis vero propositum castitatis viduæ vel virginis impedierit, a sancta communione et a limi- B nibus ecclesiæ habeatur extraneus.

XI. Quoniam comperimus per quasdam Hispaniarum ecclesias non secundum canonem, sed fœdissime pro suis peccatis homines agere pœnitentiam, et quotiens peccare libuerit, totiens a presbyteris reconciliari expostulent, et ideo pro coercenda tam exsecrabili præsumptione, id a sancto concilio jubetur, ut secundum formam canonum antiquorum detur pœnitentia, hoc est, ut prius eum quem sui pœnitet facti a communione suspensum faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impositionem crebro recurrere, expleto autem satisfactionis tempore, sicuti sacerdotalis contemplatio probaverit, eum communioni restituat. Qui vero ad propria vitia, vel in- C fra pœnitentiæ tempus, vel post reconciliationem relabuntur, secundum priorum canonum severitatem damnentur.

XII. Quicunque ab episcopo, vel presbytero sanus vel infirmus pœnitentiam postulat, id ante omnia episcopus servet et presbyter, ut si vir est, sive sanus, sive infirmus prius eum tondeat, aut in cinere et cilicio habitum mutare faciat, et sic pœnitentiam ei tradat. Si vero mulier fuerit, non accipiat pœnitentiam, nisi prius aut velata fuerit, aut mutaverit habitum, sæpius enim laicis cum feminis tribuendo desidiose pœnitentiam, ad lamentanda rursus facinora post acceptam pœnitentiam relabuntur.

XIII. Inoleta præsumptio usque adeo illicitis ausi- D bus aditum patefecit, ut clerici conclericos suos relicto pontifice suo ad judicia publica pertrahant. Proinde statuimus, ut hoc de cætero non præsumatur. Si quis hoc præsumpserit facere, et causam perdat, a communione efficiatur extraneus.

XIV. Conventus noster hoc canonibus inserendum præcepit, ut Judæis non liceat Christianas habere uxores, vel concubinas, neque mancipium Christianum in usus proprios comparare, sed et filios qui ex tali conjugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum. Nulla officia publica eis injungantur per quæ eis occasio tribuatur Christianis pœnam inferre. Si qui vero Christiani ab eis Judaismi ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito A pretio, ad libertatem et religionem redeant tianam.

XV. Si qui ex servis fiscalibus fortasse e construxerint, easque de sua paupertate dota has procuret episcopus prece sua auctoritat confirmari.

XVI. Quoniam pene per omnem Hispania Gallæciam idololatriæ sacrilegium inolevit h consensu gloriosissimi principis sancta synod navit, ut omnis sacerdos in loco suo una cum territorii sacrilegium memoratum studiose p rat, exterminare inventum non differat, omn qui ad talem errorem concurrunt, sine discr qua potuerunt animadversione, coerceant, q neglexerint, sciant se utrique excommunic periculum esse subituros. Si qui vero Domini pare hoc malum de possessione sua neglexer familiæ prohibere noluerint, ab episcopo et communione pellantur.

XVII. Cum multæ querelæ ad aures sanct cilii deferrentur, inter cætera tantæ crudelitat nuntiatur, quantum confidentium aures sacer non possent sustinere, ut in quibusdam Hi partibus filios suos parentes interimant fornic avidi, pietatis alieni, quibus si tædium est fili merosius agere, prius seipsos debent casti fornicatione, nam dum causa propagandæ sociantur conjugia, parricidio et fornicatione tur obnoxii qui filios necando proprios, doc non pro filiis, sed pro libidine uxores duxisse inde tamen nefas ad cognitionem gloriosissi mini nostri Reccaredi regis perlatum est, cuj ria dignata est judicibus earumdem partium rare, ut amovendum tantum facinus diligent sacerdote procurent, et habita severitate prohi Ergo et sacerdotes locorum eorumdem in sceleris hujus immunitas peragitur, sancta sy præcipiendo convenit, ut idem scelus cum curiosius quærant, et sine capitali vindicta disciplina prohibeant.

XVIII. Præcepit hæc sancta et universalis sy ut stante priorum auctoritate canonum, quæ anno præcepit congregari concilia itineris lo dine, et paupertate ecclesiarum Hispaniæ, se anno in loco quem metropolitanus elegerit, e congregentur, judices vero locorum aut a fiscalium patrimoniorum ex decreto domini simul cum sacerdotum concilio autumnali te die Calendarum Novembrium in unum conve ut discant, quam pie, juste, et humaniter populis agere debeant, nec injustis vectig et immoderatis exactionibus ipsos preman potius per miserationem compatientes a grav bus defendant, ut bonos populi tutores facere nec in angariis, aut in operationibus superflui privatum onerent, sive fiscalem gravent. Sun perspectatores episcopi secundum regis amm nem, qualiter judices cum populis agant, u præmonitos corrigant, aut insolentias eorum

auribus innotescant. Quod si correptos
ire nequiverint, et ab ecclesia et a commu-
suspendant, a sacerdote vero et senioribus
etur, quid per provincias in suo detrimento
e debeant judices, si ad concilium non ve-
Concilium vero non solvatur, nisi prius lo-
gerint quo succedente tempore, iterum ad
m conveniatur, ut jam non necesse habeat
olitanus episcopus pro congregando concilio
destinare, si in priore concilio tempus omni-
nuntiatur et locus.

Quidam contra omnem auctoritatem, sic
s quas ædificaverint, postulant consecrari,
n quam eidem ecclesiæ contulerint censeant
copi ordinationem non pertinere, quod fa-
t taliter, in præterito corrigatur, et in futuro
prohibeatur, sed omnia secundum constitu-
antiquam ad episcopi ordinationem et po-
n pertineant.

Quia cognovimus episcopos per parochias
on sacerdotaliter deservire, sed crudeliter
e, et dum scriptum sit. Forma estote gregi,
dominantes in clero, exactionesque dicœcesis
l damna infligant, ideoque censemus excepto
terum constitutiones parochiis habere jubent
os, ut alia illis quæ hucusque præsumpta
egentur, hoc est, neque in angariis presby-
diacones, neque in aliquibus fatigentur
us, ne videamur in ecclesia Dei exactores
uam Dei pontifices nominari, hi vero clerici
ales, quam dicœcesani qui se ab episcopo
cognoverint, querelas suas ad metropolita-
ferre non differant, ut metropolitanus non
ejusmodi præsumptiones coercere.

Ecclesiarum servos, et episcoporum vel
clericorum a judicibus vel actoribus publi-
iversis angariis fatigari dolemus, propter
me concilium a pietate gloriosissimi domini
oposcit ut tales deinceps ausus inhibeat, sed
prascriptorum officiorum in eorum usibus
esiæ laborent. Si qui vero judicum, aut
clericum, aut servum clerici vel ecclesiæ in
ac privatis negotiis occupare voluerit, a
ione ecclesiastica (cui impedimentum facit)
extraneus.

Qui divina vocatione ab hac vita recedunt
lmis tantummodo, et psallentium vocibus
d sepulcra deferri, nam funeris precamen
go defunctis cantari solet, vel pectoribus se
imos, aut familias ecclesiæ omnino prohi-
Sufficiat autem quod in spe resurrectionis
orum corporibus famulatus divinorum im-
canticorum. Prohibet enim nos Apostolus
ugere defunctos, dicens: « De dormientibus
olo vos contristari, sicut et cæteri qui spem
ent (*I Thess.* IV, 12). » Et Dominus non fle-
um mortuum, sed ad vitæ hujus ploravit
resuscitatum. Si enim potest hoc episcopus
hristianos prohibere, agere non moretur,

A Religiosis tantum Christianis omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

XXIII. Irreligiosa consuetudo est, quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consuevit. Populi qui debent officia divina attendere, salutationibus turpibus invigilant, cantica non solum mala canentes, sed et religiosorum officiis perstrepentes. Hoc enim ut ab omni Hispania depellatur, sacerdotum, et judicium a concilio sanctæ curæ committitur.

Edictum regis de confirmatione concilii.

Gloriosissimus Dominus Reccaredus rex universis sub regimine nostræ potestatis consistentibus. Amatores nos sui divina faciens veritas nostris principaliter sensibus inspiravit, ut causa instaurandæ fidei, ac disciplinæ ecclesiasticæ, episcopos omnes Hispaniæ nostro præsentari culmini juberemus. Præcedente autem diligenti et cauta deliberatione, sive quæ ad fidem conveniunt, seu quæ ad morum correptionem respiciunt, sensus maturitate et intelligentiæ gravitate constant esse digesta. Nostra proinde auctoritas hoc omnibus hominibus ad regnum nostrum pertinentibus jubet, ut si qua definita sunt, in hoc sancto concilio acto in urbe Toletana anno regni nostri feliciter quarto nulli contemnere liceat, nullus præterire præsumat. Capitula enim quæ nostris sensibus placita, et disciplinæ congrua, ac præsenti conscripta sunt synodo, in omni auctoritate, sive clericorum, sive quorumcumque omnium observentur, et maneant, id est, de observatione priorum canonum, de symbolo proferendo a populis in ecclesia, de episcopis ut eis non liceat rem alienare ecclesiæ, ut episcopo liceat unam de parochianis ecclesiis monasterium facere, ut episcopis, et presbyteris, et diaconibus ex hæresi conversis jam non liceat misceri uxoribus, vel quod hi qui semper catholici fuerint in cellulis suis cum mulieribus extraneis non morentur, quod liberti ab episcopis vel ab aliis facti, et ecclesiis commendati permanere debeant liberi, quod lectio in omnibus sacerdotalibus mensis legi debeat, quod clericos ex familiis fisci nostri unquam 111 nullus agere præsumat, et qui acceperit irrita talis donatio maneat, de ecclesiis ab hæresi translatis ut ad episcopos in quorum sunt parochiis pertineant, de viduis quod quæ voluerint continentiam teneant, et quæ nubere elegerint, quibus voluerint, nubant, æque de virginibus quod pœnitentes secundum modum canonum antiquorum debeant agere pœnitentiam, quod qui voluerint agere pœnitentiam prius tondeantur, aut habitum mutent, quod non liceat Judæis de Christianis ducere uxores vel concubinas, si comparare mancipia Christiana, et Judæis non liceat vel publica officia peragere, quod manere debeat firmum, si servi fisci nostri ecclesias fecerint, easque de peculio suo dotaverint, quod idololatriæ cultura a sacerdotibus vel judicibus exquirenda sit atque exterminanda, quod qui filium suum

necaverit, a sacerdotibus vel judicibus distringatur, quod semel in anno ad concilium sacerdotes, et judices, atque actores patrimonii nostri debeant convenire quod ecclesiarum omnium causa ad episcopi ordinationem pertinere debeat, quod sacerdotes moderanter agere debeant per parochias, quod servi ecclesiæ sive clericorum non debeant a nostris actoribus in angaria aliqua fatigari. Quod religiosorum corpora cum hymnis et canticis tantum deferenda sint ad sepulcra. Quod Ballimathiæ et turpia cantica prohibenda a sanctorum solemniis. Has omnes constitutiones ecclesiasticas quas summatim breviterque perstrinximus (sicut plenius in canone continentur) manere perenni stabilitate sancimus. Si quis clericus ergo aut laicus harum A sanctionum obediens observator esse nolu perba fronte majorum statutis repugnans, a pus, presbyter, diaconus, aut clericus fuerit, concilio excommunicationi subjaceat, si ver fuerit, et honestioris loci persona fuerit, med facultatum suarum amittat fisci juribus profi Si vero minoris loci persona est amissione suarum multatus in exsilium deputetur. Reccaredus rex hanc deliberationem qua sancta definivimus synodo confirmans sul Mausona in Christi nomine ecclesiæ catholic recensis metropolitanus episcopos provinciæ niæ his constitutionibus quibus in urbe T interfui, manu mea subscripsi. Similiter et scopi subscripserunt.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII QUARTI TOLETANI.

1. De oratione et fidei confessione quæ in sancta B Dei Ecclesia prædicatur.

2. Nulla pene res magis disciplinæ mores ab Ecclesia Christi depulit, quam inordinata diversitas officii.

3. De formula secundum quam debeat sancta synodus in Dei nomine fieri.

4. In solemnitate paschali qualiter solet in Hispaniis varietas existere.

5. De baptismi sacramento.

6. Comperimus quod per nonnullas ecclesias in die sextæ feriæ passionis Domini clausis basilicarum foribus non celebretur officium.

7. Quidam in die ejusdem dominicæ passionis ad horam nonam jejunium solvunt.

8. Lucerna et cereus infra vigilias apud quasdam C ecclesias non benedicuntur, et cur a nobis benedicantur, inquirunt.

9. Nonnulli sacerdotum per Hispanias reperiuntur qui Dominicam orationem quam salvator noster docuit et præcepit non quotidie, sed tantum die Dominico dicunt.

10. Quod sacerdotes Hispaniæ diebus quadragesimæ alleluia decantent.

11. Quod in quibusdam Hispaniarum ecclesiis laudes post Apostolum decantent.

12. De hymnis etiam canendis.

13. De hymno quoque trium puerorum in quo universa cœli terræque creatura Deum collaudat.

14. Quod in finem psalmorum non sicut a qui- D busdam gloria Patri, sed honor et gloria Patri dicatur.

15. Sunt quidam qui in fine responsoriorum gloriam non dicunt.

16. De Apocalypsi libro, ut teneatur, et quando legatur.

17. Quod quidam sacerdotes non rite post dictam orationem Dominicam statim communicant, et postea benedictionem in populo dant.

18. Quod perniciosa consuetudo nequaquam est retinenda.

19. Quod in veteri lege ab anno vigesimo levitæ ordinari mandantur.

20. Quod sacerdotes Dei irreprehensibi debent.

21. Quod apud Deum conscientiam puram homines famam optimam nos habere oport

22. Quemadmodum antistites ita presbyte vitæ sicut nomine, ita et meritis vitam te testimonium vitæ.

23. Quod prona sit omnis ætas ab adolesc malum.

24. Quod maxime in sacerdotibus Dei vit errorum ignorantia.

25. De presbyteris parochitanis dum ord quod libellum officialem a sacerdote suo debent.

26. Quando presbyteri, aut diaconi in p constituuntur, oportet eos professionem suo facere.

27. Si episcopus, presbyter, diaconus, aut conus a gradu suo dejecti fuerint, et in sec nodo innocentes inveniantur, qualiter re beant.

28. Si episcopus, presbyter, seu diaconus ordine clericorum magos, aruspices, ariolos res vel sortilegos consulere fuerint deprehe de eis agendum sit.

29. Confinitimi hostium sacerdotes pro qui a regia potestate licentiam acceperint in mundandi sunt.

30. Quod sæpe principes contra quoslibe statis obnoxios sacerdotibus sua negotia c tunt.

31. Ut episcopi in protegendis populis fendendis impositam a Deo sibi curam no gant.

32. Quod avaritia radix cunctorum malor quorum sacerdotum mentes obtineat.

33. Quicunque episcopus alterius episcopi sim per triginta annos sine aliqua interp possederit, ut teneat eam.

sicut diœcesim alienam tricennalis pos- A
llit, ita territorii conventum non amittit.
od episcopos per cunctas diœceses paro-
suas ire oporteat per singulos annos.
ıicunque episcopi suffragio cujuslibet ali-
ecclesiasticis utilitatibus providerint quid
i sit.
ebendum a sacerdotibus vitæ solatium in-
is, et maxime his quibus restituenda vicis-
t.
nnulli diacones in tantam erumpunt super-
presbyteris se præferant.
non licet episcopis, nec presbyteris oraria
ıi, quanto magis diaconis qui ministri
ınt.
omnes clerici vel lectores sicut levitæ et B
s detonso superius capite inferius solam
ronam relinquant.
extraneæ feminæ cum clericis non habi-

clericis qui non habentes legitimum con-
xtranearum mulierum, vel ancillarum sua-
rdicta sibi consortia appetunt.
clericis qui sine consultu episcopi sui uxo-
rūnt.
clericis qui in quacunque seditione arma
ıumpserunt.
quis clericus in demoliendis sepulcris fue-
ıensus.
præcepto domini nostri Sisenangi re- C

eligendis œconomis.
professione monachi, ut quidquid fuerit
ı teneat.
clericis qui monachorum propositum ap-

ale jus episcopi in monasteriis habere

monachis qui egredientes de monasterio
ı ad sæculum revertuntur, sed etiam uxo-
unt.
religiosis propriæ regionis qui nec inter
ıec inter monachos habentur.
eis qui in discrimine constituti pœniten-
piunt. D
sæcularibus qui accipientes pœnitentiam
rant et rursus prævaricantes laici effecti

55. Quod duo sunt genera viduarum, sæculares et sanctimoniales.

56. De Judæis ne vi ad credendum cogantur.

57. De cupiditate episcopi, presbyteri, vel diaconi sive clericorum qui contra fidem Christianam Judæis suffragium præstant.

58. De prævaricatione eorum qui dudum ad Christianam fidem promoti sunt.

59. De Judæorum filiis vel filiabus, ne parentum ultra involvantur erroribus.

60. De Judæis baptizatis, si postea prævaricati fuerint in Christo.

61. De malorum consortiis, quod etiam bonos corrumpunt.

62. De Judæis qui Christianas mulieres in conjugio habent.

63. Non potest erga homines esse fidelis, qui extiterit impius in Deum.

64. Præcipiente Domino, atque excellentissimo Sisenando rege, ut Judæi aut qui ex Judæis sunt officia publica nullatenus appetant.

65. Ut Christianos servos non liceat Judæis habere.

66. De his qui de rebus suis pauperibus Christi nullatenus distribuunt.

67. De episcopis qui mancipium juris ecclesiæ non retento ecclesiastico patrocinio manumitti desiderant.

68. Ut sacerdotes qui aut res suas ecclesiæ relinquunt, aut nihil habentes aliqua prædia ecclesiis suis conquirunt, si voluerint possunt de ecclesiæ famulis aliquos libertos facere.

69. De libertis ecclesiæ, quia nunquam moritur eorum patrona, a patrocinio ejusdem nunquam discedant.

70. De libertis ecclesiæ qui a patrocinio ejusdem discedunt.

71. De libertis qui a quibuscunque manumissi sunt atque ecclesiæ patrocinio commendati existunt.

72. Ut qui libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut nullum in eis obsequium patronus detentet, suscipiantur ad clerum.

73. De famulis ecclesiæ constituere presbyteros vel diaconos per parochias licet.

74. De ecclesiastici ordinis institutis vel decretis, quæ ad quorumdam pertinent disciplinam.

INCIPIT CONCILIUM TOLETANUM QUARTUM.

AP. I. Anno tertio regnante Domino nostro
mo principe Sisenando, die nonas Decem-
DCLXXXI, dum studio amoris Christi ac
religiosissimi Sisenandi regis Hispaniæ
æciæ sacerdotes apud Toletanam urbem in
mini convenissemus, ut ejus imperiis at-
commoti a nobis agitaretur de quibusdam ecclesiæ disciplinis tractatus. Primum gratias Salvatori nostro Deo omnipotenti egimus, posthæc antefato ministro excellentissimo et glorioso regi, cujus tanta erga Deum devotio exstat, ut non solum in rebus humanis, sed etiam in causis divinis sollicitus maneat, hic quippe dum in basilica beatissimæ et sanctæ martyris Leocadiæ omnium nostrum pa-

riter jam cœtus adesset, pro merito fidei suæ cum magnificentissimis et nobilissimis viris ingressus, primum coram sacerdotibus Dei humi prostratus, cum lacrymis et gemitibus pro se interveniendum Domino postulavit. Deinde religiosa persecutione synodum exhortatus est, ut paternorum decretorum memores ad confirmanda in nobis jura ecclesiastica studium præberemus, et illa corrigere quæ dum per negligentiam in usum venerunt contra ecclesiasticos mores licentiam sibi usurpationemque fecerunt. Talibus ergo ejus monitis congaudentes necessarium exstitit, juxta ejus nostrumque votum tractare quæ competunt sive in sacramentis divinis, quæ diverso atque illicito modo in Hispaniarum ecclesiis celebrantur, seu quæ in moribus prave usurpata noscuntur. Et quoniam generale concilium agimus, oportet primum nostræ vocis sermonem de Deo esse, ut post professionem fidei sequentia operis nostri vota, quasi super fundamentum firmissimum disponantur. Quemadmodum a sanctis Patribus accepimus, Patrem et Filium, et Spiritum sanctum unius deitatis atque substantiæ confitemur, in personarum diversitate Trinitatem credentes, in divinitate unitatem prædicantes, nec personas confundimus, nec substantiam separamus. Patrem a nullo factum vel genitum dicimus, Filium a Patre non factum, sed genitum asserimus. Spiritum sanctum vero nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre et Filio profitemur. Ipsum autem Dominum Jesum Christum Dei Filium, et creatorem omnium ex substantia Patris ante sæcula genitum descendisse ultimo tempore pro redemptione mundi a Patre, qui nunquam desinit esse cum Patre. Incarnatus est enim ex Spiritu sancto et gloriosa sancta Dei genitrice virgine Maria, et natus ex ipsa solus idem Dominus Jesus Christus, unus in sancta Trinitate, anima et carne perfectus, sine peccato suscipiens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat, æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem, habens in una persona duarum naturarum proprietatem. Naturæ enim in illo duæ, Deus et homo. Non autem duo filii, nec dii duo, sed idem una persona in utraque natura perferens passionem, et mortem pro nostra salute, non in virtute divinitatis, sed in infirmitate humanitatis. Descendit ad inferos, ut sanctos qui ibi tenebantur, erueret, et devicto mortis imperio resurrexit. Assumptus in cœlis venturus est in futurum ad judicium vivorum et mortuorum. Cujus morte et sanguine mundati, remissionem peccatorum consecuti sumus, resuscitandi ab eo in die novissima, in ea qua nunc vivimus carne et in ea qua resurrexit idem Dominus forma percepturi ab ipso, alii pro justitiæ meritis vitam æternam, alii pro peccatis supplicii æterni sententiam. Hæc est Ecclesiæ catholicæ fides, hanc confessionem servamus atque tenemus quam quisque firmissime custodierit perpetuam salutem habebit.

II. Post rectæ fidei confessionem quæ in sancta Dei Ecclesia prædicatur, placuit om qui catholicæ fidei unitate complect ultra diversum aut dissonum in eccl mentis agamus, ne quælibet nostra d ignitos seu carnales schismaticis err ostendere, et multis exstet scandalu clesiarum. Unus ergo ordo orandi at nobis per omnem Hispaniam atque servetur, unus modus in missarum unus in vespertinis officiis, nec dive nobis ecclesiastica consuetudo, quia nemur et regno. Hoc enim et antiqu verunt, et unaquæque provincia e ministrandi parem consuetudinem t

III. Nulla pene res disciplinæ mo Christi magis depulit, quam sacerdot qui contemptis canonibus ad corrige cos mores synodum facere negligunt, universaliter definitum est, ut quia jux qua decreta bis in anno difficultas tem lium non sinit, saltem vel semel a nobi tamen aut si fidei causa est, aut quæ sia communis generalis, totius Hispa synodus convocetur. Si vero nec d communi ecclesiæ utilitate tractab ciale erit concilium, prout uniuscuju metropolitanus elegerit peragendu autem qui causas contra episcopos, potentes aut contra quoslibet alios h tur, ad idem concilium concurrant, et mine synodali a quibuslibet prave usu tur regii exsecutoris instantia justis jura sunt reformentur, ita ut pro judicibus vel sæcularibus viris ad tropolitani studio quidam exsecutor stuletur.

Quintadecima autem Kalendarum greganda est in quacunque provinci pter vernale tempus, quando herbis et pabula germinum inveniuntur. H prima ante solis ortum ejiciantur om obseratisque foribus cunctis, ad una quam sacerdotes ingredi oportet, o Et convenientes omnes episcopi pa et secundum ordinationis suæ tem Post ingressum omnium episcopor sessum, vocentur deinde presbyteri baverit introire. Nullus se inter eos norum. Post hos ingrediantur diaco quos ordo poposcerit interesse. Et sedibus episcoporum, presbyteri a te deant, diaconi in conspectu eorum s grediantur laici, qui electioni co meruerunt. Tunc quoque et notari tandum vel excipiendum ordo requi tur januæ. Sedentibusque in diuturn dotibus, et cor tantum habentibus archidiaconus : Orate, statimque on prosternantur, et orantibus diutius t

que gemitibus, tunc unus ex episcopis senio- A consuetudo diversa. Nos autem quod tertio mergi-
urgens, orationem palam ad Dominum fun-
nctis adhuc in terra jacentibus. Finita autem
ie, et responso ab omnibus : Amen, rursus
us dicat : Erigite vos, et confestim omnes
t, et cum timore omni et disciplina, tam epi-
quam presbyteri sedeant. Sicque omnibus
locis in silentio considentibus, diaconus alba
s codicem canonum in medio proferens, capi-
conciliis agendis pronuntiet. Finitisque titu-
ropolitanus episcopus concilium alloquatur,
: Ecce, sanctissimi sacerdotes, recitatæ sunt
nibus priscorum Patrum sententiæ de concilio
ndo. Si qua ergo quempiam virum actio com-
coram suis fratribus proponat. Tunc si ali-
quamcunque querelam quæ contra canonem B
i audientiam sacerdotalem protulerit, non
id aliud transeatur capitulum, nisi primum
roposita est actio terminetur. Nam et si pre-
aliquis, aut diaconus, vel clericus, sive lai-
his qui foris steterint, concilium pro qua-
e crediderit appellandum, ecclesiæ metropo-
archidiacono causam suam intimet, et ille
o denuntiet. Et tunc illi et introeundi et pro-
li licentia concedatur. Nullus autem episco-
a cœtu communi secedat antequam hora
lis secessionis adveniat. Concilium quoque nul-
rere audeat, nisi fuerint cuncta determinata,
quæcunque deliberationi communi finiuntur,
orum singulorum manibus scribantur. Tunc C
Deus suorum sacerdotum concilio interesse
dus est, si tumultu omni abjecto, sollicite
ranquille ecclesiastica negotia terminentur.
olet in Hispaniis de solemnitate paschali va-
existere prædicationis, diversa enim obser-
Laterculorum paschalis festivitatis interdum
n parturit. Proinde placuit, ut ante tres
i Epiphaniorum metropolitani sacerdotes li-
invicem inquirant, ut communi scientia do-
m resurrectionis Christi comprovincialibus
sinuent ut uno tempore celebrandum annun-

e baptismi sacramento, propter quod in Hi-
quidam sacerdotes trinam, simplam quidam
nem faciunt, a nonnullis schisma esse conspi- D
it unitas fidei scindi videtur. Nam dum partes
s in baptizandis aliqua contrario modo agunt,
is non baptizatos esse contendunt. Proinde
nobis in sacramenti diversitate finiendum sit,
icæ Sedis informemur præceptis, non nostra,
ternam institutionem sequentes. Beatæ ergo
iæ Gregorius Romanæ ecclesiæ pontifex qui
lum partes Italiæ illustravit, sed et longe exi-
ecclesias sua doctrina perdocuit, efflagitante
simo Leandro episcopo de hac Hispaniæ di-
te quid potius esset sequendum, inter cætera
ens, sic ait : De trina vero mersione bapti-
nihil responderi verius potest, quam ipsi sen-
quia in una fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ

mus triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, ut dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod si quis forte etiam pro summæ Trinitatis veneratione existimet fieri, neque ad hoc aliquid obsistit baptizandum semel in aquas mergere, quia dum in tribus subsistentiis una substantia est, potest infantem in baptismate in aquam vel ter, vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum trinitas, et in una potest divinitatis singularitas designari. Sed quod hucusque ab hæreticis infans in baptismate tertio mergebatur, faciendum apud vos esse non censeo, ne dum mersiones numerant, divinitatem dividant, dumque quod faciebant, faciunt, morem nostrum se fecisse glorientur. Quapropter quia de utroque sacramento quod fit in sancto baptismo a tanto viro reddita est ratio, quod utrumque irreprehensibile in sancta Dei Ecclesia habeatur, propter vitandum autem schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis usum simplam teneamus baptismi mersionem, ne videantur apud nos qui tertio mergunt hæreticorum approbare assertionem, dum sequuntur et morem. Et ne forte cuiquam sit dubium hujus simpli mysterium sacramenti, videat in eo mortem, et resurrectionem, dum sequuntur et morem Christi significare. Nam in aquas mersio quasi ad infernum descensio est et rursus ab aquis emersio resurrectio est. Item videat in eo unitatem divinitatis, et trinitatem personarum ostendi : unitatem, dum semel mergimus; trinitatem, dum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizamus. Panditur hujus singularis baptismi mysterium etiam Scripturarum sanctarum exemplis, Paulo apostolo attestante : « Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari (*I Cor.* x, 1). » Mare quippe Rubrum significat baptismum Christi sanguine consecratum, per quod populus Dei sub columna ignis et nubis semel transiit, ubi tamen tota erat Trinitas præcedente **113** populum columna ignis et nubis. In igne quippe significatur Pater, in columna Filius, in nube Spiritus sanctus. Jordanis quoque fluenta cum arca populus Dei semel transiit, per quod significatur simpla mersio baptismatis, cujus sacramento Ecclesia abluitur, et de fidei hujus laboribus per baptismum quasi per Jordanem ad terram cœlestis repromissionis ingreditur.

VI. Comperimus quod per nonnullas ecclesias in die sextæ feriæ passionis Domini clausis basilicarum foribus non celebratur officium, nec passio Domini populis prædicatur, dum idem Salvator noster apostolis suis præcepit dicens, passionem et mortem et resurrectionem meam omnibus prædicate. Ideoque oportet eodem die mysterium crucis (quod ipse cunctis annuntiandum voluit) prædicari atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum præstolari, ut pœnitentiæ compunctione mundati venera-

bile festum Dominicæ resurrectionis remissis iniquitatibus suscipere mereamur, corporisque ejus et sanguinis sacramentum mundi a peccato sumamus.

VII. Quidam in die ejusdem passionis Dominicæ ab hora nona jejunium solvunt, conviviis adhibentur, et dum sol ipse eadem die tenebris palluerit, lumen subduxerit, ipsaque elementa turbata mœstitiam totius mundi ostenderint, illi jejunium tanti diei polluunt, epulisque inserviunt. Et quia totum eumdem diem universalis ecclesia propter passionem Domini in mœrore et abstinentia peragit, quicunque in eo jejunium præter parvulos senes et languidos ante peractas indulgentiæ preces persolverit, a paschali gaudio depellatur, nec in eo sacramentum corporis et sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis ejus per abstinentiam non honoravit.

VIII. Lucerna et cereus infra vigilias apud quasdam ecclesias non benedicitur, et a nobis cur benedicatur, inquirunt. Propter gloriosum enim noctis ipsius sacramentum hæc solemniter benedicimus, ut sacræ resurrectionis Christi mysterium quod tempore hujus noctis votive advenit benedictione sanctificati luminis suscipiamus. Et quia hæc observatio per multarum loca terrarum, regionesque Hispaniæ in Ecclesiis commendatur, dignum est propter unitatem pacis, ut in Gallicanis ecclesiis conservetur. Nulli autem impune erit qui hoc contempserit, sed patrum regulis subjacebit.

IX. Nonnulli sacerdotum in Hispaniis reperiuntur, qui Dominicam orationem quam Salvator docuit, et præcepit non quotidie, sed tantum die Dominica dicunt. Et quia sine intermissione ut oremus, apostolus docuit, qualiter autem oremus, Christus præcepit dicens, cum autem oratis, dicito : « Pater noster qui es in cœlis (*Matth.* VI, 9). » Quomodo ergo quotidie non dicitur, quod sine intermissione dici jubetur? Nam in tantum quotidie hæc oratio dicenda est, ut etiam ipso titulo utatur. Nam vocatur oratio quotidiana, sic eam sancti Patres nuncupaverunt, quod etiam apud doctores, quorum illustris doctrina est, invenitur. Sanctus quoque Cyprianus dicit : Itaque in oratione Dominica, panem nostrum, id est Christum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus et vivimus, a sanctificatione et corpore ejus non recedamus. Sanctus Hilarius dicit : « Panem nostrum quotidianum da nobis hodie (*Matth.* VI, 11). » Quid enim tam vult Deus quam ut quotidie Christus habitet in nobis, qui est panis vitæ et panis e cœlo, et quia quotidiana oratio est, quotidie quoque ut detur oratur? Sanctus Augustinus dicit : De quotidianis autem brevibusque peccatis sine quibus vita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum est enim dicere : Pater noster qui es in cœlis, quia jam Patri tales regenerati sunt ex aqua et Spiritu sancto. Delet ergo hæc quotidiana oratio minima quotidiana peccata, delet illa a quibus vita fidelium, etiam scelerate gesta, pœnitendo in melius discedit mutata.

A Ergo sicut Christus præcepit, sic Apostolus monuit. Et quemadmodum doctores ecclesiastici instituerunt, quia quotidie vel cogitatione, vel verbo delinquimus quotidie et hanc orationem effundere in conspectu Dei debemus. Quisquis ergo sacerdotum vel subjacentium clericorum hanc orationem Dominicam quotidie, aut in publico, aut in privato officio præterierit propter superbiam, judicatus ordinis sui honore privetur.

X. Item, cognovimus quosdam Hispaniæ sacerdotes, qui in quadragesimæ diebus alleluia decantant præter in ultima hebdomada Paschæ, quod deinceps fieri interdicimus, statuentes ut in omnibus prædictis Quadragesimæ diebus (quia tempus non est gaudii, sed mœroris) alleluia non decantetur. Tunc B enim opus est fletibus ac jejuniis insistere, corpus cilicio et cinere induere, animum mœroribus dejicere, gaudium in tristitiam vertere quousque veniat tempus resurrectionis Christi, quando oporteat jam in lætitia manere, et mœrorem in gaudium mutare. Hoc enim Ecclesiæ universalis consensio in cunctis terrarum partibus roboravit, quod et a nobis omnibus ut conservetur per Hispanias Gallæciasque provincias oportebit. In temporibus vero reliquis, id est Calend. Januarii, quæ propter errorem gentilitatis aguntur, omnino alleluia non decantabitur, in quibus etiam præter piscem et olus, sicut et in illis quadraginta diebus cæteris carnibus abstinetur, et a quibusdam etiam nec vinum bibitur. Si quis ergo episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet C ex ordine clericorum fuerit repertus qui arbitrium suum huic constitutioni æstimet præferendum, or dinis officio carere cogatur, et communione ejusdem paschæ privetur.

XI. In quibusdam quoque Hispaniarum ecclesiis laudes post Apostolum decantantur priusquam Evangelium prædicetur, dum præcipiant post Apostolum non laudes sed Evangelium annuntiare, præsumptio est enim ut anteponantur ea quæ sequi debent. Nam Laudes ideo Evangelium sequuntur propter gloriam Christi, quæ per idem Evangelium prædicatur circa omnes gentes. A sacerdotibus hic ordo deinceps retineatur, excommunicationis pœnam suscepturis, qui hunc ordinem perturbaverint.

D XII. De hymnis etiam canendis et Salvatoris et apostolorum habemus exemplum. Nam et ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur Matthæo attestante : « Et hymno dicto exierunt in montem Oliveti (*Matth.* XXVI, 30), » et Paulus apostolus ad Ephesios scripsit dicens : « Implemini spiritu loquentes in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus (*Ephes.* V, 19). » Et quia a nonnullis hymni humano studio in laudem Dei atque apostolorum et martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi quos beatissimi doctores Hilarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum canonum vel apostolica traditione non existunt. Respuant ergo et illum hymnum ab hominibus compositum, quem

quotidie publico privatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus : Gloria et honor Patri et Filio, et Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen. Nam et ille hymnus quem nato in carne Christo angeli cecinerunt : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis (*Luc.* II, 14). » Reliqua quæ ibi sequuntur ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesiis canendi sunt, quia in sanctarum Scripturarum libris non inveniuntur. Componuntur missæ sive preces, vel orationes, sive commendationes seu manus impositiones, ex quibus si nulla decantetur in ecclesia, vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet hæc fieri atque hortatur Timotheum Apostolus dicens : « Obsecro ergo primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et pro omnibus qui in sublimitatibus sunt (*I Tim.* II, 1). » Sicut ergo orationes, ita et hymnos in laude Dei compositos nullus nostrum ulterius improbet, sed pari modo in Gallæcia Hispaniaque celebret; excommunicatione plectendi qui hymnos rejicere fuerint ausi.

XIII. Hymnum quoque trium puerorum in quo universa cœli terræque creatura Deum collaudat et quem Ecclesia catholica par totum orbem diffusa celebrat, quidam sacerdotes in missa Dominicorum dierum, et in solemnitatibus martyrum canere negligunt. Proinde sanctum concilium instituit, ut per omnes Hispaniæ ecclesias vel Gallæciæ in omnium missarum solemnitate idem in publico decantetur, communionem amissuri qui antiquam hujus hymni consuetudinem, nostramque definitionem excesserint.

XIV. In fine psalmorum non sicut a quibusdam hucusque Gloria Patri, sed gloria et honor Patri dicatur, David propheta dicente : « Afferte Domino gloriam et honorem (*Psal.* XCV, 7), » et Joanne evangelista : « Exercitus dicentium, honor et gloria Deo nostro sedenti in throno (*Apoc.* V, 13). » Ac per hæc duo sic oportet in terris dici sicut in cœlis resonant. Universis ergo ecclesiasticis hanc observationem damus, quam quisque præterierit communionis jacturam habebit.

XV. Sunt quidam qui in fine responsoriorum gloriam non dicunt, propter quod interdum inconvenienter resonat, sed hæc est discretio, ut in lætis sequatur gloria, in tristioribus repetatur principium.

XVI. Apocalypsim librum multorum conciliorum auctoritas et synodica sanctorum præsulum Romanorum decreta Joannis evangelistæ esse præscribunt, et inter divinos libros recipiendam constituerunt. Et quia plurimi sunt qui ejus auctoritatem non recipiunt, eamque in Ecclesia Dei prædicare contemnunt. Si quis eum deinceps aut non receperit, aut a Pascha usque ad Pentecosten in Ecclesia non prædicaverit, excommunicationis sententiam habebit.

XVII. Nonnulli sacerdotes post dictam orationem Dominicam statim communicant, et postea benedictionem in populo dant, quod deinceps interdicimus, sed post orationem Dominicam benedictio in populum sequatur, et tunc demum corporis et sanguinis Domini sacramentum sumatur, eo videlicet ordine ut sacerdotes et levitæ ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus.

XVIII. Perniciosa consuetudo nequaquam est recipienda quæ majorum statuta præteriens, omnem ecclesiæ ordinem perturbaverit, dum alii per ambitus sacerdotia appetunt, alii oblatis muneribus pontificatum assumunt, nonnulli etiam sceleribus implicati, vel sæculari militiæ dediti, indigni ad honorem summi ac sacri ordinis pervenerunt, de quorum scilicet causa atque remotione oportuerat quidem statuere, sed ne pertubatio quamplurima ecclesiæ oriretur præteritis omissis deinceps qui non promoveantur ad sacerdotium ex regulis canonum, necessario credimus inserendum, id est, qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiæ nota aspersi sunt, qui scelera antiqua per publicam pœnitentiam admisisse confessi sunt, qui in hæresim lapsi sunt, qui in hæresi baptizati aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt, aut naturaliter defectu membrorum aut decisione aliquid minus habere, noscuntur, qui secundæ uxoris cognitionem sortiti sunt, aut numerosa conjugia frequentaverunt, qui viduam, vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, qui servili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti, vel laici **114** sunt, qui sæculari militiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscii litterarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerint, qui per gradus ecclesiasticos non accesserunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur. Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus nec populus propriæ civitatis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel comprovincialium sacerdotum assensio exquisivit. Quicunque ergo deinceps ad ordinem sacerdotii postulatus, et in his quæ prædicta sunt exquisitus in nullo horum deprehensus fuerit, et examinatus probabili vita atque doctrina exstiterit, tunc secundum synodica, vel decretalia constituta cum omnium clericorum vel civium voluntate ab universis comprovincialibus episcopis, aut certe a tribus in sacerdotem die Dominica consecrabitur, convenientibus cæteris qui absentes sunt litteris suis, et magis auctoritate vel præsentia ejus qui est metropoli constitutus. Episcopus autem comprovincialis ibi consecrandus est, ubi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in civitate metropoli et comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum sacerdotum indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjacebit.

XIX. In veteri lege ab anno vigesimo quinto, levitæ in tabernaculo servire mandantur, cujus auctori-

tatem in canonibus et sancti Patres secuti sunt. Nos et divinæ legis et conciliorum præcepti immemores, infantes et pueros levitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ. Ideoque ne ulterius fiat a nobis, et divinæ legis et canonum admonemur sententiis, sed viginti quinque annorum ætate levitæ consecrentur, et triginta presbyteri ordinentur, ita ut secundum præceptum probentur primum, et sic ministrent nullum crimen habentes.

XX. Quicunque in sacerdotio Dei positi sunt, irreprehensibiles esse debent, Paulo attestante: « Oportet episcopum irreprehensibilem esse (*I Tim.* III, 2). » Inoffensos ergo et immaculatos decet existere sacerdotes, nec ullius eos fornicationis contagio pollui, sed caste viventes, mundos semetipsos celebrandis exhibeant sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo et ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, ut mundi corpore, purgati mente possimus ad sacrificium Christi digni accedere, et Deum pro delictis omnium deprecari.

XXI. Quamvis conscientiam puram apud Deum nos habere oporteat, tamen et apud homines famam optimam custodire convenit, ut juxta præceptum apostolicum non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus vitæ sanctæ testimonium habeamus. Quidam enim huc usque sacerdotum non modicum scandalum creaverunt, dum in conversatione vitæ non bonæ famæ existunt. Ut ergo excludatur deinceps omnis nefanda suspicionis occasio, et ne detur ultra sæcularibus locus obtrectandi, oportet episcopos testimonium probabilium personarum conversationis et vitæ in conclavi suo habere, ut Deo placeant per conversationem bonam, et ecclesiæ per omnium famam.

XXII. Non aliter placuit, ut quemadmodum antistites, ita presbyteri atque levitæ quos forte infirmitas atque ætatis gravitas in conclavi suo manere non sinit, ut iidem in cellulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam sicut nomine, ita meritis teneant.

XXIII. Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum, nihil enim incertius quam vita adolescentium; ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in clero pueri aut adolescentes existunt, omnes in uno conclavi atrii commorentur, ut lubricæ ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputato probatissimo seniore, quem et magistrum disciplinæ et testem vitæ habeant. Quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela foveantur, ut et vita eorum a criminibus intacta sit, et res ab injuria reproborum. Qui autem his præceptis resultaverint, monasteriis deputentur, ut vagantes animi et superbi severiori regula distringantur.

XXIV. Ignorantia mater cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt, sacerdotes enim legere sanctas Scripturas frequenter admonet Paulus apostolus dicens ad Timotheum : « Intende lectioni et exhortationi (*I Tim.* IV, 13). » Doctores semper manere in his se sciant. Igitur sacerdotes Scripturas sanctas et canones meditentur, ut omne opus in prædicatione divina et doctrina consistat, ædificent cunctos tam fidei scientia, quam op disciplina.

XXV. Quando presbyteri in parochiis ordin libellum officialem a suo sacerdote accipiant ecclesias sibi deputatas instructi succedant, ignorantiam etiam in ipsis divinis sacramentis dant, ut quando vel ad litanias, vel ad concili nerint, rationem episcopo reddant, qualiter s tum officium celebrent vel baptizent.

XXVI. Quando presbyteri aut diaconi per chias constituuntur, oportet eos primum pro nem episcopo suo facere ut caste et pie viva Dei timore, ut dum eos tali professione oblig sanctam disciplinam retineant.

XXVII. Episcopus, presbyter, aut diaconu gradu suo injuste dejectus in sancta synodo cens reperiatur, non potest esse quod fuer gradus amissos recipiat coram altario de episcoporum, si episcopus est, orarium, annul baculum, si presbyter, orarium et patenam, conus, orarium et albam, si subdiaconus pa et calicem, sic et reliqui gradus cum rep nem sui recipiant quem cum ordinarentur pe rant.

XXVIII. Si episcopus aut presbyter, sive dia vel quilibet ex ordine clericorum magos aut a ces, aut ariolos, aut certe augures, vel sort vel eos qui profitentur artem aliquam, aut al eorum similia exercentem consuluisse fuerit hensus, ab honore dignitatis suæ depositus mo rii curam excipiat, ibique perpetuæ pœnitent ditus scelus admissum sacrilegii solvat.

XXIX. Confinitimi hostium sacerdotes præ qui a regiæ potestatis sublimi auctoritate lic acceperunt, a quolibet mandatum agentes extr occultæ accipere vel dirigere non præsuma autem deprehenditur, aut convincitur donu principi apud concilium condigna animadve multabitur.

XXX. Sæpe principes contra quoslibet m tis obnoxios sacerdotibus negotia sua comm et quia sacerdotes a Christo ad ministerium electi sunt, ibi consentiunt regibus fieri judic jurejurando supplicii indulgentia promittitur, discriminis sententia præparatur. Si quis er cerdotum contra hoc communione consultu cussor in alienis periculis exstiterit, fit reus sanguinis apud Christum, et apud ecclesiam proprium gradum.

XXXI. Episcopi in protegendis populis ac dendis impositam a Deo sibi curam non aml ideoque dum conspiciunt judices ac potente perum oppressores existere, et prius eos sace admonitione redarguant, et si contempserint dari, eorum insolentiam regis auribus intim quos sacerdotalis admonitio non flectit ad jus regalis potestas ab improbitate coerceat. S

autem episcoporum id neglexerit, concilio erit reus.

XXXII. Avaritia radix est cunctorum malorum, cujus sitis etiam sacerdotum mentes obtinet. Multi fidelium in amore Christi et martyrum in parochiis episcoporum basilicas construunt, oblationes sanctas tribuunt, sacerdotes hæc auferunt, atque in usus suos convertunt, inde est quod cultores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt, inde labentium basilicarum ruinæ non reparantur, quia avaritia sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re constitutum est a præsenti concilio episcopos ita diœceses suas regere, ut nihil ex earum jure præsumant auferre, sed juxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus quam de tributis, ac frugibus tertiam consequantur, quod si amplius quidpiam ab eis præsumptum exstiterit, per concilium restauretur, appellantibus autem ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum, si jam illi a sæculo decesserunt. Noverint ergo conditores basilicarum in rebus quas eisdem ecclesiis conferunt nullam potestatem habere, sed juxta canonum instituta sicut ecclesia, ita et dos ejus ad ordinationem episcopi pertineat.

XXXIII. Quicunque episcopus alterius episcopi diœcesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possiderit, quia secundum jus legis ejus videtur esse diœcesis, admittenda non est contra eum actio reposcendi, sed hoc intra unam parochiam extra vero nullo modo, ne dum diœcesis defenditur. provinciarum termini confundantur.

XXXIV. Sicut diœcesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum non amittit, ideoque basilicæ, quæ novæ conditæ fuerint, ad eum procul dubio episcopum pertinebant, cujus conventus esse constiterit.

XXXV. Episcopum per cunctas diœceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat quid unaquæque basilica in reparationem sui indiget, quod si ipse aut languore detentus, aut aliis ocupationibus implicatus id adimplere nequiverit, presbyteros probabiles aut diacones mittat, qui et redditus basilicarum et reparationes et ministrantium vitam inquirant.

XXXVI. Quicunque episcopi suffragio cujuslibet aliquid ecclesiasticæ utilitatis providerint, et pro eo quodcunque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exsolvere oportebit, ita ut id ad concilium provinciale deferatur, ut eorum conniventia confirmetur quia sicut Paulus ait : « Dignus est operarius mercede sua (*I Tim.* v, 18). »

XXXVII. Præbendum est a sacerdotibus vitæ solatium indigentibus, et maxime his quibus restituenda vicissitudo est. Quicunque ergo fidelium de facultatibus suis ecclesiæ aliquid devotione propria contulerint, si forte ipsi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipiant. Si enim clericis seu monachis vel peregrinis aut quamlibet necessitatem sustinentibus pro solo religionis intuitu in usum res ecclesiasticæ largiuntur, quanto magis consulendum est, quibus retributio justa debetur.

XXXVIII. Nonnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, ut sese presbyteris anteponant, atque in primo ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo ut sublimiores sibi presbyteros agnoscant, tam hi quam illi in utroque choro consistant.

XXXIX. Si oraria duo nec episcopo induere quidem licet nec presbytero, utique multo minus diacono qui minister eorum est, unum ergo orarium oportet levitam gestare in sinistro humero, propter quod **115** orat, id est prædicat. Dexteram autem oportet habere liberam, ut expeditius ad ministerium sacerdotale discurrat. Caveant ergo amodo levitæ gemino uti orario, sed unum tantum et purum, nec ullis coloribus aut a tyro ornatum ferant.

XL. Omnes clerici vel lectores sicut levitæ et sacerdotes detonso superius capite toto inferius solam circuli coronam relinquant, non sicut huc usque in Gallæciæ partibus facere lectores videntur, qui prolixis, ut laici, comis in solo capitis apice modicum circulum tondent, ritus enim iste in Hispaniis hucusque hæreticorum fuit, unde oportet ut pro amputando ab ecclesiis scandalo hoc signum dedecoris auferatur, et sit una tonsura vel habitus sicut totius Hispaniæ est usus. Qui autem hoc non custodierit, fidei catholicæ reus erit.

XLI. Cum clericis extraneæ feminæ nullatenus habitent, nisi tantum mater, et soror, filia, amita, in quibus personis nihil sceleris æstimari naturæ fœdus permittit, id enim et constitutio antiquorum Patrum decrevit.

XLII. Quidam clerici legitime non habentes conjugium, extranearum mulierum vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt, ideo quæ conjuncte taliter cum clericis sunt ab episcopo, auferantur et venundentur, illis pro tempore religatis ad pœnitentiam quos sua libidine infecerunt.

XLIII. Clerici qui sine consultu episcopi sui uxores duxerint, aut viduam, vel tripudiatam, vel meretricem in conjugium acceperint, separari eos a proprio episcopo oportebit.

XLIV. Clerici qui in quacunque seditione arma volentes sumpserint, aut sumpserunt, reperti, amisso ordinis sui gradu in monasterium contradantur pœnitentiæ.

XLV. Si qui clericus in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus, quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur, oportet canonibus in tali scelere proditum a clericatus ordine submoveri, et pœnitentiæ triennio deputari.

XLVI. Præcipiente domino nostro atque excellentissimo Sisenando rege, id constituit sanctum concilium, ut omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione atque labore habeantur immunes, ut liberi Deo serviant, nullaque prædicti necessitate ab ecclesiasticis officiis retrahantur.

XLVII. Eos quos œconomos Græci vocant, hoc est, qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant, sicut sancta synodus Chalcedonensis instituit, omnes episcopos de proprio clero ad regendas ecclesias habere oportet, qui autem deinceps contempserit, obnoxius ejusdem magni concilii erit.

XLVII. Monachum aut paterna devotio, aut propria professio facit, quidquid horum fuerit alligatum tenebit, proinde his ad mundum reverti intercludimus aditum, et omnes ad sæculum interdicimus regressus.

XLIX. Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt liberos, eis ab episcopo in monasteris largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

L. Nuntiatum est præsenti concilio, eo quod monachi episcopali imperio servili opere mancipentur et jura monasteriorum contra instituta canonum illicita præsumptione usurpentur, ita ut pene ex cœnobio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad inanitionem servitutemque perveniat. Quapropter monemus eos qui ecclesiis præsunt, ut ultra talia non præsumant, sed hoc tantum sibi in monasterio vendicent sacerdotes quod præcipiunt canones, id est monachos ad conversationem sanctam præmonere abbates, aliaque officia construere, atque extra regulam facta corrigere, quod si aliquid in monachis canonibus interdictum præsumpserint, aut usurpare quidpiam de monasterii rebus tantaverint, non deerit ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam sustulerit ab illicitis.

LI. Nonnulli monachorum egredientes a monasterio non solum ad sæculum revertuntur, sed etiam et uxores accipiunt, igitur revocati in eodem monasterio a quo exierant, pœnitentiæ deputentur, ibique defleant crimina sua unde discesserunt.

LII. Religiosi propriæ regionis qui nec inter clericos nec inter monachos habentur, sive hi qui per diversa loca vagi feruntur, ab episcopis in quorum conventu commorari noscuntur, licentia eorum coerceatur, ut aut in clero aut in monasterio deputentur propter eos qui ab episcopo suo aut propter languorem fuerint absoluti.

LIII. Si qui in discrimine constituti pœnitentiam accipiunt nulla manifesta scelera confitentes, sed tantum se peccatores esse prædicantes, hujusmodi si revelaverint, possunt etiam per morum probitatem ad gradus ecclesiasticos pervenire. Qui vero ita pœnitentiam accipiunt, ut aliquod mortale peccatum perpetrasse publice fateantur, ad clerum vel honores ecclesiasticos pervenire nullatenus poterunt, quia se confessione propria notaverunt.

LIV. Quicunque ex sæcularibus accipientes pœnitentiam totonderunt se, et rursus prævaricantes laici effecti sunt, comprehensi ab episcopo suo ad pœnitentiam ex qua recesserunt revocentur. Quod si aliqui per pœnitentiam irrevocabiles sunt nec admoniti revertuntur, ut vere apostatæ coram ecclesia anathematis sententia condemnentur. Non aliter hi qui a parentibus detonsi fuerunt aut sponte amissis parentibus seipsos religioni devoverunt, et postea habitum sæcularem sumpserunt, et iidem a sacerdote comprehensi ad cultum religionis acta prius pœnitentia revocentur. Quod si converti non possunt velut apostatæ anathematis sententiæ subjiciantur, quæ forma servabitur etiam in viduis, virginibus sacris, ac pœnitentibus feminis, quæ sanctimonialem habitum induerunt, et postea aut vestem mutaverunt, aut ad nuptias transierunt.

LV. Duo sunt genera viduarum, sæculares et sanctimoniales, sæculares viduæ sunt quæ adhuc disponentes nubere laicalem habitum non deposuerunt, sanctimoniales sunt quæ jam mutato habitu sæculari sub religioso cultu in conspectu sacerdotis et ecclesiæ apparuerunt, hæ si ad nuptias transierint juxta Apostolum non sine damnatione erunt, quia se primum Deo voventes postea castitatis propositum abjecerunt.

LVI. De Judæis autem præcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miseretur, et quem vult indurat, non enim tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma justitiæ. Sicut enim homo propria arbitrii voluntate serpenti obediens periit, sic vocante se gratia Dei propriæ mentis conversione, homo quisque credendo salvatur. Ergo non vi, sed libera arbitrii voluntate, ut convertantur suadendi sunt non potius impellendi. Qui autem jampridem ad christianitatem coacti sunt sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti, quia jam constat eos sacramentis divinis associatos et baptismi gratiam suscepisse, et chrismate unctos esse, et corporis Domini et sanguinis exstitisse participes, oportet ut fidem etiam quam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, et fides quam susceperunt vilis ac contemptibilis habeatur.

LVII. Tanta est quorumdam « cupiditas, ut quidam eam appetentes (juxta quod ait Apostolus) etiam a fide erraverunt (*I Tim.* VI, 10). » Multi quippe hominum quique ex sacerdotibus atque laicis accipientes a Judæis munera, perfidiam eorum suo patrocinio fovent, qui non immerito ex corpore Antichristi esse noscuntur, quia contra Christum faciunt. Quicunque ergo deinceps episcopus sive clericus sive sæcularis illis contra fidem Christianam suffragium, vel munere vel favore præstiterit, ut profanus et sacrilegus anathema effectus ab Ecclesia catholica habeatur extraneus, quia dignus est, ut a corpore Christi separetur, qui inimicis Christi patronus efficitur.

LVIII. Plerique qui ex Judæis dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christo, non solum judaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circumcisiones exercere præsumpserunt, de quibus consultu piissimi ac religiosissimi domini nostri Sisenandi regis

nctum decrevit concilium, ut hujusmodi essores pontificali auctoritate correcti ad Christiani dogmatis revocentur ut quos vo- propria non emendat animadversio sacerdo- erceat. Eos autem quos circumcidunt, si filii sunt, a parentum consortio separentur, si re injuria corporis sui libertati tradantur.

Judæorum filios vel filias ne parentum ultra ntur erroribus, ab eorum consortio separari mus deputatos, aut monasteriis aut Chri- viris, aut mulieribus Deum timentibus, ut sub conversatione cultum fidei discant, atque in instituti, tam in moribus, quam in fide pro-

Judæi baptizati, si postea prævaricantes in m qualibet pœna damnati exstiterint, a rebus fideles filios excludi non oportebit, quia n est. » Filius non portabit patris iniquitatem XVIII, 20). »

Sæpe malorum consortia etiam bonos cor- it, quanto magis eos qui ad vitia proni sunt. ergo communio ultra sit Hebræis ad fidem nam translatis cum his qui adhuc in veteri nsistunt, ne forte eorum participio subver- Quicunque ergo amodo ex his qui baptizati fidelium consortia non vitaverint, et hi Chri- donentur, et illi publicis cædibus deputentur.

Judæi qui Christianas mulieres in conjugio admoneantur ab episcopo civitatis ipsius, ut eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur, i admoniti noluerint, separentur, quia non nfidelis in ejus permanere conjunctione, quæ Christianam translata est fidem, filii autem talibus nati existunt fidem atque conditio- atris sequantur, similiter et hi qui procreati e infidelibus mulieribus et fidelibus viris nam religionem sequantur, non Judaicam itionem.

. Non potest erga homines esse fidelis qui stiterit infidelis. Judæi ergo qui dudum ni effecti sunt, et nunc Christi fidem præ- sunt, ad testimonium dicendum **116** non debent, quamvis esse se Christianos ient, quia sicut in fide Christi suspecti sunt, estimonio humano dubii habentur. Infirmari portet eorum testimonium qui in fide falsi ir, nec eis esse credendum qui veritatis a se bjecerunt.

. Præcipiente Domino atque excellentissimo do rege constituit id sanctum concilium, ut ut hi qui ex Judæis sunt officia publica nulla- ppetant, quia sub hac occasione Christianis n faciunt, ideoque judices provinciarum cum tibus eorum subreptiones fraudulenter reli- spendant, et officia publica eos agere non ant. Si quis autem hæc permiserit, velut in um excommunicatio proferatur, et is qui erit publicis cædibus deputetur.

Ex decreto gloriosissimi principis hoc san- ctum elegit concilium, ut Judæis non liceat Christia- nos servos, nec Christiana mancipia emere, nec cu- jusquam consequi largitatem. Nefas enim est, ut membra Christi serviant Antichristi ministris, quod si deinceps servos Christianos vel ancillas Ju- dæi habere præsumpserint, sublati ab eorum domi- natu libertatem a principe consequantur.

LXVI. Et si illi qui nulla ex rebus suis pauperi- bus Christi distribuunt, æterni judicis voce in fu- turo condemnabuntur, quanto magis hi qui aufe- runt pauperibus quæ non dederunt? Quapropter epi- scopi qui nihil ex proprio suo ecclesiæ Christi com- pensaverunt, hanc divinam sententiam metuant, et libertos ex familiis ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant, impium est enim ut qui res suas ecclesiæ non contulerit damnum inferat, et jus ecclesiæ alienare contendat. Tales ergo liber- tos successor episcopus absque aliqua oppositione ad jus ecclesiæ revocabit, quia eos non æquitas, sed improbitas absolvit.

LXVII. Episcopus qui mancipium juris ecclesiæ non retento ecclesiastico patrocinio manumitti desi- derat, duos meriti ejusdem et peculii coram concilio ecclesiæ cui præeminet per commutationem subscri- bentibus sacerdotibus offerat, ut rata et justa inve- niatur definitio commutantis. Tunc enim liberam manumissionem, sine patrocinio ecclesiæ concedere poterit, qui eum quem libertati tradere disponit, jam juri proprio acquisivit. Hujusmodi autem liberto adversus ecclesiam cujus juris exstitit accusandi vel testificandi denegetur licentia. Quod si præsumpse- rit, placet ut stante commutatione in servitutem pro- priam revocetur cui nocere conatur.

LXVIII. Consensus totius concilii definivit, ut sa- cerdotes qui aut res suas ecclesiæ relinquunt, aut nihil habentes, aliqua tamen prædia, aut familias ecclesiis suis conquirunt, licebit illis aliquos de fa- mulis ejusdem ecclesiæ manumittere juxta rei col- latæ modum quem antiqui canones decreverunt, ita ut cum peculio et posteritate sua ingenui sub patro- cinio ecclesiæ maneant, utilitates injunctas sibi juxta quod potuerint prosequentes.

LXIX. Liberti ecclesiæ (quia nunquam moritur eorum patrona) a patrocinio ejusdem nunquam di- scedant, nec posteritas quidem eorum sicut priores canones decreverunt. Ac ne libertas eorum in futura prole non pateat, ipsaque posteritas naturali ingenui- tate obnitens sese ab ecclesiæ patrocinio subtrahat necesse est, ut tam hi liberti, quam ab eis progeniti professionem episcopo suo faciant, per quam ex fa- milia ecclesiæ libertos effectos se esse fateantur, ejusque patrocinium non relinquant, sed juxta vir- tutem suam obsequium vel obedientiam præbeant.

LXX. Liberti ecclesiæ qui a patrocinio ejus disce- dentes quibuslibet personis adhæserunt, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit, quia per inobedientiæ contemptum ingrati actione tenentur.

LXXI. Liberti ecclesiæ qui a quibuscunque manu-

missi sunt, et ecclesiæ patrocinio commendati existunt, sicut regulæ antiquorum Patrum constituerunt, sacerdotali defensione a cujuslibet insolentia protegantur sive in statu libertatis, sive in peculio quod habere noscuntur.

LXXII. Quicunque libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retentet, isti si sine crimine sunt ad clericatus ordinem suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur; qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo quod adhuc patroni servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promovendi, ne quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis servi.

LXXIII. De familiis ecclesiæ constituere presbyteros, et diacones per parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudo, et probitas morum commendat, ea tamen ratione ut antea manumissi libertatem status sui percipiant, et denuo ad ecclesiasticos honores succedant. Est enim irreligiosum obligatos existere servituti, qui sacri ordinis suscipiunt dignitatem, quidquid autem talibus aut per libertatem concessum, aut successione exstiterit datum, aut quolibet commodo collatum, non licebit eis quippiam inde in extraneas personas transmittere, sed omnia ad ejus ecclesiam qua manumissi sunt post eorum obitum pertinere. His quoque sicut et cæteris ecclesiæ libertis accusandi vel testificandi adversus ecclesiam aditus intercluditur, ad quod si aspiraverint, non solum libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed tempore necessitatis promeruerunt.

LXXIV. Post instituta quædam ecclesiastici ordinis vel decreta quæ ad quorumdam pertinent disciplinam, postrema nobis cunctis sacerdotibus sententia est, pro robore nostrorum regum, et stabilitate gentis Gothorum pontificale ultimum sub Deo judice ferre decretum. Multarum quippegentium (ut fama est) tanta exstat perfidia animorum, ut fidem sacramento promissam regibus suis observare contemnant, et ore simulent juramenti professionem, dum retineant mente perfidiæ impietatem, jurant enim regibus suis, et fidem quam pollicentur, prævaricantur, nec metuunt volumen illud judicii Dei, per quod inducitur maledictio, multaque pœnarum comminatio super eos, qui jurant in nomine Dei mendaciter. Quæ ergo spes talibus populis contra hostes laborantibus erit? Quæ fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda post fœdus non violandum? Quæ in hostibus jura stabili permanebunt sponsione, quando nec ipsis propriis regibus juratam fidem conservant, quis enim adeo furiosus est, qui caput suum manu sua propria desecet? Illi, ut notum est, immemores salutis suæ propria manu seipsos interimunt in semetipsos suosque reges proprias convertendo vires. Et cum Dominus dicat: « Nolite tangere Christos meos (*I Par.* XVI, 22), » et David : « Quis extendit manum suam in Christum Domini, et innocens erit? » (*I Reg.* XXVI, 9) illis nec vitare metus est perjurium, nec regibus inferre exitium. E quippe fides pacti datur, nec violatur. Qu bello fides vigeat, quanto magis in cæteris s est! sacrilegium quippe est, si violetur a g regum suorum promissa fides, quia non s eos fit pacti transgressio, sed et in Deum, i nomine pollicetur ipsa promissio. Inde e multa regna terrarum cælestis iracundia, mutavit ut pro impietate fidei et morum, altero solveretur. Unde et nos cavere opor sam hujusmodi gentium, ne similiter plag mur præcipiti, et pœna puniamur crudeli. Deus angelis in se prævaricantibus non pepe per inobedientiam cœleste habitaculum perdi unde et per Isaiam dicit, « inebriatus est meus in cœlo (*Isai.* XXXIV, 5), » quanto m nostræ salutis interitum timere debemus, ne delitatem eodem sæviente pereamus! Quod nam iracundiam vitare volumus, et severitat ad clementiam provocare cupimus, servem Deum religionis cultum atque timorem, cust erga principes nostros pollicitam fidem atq sionem. Non sit in nobis ut in quibusdam infidelitatis subtilitas impia, non subdolæ me fidia, non perjurii nefas, et conjurationum molimina. Nullus apud nos præsumptione accipiat, nullus excitet mutuas seditiones nemo meditetur interitus regum, sed defu pace principe, primates gentis cum sacerdoti cessorem regni concilio communi constituant unitatis concordia a nobis retinetur, nullum gentisque dissidium per vim ambitionis m Quod si hæc admonitio mentes nostras non et ad salutem communem cor nostrum neq perducit, audi sententiam nostram. Quicunq ex nobis, vel totius Hispaniæ populis qualibe ratione, vel studio sacramentum fidei suæ, q patriæ gentisque Gothorum statu, vel conse regiæ salutis pollicitus est, temeraverit, au nece attrectaverit, aut potestate regni exu præsumptione tyrannica regni fastigium us rit, anathema sit in conspectu Dei Patris, e lorum, atque ab Ecclesia catholica quam profanaverit, efficiatur extraneus, et ab om Christianorum alienus cum omnibus impiet sociis, quia oportet ut una pœna teneat o quos similis error invenerit implicatos. Quod secundo replicamus, dicentes : Quicunque ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis quol ctatu, vel studio sacramentum fidei suæ q patriæ gentisque Gothorum statu, vel conse regiæ salutis pollicitus est, violaverit, aut nece attrectaverit, aut potestate regni exu præsumptione tyrannica regni fastigium usur anathema in conspectu Christi et apostolor sit, atque ab Ecclesia catholica quam perju fanaverit, efficiatur extraneus, et ab omni c Christianorum alienus et damnatus in futur Dei. Habeatur cum participibus suis, quia dign

s sociantur, ipsi etiam damnationis co-
atione obnoxii teneantur. Hoc etiam
amus, dicentes : Quicunque amodo ex
ctis Hispaniæ populis qualibet meditadio, sacramentum fidei suæ, quod progentisque Gothorum statu, vel incolupotestatis pollicitus est, violaverit, aut
ıttrectaverit, aut potestate regni exuesumptione tyrannica regni fastigium
anathema sit in conspectu Spiritus
tyrum Christi, atque ab Ecclesia catho-
rjurio profanaverit, extraneus efficiatur,
ɔmmunione Christianorum alienus, nec
ıt justorum, sed cum diabolo et angelis
ıuppliciis condemnetur una cum eis qui
jurationem nituntur, ut par pœna per-
.ringat quos in perniciem prava socie-
Et ideo, si placet omnibus qui adestis,
iterata sententia vestræ vocis consensu
niverso clero et populo dictum est ! Qui
nostram definitionem præsumpserint,
aranatha, hoc est, perditio in adventu
et cum Juda Iscarioth partem habeant
eorum. Amen. Quapropter nos ipsi, et
mnes sanctam Ecclesiam Christi, ac
nonemus, ut hæc tremenda, et totiens
tentia nullum ex nobis præsenti atque
emnet, judicio, sed fidem promissam
issimum dominum nostrum Sisenan-
custodientes, ac sincera illi devo-
ıntes, non solum divinæ pietatis in
ntiam provocemus **117**, sed etiam
æfati principis percipere mereamur.
præsentem regem ac futuros ætatium principes humilitate debita de-
moderati et mites erga subjectos ex-
ı justitia et pietate populos a Deo vo-
regatis, bonamque vicissitudinem qui
nstituit largitori Christo rependatis, re-
humilitate cordis cum studio bonæ
: quisquam vestrum solus in causa ca-
reum sententia feriat, sed consensu
rectoribus ex judicio manifesto delin-
ılpa patescat servata a vobis in offensis
ıe, ut non severitate magis in illis quam
ɔolleatis, et dum omnia hæc auctore Deo
noderamine conserventur, et reges in
populi in regibus, et Deus in utrisque
e de futuris regibus hanc sententiam
ıs, ut si quis ex eis contra reverentiam

A legum superba dominatione et fastigio in flagitiis, et facinore, sive cupiditate crudelissima potestatem in populis exercuerit, anathematis sententia a Christo domino condemnetur, et habeat a Deo separationem atque judicium propter quod præsumpserit prava agere et in perniciem regnum deducere. De Simithilane vero qui propria scelera metuens se ipsum regno privavit, et potestatis facibus exuit id cum gentis consultu decrevimus, ut neque eum vel uxorem ejus propter mala quæ commiserunt neque filios eorum unitati nostræ unquam consociemus, nec eos ad honores a quibus ob iniquitatem dejecti sunt aliquando promoveamus. Quique etiam sicut in fastigio regni habentur extranei, ita possessione rerum quas de miserorum
B sumptibus auxerant maneant alieni præter id quod pietate piissimi principis nostri fuerunt consecuti. Non aliter et Geillanem memorati Simithilane et sanguine et scelere fratrem, qui nec in germanitatis fide stabilis exstitit, nec fidem glorioso domino nostro pollicitam conservavit, hunc ergo cum conjuge sua, sicut et ante factum est, a societate gentis atque consortio nostro placuit separari, nec in amissis facultatibus in quibus per iniquitatem creverant reduces fieri, præter id quod consecuti fuerint pietate clementissimi principis, cujus gratia bonos donorum præmiis ditat, et malos a beneficentia sua non separat. Gloria autem et honor omnipotenti Deo nostro in cujus nomine congregati sumus. Post hæc pax et salus et
C diuturnitas piissimo et amatori Christi domino nostro Sisenando regi, cujus devotio nos ad hoc decretum salutiferum convocavit. Corroboret ergo gratia regnum illius, gentesque Gothorum in fide catholica, annis et meritis protegat illum usque ad ultimam senectutem summi Dei gratia, et post præsentis regni gloriam ad æternum regnum transeat, ut sine fine regnet, qui in sæculo feliciter imperat, ipso præstante qui est Rex regum et Dominus dominorum cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen. Definitis itaque his quæ superius comprehensa sunt, annuente religiosissimo principe, placuit deinde nulla re impediente a quolibet nostrorum quæ constituta sunt temerari, sed cuncta salubri concilio conservari. Et quia profectibus ecclesiæ
D et animæ nostræ conveniunt, etiam propria subscriptione (ut permaneant) roboramus. Ego Isidorus in Christi nomine Spalensis ecclesiæ metropolitanus episcopus hæc constituens subscripsi. Similiter et alii episcopi subscripserunt numero quadraginta.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TOLETANI QUINTI.

Habiti æra DLXXXIV, *anno primi Chintillani.*

itutione novarum litaniarum.
odia salutis regum et defensione prolis
rincipum.
3. De reprobatione personarum quæ prohibentur adipisci regnum.
4. De his qui sibi blandiuntur spe rege superstite.

5. De his qui principes maledicere præsumunt.

6. Ut regum fideles a successoribus regum rerum jure non fraudentur pro servitutis mercede.

7. Quod in celebritate cunctorum conciliorum synodus Toletana temporibus Sisenandi habita per probationem vocis clare ob custodiam sui debeat innotescere.

8. De indulgentia principum noxiis servata

9. De favore principum concilii acclan concesso.

INCIPIT CONCILIUM TOLETANUM QUINTUM.

Apud urbem Toletanam diversis ex provinciis Hispaniæ sacerdotes Domini qui in uno pacis osculo in basilica sanctæ martyris Leochadiæ consedimus gratiarum actiones omnipotenti Deo persolvimus, propter suam misericordiam magnam, cujus nutu in hanc convenimus concordiam, et gloriosi principis nostri Chintillani regis initia, ob cujus salutis et felicitatis constantiam supernam imploramus clementiam, qui se in medio nostri cœtus ingressus cum optimatibus et senioribus palatii supplex omnium orationibus commendavit, suosque fideles ita facere sancta exhortatione coegit, atque hanc institutionem quam ex præcepto ejus et decreto nostro sancimus, divina inspiratione præmisit.

Cap. I. Scilicet ut in cuncto regno a Deo concesso specialiter et propria hæc religiosa omni tempore teneatur observantia, ut a die Iduum Decembrium litania triduo ubique annua successione peragatur. et indulgentia delictorum lacrymis impetretur. Quod si dies Dominica intercesserit, in sequenti hebdomada celebretur, ut quoniam abundante iniquitate efficitur, ut usquequaque prolata malitia nova exerceat facinora, nova quoque hæc ipsa consurgat consuetudo, quæ possit ante omnipotentis oculos nostra esse purgatio.

II. Summa autem nobis vigilantia et grandi religionis cura providendum est, ut mala quæ assidue perhibita perpetrantur circumspecta disciplina ecclesiastica exstirpentur. Non enim est incassum scriptum : Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Quamobrem quoniam præponderante onere delictorum experientia pœnæ semper ac sæpe fieri discimus quod magnopere vitare debemus. Quod etiam custoditur cum hoc quod divinis sacramentis spopondimus, temeritate non violamus. Ideoque est compescendum quod crebro invenitur transgressum. Sed ne succedentes præcedant, ac deinde sequentes invideant altioribus, et cuncta quieta et pacata permaneant, hæc in consilio communiter considerata defertur sententia, ut servetis quæcunque universali et magna synodo provisa conscriptaque circa principum salutem et utilitatem sunt. Hæc quoque adjecta custodiantur, videlicet ut omni benignitate omnique firmitate circa omnem potestatem principis nostri Chintillani regis teneatur dilectio, et præbeatur rationabile defensionis adminiculum, ne rebus juste provisis aut etiam parentum digna provisione procuratis vel juris proprietate injuste fraudulentur, nec a quoquam causa illicite exquisita lædendi eos præbeatur, nec quocunque quibuslibet rebus spreta dilectione moles Hæc enim licentia efficit et principes in su suspectos, et subjectos in bonis principum ci Quocirca ne et præmissa contemnantur, et ut tas radix omnium malorum auferatur, conte omnes præsentes et absentes, vel etiam futur poribus consequentes, coram Deo et angel quod si quisquam contestationis temerator ei atque contemptor, et quacunque argumen odiose eos molestare, aut in aliquo fuerit lædere, sit anathema in Christianorum o cœtu, atque superno condemnetur judicio, sit brabilis omnibus catholicis et abominabilis angelis in ministerio Dei constitutis, sit hoc perditus, et in futuro condemnatus qui tan provisioni noluit præbere consensum.

III. Inexpertis novis moribus novam decet i medelam, quapropter quoniam sunt incons quorumdam mentes, et se minime capiente nec origo ornat, nec virtus decorat, qui pass tant licenterque ad regalia majestatis perve stigia : hujus rei causa nostra omnium cum tione divina præbetur sententia, ut si quis ta ditatus fuerit, quem nec electio omnium præ Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem tr consortio catholicorum privatus, et divino mate condemnatus.

IV. Ergo quia et religioni inimicum et hoi constat esse perniciosum futura illicite cogi casus principum exquirere, ac sibi in p providere cum scriptum sit : « Non est nosse momenta vel tempora quæ Pater p sua potestate (*Act.* I, 7), » hoc decreto ce ut quisquis inventus fuerit talia perquisisse vente principe in alium attendisse pro futu spe, aut alios in se propter id attraxisse, a c catholicorum cum excommunicationis sente pellatur.

V. Sed et hoc pro pestilentiosis hominu bus salubri deliberatione censemus, ne quis cipem maledicta congerat, scriptum est legislatore : « Principem populi tui ne mal (*Exod.* XXII, 28). » Quod si quis fecerit, exco catione ecclesiastica plectatur : nam si n regnum Dei non possidebunt, quanto magis Ecclesia necessario pellitur, qui divinæ viole tentiæ invenitur ?

mili providentia pro fidelibus regum nostra
ntentia, ut quisquis superstes principum
t, juste in rebus profligatis aut largitate
s acquisitis nullam debeat habere jacturam,
licenter et injuste perturbentur fidelium
nemo optabit proprium ac fidele præbere
um, dum cuncta nutant in incertum, et
o discriminis formidant causam, sed saluti et
rum principalis pietas debet præbere suffra-
mplis enim cæteri provocantur ad fidem
les non fraudantur mercede.

Propter malarum mentium facilitatem et
æ oblivionis hoc sacratissima statuit synodus,
ni concilio episcoporum Hispaniæ universa-
lii decretum quod propter principum no-
est salutem constitutum, peractis omnibus in
publica voce debeat pronuntiari, quatenus
plicatum auribus vel assiduitate iniquorum
rrita corrigatur, quæ ad prævaricandum et
e et facilitate perducitur.

VIII. In his omnibus quæ præmisimus potestatem indulgentiæ in culpis delinquentium principi reservamus, ut juxta bonitatis suæ moderamen ubi emendationem prospexerit mentium, veniam tribuat culparum.

IX. His vero omnibus finem et robur subscriptione nostra facientes, gloriam et laudem omnipotenti Domino Deo in quantum mortalium valitudo sinit, reddimus; post hæc gratias excellentissimo et gloriosissimo principi nostro Chintillano regi peragimus, cujus ardor fidei studium bonæ intentionis, et unanimitatis 118 concordiam nobis tribuit et charitatis. Donet ei Dominus de inimicis triumphum, et de beatitudine gaudium, custodiat eum protectione assidua, et muniat bonæ voluntatis suæ circumspectione tutissima, cujus regnum manet in sæcula sæculorum. Ego Eugenius Toletanæ Ecclesiæ, provinciæ Carthaginensis metropolitanus episcopus, his omnibus de cæteris annuens sub. Similiter et alii episcopi subscripserunt numero viginti.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TOLETANI SEXTI.

plenitudine fidei catholicæ.
observatione litaniarum.
custodia fidei Judæorum.
damnatione clericorum per pecuniam ec-
cos gradus assequentium.
stipendiis clericorum ne a jure alienentur
um,
viris et feminis sacris propositum transgre-
s sacrum.
pœnitentibus transgressoribus.
d quibusdam pœnitentibus pristina tradan-
gia.
professoribus et obedientia libertorum ec-
s progenie libertorum ecclesiæ ne eis vel
ntiatione ab ecclesia liceat evagari.
11. Ne in accusatione legitima quispiam condemnetur.
12. De confugientibus ad hostes.
13. De honore primatum palatii.
14. De remuneratione collata fidelibus regum.
15. Ut res ecclesiæ a quibuslibet juste collatæ in earum firma stabilitate permaneant.
16. De incolumitate et adhibenda dilectione regiæ prolis.
17. De his qui rege superstite aut sibi aut aliis adfuturum provident regnum, et de personis quæ prohibentur ad regnum accedere.
18. De custodia vitæ principum et defensione procedentium regum a sequentibus adhibenda.
19. De gratiarum actionibus in communione concilii Deo et principi datis.

INCIPIT CONCILIUM TOLETANUM SEXTUM.

nientibus nobis Hispaniarum Galliciæque
ous cum orthodoxi et gloriosi Chintillani
ntaribus hortamentis, absque impedimento
rio Toletano, in ecclesia sanctæ Leocha-
yris sedibus collocatis, sub die sexta Idus
anno primo prædicti principis et triumpha-
isti, æra DCLXXX, statuimus subter inserta.

Cum primum omnipotenti Deo pro corona
ita numerosæ gratiæ in nobis fuissent per-
il melius, nihil salubrius omnium insedit
uam more synodi universalis post solem-
nnctæ orationis quod mente interius ru-
ius lingua narraremus, et quod corde cre-
, ore ructaremus superna favente sententia
« Eructavit cor meum verbum bonum (*Psal.* XLIV, 2), » et juxta prophetam : Verbum fecit Dominus abbreviatum super terram. Quamobrem ex abundantia nostri cordis sit confessio vocis ut fidem quam omnium mens intrinsecus gestat, in confessione interpres lingua foris effundat. Itaque credimus et profitemur sacratissimam omnipotentissimam Trinitatem, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unum Deum solum non, solitarium, unius essentiæ, virtutis, potestatis, majestatis, uniusque naturæ, discretam in separabilibus personis, indiscretam essentialiter substantia deitatis, creatricem omnium creaturarum, Patrem ingenitum increatum, fontem et originem totius divinitatis, Filium a Patre intemporaliter ante omnem creaturam sine initio genitum non creaturam, nam nec Pater unquam sine

Filio, nec Filius exstitit sine Patre, sed tamen Filius Deus de Patre Deo, non Pater Deus de Filio Deo, ille autem Filius Patris, et Deus de Patre per omnia coæqualis Patri, Deus verus de Deo vero, Spiritum verum sanctum neque genitum neque creatum, sed de Patre Filioque procedentem utriusque esse Spiritum. Ac per hoc substantialiter unum sunt qui et unus ab utroque procedit. In hac autem Trinitate tanta est unitas substantiæ, ut pluralitate careat, et æqualitatem teneat. Nec minor in singulis quam in omnibus, nec major quam in singulis personis manet. Ex his tribus divinitatis personis solum Filium fatemur ad redemptionem humani generis, propter culparum debita quæ per inobedientiam Adæ originaliter, et nostro libero arbitrio contraximus resolvenda secreto Patris, ex arcano prodidisse, et hominem sine peccato de sancta semper virgine Maria assumpsisse, ut idem Filius Dei Patris esset Filius hominis, Deus perfectus et homo perfectus, ut homo perfectus et Deus esset unus Christus, naturis in duabus una persona, ne quaternitas Trinitati accederet, si in Christo geminata persona esset. Ergo a Patre, et Spiritu sancto separabilis creditur persona, ab homine autem assumpto natura, idem cum eodem homine unus exstat persona cum Patre et Spiritu sancto natura, ac, sicut diximus, ex duabus naturis et una persona, unus est Dominus noster Jesus Christus, in forma divinitatis æqualis Patri, in forma servi minor Patre. Hæc est enim vox ejus in psalmo : « De ventre matris meæ Deus meus es tu (*Psal.* XXI, 11). » Natus itaque a Deo sine matre, natus a virgine sine Patre, solus « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (*Joann.* I, 14). » Et cum tota cooperata sit Trinitas formationes suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tamen Filius suscepit hominem in singularitate personæ, non in unitate divinæ naturæ, id est quod proprium est Filii non quod commune est Trinitati. Nam si unam nati hominis, Dei alteram confecisset personam, tota Trinitas corpus assumpsisset, quoniam constat naturam Trinitatis esse unam, non tamen personam. Hic ergo Dominus noster Jesus Christus missus a Patre suscipiens quod non erat, nec amittens quod erat, inviolabilis de suo, mortalis de nostro, venit in hunc mundum peccatores salvos facere et credentes justificare, faciensque mirabilia traditus est propter delicta nostra, mortuus est propter expiationem nostram, resurrexit propter justificationem nostram, hujus livore sanati, hujus morte Deo Patri reconciliati, hujus resurrectione sumus resuscitati. Quem etiam venturum in fine exspectamus sæculorum, cum resurrectione omnium æquissimo suo judicio redditurum justis præmia, impiis pœnas. Ecclesiam quoque catholicam credimus sine macula et ruga, corpus ejus esse, regnumque habituram cum capite suo omnipotenti Christo Jesu, postquam hoc corruptibile induerit incorruptionem, et mortale immortalitatem, ut sit Deus omnia in omnibus. Hac fide corda purificantur, hac

A hæreses exstirpantur, in hac omnis Ecclesia jam cœlesti regno deinceps in sæculo præse riatur, et non in alia fide est « salus, nec er men aliud est sub cœlo datum hominibus oporteat nos salvos fieri (*Act.* IV, 12). »

II. Religiosissimi principis nostri devotic nostrorum consacerdotum primo anno re constitutionem cum magna reverentia et tione suscipientes, quam constat jam in omn suo annua vice celebrari, quam placuit etian assertione firmari : proinde universalis auc censemus concilii, ut hi dies litaniarum quæ odo præmissa sunt instituti, eodem in temp jussi sunt excoli, annuo recursu omni obser habeantur celeberrimi, ut pro illis quibu

B usque simul sumus implicati delictis, sit nos piatio ante oculos Dei omnipotentis.

III. Inflexibilis Judæorum perfidia deflexa videtur pietate et potentia superna. Hinc enir quod in spiramine summi Dei excellentiss Christianissimus princeps ardore fidei inflan cum regni sui sacerdotibus prævaricationes e stitiones eorum eradicare elegit funditus, n degere in regno suo eum qui non est cathol cujus fervorem fidei gratias omnipotenti cœlorum agimus, eo quod tam illustrem c animam et sua repleverit sapientia, ipse quo net ei et in præsenti sæculo longævam vitar futuro gloriam æternam. Illud autem provic

C cura, et valde est decernendum vigilanti sole ejus fidei calor, et noster labor quandoque ir ris tepefactus liquescat. Quocirca consonam corde et ore promulgamus Deo placituram tiam, simul etiam cum suorum optimatun triumque virorum consensu et deliberatione mus, ut quisquis succedentium temporum re titus fuerit apicem, non ante conscendat reg dem, quam inter reliqua conditionum sacr pollicitus fuerit hanc se catholicam non permi eos violare fidem, sed et nullatenus eorum p favens vel quolibet neglectu, aut cupiditate i ad præcipitia infidelitatis aditum præbeat p cationis, sed quod magnopere nostro est t conquisitum debeat illibatum perseverare i

D rum. Nam incassum bonum agitur, si non e videtur perseverantia. Ergo postquam ordin missorum ad gubernacula accesserit regni, temerator hujus exstiterit promissi, sit an marathana in conspectu Dei, et pabulum el ignis æterni, simulque cum eo damnatione p quicunque sacerdotum vel quilibet Christia eorum implicati fuerint terrore. Nos etenim sentia decernimus, ut præterita quæ in un synodo de Judæis conscripta sunt confir quoniam ea quæ necessaria pro eorum sal scribi potuerunt, in eisdem esse cauta sai Quapropter quæ tunc decreta sunt valitura e semus.

IV. Sæpe pullulantia pravitatis germina li

primum justa noverimus severitate dam-
ia tamen crebris conspiciuntur denuo vigere
, justitiæ acriore vigore radicitus amputare
. Proinde quicunque Simonis imitator si-
quoque hæresis exstiterit sectator ut eccle-
im ordinum gradus non dignitate morum
sed munerum impensione conquirat et per
unera capiat, quibus hunc nec rationis or-
lignitas morum ulla commendat, talis in-
crorum ordinum apices penitus adipisci
do permittatur, sed et si adeptus fuerit,
ione privatus cum ordinatoribus suis pro-
bonorum amissione damnetur.

e fit ut proprietati originis obsistat lon-
temporis. Quapropter providentes decerni-
uis clericorum stipendium de rebus eccle-
quam episcopi percipit largitate, sub pre-
nine debeat professionem scribere, nec præ-
diuturna præjudicium afferat ecclesiæ,
nque in usu perceperit debeat utiliter labo-
ec res divini juris videantur aliqua occa-
ligi, et subsidium ab ecclesia cui deserviunt
possint clerici. Quod si quis eorum contem-
ere, ipse se stipendio suo videbitur privare.
clivis cursus est ad voluptatem et imitatrix
tiorum : quamobrem quisquis virorum vel
habitum semel induerit spontanee reli-
aut si vir deditus ecclesiæ, vel femina fuerit
elegata puellarum monasterio, in utroque
varicator ad propositum invitus reverti co-
vir detondeatur, et puella ad monasterium
ur. Si autem quolibet patrocinio desertores
e voluerint, sacerdotali sententia a Chri-
cœtu habeantur extorres, ut nec locus eis
ommunionis. Viduæ quoque sicut univer-
dus jam statuit professionis vel habitus
rices superiori sententia condemnentur.

VII. Quamvis priora nunquam siluerint de
nore concilia, ratio tamen deposcit ut ea
uenti prævaricatione iterantur, frequenti
condemnentur. Et ideo, tanta exstitit per-
ominum ut hi, quos sub religioso habitu
æ professio pro venia peccatorum ad ma-
rdotis deduxit vel adduxit, iterum rediviva
l vitæ pristinæ sordes revocet. Hujus rei
ucta synodus decernit ut, si qui ingenuo-
sque sexus sub nomine pœnitentis in ha-
gioso sunt conversati, post hæc autem
utrientes vel vestimenta sæcularia sumen-
quod reliquerant, redierunt, ab episcopo
n cujus territorio sunt conversi, compre-
sus legibus pœnitentiæ in monasteriis sub-
riti; quod si fieri propter alicujus potestatis
lifficile fuerit, tunc sicut priscorum cano-
erunt decreta, quousque ad dimissum or-
vertantur, excommunicati et anathemate
ti habeantur. Similiter et hi qui post com-
a vel interdictum cum ipsis communicave-
rdos autem ad quem pertinere noscuntur,
si eos quolibet munere vel favore aut negligentia admonere noluerit ut aut revertentes suscipiat, aut contemnentes de ecclesia rejiciat, simili sententia plectatur, quousque emendationis eorum vel damnationis ab eo sententia promulgetur.

VIII. Antiqui et sanctissimi est Patris sententia papæ Leonis, ut is qui in ætate adolescentiæ positus, dum mortis formidat casum, pervenerit ad pœnitentiæ remedium, si conjugatus forte fuerit incontinens, ne postea adulterii incurrat lapsum, redeat ad pristinum conjugium quousque possit adipisci temporis maturitate continentiæ statum. Quod nos sicut de viris ita de feminis æquo modo censemus, non quidem hoc generaliter et canonice præceptum, sed constat a nobis pro humana fragilitate indultum, ea duntaxat ratione, ut si is qui pœnitentiæ non est legibus deditus ante ab hac vita decesserit quam ex consensu ad continentiam eorum unde fuerit regressus, superstiti non liceat denuo ad uxoris transire amplexus. Si autem illius vita exstiterit superstes qui non accepit benedictionem pœnitentis nubat, si se continere non potest, et ulterius consortio fruatur uxoris, quod de utroque sexu pari modo a nobis manifestum est decretum esse, ita videlicet, ut in his omnibus sacerdotis ordinatio exspectetur, ut juxta quod ætatem aptam perspexerit, continentiæ absolutionis vel districtionis tribuat legem.

IX. Longinquitate sæpe fit temporis ut non pateat conditio originis, unde jam decretum est in anterioris universalis concilii canone ut, professionem suam liberti Ecclesiæ debeant facere qui profiteantur se et de familiis esse Ecclesiæ, et Ecclesiæ obsequium nunquam relicturos. Unde his quoque nos adjicimus ut, quotiens cursum vitæ sacerdos impleverit, et de hac vita migraverit, mox cum successor ejus advenerit, omnes liberti Ecclesiæ vel ab eis progeniti chartulas suas in conspectu omnium debeant ipsi, qui substituitur, pontifici publicare et professionem conspectu Ecclesiæ renovare, quatenus status sui vigorem obtineant, et obedientia eorum Ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis suæ intra annum ordinationis novi pontificis manifestare contempserint, aut professiones renovare noluerint, vacuæ et inanes chartulæ ipsæ remaneant, et illi origini suæ redditi sint perpetuo servi.

X. Etenim decet ut hi quorum parentes titulum libertatis de familiis ecclesiæ perceperint, intra ecclesiam cui obsequium debent causa eruditionis enutriantur. Contemptus quippe est patronorum si, ipsis neglectis, aliis ad educandum detur progenies manumissorum.

Itaque censemus ut sine status sui præjudicio ab episcopo habeantur in doctrinæ obsequio, quatenus et illi debitum reddant famulatum, et nullum patiantur suæ ingenuitatis detrimentum. Eos vero qui aliter quam sententia nostra decreverit agere tentaverint, invitos jubemus ab episcopis ad hæc ipsos reduci. Quod si forte parentes eorum pontificibus

suis dare contempserint, et alios sibi patronos adoptaverint, ingratorum feriantur lege libertorum.

XI. Dignum est ut vita innocentis nulla maculetur pernicie accusatoris. Ideo quisquis a quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur, quam accusator præsentetur, atque legum et canonum sententia exquiretur. Quod si indigna ad accusandum persona invenitur, ad ejus accusationem non judicetur.

XII. Pravarum audacia mentium sæpe malitia cogitationum aut causa culparum refugium appetit hostium. Unde quisquis patrator culparum exstiterit talium, virtutem petens defendere adversariorum, et patriæ vel genti suæ detrimenta intulerit rerum, potestate regis ac gentis reductus, excommunicatus et retrusus longinquioris pœnitentiæ legibus subdatur; quod si ipse mali sui prius reminiscens ad ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum et reverentia loci regia in eis pietas reservetur comitante justitia.

XIII. Qui primatu dignitatis atque reverentiæ vel gratiæ ob meritum in palatio honorabiles habentur, his a junioribus modestus honor per omnia deferatur, qui etiam minores a senioribus et dilectionis amplectantur affectu, et utilitatis imbuantur exemplo.

XIV. Præmium fraudare fidelibus non solum inhumanum, sed etiam existit injustum. Ideoque cum fidei meritum tam in rebus diviuis quam in humanis non habeatur ingratum, dignum videtur ut sacerdotali sententia consulamus fidelibus regis. Proinde ut anno primo serenissimi principis nostri decrevit concilium sanctum omnes fideles qui obsequio et sincero servitio voluntatibus vel jussis paruerint principis totaque intentione salutis ejus custodiam habuerint, a regni successoribus, nec a dignitate nec a rebus pristinis causa repellantur injusta, sed nunc ita pro uniuscujusque utilitate principis moderentur discretione, sicut eos perspexerit necessarios esse patriæ; et sic illis impartiatur benignitas, ut in cæteris magnæ monstretur gratiæ potestas, quatenus ita omnia in rebus juste conquisita lucrentur ut posteris relinquendi vel quibus voluntas eorum decreverit conferendi spontaneo fruantur arbitrio. Cæterum si infidelis quisquam in capite regio aut inutilis in rebus commissis, præsente domino nostro piissimo Chintillano rege exstiterit, in clementia ejus maneat potestatis suo nutu constituenda hujusmodi moderatio, nefas est enim in dubium deducere ejus potestatem, cui omnium gubernatio superno constat delegata judicio. Quod si post decessum quispiam repertus fuerit ejus vitæ fuisse infidelis, quidquid largitate ipsius in rebus habuit conquisitis careat, confiscando illo et fidelibus largiendo.

XV. Quia his qui principibus digne deserviunt, atque deferentibus fidele illis obsequium constat nos optimum ministrasse suffragium, dum juste a principibus acquisita in eorum jure persistere sancimus indivisa : æquum est maxime ut rebus ecclesiarum Dei adhibeatur a nobis providentia opportuna, adeo ut quæcunque res ecclesiis Dei a principibus juste concessæ sunt, vel fuerint, vel cujuscunque alterius personæ quolibet titulo illis non injuste collatæ sunt vel exstiterint, ita in earum jure persistere firma stabilitate jubemus, ut evelli quoquo casu vel tempore nullatenus possint. Opportunum est enim, ut sicut fidelia hominum servitia non existere censuimus ingrata, ita ecclesiis collata, quæ propria sunt pauperum alimenta, eorum injuriæ pro mercede offerentium maneant inconvulsa.

XVI. Sicut insolentia malorum regum odiosa et exsecrabilis semper existit subjectis, ita bonorum provida utilitas amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat, aut quis talem errantem Christianum videat qui regiam sobolem, aut posteritatem conetur exspoliare rebus, aut privare dignitatibus? quod ne fiat, cum generalis promatur de principis filii sententia, de præsenti excellentissimi Chintillani regis posteritate dantur apta decreta a nobis, ut ea quæ synodus præterito anno in hac ecclesia habita constituit, circa omnem posteritatem ejus universitas regni sui conservet, hoc est ut præbeatur filiis ejus dilectio benigna et firma, et tribuantur ubi loci opportunitas exhibuerit defensionis adminicula justa, ne de rebus juste profligatis, aut parentum dignitate procuratis, vel largitate principum, vel alicujus impensis, aut etiam proprietate debitis fraudentur quibuslibet insidiis calliditatis, neque a quoquam lædendi eos præbeantur argumenta machinationis, quia dignum est ut cujus regimine habemus securitatem, ejus posteritati decreto concilii impertiamus quietem. Denique tanta erga nos nostri principis exstant beneficia, ut longum sit sigillatim ea promere lingua. Ipse enim auctore Deo nobis pacem, ipse quasi captivam reduxit charitatem, ipsius opequieti, ipsius sumus largitione ditati, ipse medicamine bonitatis suæ, et reis pepercit, et rectos sublimavit. Cui si dignis voluerimus respondere beneficiis, non tantis exstamus copiis virtutis, quibus tantæ voto sufficiamus voluntatis.

XVII. Quoniam in concilio auteriori, quod anno primo gloriosi principis nostri habitum est, de hujusmodi re fuerit promulgata sententia, tamen placet iterare quod convenit custodiri. Itaque regis vita constante, nullus sibi aliquo opere, vel deliberatione cujuscunque dignitatis laicus, seu gradus episcopi, aut presbyteri, aut diaconi consecratus, cæterisque clericatus officiis deditus futurum regem provideat contra viventis regis utilitatem, et procul dubio voluntatem, nullo blandimento, vel suasione pro eadem spe, aut alios in se trahat, aut ipse in alium acquiescat. Iniquum enim, et valde exsecrabile Christianis debet haberi futuri temporis illicitis prospicere, et vitæ suæ ignaros ventura disponere. Quod si quisque jam talia iniqua deliberatione cum quocunque est meditatus, hoc sibi noverit esse secerdotali moderatione concessum, si veniabiliter poscit, ut hoc

ra præsentis principis auribus studeat pu- A culo quasi proprii patris ejus ulciscatur interitum.
Si autem retineat, et deliberationis suæ In cujus defensionis auxilium universi regni Gothomenta noluerit dicere, pessimo plectatur rum consentiat fortitudo. Si autem desidiæ causa,
ıate; rege vero defuncto, nullus tyrannica et minori zelo, tam funestum noluerit vindicare
ptione regnum assumat, nullus sub religio- scelus, sint omnes ex nostra sententia opprobrium
tu detonsus, aut turpiter decalvatus, aut ser- cæteris gentibus.
iginem trahens, vel extraneæ gentis homo, XIX. His omnibus rite dispositis, et diuturna col-
ere et moribus dignis promoveatur ad api- latione deliberatis, benedictionem, gloriam et hono-
ɜni. Temerator autem hujus præceptionis rem invisibili omnium auctori rependimus luminum
mæ perpetuo anathemate damnetur. Patri, et in conservandis ejus imploramus opem
Jam quidem in antecedenti universali sy- suffragii, ut constitutionibus nostris robur tribuat,
uti nostrorum principum constat esse con- seu virtutem, fragilitatemque humanam huic dispo-
sed libet iterare bene sancita, et digna sitioni reddat efficacem, id est salubrem, ut non judicet
ıte munire salubriter ordinata: ideoque te- prævaricatricem. Nos ergo omnia superscripta omni
ɔoram Deo et omni ordine angelorum, co- auctoritate priscorum canonum subscriptione nostra
phetarum atque apostolorum vel omni mar- B firmamus, et gratias agimus Christianissimo et glo-
ɔhoro, coram omni Ecclesia catholica et riosissimo Chintillano principi nostro, cujus stu-
ıorum cœtu, ut nemo intendat in interitum dio advocati et instantia collecti sumus. Cujus vo-
ɜmo vitam principis attrectet, nemo regni luntas probata ordinatio exstitit religiosa, donec
bernaculis privet, nemo tyrannica præsum- ei Dominus optimo principi diuturnum in sæculo
ıpicem regni sibi usurpet, nemo quolibet præsenti triumphum, et in parte justorum perpe-
mento in ejus adversitate sibi conjuratorum tuum regnum, felicibusque annis felix ipse in longa
ɑssociet; quod si quidquam horum quisquam felicitate fruatur, et divinæ dexteræ protectione
m temerate præsumpserit, anathemate di- ubique muniatur. Ego Silva, etsi indignus, Ecclesiæ
rculsus absque ullo remedii loco habeatur episcopus Narbonensis, in his constitutionibus a
natus æterno judicio. Is autem qui ejus se- nobis editis subscripsi. Similiter et alii episcopi
rit assecutus, 120 si vult tanto expiari pia- subscripserunt, numero triginta septem.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII SEPTIMI TOLETANI.

refugis atque perfidis clericis sive laicis.
languoris eventu ministrantium clerico-
exsequiis morientis episcopi.
4. De exactione Ecclesiarum Galliciæ provinciæ.
5. De reclusis inhonestis, sive vagis.
6. De convicinis episcopis in urbe regia commorandis.

INCIPIT CONCILIUM SEPTIMUM TOLETANUM.

a episcoporum, anno sexto Cindasiundi regis, æra DCLXXX, *quinto Kalend. Novembris.*

. Cum in nomine sanctæ Trinitatis, pro C constituenda competenter existimantur. Quis enim
ım disciplinis ecclesiasticis tam nostra de- nesciat quanta siut hactenus per tyrannos et refu-
quam studio serenissimi et amatoris Christi gas transferendo se in externas partes, illicite per-
undi regis nostri, apud Toletanam urbem petrata, et quam nefanda eorum superbia jugiter
ıs adesset, competenter visum est mutua colla- frequentata quæ et patriæ diminutionem afferrent,
ɜernere, quod sollicite conservandum et præ- et exercitui Gothorum indesinentem laborem impo-
et futuris commodis nimium, ut confidimus, nerent? Quod siquidem laicorum insania fuisset
ɜ constabit, magisque semper est magnopere factum, tolerandum a nobis forsitan aliquotiens vi-
ıdum quidquid ecclesiasticis moribus, vel deretur: illud tamen est vehementius stupendum,
utilitati, sine qua quieti non vivimus, op- quod pejus est tantæ religionis proposito in hac
m esse perpenditur. Nam licet et ante con- interdum præsumptione præcipites efferuntur, ut
es canonum existant, quæ ad omnem pos- ad non levem confusionem nostram pertineat, si res
ɜeptionem sufficere, si quis eas dignetur ullatenus remaneat, quam et mundana lege et ec-
attendere, tanto tamen luminis claritas clesiastica convenit disciplina corrigere. Ideoque
emicat, quanto fuerit studiosius sæpissime placuit nunc concordi sententia definire ut, quisquis
ıta. Non parum proficit ad emendationem D in ordine clericatus a maximo gradu usque ad mi-
m, si ea quæ constituta sunt per fraternam nimum constitutus in alienæ gentis regionem se
em ad memoriam reducantur, si illa etiam quacunque occasionem transduxerit, ut exinde su-
ur quæ aut deesse videntur, aut omnino perbiendo vel redditum suum vel quodlibet aliud vi-

deatur expetere, sive etiam quod genti Gothorum, vel patriæ vel regno specialiter sub hac occasione possit nocere vel fieri disposuerit, vel aliquatenus fecerit, sed et quicunque talibus conscius reperitur, eisque vel concilium vel opem administrare cognoscitur, qualiter aut ad gentem alienam fugam appeteret, aut in malis quæ cœperant perdurarent, seu quamcunque læsionem genti Gothorum vel patriæ aut principi post fugam inferrent, atque in eadem pravitate perseverarent : quisquis hoc fecisse dignoscitur, iste ita indubitanter omni honoris sui gradu privetur, ut locum ejus in quo ministraverat alter continuo perpetim regendum accipiat. Ipse vero transgressor sub pœnitentia constitutus, si reminiscens mali quod fecerat usque in diem mortis suæ rectissime pœnituerit, in solo tantum fine communio ei danda est, ita ut antequam finis ejus tempus adveniat. Si quisquam sacerdotum etiam ordinante ei principe communicare consenserit, particeps criminis illius effectus, anathema fiat in perpetuum, ac simili cum eo cui communicaverit sententia condemnetur, quoniam potestate principis nullus sacerdotum in hoc præbere debet assensum, unde vel perjurium videatur incurrere. Vel (quod absit) si quicunque catholicæ fidei prævaricator princeps surrexerit, sacerdos nullatenus favore principis, vel terrore a rectæ credulitatis lumine ad tenebras cogatur reverti. Sic enim nec super annexa capitula vel imperiis principum, vel terroribus oportebit unquam evacuare, quia novimus omnes pene Hispaniæ sacerdotes, omnesque seniores, vel judices ac cæteros homines officii palatini jurasse, atque ita nunc legibus decretum fuisse, ut nullus refuga vel perfidus qui contra gentem Gothorum vel patriam seu regem agere alterius gentis societatem se transducere reperitur, integritate rerum suarum nullatenus reformetur, nisi forsitan principes humanitatis aliquid personis talibus impartire voluerint, cui tamen non amplius quam vigesimam partem rerum ei qui perfidus exstitit de rebus unde rex elegerit tribuendi potestatem habebit. Sed quia plerosque clericos instantis levitatis interdum pravitatis præsumptio ita elevat ut prætermissa ordinis sui gravitate, ac polliciti sacramenti immemores, constante principe cui fidem servare promiserant, in alterius electionem temeraria levitate consentiant, abrogari decet hanc omnino licentiam, et a nostro consortio penitus exstirpari, ita ut, si quicunque laicorum quandoque intra fines patriæ Gothorum superbiens, regni apicem sumere fortasse tentaverit, eique clericorum quilibet adjutorium vel favorem præstiterit, atque hunc qui superbire videtur ad eamdem regni ambitionem prævalente delicto pervenire contigerit, ex eo quodam die, vel tempore eumdum episcopum, vel cujuslibet ordinis clericum excommunicatum manere perpetim opportebit qui tali se scelere implicavit, tamen si propter improbitatem principis, cui inique consensit, non potuerit instantia sacerdotum a communione suspendi, saltem se superstitem post ejusdem regis obitu pus invenerit superiori anathematis correpti jaceat, et quicunque illi præter in ultimo v fine (si tamen eum legitime pœnitere pr communionis gratiam consenserit impen Nobis interim ratio persuasit synodali su constitutione decernere ut quicunque etian rum interdictis capitulis hoc in adversitaten aut patriæ potestatisve regiæ in externa se conferendo vel talibus opem præbendo fuerit ultra repertus, non solum (ut dict omnium rerum suarum proprietate prive et perpetua excommunicatione damnetur, quam illi, nisi in ultimo mortis suæ tempore nio tribuatur, excepto si communionis ejus re vel eorum, de quibus supra tractavimus, i tione sacerdotum apud principem fuerit i tum. Nam si in derogationem aut contu principis reperiatur aliquis nequiter loqui, necem regis, seu direptionem intendere, v sensum præbere, nos quidem hujuscemodi municatione dignum censemus, utrum ta illi quandoque communicandum pietati p decernendum relinquimus, cujus procul di testatis est subjectorum culpas misericordiæ que sententia temperare. Contestamur aut mentissimos principes, et per ineffabile div minis sacramentum obtestantes unanimite cramus, ne quandocunque absque justa (cesse fuerit) imploratione sacerdotali exco cationis hujus sententiam a perfidis cleri laicis ad externas partes se transferentibus v sensum præbentibus quacunque temeritate dant, nam hoc magis utilitatibus videtur fe sultum si constitutionis nostræ forma s Exsecrandum anathema fiat, et velut pra tor catholicæ fidei semper ad Dominum r stat, quicunque regum deinceps canonis hu suram in quocunque crediderit, vel permise landum.

II. Nihil contra ordinis statutum temerita præsumatur, neque illa quæ summa ven censentur, vel minimo præsumptionis tactu tur, cum ad hoc tantum fieri jussa sunt n rupta noscantur, vel languoris proventu rol lutis privetur natura. Non ergo fragilitati sol sulit humanæ, sed etiam sacris mysterior providetur haberi sollicitudinem. Censuim convenire, ut cum a sacerdotibus missarum t sancta mysteria consecrantur, si gratitudinis cujuslibet eventus, quo cœptum nequeat c tionis expleri mysterium, sit liberum episc presbytero alteri, consecrationem exsequi cœpti. Non enim aliud ad supplementum mysteriis competit quam aut incipientis, aut quentis completa benedictione sacerdotis, q perfecta videri possunt, nisi perfectionis compleantur. Dum enim sumus omnes u Christo, nihil contrarium diversitas form

prosperitatis unitas fidei repræsentat, a consultum cuncti ordinis clerici indivisibi non ambigant, sed (ut præmissum dentibus libenter alii pro complemento nec tamen quod natura languris causa in præsumptionis pernicie convertatur. t cibum potumque quemlibet minimum nissas facere, nullus absque patenti prostiæ minister vel sacerdos, cum cœperit officia, præsumat omnino relinquere. Si temerare præsumpserit, excommunicaentiam sustinebit.

uæ competunt honestati contingit sæpe n desidia non impleri. Proinde quia noe dignitas in exsequiis morientis episcopi us conservetur traditione moris antiqui, adjicimus, ut si quis sacerdotum secunta concilii Valentini ad humanda dececopi membra venire commonitus pigra listulerit, appellantibus clericis obeuntis ud synodum, sive apud metropolitanum , tempore anni unius non faciendi miscommunicandi habeat omnino licentiam. autem sive cæteri clerici, quibus major us apud eamdem ecclesiam fuerit cujus bierit, sed omni sollicitudine pro exsejam mortui, aut continuo antistitis morinmonendum tardi inveniantur, aut per ne molestiam animi id negligere comprotius anni spatio ad pœnitentiam in moeputentur.

. Inter cætera denique quæ communi conconferre competenter oportuit, quærimoparochianorum presbyterorum Galliciæ olertissime discernere decuit, quas contra suorum rapacitates necessitas (ut compelem compulit in publicum examen deferri; pontifices (ut evidens inquisitio patefecit) moderamine parochianas ecclesias prædum in exactionibus superflui frequenter ene usque ad exactionem extremæ virtutis asilicas perduxisse probantur. Ne ergo ero quod constat hactenus inordinate præn amplius quam duos solidos unusquisque m privatæ provinciæ per singulas diœsingulas ecclesias juxta synodum Braccanua illatione sibi exspectet inferri, monatamen basilicis ab hac solutionis expenictis. Cum vero episcopus diœcesem visitat ultitudine onerosus existat, nec unquam numerum evectionis excedat, aut amplius die per unamquamque basilicam remotiam habeat. Quicunque vero pontificum aliter quam decernimus agendum præcorreptioni procul dubio canonum subjapuam constitutionum synodalium transpriscorum Patrum edicti corruptor.

lam Paternarum ignaros vel oblitos traditionum, in tantam conspicimus corruisse desidiam, ut eorum exsecrando usu pene oblita patescant quæ exstiterunt legitime constituta. Dum enim indocti docere appetunt, quid aliud quam quia ignorantiæ errore vexentur, ostendunt? Et quia gressu præpostero innitentes, præsumptionem doctrinæ docendi studio anteponunt, patet quod non summæ humilitatis gratiam petunt, sed exactioni depravationis inserviunt. Ex hoc ergo juste severitatis talia decernentes, opportuno amputare judicio innuimus eos quos in cellulis propriis reclusa sanctæ vitæ ambitio tenet, quosque ejusdem sancti propositi et merita juvant, et probitas ornat, quia hos Dei auxilio, et nostro favore tutos esse constat, illos vero quos in tali proposito ignavia impulit, non prudentiæ cognitio deputavit, quosque nulla vitæ dignitas ornat, sed (quod est deterius) et ignorantia fœdat, et morum exsecratio turbat, decernimus ab his abjici cellulis atque locis in quibus aut feruntur vagi, aut tenentur inclusi, atque ab episcopis sive rectoribus monasteriorum ex quorum congregatione fuerunt, vel in quorum vicinitate consistunt, in monasteriis omnimodo deputentur, ut illic sancti ordinis meditantes doctrinas primum possint discere quæ sunt a Patribus instituta, ut postea valeant docere quæ sunt sancta meditatione percepta, atque tunc demum si doctrinæ et sancti operis fructu exstiterint fecundati ad summam virtutis properent exercitio sanctæ intentionis imbuti. Deinceps autem quicunque ad hoc sanctum propositum venire disposuerint, non aliter illis iterum dabitur assequi, nec hoc antea poterunt adipisci, nisi, prius in monasteriis instituti, et secundum sanctas monasteriorum regulas plenius eruditi, et dignitatem honestæ vitæ, et notitiam potuerint sanctæ promereri doctrinæ. Illos autem quos tantum extrema vesania occuparit, ut in certis locis vagi, ac morum depravationibus inhonesti, ullam prorsus, nec stabilitatem sedis, nec honestatem mentis habere exstiterint cogniti, quicunque ex sacerdotibus vel ministris vagantes repererint, aut si fuerint prope, cœnobiorum Patribus corrigendos assignent, aut si difficile est pro sola honestate vigoris suæ potestati erudiendos inclinent.

VI. Id etiam placuit, ut pro reverentia principis ac regiæ sedis honore, vel metropolitani civitatis ipsius, et consolatione convicini Toletanæ urbis episcopi, qui ejusdem pontificis admonitionem acceperint, singulis per annum mensibus in eadem urbe debeant commorari, messivis ac vindemialibus feriis relaxatis. Nos autem immortali Deo, et glorioso Cindasiundo principi, ob cujus votum in hanc urbem sancta devotione convenimus, gratias unanimiter offerentes, optabili annisu deposcimus, ut sanctæ Ecclesiæ catholicæ fidei semper ac pacis cumuletur affectus et memorato principi cum prosperitate præsentis regni futuri etiam largiantur præmia gaudii, ipso præstante qui in Trinitate unus Deus vivit et gloriatur in sæcula sæculorum. Horontius in Christi

nomine sanctæ Emeritensis Ecclesiæ metropolitanus episcopus, hæc constituta definiens subscripsi. Similiter et alii episcopi subscripserunt, numero, triginta octo.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII OCTAVI TOLETANI.

Allocutio Reccesiunthi regis ad synodum.

De catholicæ fidei plenitudine.

1. De incauto juramento.

2. De his qui sacrosanctos ordines muneribus assequuntur, et fautoribus eorum.

3. De incontinentibus episcopis.

4. De incontinentibus presbyteris, ac diaconibus, et feminis quæ talibus conjunguntur.

5. De incontinentibus diaconibus.

6. De his qui post assumpta ecclesiasticarum dignitatum officia, ad conjugia redeunt.

7. De non ordinandis his qui psalmorum canticorum, seu hymnorum, gnari sunt.

8. De his qui prætextu incommodæ ægritudinis Quadragesimæ jejunium solvunt.

9. De his qui aut per auctoritatem aut per vim ordinati sunt.

10. De confirmatione universalium decretorum.

11. De Judæis.

INCIPIT CONCILIUM TOLETANUM OCTAVUM.

Celebratum æra DCLI, *sexto Kalendas Januarii.*

Anno quinto orthodoxi atque gloriosi, et vera clementiæ dignitate præcipui Reccesiunthi regis, cum omdes non divinæ ordinatio voluntatis ejusdem principis serenissimo jussu in basilica sanctorum apostolorum ad sacrum synodi coegisset congregari conventum, dies tandem lætitiæ appetitu diutissime præoptatus et gratus adfuit, et jocundus tanto nostri pectoris avidiori voto susceptus, quanto ad remedium salutis exstiterat, anhelantium præcordiis exquisitus. Cumque ex more unusquisque nostri ordinis sedes debitas occupasset, et eventum rei tranquillæ intentionis exspectatio sustineret, adest serenissimus princeps pia religione plenissimus, et summo laudum titulo gloriosus, qui se nostro cœtui reddens acclivem, ut hunc omnipotenti Domino precibus commendaremus astans dulcibus ut filius nos cohortatus est verbis, grates deferens Deo virtutum, quod suæ jussionis implentes decretum in unum fuissemus adunati concilium; sed cum tamen humilem cognovissemus ejus animæ voluntatem, et tam sublimis gloriæ celsitudinem videremus acclivem, tanta sumus inde gloria exsultationis succensi, ut grates illi debitas et honorem, et læti redderemus, et cernui, sed quantum extulerat principem humilitatis ordo sublimis, tantum ad exercitia summæ virtutis instruebant exempla sacratissimi principis formam nostræ religionis. Tum relatis Deo laudibus de unitatis alternæ proventu, magna nos cum tranquillitatis gratia allocutus est dicens : Et si summus Auctor rerum me divæ memoriæ domini genitoris mei temporibus regni sede subvexit, atque ipsius gloriæ deferens participem fecit, nunc tamen cum ipse requiem æternam adeptus est mansionum, ea quæ in me totius regiminis transfusa jura reliquit ex toto divina mihi potentia subjugavit, unde quia regendorum membrorum causa salus est capitis, et felicitas populorum nonnisi mansuetudo est principum, votive decrevi vobis coram positis et votorum meorum deliberationes sanctione patula reserare, et studiorum apta decreta sincera exhibitione deferre. At vero quia anhelum pectus se in promissionum compita diffundit, ne pigritiæ fessum retardationis oneribus se submittat, longam prosecutionem compendio brevitatis astrinxi, et quod productionibus loquelarum in concione diffundere potui, totum in tomi hujus complicamento prorsus almæ vestræ sanctitudini offerre decrevi, id magno precatu deliberationis exhortans, ut quæcunque illic tenentur ascripta valido attendatis intuitu, sagaci perscrutemini studio, et quæcunque exstiterint placita Deo, vestri oris ad nos sacro referantur oraculo. Accepto deinde oblato nobis tomo, agentes Domino gratias acclamavimus : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis (*Luc.* II, 14). » Post hujus exsultationis beatæ gaudium, et cœlestis gloriæ hymnum eidem sacro principi benediximus, reseratoque tomo, hæc infra contexta reperimus :

In nomine Domini, Flavius Reccesiunthus rex reverendissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus, sanctis episcopis. Admirabili dono regulam fidei meæ solidam tenens, et instructam agnoscens, atque in honore ejus diadema gloriæ cum cordis humilitate prosternens, illo lætus auditu quod omnes reges terræ serviunt et obediunt Deo, eo reverendi Patres excelsiori mihi venerationis honore sublimes, coram vobis advenio in gratiam mansuetudinis vestræ studium convocans, et testimonium visionis vestræ me et coram omnipotentis Dei nutibus tremendis acclinans, referens illi corde læto gratias opulentas, quod vos clementia voluntatis ipsius ex nostræ jussu celsitudinis ad hujus sanctæ congregationis votivum dignatus est deducere cœtum, confidens tam mihi quam vobis et in præsentium serie temporum, et futurorum longitudine sæculorum ejus adesse gratiæ præmium, quoniam vestra concordia in conveniendo unanimum ac religiosum demonstratis affectum, et dispositionis meæ in regendis populis quam pium sit poteritis patenter agnoscere votum. Nunc igitur quia monens prælocutio longæ dictionis non capit excessum, quid de sanctam

erim quam cœlitus illapsam mihi per san- A
apostolorum frequentiumque Patrum ora
seu quid de secuturis negotiis, pro quibus
ventum congregationis coadunari percensui
decreverim, in hujus tomi serie conscripta
c relicta pernoscite, et cunctis quæ tenori
træ amplitudinis potestas impressit, ve-
titudinis gravitas effectum tam eis promat
renter inpendat, quam nostræ mansuetu-
enitas hoc nobis implenda commendat.
ium itaque allocutionis meæ ex definitione
dei inchoans, cætera quæ futuris sunt pro-
ibus intimanda, velut supra soliditatem pe-
tructurus, a Deo etiam operis mei ædificium
urus, eo consequentia validius ponam, quo
s firmissima prætulerim. Primo itaque co- B
everentia vestra habeat quod nosse non am-
orthodoxæ fidei veram, sanctam, et since-
lam de corde puro et conscientia bona ple-
habere, veraciter scire et firmissime reti-
ue eam ita complecti atque venerari, atque
sicut eam sancta apostolica traditio do-
t etiam sancta synodus Nicæna constituit,
stantinopoli sanctorum Patrum congregatio
sicut Ephesini primi cœtus unitas affirma-
Chalcedonensis concilii definitio prætulit,
n fidelibus servans, ad hanc salvandos infi-
tans, in hanc subjectos populos regens, hanc
gentibus tenendam insinuans, hanc in popu-
s annuntians, ut in illa glorificans Deum, et C
rtales me summæ divinitatis felicitas asse-
t in terra viventium hæreditas a me gloriæ
En, reverendissimi Patres, quantum ad ve-
idei sanctæ pertinuit ex toto animam meam
fessionis titulos explicuisse, honorificentia
22 pensavit. Jam nunc magnopere arbitror
hi opportunum quæ tendimus societati
veræ fidei studia sanctæ operationis innec-
hanc aut sine operibus mortuam habeamus,
plenitudinis suæ dignitate perspicua deci-
nesta, dum Scriptura non silente, de qui-
inferat, quæ dicunt se nosse, Deum autem
Ut ergo hanc fidem super lapidem illum
n, « quem reprobaverunt quidam ædifican-
m tamen a Domino factus est in caput D
t est admirabilis in oculis nostris (*Psal.*
et 23), » plenius habeamus, ejusque insi-
ccentius exornemur, attendite cujus operis
cujusque operationis augmentum studiis
ietæ fidei consociare velimus, et innectere
ere optemus. Itaque revolutis retro tempo-
vos omnemque populum jurasse recoli-
ujuscunque ordinis vel honoris persona quæ
regiam excidiumque Gothorum gentis ac
tecta fuisset vel cogitasse noxia vel egisse,
ilis sententiæ multatus atrocitate, nusquam
r veniæ remedium, vel alicujus temperan-
ipere qualecumque subsidium. At nunc
ve onerosumque censetur, quia pietatis

actibus gravi contradictione hæc sententia resultare
perpenditur, et sic funditus damnationis astipulatio
retinetur, ne pietati quæ Apostolo præcinente ad
omnia utilis est (*I Tim.* IV, 8), quicunque aditus re-
servetur, vestris hæc committo fidenti animo sacris
pertractanda judiciis, ac dirimenda sententiis, unde
jam vestrum erit, inspirante vobis miseratione divina,
ita utriusque discriminis temperare mensuram, ne
aut in juramento conditio teneat reos, aut impieta-
tis ultio habeat inhumanos, sicque vestri nos in-
struat forma judicii, ut subjectos populos, nec in
profanationibus habeamus subditos, nec impietatis
vinculis doleamus contaminatos. Post hujus conten-
tionis alloquium, sequentium causas negotiorum
simili quoque subjungimus vos intendere attentione.
Decernimus attestantes universitatem nostram per
summæ divinitatis coæqualem, et coæternam, et
inseparabilem Trinitatem, atque illius mysterii sa-
cramentum quod incarnatum Dei Filium de Spiritu
sancto, a Maria Virgine pro salute mundi, vera
fides in toto orbe denuntiat, atque adventum ejus-
dem Jesu Christi filii Dei, nostri Domini, quo
perimendi sunt impii, et regnum ejus quo glorifi-
candi sunt sancti, ut quæcunque negotia de quo-
rumlibet querelarum auditibus exstiterint, patefacta
cum justitia et vigore misericorditer et cum tempe-
ramento miserationis justissimæ concorditer termi-
nentur in legum sententiis quæ aut depravata con-
sistunt, aut ex superfluo, vel indebito conjecta
videntur, nostræ serenitatis accommodante consen-
su hæc solum quæ ad sinceram justitiam et nego-
tiorum sufficientiam conveniant ordinetis, canonum
obscura quædam et in dubium versa, in meridiem
lucidæ intelligentiæ reducatis, omniumque negotio-
rum conventus ordinumque status, qui in vestram
exstiterint devoluti præsentiam, ita majorum regulis
concordantes justissime, pieque ac temperanter
constituere studeatis, ut et mihi qui ad studio-
rum fructus bonorum angelo pars beatorum adve-
niat et vos qui adimplentes voluntatem Dei, me non
spernitis, imprecantem religio beatitudinis æternæ
suscipiat, et visio delectationis Dei sibi perenniter
inhærere concedat. Vos etiam illustres viros quos
ex officio palatino huic sanctæ synodo interesse pri-
matus obtinuit, ac nobilitas spectabilis honoravit, et
experientia æqualitatis plebium rectores exegit, quos
in regimine socios, in adversitate fidos, et in pro-
speris amplector strenuos, per quos justitia leges
implet, miseratio legis impletur, contra justitiam
legum, moderatio æquitatis temperantiam legis
extorquet, adjurans obtestor per omne illud admi-
rabile, et solum unius sacræ fidei sacramentum, et
per venerabilem omnium sanctorum Patrum per
quem obtestor sanctum conventum, ut ad cunctæ
veritatis ac discretionis justissimæ formulam, ita
animos dirigatis, ut nihil a consensu præsentium
Patrum, sanctorumque virorum aliorsum mentis
obtutum, quidquid innocentiæ vicinum, quidquid
justitiæ proximum, quidquid a pietate non alienum,

vel soli Deo agnoveritis existere placitum, instanter, modeste, et cum omni dignemini intentione complere. Scientes quia in eo quod hæc mea sobria vota completis, vos amabiles Deo assignatis, et in eo quod decretorum nostrorum edicta favoris exhibitione corroboro, me vobiscum simul cum Domino placiturum assigno. In commune jam vobis cunctis, et divini cultus ministris idoneis, et ex aula regia rectoribus divini nominis adjuratione constrictis, adjicio consensionis meæ verum purumque promissum, ut quodcunque justitiæ ac pietati, salutarique discretioni vicinum decernere, seu adimplere cum consensu elegeritis, omnia favente Deo perficiam, et adversus (1) commoda controversiarum promissis illis quæ ad domesticos fidei regula veritatis pertinuisse probavit, adhuc aliud a beatitudinis vestræ conventu ejusdem fidei aviditas deposcit, connectens me in sequendis traditionibus confirmo causam quæ vestræ dignitati probatur non extranea, quamlibet per me lucrari Christus exhortetur, inimicam sibi tamen esse non ambigit, donec quod ardenter optat, obtineat : Judæorum scilicet et vitam moresque denuntio, quorum tantummodo novi terram regiminis mei pollutam esse peste contagii. Nam cum Deus omnipotens omnes ex hac regione radicitus exstirpaverit hæreses, hoc solum sacrilegii dedecus remansisse dignoscitur, quod aut nostræ devotionis instantiam corrigat, aut ultionis suæ vindicta disperdat. Ex eis enim quosdam traditionis errore vetusto video retinere jura perfidiæ, quosdam vero sacri baptismatis expiatos ablutione, ita in apostasiæ denuo relapsos errorem, ut detestabilior inveniatur in eis prolatio blasphemiæ, quam in eis quos nondum constat purificatos esse regenerationis sacræ liquore, pro quo bonæ intentionis agone, et lucro fidei veræ obsecro reverentiam beatitudinis vestræ atque supra taxato contestor tremendæ conjurationis tenore, ut absque omni favore, absque omni personarum partis ipsorum acceptione, quidquid ad Domini et redemptoris mei Jesu Christi veram fidem, verumque pertinet honorem, de his jubeatis ardenter, et verissime Deo ac fidei meæ placitam sententiam dare, ut sicut mihi divina pietas regnum fidelium dedit cum quibus eam cognoscit, ita quoque infidelium assequi tribuat lucrum, in quibus voluntatis suæ fieri bonum, et in ejus convenisse congaudeam venerabile regnum. Datum sub die Kalendarum Januariarum, anno feliciter quinto gloriæ regni nostri. In nomine Domini Flavius Reccesiunthus rex hanc fidei et bonæ voluntatis meæ deliberationem manu mea subscripsi.

Cap. I. Relecta omni pagina vel finita, cum glorificassemus Deum de fidei principalis auditu, et de bonæ voluntatis ejus affectu, ad peragendarum causarum cæterarum negotium statim vertimus animum, simulque summus exorsi initium. Tunc primæ narrationis exortu veræ fidei nobis tractatus occurrit, incœpimus de illa primitus loqui ut inde soliditatis auspicemur exordium, unde sacræ sumpsimus nativitati initium, quatenus assertionum sanctarum forti præmissa sententia, quidquid imposterum subsequente advenerit de actis negotiorum fortius sustinere valeat seriem decretorum. Unam ergo sacræ fidei veram professionem veramque regulam tenere, nos tota virtute animi et profitemur, et acclamamus, cunctisque percipiendam ac retinendam plena deliberatione incessanter prædicamus, sicut a sanctis apostolis ostensa docetur, sicut a sequentibus Patribus orthodoxis disserta probatur, sicut etiam a sanctis illis synodalibus gestis vere sancteque confirmata dignoscitur, in quibus Arii vel Eutichetis insanissimus error deprehenditur, et radicitus exstirpatur, sicut denique in sacris missarum solemnitatibus concordi voce profitemur ac dicimus.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem, Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, omonsion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra; qui propter nos et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, homo factus et passus sub Pontio Pilato, ac sepultus, et tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos, sedet a dexteram Patris, inde venturus judicare in gloria vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus et in Spiritum sanctum vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas. Et unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissione peccatorum. Exspectamus resurrectionem mortuorum, et vitam futuri sæculi. Amen. Hujus fidei sanctæ regula idcirco nunc tractatuum non recipit aperturam, quia et a sacris doctoribus abunde constat exposita, et imminentium causarum negotia ad alia trahunt peragenda.

II. Secundæ disputationis occursu adfuit negotium, tam facile quam et grave, in quo de refugis atque perfidis disputatione commota, utrum ne possit eorumdem contemperari sententia damnatorum, magno satis conatu est exquisitum ; sed cum illarum series conditionum ad quas decursis non longe temporibus pro eorum penuria hostilitatis vastitas nos jurare coegerat, nostris esset auditibus recensita, tantam reperimus obligationis illic inesse censuram, ut macularum suarum nodositas non tantum videretur prohibitionem dedisse transgressionum, quantum conclusisse viscera pietatum. Aderat enim quod in utroque pavor agebat, et ne sancti nominis profanatio fieret, et ne miserationis

(1) Sic legendum : *et adversus omnimodam controversiarum querelam principali auctoritate muniam ac defendam. Præmissis illis*, etc., etc.

teriret, quia ex Dei nominis profana-
erat quod terrebat, prohibitione pietatis
l tendebat. Dum quoque alterno pericu-
tu sibi prolatæ sententiæ repugnarent,
ur ancipites in bifido partium dissiden-
uo diremptionis tramite judicium prope-
um gressibus disputationis nostræ esset
congressio, et de via nos dejecisset,
tandem relicto discrimine cum fragore
, et imbribus lacrymarum ad Deum qui
s est verba simul et corda convertimus
ira, sancte Spiritus, et ducito nos in
untatis tuæ (*Psal.* CVI, 30), sedatis
orantiæ nostræ, ecce enim periculorum
ittore cursus nostri proveniunt, atque
bviantibus naufragiorum obicibus, quo
s nostræ vela pandamus attentionis con-
non cernimus; sed aspira, tu sancte Spi-
o nobis te donante nosse quod jubeas, ac
implere posse quod jusseris, ut per-
lumines quod nescimus, et adjuvando
od implere pavemus. Simus ergo in te
es, et erroneorum fluctuum pavoribus
nmercia nos jube disponere pacis. In-
a quæ et in gloriam tuæ omnipotentiæ
, et humanæ saluti te annuente donen-
ribus non procul excursis cum quorum-
torum tumultuosa seditio frequenter
terris inferret, et scandala populis cum
garet, adeo ut captivorum turmas duce-
olationes ecclesiarum facerent, quæ tali
nt peste, ut quilibet conatus nequeat
actum est vi potius necessitatis exortæ
ratione judicii, ut contra eosdem eisdem-
os cum omni fere populo acerrima jura-
nus. Unde jurasse nos per attrectationem
nis conditio juramenti demonstrat, et ne
at sacræ Scripturæ auctoritas instat.
amque in Exodo est (XX, 7). « Non
men Domini Dei tui in vanum, nec
nim habebit Dominus eum qui assumpse-
lei sui frustra. » Item in Levitico (XIX, 12):
n perjurabis nomine meo, nec pollues
nini Dei tui, ego Dominus. » At vero quia
rarum acerbitas resolvi possit, ac de-
inculorum et lamentorum horum aspe-
at, quam ejusdem auctoritatis Dominicæ
mmendant, etenim juxta veterem trans-
a quosdam per Isaiam gravi exproba-
nus increpat, et arguit, dicens: « Væ
ionis, dicit Dominus, fecistis concilium
et sponsionem, non per Spiritum meum,
ccatum super peccatum (*Isa.* XXX, 1). »
amia: « Iniquitates nostræ declinaverunt
peccata nostra amoverunt bona a nobis,
i sunt in populo meo impii, et loquentes
erunt ad dispergendos viros, et compre-
ut laqueus venantis plenus volatilibus,
eorum plenæ dolo (*Jer.* V, 25 *et seq.*) »

A Et per Michæam : « Væ mihi, anima mea, quia periit revertens a terra, et qui corrigat inter homines non est, omnes in sanguine judicantur, unusquisque proximum suum tribulat, omnes in malum suas manus præparant. » Ad beneficentiam certe quæ divinis oculis tanto est gratior, quanto et invenitur esse præsentior, sic nos Isaias instruit, dicens : « Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes (*Isa.* LVIII, 6). » Paulus etiam vas electionis : « Pietas ad omnia utilis est (*I Tim.* IV, 8). » Et Jacobus : « Judicium sine misericordia illi fiet, qui non fecit misericordiam. Superexcellit autem misericordia judicio (*Jac.* II, 13). » Joannes item : « Qui odit fratrem suum homicida est, et scitis, quia omnis homicida non habet vitam
B æternam in se manentem (*I Joan.* III, 15). » Et per semetipsum Veritas. « Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos odiunt (*Matth.* V, 44). » Et iterum : Dimittite, et dimittetur vobis. Si autem non dimiseritis, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra (*Matth.* VI, 12 *et seq.*). Ecce sunt Dominicæ jussionis hinc inde astipulata firmissima cautione præcepta, ab proinde quia sunt divini oris prosecutione taxata manebunt per omnia æterna lege præfixa. Quid ergo? Nunquid juramenta justitiæ et juramenta pacis sibi contra ire narrabimus dum scriptum sit : « Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax complexæ sunt se (*Psal.* LXXXIV, 11). » At quia controversiarum lapsus sese in contentione diffundunt, adeo unius partis assertionem
C narravimus non implendam, cur alterius assertio partis jacturæ patietur instantiam? Et quia juramenti custodia ultionem non temperat pavescendam, idcirco impietatis atrocitas mortem pariat exsecrandam? absit. Etenim si publicis sacrorum gestis (quod Deus avertat) a quibuslibet illicita, vel non bona exstitisse conditio allegatur, quæ aut jugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis, nunquid tolerabilius esset stultæ promissionis ejicere vota, quam inutilium promissorum custodia, exhorrendam criminum implere mensuram? Quod si ita esset, quomodo crederetur unius observantia jussionis fons pietatis, cum emitteret tribulos ultionis? Aut quænam illa
D esset sacræ observatio legis, quæ sacrilegia committeret probitatis? vel cujus mensuræ iniquitas videretur, ut ex unius præcepti cautela necis exoriretur immanitas truculenta? At nunc non ita contendimus ut contentionum divortiis concitatis nosipsos contentionibus certaminibus miscemus. Est vera pax in utroque quod dicimus, quia sic Spiritus sanctus iter nostrum, ac cursum temperat, ut in nullo devius nos casus a dispositione secludat. Unde plena jam voce, pleniori fide, plenissimaque intentione prædicimus, atque in tota sanctæ Ecclesiæ universitate prædicamus pariter et optamus, nulla profanatione solius et summæ Divinitatis nomen existere assumendum, nullo perjurio sacrilegii indebito profanandum, nullo unquam contactu fallaciæ contingendum. Nam

si attestante veritate, propter profanationem perjurii evitandam prohibetur omnino jurare, cum dicitur : Sic sermo vester, est, est : non, non : quod autem plus est, a malo est (*Matth.* v, 37), quomodo impunitum erit nomen tantæ gloriæ voluntariæ profanasse, dum in eo taxata fides dignoscitur interesse ? vel quatenus pacis fœdera inter gentium dissidia ligabuntur, si non juramenti pacta sanctioni integritate serventur ? Etenim omne quod in pacis fœdera venit, tunc solidius subsistit, cum juramenti hoc interpositio roborat, sed et omne quod animos amicorum conciliat tunc fixius durat, cum eos sacramenti vincula ligant. Omne etiam quod testis astipulatur, tunc verius constat cum id adjectio jurationis affirmat; quod si et gestis deficiat, innocentis fidem sola jurisjurandi taxatio manifestat. Hinc ut mentibus humanis divina voluntas panderet quod volebat, ne labans fragilitas pro incerto teneret, quod inviolatæ veritatis promissio exprimebat, per Isaiam loquitur, dicens : « Ego Dominus et non est alius, in memetipso juravi (*Isa.* XLV, 23). » Si ergo tantæ institutionis limite sunt votiva juramenta servanda, quis alienus a veritate constituat exsecrabiliter violanda ? Stabunt ergo sacræ auctoritatis vivifica jussa, nec vana profanatione erunt aliquatenus temeranda. Verum ne juramenta quæ data sunt, videantur in nos ita penitus miserationum conclusisse præcordia, ut nullam de pietatis affectu animæ viscera concipiant indulgentiam parituram, sic stabilitis contractibus juramenti sinum misericordiæ aperimus, atque illa cunctis Deo placita misereri censemus, ut nos nec juramenti teneat cautio reos, nec inhumanitas faciat exsecrandos. Occurrere certe miserorum ruinis debet subsidio unusquisque quo valet, et ex relevatione alienæ vindictæ a se Dei amovere vindictam ; libat enim Domino prospera qui ab afflictis pellit adversa. Unde Job juvante passionis experientia, impendens patientibus passionis suæ patientiam memorabat, suarum virtutum catalogum texens inter cætera sic connectit : « Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum (*Job.* XXIX, 13). » Et paulo post : « Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi (*Job.* XXX, 25). » Hinc et Salomon : « Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses (*Prov.* XXIV, 11). » Quibus sanctæ auctoritatis instructi decretis, nec sanctum nomen profanasse nos constat, quod nullatenus pro sanandum jus nostræ prædicationis insinuat, et, indulgentiæ visceribus adapertis, licet oris sui professione damnati difficile mereantur absolvi, juxta quod scriptum est : « Sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum locutum est adversum te (*III Reg.* II, 37); » et iterum : « Ex ore tuo condemnaberis, et ex ore tuo justificaberis (*Matth.* XII, 37), » tamen pietatis intuitu, et parcendi viam pandimus, et misericordiam prorogamus; hujus sane promissionis *incaute* crudam cruentamque temperare sententiam, *illa quam maxime compellimur* causa, quod hæc duo mala licet sint omnino cautissime præcavenda, tamen si periculi necessitas ex his unum temperare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligari; quid autem ex his levius, quidve sit gravius pietatis acumine vestigemus. Etenim dum perjurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, et Dei jussa superbe contemnimus, et proximis impia crudelitate nocemus, et nosipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter jugulamur. Restat ergo ut eo nostra pergat sententia quo misericordiæ patuerit via, quæ ita in Domino probatur accepta, ut plus jam cupiat quam sacrificia veneranda, dicente ipso : « Misericordiam volo et non sacrificium (*Matth.* IX, 13). » Hac indulgentiæ concessa licentia miserationis ipsius opus in gloriosi principis potestate redigimus, ut quia Deus illi miserendi aditum patefecit, remedia pietatis ipse quoque non deneget. Quæ ita principali discretione moderata persistant, ut et illis sit aliquatenus misericordia contributa, et nusquam gens aut patria per eosdem aut periculum quodcunque perferat aut jacturam, hæc miserationis obtentu temperasse sufficiat. Cæterum, quæcunque juramenta pro regiæ potestatis salute, et confutatione gentis et patriæ, vel hactenus sunt exacta, vel deinceps exstiterint exigenda, omni custodia, omnique vigilantia indissolubiter decernimus observanda, a membrorum truncatione mortisque sententia religione penitus absoluta. Sed ne pravarum mentium versuta nequitia nosmetipsos ad perjurii quandoque devocet culpam, nec a sanctæ fidei regula hanc asserat venire sententiam, tam divinæ auctoritatis oracula quam præcedentium Patrum asserta huic narrationi curavimus innectenda. Etenim immutabilis deitatis licet dicta sint firmissima, crebro tamen ejus et juramenta leguntur et pœnitentia, quæ in sacris exstant mysteriis adoperta. Jurare namque Dei est a se nullatenus ordinata convellere, pœnitere vero eadem ordinata cum voluerit immutare. Sic enim per Hieremiam dicit : Repente loquar adversum gentem, et adversum regnum, ut eradicem, et destruam, et disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa super malo suo quod locutus sum adversus eam, agam et ego pœnitentiam super malo quod cogitavi, ut facerem ei (*Jer.* XVIII, 7 *et* 8). Et per Ezechielem : « Si dixero justo viro quod vita vivat, et conversus a justitia sua fecerit iniquitatem, omnes justitiæ ejus oblivioni tradentur, et iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur. Si autem dixero impio : Morte morieris, et egerit pœnitentiam a peccato suo, vita vivet, et non morietur (*Ezech.* XVIII, 24 *et seq.*). » Si ergo nostra conversio sic divinam mutat sententiam, cur miserorum tantæ lacrymæ, vel pressura tam crudam non temperant ex miseratione vindictam ? Hinc etiam Israelitico populo sæpe ultio promissa suspenditur, et Ninivitarum perditio divinæ sententiæ permutatione sedatur. At

lustrium laudum titulo præclarus auctor
ius, in libro de Officiis primo, hujusce rei
ic loquitur : Est etiam contra officium non-
um promissum sacramentum custodire, ut
s, qui juravit quoniam quidquid petitura
laret filiæ Herodiadis et necem Joannis præ-
e promissum denegaret (*Marc.* VI, 22 *et seq.*).
: Jephte quid dicam ? Qui immolavit filiam,
bi victori primum occurrerat, quo votum
t quod spoponderat ut quidquid sibi primum
sset, offerret Deo (*Judic.* II, 34 *et seq.*).
fuerat nihil tale promittere, quam promis-
vere parricidio. Item in libro tertio : Primum
ıcerum oportet esse affectum, et unusquisque
em sermonem proferat, vas suum in sancti-
ssideat, nec fratrem circumscriptione verbo-
ducat, nihil promittat inhonestum, ac si pro-
, tolerabilius est promissum non facere,
acere quod turpe sit. Sæpe plerique constrin-
jusjurandi sacramento, et cum ipsi cogno-
promittendum non fuisse, sacramenti tamen
platione faciunt quod spoponderint, sicut de
suprascripsimus, qui saltatrici præmium
r promisit, crudeliter solvit, turpe est quod
ı pro saltatione promittitur, crudele quod
pro professa jurisjurandi religione datur.
tolerabilius tale fuisset perjurium sacra-
? Et pauca de Jephte disputans : Miserabilis
tas quæ solvitur parricidio. Melius est votum
vere quam id, quod sibi is cui promittitur
olvi. Et post paululum : Non semper igitur pro-
olvenda omnia sunt. Denique ipse Deus, sicut
ra indicat, frequenter mutat suam sententiam.
uoque sanctissimus Augustinus, vestigationis
ıe cautus, inveniendi arte præcipuus, asse-
copia profluus, eloquentiæ flore venustus,
iæ fructu fecundus, hæc in suis narrat affa-

Duo sunt omnino genera mendaciorum,
ous non magna culpa est, sed tamen non
: culpa cum aut jocamur, aut promisimus
ıur; illud primum in jocando non est per-
ısimum, quia non fallit, novit enim ille cui
joci causa esse dictum, secundum autem
est, ideo quia retinet nonnullam benevolen-
dem ipse : Non auferat (inquit) veritas miseri-
n, nec misericordia impediat veritatem, si enim
itate, aut quasi rigida veritate oblitus fueris mi-
diam, non ambulabis in via Domini, in qua mi-
dia et veritas obviaverunt sibi (*Psal.* XXXIX, 12).
Beatus etiam papa Gregorius, et vitæ meritis
ındus, atque in ethicis assertionibus pene
ı merito præferendus, sic in libris infert mora-
Quia ergo Beemoth iste tam inexplicabilibus
ligatur, ut plerumque mens in dubio adducta,
e a culpa solvere nititur, inde culpa arctius
ıatur, recte dicitur : Nervi testiculorum ejus
xi sunt, argumenta namque machinationum
ıno magis relaxantur ut relinquant, eo magis
antur ut teneant. Est tamen quod ad destruen-

A das versutias utiliter fiat, ut cum mens minori et
maximo peccato constringitur, si omnino nullus sine
peccato aditus evadendi patet, minora semper eli-
gantur, quia et qui murorum ambitu ne fugiat,
clauditur, ibi se in fugam præcipitat, ubi brevior
murus invenitur. Nostri quoque sæculi doctor, egre-
gius Ecclesiæ catholicæ novissimum decus, præce-
dentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione
non infimus, atque, et quod majus est, jam sæculorum
finitorum doctissimus, cum reverentia nominandus
Isidorus in libro sententiarum, secundo hæc pro tali
narrat negotio : Non est conservandum sacramentum
quod male et incaute promittitur, velut si quispiam
adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polli-
ceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramen-
B tum quam permanere in stupri flagitio. Similiter in
Synonymis : In malis promissis rescinde fidem, in turpi
voto muta decretum, quod incaute vovisti, impia est
promissio quæ scelere adimpletur. Hæc de sacris pagi-
nis auctoribusque præcipuis brevissime sufficiat præ-
libasse. Nam plurima colligere poterit qui hæc atten-
tius legendo quæsierit. Cæterum quibus hæc nequa-
quam sufficiunt, vel hæc sumant cum rubore silentium
qui optat Vas electionis anathema esse a Christo pro
fratribus suis quam perdurare crudelibus in delictis.

III. Tertio ratiocinationis alloquio doluimus contra
priora monita Patrum vota, perniciosissima posterо-
rum, nam quanto frequentius illi noxia vetuerunt,
tanto studiosius isti perpetrare vetita non quiescunt.
C Sicque per contrarium quod penitus occumbere de-
buit, insultare non desinit, et res quæ tot excisa de-
cretis arescere potuit, ad vicem Lernæi capitis (ut
ferunt fabulæ) truncata virescit. Denique quod non
sine magno dolore dicendum est, reperiuntur quam-
plurimi negotio muneris perituri mercari velle gra-
tiam Spiritus sancti, dum ille præmium donat, ut pon-
tificalis ordinis sui sublime culmen accipiat oblitus
verborum Petri qui dixit ad Simonem : « Pecunia tua
tecum sit ad perditionem, quoniam donum Dei existi-
masti per pecuniam possidere (*Act.* VIII, 20). » Proinde
quia et usitatum est tamen malum, et majorum fre-
quenter constat mucrone succisum, nos quoque huic
vulneri canceroso ignitum quod superest adhuc injи-
cimus ferrum, decernentes omnino, ut quicunque
D deinceps propter accipiendam sacerdotii dignitatem,
quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eo-
dem tempore se noverit, anathematis opprobrio con-
demnatum atque participatione Christi corporis et
sanguinis alienum, ex quo illum constat exsecrabile
Christi perpetrasse flagitium. Quod si aliquis exstite-
rit, qui accuset, ille qui hunc ordinem munerum fue-
rat acceptione lucratus, et suscepto honoris gradu pri-
vetur, et in monasterio sub perenni pœnitentia relige-
tur, illi vero qui hac causa munerum acceptatores ex-
stiterint, si clerici fuerint honoris amissione mulcten-
tur. Si vero laici, anathemate perpetuo condemnentur.

IV. Quartæ congregationis eventu obvius sese no-
bis intulit pontificalis culminis lapsus, quoniam aute
flere quam disponere compulsi ex ordine summus

nam dum secundum carnis assumptæ mysterium Ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere Christus, merito in membris ejus intentio episcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimioribus celsitudine ordinis regunt, et disponunt subjectas multitudines plebium; unde quanto ipsi fiunt ductores, tanto meritorum lumine debent præfulgere, quapropter omnes episcopi inter cætera virtutum ornamenta nitore carnis debent propensius enitere, ut ex hoc audientes munditiam appetant, ex quo doctores immunditia non deturpat, adeo ut si deinceps episcopi detecti fuerint exsecrabilibus flagitiis cum quibuslibet feminis pollui, ac familiari peculiaritate versari, noverint se irrevocabili sententia Patrum ulcisci, id est, et loci et ordinis dignitate privari.

V. Quintæ actionis impulsu pervenit ad totius concilii sacrum auditum quosdam sacerdotes et ministros, obliviscentes majorum et veterum constitutorum, aut uxorum, aut quarumcunque feminarum immunda societate et exsecrabili contagione turpari, et pessima cordis obstinatione, tam sacris litteris quam Patrum regulis obviantes, nec levi quidem respiraminc contemplantes quod scriptum est : « Sancti estote, quoniam et ego sanctus sum (*Levit.* II, 44), dicit Dominus ; » et illud Apostolicum : « Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram (*Col.* III, 5), » id est, fornicationem et immunditiam, concupiscentiam malam, et avaritiam, quibus quanto est pertinacior vis in malis, tanto austerioribus convenit obviare decretis. Propter quod flagitiis detectis specialiter hoc a sancto concilio definitur, ut omnes episcopi id ipsum in suis quærere sollicite curent. Et cum hoc verissime reperire potuerint, omnes placita cautione taliter distringant, ut nunquam ulterius tam abominanda committant. Mulieres vero seu liberæ sint, seu ancillæ tam turpiter sociatæ, ita omnimode separentur, aut certe vendantur, ut ulterius ad consocios sui criminis revertendi omnem habeant aditum denegatum. Illi vero, si omnino coerceri nequiverint, usque ad exitum vitæ suæ monasteriis deputati disciplinis monasticis maneant omnino subjecti.

VI. Sextæ discutionis objectu, quorumdam male sibi consciorum patuit denotatum elogium. Nam relatum est nobis quosdam subdiaconos postquam ad sacri ordinis pervenerint gradum, non solum carnis immunditia sordidari, cum scriptum sit : « Mundamini qui fertis vasa Domini (*Isa.* LII), » sed etiam quod dictu nefas est) quoque uxoribus copulari, asserentes hoc ideo sibi licere, quia benedictionem a pontifice nesciunt percepisse. Proinde, omni excusationum discisso velamine, id præcipimus observari, ut cum iidem subdiacones ordinantur cum vasis ministerii benedictio eis ab episcopo detur, sicut in quibusdam Ecclesiis vetustas tradit antiqua, et sacra dignoscitur consuetudo substare prolata, omni penitus ab illis sorde mulierum ac familiaritate remota. Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati, mox erunt sub pœnitentiæ oneribus usque ad extremum vitæ monasteris religandi.

VII. Septimæ assertionis accessu adiit cœtum nostrum tam inverecunda progressio, quam ignobilis ac detestanda præsumptio, quosdam enim aut eventu necessitatum, aut metu periculorum, ab episcopis sumpsisse novimus ecclesiasticarum officia dignitatum. Et quoniam cum illis hæc imponerentur, id sibi fieri noluisse testati sunt, idcirco id spernere atque ad pristina pertentant conjugia moresque redire, tam nequiter cœlestia jura solventes, quam prompte sæculi exstant illecebris inhiantes. Qua de re nosse nos convenit, quod episcopalis eminentiæ culmen non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quæ cæteris sacerdotibus exercenda perhibuit, scilicet templorum Dei sacrationem, chrismatis benedictionem, sacrorumque ordinum restitutionem, quæ tandiu aliter ordinata persistunt, quam excellentissime conferuntur, quia et tanto ab eis singulariter impenduntur, quanto eidem summo culmini peragenda servantur, Quomodo ergo qui ea in se recipit a se rejicere poterit, cum hæc a nullo altero conferri quam a solis pontificibus novit, quibus nec ligata solvi, nec soluta potuerunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum Veritas ait : Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in cœlo, et quodcunque solveris super terram erit solutum et in cœlo (*Matth.* XVI, 19), nequaquam aliquando poterit profanari quod divinæ jussionis simulque apostolicæ traditionis auctoritate sacrum noscitur exstitisse. Verum sicut sanctum chrisma collatum et altaris honor evelli non queunt, ita quoque sacrum decus honorum, quod his compar habetur et socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit omnimode inconvulsum. Ad exstirpandum vero radicitus hujus callidæ machinationis inutile argumentum, id sibi rationabiliter dari noluerunt, in objectu quod sacrosancti baptismatis inappreciabile donum est semper, et sæpe non solum nolentibus, verum etiam (quod majus est) nescientibus impartitur, sed hoc a nullo penitus profanari permittitur. Quod si et hic opponitur, necdum rationis capacem existere qui hoc probatur accipere, hinc omnimodo cognoscant, quia si majores impune non deserunt quod parvuli vel nesciendo vel nolendo percipiunt, quanto magis non convenit violari, quod pro mortis aut pœnarum evadenda pernicie occulta Dei dispensatione dignoscitur obvenisse? Recedant ergo talium desideriorum sine verecundia impuderati favores, et licet inviti perceperint quod non merebantur habere, libenter tamen ac cœleste retinebunt meritum, quod nolendo propter terrenæ consecuti sunt necessitatis eventu, ut tam inviti appetant bona diligere, quam sponte videntur desidentes impugnare. Quod si quis post hoc perennis dispositionis edictum non sinceriter sacris inhæserit cultibus, et abjiciens a se gratiam quam accepit, relabitur ad conjugium, moresque sæculi attentaverit, vel eum redire ad hoc constiterit, mox omni ecclesiastici ordinis dignitate privetur, et ut apostata a sanctæ Ecclesiæ liminibus, et societate fidelium

prorsus exclusus, monasterii claustris erit sub pœnitentia retrudendus.

perimus quosdam divinis officiis mancipa- nescientiæ socordia plenos, ita litterarum æ ignaros, ut nec in illis probentur in- npetenter ordinibus, qui quotidianos ver- usus. Proinde sollicite constituitur atque ut nullus cujuscunque dignitatis eccle- einceps percipiat gradum, qui non totum , vel canticorum usualium et hymnorum, andi perfecte noverit supplementum. Illi am honore dignitatis funguntur, hujusce orantiæ cæcitate vexantur, aut sponte su- entionem necessaria perdiscendi, aut a ad lectoris exercitia cogantur inviti. Ab- quidem est eos, qui cæteros simpliciores abent docere, quibus et disciplinæ et vitæ e veluti quoddam speculum, ad alicujus el dignitatis promoveri statum, qui legem ant, nec litterarum saltem mediocritate niti. Nullus igitur ad sacra Dei mysteria veniat illotus aliquis, ignorantiæ tenebris , sed solus is accedat quem morum innocen- rarum splendor reddunt illustrem, aliter is et ordinandis imminente in posterum s Ecclesiæ vindicta.

æ intentionis admonitu detecta est ingluvies nda voracium quæ dum freno parcimoniæ igitur, religioni contraire monstratur, di- m Scriptura : « Qui spernit minima paula- it (*Eccli.* XIX, 1), » illi tantæ edacitatis im- assantur, ut cœlestia et pene summa re videantur. Et etiam quicumque qua- e dies quæ anni totius decimæ putantur, n oblatione jejunii Domino consecrantur, tiam saluberrima conditio humani ge- piatur, dum a quatuor mundi parti- ad hanc homo religionem crediturus , et quatuor elementis formatur, et pro- gressionem Decalogi quater decies con- affligitur, illi qui temerarie hæc om- mnunt, nec voracitatis ingluviem fre- quod pejus est Paschalia festa illicitorum rceptione profanant, quibus ex hoc adeo interdicitur, ut quisquis sine inevitabili e, atque fragilitate, et evidente languore, impossibilitate ætatis, diebus. Quadra- sum carnium præsumpserit attentare, non us erit resurrectionis Dominicæ, verum enus ab ejusdem diei sancta communione, lli cumuletur ad pœnam, ut ipsius anni ab omni esu carnium abstineat gulam, ris diebus abstinentiæ oblitus est disci- Illi vero quos aut ætas incurvat, aut extenuat, aut necessitas arctat, non ante violare præsumant, quam a sacerdote m percipiant.

imæ collocutionis assensu molestis actibus gax indagatio pictatis obviaret, decrevit, non tam bene regendi licentia, quam se mansuetudo impugnasse probatur, satis (ut opinamur) illi et gloriosi principis et decreto sanctæ synodi hujus contradictum esse conspeximus. Ita enim sanctus Spiritus per utrasque definitiones mortalium corda perflavit, ut vitali flatu verborum imposterum omnem exureret male concupiscentium rabiem animorum. Actum namque est definitionibus ipsis ut, quia pietatis divinæ in comprehensibilis natura se conditioni mortalium in unione personæ conjunxit mysterio redemptionis humanæ, nos quoque membra capitis hujus et perfidiæ malum et concupiscentiam, quæ « radix malorum est omnium (*I Tim.* VI, 10), » et « avaritiam quæ invenitur servitus idolorum (*Eph.* V, 5) » pari simul igne ac mucrone totoque artificio radicitus evellamus ac desecemus. Ab hinc ergo deinceps ita erunt in regni gloriam præficiendi rectores, ut aut in urbe regia, aut in loco ubi princeps decesserit cum pontificum majorumque palatii omnimodo eligantur assensu, non forinsecus cœtu, aut conspiratione paucorum, aut rusticarum plebium seditione tumultuosa, sed erunt catholicæ fidei assertores, eamque et hanc quæ imminet Judæorum perfidiam et cunctarum hæresum injuriam defendentes, erunt actibus judices et vita modesti, erunt in provisionibus rerum parci plus quam extenti, ut factione Scripturarum vel definitionum qualiumcunque contractus a subditis, vel exigant vel exigendos intendant, erunt in conquisitis obligationis gratissime rebus non prospectantes proprii jura commodi, sed consulentes patriæ atque genti. De rebus congregatis ab eis, illas tantum sibi vendicent partes quas dictaverit auctoritas principalis verum ; quæcunque inordinata reliquerint, hæreditabunt successores proprii eorum, et ante regnum justissime conquisita, aut filii, aut hæredes capiant jure proximitatis. De affinium successione vel munere, quamvis inordinata relicta sint, aut primo tantum filiis, aut hæredibus frequenter proficiant vel propinquis. Ita in eorum cunctis actibus, moribus atque rebus privatæ legis auctoritas erit valitura, ut et perenniter maneat inconvulsa, et non prius apicem regni quisque percipiat, quam se illam per omnia suppleturum jurisjurandi taxatione definiat. Cui etiam legi vel decreto episcopali, non solum in futuro sed etiam in præsenti reverentiam apponentes, decernimus, ut quicunque detractor et non potius venerator decreti ejusdem atque legis esse maluerit, sive religiosus ille sit, sive laicus, non solum ecclesiastica excommunicatione plectatur, verum et sui ordinis dignitate privetur.

XI. Undecimæ occasionis articulo decretorum universalium perenne dedimus firmamentum, scientes quod multimoda semper Deus oppositione judiciorum ærumnas relevat oppressorum ; et sicut malis exigentibus hominum permittit exerceri penurias ultionum, ita cum voluerit gravedines relevat pressurarum ; hinc et decreta præcedentium Patrum ad contentionis jurgium radicitus evellendum rite syno-

dalem fieri censuere conventum, ut illic de diversitate judiciorum protensæ lites habeant terminum ubi sanctus Spiritus universalem coadunaverit cœtum. Ab hoc ergo Spiritu sancto successiones quælibet in posterum aut impune valeant commoveri, ut generalitas tuta valeat consistere, plena decernimus unanimitate connexi, ut quæcumque pro fidei causis ecclesiasticisque negotiis aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, aut in futuris etiam decretis, vel sunt vel fuerint definitione conscriptæ universalis auctoritatis, nullus deinceps contradicere audeat, nullus vertere præsumat, nullus non implere contendat. Nam si quis ex religione contra hæc inobediens, aut susurrans, aut certe lacerator, aut invidus, ac non potius eorumdem factor exstiterit, gratia et honoris sui et communionis sacræ lugeat amissione multatus. Cum vero aut quælibet sancta synodus agitur, aut pacifice inter pontifices quidpiam definitur, si pauciores per nescientiam vel contentionem forte dissentiant, aut commoniti a plurimorum cœtu cum dedecore confusionis abscedant, aut excommunicationis annuæ sententiam luant.

XII. Duodecimæ quæstionis propositionem, sacratissimi principis obsecrationem, piissima pro Judæorum abominabili ac nefanda perfidia exsecranda, nostro cœtui perpatuit causa, quam idcirco in fine sententiarum censuimus esse ponendam; quoniam eamdem gentem delicti sui merito retroductam per divinæ sanctionis oracula capite positam, deflemus nunc esse in cauda, sed quia Christus ut pro nobis, ita quoque pro illis mortuus est, juxta quod ipse ait: « Non sum missus nisi ad oves quæ perierant domus Israel (*Matth.* xv, 24), » necessarium duximus summam pro eis impendere curam, pro quibus « suam ponere non dedignatus est animam (*Joan.* x, 15) » id quoque principali clementia devotissime approbante, quæ ob hoc sui regni apicem a Deo solidari præoptat, si catholicæ fidei pereuntium turmas acquirat, indignum reputans orthodoxæ fidei principem sacrilegis imperare, et infidelium societate pollui. Nihil aliud pro his ex nostra sententia definitur, quam ut decreta concilii Toletani, quod divæ memoriæ Sisenandi regis aggregatum est tempore, a nobis ac posteris omnimoda suppleantur intentione. Qui autem ab ejusdem synodi voluerit sententia dissentire, ut vere sacrilegum, noverit se condemnari. Divinæ Trinitatis inseparabile nomen sicut inspiratione mirabili nostrum tractatum primordio illuminavit, ita consummatione sublimi eumdem jam perficiendo concludat, ut in illo sit nostrum explicuisse a quo nobis fuit inchoasse. Damus ergo gloriam et honorem eidem sanctæ et indivisibili Trinitati, quæ nobis et hæc dicere contulit, et in se dicta complevit, quæ reformavit in extremitate sæculorum remedia ætatum, et resolvit ligamina vinculorum. Sit gratiarum salus et benedictio exercituum *Domino superserenissimo* Reccesiuntho, principe glorioso, gratiarum actio, et reverent nitudo a nobis omnibus in commune ipsi tissimo principi, bonorum gratifico largit votorum instantia benigna Deus attulit con cujus dispositio piissima pressurarum exitia, cujus temporibus confert justiti rem, et exuberat omnia opulenta, cui D post præsentis ævi tempora diuturnam cum omnibus tribuat in remuneratione corona autem omnes hanc decretorum seriem ju et rectæ fidei, vel pietatis, ac justitiæ manantem, coram Deo et angelis ejus ort omnibus et nunc et in futuro impensiu mendamus, obsecrantes ut hanc et re adimpleant, et ab æmulis benigne def Contemnentibus autem eam divinæ severita pavenda proveniat; observantibus autem profluens pax perpetua et gloria sempiter tingat. Hujus quoque sententiæ fortitudi vigore decreti nostri seriem quam in ser Domini nostri Reccesiunthi regis edidimus pro rebus a divæ memoriæ patre suo titulo exquisitis decernimus omnino co legem denique quam pro exsecranda pri horrenda cupiditate idem clementissimus princeps simili robore firmamus, atq futuris retro temporibus modis omnibus vetur, pari sententia decrevimus; quæ et taciturna temporum vel obliviosa vetustat rantur, huic nostræ constitutioni dec utraque innectenda, ita cunctorum memori mendamus, ut a cunctis regulis superius tis nequaquam maneant segregata. Cætera decretorum nostrorum judicia, quæ ab hac synodo noscuntur esse confecta, si quis lere forsitan decreverit, aut temere imple glexerit, vel infringere quandoque voluer judicium omnipotentis Dei anathema si autem Deo nostro gloria in sæcula sæcu Amen.

Subscriptio episcoporum numero LIX. *D universalis concilii editum in nomine princi*

Soliditatem reddidisse fracturæ atque consurgere quod exstiterat collisum, et mentum est hujus mercedis et plenitudo c matæ perfectionis. Ponderi etenim collidenti si æqualium proximorum cura convenit o quanto grandioris erit culpæ prælibatæ i discrimen incurrere, si non quo valent, e muni onere sibi commissos procurent populo mare! Properandum ergo est inter ruinas sionum catervas eripere collisorum, ut jugiter et ultra nec vigorem nocendi habeat cranda pressura, et omnis compressus sanctæ sanctionis esse sibi collata remedia.

Cum decursis ergo temporibus duræ d tionis sese potestas gravis attolleret, et i jectis populis impiorum dominatus non re

. regiminis sed excidia ultionis, aspeximus rum statum non ex ordine vegetari rec- ed dejici ex gravedine potestatis. Con- nt enim reges elata fastigia in bifronti dis- iotoris, et aut in culpis lex ardua sævie- : in spoliis favorem lex voluntaria commo- inde mœstos animos non spes fovebat nere, sed tolerantia vexabat in funere. m in reparationis occursu, non tamen nos ola ratio cogit, verum et ipsa commotio impellit, ut ex omnium deliberatione ani- concordi illa maneat sententia dicti, quæ m ausibus rite ponat illicitis, et consul- vandis jure ferat populis. Quosdam nam- nspeximus reges, postquam fuerint regni i assecuti, extenuatis viribus populorum ropriæ congerere lucrum, et, obliti quod nt vocati, defensionem in vastationem con- , et vastationem defensione pellere defu- illud gravius innectentes quod ea quæ r acquirere non regni deputant honori vel sed ita malunt in suo jure confundi, ut x debito decernant hæc in liberorum poste- transmitti. Quamobrem in proprietatis intur redigere sinu, quæ pro solo constat perii percepisse fastigium, et illud in juris collocant antro, quod populi utilitatis ac- n esse constat obtentu. Nam numquid ad it populorum adventus, aut rerum poterat ere census, nisi exstitissent gloriæ subli- ilminibus, aut ab æqualibus illi potuerint coacervatione ditari, nisi per subjectos glo- iice potuissent attolli? Omnia rectæ totius iemoria subjecta ad principale caput revelat, n debitæ jussionis obtutu negotiorum ab spectant remedium, cui modo gratum, lebitum irrogant censum. **126** Regalis orthodoxa sublimitas hæc cuncta sibi de- nvincit, ex quo se regem recognoscit, et nquisita non alteri quam sibi juste defen- de non personæ, sed potentiæ subdi hæc non ambigit. Regem æterna jura faciunt, sona, quia non constat sui mediocritate, sed atis honore. Quæ ergo honori debeant ho- erviant, et quæ reges accumulant regno re- , ut quia eos regni gloria decorat, ipsi quo- ni gloriam non extenuent, sed exornent. : deinceps jure conditi reges in regendo ju- ita, in parcendo pectora prompta, in conqui- ndia parca, in conservando vota sincera, ut riam regni cum felicitate retentent, quanto iminis et mansuetudinis conservaverint et e direxerint promissæ præmium ditionis. Ne disse putetur ex fomite rationis, revelare evidentissima specie operis, ut ex illo nos assertores habeat probitas veritatis, ex quo semetipsam reservaverit qualitas actionis. im ita ex gentis nostræ mediocribus majori- personis multos hactenus corruisse reperi- A mus et deflemus, ut eorum agnitis ruinis non aliud possimus quam divinæ judicia considerare promissionis, quorum domorum spolia et potentiarum divitias simul ac prædia ita conspicimus prorsus exinanita, ut nec fisci usibus commoda, nec palatinis officiis reperiantur in remedium salutare collata. Cujus rei serie ex utroque concurrente, dum et judicatos sententia judiciorum elisit, in eorum bonis ad ipsorum vicem munificatus nemo surrexit, pene non tenuisse disciplinam in ordine, sed defectum posuisse pensantur in gente, illo majori salutis dispendio cumulato, quia tam hæc quæ a judiciis vigor judiciorum abstraxerat quam illa quæ qualiscunque proventus ordine profligationis contriverat, tota proprietatis principum amplitudo in sinum suæ receptionis in- B cluserat. Sicque solo principali ventre suppleto, cuncta totius membra gentis vacuata languescerent ex defuncto. Unde venit ut nec subsidium mediocres, nec dignitatem valerent obtinere majores, quia dum solius potestatis vigor maxima occupavit, totius plebis status nec minima jura defendit, atque cum omni palatino officio simulque cum majorum minorumque conventu, nos omnes, tam pontifices quam etiam sacerdotes et universi sacris ordinibus famulantes, concordi definitione decernimus et optamus, ut omnis conquisitionis profligatio in omnium rerum viventium immobiliumque, et moveri valentium corpore vel specie, forma vel genere, quæ a gloriosæ memoriæ Cindasiuntho rege a die quo in regnum C dignoscitur conscendisse repertus, quolibet modo exstiterit, omnia in serenissimi atque clementissimi domini nostri Reccesiunthi principis perenni transeant potestate et perpetuo deputentur in jure, non habenda parentali successu sed possidenda regali congressione : ita ut juste sibi debita quisque percipiat, et de rebus ad remedia subjectorum quæcunque elegerit principis voluntas exerceat, illis tantummodo exceptis quæ memoratus divæ memoriæ Cindasiunthus princeps ante regnum aut ex propriis, aut ex justissime conquisitis visus est habuisse. In quibus cunctis filiis una cum glorioso domino nostro Reccesiuntho rege maneat divisio libera, et possessio pace plenissima. Sed illæ res quas prædictus princeps de justis proventibus filiis suis, vel quibuslibet justis- D sime visus est contulisse vel reliquisse omnes in eorum jure maneant inconvulsæ, illa hujus negotii servata veritate, ut quia grata voluntas domini nostri Reccesiunthi regis reddere decernit unicuique justissime debita, nemo invasionis calumniam moveat, aut damna requirat præter quæ gloriosæ memoriæ genitorem ejus quædam indebite habuisse constiterat.

Lex edita in eodem concilio, imperante principe glorioso.

In nomine Domini, Flavius Reccesiunthus rex, eminentiæ celsitudo terrenæ tunc salubrius sublimia probatur appetere, cum saluti proximorum pia cernitur compassione prodesse, unde solet contingere ut plus commodi de aliena salute conquirat, quam

de propria humilitate quisque proficiat. In multis enim quia multorum salus attenditur, majoris lucri summa perficitur. Ipsi autem, quia privati commodi fructus appetitur, non satis est si unius beneficii præmium conquiratur. Hinc et illa regendarum tantumdem salus est plebium, quæ non suos fines privata voluntate concludit, sed quæ universitatis limites communi pietatis lege defendit. Quapropter ne salutaris ordo imperialibus videatur verbis potius obtineri quam pactis, de sublimitatis obtentu declinamus ad vota supplicum tranquillæ visionis aspectum, ut inde salutaris compassio habeat commodum, unde plebes adeptæ fuerint supplicationis effectum. Cum ergo præcedentium serie temporum immoderatior aviditas principum sese prona diffunderet in spoliis populorum et augeret ejs proprietatis censum ærumna flebilis subjectorum, tandem supernæ respectionis affectu nobis est divinitus inspiratum, ut quia subjectis regibus reverentiam dederamus, principum quoque excessibus retinaculum temperantiæ poneremus. Proinde sincera mansuetudinis deliberatione tam nobis, quam cunctis gloriæ nostræ successoribus affuturis, Deo mediante, legem ponimus, decretum divalis observantiæ promulgamus, ut nullus regum impulsionis suæ quibuscunque motibus aut factionis, scripturas de quibuslibet rebus alteri debitis ita extorqueat, vel extorquendas instituat, quatenus injuste ac violenter indebitarum sibi quisque probare possit dominium rerum. Quod si alicujus gratissima voluntate quidpiam de rebus a quocunque perceperit, vel evidenti præstatione lucratus aliquid fuerit, in eadem scriptura patens voluntatis præstitæ conditio annotetur, per quam aut oppressio principis, aut conferentis fraus evidentissime detegatur, et si patuerit a nolente fuisse scripturam exactam, aut resipiscat improbitas principis, et evacuet quod male construxit, aut certe post ejus mortem ad eum cui exacta est scriptura, vel hæredes ejus, res ipsæ sine cunctatione debeant revocari. Illæ autem res, quæ remota omni comprehensionis argumentatione, sed mera libidine directo modo transierunt in principis potestatem, in eis perenniter jure perdurent, et quidquid ex rebus ipsis idem princeps ordinare voluerit, suæ potestatis arbitrio subjacebit. Verum ut omne hujus negotium actionis roboret sinceritas veritatis, cum quarumcunque rerum scripturæ in principis nomine exstiterint, ab his quos elegerit princeps diligentissime perquirantur, si non aliquod indicium aut de impressione principis, aut de fraude scripturam facientis modo quocunque cognoverint. Ac sic aut rite facta series scripturæ permaneat, aut irrite confecta vanescat.

A Similis quoque sententia de terris, vineis
mulis observetur, si sine scripturæ textu
modo coram testibus quolibet pacto fuerit
De rebus autem omnibus a tempore Simiti
huc usque a principibus acquisitis, aut d
provenerit acquirendis, quæcunque forsita
inordinata sive reliquit, sive reliquerit, quæ
apice probantur acquisita fuisse, ad suc
tantummodo regni decernimus pertinere,
potestate, ut quidquid ex his elegerit facere
habeat velle. In illis autem rebus quæ ip
bonis parentum, aut de quorumcunque pr
successionibus proximorum, ita eidem prin
que (si filii defuerint) hæredibus legitimis h
jura patebunt, sicut etiam cæteris lege ve
B sione paterna patuisse noscuntur. Quod si
rebus quorumcunque parentum aut proxim
solum successione, sed etiam qualibet c
aut quocunque contractu ad jus ipsius p
patuerit, si contingat hæc inordinata relin
ad successorem regni, sed et ad filios vel
ejus qui conquisivit specialiter omnis ea
quisitio pertinebit. Nam de illis rebus q
princeps ante regnum, aut ex proprio, aut
simo conquisito dignoscitur habuisse, in
ordine aut faciendi quod voluerit potestas
aut certe filiis ejus successio plena patebit.
filii defuerint, legitimis hæredibus ex his q
dinata reliquerit, hæreditario jure adire
Hujus sane legis sententia in solis erit p
C negotiis observanda atque ita perpetim va
non ante quispiam solium regale conscend
juramenti fœdere hanc legem se in omnibu
promittat, quacunque vero aut per tumulti
bes, aut per absconsam dignitatem public
natum, adeptum esse constiterit regni fasti
idem cum omnibus tam nefariæ sibi consent
et anathema fiat, et Christianorum comm
amittat, tam diræ percussionis ultione co
omnis divini ordinis cultor qui illi communi
sumpserit, simili cum ipso damnatione disp
pœna tabescat. Nam si quis legis hujus s
officio palatino malevolendo, aut detrahen
rare voluerit, aut evacuando quandoque ut
D insultans vel aperte resultans, proloqui
exstiterit, cunctis palatinæ dignitatis cons
officiis mox nudatus, omnium rerum suaru
diam partem amittat, et in deputato sibi loco
totius palatii maneat societate seclusus. R
etiam qui se in hac culpa devolverit, simil
proprietatis suæ dispendio subjacebit.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TOLETANI NONI.

1. Ut de rebus ecclesiæ nihil episcopi auferant, et qualiter proximi fundatoris ecclesiæ sollicitudinem gerant.

2. *Ut fundatores* ecclesiarum quoadusque vixerint earum habeant curam, ipsique illic n eligant servituros.

3. Si de rebus ecclesiæ pro præstatione dari dicatur, causa præstiti cognoscatur.

)uod de conquisitis rebus inter ecclesiam et lotis hæredes æqualis divisio fiat.
i episcopus monasterium facit vel parochia- cclesiam ditat, quartam partem de rebus ec- conferat.
)t episcopus tertiam partem ecclesiasticarum sibi debitam, cui elegerit, conferat.
e extra constitutum ordinem morientis sacer- ıæredes rem ejus adire præsumant.
't in scripturis quas sacerdotes vel ministri ı fecerint, post mortem habeant annorum um computatum.
)uantum commodum si episcopus tollat de ec- cujus tumulaverit sacerdotem.
De damnatione filiorum qui ex sacerdotibus iistris geniti probantur.

11. Quod servilibus clericis dare debeant episcopi libertatem.

12. Quod post mortem sacerdotis in libertate servis collata annorum tempus debeat computari.

13. Ut ex libertis ecclesiæ et personis ingenuis geniti ab obsequiis ecclesiæ non recedant.

14. Quod si liberti ecclesiæ ad eam reverti noluerint, omnis eorum regula juri applicetur ecclesiæ.

15. De obsequio et disciplina libertorum ecclesiæ.

16. Quod liberto ecclesiæ nihil de rebus suis in alienum liceat transferre.

17. Ut baptizati Judæi cum episcopis celebrent dies festos.

---

127 INCIPIT CONCILIUM NONUM TOLETANUM.

'um æra DCLXIII, *anno tertio Reccesiunthi regis. Kal. Novemb. ab episcopis septemdecim.*

ıcanonicæ diffinitionis edicto, in Toletana urbe :ragendo concilio, post dies Kalend. Novem-, anno septimo Reccesiunthi principis gloriosi, ilica sanctæ Mariæ semper Virginis in unum ius Domino favente collecti, id communi de- ıe decrevimus ut, capitula quæ in priscis ca- ıs minime habebantur inserta, pari promulga- sententia, et antiquis jungerentur regulis pe- jugitate mansura, et omni reverentia conser- . Sed quia nequaquam recte subditos judicat ɔn seipsum prius justitiæ censura castigat, nobis et expedibile visum est ante nostris bus imponere modum, et sic errata corrigere ɔrum. Tunc namque melius judiciorum exor- :untur, cum judicium ante disponitur, eo quod judicii forma completur cum negotiorum prin- æquitas judicantium antefertur. Ideo exor- æquitatis inchoari a judicibus debet, ut per- uris causatio limitem apertius formet.

I. Omnis itaque rei ecclesiasticæ quantitas emedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum æparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum nistrorum ex rebus ecclesiæ quæ in quibus- e locis a fidelibus largiuntur aliquid auferat, suo aut cathedræ civitati connectat. Devotio miuscujusque sicut gratanter votum contulit ı definivit quod plenitudo votorum conservare- loco in quo velut si locata tenentur, manet offerentis, ita si frustrantur, imminet perni- fraudantis. Verum ut hujus rei potior solidi- beatur, condignis filiis, vel nepotibus, hones- ısque propinquis ejus qui construxit vel dita- lesiam licitum sit hanc bonæ intentionis ha- ɔlertiam, ut si sacerdotem seu ministrum ali- x collatis rebus præviderint defraudare, aut ɔnitionis honestæ conventione compescant, iscopo vel judici corrigenda denuntient. Quod si talia episcopis agere tentet, metropolitano ejus hæc insinuare procurent. Si autem metropolitanus talia gerat, regis hæc auribus intimare non differant. Ipsis tamen hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi juris proprii potestatem proferre, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quamcunque præsumere ; sed hoc solum in salutarem sollicitudinem adhibere, quod aut ut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut ut in multam aut partem aliquam salutaris merces assumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare voluerit, et male rapta cum confusione restituet et excommunicationis annuæ sententiam sustinebit.

II. Cum sæpe sit solitum, etiam illa quæ non debentur prece supplicationis et vi quodammodo extorqueri doloris, quanto magis et sine obstaculo concedi debent exquisita simul et ordine juris et dolore compassionis? Quia ergo fieri plerumque cognoscitur, ut ecclesiæ parochiales, vel sacra monasteria, ita quorumdam episcoporum vel insolentia vel incuria horrendam decidant in ruinam ut gravior exoriatur ædificantibus mœror, quam instruendo gaudii exstiterat labor, unde pia compassione decernimus ut quandiu earumdem fundatores ecclesiarum in hac vita superstites exstiterint, pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam et sollicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsi offerant episcopi ordinandos. Quod si tales forsitan non inveniantur ab eis, tunc quos episcopus loci probaverit Deo placitos sacris cultibus instituat cum eorum conniventia servituros. Quod si superstitibus eisdem fundatoribus rectores ibidem præsumpserit episcopus ordinare, et ordinationem suam irritam noverit esse, et ad verecundiam suam alios in eorum loco quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint ordinari.

III. Si sacerdotes vel ministri de rebus ecclesiæ

quidpiam alicui sub præstationis obtentu concedant, instrumenti causam evidenter exponant, ut hoc aut juste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens quæ latet appareat, aliter vero pro hujus negotii causa deinceps scriptura confecta non valeat.

IV. Sacerdotes vel quicunque illi sunt quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcunque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis, vel vile, vel parum habuerint, ad ecclesiæ nomen, cui chartarum præsunt instrumenta conficere, procurent. Non enim convenit ut ecclesia, quæ suspicit externum efficiat in alieno divitem, et in suo retineat fraudatorem. Hi vero qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re quam post ordinationis suæ diem visi sunt acquisisse, sive aliqua sint instrumenta confecta, compensata tum juris sui quam ecclesiasticarum rerum habitudine, si se utriusque rei quantitas exæquaverit, inter ecclesiam et decedentis hæredes æquo jure conquisitio pertinebit. Si autem quælibet pars majori cumulo sui juris excreverit, majorem portionem etiam in divisione percipiet. Quicunque vero de prædictis sacerdotibus vel ministris pro sui utilitate atque amicitia vel præstatione, aut quocunque modo, aut per scripturæ seriem aliquid meruerint a quolibet præcipere, in rebus ecclesiasticis non poterunt numerari, sed quod exinde voluerint facere in ipsorum voluntatis arbitrio subjacebit, quia si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, ecclesia hæc sibi cui prætuit, vel minister exstiterit, in perpetuum vindicabit.

V. Bonæ rei dare consultum, et præsentis habetur vitæ subsidium et æternæ remunerationis exspectari cernitur præmium. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, et hoc rebus ecclesiæ cui præsidet ditaverit, non amplius ibidem quam quinquagesimam partem dare debebit, ut hac temperamenti æquitate servata et cui tribuit competens subsidium conferat, et cui tollit damna gravia non infligat. Ecclesiam vero quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare noluerit scripturis, non amplius quam centesimam partem census ecclesiæ cui præsidet ibidem conferre licebit, ea tamen cautela servata, ut unam tantummodo quæ placuerit ex duabus remunerationem assumat.

VI. Cum præteritis sanctionibus notissimum habeatur, quæ de rebus parochialium ecclesiarum pars episcopo conferatur, opportune tamen duximus decernendum, ut si episcopus tertiam quam de rebus eisdem sanctione pariter sibi debitam novit, aut ipsi ecclesiæ cujus res esse patebit, aut alteri ecclesiæ cui elegit conferre decreverit, et licitum maneat et irrevocabile robur ejus sententia ferat.

VII. Propinqui morientis episcopi nihil de rebus ejus absque metropolitani cognitione usurpare præsumant; quod si is qui recesserit metropolitanus fuerit, successores sententiam ejus aut concilium sustinebunt, ne passim hæreditatis adeundæ danda licentia de rebus ecclesiæ, aut non retineat ratio plena, aut fraus non inveniatur illata. Quod si presbyteri aut diaconi fuerint, quos obiisse constiterit, non sine agnitione sui episcopi rem ejus hæredibus adire licebit. Quisquis sane post hæc transgressor inventus exstiterit, pro his quæ non exspectato ordine adierit invasionis damno legis sententiæ subjacebit.

VIII. Si sacerdos vel minister, dum gubernacula ecclesiarum administrare videtur, contra Patrum sanctiones de rebus ecclesiæ defuisse aliquid dignoscitur, non ex die quo talia scribendo decrevit, sed ex quo talia moriendo definita reliquit supputationis ordo substabit, nusquam enim ad triennium temporis pertinebit vita irrite judicantis, quia status contractuum initia non sumpsit ab origine æquitatis.

IX. Plerique, dum rapinis inhiant ut non debent, aut miserationis opus condigne non implent, aut indebita ipsi miserationi damna permiscent. Ideoque ne amplius misericordia opus exsecrabiliter labatur, id communi decreto sancimus ut, cum pontificem mori contigerit, episcopus qui ad humandum corpus advenerit, descriptis thesauris atque ornamentis omnibus, si locuples decedentis ecclesia fuerit, non amplius quam libram auri exceptis ornamentis ecclesiæ cum gratia offerentium auferre pertentet. Si vero minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi licenter usurpet, nam et hæc usurpare ipsa ratio nulla permitteret, nisi ejus qui convenit sacerdotis injuriæ contemplatione antiquitas hoc usurpata servasset. Porro breve descriptarum rerum sub fideli ratione hic qui descripsit dirigere metropolitano curabit. Metropolitanus autem ex eadem morientis ecclesia nihil prorsus auferre præsumat, sed solam quæ ad eum pertinet curam salutarem impendat.

X. Cum multæ super incontinentia ordinis clericorum hactenus emanaverint sententiæ Patrum, et nullatenus ipsorum formari quiverit correctio morum, usque adeo sententiam judicantium protractavere commissa culparum, ut non tantum ferretur ultio in auctoribus scelerum, verum et in progenie damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdiaconum deinceps vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constituti filios procrearent, illi quidem ex quibus geniti probantur canonica censura damnentur. Proles autem aliena pollutione non solum hæreditatem parentum nusquam accipiet, sed etiam in servitutem ejus ecclesiæ, de cujus sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt jure perenni manebunt.

XI. Qui ex familiis ecclesiæ servituri devocantur in clerum ab episcopis suis, libertatis necesse est ut percipiant donum, et si honestæ vitæ claruerint meritis, tum demum majoribus fungantur officiis. Quos vero flagitii sordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis religet in catena.

XII. Si sacerdos libertatem servis ecclesiæ conferre voluerit, non a die confectionis scriptura tem-

ıorum computatum tenebit, sed ex quo
ıi scripturam confecit verius obiisse con-

Excessibus libertorum ecclesiæ plerumque
m videmus ecclesiam conversari, et bicipiti
umus tædio condolere, uno, dum superbia
tis auctor contemnitur libertatis, altero, dum
superbientis in conditionem relabi cogitur
s. Ideo cum jam præteritis Patrum regulis
ıper hoc diversæ constitutionis emanaverint
es, tamen quoddam in plenitudinem rei
ınspeximus adhuc innectere complementum.
cut legum reverenda sanctio censuit, ita
ɔtius generationis nobilitas dedit, ut in nullo
ımmistio maculet, quod generositas propria
t. Unde cunctis ecclesiarum libertis, tam
m feminis eorumque propagini, interdicio generali, ne deinceps causa connubii aut
ingenuis copulentur aut Gothis. Quod si
um quandoque patuerit, permistione tali
ɜnita proles nunquam merebitur jus debitæ
s, nec ecclesiæ unquam carebit obsequiis,
ıeficio donum meruisse noscitur libertatis.
i contingat quemcunque de libertis eccle-
mque prosapiæ, contra primævas moder-
ʔatrum regulas, aut Gothis, aut Romanis
copulari, tam illis quam eorum stirpi non
ecclesiæ patrocinio evagari, sed ad debita
reverti cogendi sunt; aut si redire noluecunque vel parentes eorum vel ipsi ab ec-
tadepti, vel in ejus patrocinio visi sunt coninsistente pontifice, in ditionem propriæ
ır ecclesiæ.

ɔlesiæ liberti eorumque progenies eidem
de qua libertatis gratiam meruerunt, obsenpta, sinceraque parabunt, quia sicut in
ɟuio pro possibilitate sui quod utiles ingent, ita quoque in emendatione culparum
ɨiles ingenui sustinebunt.

ibertis ecclesiæ eorumque propagini ex
quæ de jure ecclesiæ noscuntur habere,
A nihil licebit in extraneum dominium transactione quacunque deducere, sed si ex his quælibet vendere fortasse voluerint, sacerdoti ejusdem ecclesiæ offerant convenienter emenda, earumque rerum pretia ut eis placuerit aut dispensent, aut habeant. Nam et in dominium partis alterius rei suæ censum nullomodo transire permittimus. Suis ergo filiis vel propinquis ejusdem ecclesiæ vel servitio vel patrocinio subjugatis quæcunque vendere vel donare voluerint aditus omnino patebit.

XVII. Baptizati Judæi quocunque loco certo tempore conversentur, festis tamen præcipuis Novi Testamenti serie consecratis, ac diebus illis quos olim sanctione veteris legis sibimet censebant esse solemnes, in civitatibus publicisque conventibus cum
B summis Dei sacerdotibus celebrare præcipimus, ut eorum conversationem et fidem et pontifex approbet et veritas servet. Hujus vero temerator edicti, prout episcopus permiserit, aut flagris aut abstinentiæ subjacebit. Expletis omnibus quæ ad honestatis regulam in collationem venere fraternam, grates exsolvimus immortali Domino soli cujus dispositione mirabili ad hunc sanctæ congregationis cœtum meruimus adunari, ut communis visio prosperitatem ostenderet, et pari junctione concordiam assignaret. Obsecrantes ejus misericordiam largam, ut serenissimo Domino et amabili Christo, Reccesiuntho principi glorioso, ita præsentis vitæ felicitatem impendat, ut angelicæ beatitudinis gloriam post longæva tem-
C pora concedat, atque ita nos ejusdem felicitatis lætos efficiat, ut in terra viventium remuneraturos attollat. Antiquitatis dehinc ordinem saluberrime retinentes postquam rationem festi Paschalis fraternitas vestra cognovit, noverit se anno venturo die Kalendarum Novembrium causa peragendi concilii in hac urbe favente Domino congregari, ut simili disceptatu, aut quæ prospexerimus congrua decernamus, aut solius pacis conventu lætemur. Consummatum est hoc sanctum concilium die octava Kalendarum Novembrium, anno feliciter septimo regni serenissimi atque clementissimi domini nostri Reccesiunthi regis, æra DCLXVII.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TOLETANI DECIMI.

ılebritate annuntiationis Dominicæ.
is qui adversus principem conjuraverunt.
episcopis qui monasteriis vel ecclesiis
ineos suos, vel sibi faventes præficiunt.
rofessione et habitu viduarum sanctimo-
D 5. De sanctimonialibus feminis quæ propositum abjecerunt.

6. De his qui in parva ætate coram parentibus religionis habitum tenuerint, vel usque ad quartum annum liceat parentibus filios tradere religioni.

INCIPIT CONCILIUM DECIMUM TOLETANUM.

Æra DCLXVIII, *anno octavo Reccesiunthi regis.*

tionem nobis spiritualem contulit divina
ando tribuit inter nos et salutaris disciɟuentiam convenire ad pacificorum studia
. Congregatis ergo nobis et in concordiam
animi, et in conventum loci, referentes gratias invisibili Deo, et glorioso rerum domino Reccesiuntho regi, cujus sanctissimo voto retenta paternitatis sanctæ traditione ad sacrum quivimus adunari con-

ventum, has subter annexas regulas concordi definitione prolatas æterna statuimus manere lege præfixa.

CAP. I. De celebritate festivitatis divinæ Matris, cum nihil fidei sinceritas per diversitatem adversum incurrat, et unitatem catholicæ regulæ varietas nulla decerpat, est tamen quod nisi temporum unitate servetur, et dissidium indiscissæ unitatis parturiat et sacramentorum unitate constare non valeat. Hinc est enim quod Paschale festum uno die celebremus et tempore, ne in Judaicum decidamus errorem. Hinc adventum sancti Spiritus post resurrectionem Domini nisi exspectemus tempore definito dierum numerò, non possumus impleri ejusdem Spiritus dono, quoniam si caret plenitudine numeri, carere potest et mysterii sacramento; hinc nativitatis Dominicæ sacrum quo evidenter de utero Virginali Verbum prodiit caro factum absque dubio servat et temporis cursum, et repræsentat speciale diei momentum. Si ergo nativitatis et mortis hujus incarnati Verbi dies absque immutatione ita certus habetur, ut absque diversitate in toto orbe terrarum ab omni concordi Ecclesia celebretur, cur non festivitas gloriosæ matris ejus eadem observantia uno simul ubique die, simulque habeatur honore? Invenitur etenim in multis Hispaniæ partibus hujus sanctæ Virginis festum non uno die, per omnes annorum circulos agi. Quo enim transducit homines diversitas temporum dum varietatem celebritatis non habere probantur. Qua de re quoniam die qua invenitur angelus Virgini Verbi conceptum, et nuntiasse verbis, et indidisse miraculis, eadem die festivitas non potest celebrari condigne, quod interdum Quadragesima vel Paschale festum videatur incumbere, in quibus nihil de sanctorum solemnitatibus sicut ex antiquitate regulari cautum est, convenit celebrari, cum secundum ipsam incarnationem Verbi non conveniat, tunc celebritatibus prædicari, quando constat idipsum post mortem carnis gloria resurrectionis attolli; ideo speciali constitutione sancitur, ut ante octavum diem quo natus est Dominus, genitricis quoque ejus dies habeatur celeberrimus et præclarus; ex pari enim honore constat, ut sicut nativitatem Filii sequentium dierum insequitur dignitas, ita festivitatem matris tot dierum sequatur sacra solemnitas. Nam quid festum matris est nisi incarnatio Verbi? Cujus festum ita debet esse solemne, sicut est, ut ejusdem nativitatis Verbi. Quod tamen, nec sine exemplo decentis moris, qui per diversas mundi partes dignoscitur observari, videtur institui. In multis itaque Ecclesiis a nobis et spatio remotis, et terris, hic mos agnoscitur retineri, proinde ut de cætero quidquid est dubium sit remotum, solemnitas Dominicæ matris die decimo quinto Kalendarum Januariarum omnimodo celebretur, et nativitas Filii ejus Salvatoris nostri die octavo Kalendarum earumdem, sicut mos est, solemnis in omnibus habeatur.

II. Frequentium molestiarum nocens impulsus contemni quidem magnitudine decentis poterit gravitatis, sed quia honesta sollicitudo cohibere properat, quod frequentata usitatio vitare non curat, ideo et cum quorumdam paternorum sanctionibus decretorum et institutionibus sit legalibus cautum ne contra salutem principum, gentisque, aut propriæ patriæ quisquam meditari conetur adversum, hoc unum specialiter nunc depromitur observandum, ut si quis religiosorum ab episcopo usque ad extremum ordinis clericorum sive monachorum generalia juramenta in salutem regiam gentisque aut patriæ data reperiatur violasse voluntate profana, mox propria dignitate privatus, et loco et honore habeatur exclusus, eo miserationis obtentu tantummodo reservato, ut an locum, an honorem, an utraque possideat concedendi jus licentiamque principalis potestas obtineat.

III. Reverentiæ totius auditu percipiatur, quia res dura non frustra cogitur hac duriori exstirpari censura. Agnovimus enim quosdam pontifices præcepti Principis apostolorum, qui ait : « Pascite qui in vobis est gregem, non coacte, sed spontanee, neque dominantes in clero, sed forma facta gregis (*I Petr.* v, 2); » ita esse immemores, ut quibusdam monasteriis, parochialibusque ecclesiis, aut suæ consanguinitatis personas, aut favoris participes iniquum sæpe statuant in prælatum, ita illis providentes commoda inhonesta, ut aut eis deferantur quæ proprio episcopo dare justus ordo depoposcerit, aut quæ rapere deputati exactoris violentia poterit. Proinde decenter omnibus placet in præsenti tale rescindere factum, et non esse de cætero faciendum, nam quisquis pontificum deinceps, aut sanguine propinquis, aut favore personis quibuscunque devinctis, talia commendare lucra tentaverit et suum nefandæ præsumptionis excidium, et quod jussum fuerit devocetur in irritum, et qui ordinavit annuæ excommunicationi subjaceat, quæ vero ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulit reddantur in duplum.

IV. Bene per Spiritum Domini possumus cum sancto Apostolo dicere, « non ignorare vos astutiam Satanæ (*II Cor.* II, 11) » quia impellimur « zelo domus Dei (*Joan.* II, 17), » et ardore cremari. Videmus enim ad tanta fraudum studia convalescentem excrevisse perniciem, ut et primæva Patrum constitutio a quibusdam æstimetur illudi, et nova judicum putetur intentio pelli. Nam inveniuntur nonnullæ viduæ diversis excusationibus se adeo contegentes, ut blandiantur sibi se non Patrum plena religionis alligatas institutione teneri. Unde antiquis inconcusse permanentibus regulis hoc adjicitur novæ oraculo sanctionis, ut vidua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti et ministro ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis professionem faciat a se aut signo, aut subscriptione notatam, continentem se et religionis propositum velle hoc perenniter inviolate servare. Tunc accepta a sacerdote vel ministro apta religionis hujus veste seu lectulo quie

sive quocunque in loco consistens incunctan- A quando habuerint, mox ad religionis cultum habi-
utatur, nec diversi coloris aut diversæ partis tumque revocentur, et sub strenua districtione hu-
ı sit notabilis vestis, sed religiosa et non sus- juscemodi observantiæ inservire cogantur. Parenti-
quæ careat varietatibus colorum, et diversi- bus sane filios suos religioni contradere non amplius
ȝ specierum, adeo ut absque ulla suspicione quam usque ad decimum ætatis eorum annum licen-
ressionis maneat usui tantum apta sanctæ tia poterit esse ; postea vero an cum voluntate pa-
ɔnis, et sui sexui competens ad testimonium rentum, an suæ devotionis sit solitarium votum, erit
atis. Ut autem deinceps nil devocetur in du- filiis licitum religionis assumere cultum. Quisquis
pallio purpureo, vel nigri coloris caput con- autem vel abolitione tonsuræ vel sæcularis vestis
ıb initio susceptæ religionis, ut dum illic tu- assumptione detectus fuerit attigisse transgressio-
gnum probabilis sanctitatis, ubi nullius falli nem, et excommunicationis censuram accipiat, et
t visio intuentis, nunquam attentet astus de- religioni semper inhæreat. Opitulante miseratione
læ præsumptionis. divina, et gloriosissimi Reccesiunthi principis inhæ-
ɔmnes feminæ quæ jam in præteritum religio- rente voluntate religiosa, his testibus decentissime
ıte probantur indutæ fuisse, nihil excusationis alligatis, in pace connexis, ex totis præcordiorum
valeat in oppositionem quælibet objectio, B visceribus damus gloriam et honorem soli æterno
is diversis ac callidis adumbrare se velint et immortali Deo Patri et Filio et Spiritui sancto,
e argumentis, sed ad sacratissimam sanctio- cujus dono collatum nobis agnoscimus pro ejus Ec-
ısciplina sanctiores teneat religatas atque sub- clesiæ statu, et regere curam et posse sacri regimi-
Commoneantur sane sacerdotis auctoritate nis competentia disponere jura, a quo petimus et op-
ɛant sponte. Qui si redire noluerint impulsu tamus ut porrectam in longitudine felicium dierum
ɒtis, ad religionis cultum reducantur, et in sacratissimi principis vitam, et omni gloriarum de-
teriis redactæ excommunicationis condigne core perpetim faciam pollere salute. Nobis quoque at-
tia feriantur. Hic idem quoque ordo in illa- tribuat susceptum Ecclesiæ suæ regnum, cum æqui-
ɔndemnatione manebit, quæ quamlibet a sa- tate disponere, in sollicitudine gubernare et in pace
ɛ sanctimoniæ vestem non accepissent, ipsæ tenere, ut post hujus mundi suscepta pericula per-
aut indutæ sunt, aut in illo diu habitu consen- venire possimus ad cœlestia regna. Amen. Eugenius,
qui religionis esse cultus ab intuentibus cre- indignus Toletanæ sedis metropolitanus episcopus,
r, si coram Ecclesia, vel sacerdote aut etiam hæc nostrarum definitionum statuta subscripsi. Simi-
tentibus testibus quinque indutæ certis indi- liter et alii episcopi subscripserunt numero sexdecim.
t testimoniis approbantur, omnes tamen hæ C
ıientes ad primam religionem, seu post trans- *Decretum pro Potamio episcopo.*
n resumentes iteratam conversionem, sicut Assumere poteramus canoram in cantu fra-
ısum est, et pallio capita contegant et con- ternæ lætitiæ tibiam, quia divina pietas conventum
m roboratamque professionis faciant scri- nostrum ad concordiæ convocaverat studia, et
ı, per quam ulterius non sinantur relabi ad convenerat mœstitiam vitare, quoniam usitatione
ications audaciam. Quæ vero ex omnibus his disciplinæ videbamur paternas regulas innovasse,
repertæ animum aut vestem in transgres- sed gravius sistrum pro cymbalo sumimus, et funus
edisse, excommunicationis sententiam ferant, pro carmine decantamus, gementesque cum Jeremiæ
ım mutato habitu in monasteriis, donec diem fletibus dicimus : Dissolutum est gaudium cordis no-
n claudant, sub ærumnis arduæ pœnitentiæ stri, versus est in luctum chorus noster. Unde et væ,
ıt religatæ. coram nobis conspicimus, quoniam cecidisse coro-
Ɛe his qui in parva ætate coram parentibus nam capitis nostri videmus, dum tam nobile in in-
nis habitum tenuerunt, qui usque huc dis- firmum corruit, quod tam in sublimæ sanctitatis
operationis effectus interdum mutare fecit D optimum stetit. Ecce etenim tractantibus nobis in
ım constitutionis edictum, dum incondite pace de ecclesiasticis regulis delatum est conventui
putatur, quod indissolubile sanctionis au- nostro epistolium confusæ confessionis et abolendæ
ɛe tenetur. Ideo quidquid obvium ex incerto subscriptionis, quod Potanius Bracarensis Ecclesiæ
t evidenter abjici debet, ut de cætero nihil episcopus de factis propriis suis annotarat articulis.
t quod in dubium nutet; ideoque si in quali- Quo reserato, quid oblitteranda pagina et abolenda
nori ætate vel religionis tonsuram vel re- litterarum panderent elementa, fletibus potius quam
debitam vestem in utroque sexu filiis, aut sermonibus lacrymosa contritio recensuit. Tunc
ut ambo parentes dederunt, certe aut no- solitarie tantum secretimque adunatis pontificibus
s vel nescientibus se susceptam, non mox Dei, prædictum episcopum adesse coram nobis feci-
in filiis abdicaverint, sed vel coram se vel mus, quem singultibus aggredientes amplius quam
Ecclesia, palamque in conventu eosdem filios loquelis, reseratam illi suæ deformitatis, et nostræ
abere permiserint, ad sæcularem reverti ha- confusionis scripturam protulimus. Quam accipiens
ipsis filiis quandoque penitus non licebit, sed ac recurrens sciscitantibus nobis, utrum sui operis,
i quod tonsuram aut religiosam vestem ali- et suæ annotationis intimatio esset; illico suum actum
suique oris eloquium, suorum digitorum esse robur

asseruit; quod illic relegendo prævidit. Rursum sub divini nominis contestatione hunc adjurantes obtestati sumus, ut an de se sponte mendacium diceret, aut alicujus violentia premeretur et perterritus talia enarraret, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce luminibusque ploratu madentibus, et fragore singultuum, cum unius Dei nominis juramento, clamavit se et vera eadem mala de se confiteri, et ad hæc confitenda nulla se violentia prægravari, unde etiam ferme per novem menses sponte deseruisse regimen Ecclesiæ suæ, et ergastulo quodam pro admisso flagitio acturus pœnitentiam se conclusisse prædixit. Tunc per fidelem confessionem est agnitio, quod tactu femineo sorduisset deflorata. Licet hunc paterna antiquitas sacris regulis dejicere ab honore decernat, nos taman miserationis jura servantes non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione jam abstulerat, sed valida auctoritate decrevimus perpetuæ pœnitentiæ hunc inservire officiis et ærumnis, providentes melius illum per asperam ire pœnitentiæ solitudinem, ut quandoque perveniret ad refrigerii mansionem quam relictum in voluntatis suæ latitudine ad præcipitium dejici æterna damnatione. Tunc venerabilem Fructuosum Ecclesiæ Dunilensis episcopum communi omnium nostrorum electione constituimus Ecclesiæ Bracarensis gubernacula continere, ita ut omnem metropolim provinciæ Galliciæ cunctosque episcopos populosque conventus ipsius omniumque curam animarum Bracarensis Ecclesiæ sic gubernandam suscipiens ita componat atque conservet, ut et Dominum nostrum de rectitudine operis sui glorificet et nobis de incolumitate Ecclesiæ ejus gaudium præstet. Quia vero ad futura prospicere convenit, ne exoriatur in statu pacis quædam commotio litis, Patrum sententiam, quæ jam dictum Potamium episcopum rectitudine damnat, huic decreto connectere nostra vigilantia procurat.

Ex concilio Valentino, titulo 4.

Nec illud, fratres, scribere alienum ob Ecclesiæ utilitatem censuimus, ut sciretis quicunque sub ordinatione, vel diaconatus, vel presbyterii, vel episcopatus mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinibus submovendos, reos scilicet vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neque enim absolvi potest in his, si in seipsos dixerint, quod dictum in alios puniretur, quoniam omnis qui sibi fuerit mortis causa major homicida sit. Multæ quidem et aliæ sententiæ huic poterant innecti decreto, quæ prædictum Potamium episcopum severissima auctoritate abjicere jubent, sed ex omnibus hanc conscriptam ponere sententiam maluimus, ne, si totius damnationis edicta replicassemus, gravissimæ ultionis auctores existere videremur. Factum decretum sub die Kalendarum Decembris, anno feliciter octavo regni gloriosissimi Domini Reccesiunthi regis. Engenius, indignus Toletanæ sedis metropolitanus episcopus, hoc judicii nostri decretum subscripsi. Similiter et alii episcopi subscripserunt *numero 17.*

Decretum testamentorium.

Vidimus tractatibus invenire quod justum est, e experientia esse judicantium comprobatum, et juxt summi judicii statuta plenior invenit auctoritas. Ide mentis intentionem orisque simul studia deduce tes, in cognitionem audiendi negotii delatum est ad nos conventum sancti concilii ex directo gloriosi domini nostri Reccesiunthi regis per illustrem virum Vuambanem testamentum gloriosæ memoriæ sancti Martini Ecclesiæ Bracarensis episcopi, qui et Dunileuse monasterium visus est construxisse, ut reserato eo quoc hic memoratus beatissimus vir decrevisset nostræ cognitioni patesceret. Quo testamento in omnium convectu relecto, comperimus ex ordine a memorato principe ad nos esse directum, quoniam idem gloriosæ memoriæ sanctus vir ita decreverat, ut succedentibus per ordinem regibus ad complementum ejus ipsius constitutio commendata maneret. Tunc deinde allatum est nobis testamentum Ricuniri, memoratæ Ecclesiæ Dunilensis episcopi, quod de rebus suis in eadem Ecclesia decreverat examinatione veridica dirimendum. Quo relecto cognovimus eumdem auctorem suum illi diversæ constitutionis edidisse conditiones, inter quas unam validam conatus est relegatione constringere, deputans et illationes tributorum, et pretia frugum absque aliqua diminutione annua voce pauperibus erogare, nihilque esse absque deliberatione relictum, quod usibus Ecclesiæ posset quadam liberalitate servire. Tunc ex voce patris Dunilensis Ecclesiæ, astructum est quod universas species generis et corporis, rerum quæ in ejusdem Ecclesiæ domo intrinsecus ad usus domesticos et tempore suæ ordinationis idem episcopus Ricimirus invenit, et quæ ipse aut de opere utriusque sexus artificum familiarum Ecclesiæ potuit habere confecta atque illata, aut quæ sua professione habuisse visus est conquisita, omnia moriens jussisse pauperibus erogare. Quædam vero ita vili pretio vendere ordinasse ut negotiatio harum rerum perditio potius quam mercatio censeretur. Edidisse quoque quosdam liberos ex ejusdem Ecclesiæ familiis quibus etiam cum aliis ad se pertinentibus omnibus amplius quam quinquaginta reperitur utriusque sexus dedisse mancipia; quibus damnis ita cognitis, quia e cuncta remedia intrinsecus domus tam indiscrete largita fuerant, ne quod ad integritatem Ecclesiæ reliquum superesset, cum nulla imminens causa pauperum necessitatis existeret, quæ hoc tam integre et perfecte examussim erogare deposceret, atque pro libertis illis nihil secundum canonicam sanctionem datum in communionem patesceret, sed ne pro mancipiis et reliquis rebus eisdem libertis collatis aliquid in repensationem ecclesiæ relictum noteesceret, verum et suam rem ita in nomine pauperum relegasset, ne aliquid remedii ex hoc ecclesiasticus usus attingeret, ducti sumus tam rationis intuitu quam paternarum sanctionum dicto, ipsius testamenti seriem, etsi non usquequaque in irritum devocare, in quodam tamen rationabili auctorita

temperamento deducere, scilicet, quia tantorum dispendiorum damnis a memorato Ricimiro episcopo factis, res ecclesiasticas dignoscitur subjacere, omnis res ejus quam indelegatam reliquit pauperum nomini tandiu Dunilensi Ecclesiæ plena deserviat facultate donec omne hoc damnum quod in utensilibus domus sustinuit, valeat evidentius reparari. At tunc com- 130 pleta restitutione damni observetur sicut decreta est series testamenti, liberti vero qui ex familiis ecclesiæ facti sunt, et seu res et universa quæ in mancipiis aliisque corporibus, vel illis, vel suis hominibus collata esse dignoscuntur, cuncta in discretione venerabilis fratris nostri Fructuosi episcopi A disponenda relinquimus, ut quia hæc evidens ordo Patrum in irritum devocat, illius temperamentum hæc ad miserationem adducat, qualiter nec regulam paternam modus excedat et miserationem severitas exstinguat, ut secundum merita servientium et libertatis præmia et rerum, vel subtrahat donaria, vel concedat. Editum sub die Kalendarum Decembris, anno feliciter septimo regni gloriosissimi domini nostri Reccesiunthi regis. Eugenius, indignus Toletanæ sedis metropolitanus episcopus, hoc judicii nostri decretum subscripsi. Similiter et alii episcopi subscripserunt numero decem.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII TOLETANI UNDECIMI.

1. Ne tumultu concilium agitetur.

2. Non debere metropolitanum a confinitimorum instructione cessare.

3. Ut in una provincia diversitas officiorum non teneatur.

4. De discordia sacerdotum.

5. De compescendis excessibus sacerdotum.

6. Non debere sacerdotes qualibet in ecclesia familiis truncationes membrorum facere, nec aliquid quod morte plectendum est judicare.

7. Quæ debeat discretio ecclesiarum esse rectoribus, ne per inconditam disciplinam subeant homicidii notam.

8. Ne quidquam præmit pro divinis sacramentis accipiatur.

9. Quid custodiri debeat si per præmium quis episcopus fiat, vel qua sententia feriatur qui ad honorem acceptum per pecuniam ordinatus fuisse detegitur.

10. Ut omnes pontifices rectoresque ecclesiarum tempore quo ordinandi sunt sub cautione promittant quod justissime vivere debeant.

11. De elucidatione antiqui canonis quo præcipitur, ut si quis acceptam a sacerdote Eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.

12. Ne in confinio mortis pœnitens a reconciliatione divina suspendatur, et ut oblatio ejus pœnitentis qui nec tamen reconciliatus de hac vita exierit ab ecclesia receptetur.

13. De sacerdotibus qui vexati cadere videntur.

14. Ut qui Domino canunt atque sacrificant post se semper habeant aditoria constituta.

15. De institutione certi temporis quo concilium agatur.

16. De relatione gratiarum pro consummatione concilii.

B C

INCIPIT CONCILIUM TOLETANUM UNDECIMUM,

Habitum æra DCCXIII, *anno* 13 *Wamebani regis,* VI *Idus Novembris.*

In nomine sanctæ Trinitatis, collectis in unum Carthaginensium provinciæ sacerdotibus in Toletana urbe, in beatæ matris Domini Mariæ Virginis sede, anno quarto excellentissimi ac religiosi Wambani principis, sub die septimo Idus Novembris. Res votiva gaudii, et dies nimium optatæ gratulationis occurrit, in quo nobis datum est conspicere pariter et deflere quid lacrymarum de præteritis Domino debeamus; eramus enim hucusque prolabentis sæculi colluvione instabiles, quia annosa series temporum subtracta luce conciliorum non tam vitia auferebat quam matrem omnium errorum ignorantiam otiosis mentibus ingerebat. Hactenus enim florentem Domini vineam devastaverunt apri frendentes, sponsam Christi, quam sui pretiosissimi sanguinis effusione conciliavit, conspurcare et polluere conata est hæreticorum subdola machinatio, et inconsutilem Domini vestem dividere, unitatem fidei scindere, charitatis tollere fomenta, cum suo proprio pertinaciter sensui volens inhærere, sacræ Scripturæ puritatem suæ pravitatis intelligentia profanat. Præterea sacrosanctam Ecclesiam Dei vulnerant etiam custodes ejus, qui cum deberent ob dignitatis excellentiam D cæteros per suæ virtutis imitationem provocare ad charitatis et unitatis observantiam, tanquam sal infatuatum, potius scandali quam ædificationis dant materiam. Hinc cernentibus quomodo Babilonicæ confusionis olla succensa, nunc tempora averteret conciliorum, nunc sacerdotes Domini de resolutis moribus irretiret, purpuratæ enim meretricis sequebantur incitamenta, quia ecclesiastici conventus non aderat disciplina, nec erat qui errantium corrigeret partes, cum sermo divinus haberetur exosus. Et quia non erat adunandorum pontificum ulla præceptio, crescebat immanis vita deteriorum, cum tandem nos divina clementia operis manuum suarum perditioni condolens, prava indirecta reducens, suum sanctum Sabaoth novis propaginibus ac plan-

tis novellis fundare volens, negligentiæ subrogans diligentiam, pro ignorantia disciplinam immittens, pro socordia solertiam, pro schismate unitatem inducens, pro zizania veræ pacis vinculum largiens, pro caducis cœlestium desideria infundens, pro turpibus honesta sectari stimulans, a terrenis et infimis ad sublimia erigens, nos in hac lacrymarum valle potius morientes quam viventes, in hoc vasto periculorum mari vagantes sine remige, sine clavo huc illucque tempestatum fluctibus per abrupta collisos, in continua malorum acie confligentes, ubi nos circumstant mille discrimina, ubi versutissimus insidiatur hostis mille nocendi artibus instructus, ex alto cæli domicilio respiciens asperitati nostræ se occursuram præbuit et saluti, præparans nostris sæculis religiosi principis mentem devotam pariter et instructam. Cujus providæ sollicitudinis voto, et lux conciliorum renovata resplenduit, et alterna charitas se mutuo in corrigendis vel instruendis moribus excitavit, dum et aggregandi nobis hortatu principis gloriosi facultas data est, et opportuna corrigendis præparata et disciplina ut, qui decursis longe ante temporibus post decem et octo, scilicet labentium annorum excursum, in unum meruimus aggregari conventum, mereri possimus spiritali gratia sanitatem, nec enim numerus iste alienus est a salute, sic quippe « mulier illa in Evangelio ter senis annorum excursibus curva (*Luc.* XIII, 11, *et seq.*) » quæ figuram totius humani generis gestabat sub sacramento hujus numeri salutis pristinæ sanitate donatur. Nos ergo per annos curvo nostri ordinis persistente statu, in eo quod nulla nos conciliorum definitio jungeret, nullus etiam conventus ecclesiastici ordinis adunaret, tandem divinæ voluntatis imperio, et religiosi principis jussu evocati in Toletanam urbem convenimus; qui cum in ecclesia beatæ Mariæ Virginis debitis in sedibus locaremur, inter cætera quæ subterius discreto capitulorum ordine sunt digesta, non aliunde primum cœpimus habere sermonem, nisi de fidei puritate; ut quia initiandis ad beatam vitam hominibus, hæc prima semper est via salutis, prævia quoque nostris fieret præceptis, unde sacræ instructionis arcana sanctorum Nicæni, scilicet Constantinopolitani, Ephesini, atque Calcedonensis conciliorum monimenta amplectentes, per quæ radicitus hæreticorum falsa conciliabula destruuntur, et fidei catholicæ norma declaratur. Hoc communi alternoque judicio definivimus, ut hanc ipsam fidei nostræ regulam verbis simplicibus niteremur alternatim nobis singulariterque referre, ita ut quidquam triduum de hujusmodi quæstionibus unicuique nostrum lectionis visæ memoria occurreret, omni sobrietatis compendio simplici notaretur stylo. Relatio tamen ipsius sacramenti pura et evidens, et a capite primum inciperet, et sic ad membra reliqua perveniret, nullas obscuritatis in se lineas habens, nullas etiam inusitatæ locutionis regulas continens, sed puritas sola esset clara sermonum, *quæ posset* evidentiam exprimere, suaque excitatione magis ad intelligendum verborum rederet simplex collatio quam relata condensæ lectionis instructio, quia et revera tantæ rei mysterium ita sacerdotes Dei convenit nosse, ut non superficie verborum efferantur incogniti, sed sane sensu intelligentiæ reperiantur instructi, ut in disserendo præcipue hujus sanctæ Trinitatis arcana plus evidentia quam eloquentia eos efficiat saporatos. Sic enim et divini muneris dono attracti sunt, ut justa definitionis alternæ promissio monstraretur in opere. Unde quod primo die præsidentis metropolitani lingua profudit, die tertia omnium nostrum vox sigillatim collative repetiit. Iste ergo tenor fidei nostræ qui et a capite copiose profluxit, et a membris probatus gloriose emicuit.

Confitemur et credimus sanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, unum Deum naturaliter esse, unius substantiæ, unius naturæ, unius quoque majestatis atque virtutis. Et Patrem quidem non genitum, non creatum, sed ingenitum profitemur. Ipse enim a nullo originem ducit, ex quo et Filius nativitatem, et Spiritus sanctus processionem accepit. Fons ergo et origo totius divinitatis ipse est. Ipse quoque Pater essentia quidem ineffabilis substantiæ suæ Filium ineffabiliter genuit, nec tamen aliud quam quod ipse est, genuit, Deus Deum, lux lucem. Ab ipso ergo est omnis « paternitas in cœlo et in terra (*Eph.* III, 15); » Filium quoque de substantia Patris sine initio ante sæcula natum, nec tamen factum esse fatemur, quia nec Pater sine Filio, nec Filius sine Patre aliquando exstitit. Et tamen non ut Filius de Patre, ita Pater de Filio, quia non Pater a Filio, sed Filius a Patre generationem accepit, Filius ergo Deus de Patre, Pater autem Deus, sed non de Filio, ille autem Filius Patris, et Deus de Patre, æqualis, tamen per omnia Filius Deo Patri, quia nec nasci cœpit aliquando, nec desiit. Hic etiam unius cum Patre substantiæ creditur, propter quod et *homousion Patri* dicitur, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ, homos enim Græce *unum* housia vero *substantia* dicitur, quod utrumque conjunctum sonat una substantia, nec enim de nihilo, neque de alia aliqua substantia, sed de Patris utero, id est, de substantia ejus idem Filius genitus vel natus esse credendus, est semper ternus, etsi Filius. Quod si Pater semper fuit, semper habuit Filium cujus Pater esset, et ob hoc Filium de Patre natum sine initio confitemur. Nec enim eumdem Filium Dei pro eo quod de Patre sit genitus, disectæ naturæ portiunculam nominamus, sed perfectum Patrem, perfectum Filium sine imminutione, sine defectione genuisse asserimus, quia solius divinitatis est inæqualem Filium non habere. Hic etiam Filius Dei, natura est Filius, non optione quem Deus Pater nec voluntate, nec necessitate genuisse credendus est, quia nec ulla in Deo necessitas cadit, nec voluntas sapientiam prævenit. Spiritum quoque sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, unum atque æqualem cum Deo Patre et Filio credi-

se Deum, unius substantiæ, unius quoque esse
: non tamen genitum vel creatum, sed ab ut-
procedentem, amborum esse Spiritum ; hic
Spiritus sanctus, nec ingenitus, nec genitus
ır, ne aut si ingenitum dicimus, duos patres
ıs, aut si genitum duos filios prædicare mon-
r, qui tamen nec Patris tantum, nec Filii
ı, sed simul Patris, et Filii Spiritus dicitur.
im de Patre procedit in Filium, vel de Filio
it ad sanctificandam creaturam, sed simul
isque processisse monstratur, quia charitas
nctitas amborum esse agnoscitur. Hic ergo
s sanctus missus ab utrisque, sicut Filius credi-
l minor Patre et Filio non habetur, sicut Filius
propter assumptam carnem minorem se Patre
itu sancto esse testatur. Hæc est sanctæ Trini-
lata narratio, quæ non triplex, sed Trinitas,
et credi debet, nec recte dici potest, ut in
o sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas. In rela-
ıro personarum nominibus, Pater ad Filium,
ıd Patrem, Spiritus sanctus ad utrosque re-
quæ cum relative tres personæ dicantur,
men naturalis substantia creditur, nec sicut
rsonas, ita tres substantias prædicamus, sed
ubstantiam, tres autem personas, quod enim
ıst, non ad se, sed ad Filium, et quod Filius
n ad se, sed ad Patrem. Similiter et Spiritus
ı, non ad se, sed ad Patrem et Filium rela-
fertur, in eo quod Spiritus Patris et Filii
atur. Item, cum dicimus, Deus, non ad ali-
icitur, sicut Pater ad Filium, vel Filius ad
ı, vel Spiritus sanctus ad Patrem et Filium,
se specialiter, Deus dicitur. Nam si de singulis
is interrogemur, Deum necesse est fateamur.
rgo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus
ıriter dicitur, nec tamen tres dii, sed unus est
Item, et Pater omnipotens, et Filius omni-
, et Spiritus sanctus omnipotens singulari-
.tur, nec tamen tres omnipotentes, sed unus
otens, sicut et unum lumen unumque prin-
prædicatur. Singulariter ergo unaquæque
a, unus Deus confitetur et creditur, una illis
visa atque æqualis deitas, majestas, sive
ıs, nec minoratur in singulis, nec augetur
ıus, quia nec minus aliquid habetur, cum
eque persona Deus singulariter dicitur, nec
ıs cum totæ tres personæ enuntiantur. Hæc
ıncta Trinitas, quæ unus et verus est Deus,
:edit a numero, nec capitur numero. In rela-
ınim personarum numerus cernitur, in divi-
vero substantia quid enumeratum sit, non
:henditur. Ergo hoc solum numerum insi-
quod ad invicem sunt, et in hoc numero ca-
uod in se sunt. Nam ita sanctæ huic Trini-
um naturale convenit nomen ut in tribus per-
on possit esse plurale. Ob hoc ergo credimus
a sacris litteris dictum : « Magnus Dominus
. et magna virtus ejus, et sapientiæ ejus non
nerus (*Psal.* CXLVI. 5) : » Nec quia tres has per-

A sonas esse diximus, unum Deum, eumdem esse Pa-
trem quem Filium, vel eum esse Filium qui est Pater,
aut eum qui est Spiritus sanctus, vel Patrem et Fi-
lium dicere poterimus. Non enim ipse est Pater, nec
Filius, nec Spiritus sanctus, ipse qui est, vel Pater,
vel Filius, cum tamen ipsum sit Pater quod Filius,
ipsum Filius quod Pater, ipsum Pater et Filius
quod est et Spiritus sanctus, id est natura unus
Deus. Cum enim dicimus non ipsum Patrem quem
Filium, ad personarum distinctionem refertur, cum
autem dicimus ipsum esse Patrem quod Filium, et
ipsum Filium quod Patrem, ipsum Spiritum sanctum
quod Patrem et Filium, ad naturam qua Deus est vel
substantiam pertinere monstratur, quia substantia
unum sunt, personas enim distinguimus, non deita-
B tem separamus. Trinitatem igitur in personarum di-
stinctione agnoscimus, unitatem propter naturam
vel substantiam profitemur. Tria ergo ista unum
sunt, natura scilicet non persona, nec tamen istæ
personæ tres personæ æstimandæ sunt separabiles,
cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine
alia vel exstitisse, vel quidpiam operata esse ali-
quando creditur. Inseparabiles enim inveniuntur et
in eo quod sunt, et in eo quod faciunt, quia inter
generantem Patrem et generatum Filium, vel pro-
cedentem Spiritum sanctum, nullum fuisse credi-
mus temporis intervallum, quo aut genitor genitum
aliquando præcederet, aut genitus genitori deesset,
aut procedens Spiritus Patri vel Filio posterior
C appareret. Ob hoc ergo inseparabilis et inconfusa
hæc Trinitas a nobis et creditur et prædicatur.
Tres igitur personæ istæ dicuntur, juxta quod ma-
jores definiunt, ut agnoscantur. Nam si attendamus
illud quod Scriptura sancta dicit de sapientia,
splendor est lucis æternæ, sicut splendorem luci
videmus inseparabiliter inhærere, sic confitemur
Filium a Patre separari non posse.

Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ
personas, sicut non confundimus, ita separabiles
nullatenus prædicamus, quandoquidem hoc nobis
dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere, ut
etiam in omnibus quibus voluit sigillatim personas
agnosci, unam sine altera non permittat intelligi, nec
enim Pater absque Filio cognoscitur, nec sine Patre
D Filius invenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli per-
sonalis personas separari vetat. Qua etiam non si-
mul nominat, simul insinuat. Nemo audire potest
unumquodque istorum nominum, in quo non intel-
ligere cogatur et alterum. Cum ergo hæc tria sint
unum, et in unum tria, est tamen unicuique personæ
manens sua proprietas. Pater enim æternitatem
habet sine nativitate, Filius æternitatem cum
nativitate, Spiritus vero sanctus processionem
sine nativitate. De his tribus personis solam Filii
personam pro liberatione humani generis hominem
verum sine peccato de sancta et immaculata Maria
Virgine credimus assumpsisse, de qua novo ordine,
novaque nativitate est genitus, quia invisibilis divi-
nitate visibilis monstratur in carne, nova autem

nativitate est genitus, quia intacta virginitas et virilem coitum nescivit et fecundata per Spiritum sanctum carnis materiam ministravit. Qui partus Virginis nec ratione colligitur, nec exemplo erit enim singulare. Nec tamen Spiritus sanctus Pater esse credendus est Filii pro eo quod Maria eodem Spiritu sancto obumbrante, concepit, ne duos patres Filii videamur asserere, quod utique nefas est dici. In quo mirabili conceptu « ædificans sibi sapientia domum (*Prov.* IX, 1). » « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (*Joan.* I, 14). » Nec tamen Verbum ipsum ita in carnem conversum atque mutatum est, ut desisteret Deus esse qui homo esse voluisset, ut non tantum ibi sit Verbum Dei, sed et hominis omnia, atque hoc totum, et Deus dicatur propter Deum, et homo propter hominem. In quo Dei Filio duas credimus esse naturas, unam divinitatis, alteram humanitatis, quas ita in se una Christi persona univit, ut nec divinitas ab humanitate, nec humanitas a divinitate possit aliquando sejungi. Unde perfectus Deus, perfectus et homo in unitate personæ. Nec tamen quia duas in Filio diximus esse naturas, duas profitemur in eo esse personas, ne Trinitati (quod absit) accidere videatur quaternitas. Deus enim Verbum non accepit personam hominis, sed naturam, et in æternum persona divinitatis temporalem accepit substantiam carnis. Item unius substantiæ credimus esse Deum Patrem, et Filium et Spiritum sanctum, non tamen dicimus, ut hujus Trinitatis unitatem Maria Virgo genuerit, sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitate personæ suæ assumpsit, incarnationem quoque hujus Filii Dei tota Trinitas operata esse credenda est, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Solus tamen Filius formam servi accepit in singularitate personæ, non in unitate divinæ naturæ, in id quod proprium est Filii, non quod commune Trinitati, quæ forma illi ad unitatem personæ coaptata est, ut Filius Dei et Filius hominis unus sit Christus. Item idem Christus in his duabus naturis tribus exstat substantiis, Verbi quod ad solius Dei essentiam referendum est, corporis et animæ, quod ad verum hominem pertinet. Habet ergo in se geminam substantiam divinitatis suæ et humanitatis nostræ, hic tamen per hoc quod de Deo Patre sine initio prodiit natus tantum. Nam neque factus, neque prædestinatus accipitur, per hoc tamen quod de Maria Virgine factus est et natus, et factus et prædestinatus esse credendus est. Ambæ tamen illæ generationes mirabiles, quia et de Patre ante sæcula sine matre est genitus, et in fine sæculorum de matre sine Patre est generatus; qui tamen secundum quod homo creatus, Mariæ matris est Filius. Item per hoc quod Deus est, æqualis est Patri; per hoc quod homo, minor est Patre. Item, et major et minor se ipso credendus est; in forma enim Dei etiam ipse Filius se ipso major est propter humanitatem assumptam, quia divinitas major est. In forma autem servi se *ipso minor est, id est humanitate*, quæ minor divinitate accipitur. Nam sicut per assumptam carnem non tantum Patre, sed seipso minor accipitur, ita secundum divinitatem qua est æqualis Patri, et ipse et Pater major est homine, quem sola Filii persona assumpsit.

Item, in eo quod quæritur utrum possit Filius sic æqualis, et minor esse Spiritu sancto, sicut nunc æqualis est, nunc minor Patre creditur esse, respondemus, secundum formam Dei æqualis est et Patri et Spiritui sancto; secundum formam servi minor est et a Patre, et a Spiritu sancto, quia nec Spiritus sanctus, nec Deus Pater, sed sola Filii persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Item, hic Filius a Deo Patre et Spiritu sancto separabiliter discretus creditur esse persona, ab homine autem assumpta natura. Item, cum homine unus exstat persona, cum Patre vero et Spiritu sancto, natura divinitatis suæ, Filius tamen non solum a Patre, sed et a Spiritu sancto, missus esse credendus est in eo quod per prophetam dicitur: « Et nunc Dominus misit me et Spiritus sanctus (*Isa.* VI). » Ab ipso quoque missus accipitur, pro eo quod inseparabilis, non solum voluntas, sed operatio totius Trinitatis agnoscitur. Hic enim qui ante sæcula unigenitus est vocatus, temporaliter primogenitus propter assumptam carnem, in qua suscepit hominis formam, juxta Evangelicam veritatem sine peccato mortuus creditur qui solus pro nobis passionem ipsam (tamen salva divinitate sua) pro delictis nostris sustinuit, mortique adjudicatus, et cruci veram carnis mortem accepit. Tertio quoque die virtute propria suscitatus a sepulcro surrexit. Hoc ergo exemplo capitis nostri confitemur vera fide resurrectionem carnis omnium mortuorum, nec in ære vel qualibet alia carne, ut quidam delirantes surrecturos nos credunt, sed in ista qua vivimus, consistimus et movemur, peracto hujus sanctæ resurrectionis exemplo, idem Dominus noster atque Salvator paternam ascendendo sedem repetiit, de qua nunquam per divinitatem discessit. Illic ad dexteram Patris sedens, exspectatur in fine sæculorum judex omnium vivorum et mortuorum. Inde cum sanctis omnibus veniet ad ferendum judicium, reddere unicuique mercedis propriæ debitum, prout quisque gesserit in corpore positus, sive bonum, sive malum; Ecclesiam sane catholicam pretio sui sanguinis comparatam cum eo credimus in perpetuum regnaturam, intra cujus gremium constituti unum baptismum credimus; et confitemur remissionem omnium peccatorum, sub qua fide et resurrectionem mortuorum veraciter credimus, et futuri sæculi gaudia expectamus. Hoc tantum orandum est nobis et petendum, ut cum peracto finitoque judicio tradiderit Filius regnum Deo et Patri, participes efficiat nos regni sui, ut per hanc fidem qua illi inhæsimus, cum illo sine fine regnemus. Hoc est confessionis nostræ fides expositis per quam omnium hæreticorum dogma perimitur, per quam omnium fidelium corda mundantur, per quam et ad Deum gloriose acceditur, cujus sacrosanctum saporem sub triduano jejunio continua relatio-

ationc rorantes ad ea quæ subnexa sunt die decernenda transivimus.

In loco benedictionis consedentes Domini s, nullis debent, aut indiscretis vocibus re, aut quibuslibet tumultibus perturbari, am vanis fabulis vel risibus agi, et (quod st) obstinatis disceptationibus tumultuosas ndere. « Si quis enim (ut Apostolus ait) religiosum esse, non refrenans linguam seducens cor suum, hujus vana est religio 6). » Cultum enim suum justitia perdit, lentium perit, et judicium obstrepentium fundit, dicente propheta : « Erit cultus lentium (*Isa.* XXXII, 17). » Debet ergo quid- consultationes consedentium **132** agitur, ntium parte proponitur sic mitissima ver- latione proferri, ut nec contentiosis voci- s audientium turbent, nec judicantium vi- e tumultu enervent. Quicunque ergo in concilii hæc quæ præmissa sunt violanda t, et contra hæc interdicta, aut tumultu, aut iis, vel risibus concilium conturbaverit, juxta gis edictum, quo præcipitur, ejice derisorem, um eo jurgium, cum omni dedecore de con- bstractus a communi cœtu secedat, et trium xcommunicationis sententiam perferat.

ntum quis præcelsi culminis obtinet locum, ecesse est præcedat cæteros gratia merito- n eo quod præsidet singulis, singulariter or- inentia sanctitatis, habens et in ore gladium et in opere efficientiam luminis, ut juxta otens sit exhortari in doctrina sana et con- em revincere ((*Tit.* I, 9), Nos proximum linis gradum, vel suscepti regiminis modum re cogitare debemus, ut qui officium præ- s suscepimus, nullis curis a divina lectione . Nam quorumdam mentes pontificum ita otio a lectionis gratia secluduntur, ut quid gregibus subditis exhibeat, non inveniat utus. Insistendum ergo semper erit majori- nos sub regiminis cura tuentur fame verbi e non sinant. Sicut metropolitanis in con- cæterosque ecclesiasticis ordinibus deditos, itimis in commissos sibi religiosos ex nu- ilandum est, qualiter nescientia talium di- is eruditionibus imbuatur. Ita indesinenti ine prælatus quisque subditos quærens, aut n eorum lætabundus agnoscat, aut nescen- arrogantia instruat. Placuit ergo de tali- instituta Toletani concilii hoc specialiter ut aut sponte sumant intentionem neces- erdiscendi, aut a majoribus ad lectionis cogantur inviti.

his qui contra apostoli voluntatem « circum- omni vento doctrinæ (*Eph.* IV, 14), » pla- sancto concilio, ut metropolitanæ sedis te coacti, uniuscujusque provinciæ cives ue Ecclesiarum unum eumdemque in psal- eant modum quem in metropolitana sede cognoverint institutum, nec aliqua diversitate cujuscunque ordinis vel officii a metropolitana se patiantur sede disjungi. Sic enim justum est, ut inde unusquisque sumat regulas magisterii unde honoris consecrationem accepit, ut juxta majorum decreta sedes quæ unicuique sacerdotalis mater est dignitatis sit et ecclesiasticæ magistra rationis. Abbatibus sane indultis officiis quæ juxta voluntatem sui episcopi, regulariter illis implenda sunt, cætera officia publica id est vesperam, matutinum, sive missam aliter quam in principali ecclesia celebrare non liceat. Quisquis autem horum decretorum violator exstiterit, sex mensibus communione privetur, ac apud metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus, qualiter apud illum et præteritæ transgressionis culpam lacrymis diluat, et necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. Sub ista ergo regula non solum metropolitanus totius provinciæ pontifices vel sacerdotes astringat, sed etiam cæteri episcopi subjectos sibi ecclesiarum rectores obtemperare institutionibus cogant.

IV. Sicut omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo (*Joan.* IV, 7), ita omnis qui odit proximum, ex diabolo est (*I Joan.* III, 17). Dilectione enim sola discernitur quis ex quo genitus approbetur, dicente Joanne : « In hoc manifestati sunt filii Dei, et filii diaboli; omnis qui non facit justitiam non est ex Deo, et non diligit fratrem suum (*I Joan.* II, 29). » Quoniam hæc est annuntiatio quam ab initio audistis, ut diligamus alterutrum, et post paululum : « Omnis qui odit proximum suum, homicida est, et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem (*I Joan.* III, 15). » Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui a fraterna societate dividitur. Nam et si manus non moveat ad occidendum, pro eo tamen quia immitis est ad occidendum, jam a Deo homicida tenetur. Vivit ille, et iste jam interfector esse convincitur. Cum ergo his præceptis beatus apostolus Paulus cum sana prædicatione concordet dicens : « Non occidat sol superiracundiam vestram, et nolite locum dare diabolo (*Eph.* IV, 26 *et* 27); » relatæ sunt nobis quorumdam sacerdotum personæ in tantam obstinationis efferbuisse discordiam, ut non solum illos ab ira occasus solis non revocet, sed nec annosa quidem transactio temporum ad bonum charitatis reclinet, quippe in quorum cordibus sol justitiæ Christus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix possint. Horum ergo et similium discordantium fratrum oblationes juxta antiqui canonis definitionem nullo modo recipiendas esse censuimus, personis tamen discordantium id speciali definitione præcipimus, ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare Domini audeat vel gratiam communionis sanctæ percipiat, sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt, quo discordiæ servierunt, Quod si unus alio contemnente ad satisfactionem charitatis cucurrerit, ex eo tempore ut pacificus intra ecclesiam reputetur, ex quo ad concordiam festi-

nasse convincitur, sententia tamen superiori servata, ut tempus quod in ira expendit geminatum in pœnitentiæ satisfactione persolvat.

V. Nullis vita præsulum pertubari debet excessibus, quia valde indignum est, ut qui throni Dei vocantur, levi motione turbentur, et qui debent esse iter justitiæ, ipsi efficiantur seminarium litis atque rapinæ. Quomodo ergo hujusmodi (juxta Apostolum) « irreprehensibiles (*I Tim.* v, 7) » erunt, qui non solum reprehensibilia faciunt, sed mortifera potius et exsecranda committunt? Relati enim nobis sunt quidam ex sacerdotibus, quod omni gravitate sacerdotalis ordinis prætermissa, audientium judicium furore præveniant et excessu inhonestæ motionis judicia audire refugiunt, pro quibus eos oportuerat æquitatis judicia sustinere. Dum enim de honoris sui culmine blandiuntur, patientiam habere refugiunt, et qui inconcusse debuerant veritatis conservare statum, subito religionis mutant propositum, et præcipiti furore judicium antecedunt. Sicque in quo decuerat eos judicii sustinere conventum pervasione agunt unde de præsumptionibus confundantur. Qui tamen aut damno pariter et excommunicatione plectendi sunt, aut omissis compositionibus rerum sola satisfactione pœnitentiæ curabuntur. Illi enim qui rei propriæ facultate suffulti sunt, aut qui rem suam jam antea in nomine Ecclesiæ præsenter transfudisse noscuntur, si aut per se, aut per subditos, seu per quoslibet aliena diripiunt, vel præsumptionis, seu cædis quidpiam agunt, tam in rebus fiscalibus, quam etiam in quorumlibet dominio constitutis, et pervasa vel præsumpta de rebus, juxta legem excellentissimi principis sarciant, et pro excessu religioni contrario, quod inhoneste ante judicium perpetraverunt, duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi sunt, et qui nihil proprietatis habere videntur, magna discretionis arte medendi sunt, quo nec ausus illicitos ecclesiarum facultatibus redimant, nec ipsi penitus extorres a pœna persistant. Nec enim justum est ut pro pravis actibus sacerdotum Ecclesiæ, quibus præminent, sustineant damnum, et pro excessibus talibus satisfactio ab Ecclesiis exigatur, cum Ecclesia cultores suos non ad litem, sed honestatem informet. De talibus ergo placuit definire, qui nullis habitis rebus propriis, aut in quocunque pervasores exstiterint, aut quibuslibet personis cædes, vel quodcunque præsumptionis intulerint, nulla eos incurvatione status sui servituti hominum debere addici, sed juxta quod præsumptuosus quisquis ille exstiterit, ita et pœnitentiæ legibus subjacebit; id est si in decem solidorum summam præsumptor esse convicitur, viginti dierum pœnitentiæ satisfactione purgetur, ita ut sive minoris, sive majoris summæ excessum peregerit, similiter geminata hoc semper satisfactione pœnitentiæ recompenset. Servos autem ecclesiarum qui hujusmodi excessus operasse noscuntur, ad leges sæculares audiendos remittimus. Et hæc quidem de generali excessu dicta sufficiant. *Cæterum specialitatis* ordinem prosequentes, decernimus : Si quis episcoporum magnatis cujusquam uxorem, filiam, neptem, seu quolibet illum gradu adhibito pertingente quacunque fraude vel subtilitate adulterina pollutione fœdaverit, et honoris proprii gradum amittat, et sub exsilii relegatione perpetuam excommunicationis sententiam perferat, qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adjuvandus est. Hanc sane et illi sententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint, aut primatibus palatii generosisque personis seu nobilioribus quibuscunque mulieribus, aut puellis aliquid per necem aut per quamcunque irrogatam injuriam visi fuerint intulisse. Unde eos juxta legum sæcularium instituta, aut talionem recipere, aut traditionem de his fieri vel proscriptionem oporteat.

VI. His a quibus Domini sacramenta tractanda sunt judicium sanguinis agitare non licet; et ideo magnopere talibus excessibus prohibendum est, ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententia propria judicare præsumant, aut truncationes quibuslibet personis, aut per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quod si quisquam horum immemor præceptorum, aut in ecclesiæ suæ familiis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, et concessi ordinis honore privetur et loco, sub perpetuo damnationis teneatur religatus ergastulo. Cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda est, propter Domini misericordiam, qui non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur et vivat (*Ezech.* XXXIII, 11). »

VII. Cum juxta antiquæ institutionis edictum plus erga corrigendos agere debeat benevolentia quam severitas, plus cohortatio quam commotio, plus charitas quam potestas, relatum est nobis quod quidam ex fratribus plus livore odii quam correctionis studio subditos insequentes, dum se simulant spiritualem eis adhibere correctionem, indiscretam subito afferunt mortem, cum inauditos a se projiciunt, et illicitis eos judiciis sub pœnitentia puniunt. Non ergo de cætero perversis voluntatibus sit liberum simulare se quod fingunt, sed quotiescunque quilibet ex subditis corrigendus est, aut publica debet a sacerdote disciplina curari, aut si aliter rectoribus placet, duorum vel trium fratrum spiritualium testimonio peculiariter adhibito, et modus criminis agnoscatur, et modus pœnitentiæ irrogetur; ita tamen ut si exsilio vel retrusione dignum eum esse cognoverit, aut quid aliud peculiare decreverit modus pœnitentiæ, quem coram tribus fratribus sacerdos transgressori indixerit, speciali debeat ejus qui sententiam protulit manus propriæ subscriptione notari. Sicque fiet ut nec transgressores sine testimonio excidia vitæ suæ incurrant, nec rectores accusatos se de quorumlibet tentationibus erubescant.

VIII. Quidquid invisibilis gratiæ collatione tribuitur, nunquam quæstu vel quibuslibet præmiis venundari pœnitus debet, dicente Domino : « Quod gratis accepistis, gratis date (*Matth.* x, 8), » etc., quicunque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus, aut pro

lis consignandisque fidelibus, aut collatione
s vel promotionibus graduum, pretia quæ-
ræmia, nisi voluntarie oblata pro hujusmodi
ibitione susceperit. Equidem si sciente loci
tale quidquam a subditis perpetratur, idem
duobus mensibus excommunicationi sub-
o eo quod scientiæ mala contexit, et cor-
i necessariam non adhibuit. Sin autem suo-
piam eodem nesciente de supradictis quod-
apitulis accipiendum esse sibi crediderit,
er est, trium mensium excommunicatione
si diaconus, quatuor, subdiaconus vero
is his cupiditatibus serviens et competenti
lebita excommunicatione plectendus est.
tæ super hoc capitulo Patrum sententiæ
nt, scilicet ne impretiabilem sancti Spiri-
um donis vel muneribus quis existimet
dam. Sed quod non sine gravi dolore
est, quanto hæc frequenti decretorum est
ne prohibita, tanto a nobis fraudibus
ir iterata, dum hi, qui tali pretio mercari
gratiam ordinationis suæ tempora præve-
iere, aut post acceptum honorem promissis
runt apparatibus turpis lucri mercedem.
ut horum et similium argumentorum
amputetur occasio, hæc sancta synodus
ut cum quisque pontificale culmen ante
altare percepturus accesserit, exactione
ir quod pro conferenda sibi consecratione
ulli personæ cujuslibet præmii collationem
ando dedisset, vel aliquando in futurum
uret. Sicque aut mundus ab hoc contagio
is consecrationem accipiat, aut publicato
e manifeste denudet coram Ecclesia, et ad
quem mercari voluit non accedat. Illos
os deinceps post prælationem per præmium
fuisse patuit, sub definitis pœnitentiæ
t hæresimoniachos ab Ecclesia separandos
mus, id est, ut duorum annorum spatio
egati, et digna satisfactione, vel excommu-
sententia coerciti honoris gradum, quem
merant, lacrymis conquirere et reparare
. Unde si digna satisfactio eos pœnitentiæ
invenerit, non tantum communioni, sed et
tius ordinis officiis, a quibus separati fue-
aurandi sunt.

iquam omnes qui sacris mancipantur or-
anonicis regulis teneantur astricti, expedi-
n est ut promissionis suæ vota sub cautione
t, quod ad promotionis gradus ecclesiastica
sciplina. Solet enim plus timeri quod sin-
pollicetur, quam quod generali sponsione
ur. Et ideo placuit huic sancto concilio, ut
que qui ad ecclesiasticos gradus est acces-
n ante honoris consecrationem accipiat,
ita sibi adnotatione promittat, ut fidem
n sincera cordis devotione custodiens,
ie vivere debeat, ut in nullis operibus suis
regulis contradicat, atque ut debitum per

A omnia honorem atque obsequii reverentiam præmi-
nenti sibi unusquisque dependat, juxta illud beati
papæ Leonis edictum : Qui se scit aliquibus esse præ-
positum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælа-
tum, sed obedientiam quam exigit, etiam ipse de-
pendat. Pœna tamen juxta ecclesiasticæ consuetudi-
nis morem, et placitis talium inferenda, et ab his,
qui transgressores fuerint, persolvenda est.

XI. Cum nihil in divino canone debeat esse con-
fusum, nihil dubium, nihil etiam indiscretum in
collatione nostri cœtus, relectus est canon Toletani
concilii primi, in quo præceptum est, ut si quis ac-
ceptam a sacerdote Eucharistiam non sumpserit,
velut sacrilegus propellatur, nec adjecta est discretio
voluntatum, cum et fidelis fideliter accipiat quod
B naturaliter illum necessitas deglutire non sinat.
Solet enim humanæ naturæ infirmitas in ipso mor-
tis exitu prægravata tanto siccitatis pondere deprimi
ut nullis ciborium illationibus refici, sed vix tantum-
dem illati delectetur poculi gratia sustentari. Quod
etiam in multorum exitu vidimus qui optatum suis
votis sive communionis expetentes viaticum, collatam
sibi a sacerdote Eucharistiam rejecerunt, non quod
infidelitate hoc agerent, sed quod propter Dominici
calicis haustum traditam sibi non possent Eucha-
ristiam deglutire. Non ergo hujusmodi a corpore Ec-
clesiæ separandi sunt, qui talia non infidelitate, sed
necessitate fecerunt, præsertim hi de quibus nihil
fidei sinistræ sentitur. Placuit ergo definire quod nec
C fideli officiat, nec infideli inultum existat. Quicunque
ergo fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus
Eucharistiam perceptam rejecerit in nulla ecclesia-
sticæ damnationis, damnationi subjaceat. Similiter
nec illos cujusquam punitionis censura redarguet,
qui talia aut tempore infantiæ faciunt, aut in quali-
bet mentis alienatione positi, qui quod fecerint igno-
rare videntur. Jam vero quicunque aut de fidelium
vel infidelium numero corpus Domini absque inevi-
tabili, ut dictum est, infirmitate projecerit, si fidelis
est, perpetua communione privetur; si infidelis est,
et verberibus subdatur et perpetuo exsilio relegetur.
Quod si horum quilibet hujusmodi excessus digna
pœnitentiæ satisfactione defleverit, post quinquen-
nium licebit illum communioni pristinæ reformari.
D XII. Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non
diutine a reconciliationis gratia differendus est, sed
si procincto mortis urgeatur periculo pœnitentia per
manus impositionem accepta, statim ei reconciliatio
adhibenda est, ne prius ab humanis rebus æger ab-
scedat, quam donum reconciliationis accipiat, sic-
que superstitibus quodammodo doloris videatur
esse perpetui, si præcisum ab Ecclesiæ membris
eum qui utique reconciliationem non meruerit rap-
tum a præsenti vita mortis natura subduxerit. Unde
(juxta papæ Leonis edictum) his qui in tempore ne-
cessitatis et in periculi urgentis instantia præsidium
pœnitentiæ ex more reconciliationis implorant, nec
satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio dene-
ganda, quia in misericordia Dei, nec mensura

possumus ponere, nec tempora definire. De his autem qui accepta pœnitentia, antequam reconcilientur ab hac vita recesserint, quanquam diversitas præceptorum de hoc capitulo habeatur. Illorum tamen nobis sententia placuit qui multiplici numero de hujusmodi humanius decreverunt, ut et memoria talium in ecclesiis commendetur, et oblatio pro eorum delicto a presbyteris recipiatur.

XIII. Bene siquidem majorum regulis definitum est, ut dæmoniis aliisque passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat. Cum præcepto, consensu rationis adhibito, id communiter definimus, ut nullus de his qui aut in terra accepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscussi se divinis ingerant sacramentis, exceptis illis qui in variis corporis incommoditatibus dediti in ejusmodi passionibus in terra approbantur elisi. Qui tamen et ipsi tandiu erunt ab officii sui et ordine et loco suspensi, quousque unius anni spatio per discretionem episcopi inveniantur ab incursu dæmonum alieni.

XIV. Et illud divini oraculi monentis singuli præcaveant, quo scribitur; væ soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem (*Eccli.* IV, 10). Summopere verendum nobis est et cavendum, ne horis illis atque temporibus, quibus Domino psallitur vel sacrificatur, unicuique divinis singulariter officiis insistenti perniciosa passio, vel corporis quælibet valetudo occurrat, qua aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione vel terrore confundat. Pro hujusmodi ergo ausibus præcaventes necessarium duximus instituere, ut ubi temporis vel loci, sive cleri copia suffragatur; habeat quisquis ille canens Deo, atque sacrificens post se vicini solaminis adjutorem, ut si aliquo casu ille qui officia impleturus accedet, turbatus fuerit, vel ad terram elisus a tergo semper habeat, qui ejus vicem exsequatur intrepidus.

XV. Peractis omnibus quæ ad correctionem nostri ordinis in hoc concilio promulgata sunt, placuit definire, ut paternis institutionibus obsequentes, omni anno ad peragendum celebritatem concilii in metropolitana sede, tempore quo principis vel metropolitani electio definierit, devotis semper animorum studiis conferamus, nec quibuslibet requisitis occasionibus absentemur, sed in præparato die quo judicium fuerit, adunatis in metropolitana sede omnibus provinciæ pontificibus, concilium Deo præsule celebretur. Quisquis autem episcoporum excepta inevitabili causa vel necessitate de peragendo se concilio absentaverit, per unius anni metas erit excommunicatione plectendus. Quod si deinceps absque celebratione concilii anni unius metas transierit, omnium in commune pontificum Carthaginis provinciæ superioris censuræ sententiam obnoxius retinebit, id est, si nulla eum impediente principis potestate vel infirmitate, aut inevitabili causa, sed solius propriæ voluntatis libitu sese ad celebrandum concilium non collegerit.

XVI. His ergo constitutionibus nostris quas necessario gerendas credidimus, finalem manus nostræ subscriptionem adjecimus, immortali Deo nostro et Domino gloriam et honorem reddentes, qui nos de conventu alternæ visionis lætos efficit, qui os nostrum in confessione laudis suæ aperuit, qui etiam decreta hujus nostri concilii honestate complevit. Post hæc religioso Domino nostro, et amabili principi nostro Vuambano regi gratiarum actiones persolvimus, cujus et studio aggregati sumus. Qui ecclesiasticæ disciplinæ nostris sæculis novus reparator occurrens omissos conciliorum ordines non solum restaurare intendit, sed etiam annuis recursibus celebrandos instituit, et alterna morum correctione annuo tempore alacriter concurrentes, juxta prophetæ vaticinium, quod in nobis « defractum est, alligetur, et quod abjectum est, reducatur (*Ezech.* XXXIV, 4). » Det ergo eidem principi Dominus pro hujus sacræ sollicitudinis voto et cursum præsentis vitæ in pace transire, et post diuturna tempora ad se in pace remissis iniquitatibus pervenire, qualiter et ille felicia tempora ducat, et felix cum omnibus quibus principatur ad Christum sine confusione perveniat, ut quia per eum corona nostri ordinis in melius restauratur, coronam futuri regni capiat ex hoc in regione vivorum regnans cum Christo in sæcula sæculorum. Amen. Interfuerunt huic concilio pontifices decem et septem. Ego Quiricus, urbis regiæ metropolitanus episcopus, hæc gesta synodica a nobis definita, subscripsi. Similiter et alii episcopi subscripserunt decem et septem.

INCIPIT CONCILIUM TOLETANUM DUODECIMUM.

Habitum æra DCCXIX *anno primo Eringii regis, quinto Idus Januarii.*

Cum ex glorioso prædicti principis jussu in unum fuissemus aggregati conventum, et in basilica sanctorum apostolorum debitis in sedibus locaremur, adfuit coram nobis idem clementissimus princeps, humanitatis gratia plenus, et claro pietatis cultu perspicuus, qui nostro se cœtui reclivem *exhibens ac devotum, imprimis* omnium sacerdotum *se commisit precibus* adjuvandum, deinde grates **134** multiplices omnipotenti Domino egit de conventu concilii totius, ut suæ gloriosæ jussionis, cum in unum adessent, impleverint votum, et alternæ visionis innovationem fecerint gaudiorum, deinde adjiciens sic omne concilium est allocutus: Non dubium est, sanctissimi Patres, quod optima conciliorum adjutoria ruenti mundo subveniant, si officiosis quæ corrigenda sunt studiis peragantur. Et

ibus pagis pro eventu dierum succedentium
us paternitati vestræ non reor esse incogni-
b inde quia certum apud nos gerimus quod
itemptu divinorum præceptorum terra perni-
stineat pressurarum, dicente Domino per pro-
: « Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur
qui habitat in ea (*Jer.* IV, 28). » Ideo oportet,
os Salvatoris nostri, et Domini oracula esse
ini, per vos salvationis obtineat lucrum per
generationis percepit sacramentum, ut dili-
lignationis vestræ ab omni mundata conta-
t ab infirmitatis peste sit libera, et bonorum
n proventibus gratiosa sit. Jam nunc quidquid
uc dicere opportuna ratio sinit, quidquid etiam
lum auribus vestris convenit, aut memoriæ
m intercapedo subducit, aut fastidium pro-
ationis intercipit, ecce in brevi complexa
rata devotionis meæ negotia, in hujus tomo
ationis agnoscenda perlegite, perlecta discu-
cussa elimatis ac discretis titulorum senten-
inite, ut pura et placens Deo vestrarum de-
um valitura discretio et regni nostri primor-
:oret exhortatione justitiæ et terrores ple-
igna cohibeat severitate censuræ, scriptum
n : « Justitia elevet gentem, miseros facit po-
peccatum (*Prov.* XIV, 34). » Tunc suscepto a
o principe hoc tomo pro tam salubri invita-
et copiosas grates retulimus Domino Jesu
, et item benedximus principi glorioso. Post
m ergo ejusdem serenissimi principis hæc
dicto tomo scripta reperimus.

Compellatio regis Eringii ad concilium.

mine Domini FLAVIUS ERINGIUS rex, sanctis-
atribus in hac sancta synodo residentibus,
ndissimi Patres, si Patres et honorabiles mi-
rum cœlestium sacerdotes soliditatem san-
i veraciter teneant, sincera cordis devotione
tantur, testimonium paternitatis vestræ for-
m in salutis nostræ advoco adjumentum, ut
num factore Deo ad salutationem terræ, et
itionem plebium suscepisse nos credimus,
idinis vestræ conciliis adjuvemur. Unde licet
itionis nostræ primordia paternitatis vestræ
opinabili relatione non lateant, quibus clara
nm judiciorum dispositione proventus, et re-
conscenderim sedem, et sacrosancti regni
rim unctionem, nunc tamen melius id pote-
scripti relatione cognoscere, et promulgatio-
træ sententiis publicare, ut sicut eadem regni
primordia conventus vestræ sanctitudinis
it divinitus ordinata, ita in his et orationibus
n impendat, et salubrium conciliorum nutri-
impertiat, quo susceptum regnum sicut jam
assensionibus teneo gratum, ita benedictio-
strarum perfruar definitionibus consecran-
innovatio quodammodo nostri videatur im-
ec numerositas vestri ordinis aggregata. Et
is Dominus præcepit in Evangelio, dicens :
i dico vobis : Si duo ex *vobis consenserint*

A super terram de omni re quacunque petierint, fiet illis a Patre meo qui in cœlis est (*Matth.* XVIII, 19). » Oh hoc venerabilem paternitatis vestræ cœtum cum lacrymarum effusione conveni, ut zelo vestri regiminis purgetur terra contagione pravitatis. Exsurgite, quæso, exsurgite, culpatorum solvite nodos, transgressorum mores corrigite inhonestos, et excitate zeli disciplinam in perfidos, superborum mordacitates exstinguite, oppressorum ponderibus subvenite, et quod plus omnibus est; Judæorum pestem, quæ in novam semper recrudescit insaniam radicitus exstirpate, leges quoque quæ in eorumdem Judæorum perfidiam propter vanam gloriam noviter promulgatæ sunt omni examinationis probitate percurrite, et tam eisdem legibus tenorem inconvulsum adjicite, quam pro eorumdem
B perfidorum excessibus complexas in unum sententias promulgatæ. Etenim valde nobis cavendum ne tot antiquorum canonum regulæ quæ pro eorum erroribus sunt promulgatæ, nos illorum culpis obnoxios reddant, si nostri regni temporibus eorumdem canonum constructio dissoluta pertranseat. Præsertim si legis illius (quod absit) serenitatis nostræ in tempore illa clara fidei institutio cesset, ubi divæ memoriæ Dominus atque præcessor noster, Sisebutus rex omnes successores suos sub perpetua maledictionis censura obstrinxit, quicunque regum mancipium Christianum Judæo servire et famulari permiserit, etc. Posthæc illud quoque vestris Deo placitis infero sensibus corrigendum quod decessoris nostri præceptio promulgata lege sancivit, ut omnis
C aut in expeditionem exercitus non progrediens, aut de exercitu fugiens, testimonio dignitatis suæ sit irrevocabiliter carens. Cujus severitatis institutio, dum non per totos Hispaniæ fines ordinata decurrit, dimidiam fere partem populi ignobilitati perpetuæ subjugavit, ita ut, quia in quibusdam villulis, vel territoriis sive vicis, portis hujus infamationis habitatores ipsorum locorum sint degeneres redditi, et quia testificandi nullam habent licentiam veritatis, ex toto videatur interiisse censura, sicque gemino malo terra atteritur, dum et lege et reperiendæ veritatis destituitur adjumento. Unde licet eamdem legem nostræ gloriæ mansuetudo temperare disponat, vestræ tamen paternitatis sententia hos qui per illam
D infamiæ notam titulum dignitatis amiserant, revestiri iterum claro pristinæ generositatis testimonio devotissime optat. Nunc vero misericordia præeunte taliter hæc disponite qualiter nec nostra gloria ministerium credulitatis adhibeat, nec tamen severa præceptio terram sub diutino infamationis jugulo premat. Nam et hoc generaliter obsecro, ut quidquid in nostræ gloriæ legibus absurdum, quidquid justitiæ videatur contrarium, humanitatis vestræ judicio corrigatur. De cæteris autem causis atque negotiis quæ novella competunt institutione formari, videndarum sententiarum titulis exaranda conscribite, ut quia præsto sunt religiosi provinciarum rectores, et clarissimorum ordinum totius Hispaniæ duces promulgationis vestræ sententias coram positi præno-

scentes; eo illas incommissas sibi terrarum latitudine inoffendibili exerant judiciorum instantia, quo præsentialiter assistentes perspicua oris nostri perceperint instituta. Omnes tamen in commune convenio et vos, Patres sanctissimos, et, vos illustres aulæ regiæ viros, quos interesse huic sancto concilio delegit nostra sublimitas per divini nobis attestationem et terribilem cunctis futuri judicii diem, ut sine personarum acceptione aliquam, vel favore, sine aliquo quoque aut malignæ contentionis scrupulo, aut subvertendæ veritatis studio, quæ vestris sensibus audienda ingresserint sana verborum examinatione discutite, saniorique judicio comprobate, ut collatarum habita prius deliberatione causarum discreta nostri ordinis condatur probitas titulorum, qualiter cum nos amor æquitatis in negotiorum acceleratione reddiderit fervidos, efficientia quoque justorum operum connectat Deo perenniter sociandos, ut bonorum vestrorum actibus lætabundus et præsentis vitæ capiam lucrum, et æternarum perfruar vobiscum gaudiis mansionum. Datum, sub die quinto Idus Januarii, anno feliciter primo regni serenitatis et tranquillitatis nostræ in Dei nomine, Toleto.

Subscriptio.

In nomine Domini Flavius Eringius rex magna salus populi gentisque nostræ ac regni conscribitur, si hæc synodalium decreta gestorum, sicut pio devotionis nostræ studio acta sunt, ita inconvulsibilis legis nostræ valido oraculo confirmentur, ut quod serenissimo celsitudinis nostræ jussu venerandis patribus et clarissimis palatii nostri senioribus decreta titulorum exaratione est edictum, præsentis hujus legis nostræ edicto ab æmulis defendatur. Est enim hæc ipsa definitio canonum sub isto notata ordine titulorum.

Incipiunt capitula ejusdem concilii.

1. De agnita et confirmata prælatione fastigii principalis in nomine sanctæ Trinitatis.

2. De his qui pœnitentiam consentientes accipiunt.

3. De culpatorum receptione, vel communione apud Ecclesiam.

4. Ut in locis ubi episcopus non fuerit nunquam episcopus ordinetur.

5. De quorundam consuetudine sacerdotum fœdissima qui oblatis Deo sacrificiis non communicant.

6. De concessa Toletano pontifici generalis synodi potestate, ut episcopus alterius provinciæ conniventia principum in urbe regia ordinetur.

7. De recepto testimonio personarum quæ per legem quæ de promotione exercitus facta est testificandi licentiam prodiderint.

8. De his qui uxores suas divortio intercedente relinquunt.

9. De confirmatione legum quæ in Judæorum nequitia promulgatæ sunt, earumdemque legum præfixo ordine titulorum qui in eodem canone annumerantur.

10. De his qui ad ecclesiam confugium faciunt.

11. De cultoribus idolorum.

12. De indicto temporis constituti quod debeat concilium celebrari.

13. Conclusio definitionum, in qua et Deo gratiæ referuntur et pro principe exoratur.

INCIPIUNT DECRETA CONCILII TOLETANI DUODECIMI.

Primo die synodalis exordii confidentibus episcopis atque senioribus palatii universis habita est primo de sancta Trinitate collatio, non quæ novello exactionis stylo definita patesceret, sed quæ verbis simplicioribus sese pigris sensibus patefacta monstraret, ubi præmissa semper lectio præcederet, quod sequens expositio aperiret. Credentes pariter et docentes de eadem sanctæ fidei puritate quidquid evangelica et apostolica traditio sanxit, quidquid sancta synodus Nicæna constituit, quidquid Constantinopolitana Patrum agregata collectio promulgavit, quidquid Ephesini cœtus definitio docuit, sicut multorum catholicorum Patrum documento expositum traditumque nobis accepimus, sicut etiam in missarum solemniis patulis confessionum vocibus proclamamus.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium et invisibilium conditorem, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, *omousion* Patri, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et quæ in terra. Qui propter nos, et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, *homo factus est*, passus sub Pontio Pilato, et sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris. Iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus in Spiritum sanctum Dominum et vivificatorem, ex Patre, et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et glorificandum, **135** qui locutus est per prophetas. Unam catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptismum in remissionem peccatorum. Exspectamus resurrectionem mortuorum, et vitam futuri sæculi. Amen.

CAP. I. Post pacifica ergo hujus sanctæ fidei collatio-num studia, illa se primum nostris sensibus Salvatoris cognitio cognoscendam invexit quæ tanto corda omnium ardore charitatis astrinxit, quanto se per eamdem ipsa cognitio in conventu generalis concilii pernoscendam exsilivit. Etenim sub qua pace vel ordine serenissimus Eringius princeps regni conscenderit culmen, regnandique per sacrosanctam unctionem susceperit potestatem, ostensa nobis Scripturarum evidentia docet, in quibus et præceptis, et Vuambæ principis pœnitentiæ susceptio noscitur, et translatus regni honor in hujus nostri principis nomine derivatur. Idem Vuamba dum inevitabili necessitudinis teneretur eventu, suscepto religionis debito cultu, et venerabili tonsuræ sacræ signaculo mox per scripturam definitionis suæ hunc inclytum domi-

trum Eringium post se perelegit regnaturum, otali benedictione ungendum. Vidimus enim, r patulo alternæ visionis intuitu prælucente imus, hujus præmissi ordinis scripturas, id est manu seniorum palatii roboratam, coram qui- cedens princeps et religionis cultum, et ton- ræ adeptus est venerabile signum, scripturam lefinitionis ab eodem edictam, ubi gloriosum n nostrum Eringium post se fieri regem ex- iam quoque informationem jam dicti viri ne honorabilis et sanctissimi fratris nostri Toletanæ sedis episcopi, ubi eum separavit t instruxit, ut cum omni diligentia jam dic- ninum nostrum Eringium in regno ungere et omni diligentia unctionis ipsius celebri- t. In qua scriptura et subscriptio nobis ejus- mbæ principis claruit, et omnis evidentia itionis earumdem scripturarum se manifeste vit. Quibus omnibus approbatis atque amplec- im sane nostro cœtui visum est, ut prædictis nibus, scripturarum nostrorum omnium con- apponatur, ut quam ante tempora in occultis præscitus est est regnaturus, nunc manifesto re generaliter omnium sacerdotum habeatur nibus consecratus. Et ideo soluta manus po- mni vinculo juramenti, quæ prædicto viro , dum regnum adhuc teneret, alligata est, um qui permansit serenissimum Eringium m obsecutura gratæ servitutis famulatu , et libera, quem et divinum judicium in æelegit, et decessor princeps successorem ituit, et quod superest, quem totius populi is exquisivit. Unde his præcognitis atque serviendum est Deo cœli, et prædicto prin- ro Eringio regi, eique pia devotione obse- a et promptissima voluntate agendum, et m quidquid ejus saluti proficiat, quidquid æ utilitatibus et patriæ consulnerit. Unde jam deinceps ab anathematis sententia alie- t divinæ animadversionis ultione securus contra salutem ejus deinceps aut erexerit ut commoverit cædem, aut quamcunque it lædendi ultionem.

rumque his, quibus miseratio Domini etiam is subvenit, beneficiis Dei videntur esse et abuti gratia largitoris qua bene usi pote- sequi absolutionem facinoris. Impugnant od honorare debuerunt, et profanis quæstio- lultæ gratiæ munus a se rejiciunt quod sum- amplecti debuerunt. Etenim multos sæpe us in salute positos, ultimum desiderantes tiæ fructum, ut rursus nimietate ægritudinis ndi et sentiendi naturale prodidisse officium, illis cura salutis suæ videretur inesse, nullo istinæ devotionis noscerentur desiderio an- uorum tamen casibus fraternitas condolens, n necessitates in fide susceperit sua, ut ul- llis tribuatur viaticum, scilicet ne sine fru- itentiæ videantur transire e sæculo. Quod si forsitan respiciente Domino saluti pristinæ refor- mentur, agunt cautionibus vanis et oppositionibus exsecrandis, qualiter a se tonsuræ venerabile si- guum expellant, atque habitum religionis abjiciant, imprudentissime asserentes ideo se nullis regulis ec- clesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri, quia pœ- nitentiam, nec ipsi petierunt, nec consentientes ac- ceperunt, quorum impudentia divinæ bonitatis quæ eos ad tam venerabile ac fecundi fructus vocavit sa- cramentum turpiter immemor, et obstinata procaci- tas non aliquando diceret talia, si qualiter ad vitam per sacrosancti lavacri gratiam veniret, meminisset etenim parvulorem infantium vita originali peccato obnoxia, quæ nulli propter ætatem discernendi vel expetendi sensui aptior judicetur, nisi ex sponsione fidelium baptismi accipiant sacramentum, nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id appetere possunt. Unde sicut baptisma, quod nescienti- bus parvulis sine ulla contentione in fide tantum proximorum accipitur, ita pœnitentiæ donum, quod nescientibus illabitur, aliisque impugnantia viola- tionis, hi qui illud exceperint, observabunt. Si quis autem quolibet modo pœnitentiam accipiens, hoc violaverit synodale institutum, ut vere transgressor paternis regulis ferietur. Nec enim ista statuentes sacerdotes, quosque ut passim et licenter donum pœnitentiæ non pœnitentibus audeant prorogare, ab- solvimus, sed hos qui qualibet sorte pœnitentiam susceperint, ne ulterius ad militare cingulum redeant religamus. Sacerdotes tamen qui non consentiendo, neque pœnitentiæ, ausu temerario pœnitentiam dede- rint, neque se exhortatu ejus qui pœnitentiam acci- pit vel manuum indiciis, vel quibuslibet aliis eviden- tibus significationibus invitatum fuisse probaverit, unius anni excommunicationis sententiæ subjacebit.

III. Vidimus quosdam, et flevimus ex numero culpatorum receptos, in gratiam principum extor- res exstitisse a collegio sacerdotum, quod de- notabile malum illa res agit, quia licentia prin- cipalis in quo se solvi licentius curat, ibi alios alligat, et quos in suam communionem videtur suscipere, a communione et pace Ecclesiæ vide- tur separare, ut qui cum illo convescuntur sacer- dotum communione sola priventur. Et ideo quia remissio talium, qui contra legem, gentem, vel patriam agunt, per definitiones canonum antiquo- rum potestate solum regia punitur, cui et peccasse noscuntur ab eis nulla se deinceps abstinebit sa- cerdotum communio, sed quos regia potestas, aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ effecerit, hos etiam sacerdotum et populorum conventus suscipere in ecclesiasticam communionem debebit, ut quod principalis pietas habet acceptum non a sacerdotibus Dei debet esse extraneum.

IV. Majorum institutionibus ausu temerario con- traire, et sanctorum Patrum decreta convellere et superiorum suorum effrenata libidine contra sanctis- simam Apostoli doctrinam sanctionibus reniti, quid

aliud est, quam « vinculum societatis Christi » (*I Joan.* I, 3) abrumpere, et usurpatæ præsumptionis licentia statum Ecclesiæ dissipare? Prosequente igitur venerabili, et sanctissimo viro, fratre nostro Stephano, Emeritensis sedis episcopo, res nobis novellæ præsumptionis usurpatione sese intulit pertractanda, tanto communi nostro judicio convellenda, quanto et pravitatis ausu noscitur perpetrata. Dixit enim violentia principali se impulsum fuisse ut in monasterio villulæ, in quo venerabile corpus sanctissimi Pinevii confessoris debito quiescit honore, novam episcopalis honoris ordinationem efficeret, et ideo ex indiscreto et facillimo assensu injustis Vuambæ principis jussionibus parens, novam et injustam illic pontificalis sedis prælectionem induxit, ubi canonica constitutio id fieri omnimoda ratione refellit, prædictus idem vir prostratus humi medicamine nostri præcepti, et sibi dare veniam petit et quod potissimum fieri oporteat de persona ejus qui illic ordinatus fuerat nostri oris sententia decerni poposcit. Sed quia veraciter, imo communiter noveramus prædictum principem concilio levitatis agentem non solum præcepisse, ut in prædicto loco aliquis episcopus fieret, sed etiam ita cum consuetis obstinationibus desinisset, ut in suburbio Toletano in ecclesia Prætoriensi sanctorum Petri et Pauli episcopum ordinaret, necnon et in aliis vicis vel villulis similiter faceret. Ideo pro tam insolenti hujusmodi exstirpationis licentia, quod de hac re habent instituta canonum in medium proferri præcepimus. Tunc hæc in ordine constituta perlecta sunt. In primis, ex Epistola Pauli Tito discipulo, ut episcopos per civitates constituere debeat præcepit. Item ex concilio Nicæno, titulo octavo, ubi inter cætera præcipitur ut in civitate una non videantur duo episcopi esse. Item ex concilio Laodicæno, titulo quinquagesimo septimo, ubi dicit : Non oportet in vicis et in villulis episcopos ordinari, et cætera. Item ex concilio Africæ secundo, titulo quinto, ubi Felix episcopus Selemselitanus dixit : Etiam si hoc placuit sanctitati vestræ, insinuo ut diœceses quæ nunquam habuerunt episcopos non habeant, diœcesis quæ aliquando habuit, habeat proprium episcopum. Secundum autem hanc prosecutionem sanctitatis vestræ est æstimare. Quod fieri debeat Genedius episcopus dixit: Si placet insinuatio fratris et coepiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab universis episcopis dictum est : Placet. Item ex concilio Africæ III, titulo 42, ubi dicit, ut non accipiat alterum episcopum plebs quæ in diœcesi seper subjacuit. Epigonius episcopus inter cætera sic dixit : Hoc dico non debere rectorem accipere eam plebem quæ in diœcesi semper subjacuit, nec unquam proprium episcopum habuit. Quapropter si universo sanctissimo cœtui placet hoc, quod præfatus sum, confirmetur. Aurelius episcopus dixit : Fratris et consacerdotis *nostri prosecutioni non* obsisto, sed hoc me fecisse, et facturum esse profiteor. Item ex concilio Sardicensi ubi inter cætera præcipitur : Licentia passim danda non est. Si enim subito aut vicus aliquis, aut modica civitas, cui satis est unus presbyter, voluerit sibi episcopum ordinari ad hoc ut vilescat nomen episcopi et auctoritas, non debent illi ex alia provincia invitati facere episcopum in quibus antea non fuit. Item de sententia eorum qui hujusmodi ordinationes faciunt, vel de his qui contra hæc instituta canonum ordinantur, ex concilio Tauritano, titulo ubi dicit : Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetem disciplinam quod circa octavum Ursionem Remigium Adrephæ episcopum synodus sancta decrevit, qui in usurpationem quamdam de ordinatione sacerdotum ad invidiam vocabatur, quod ita his videtur indultum, ut de cætero hac auctoritate commoniti nihil usurpare conentur, siquidem se ab hac causa tali excusatione defenderint, qua dicerent se non esse prius conventos. Proinde judicavit synodus, ut si quis ex hoc fecerit contra instituta majorum, sciat is, qui ordinatus fuerit, sacerdotis se honore privandum, et ille qui ordinaverit auctoritate se in ordinationibus, vel in conciliis minime retenturum. Non solum autem circa memoratum episcopum hæc sententia prævalebit, sed et circa omnes simili errore deceptos qui ordinationes hujusmodi perpetrarunt. His ergo fortissimis regulis effectum pii operis opponentes, in communi definitione elegimus, ut in loco villulæ supradictæ deinceps sedes episcopalis non remaneat, neque episcopus illic ultra constituendus existat, hic tamen Convildus qui contra majorum decreta illic videtur institutus fuisse episcopus, nullis canonum erit ad condemnationem sui sententiis ulciscendus, quia non ambitione, sed principis impulsione constitit ordinatus. Et ideo hoc illi remedium humilitatis concedimus ut in sedem aliam decedentis cujuslibet **136** episcopi transferatur, et prædictus locus sub monastica deinceps institutione mansurus non episcopali ultra privilegio fretus, nec sub regimine abbatis (sicut hucusque fuit) erit modis omnibus mancipandus. Jam vero de cætero generale ponentes edictum. Si quis contra hæc canonum interdicta venire conatus fuerit, ut in locis illis episcopum eligat fieri ubi episcopus nunquam fuit, anathema sit in conspectu Dei omnipotentis, et insuper tam ordinator quam ordinatus gradus sui ordinis perdat, quia non solum antiquorum Patrum decreta sed apostolica ausus est convellere instituta.

V. Relatum nobis est quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sanctæ gratiam sumere quot sacrificia in una die videntur offerre, sed in uno die, si plurima per se Deo offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus a communione suspendunt, et in sola tamen extremi sacrificii oblatione communionis sanctæ gratiam sumunt, quasi non sit toties illi vero et singulari sacrificio participandum quoties corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi immolatio facta constiterit. Nam ecce Apostolus dicit : « Nonne qui edunt hostias, participes

aris? « (*I Cor.* x, 18). Certum est quod hi, A
ificantes non edunt, rei sunt Dominicis sa-
tis. Quicunque ergo sacerdotum deinceps
altario sacrificium oblaturus accesserit, et
mmunione suspenderit, ab ipsa, qua se in-
r privavit, gratia communionis anno uno
m se noverit. Nam quale erit illud sacrifi-
ui nec ipse sacrificans particeps esse co-
ur? Ergo modis omnibus est tenendum ut
unque sacrificans corpus, et sanguinem Jesu
Domini nostri in altario immolat, toties
ionis corporis et sanguinis Christi participem
eat.

lud quoque collatione mutua decernendum
ccurrit, quod in quibusdam civitatibus,
tibus episcopis propriis, dum differtur diu B
o successoris, non minima creatur officio-
inorum offensio, dum tractu terrarum com-
m impeditur celeritas nuntiorum, quo aut
at regis auribus decedentis præsulis trans-
otesci, aut de successore morientis episcopi
rincipis electio præstolari. Nascitur sæpe et
rdini de relatione talium difficultas, et re-
stati, dum consultum nostrum pro subrogan-
ificibus sustinet, injuriosa necessitas. Unde
mnibus pontificibus Hispaniæ atque Gallæ-
o privilegio uniuscujusque provinciæ, lici-
neat deinceps Toletano pontifici quoscunque
otestas elegerit, et jam dicti Toletani ponti-
icium dignos esse probaverit, in quibuslibet C
is præcedentium sedibus præficere præsules,
lentibus episcopis eligere successores; sic
it quisquis ille fuerit ordinatus, post ordi-
suæ tempus infra trium mensium spatium
metropolitani præsentiam visurus accedat
ejus auctoritate vel disciplina instructus
e susceptæ sedis gubernacula teneat. Quod
sidiam, aut neglectum quilibet constituti
s metas excesserit, quibus nequeat metropo-
i obtutibus præsentari, excommunicatum se
ia noverit, excepto si regia jussione impe-
esse probaverit. Hanc quoque definitioni-
ulam sicut de episcopis, ita de cæteris ec-
n rectoribus placuit observandum.

mnis disciplina sic subjectos debet arguere, D
veniæ non videatur auferre, nec funditus
nis indicere jugum, sed temperantiæ sem-
bere consultum. Et ideo quia legem illam a
Vuambano principe edictam, quæ de prodi-
t adnotata, hujus principis nostri domini
mansuetudo temperare disposuit, ideo, an-
nobis glorioso, et religiosissimo Eringio,
nostro, necessarie hoc sanctum concilium
, ut hi, qui per superiorem legem testificandi
m perdiderint, recepto testimonio pristinæ
s, causas exsequi possint debitæ actionis,
r nobilitatis solidæ titulum reportantes, et
de præteritis legitime testificari voluerint,
obtineant votum, et judicibus nullis prohi-
bentibus arceantur, hoc videlicet adjicientes ut, si
quid in præteritis testificari voluerint, si pro sola
hujus rei informatione rejecti sunt, testimonio suo
nuper conquirant. Quod in præteritis conquirere
potuerant, tamen si illo tempore, quo in præteritis
ad testimonium dicendum vocati sunt et supradictæ
legis institutionibus reprobati, et aliam criminis
notam eos tunc non habuisse patuerit, aut tricen-
nium tunc effluxisse, cum ad testimonium fuerant
prolati, hi qui eos reprobaverant, manifeste convi-
cerint.

VIII. Præceptum Domini est ut, excepta causa
fornicationis, uxor a viro dimitti non debeat. Et
ideo quicunque citra culpam criminis supradicti, uxo-
rem suam quacunque occasione dimiserit, quia quod
Deus junxit ille separare disposuit, tandiu ab eccle-
siastica communione privatus, et a cœtu omnium
Christianorum maneat alienatus quandiu societatem
relictæ conjugis sinceriter amplectatur et foveat, ita
tamen ut, qui, jam admoniti a sacerdote semel,
bis, terque ut corrigerentur, ad torum suæ conjugis
noluerint redire, ipsi se suis meritis et a palatinæ
dignitatis officio separabunt, et insuper generosæ
dignitatis testimonium quandiu in culpa fuerint amis-
suri sunt, quia carnem suam dissidii jugulo tradi-
derunt.

IX. De Judæorum autem exsecranda perfidia,
discretis titulorum sententiis, deditas noviter a glo-
rioso principe leges vigilanti sensuum intentione
perlegimus, districto etiam gravitatis pondere
earum instituta probavimus. Proinde quæ debitæ
rationis judicio editæ synodali dignatione probatæ
sunt, irrevocabili deinceps judiciorum ordine pro
eorum excessibus tenebuntur, id est, leges quæ de
commemoratione priscarum cæremoniarum Judæo-
rum transgressionibus promulgatæ sunt, atque de
novella confirmatione earum. Item de blasphema-
toribus sanctæ Trinitatis. Item ne Judæi aut se, aut
filios suos, vel famulos a baptismi gratia subtra-
hant. Item ne Judæi more suo celebrent Pascha,
vel carnis circumcisiones exerceant, ac ne Christia-
num quemquam a fide Christi dimoveant. Item ne
Judæi Sabbata cæterasque festivitates ritus sui cele-
brare præsumant. Item ut omnis Judæus diebus
Dominicis, et in prænotatis diebus ab opere cesset.
Item ne Judæi more suo dijudicent escas. Item ne
Judæi ex propinquitate sui sanguinis connubia du-
cant, et ut sine benedictione sacerdotis nubere
non audeant. Item ne Judæi religioni nostræ in-
sultantes sectam suam defendere audeant, nec a fide
refugientes alibi se transducant. Et ne quilibet refu-
gientes eos suscipiat. Item ne Christianus a Judæis
quodcunque muneris contra fidem Christi accipiat.
Item ne Judæi libros legere audeant, quos Christiana
fides repudiat. Item ne Judæis mancipia deserviant,
vel adhæreant Christiana. Item si Judæus se Christia-
num esse testetur, et ob hoc non velit a se rejicere
mancipium Christianum. Item professio Judæorum,
quomodo unusquisque ad fidem veniens, judicium

professionis suæ conscribere debeat. Item, conditiones Judæorum quas jurare debeant hi, qui ex eis ad fidem venientes, professiones suas dederint. Item de Christianis mancipiis Judæorum quæ se non prodiderint Christianos sive de publicatoribus eorum. Item ne Judæi a quolibet potestate accepta extra regiam ordinationem Christianum quemque impetere, plectere vel distringere audeant. Item, ut si Judæorum servi, necdum adhuc conversi ad Christi gratiam convolaverint libertati donentur. Item, ne Judæi administratorio usu in ordinem villicorum atque actorum Christianam familiam redigere audeant, et de damnis eorum qui talia ordinanda injunxerint. Item Judæus ex aliis provinciis vel territoriis ad regis nostri ditionem pertinentibus veniens episcopo loci, vel sacerdoti se præsentare non differat, ut quid sciat eum in toto observare conveniat. Item, ut concursus Judæorum diebus institutis ad episcopum fieri debeant. Item ut quicunque Judæum secum assequentem habuerit, expetente sacerdote eum apud se retinere non audeat. Item, ut cura omnis distringendi Judæos solis sacerdotibus debeatur. Item, de damnis sacerdotum, vel judicum qui Judæis instituta legum adimplere distulerint. Item, ne judices quidquid de perfidorum excessibus extra sacerdotum conniventiam judicare præsumant. Item, ut episcopi tunc immunes habeantur a damnis, cum eorum presbyteros ad ea quæ ipsi non correxerint, remiserint corrigenda. Item, de servata principibus miserendi potestate in his qui conversi ad fidem Christi veraciter fuerint. Item, ut episcopi omnes Judæis ad se pertinentibus libellum de suis editum erroribus tradant, et ut professiones eorum, vel conditones in scriniis ecclesiæ condant. Quarum omnium legum promulgatio gravida sicut synodali judicio comprobata, ita generali omnium nostrorum definitione in eorum erit deinceps excessus exercenda.

X. Pro his qui quolibet metu vel terrore ecclesiam appetunt, consentiente pariter gloriosissimo Domino nostro Eringio rege, hoc sanctum concilium definivit, ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam, vel residentes abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis vel damni, seu spolii residentibus in loco sancto inferre, sed esse potius his ipsis qui ecclesiam petunt, per omnia licitum in triginta passus ab ecclesiæ janius progredi. In quibus tringinta passibus uniuscujusque ecclesiæ in toto circuitu reverentia defendatur, sic tamen ut hi qui ad eam confugiunt in extraneis vel longe separatis ab ecclesia domibus, nullo modo abscedant, sed in hoc tringinta passuum numero absque domorum extranearum receptaculo progredientes aditum obstinebunt, ut ad requisitæ naturæ usum debitis exeant locis. Et nullo modo teneantur eventu necessitudinis, qui Dominicis se diffidendos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum tentaverit violare, et ecclesiasticæ excommunicationi subjaceat, et severitatis regiæ feriatur *sententia, ipsos* tamen qui ad Ecclesiam confugium fecerint, si juxta priscorum canonum instituta, hi qui eos repetunt sacram reddiderint, et sacerdos ecclesiæ ipsius, ab ecclesia non abstraxerit foribus aut fuga, talium si evenerit sacerdoti quærenda est, aut damnorum sententia secundum electionem principis hujusmodi sacerdotibus irroganda.

XI. Præcepta Domini sunt dicentis : « Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, et quæ in terra, deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra, nec adorabis ea, neque coles (*Exod.* xx, 4 *et* 5). » Item : « Qui immolat diis, occidetur, præterquam Domino soli (*Exod.* xxii, 20). » Item : « Vir aut mulier qui faciunt malum ante conspectum Domini Dei sui, et transgrediuntur pactum illius, ut vadant, et serviant diis alienis, et adorent eos, vel solem et lunam, et omnem militiam cœli, quæ non percepi, et hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensque inquisieris diligenter et verum esse repereris, et abominatio facta est in Israel : educes virum ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetraverunt ad portas civitatis, et lapidibus obruentur (*Deut.* xvii, 2 *et seq.*). » Præcepta Domini hæc non in ultione, sed in terrore delinquentium apponentes non mortis sententiam promulgamus, sed cultores idolorum, veneratores lapidum, accensores facularum, et excultores fontium admonemus, ut agnoscant quod ipsi spontaneæ se morti subjiciunt, qui diabolo sacrificare videntur, mortis enim nomine diabolus appellatur, sicut de eo scriptum est, et erat illi nomen mors. Ac provide omne sacrilegium idolatriæ, vel quidquid illud est contra sanctam 137 fidem, in quo insipientes homines captivati diabolicis culturis inserviunt, sacerdotis vel judicis instantia inventum ut sacrilegia eradicantur, et exterminata truncentur. Eos vero qui ad talem errorem accurrunt, et verberibus coerceant, et onustos ferro dominis suis tradant, si tamen domini eorum per jusjurandum attestationem promittant se eos tam sollicite custodire, ut ultra eis non liceat tale nefas committere. Quod si domini eorum nolint hujusmodi reos in fide sua suscipere, tunc ab eis a quibus coerciti sunt regiis aspectibus præsententur, ut princeps auctoritatem ac liberam de talibus dominandi potestatem obtineat. Domini tamen eorum qui nuntiatos sibi talium servorum errores ulcisci noluerunt, et excommunicationis sententiam preferant, et jura servi illius quem coercere noluerunt, se amisisse cognoscant. Quod si ingenuorum personæ his erroribus fuerint implicatæ, et perpetua excommunicationis sententia feriantur, et arctiori exsilio ulciscantur.

XII. Placuit huic sancto concilio, ut juxta priorum episcoporum singularium provinciarum canonum instituta annis singulis in unaquaque provincia Kalendis Novembris concilium celebraturi conveniant, quisquis autem in prædictis Kalendis Novembris pro celebratione synodi venire distulerit, excommunicationi debite subjacebit.

XIII. Præmissis his omnibus synodalibus gestis

esto decretorum fine complevimus perpe- A
s robur per manuum nostrarum subscri-
annectimus, dantes pro his gloriam et hono-
nortali Deo et Domino nostro, quo inspi-
, determinationis nostræ sententia viguit,
tas causarum honesto se fine complevit.
ictæ Trinitatis poscimus inenarrabile nomen
sam ineffabilis potentiæ majestatem, ut det
Christi serenissimo Domino nostro atque
imo Eringio principi, cujus jussu ad hunc
is advocari adventum, imperare clementer,
feliciter, habere de clementia fructum,
Dei justitia præmium, de pietate tropæum,
c invictus victor hostium semper appareat
liuturna hujus sæculi curricula ad regnum
cum suis omnibus coronandus perveniat, B
e Deo et Salvatore Jesu Christo Domino, qui
re et Spiritu sancto in Trinitate vivit et
eus in sæcula sæculorum. Amen.
natum est hoc sanctum concilium, die oc-
ndarum Februariarum anno feliciter pri-
nissimi domini nostri Eringii regis, æra

Subscripto episcoporum.

is Dei gratia Spalensis ecclesiæ sedis epi-
æc synodica instituta a nobis edita subscri-
Iulius indignus urbis regiæ Toletanæ sedis
s hæc synodica a nobis instituta subscripsi.
ba indignus Braccarensis sedis episcopus
iodica a nobis instituta edita subscripsi.
hanus sanctæ Emeritinensis ecclesiæ epi- C
iæc synodica a nobis instituta edita sub-
ffalius Dei miseratione Avelensis ecclesiæ
s hæc synodica a nobis instituta edita
i. In Christi nomine Leander Hilicitanæ et
piscopus hæc synodica a nobis instituta
oscripsi. In Christi nomine Palinatius Ur-
clesiæ episcopus, hæc synodica instituta a
bscripsi. Concordius Palatinæ sedis epi-
imiliter subscripsi. Riccila Haccitanæ eccle-
pus similiter sub. Sinpernus Erpavicensis
s similiter sub Sparendeo Talicensis epi-
edis, similiter sub. Geta Elipensis ecclesiæ
s, similiter sub. Memorius Egobinensis
episcopus, similiter sub. Tructimundus D
is episcopus sub. Isidorus Sitalensis epi-
imiliter sub. Gendentius Valevensis episco-
iliter sub. Deodatus Segoniensis episcopus,
sub. Gentinus Tudensis episcopus subscri-
aricus Portucaliensis episcopus, similiter
r Irriensis ecclesiæ episcopus, similiter sub.
Antoninus Bastinæ ecclesiæ episcopus, similiter sub. Proculus Jugastrensis ecclesiæ episcopus, similiter sub. Atala Cauriensis ecclesiæ episcopus, similiter sub. Separatus Vesensis ecclesiæ episcopus, similiter sub. Providentius Salamanticensis ecclesiæ episcopus, similiter sub. Argibado Eliberitanæ episcopus ecclesiæ, similiter sub. Sisebado Ducitæ ecclesiæ sedis episcopus, sub. Ellasegotiensis episcopus, similiter sub. Sebarianus Noxiensis episcopus, similiter sub. Joannes Pacensis episcopus, similiter sub. Teudulphus Astigitanæ episcopus sub. Samuel, Gundulphus, Euphrasius, Terdoratus, Bateradus abbas subscripserunt. Annibonius presbyter tenens vicem domini nostri Subdemeri ecclesiæ Complutensis episcopi sub. Sesulphus hæc instituta quibus interfui annuens sub. Raccaredus, similiter sub. Vuitiza, similiter sub. Vuimars, similiter subscripsi. Theuditendila, similiter subscripsi. Ostulphus, similiter sub. Salimurius, similiter sub. Theudefridus, similiter sub. Hildigisus, similiter sub. Vitulus, similiter sub. Edila, similiter sub. Adeluibus, similiter sub. Attulphus, similiter subscripsi.

Quibus omnibus synodalibus gestis, decretis atque pactis, et debitam reverentiam honoris impendimus, et patulum auctoritatis nostræ vigorem his innectere properamus. Ideoque præmissas has constitutiones synodicas a præsenti die vel tempore, id est ab octavo Kalend. Februarii, anno primo regni nostri nullus audeat contemnere, nullus etiam præterire, nemo earumdem constitutionum audeat jura convellere, nullus temerator hæc decreta subvertere. Nemo illicitator vel contemptor vigorem his institutionibus subtrahat, sed generaliter per cunctas regni nostri provincias hæc canonum instituta nostræ gloriæ temporibus acta, et auctoritatis debitæ fastigio præpollebunt, et inviolabili tenore judiciorum habebuntur. Si quis autem hæc instituta contemnat, contemptorum se noverit damnari sententia, id est, ut juxta voluntatem nostræ gloriæ, et excommunicatus a cœtu nostro resiliat, et insuper partem decimam facultatis suæ fisci partibus sociandam amittat; quod si nihil habuerit facultatis unde prædictam compositionem exsolvere possit, absque alia infamia sui quinquaginta oportebit eum ictibus verberari, ut semper infamis permaneat. Edita lex in confirmatione concilii Toletani, sub die octava Kalend. Februarii, anno feliciter primo regni gloriæ nostræ. In nomine Domini, Flavius Eringius rex hoc legis nostræ edictum in confirmatione hujus concilii promulgatum subscripsi.

IPIT CONCILIUM TOLETANUM DECIMUM TERTIUM.

Actum æra DCCXXI, *anno quarto Eringii regis.*

e charitatis instinctu alternis visionum ob-
edditi et in unum cœtum factore Deo pariter
i in ecclesia, videlicet sanctorum apostolo-
rum Petri et Pauli, anno regni 4 serenissimi Erin
gii principis, sub die secunda Nonas Novembris, æra
DCCXII, cum unusquisque nostrum debitis locare-

tur in sedibus, adfuit idem princeps pleno fidei ardore subnixus, et humilitatis gratia decoratus, qui synodo deliberationis suæ vota commendans, ut pro se Deum instantissime deprecaretur expostulans, hoc præsertim est allocutus sufficienti exhortatione concilium, ut ecclesiasticæ disciplinæ quæ congruunt et corrigendis moribus quæ conveniunt tractus nostri evidentia sancirentur. Deinde religiosis votis suæ clementiæ, quibus subveniendum miseris definivit, synodali conventu confirmanda commisit, offerens videlicet sacris pontificibus tomum, obsecrans pariter, et contestans, ut quidquid illic venustioris esset calami respersione congestum, synodalis potentiæ conderetur ordine titulorum. Tunc nos pro suscepto a principe tomo gloriam dedimus Deo, et eidem principi benediximus glorioso. Idem tamen princeps postquam votorum suorum actionem peregit, a conventu concilii gratiosus exivit. Tunc post præsentiæ principalis abscessum, hoc in tomi ipsius allegatione reperimus exaratum.

In nomine Domini Flavius Eringius rex, sanctissimis Patribus in hac sancta synodo residentibus. Ecce, sanctissimi religiosa pietate excolendi pontifices et divini cultus instantissimi sectatores, coram cœtus vestri reverentia humilis devotusque prosternor. Reclivis assisto, promptus astipulor, primum de conventus vestri aggregatione Patri luminum gratiarum copiam solvens, deinde votorum meorum studia vestris judiciis dirimenda committens. Nec enim fas est quemquam, etiam si bonum sit opus, sine collegio agere, cum multa tamen permissit Deus bona cum concilio bonorum egisse, unde ut brevi exhortatione perorem, vota mea quibus remedia pietatum exercere delector sensibus paternitatis vestræ agnoscenda innuo. Quæ tamen ne oblivione quadam memoriam fugiant, et relationi propriæ curarum intercapedo subducat, in hujus tomi complicatione accipite annotata. Illud primum volventi mihi miseris parcere, convenit intimare, quod divulsam per tyrannidem nostri corporis partem in societatis nostræ gremium conamur reducere. Etenim retroactis divæ memoriæ præcessoris nostri Uambæ regis temporibus, quæ in profanatoribus patriæ, qui cum Paulo quondam tyrannidem assumpserunt, illata est sententia ultionum, qui per judicii universalis edictum amiserunt testimonium, rebusque propriis caruerunt, quæ cuncta vestræ sanctitudini nota sunt, quos tamen et in collegio societatis nostræ recipere, et rebus quibus fas fuerit devovimus devestire. Nam et de accusatis modum volumus ponere justissimæ perquisitionis, quo sive de religiosis, sive de laicis quisque accusationes cujusquam studio fuerit propulsatus non occultis fraudibus, vel violentiis comprimatur, nec clam professione violenter arceatur, sed in communi omnium examine judicetur, quo, secundum publicæ professionis suæ tenorem, aut offensibilis debitas damnationis pœnas excipiat, aut innocens ex judicio omnium comprobatus clarescat. *Nam quid jam de tributorum* fiscalium exactionibus referam, quorum redhibitiones tantis debitorum cumulis increverunt, ut si exigi penitus jubeantur et status subruatur funditus populorum, et fragmine collisionis eorum ultimum terræ sentiant propriæ prolapsionis excidium? Unde talibus non solum privatis, sed etiam fiscalibus servis remedia pietatis præoptans nostra gloria affluenter impendere, ut omnes tributorum exactiones quæ apud illos de retroactis temporibus adjacent, usque ad primum annum mansuetudo nostra illis remittendas laxavit, et stylo propriæ auctoritatis sacro sancto cœtui nostro relegendas elegit. Illud quoque adjiciens loquar quod votis nostris horribile et animis exsecrabile est semper. Ignobilitatis conditio libertorum vel servorum, et adæquata gentis nostræ statum degenerat, ob quam rem hoc nostræ gloriæ animis placet, ut exceptis fiscalibus servis vel libertis, abrasa deinceps hujus malæ præsumptionis licentia, nullus qui ex servitute quorumlibet servus sit vel libertus ad palatina officia transeat. Quod si fecerit illic serviturum procul dubio recludendum se noverit, ex quo aut conditionis propriæ originem sumpsit, aut libertatis titulum reportavit. His votorum meorum insinuationibus allegatis, quæso ut fortia paternitatis vestræ adjutoria prærogetis. Luce enim clarius constat, quod aggregatio sacrosancta pontificum quidquid censuerit observandum per sancti Spiritus donum omnino est ad æternitatem præfixum. Et ideo universitatem paternitatis vestræ atque 138 sublimium vivorum nobilitatem, qui ex aulæ regalis officio in hac sancta synodo nobiscum sessuri præelecti sunt; obtestor pariter et conjuro atque per ineffabile illud sacramentum convenio, ut quisquis in medio vestri se judicandum vel retractandum invexerit, tam quæ per nos dicta, quam etiam cætera quæ vestris auditibus se ingesserint audienda communi vigore justitiæ et temperamento misericordiæ dirimere procuretis, quo cum omni reverentia patrum præcedentium regulis subditi totius unanimitatis vestræ sententia non aliunde quam ex veritatis fonte procedat. Sicque et his quæ præmissa sunt solidum deliberationis stylum promptissime apponatis, et reliqua adhuc quæ necessaria sunt in peragendis ecclesiasticæ regulæ disciplinis et dirimenda tractetis, et dirempta religiosioribus diligenter conscribatis, qualiter dum doctrinam dispergitis salutarem in populis, Christum Dominum in cumulando justitiæ fructu capiatis, ut vobis prædicantibus et implentibus, et quæ divinis oculis compleceant, et quæ nobis proficiant semper agere valeamus. Sit utrisque parentibus in hoc sæculo, de lucro animarum ineffabile gaudium, et in futuro de perventione æternitatis premium inconvulsum. Datum sub die quinto Nonas Novembris, anno feliciter quarto regni gloriæ nostræ in Dei nomine, Toleto. Perlecto ergo coram cunctis Tomi necessariæ institutionis exorsu, prius de fide sanctæ Trinitatis sermocinationis nostræ cœpit esse principium, profitentes pariter et credentes ea quæ de hac sancta Trinitate et Evangelia tradunt, et apostolorum sanctiones insti-

cut Nicæna synodus hoc pietatis sacramen-
posuit, sicut Constantinopolitana definitio
el primi Ephesini cœtus atque Chalcedonen-
ns doctrina constituit, juxta quod etiam sa-
i symboli elucubrata professio claret, quæ in
n solemnitatibus patula cunctorum acclama-
ium voce.

Fides Nicæni concilii.

nus in unum Deum Patrem omnipotentem
i cœli et terræ, visibilium omnium et invisi-
conditorem; et in unum Dominum Jesum
i Filium Dei unigenitum, ex Patre natum
iia sæcula, Deum ex Deo, lucem ex lumine,
erum ex Deo vero, natum, non factum,
n Patri, hoc est ejusdem cum Patre sub-
per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo et
erra; qui propter nos et propter nostram
descendit, et incarnatus est de Spiritu san-
Maria virgine; homo factus, passus est sub
Pontio Pilatio, sepultus, tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos et mortuos. Cujus regni non erit finis. Credimus in Spiritum sanctum Dominum et vivificatorem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre adorandum et glorificandum, qui locutus est per prophetas. Unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum; exspectamus resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen.

Post hujus sanctæ fidei dispositam scripturam, quasi super solidissimam petram cæterorum sequentium construximus fabricam, ut firmitate inconvulsibili durent, quæ super fundamentum veræ fidei fuerint perenne constructa. Unde et has omnium in commune sententias quas principis hortatu construendas accepimus communi voto edidimus, quas etiam æterno reverentiæ vigore observandas fore censemus.

INCIPIT CONCILIUM BRACCARENSE PRIMUM.

Æra DLXIX, *anno tertio Ariamiri regis, Kalendis Maii.*

tertio Ariamiri regis Kalendis Maii, cum
provinciæ episcopi Lucretius, Andreas,
s, Cottus, Hildericus, Lucetius, Timotheus,
i et præceptis præfati gloriosissimi Ariamiri
i metropolitana ejusdem provinciæ ecclesia
sent, considentibus simul episcopis, præ-
que presbyteris, astantibusque ministris,
erso clero, Lucretius memoratæ metropoli-
clesiæ episcopus dixit: Diu est, sanctissimi
quod secundum instituta venerabilium ca-
et decreta catholicæ et apostolicæ disciplinæ
bamus sacerdotalem inter nos fieri debere
um, quia non solum ecclesiasticis regulis et
is opportunam, sed stabilem etiam semper
aritatis fraternæ concordiam, dum congre-
ul in nomine Domini sacerdotes ea inter se
collatione requirunt, quæ secundum do-
apostolicam unitatem spiritus in vinculo pacis
nt. Nunc ergo, quoniam optatum nobis hujus
ationis diem gloriosissimus atque piissimus
ster aspirante sibi Domino utiliter commen-
rius de statu fidei (sicut superius dictum est)
mus. Nam, licet jam olim Priscillianæ hære-
agio in Hispaniarum provinciis detecta sit et
a, ne quis tamen per ignorantiam, aut ali-
(ut assolet) scripturis deceptus apocryphis
adhuc ipsius erroris pestilentia sit infectus,
tius ignaris hominibus declaretur qui ipsi
mitate et in ultimis hujus provinciæ finibus
ti aut exiguam aut pene nullam rectæ erudi-
otitiam contigerunt. Credo autem vestræ
linis fraternitatem nosse, quia eo tempore
in regionibus nefandissimæ Priscillianæ se-
nena serpebant, beatissimus papa urbis Romæ Leo, qui quadragesimus fere apostoli Petri successor exstitit, per Turpium notarium sedis suæ ad synodum Galliciæ contra impiam Priscillianæ hæresis sectam scripta sua direxit. Cujus etiam præcepta Tarraconenses et Carthaginenses episcopi, Lusitani quoque et Betici, facto inter se concilio, regulam fidei contra Priscillianam hæresim cum aliquibus capitulis conscribentes, ad Baleonium tunc hujus Braccarensis ecclesiæ præsulem direxerunt; unde et quia ipsum præscriptæ fidei exemplar cum suis capitulis præ manibus hic habemus, pro instructione ignorantium (si vestræ placet reverentiæ) recitetur. Omnes episcopi dixerunt: Valde necessaria horum capitulorum est lectio, ut dum simplicioribus quibusque pristina sanctorum instituta panduntur, abominata jam olim a sede beatissimi Petri apostoli, et damnata Priscillianæ hæresis figmenta cognoscantur. Lectum est exemplar fidei, cum capitulis suis, quæ ne prolixitatem facerent his gestis minime sunt inserta. Post lectionem capitulorum licet lectio necessaria recensita est, tamen evidentius et simplicius ea quæ sunt exsecrabilia ita positis etiam capitulis modo declarentur: ut qui minus est eruditus intelligat, et sit anathematis sententia explosa jam Priscilliani erroris figmenta damnentur; ut quisquis clericus, vel monachus, sive laicus, tale aliquid sentire adhuc, vel defendere fuerit deprehensus, tanquam vere putridum membrum continuo de corpore abscindatur catholicæ Ecclesiæ, ne aut societatis sive pravitatis ejus macula a recte credentibus de permistione talium aliquid orthodoxis reputetur opprobrium. Proposita contra Priscillianam hæresim capitula, et relecta continent hæc:

I. Si quis Patrem et Filium et Spiritum sanctum non

confitetur tres personas unius substantiæ et virtutis ac potestatis sicut catholica et apostolica Ecclesia docet, sed unam tantum ac solitariam dicit esse personam, ita ut ipse sit Pater qui Filius, etiam sit Paracletus Spiritus, sicut Sabellius et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

II. Si quis extra sanctam Trinitatem mala nescio quæ divinitatis nomina introducit, dicens, quod ipsa divinitas sit trinitas, sicut Gnostici et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

III. Si quis dicit Filium Dei Dominum nostrum antequam ex virgine nasceretur non fuisse, sicut Paulus Samosatenus et Photinus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

IV. Si quis natale Christi secundum carnem non vere honorat, sed honorare simulat se, jejunans in eodem die vel in Dominico, quia Christum in hominis natura esse non credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

V. Si quis animas humanas, vel angelos ex Dei credit substantia exstitisse, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

VI. Si quis animas humanas dicit prius in cœlesti habitatione peccasse, et pro hoc in corpora humana in terram dejectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

VII. Si quis dicit diabolum non fuisse prius angelum bonum a Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam ejus, sed dicit eum ex tenebris emersisse, non aliquem sui habere auctorem, sed ipsum esse principium absque substantia mala, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

VIII. Si quis credit quod aliquas immundas creaturas diabolus fecerit, et tonitrua, et fulgura, et tempestates, et siccitates ipse diabolus sua auctoritate facit, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

IX. Si quis animas et corpora humana fatali signo credit astringi, sicut Pagani et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

X. Si quis duodecim signa, id est sidera quæ mathematici observare solent per singula animæ vel corporis membra disposita credunt, et nominibus patriarcharum ascripta dicunt, sicut Priscillianus dixit, anathema sit.

XI. Si quis conjugia humana damnat, et procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

XII. Si quis plasmationem humani corporis diaboli dicit figmentum esse, et conceptiones in uteris matrum operibus dicit dæmonum fieri, propter quod resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

XIII. Si quis dicit creationem universæ carnis non opificium esse Dei, sed malorum angelorum, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.

XIV. Si quis immundos putat cibos carnium quas *Deus in* usu hominum dedit, et nod propter afflictio*nem sui corporis, sed quia* immunditiam putaverit, ita abstineat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus pergustet, sicut Manichæus et Priscillianus docuerunt, anathema sit.

XV. Si quis clericorum præter matrem aut germanam vel etiam quæ proxima consanguinitate junguntur, alias aliquas quasi adoptivas feminas secum retinent, et cum ipsis habitant, sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit.

XVI. Si quis quinta feria paschali, quæ vocatur cœna Domini, hora legitima post nonam jejunus in ecclesiis missas non tenet, sed secundum sectam Priscilliani festivitatem ipsius ab hora tertia per missas defunctorum soluto jejunio colit, anathema sit.

139 XVII. Si quis scripturas, quas Priscillianus secundum suum depravavit errorem, vel tractatus Dictinii, quos ipse Dictinius antequam converteretur scripsit, vel scripta quæ sub nomine patriarcharum, prophetarum et apostolorum et suo errori consona confinxit, legit, et impia eorum figmenta sequitur aut defendit, anathema sit.

XVIII. Propositis his capitulis et relectis Lucretius episcopus dixit : Quoniam etiam ea quæ a catholicis abominata sunt et damnata manifestius et apertius etiam ignorantibus declarata sunt, necessarium post hoc arbitror si vestræ fraternitati videtur, ut instituta nobis sanctorum Patrum recensitis antiquis canonibus innotescant, quæ et si non omnia certe vel pauca, quæ ad instructionem clericalis disciplinæ pertinent, relegantur. Omnes episcopi dixerunt : Placet hoc edictum et congrua res est, ut quibus fortasse et per incuriam abolita sunt ecclesiastica constituta, audiant sanctorum canonum regulam et observent. Relectis ex codice coram concilio tam generalium synodorum canonibus quam localium; post quorum lectionem Lucretius episcopus dixit : Ecce ex ipsa canonum lectione cognoscat sancta fraternitas vestra, non solum generalibus conciliis, sed et in localibus congregatos simul sacerdotes uno consensu ea quæ ecclesiastico conveniebant ordini statuisse, et secundum quod uniuscujusque rei expetebat ratio prospexisse, sequentes sententiam doctrinæ apostolicæ dicentis : Probate quæ bona sunt et tenete. Si ergo placet charitati vestræ, quia sunt aliqua ecclesiasticæ institutionis obsequia, quæ in hujus præsertim extremitate provinciæ non per contentionem, quod adsit, sed magis (sicut præfati sumus) fiunt per incuriam aut per ignorantiam, constituamus quædam inter nos capitula, ut quæ non uno modo tenentur a nobis ad unam omnino formulam revocentur? Omnes episcopi dixerunt : Necessarium et valde utile arbitramur, ut ea quæ apud unumquemque nostrum varia et inordinata consuetudine retinentur, unito inter nos Dei gratia et concordi celebrentur officio. Et idcirco si quid illud est magnum vel parvum quod variari videmus, ad unam (sicut dictum est) formulam præfixis rationabiliter capitulis revocetur, præcipue cum et de certis quibusdam causis instructionem apud nos Sedis apo-

abeamus, quæ ad interrogationes suas quon- A utuntur orariis, ita ut nihil differe a subdiacono vi-
randæ memoriæ præcessoris tui prudentia deantur, ut de cætero superpositis scapulis, sicut
ab ipsa beatissimi Petri recepit cathedra. decet, utantur orariis.
episcopus dixit : Recte fraternitas vestra XXVIII. Item placuit ut non liceat cuilibet ex le-
tem Sedis apostolicæ recordata est, quæ li- ctoribus sacra altaris vasa portare, nec aliis nisi his
tempore innotuerit quo directa est, tamen qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati.
itate testimonii et instructione multorum XXIX. Item placuit ut lectores in ecclesia in habitu
unanimitati complacet) quia præ manibus sæculari ordinati non psallant, neque granos gen-
m omnibus legatur. Omnes episcopi di- tili ritu dimittant.
ustum est ut quia mentio ipsius auctorita- XXX. Item placuit, ut Veteris Testamenti nihil
bita, quæ est ejus doctrina a circumstanti- poetice compositum in ecclesia psallatur, sicut et
tur. Relecta est auctoritas Sedis apostolicæ sancti præcipiunt canones.
lam Profuturum directa episcopum, quæ XXXI. Item placuit, ut ingredi ad communican-
rolixitatem his gestis minime est inserta ; dum non liceat sacrarium laicis viris, vel mulieri-
s lectionem Lucretius episcopus dixit : bus, nisi tantum clericis, sicut et antiquis canonibus
s patet apostolicam nobis opitulari doctri- B institutum est.
ideo sicut fraternitas vestra prædixit, si XXXII. Item placuit, ut quicunque in clero cibo
ignorantiam apud quosdam variatur, ad carnium non utuntur, pro amputanda suspicione
mulam concordi regula præscriptis inter Priscillianæ hæresis, vel olera cocta carnibus tamen
ulis astringatur. Proposita sunt capitula prægustare cogantur. Quod si contempserint, secun-
nent hæc. dum quod de talibus sancti Patres antiquitus statue-
acuit omnibus communi consensu, ut unus runt, necesse est, pro suspicione hæresis, hujus
m psallendi ordo in matutinis, vel vesper- officio excommunicatos omnimodo removeri.
iis teneatur, et non diversæ ac privatæ XXXIII. Item placuit, ut qui pro hæresi aut pro
iorum consuetudines contra ecclesiasticas crimine aliquo excommunicantur, nullus eis com-
nt permistæ. municare præsumat, sicut et antiqua canonum con-
m placuit, ut per solemnium dierum vigi- tinent statuta ; quod si quis spernit, voluntarie se-
issas omnes easdem et non diversas lec- ipsum alienum a communione facit.
ecclesia legant. XXXIV. Item placuit, ut hi qui sibi ipsis, aut per
m placuit ut non aliter episcopi et aliter C ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut
i populum, sed uno modo salutent dicentes: suspendium, aut quolibet modo violentiæ inferunt
sit vobiscum, sicut in libro Ruth legitur ; mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio
pondeatur a populo : *Et cum spiritu tuo,* fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cada-
ab ipsis apostolis traditum omnis retinet vera deducantur, multi enim sibi hoc per ignoran-
non sicut Priscilliana hæresis permutavit. tiam usurpant. Similiter et de his placuit fieri qui
tem placuit ut eodem ordine missæ cele- pro suis sceleribus puniuntur.
b omnibus quo Profuturus quondam hujus XXXV. Item placuit, ut catechumenis sine re-
itanæ ecclesiæ episcopus ab ipsa apostolicæ demptione baptismi defunctis simili modo non obla-
toritate suscepit scriptum. tionis commemoratio, neque psallendi impendatur
tem placuit ut nullus eum baptizandi ordi- officium, nam et hoc per ignorantiam usurpatum est.
termittat, quem et antea tenuit metropo- XXXVI. Item placuit ut corpora defunctorum
ccarensis ecclesia, et pro amputanda ali- nullo modo basilicam sanctorum sepeliantur, sed si
lubietate prædictus Profuturus episcopus necesse est, de foris circa morum basilicæ usque
sibi et directum a Sede beatissimi Petri adeo non abhorreat. Nam si firmissimum hoc privi-
nscepit. D legium usque nunc retinent civitates, ut res nullo
tem placuit, ut conservato metropolitani modo intra ambitum murorum cujuslibet defuncti
rimatu cæteri episcoporum secundum suæ corpus sit humatum, quanto magis hoc venerabi-
nis tempus alius alio sedendi deferat locum. lium martyrum debet reverentia obtinere ?
tem placuit, de rebus ecclesiasticis tres XXXVII. Item placuit, ut si quis presbyter post
at portiones ; id est, una episcopi, alia cle- hoc interdictum ausus fuerit chrisma benedicere,
tertia in reparatione vel in luminaribus aut ecclesiam, aut altarium consecrare, a suo officio
De quarta parte sive archipresbyter, sive deponatur. Nam et antiqui canones hoc vetuerunt.
onus illam administrans episcopo faciat XXXVIII. Item placuit, ut ex laico ad gradum sa-
cerdotii nemo veniat, nisi prius anno integro in
tem placuit, ut nullus episcopus clericum officio lectorum, vel diaconatus disciplinam eccle-
rdinare præsumat, sicut et antiqui canones siasticam discat, et sic per singulos gradus eruditus
t, nisi forte signata ipsius scripta susceperit. ad sacerdotium veniat ; nam satis reprehensibile est,
Item placuit, quia in aliquantis hujus pro- ut qui nondum didicit, jam docere præsumat, dum
ecclesiis diacones absconsis infra tunicam et antiquis hoc Patrum institutionibus interdictum sit.

XXXIX. Item placuit, ut si quid ex collatione fidelium, aut per festivitates martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud unum clericorum fideliter colligatur, et constituto tempore aut semel, aut bis in anno inter omnes clericos dividatur; nam non modice ex ipsa inæqualitate discordiæ generantur, sic unusquisque in sua septimana quod oblatum fuerit sibi dependat.

XL. Item placuit, ut præcepta antiquorum canonum (quomodo in concilio recitata sunt) nullus audeat præterire; si quis autem contumax transgreditur ista, necesse est ut de suo degradetur officio. Relectis capitulis Lucretius episcopus dixit : Quia opitulante Domino nobis ea quæ infirmitatem catholicæ et orthodoxæ fidei, vel quæ ad officium ordinis ecclesiastici pertinebant unanimi (sicut oportebat) collatione decrevimus ; restat nunc, ut ex omnibus his quæ Dei gratia salubriter instituta sunt propriam unusquisque nostrum studeat docere atque informare diœcesim. Si quis autem ex nobis in parochiis suis post agnita hujus concilii instituta, aut clericum, aut monachum sanæ huic doctrinæ resistentem invenerit, aut in aliquo adhuc Priscillianæ sectæ errore latitare persenserit, et non continuo illum excommunicatum et anathematizatum de ecclesia ejecerit foras (ita ut cum hujusmodi homine, nec cibum aliquis fidelis sumere, nec communicare præsumat), noverit se is, qui talem receperit, fraternæ esse excommunicationi obnoxium, et divinæ procul dubio sententiæ reum. Omnes episcopi dixerunt : Quæcunque a nobis unito per Dei gratiam consensu decreta sunt, pervigili necesse est sollicitudine observentur. Quæ ut stabilitatem placitæ constitutionis obtineant firmitatem, propria unusquisque his gestis manus subscribat. Et post episcoporum subscriptio subsecuta est. Lucretius episcopus subscripsi. Andreas episcopus subscripsi. Martius episcopus subscripsi. Cottus episcopus subscripsi. Hildericus episcopus subscripsi. Lucentius episcopus subscripsi. Timotheus episcopus subscripsi. Maliosus episcopus subscripsi.

140 INCIPIT CONCILIUM BRACCARENSE SECUNDUM.

Regnante Domino nostro Jesu Christo currente æra DCX, anno secundo regis Ariamiri, die decimo octavo Kalendarum Januariarum, cum Galliciæ provinciæ episcopi tam ex Braccarensi quam ex Lucensi synodo cum suis metropolitanis præcepto præfati gloriosissimi regis simul in metropolitana Braccarensi ecclesia convenissent, id est, Martinus, Nitigis, Remisol, Andreas, Lucentius, Adoriens, Vectimer, Sardinarius, Viator, Avila, Polemus, Mailoc, considentibus simul episcopis, atque universo clero præsente, Martinus Braccarensis ecclesiæ episcopus dixit : Inspiratione hoc Dei credam provenisse, sanctissimi Patres, ut per ordinationem gloriosissimi filii nostri regis ex utroque concilio conveniremus in unum, ut non solum de visione alterutra gratularemur, sed etiam ea quæ ad ordinationem et disciplinam ecclesiasticam pertinent, pariter colloquamur, Scriptum est enim in Evangelio, dicente Domino : « Ubicunque fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, ibi ero in medio eorum (*Matth.* XVIII, 20). » Nitigis Lucensis ecclesiæ episcopus dixit : Nec aliud potest credi, nisi ea quæ ad utilitatem nostrarum pertinent animarum divina inspiratione et inchoari et perfici oportere.

Et ideo unanimes atque idipsum in Domino sentientes, quæcunque ad instructionem nostram pertinent, in medium prolata desideramus agnoscere. Martinus episcopus dixit : Arbitramur vestram beatitudinem recordari quia cum primum in ecclesia Braccarensi episcoporum concilium congregatum est, *post multa quæ* ad concordiam fidei fuerant roborata, *aliqua etiam quæ* regularum sanctorum canonum continent discretionem firmavimus. Quorum utilitas ut possit evidentius in memoriam revocari, ipsa, si vobis placet, epistola vestra in præsentia relegatur. Omnes episcopi dixerunt : Oportet omnimode ut in omnium auribus qui hic assistunt recitetur. Recitatis ergo capitalis superioris concilii, quæ ne prolixitatem facerent his gestis sunt inserta, Martinus episcopus dixit : Hæc ergo quæ modo sunt recitata quæ nobis tunc aut varia, aut dubia, aut inordinata sunt visa, auxiliante Deo, ordinentur, et suam immobiliter obtineant firmitatem ; quæ autem tunc in memoriam non venerunt aut onerosum fuit in illo primo concilio multa similiter ingerere, necessarium videtur, modo ad notitiam sanctæ charitatis deferri, eis specialiter prospectis, ut spirituali ventilata examine purgentur ; sancti enim Patres præcessores nostri, aut generales synodos undique colligi pro unitate rectæ fidei fecerunt : sicut in Nicæa contra Arium trecenti decem et octo, et in Constantinopoli centum quinquaginta contra Macedonium, et in Epheso contra Nestorium ducenti, et in Chalcedona Eutichetem sexcenti tringita, aut certe speciales synodos per suas unusquisque provincias pro resecandis contentionibus, vel emendendis aliquorum negligentiis collegerunt ; et prout eventus culparum aut qualiscunque excessus exegit, per singulas quasque divinas canonum sententias, mediante inter eos Dei spiritu, conscripserunt, quas oportet nos relegere et tenere ; et quia opitulante Christi gratia de unitate et rectitudine fidei in hac provincia nihil est dubium, nobis modo specialius est agendum, ut si quid fortasse ex apostolica disci-

r ignorantiam aut per negligentiam repre- A sibi fieri, alteri non faciant, et ut credant resurrectionem omnium hominum, et diem judicii in quo unusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea episcopus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam.

II. Placuit ut nullus episcoporum per suas diœceses ambulans præter honorem cathedræ suæ, id est, solidos duos, aliquid aliud per ecclesias tollat; neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat; sed illic tertia pars pro luminaribus ecclesiæ vel recuperatione servetur, et per singulos annos episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen et sacra tecta abstulit ecclesiæ. Similiter ut parochiales clerici servili more in aliquibus operibus episcopis servire non cogantur, quia scriptum est: Neque vi dominantes in clero.

III. Placuit ut de ordinatione clericorum episcopi munera nulla accipiant, sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non in aliquo pretio gratia Dei, et impositio manuum venundetur; quia antiqua definitio Patrum, ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit, dicens : Anathema sit danti et accipienti. Propterea quia aliquanti multis sceleribus obnoxii sancto indigni ministrantes altari non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent, oportet ergo non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare.

IV. Placuit ut modicum balsami quod benedictum pro baptismi sacramento per ecclesias datur, quia a singulis tremisses pro ipso exigi solent, nihil ulterius exigatur : ne forte quod pro salute animarum per invocationem sancti Spiritus consecratur, sicut Simon magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes damnabiliter venundemur.

V. Placuit ut quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirant, sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur. Si vero aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo. Attamen unusquisque episcoporum meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ et obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non levis est ista temeritas sine luminaribus, vel sine substantiali sustentatione eorum qui ibidem servituri sunt, tanquam domus privata consecretur ecclesia.

VI. Placuit si quis basilicam non pro devotione fidei, sed pro quæstu cupiditatis ædificat, ut quidquid ibi de oblatione populi colligitur, medium cum clericis dividat, eo quod basilicam in terra sua quæstus causa condiderit, quod in aliquibus locis usque modo dicitur fieri. Hoc ergo de cætero observari debet, ut nullus episcoporum tam abominabili voto consentiat, nec basilicam quæ non pro sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria conditione est condita, audeant consecrare.

B

C

D

invenitur in nobis, recurrentes ad testi- sanctarum Scripturarum vel antiquorum a instituta, adhibito communi consensu ani- displicuerint rationabili judicio corrigamus. im, si placet, in relectis beati Petri apostoli is quæ pro regula sacerdotum in sua epistola r adscripsit, quidquid non eodem tenore nceps apostolorum edocuit, agi videtur, a ie ulla cunctatione ad emendationem dedu- tinemus, ne forte dum aliis prædicamus obi effecti divino illo condemnemur eloquio, : « Tu vero odisti disciplinam, et projecisti s meos post te (*Psal.* XLIX, 17). » Omnes dixerunt : Cupimus memoratam apostoli istolam ad locum afferri ipsum ubi sacerdo- t audire. Tunc allato libro hæc ex eadem recitata sunt : « Seniores obsecro consenior, qui in vobis est gregem Dei, providentes non ed spontanee secundum Dominum, neque ıcri gratia, sed voluntarie, neque dominan- ericis, sed forma facti gregi et ex animo, ut aruerit princeps pastorum percipiatis im- ibilem gloriæ coronam. » His relectis, omnes dixerunt : Cognitis his quæ ex epistola tri apostoli sunt recitata, desideramus, auxi- ei gratia, divinis obedire præceptis, et apo- pistolæ quæ nobis recitata est in his omni- aulam imitari, ne forte in aliquibus inordi- ibulantes divino (quod absit) judicio con- ıur, sed sanctorum Patrum vestigia subse- in ipsorum requie mereamur esse participes, rcessibilem illam gloriæ coronam, quæ re- ı est, cum ipsis percipere mereamur. Ob ı tuam simul omnes deposcimus charitatem, mnes causas singulis capitulis breviter com- as, vel qualiter corrigi debeant, his gestis sub- ictas. Quæ cum studiosius relecta et in noti- nium nostrum evidenter fuerint perducta, unusquisque manu pro eorum emendatione rmatione subscribat, ut non solum nobis sed uccessoribus nostris, hæc ad perfectionem ılis officii decreta proficiant.

. Placuit omnibus episcopis atque convenit, ingulas ecclesias episcopi, et per diœceses ıtes primum discutiant clericos, quomodo ı baptismi teneant, vel missarum qualiter ı ecclesia peragant, et si recte quidem inve- Deo gratias, sin autem minime, docere de- ıaros. Et hoc modis omnibus præcipite sicut canones jubent, ut ante dies viginti baptismi ationem exorcismi concurrant catechumeni, ıs viginti diebus omnes catechumeni symbo- ıd est : Credo in Deum Patrem omnipoten- ecialiter doceantur. Postquam ergo hæc suis discusserint, vel docuerint episcopi, alia die ta plebe ipsius ecclesiæ doceant illos, ut er- giant idolorum, vel diversa crimina, id est, lium, adulterium, perjurium, falsum testimo- t *reliqua peccata mortifera, et quod nolunt*

VII. Placuit ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntarie pro suo offerunt voto, suscipiatur ab eis. Si vero per necessitatem paupertatis aliquid non habent quod offerant, nullum illi pignus violenter tollatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes filios a baptismo retrahunt, qui forte differunt. Si sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes a baptismi gratia se retraxerunt.

VIII. Placuit ut si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli apostoli duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quod si non potuerit, datis testimoniis, approbari quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

IX. Placuit ut priusquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, illud observetur ut superventurum ipsius anni Pascha quo Kalendarum die vel quota luna debet suscipi, a metropolitano episcopo nuntietur, quod cæteri episcopi, vel clerus reliquus breviculo subnotantes, unusquisque in sua ecclesia adveniente natalis Domini die, astante populo, post lectionem Evangelicam nuntiet; in cujus principio convenientes in unum vicinæ ecclesiæ per triduum cum psalmis, per sanctorum basilicas ambulantes celebrent litanias. Tertio autem die, celebratis hora nona sive decima missis, dimisso populo præcipiant Quadragesimæ jejuniis servire, et mediante Quadragesima ex viginti diebus baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre.

141 X. Placuit, ut quia per stultitiam præsumpti nuper erroris, aut certe ex veteris Priscillianæ adhuc hæresis fetore corrupto cognovimus quosdam presbyteros in hujus præsumptionis audacia retineri, ut missas mortuorum etiam post acceptum merum vel oblationem ausi sunt consecrare : ideoque hoc præfixæ evidentis sententiæ admonitione servetur, ut si quis presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac vesania fuerit deprehensus, hoc est non jejunus, sed quocunque cibo præsumpto oblationem consecraverit in altari, continuo ab officio suo privatus a proprio deponatur episcopo. His ita gestis, placuit omnibus pro confirmanda horum observantia unumquemque propria manu subscribere eo placitorum facto, ut si quis eorum capitulorum terminum transgressus ad inordinatas consuetudines reverti voluerit, totius concilii excommunicatione correptus, verissimam sibi de sui ordinis inclinatione noverit imminere sententiam. Martinus Braccarensis metropolitanæ ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi. Remisol Besensis ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi. Lucentius Conimbrigensis ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi. Adoricus Getanæ ecclesiæ episcopus his gestis sub. Sardinarius Lamacensis ecclesiæ episcopus his gestis sub. Viator Magnatensis ecclesiæ episcopus his gestis sub. Alitigitis Lucensis metropolitanus ecclesiæ episcopus his gestis sub. Andreas Herensis ecclesiæ episcopus his gestis sub. Anila Tudensis ecclesiæ episcopus his gestis subscripsi. Pulensus Asturicensis ecclesiæ episcopus his gestis sub. Mailoc Brittinorum ecclesiæ episcopus his gestis sub. Victimer Auriensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

INCIPIT PRÆFATIO SANCTI MARTINI BRACCARENSIS EPISCOPI IN LIBRO CAPITULORUM EX GRÆCORUM SYNODIS COLLECTORUM.

Domino meo beatissimo atque apostolicæ Sedis honore suscipiendo in Christo fratri Nigesio episcopo, vel universo Concilio Lucensis ecclesiæ episcopus Martinus. Canones qui in partibus orientis ab antiquis Patribus constituti sunt. Græco prius sermone conscripti sunt, postea autem succedenti tempore in Latinam linguam translati sunt. Et quia difficile est, ut simplicius aliquid ex alia lingua transferatur in aliam, simulque et illud accidit, ut in tantis temporibus scriptores aut non intelligentes, aut dormitantes multa prætermittant, et propterea in ipsis canonibus aliqua simplicioribus videantur obscura : ideo visum est ut cum omni diligentia, et quæ per translatores obscurius dicta sunt, et ea quæ per scriptores sunt immutata simplicius et emendatius restaurarem, id primum observans, ut illa quæ ad episcopos, vel universum clerum pertinent una in parte conscripta sint, similiter et quæ ad laicos pertinent simul sint adunata, ut de quo capitulo scire aliquis voluerit, possit celerius invenire.

1. De electione episcopi.
2. De ordinatione episcopi.
3. De evacuanda ordinatione quæ absente metropolitano fuerit facta.
4. De primatu metropolitani.
5. De eo qui per ambitionem de inferiori civitate ad majorem transire voluerit.
6. De non mutandis parochiis.
7. De præsumptione alienæ diœcesis.
8. *De non* constituendo episcopo successore.
9. *De irruptione vacantis* ecclesiæ.
10. De episcopo per necessitatem vacante.
11. De contemptore episcopo.
12. De seditiose episcopo.
13. De senioribus judicii.
14. De episcopi præsumptione in rebus ecclesiæ.
15. De rebus ecclesiasticis gubernandis.
16. De rebus ecclesiæ dispensandis.
17. De his qui de ministerio ecclesiæ aliquid vendunt.
18. De synodo facienda.
19. De episcopo qui noluerit venire ad synodum.

legitima ætate ordinandi presbyteros.
eunuchis qui ab aliis fiunt, vel qui sibi na- scindunt.
neophytis.
pœnitente non admittendo ad clerum.
his qui indiscussi, aut presbyteri, aut dia- nati sunt.
presbyteris vel diaconibus qui post ordina- enotantur.
his qui viduas, aut dimissas ducunt.
fornicatoribus clericis.
his quorum uxores mœchantur.
viduis clericorum.
filia episcopi vel presbyteri quæ fuerit de- eccaverit.
devota vel peccante quæ se maritaverit.
subintroductis adoptivis mulieribus.
non recipiendis clericis, et de infirmanda
ne ejus qui sine episcopi sui licentia ab alio ordinatur.
clericis desertoribus.
importunis clericis.
purganda opinione hæresis.
clericis excommunicatis.
presbyteris ut ad secundas non vadant nu-

his qui ad diaconum eliguntur.
od non licet diaconum nisi jussum se-

eo quod non licet quemlibet sacra myste- re.
mulieres in sacrarium non intrent.
lector alterius viduam duxerit.
subdiaconus secundam duxerit uxorem.
non ascendat in pulpitum nisi lector.
conditionalibus non ordinandis, nisi con- roni.
non suscipiendis servis in Clero alienis.
non celebrandis natalitiis martyrum in sima.
i suscipi debere ante duas hebdomadas sed infantes ad baptismum.
non solvendo jejunio in quinta feria Pa-

chrismate conficiendo.
n liceat presbytero coram episcopo chri-

a licet presbytero ante episcopum in bapti- ntroire.
prægnantibus baptizandis.
æ in altari offerri oportet.
presbyteris forasticis.

Non licet populo electionem facere eorum cerdotium provocantur, sed judicium epi- i est, ut ipsi eum qui ordinandus est, pro- n sermone et fide, et in vita edoctus sit. scopum oportet maxime quidem ab omni constitui, sed si hoc aut pro necessitate, onginquitate itineris difficile fuerit, ex om-

57. De non jejunando in die Dominico neque genua flectendo.
58. De gustandis carnibus, et non exsecrandis.
59. De eo quod non liceat sacerdotibus vel clericis spectaculis interesse.
60. De eo quod non liceat sacerdotibus vel clericis incantatorias et contrarias ligaturas facere.
61. De eo quod non liceat convivia facere de confertis.
62. De usuris vel negotiorum lucris.
63. De clericis qui ad matutinum vel vespertinum non conveniunt.
64. De eo quod non liceat clericis die Dominico ab ecclesia absentari.
65. De eo quod non liceat clericis ante horam tertiam prandere.
66. De attendenda coma clericorum et habitu ordinato.
67. De eo quod non liceat poeticos psalmos in ecclesia dicere, et libros apocryphos legere.
68. De eo quod non liceat super monumenta mortuorum missas tenere.

Capitula canonum ad laicos pertinentium sequuntur.

69. De eo quod non liceat christianis prandia ad monumenta portare.
70. De eo quod non liceat clericis vel laicis catholicis cathedras ab hæreticis eulogias accipere, aut cum ipsis et schismaticis orare.
71. De eo quod non liceat Christianis observationes diversas attendere.
72. De eo quod non liceat Christianis tenere traditiones gentilium.
73. Ut non liceat observare lunas, aut stellarum cursus.
74. De eo quod non liceat observare Kalendas.
75. De eo quod non liceat medicinales herbas cum aliqua observatione colligere.
76. De eo quod non liceat feminas christianas in lanificiis aliquid observare.
77. De adulteriis.
78. De mulieribus fornicariis, et abortivum facientibus.
79. De homicidio voluntario, vel non voluntario.
80. De muliere quæ duos fratres conjugio, et viro qui duas sorores habuit.
81. De his qui nuptias iteraverint.
82. De his qui se cum animalibus commiscuerint.
83. De his qui usque ad finem vitæ in peccatis perdurant, et in exitu communionem petunt.
84. De his qui intrantes ecclesiam propter luxuriam sacramento se abstinent.
85. De excommunicatis.

nibus tres colligantur, et omnium præsentium vel absentium subscriptiones teneantur, et sic postea ordinatio fiat. Hujus autem rei potestas in omni provincia ad metropolitanum pertinet episcopum.

III. Non debet ordinari episcopus absque consilio, et præsentia metropolitani episcopi. Adesse autem omnes oportet qui sunt in provincia sacerdotes, quos

per suam debet epistolam convocare. Et quidem si omnes occurrerint, bene. Sin autem hoc difficile fuerit, plures oportet concurrere. Qui autem non convenerint præsentiam sui per epistolas faciant, et sic omnium facto consensu ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter præter quod terminatum est a nobis fuerit factum, talem ordinationem nihil prævalere decernimus. Sin autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta, et si quis cum malitia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.

IV. Per singulas provincias oportet episcopos cognoscere metropolitanum episcopum, et ipsum primatus curam suscipere, nihil autem agere reliquos episcopos præter eum, secundum quod antiquitus a patribus nostris constitutum continetur in canone, propter quod et metropolitanus episcopus **142** nihil præsumptive assumat absque consilio cæterorum.

V. Si quis particeps alicujus fuerit ambitionis inventus, sive episcopus, sive presbyter vel diaconus, de inferiori civitate non transeat ad majorem. Sed si quis contra hæc magni concilii constituta importunus exstiterit, omnimodo evacuetur hujusmodi factum, et suæ iterum restauretur ecclesiæ cui episcopus, aut presbyter, aut diaconus prius fuerat constitutus.

VI. Episcopum a propria parochia non liceat transire in aliam neque sua sponte introire, neque invitatum, neque ab episcopo coactum, sed permaneat in loco, in quo a Deo est ordinatus, et in ea quam sortitus est ecclesia secundum antiquorum canonum constitutum.

VII. Si quis episcopus, non per scripturam metropolitani episcopi, aut qui cum eo sunt, rogatus, de alia provincia in aliam venerit, sed præsumptive irruens ad ordinationem et constitutionem clericorum, qui ad illum non pertinent importunus existat, vacua sunt et inania omnia quæ ab eo fuerunt constituta. Ipse autem digna increpatione excommunicetur, et alienetur a sancto concilio.

VIII. Episcopo non liceat ante finem vitæ alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc usurpare tentaverit, talis constitutio irrita erit. Non aliter ergo fieri oportet nisi cum concilio et judicatu episcoporum qui post exitum prædecessoris potestatem habent dignum eligere.

IX. Si quis episcopus vacans in ecclesiam non habentem episcopum subrepens populo sine concilio integri ordinis irruerit, etiamsi populus quem seduxit desideret illum, alienum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem et perfectum consilium dicimus illud, in quo metropolitanus episcopus fuerit.

X. Si quis ordinatus per contentionem populi, aut pro aliqua ratione et non pro sua culpa in parochiam quæ ei fuerit data non ierit, hunc oportet ordinem sacerdotii tantummodo contingere, ita ut de rebus ecclesiæ in qua convenit nihil sibi præsumat, sustineat autem quod de eo sanctum concilium judicare voluerit.

XI. Si quis episcopus ordinatus noluerit agere sacerdotium, neque consenserit in sibi commissa ecclesia ambulare, istum talem excommunicare oportet quod si coactus contempserit, sanctum concilium quod placet de eodem terminet.

XII. Si quis episcopus ordinatus fuerit, et non vult ipsam parochiam suscipere in qua nominatus est, sed alibi vult ordinari, et vim facit, ac seditiones concitat contra eos qui illum ordinaverunt, hunc ab honore oportet removeri; si autem in pristino honore presbyterii vult stare, non vetetur ut gradum quem habuit retineat. Quod si reluctatus fuerit, etiam ab honore presbyterii deponatur.

XIII. Si quis episcopus in aliquibus causationibus judicatur, et viderit ipsos episcopos qui in provincia sunt inter se judicio discrepare, ut alii videantur eum qui judicatur justificare, alii condemnare, pro definitione hujus dissensionis hoc placuit sancto concilio, ut de provincia vicina alter metropolitanus convocetur episcopus, ut per eum confirmetur quod secundum rectum placuerit canonem.

XIV. Si quis episcopus nulla ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus inscio clero, aut ubi forte non est presbyter de rebus ecclesiasticis aliquid præsumpserit vendere, res ipsas ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, et in judicio episcoporum dejiciatur auditus, et tanquam furti aut latrocinii reus a suo privetur honore.

XV. Quæ sunt ecclesiæ conservari communi diligentia, et bona conscientia, et fide Dei qui omnia videt, et judicat gubernari oportet cum judicio et potestate episcopi, cui et omnis populus et congregatio commissa est animarum. Manifesta autem debent esse quæ ad ecclesiam pertinent in conscientia eorum, qui circa episcopos sunt presbyter et diaconus, ut hi omnes sciant quæ sunt ecclesiæ propria, ut si episcopi contigerit transitus, eos nihil latere possit ex his quæ ad ecclesiam pertinent, ut nullo modo possint minui et perire, neque res propriæ episcopi debent importunitatem pro rebus ecclesiæ pati. Dignum vero et justum est apud Deum et homines, ut ea quæ ipsi propria sunt, cui voluerit derelinquat, et quæ ecclesiæ sunt eidem conserventur ecclesiæ, ut nec ecclesia patiatur damnum, neque episcopus pro rebus ecclesiæ in suis proscribatur, ne post ejus obitum in causas incidant, qui ad eum pertinent, nec ipse in maledictum incidere videatur.

XVI. Episcopus habeat potestatem in rebus ecclesiæ, ut dispenset necessitatem habentibus eum omni reverentia et timore Dei. Participare et eum oportet quæ necessaria sunt, si tamen ipse, aut qui cum eo sunt fratres indiguerint aliquo, ut necessitatem nullomodo patiantur secundum Apostolum dicentem: Victu et tegumento his contenti sumus. Si autem res ecclesiasticas episcopus in suas voluntates usurpare voluerit, et loca ecclesiæ et fructus agrorum non cum presbyterorum vel diaconorum consilio contaminaverit, aut fratribus vel filiis vel quibuscunque propinquis dederit potestatem, ut per eos latenter lædantur

siæ, hunc oportet obnoxium esse concilio. A r episcopus vel qui cum eo sunt presbyteri ıni accusentur, quia quæ ex redditu vel ex actu ecclesiæ veniunt in sinus suos colli- pauperes fraudant et fame conficiunt, hos ripi oportet secundum quod ordinatum fue- :to concilio.

Si quis presbyter, aut diaconus inventus quid de ministeriis ecclesiæ venundedisse, ilegium commisit, placuit eum in ordinatione lica non haberi. In judicio tamen episcopi lus est, sive dignus, sive indignus in suo re- at gradu, quia multoties hoc ipsum quod de ıcto altario contaminatum est in episcopi ı dimissum est.

Propter ecclesiasticas curas et altercatio- B ıtiones bene placuit per singulas provincias ıo concilium fieri, convocante metropolitano omnes provinciales episcopos, ita ut ad con- ræcedant omnes presbyteri et diacones, ut ıi se læsos existimant in concilio causæ exa- ıd justum judicium perducantur. Et si qui e episcopi, vel presbyteri, aut diaconi in- rint in offensa secundum rationem excom- tur, quandiu communi consensu de his dare sententiam. Nulli autem episcopo ıpria apud semetipsum concilia facere præter us metropoles sunt creditæ.

d concilium convocatus episcopus non de- ımnere, sed ire, et ea quæ ad utilitatem ec- C ıl cæterorum pertinent docere si novit, aut nescit, nam si contempserit ire extra ægri- , reus erit fraterni concilii.

quis triginta ætatis suæ non impleverit llo modo presbyter ordinetur, etiamsi valde ıs, quia et ipse Dominus trigesimo anno ıs est, et sic cœpit docere. Oportet ergo ordinandus est usque ad hanc ætatem legi- ınservari.

. quis præ ægritudine naturalia a medicis ıcta, similiter et qui a barbaris aut dominis erint castrati, et moribus digni fuerint visi, ı admittit ad clericatus officium promoveri. ıtem sanus non per disciplinam religionis D entiæ, sed per abscisionem plasmati a Deo existimans posse a se carnales concupiscen- utari, castraverit se, non eum admitti de- ı ad aliquod clericatus officium; quod si etiam rat promotus ad clerum, prohibitus a suo ıo deponatur.

Qui baptizatus fuerit jam ætate legitima, inuo licebit eum ad ecclesiasticum ordinem ri, quia oportet illum prius doceri quomodo ıcere, et multo tempore post baptismum ut bene probatus veniat ad clerum secundum ım Apostoli dicentis : « Neophytum, ne superbiam elatus in judicium incidat et la- liaboli (*I Tim.* III, 6). » Si autem succedente tempore in aliquo gravi peccato a duobus vel tribus fuerit devictus, depositus de gradu suo cesset a clero. Si quis contra regulam facere præsumpserit, quod sit contrarius magni concilii projiciatur a clero.

XXIII. Pœnitens tantum si necessitas aut usus coegerit inter ostiarios prius deputetur vel inter lectores, ita ut Evangelia vel Apostolum legat. Si quis autem ante ordinatus est, inter subdiaconos habeatur, ita ut manus non imponat, aut sacra contingat. Ex pœnitente enim dicimus, de eo qui post baptismum pro homicidio, aut pro diversis criminibus, aut gravissimis peccatis publicam pœnitentiam sub cilicio gerens divino fuerit reconciliatus altario.

XXIV. Si quis presbyter aut diaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe, cum discuterentur, confessi sunt criminosa peccata sua, aut post ordinationem ab aliis sunt detecti, abjiciantur ex clero. Similiter vero et de universo ordine clericorum servetur, nam hoc sibi quod irreprehensibile est sancta catholica defendit Ecclesia.

XXV. Si quis presbyter ante ordinationem peccaverit, et post ordinationem peccatum confessus fuerit quod ante erravit, non offerat, sed tamen pro religione nomen presbyteri portet; si autem ipse non confessus, sed ab alio publice fuerit convictus, non ad hoc ipsum habeat potestatem, ut nomen presbyteri portet. Similiter et de diaconibus observandum est, ut si ipse confessus fuerit ordinem subdiaconi accipiat.

XXVI. Si quis viduam aut ab alio dimisssam duxerit, non admittatur ad clericatum; quod si obrepserit dejiciatur. Similiter si homicidii, aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut assensione post baptismum conscius fuerit, et per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, dejiciatur, et in finem vitæ suæ communionem recipiat.

XXVII. Si quis presbyter aut diaconus fuerit fornicatus aut mœchatus, projiciatur et agat pœnitentiam.

XXVIII. Si laici uxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem alicujus clerici uxor adulterata fuerit, dimittat 143 eam; si autem cum ipsa voluerit permanere, a ministerio alienus sit.

XXIX. Si qua vidua episcopi, vel presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat, nunquam communicet, morienti tantum ei sacramentum subveniat.

XXX. De filia episcopi, vel presbyteri, sive diaconi, si Deo devota fuerit et maritum duxerit, si eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni. Pater vero causas in concilio se noverit præstaturum. Mulier vero non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. Sin autem vivente recesserit et pœnituerit, communionem in ultimo fine vitæ deficiens, accipiat.

XXXI. Devotam peccantem non recipiendam in ecclesia, nisi peccare desierit, et desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis, et recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur, ad orationem, ad nullius convivium christianæ mulieris accedat; quod si admissa fuerit, etiam hæc quæ eam receperit habeatur absens, corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc vivente ipso marito caste vixerit, aut postquam ipse de hac vita decesserit.

XXXII. Nullus episcopus, neque presbyter, neque diaconus, neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se, quasi adoptivam aliquam mulierem, quasi in loco filiæ, aut sororis, aut matris, nisi forte sororem patris vel matris, et illas solas personas quæ ab omni mala suspicione alienæ sunt. Similiter et religiosis feminis laicorum alienorum familiaritatem et consortium prohibemus, eorum scilicet, qui nec Dei timori subjecti, nec continentiæ retinent disciplinam.

XXXIII. Si quis in contemptu positus presbyter, aut diaconus, vel quicunque ex clero recesserit ab ecclesia sua, nullo modo in alia suscipiatur ecclesia, sed omnino compellatur ut ad suam revertatur ecclesiam; si autem permanserit in superbia, et reverti noluerit, excommunicetur et projiciatur. Si quis autem episcopus ausus fuerit eum ordinare in sua ecclesia, non consentiente episcopo suo a quo recessit, ordinatio illius vacua deputètur.

XXXIV. Si quis presbyter, aut diaconus, aut aliquis de clero propriam ecclesiam derelinquens, ad alteram ecclesiam vadit, et multo tempore ibi demoratur, omnino nunquam ministret in clero, et si admonuerit eum episcopus suus, ut ad suam redeat parochiam, et redire noluerit, ubi est, ibi de officio suo deponatur, ita ut nunquam in suum revertatur gradum propter dissolutionis peccatum. Si autem episcopus alter eum receperit qui de reatu ejus est conscius, oportet, ipsum episcopum sine increpatione in communi concilio non admitti, ut ecclesiasticum canonem ultra non solvat.

XXXV. Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus excommunicatus, in concilio injuste se queritur condemnatum, ad majorum episcoporum concilium revertatur, ut eorum inquisitionem et judicium exspectans (si quas se justas causas habere putat) illis exponat. Si autem contempserit, et importunas se palatio aures principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire, neque spem futuræ reconciliationis habebit.

XXXVI. Si quis episcopus, sive alicujus episcopi presbyter, aut diaconus, in alicujus hæresis opinionem offenderit, et ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio porrecto fidei suæ libello satisfaciat omnibus. Hoc idem et de fidelibus laicis sit decretum, si in aliquam hæresis opinionem fuerint nominati.

XXXVII. Si quis episcopus in concilio excommunicatus fuerit, sive presbyter, aut diaconus, a suo episcopo, et post excommunicationem præsumpserit, sive episcopus ille, aut presbyter, vel diaconus, facere oblationem vel matutinum) aut vespertinum sacrificium quasi in officio suo agere sicut prius, non liceat ei nec in alio concilio spem reconciliationis habere, nec ultra reconciliari, sed etiam eos, qui communicaverint, omnes ab ecclesia respui, maxime eos qui sciebant eum esse dejectum. Si autem permanserit turbans et concitans ecclesiam per forasticam potestatem, oportet eum sicut seditionarium ab omni plebe compelli.

XXXVIII. Presbyterum ad secundas nuptias convivam fieri non oportet, quod si ad secundas nuptias venerit, pœnitentiam postulet. Quomodo presbyter ille potest esse qui propter convivium interest tali conjugio?

XXXIX. Diaconus qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio, et dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur; quod si in ordinatione tacuerit, et ordinatus fuerit, et postea matrimonium desideraverit, alienus sit a ministerio, ut vacet a clero.

XL. Non liceat diaconum ante presbyterum sedere, nisi cum jussione presbyteri.

XLI. Non liceat cuilibet ministeria tangere, nisi subdiacono aut acolytho, in secretario vasa Dominica.

XLII. Non liceat mulierem in secretarium ingredi.

XLIII. Lector, si viduam alterius in uxorem acceperit, in lectoris statu permaneat, aut si forte necessitas sit, diaconus fiat, nihil autem supra. Similiter et si bigamus fuerit.

XLIV. Si subdiaconus secundam duxerit uxorem, inter lectores vel ostiarios habeatur, ita ut Apostolum non legat.

XLV. Non liceat in pulpito psallere aut legere, nisi qui ab episcopo lectores sunt ordinati.

XLVI. Si quis obligatus est tributo servili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cujuslibet, non est ordinandus clericus, nisi probatæ vitæ fuerit, et patroni consensus accesserit.

XLVII. Si quis servum alienum causa religionis doceat contemnere dominum suum, et recedere a servitio ejus, durissime in omnibus arguatur.

XLVIII. Non liceat in quadragesima natales martyrum celebrare, sed tantum sabbato et Dominica, pro commemoratione eorum oblationes offerre, sed nec natalitia, nec nuptias liceat in quadragesima celebrari.

XLIX. Non liceat ante duas septimanas Paschæ, sed ante tres, ad baptismum suscipere aliquem. Oportet autem ut in ipsis diebus qui baptizandi sunt, symbolum discant, et in quinta feria no-

septimanæ episcopo vel presbytero reddant.
n liceat quinta feria novissimæ septimanæ
n solvere, et omnem exhonorare Quadragesi-
d sincere abstinentes totam Quadragesimam
e.

nni tempore episcopo liceat chrisma confi-
per suas diœceses destinare, ita ut ad diri-
ı chrisma diaconus aut subdiaconus ante
ischæ de singulis ecclesiis ad episcopum de-
.

Presbyter præsente episcopo non signet
, nisi forte ab episcopo fuerit illi præ-

lon liceat presbytero prius episcopo introire
isterium, sed cum episcopo, nisi forte aut
uerit, aut ægrotus.

Si qua mulier prægnans desideraverit gra-
ptismi percipere, quando voluerit habeat po-
. Nam nihil participat in hoc mater infanti
itur, propterea quod unicuique propria vo-
ı confessione monstretur.

on oportet aliquid aliud in sanctuario of-
ater panem et vinum et aquam, quæ in typo
enedicuntur, quia dum in cruce penderet,
ire ejus sanguis effluxit et aqua, hæc tria
unt in Christo Jesu. Hæc hostiâ et oblatio
lorem suavitatis.

Foracistis presbyteris præsente episcopo
byteris civitatis offerre non liceat neque
re in populo, nisi forte illis absen-

Si quis presbyter publica pœnitentia a sa-
accepta, aut aliqua necessitate die Dominica
lam religione jejunaverit, sicut Manichæi,
a sit.

ter et quod ab apostolis traditum, canon
ıtiquus, placuit ut per omnes Dominicas,
nes dies Paschæ usque ad quinquagesimum,
ternant se in oratione humilitatis, sed recto
Dominum fungantur orationis officio, quia
ebus gaudium resurrectionis Domini cele-

Si quis non pro abstinentia, sed pro
one escarum abstinet, placuit sancto
ut prægustet, et sic si vult abstinere, absti-
ı autem spernit, ita ut olera cocta cum car-
n degustet, iste non obediens, nec suspicio-
resis a se removens, deponatur de ordine
s.

lon liceat sacerdotibus vel clericis aliqua
la in nuptiis vel in conviviis spectare, sed
antequam ingrediantur, ipsa spectacula sur-
redire inde

n liceat clericos incantatores esse et liga-
ere, quod est colligatio animarum; si quis
t, de Ecclesia projiciatur.

Non liceat sacerdotes vel clericos, sed
iosos laicos convivia facere de confertis.

Si quis oblitus timorem Domini, et sanctam Scripturam quæ dicit : « pecuniam suam non dedit ad usuram (*Psal.* XIV, 5), » post hanc agnitionem sancti concilii feneraverit, et centesimam exegerit, aut ex quolibet negotio turpe lucrum quæsierit, et per diversas species vini vel frugis, vel cujuslibet rei emendo vel vendendo aliqua incrementa susceperit, depositus de gradu **144** suo, alienus habeatur a clero.

LXIII. Si quis presbyter aut diaconus vel clericus ecclesiæ deputatus, si intra civitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo ecclesia est, et ad quotidianum psallendi sacrificium matutinis vel vespertinis horis ad ecclesiam non convenit, deponatur a clero, si tamen castigatus veniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

LXIV. Non liceat quemlibet clericum die Dominico ab ecclesia absentem esse, sed missarum solemniis interesse et jejunio.

LXV. Non oportet clericos vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando clericos, nisi hymno dicto edere panem, et post cibos gratias auctori Deo referre.

LXVI. Non oportet clericos comam nutrire, et sic ministrare, sed attonso capite, patentibus auribus, et secundum Aaron talarem vestem induere, ut sint in habitu ornato.

LXVII. Non oportet psalmos compositos et vulgares in ecclesia dicere, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos Novi et Veteris Testamenti.

LXVIII. Non oportet clericos ignaros præsumptores super monumenta in campum mysteria portare, aut distribuere sacramenta, sed aut in ecclesia, aut in basilica ubi martyrum reliquiæ sunt positæ, ibi pro defunctis oblationem offerri.

Sequuntur Canones ad laicos pertinentes.

LXIX. Non liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulcra deferre et sacrificare mortuis.

LXX. Non liceat laicis vel clericis ab hæreticis eulogias accipere, quia maledictiones magis sunt quam benedictiones, neque liceat aut cum hæreticis aut cum schismaticis orare.

LXXI. Si quis paganorum consuetudinem sequens, divinos et sortilegos in domum suam introduxerit, quasi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant, vel lustrationes paganorum faciant, quinque annis pœnitentiam agant.

LXXII. Non liceat Christianis tenere traditiones gentilium.

LXXIII. Non liceat Christianis observare et colere elementa, aut lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, aut propter segetes vel arbores plantandas, vel conjugia socianda. Scriptum est enim : « Omnia quæ facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo (*Coloss.* III, 17). »

LXXIV. Non liceat agere diem Kalendarum et otiis vacare gentilibus, neque lauro aut viriditate

arborum cingere domos. Omnis hæc observatio paganissima est.

LXXV. Non liceat in herbarum collectionibus, quæ medicinales sunt, aliquas observationes, aut incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo divino et oratione Dominica, ut tantum Deus creator omnium et Dominus honoretur.

LXXVI. Non liceat mulieres christianas aliquam vanitatem in suis lanificiis observare, sed Deum invocent adjutorem, qui eis sapientiam texendi donavit.

LXXVII. Si cujus uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem irruerit, septem annis pœnitentiam agat.

LXXVIII. Si qua mulier fornicata fuerit, et infantem qui exinde fuerit natus occiderit, et quæ studuerit abortum facere, et quod conceptum est necare, aut certe ut non concipiat elaborare, sive ex adulterio, sive ex legitimo conjugio, has tales mulieres in morte recipere communionem priores canones decreverunt, nos tamen pro misericordia, sive tales mulieres, sive conscias scelerum ipsarum, decem annis agere pœnitentiam judicamus.

LXXIX. Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad januam ecclesiæ catholicæ semper subjaceat, et communionem in exitu vitæ suæ recipiat; si autem non voluntarie, sed casu aliquo homicidium fecerit, prior canon septem annis agere pœnitentiam jussit, secundus canon quinque mandavit.

LXXX. Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores habuerit, a communione abstineant usque ad mortem, in morte autem ab eis communione accepta, si de infirmitate convaluerint, agant plenam pœnitentiam tempore constituto.

LXXXI. Si quis multis nuptiis fuerit copulatus, pœnitentiam agat, conversio autem et fides pœnitentis compendit tempus.

LXXXII. Si quis cujuslibet animalis commistione peccaverit, quindecim annis in humilitate subjaceat ad ecclesiæ januam, et post hos aliis quinque annis in orationis communionem receptus pœnitentiam agat, et sic gratiam suscipiat sacramenti. Interrogentur autem alii de eo qualem vitam in pœnitentia egerit, et sic communionis misericordiam consequatur. Si quis autem post viginti annos habens uxorem, huic peccato irruerit, viginti quinque annis humilitati subjaceat, et quinque annis orationibus tantum communicans, postea recipiat sacramentum. Quod si hanc mensuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum in exitu consequatur, oportet enim tales inter dæmoniosos orare.

LXXXIII. Si quis de corpore exiens novissimum et necessarium communionis viaticum expetit, non ei denegetur; quod si in desperatione positus, post perceptam communionem iterum sanus fuerit factus, tantum oratione particeps sit. Nam non accipiat sacramentum, donec constitutum pure impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt, et desiderant accipere sacramentum, cum consideratione et probatione episcopi accipere debent.

LXXXIV. Si quis intrat in ecclesiam Dei et sacras Scripturas audit, et pro luxuria sua avertit se a communione sacramenti, et in observandis mysteriis declinat constitutam regulam disciplinæ, illum talem projiciendum de Ecclesia catholica esse decernimus, donec pœnitentiam agat et ostendat fructum pœnitentiæ suæ, ut possit, communione percepta, indulgentiam promereri.

LXXXV. Non liceat communicare excommunicatis, neque in domos eorum introeuntes orare cum eis, neque liceat cum eis in alia ecclesia segregari; si autem aliquis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ecclesiasticus excommunicato communicaverit, quasi perturbans omnem disciplinam ecclesiasticam excommunicetur.

Explicit liber excerptorum sancti Martini Bracarensis episcopi ex synodis Orientalium.

INCIPIT CONCILIUM BRACCARENSE TERTIUM

Habitum anno quarto Wambani regis æra DCXIII.

Decenter satis per divinum Spiritum in Bracarensi urbe collecti, et de his quæ intra ecclesiam perversa actione geruntur tractaturi convenimus, ut adjuvante nos illo qui dicit : « Ubicunque duo vel tres collecti fuerint in nomine meo, ibi ero in medio eorum (*Matth.* XVIII, 20), » pari animo parique devotionis studio exsurgentes, male habitos exstirpemus errores. Etenim dum nos in unum synodalis actio aggregasset, debitis in sedibus collocati, primum de sanctæ fidei sacramento cœpimus habere sermonem, scilicet, ne aut vanitate disputantium, aut nescientia simplicium erroris quippiam in hoc sacramento fidei teneretur, unde cum omnes nos in *vera fide* ut speculum perlustraremus illæsos, in eo quia nullum nostrorum schismatici erroris fatigaverat turbo, sed vera nos et simplex in hoc sacramento apostolica ostendit idoneos prædicatio, grates omnipotenti peregimus Deo, quod hanc nostræ fidei regulam ipsis verbis atque sententiis commemoranter prætexuimus, quibus et in conventu Nicæni concilii declaratam esse scimus.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli et terræ, visibilium omnium et invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, omousion Patri, hoc est ejusdem cum Patre sub-

ıer quem omnia facta sunt quæ in cœlo et A dam pro complemento communionis credunt populo
rra, qui propter nos et propter nostram porrigendam, et quod pejus his omnibus est, quidam
escendit. Et incarnatus est de Spiritu san- sacerdotum in vasis Domini epulas sibi apponunt, et
ex Maria virgine, passus sub Pontio Pi- manducare in eis præsumunt, quidam etiam ex sa-
ıltus, tertia die resurrexit, ascendit in cerdotibus relati sunt, quod ecclesiasticæ consuetu-
et ad dexteram Dei Patris, iterum ven- dinis ordine prætermisso, missam sine prece oratio-
care vivos et mortuos. Cujus regni non nis audeant dicere, et quod in solemnitatibus marty-
Credimus et in Spiritum sanctum Dominum rum reliquias suo collo imponant, et in sellulis non
em, ex Patre et Filio procedentem, cum ab aliis se portandos, nisi ab albatis diaconibus cre-
ilio adorandum et glorificandum. Qui lo- dant. Illud quoque quod plerique sacerdotum absque
per prophetas. Et unam sanctam, catholi- testimonio cum feminis commorantur, et quod qui-
postolicam Ecclesiam. Confitemur unum dam illorum honoratos fratres suos verberibus in-
n remissionem peccatorum. Exspectamus discretis subjiciunt. Necnon et illud, quod quidam
ınem mortuorum. Et vitam futuri sæculi. Simonis cupiditate arrepti, quos ordinaturi sunt
145 sub cautione dimittant qualiter postquam or-
ıjus sanctæ fidei sacramentum relatus B dinati fuerint, pecuniam ab illis promissam acci-
ione omnium nostrorum error manifestus piant. Illud quoque quod familiam ecclesiæ in propriis
diversus, qui tanta debet disciplinæ arte laboribus quassant damnum e Dominicis facientes ;
ıanta et perversitate comprobatur infundi. quæ omnia, ne confuse videantur esse prolata, di-
ıim in sacrificiis Domini relati sunt lac scretis titulorum ordinibus credimus subnectenda.
ıfferre, eucharistiam quoque vino madi-

INCIPIUNT CAPITULA.

pulsis omnibus opinionibus superstitio- 5. De damnata præsumptione quorumdam episco-
s tantum et vinum aqua permistum in porum qui in festivitatibus martyrum ad ecclesiam
fferantur. procedentes, appensis collo reliquiis, a diaconibus in
sa Domino sacrata humanis usibus ser- sellulis vectantur.
C 6. De honestate honoratorum est disciplina.
:erdos sine orario missam audeat cele- 7. Ne promissione munerum, honoris gratia ve-
nundetur.
cerdotes sive quicunque ex clero sine 8. Ne rectores ecclesiæ prius propria quam eccle-
cum quibuslibet feminis habitent. siastica jura laborare intendant.

ıum omne crimen atque peccatum obla- complemento communionis intinctam tradunt eucha-
rificiis deleatur, quid de cætero pro de- ristiam populis, nec hoc prolatum testimonium ex
piatione Domino dabitur, quando in ipsa Evangelio recipit, ubi apostolis corpus suum et san-
latione erratur ? Audivimus enim quos- guinem commendavit, seorsum enim panis, et seor-
ıatica ambitione detentos contra divinos sum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum
apostolicas institutiones lac pro vino in panem aliis Christum præbuisse non legimus, exce-
ificiis dedicare, alios quippe intinctam pto illo tantum discipulo, quem intincta buccella
n populis pro complemento communionis magistri proditorem ostenderet, non quæ sacramenti
quosdam etiam non expressum vinum in hujus institutionem monstraret. Nam quod de expres-
ı Dominici calicis offerre, sed oblatis tan- D so botro, id est, uvarum granis populus communica-
s communicare. Quod quam sit evange- tur, valde est omnino confusum. Calix enim Domini-
apostolicæ doctrinæ contrarium et con- cus (juxta quod quidam doctor edisserit) vino et aqua
cclesiasticæ adversum, non difficile ab permistus debet offerri, quia videmus in aqua popu-
eritatis probatur, a quo ordinata sacra- lum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi.
mysteria processerunt. Cum enim ma- Ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo
ıtis verum salutis nostræ sacrificium suis populus adunatur, et credentium plebs ei in quem
et discipulis, non illis lac, sed panem credidit copulatur, et jungitur. Quæ copulatio et
alicem sub hoc sacramento cognoscimus conjunctio aquæ et vini sic miscetur in calice Do-
a. Ait enim evangelica Veritas: « Accepit mini, ut conjunctio illa non possit separari; nam si
ı et calicem, et benedicens dedit disci- vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit
(*Marc.* XIV, 22). » Cesset ergo lac in sacri- esse sine nobis, si vero aqua sit sola, plebs incipit
quia manifestum et evidens exemplum esse sine Christo. Ergo quando botrus solus offer-
Veritatis illuxit, quod præter panem et tur, in quo vini tantum efficientia demonstratur,
l offerri non sinit. Illud vero, quod pro sacramentum nostræ salutis negligitur, quod per

aquam significatur. Non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque sibi misceatur, et ideo quia jam ex eo plurima et multiplex majorum manavit sententia, quorum pietas in Deum religiosa sacramentorum horum et efficientias copiosas disseruit, et institutiones verissimas declaravit, omnis talis error atque præsumptio cessare jam de cætero debet, ne perversorum inordinata compago statum veritatis enervet. Et ideo nulli deinceps licitum sit aliud in sacrificiis divinis offerre, nisi juxta antiquorum sententiam conciliorum, panem tantum et calicem vino et aqua permistum. De cætero aliter quam præceptum est faciens tandiu a sacrificando cessabit, quandiu legitima pœnitentiæ satisfactione correptus, ad gradus sui officii redeat quod amisit.

II. Omni cura omnique studio providendum est, ne hi qui locum videntur obtinere regiminis, contumeliam videantur inferre cœlestibus sacramentis. Etenim quod et auditui terribile et visui execrabile judicatur, relatum est nobis qood quidam sacerdotum sacrilega temeritate præcipites vasa Domini in proprios usus assumant, epulasque sibi in eis comedendas apponant, quod malum et obstupentes deflemus, et deflentes obstupescimus, ut illic humana temeritas sibi epulum præparet, ubi sanctum Spiritum cognoscitur advocasse, et ibi esum carnium crapulatus assumat, ubi divina visus est celebrasse mysteria, et in quibus tantum sibi offerri sacramenta pro expiatione delictorum præcepit, in his expleat voluntatem ludibrii sui. Et ideo hujus decreto præsumptionis persona quæ sciendo divina vas, vel ministeria aut in usus transtulerit, aut comedere in his, vel poculum sibi sumendum elegerit, gradus sui vel officii periculum sustinebit, ita tamen ut si de sæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur; si vero religiosus ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis sententia et illi obnoxii tenebuntur ecclesiastica ornamenta, vel alia quælibet indumenta, atque etiam utensilia sciendo in suos usus transtulerint, vel alii donanda, vel vendenda crediderint.

III. Quoniam antiqua ecclesiastica noverimus institutione præfixum, ut omnis sacerdos cum ordinatur, orario utroque humero ambiatur, scilicet ut qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera et adversa virtutum semper ornamento utrobique circumseptus appareat humero, qua ratione tempore sacrificii non assumit quod se in sacramento accepisse non dubitatur? Proinde nobis omnibus convenit, ut quod quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat et in oblatione, vel perceptione suæ salutis, scilicet ut cum sacerdos ad solemnia missarum accedit, aut ipse Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario utroque humero circumseptus, sicut et tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, *ita ut de uno eodemque* orario cervicem pariter et *utrumque humerum* premens signum in suo pectore præparet crucis; si quis aliter egerit, excommunicationi debitæ subjaceat.

IV. Quanquam antiqua canonum institutio de hujusmodi præsumptione absolutas et multiplices disciplinas atque institutiones ediderit, nos tamen brevitatis causa omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sancimus auctoritate tenendum, ut nullus sacerdotum sive quisque de clero absque honesto et competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet feminis secrete se præsumat adjungere, et non solum cum extraneis mulieribus, sed cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis, ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum quisque solutus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus ergo præceptionis trangressor sex mensibus se noverit pœnitentiæ legibus subjacere.

V. Bona siquidem res est divina sacerdotibus contrectare mysteria, sed cavendum valde est, ne hoc quisque ad usum pravitatis suæ intorqueat, unde soli Deo de bona conscientia placere debuerat. Scriptum est enim, « Væ his qui faciunt opus Domini fraudulenter et desidiose (*Jerem.* XLVIII, 10); » ut enim quorumdam episcoporum detestanda præsumptio nostro se cœtui intulit dirimenda, agnovimus quosdam de episcopis quod in solemnitatibus martyrum ad ecclesiam progressuri reliquias collo suo imponant, ut majoris fastus apud homines gloria intumescant, quasi ipsi sint reliquiarum arca, levitæ albis induti in sellulis eos deportent. Quæ detestanda præsumptio abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie simulata vanitas sola prævaleat, si modum suum uniuscujusque ordinis reverentia non agnoscat, et ideo antiqua in hac parte, et solemnis consuetudo servabitur, ut in festis quibusque diebus arcam Domini cum reliquiis non episcopi, sed levitæ in humeris gestent, quibus et in veteri Lege onus idem impositum novimus esse præceptum. Quod si et episcopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse e diaconibus in sellula vehatur, sed potius pedisequa eo una cum populis progressione procedente ad conventicula sanctarum ecclesiarum sanctæ Dei reliquiæ per eumdem episcopum portabuntur; jam vero qui hæc instituta sciendo adimplere distulerit, quandiu in vitio fuerit a sacrificando cessabit.

VI. Cum beatus Apostolus arguere, obsecrare vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinam novimus quosdam ex fratribus tantis cædibus in honoratos effervescere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo qui gradus jam ecclesiasticos meruerunt, id est, presbyteri, abbates et levitæ, qui excepto gravioribus et mortalibus culpis, nullis debent verberibus subjacere; non est dignum ut passim unusquisque prælatus honorabilia membra sua, prout voluerit et ei placuerit, verberibus subjiciat et dolori, ne dum incauto subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahat, juxta illud quod quidam sapiens dixit: Leniter castigatus reverentiam exhibet castiganti; asperitate autem nimiæ increpa-

ic increpationem recipit nec salutem. Et ideo aliter quam dictum est prædictos honorabi- bditos licentia perceptæ potestatis elatus, ma- antum crediderit verberandos, juxta modum um quem intulerit, excommunicationem pa- t exsilii sententiam sustinebit.

Quia non expedit, ut donum sancti Spiritus iis comparetur, quanquam ex hoc antiquo- anonum disciplinæ maneant diversæ, tamen necesse est ut frequentius retundatur quod ntermissione præsumitur, ideo novellæ hujus tionis formulam instituentes decernimus, que pro conferendo cuiquam sacerdoti , aut munus quodcunque aut promissiones is antequam ordinetur acceperit, vel etiam am ordinatus fuerit in aliquo se pro hoc præsumpserit munerari, sive qui dederit, sive i acceperit, juxta sententiam Calcedonensis i, gradus sui periculum sustinebit.

. Non decet rectores ecclesiæ in suis strenuos, ecclesiasticis rebus esse remissos. Nam quo- m fertur opinio quod quidam sacerdotum fa- ecclesiæ sic in suis laboribus quassent, rei æ profectum augentes, Dominicis vero dispen- nutrientes. Unde quicumque sub hoc neglectu inas laborare distulerit placito speciali distrin- s est, qualiter si de rebus seu augmentis æ sic quæstum laboribus suis proprie auxit, et ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, quidquid in rebus ecclesiæ minuit illi restituat, ex cujus rebus atque suffragiis suos convictus fuerit ampliasse labores. Quod si 146 aliquid pro utilitatibus ecclesiæ aut substantiæ expendit, aut dispendi, vel perditionis quippiam tulit, si hoc comprobari potuerit, totum illi a rebus ecclesiæ ejusdem reformabitur, pro cujus utilitatibus id expendisse probatur. Gratias itaque Omnipotenti peragimus, post hæc sit pax, salus, et diuturnitas piissimo, et amatori Christi domino nostro Wambano regi, cujus devotio nos ad hoc decretum salutiferum convocavit, divinam postulantes clementiam, ut gloria Christi regnum ejus corroboret usque ad ultimam senectutem, præstante ipso, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et gloriatur in Trinitate Deus, in sæcula sæculorum. Amen. Leodigius in Christi nomine episcopus subscripsi. Julianus in Christi nomine episcopus subscripsi. Genitivus in Christi nomine Tudensis ecclesiæ episcopus subscripsi. Froaricus Deo jubente Portugalensis ecclesiæ episcopus sub. Beia in Christi nomine Brittaniensis episcopus ecclesiæ sub. Isidorus Asturensis ecclesiæ episcopus sub. Alarius Auresinæ ecclesiæ episcopus sub. Rectogerus Lucensis ecclesiæ episcopus subscripsi. Hidulphus, qui cognominor Felix, Hiriensis ecclesiæ episcopus subscripsi.

Explicit concilium Braccarense tertium.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII SPALENSIS PRIMI.

)e concilio Spalensi ad Pegasium episcopum missa.
)e mancipiis Ecclesiæ ab episcopo proximis suis collatis.
)e clericis cum quibus mulieres cohabitant.

INCIPIT CONCILIUM SPALENSE PRIMUM..

iino sancto et reverenter a nobis honorando simo fratri PEGASIO episcopo, Leander, Joangapius, Stephanus, Basilius, Velatus, Fintitio, rus, episcopi, qui in una urbe Spalensi adsu- Sanctitatem tuam charitatis studio salutantes nur Dominum qui nos de salute mutua, vel e lætificare dignatur te lætum multo conser- tempore.

. I. Interea consedentibus nobis in Ecclesia isi sancta Hierusalem breve mancipiorum ec- quæ liberasse visus fuerat decessor tuus e recordationis Gaudentius episcopus, vestri diaconi obtulerunt, et non solum quæ libera- ibidem relegimus, sed etiam quæ proximis le famulis ecclesiæ donaverat in eodem brevi mus annotata. Qua de re canonum instituta luimus, si talis libertas, aut transactio potuisset tabilis. Comperimus autem in canone, ut epi- qui res proprias, excepto filiis et nepotibus, et non ecclesiæ suæ dimiserit, quidquid de iæ rebus, aut donavit, aut vendidit, aut quo- quo modo ab ecclesia transtulit, irritum haberetur. Et ideo si res præcessoris tui Gaudentii episcopi ecclesia vestra non possidet, liberi qui ab eo facti sunt, non sunt legitime absoluti. Cæterum si res illius in compensationem ecclesiæ vestræ deserviunt, illi prorsus maneant liberi. Nam (ut prædictum est) si præstitum de rebus suis non fecit, tale damnum utique ferre non debuit. Propterea ergo de uno consensu omnes significamus, magis humanius quam severius cogitantes, ut hi quos constat tali conditione fuisse liberatos in jure ecclesiæ maneant ut idonei, et peculium suum non aliis personis, sed tantum filiis suis derelinquant, ipsis quoque filiis et nepotibus cum peculiis ipsorum quasi idoneis in jure ecclesiæ permanentibus in extraneam eis non liceat personam quidpiam transmittere. Si qui eorum sine hærede decesserint, peculium eorum sanctæ proficiat ecclesiæ.

II. Ea vero mancipia quæ memoratus episcopus de jure ecclesiæ sublata, suis proximis contulit, si similia de proprio suo ecclesiæ ipsi non compensavit,

ecclesia vestra absque aliqua oppositione recipiat. Hanc formam non solum vestra, hoc est Astigitana servabit ecclesia, sed et omnes qui per omnem Bæticam provinciam tali conditione vel sorte de jure ecclesiæ commearunt, pari sententiæ subjacebunt. Durum est enim atque irreligiosum, ut episcopus qui ecclesiasticis stipendiis vivit, et proprietatem suam lucris ecclesiæ minime confert, aliorum oblationes a jure ecclesiastico privet.

III. Inter cætera vero cognoscite a nobis hoc definitum pro abolendis maculis clericorum, quia quidam episcoporum non observantes nuper edictum concilii Toletatani decretum minus solliciti in subjectis existunt, placuit proinde ut si presbyter, diaconi vel clerici consortia extranearum feminarum, vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem a se minus removerint, sæculi judices easdem mulieres cum voluntate et permissu episcopi comprehensas in suis lucris usurpent, ut vitium hoc, dum sacerdos inhibere non prævalet, potestas judicialis coerceat, dato tamen ab eisdem judicibus sacramento episcopis, ut eas clericis nulla arte restituant; quod si restituerint, ipsi judices sententia excommunicationis feriantur. Mulieribus vero illis juxta priores canones a sacerdote distractis, pretium earum indigentibus dispensetur; quæ statuta manu nostra subscripsimus, data ad sanctitatem vestram die secundo Nonas Novembris, anno quinto gloriosi domini nostri Reccaredi, regis, æra DCXXVIII. Leander ecclesiæ sanctæ Spalensis episcopus hanc constitutionem firmavi et subscripsi. Joannes episcopus Agabrensis hanc constitutionem firmavi et sub. Agapius ecclesiæ sanctæ Cordubensis episcopus hanc constitutionem firmavi et sub. Stephanus episcopus Eliberitanus hanc constitutionem firmavi et sub. Basilius episcopus Elipensis hanc constitutionem firmavi et subscripsi. Celatus episcopus Tuicitanus hanc constitutionem firmavi et subscripsi. Petrus episcopus Alberitanus hanc constitutionem firmavi et subscripsi.

INCIPIUNT CAPITULA CONCILII SPALENSIS SECUNDI.

1. De Theodulphi Malacitanæ Ecclesiæ querimoniis adversus reliquos epp. pro quibusdam parochiis.

2. De querimoniis Fulgentii et Honorii episcoporum pro quibusdam parochiis.

3. De desertoribus clericis, ut episcopis suis restituantur.

4. De bigamis ad presbyterium vel diaconatum non promovendis.

5. Ne presbyteri diaconum, vel presbyterum ordinare præsumant.

6. De presbyteris vel diaconibus ab uno episcopo non deponendis.

7. De his quæ prohibentur corepiscopis presbyteris in ecclesiasticis sacramentis agere.

8. De superbis ecclesiæ libertis, ut ad servitium revocentur.

9. De œconomis, ne ex laicis constituantur.

10. De monasteriis non convellendis.

11. De monasteriis virginum, ut a monachis tueantur.

12. De quodam acephalorum episcopo.

13. De duabus in Christo naturis et una persona.

INCIPIT CONCILIUM SPALENSE SECUNDUM.

Habitum æra DCLIX, *tempore Sisebuti regis.*

In nomine Domini Salvatoris nostri Jesu Christi Isidorus, Bisinnus, Rufinus, Fulgentius, Cambra, Fidentius, Theodulphus, et Honorius episcopi, qui pariter in urbe Spalensi pro aliquibus ecclesiasticis negotiis coadunati sumus. Consedentibus ergo nobis in secretario sacrosanctæ Hierusalem Spalensis ecclesiæ cum illustribus viris, Sisibuto rectore rerum publicarum atque Sualane actore rerum fiscalium stante religiosissimo clericorum cœtu.

CAP. I. Prima actione Theodulphi Malacitanæ antistitis ecclesiæ ad nos oblata precatio est asserentis antiquam ejusdem urbis parochiam militaris quondam hostilitatis discrimine fuisse decisam, et ex parte aliqua ab ecclesiis Astrigitanæ, Celeberitanæ atque Agabrensis urbium esse retentam, pro qua re placuit, ut omnis parochia quæ ab antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam suam quisquis comprobaret, ejus privilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem, his quos barbarica *severitas captiva* necessitate transvexit, postliminio revertentibus redditur antiqua possessio, non aliter et ecclesia receptura parochiam, quam ante tenuit cum rebus suis, sive ab aliis ecclesiis possideatur, sive in cujuslibet possessionem transfusa sit, non enim erit objicienda præscriptio temporis, ubi necessitas interest hostilitatis.

II. Inter memoratos fratres nostros Fulgentium, Fastigitanum, et Honorium Cordubensem episcopos discussio agitata est propter parochiam basilicæ cujusdam, quam horum alter Celticensem, alter Reginensem asseruit, et quia inter utrasque partes hactenus limitis actio vindicata est, cui quamvis vetustata retentione nullum juris præjudicium afferret. Ideoque ne in dubium ultra inter eos nostra devocaretur sententia, prolatis canonibus synodalis decreta perlecta sunt, quorum auctoritas præmonet ita oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos usurpet. Ob hoc placuit inter alternas partes inspectionis viros mittendos, ita ut si in diœcesis possidentis sitam basilicam veteribus signis

rvisus monstraverit, ecclesiæ cujus jus est is sit æternum dominium. Quod et si limes eamdem basilicam non recludit, et tamen ıporis probatur objecta præscriptio, appeltentis episcopi non valebit, quia illi trigectio silentium imponit, hoc enim et sæculancipum edicta præcipiunt, et præsulum um decrevit auctoritas; sin vero infra igenas temporis extra alienos terminos njusta retentio reperitur, repetentis episine mora restituetur.

tia definitione ad nos oblata precatio est a ssimo fratre nostro Cambra Italicensi pro quodam clerico Passando, qui de ıæ cultu in qua dicatus ab exordiis infantiæ ecclesiam Cordubensem se contulit, quem ut si nihil proponeretur de eo, sine dilactu proprio reformaretur episcopo. Scribiin lege mundiali de colonis agrorum, ut uisque jam cœpit ibi perduret. Non aliter cis qui in agro ecclesiæ operantur, canonum ræcipitur, nisi ut ibi permaneant ubi esse

Ideoque placuit, ut si quis clericus mi-
47 ecclesiæ propriæ destitutus, ad aliam fecerit, compellente ad quem fugerit sa-
l ecclesiam quam prius incoluerat remittaero eum susceperit, nec statim sine ullo tionis ad propriam ecclesiam remittendum quandiu eum restituat communione se agnoscat, desertorem autem clericum cinris atque ordinationis suæ exutum, aliquo nonasterio religari convenit, sicque postea rio ecclesiastici ordinis revocari, nam non talibus pervagationibus aboleri licentia, in eis propter correptionem disciplinæ subsura.

rta actione nuntiatum est nobis apud Asticclesiam quasdam nuper ordinationes illitisse, ita ut quidam viduarum mariti levitisterio sacrarentur; quos quidem convenit uscepto in irritum devocari, nec ultra l diaconii ministerium qui contra divina esiastica jura instituti reperiuntur.

to judicio ad agnitionem nostri examinis s diaconi relatu deductum est de quibuss ecclesiæ clericis, quorum dum unus ad , duo ad levitarum mysterium sacrarentur, eorum oculorum dolore detentus fertur uam super hoc tantum posuisse, et predam illis contra ecclesiasticum ordinem bem dedisse, qui licet propter tantam præs audaciam poterat accusatus judicio prænari, si adhuc in corpore positus non fuis vocatione præventus, sed quia jam ille livino relictus, humano judicio accusari , hi qui supersunt et ab eo non consecralum, sed ignominiæ elogium perceperunt, ntiam talis usurpatio faciat, decrevimus ut ıcerdotalis vel levitici ordinis quem perverse adepti sunt, depositi, æquo judicio abjiciantur, tales enim merito judicati sunt removendi, quia prave inventi sunt constituti.

VI. Sexta actione comperimus Fragitanum Cordubensis ecclesiæ presbyterum a pontifice suo injuste olim dejectum, et innocentem exsilio condemnatum, quem rursus ordini suo restituentes, id denuo adversus præsumptionem nostram decrevimus, ut juxta priscorum patrum decretum synodali sententia nullus nostrum sine concilii examine dejiciendum quemlibet presbyterum vel diaconum audeat. Nam multi sunt qui indiscussos potestate tyrannica, non auctoritate canonica damnant, et sicut nonnullos gratia favoris sublimant, ita quosdam odio, invidiaque permoti humiliant, et levi opinionis aura condemnant, quorum crimen non approbant. Episcopus enim sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest. Si enim hi qui in sæculo a dominis suis honorem libertatis adepti sunt in servitutis nexum non revolvuntur, nisi publice apud prætores tribunali foro fuerint accusati, quanto magis hi qui divinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur, qui pro peccato nec ab uno damnari, nec uno judicante poterunt honoris sui privilegiis exui, sed præsentati synodali judicio quod canon de illis præceperit definiri.

VII. Septimo examine relatum est nobis venerandissimum quondam Agapium Cordubensis urbis episcopum frequenter corepiscopos, vel presbyteros destinasse, qui tamen juxta canones unum sunt, qui absente pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent, quod quidem non est mirum id præcepisse virum ecclesiasticæ disciplinæ ignarum et statim a sæculari militia in sacerdotale ministerium delegatum; ergo ne ultra talis a nobis licentia usurpetur, communi sententia statuendum oportuit, scientes quia sicut presbytero vel corepiscopo illicita consecratio est altaris, ita est constitutio. Erexit altare solus Aaron, ipse unxit, quia summus utique sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo : « Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus (*Psal.* XCVIII, 6). » Ideoque id quod tantum facere principibus sacerdotum jussum est, quorum typum Moyses et Aaron tenuerunt, presbyteri qui filiorum Aaron gestant figuram, corripere non præsumant. Nam quamvis cum episcopis plurima illis ministeriorum communionis sit dispensatio, quædam tamen auctoritate veteris Legis, quædam novellis et ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum et diaconorum, ac virginum consecratio, sicut constitutio altaris, benedictio vel unctio, siquidem nec licere benedicere eis ecclesiam, vel altaria consecrare, nec per impositiones manus fidelibus baptizatis, vel conversis ex hæresi Spiritum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare, sed nec publice quidem in missa, quanquam pœnitentem, reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc omnia illicita esse presbyteris vel corepiscopis, quia pontificatus apicem non habent, quem solis de-

beri episcopis auctoritate canonum præcipitur, ut per hoc et discretio graduum et dignitatis fastigium summi pontificis demonstraretur, sed neque coram episcopo licere eis in baptisterium introire, nec præsente antistite infantem tingere, aut signare, nec pœnitentem sine præcepto episcopi sui reconciliare, nec eo præsente sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere, vel benedicere, aut salutare, nec plebem utique exhortari, quæ omnia eis a sede apostolica prohibita esse noscuntur.

VIII. Octava discussio agitata est de quodam Helisæo ex familia Agabrensis ecclesiæ, qui ab episcopo suo traditus libertati de libertate confestim ad contumaciæ morbum transilivit, sicque per superbiam non solum ejusdem episcopi maleficis artibus salutem lædere voluit, sed etiam patronam ecclesiam libertatis immemor prædamnavit. Adversus quem ingratum actio canonum ac legum auctoritas juste dirigitur, scilicet ut immeritæ libertatis damno multatus, ad servitutis nexum revocetur. Talium enim status qui contra episcopum suum vel patronam ecclesiam nituntur decidere potius quam conservare convenit, ut quorum libertas perniciosa est sit salutifera servitus, ut qui superbire noverint adepta libertate prædíti discant obedire subjecti.

IX. Nona actione didicimus quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos laicos habere in rebus divinis constitutos œconomos. Proinde pariter tractantes eligimus, ut unusquisque nostrum secundum Calcedonensium patrum decreta ex proprio clero œconomum sibi constituat. Indecorum est enim laicum vicarium esse episcopi, et sæculares in ecclesia judicare. In uno enim eodemque officio non debet dispar esse professio, quod etiam in lege divina prohibetur dicente Moyse : « Non arabis in bove simul et asino (*Deut.* XXII, 10), » id est homines diversæ professionis in officio uno non sociabis. Unde et oportet nos et divinis libris sanctorum Patrum obedire præceptis, constituentes ut hi qui in administrationibus ecclesiæ pontificibus sociantur discrepare non debeant, aut nec professione, nec habitu, nam cohærere et conjungi non possunt, quibus et studia et vota diversa sunt. Si quis autem episcopus posthac ecclesiasticam rem aut per laicalem procurationem administrandam elegerit, aut sine testimonio œconomi gubernandam crediderit, vere ut contemptor canonum, et fraudator ecclesiasticarum rerum non solum a Christo de rebus pauperum judicabitur reus, sed etiam et concilio manebit obnoxius.

X. Decima actione poscentibus monasteriorum patribus pari sententia statuimus, ut cœnobia nuper condita in provincia Bætica, sicut et illa quæ sunt antiqua immobili et inconcussa stabilitate permaneant solidata. Si quis autem (quod absit) nostrum, vel nobis succedentium sacerdotum quodlibet monasterium aut vi cupiditatis exspoliandum, aut simulatione aliqua fraudis convellendum, aut dissolvendum *tentaverit, anathema* affectus maneat, et a regno Dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei vel operis ad salutem, qui tantæ et salutaris vitæ destruxerit tramitem. Super hoc etiam universi Bæticæ provinciæ episcopi congregati eumdem sacrilegum cœtus sui eversorem a communione suspendant, et convulsum monasterium cum rebus suis restaurent, ut quod impie unus subverterit, omnes reforment.

XI. Undecima actione communi consensu decrevimus, ut monasteria virginum in provincia Bætica monachorum administratione ac præsidio gubernentur; tunc enim salubria Christo dicatis virginibus præbemus, quando eis patres spirituales eligimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificari possunt, ea tamen circa monachos cautela servata, ut remoti ab earum familiaritate nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum, sed neque abbatem vel eum qui præficitur extra eam quæ præest loqui virginibus Christi aliquid quod ad institutionem morum pertinet licebit, neque cum ea sola quæ præest frequenter eos loqui oportet, sed sub testimonio duarum vel trium sororum, ita ut rara sit accessio, et brevis omnino locutio. Absit enim ut monachos (quod etiam dictum nefas est) Christi virginibus familiares esse velimus, sed juxta quod jussa regularum vel canonum admonent longe discretos atque sejunctos, eorum tamen easdem gubernaculis deputamus, constituentes ut unus monachorum probatissimus eligatur, cujus curæ sit prædiis earum rusticis, vel urbanis intendere, fabricas exstruere, et si quid aliud est ad necessitatem monasterii providere, ut Christi famulæ pro animæ suæ tantum utilitate sollicitæ, solis divinis cultibus, operibusque sanctis inserviant. Sane is qui ab abbate proponitur, judicio sui episcopi comprobetur, vestes autem illæ iisdem faciant a quibus tuitionem exspectant, et ab iisdem denuo (ut prædictum est) laborum fructus et procurationis suffragium recepturæ. Si qui autem monachorum hanc ordinationem aut contempserint aut qualibet inertiæ dissolutione neglexerint, sciant quod eorum temeritas atque superbia excommunicationis sit plectenda censura.

XII. Duodecima actione ingressus est ad nos quidam ex hæresi Acephalorum natione Syrus, ut asserit ipse episcopus, duarum in Christo naturarum proprietatem abnegans, et deitatem passibilem asserens. Cujus dum nostris sensibus tanti erroris confusio patuisset, prolatis illi de incarnatione Domini Jesu Christi testimoniis, sanctorumque Patrum sententiis recitatis, omni eum deinde exhortatione ad veræ fidei rectitudinem sacerdotali modestia invitavimus, qui salutaribus monitis pertinaciter per multos diuturnosque conflictus retinens, tandem gratia divina doctus coram cunctis astantibus hæresim propriam abdicavit, duasque naturas et unam personam in uno eodemque Domino nostro Jesu Christo confessus est, credens impassibilem naturam deitatis atque in sola humanitate suscepisse infirmitates passionis et crucis. Conversus itaque atque receptus

æ fidei confessionem cum astipulatione protu- A
ue ab omnibus suis erroribus purgatus appa-
alique pro merito gaudentes Christo gratias
, quod eumdem post pravitatem hæresis ad
dinem fidei divina gratia promovisset, quem
s ut permanens in Christi fide pure ac devo-
conservetur.

Tertia decima prosecutione breviter narran-
tavimus ad refutationem eorumdem hæreti-
qui duas naturas Christi post unionem deli-
confundunt, et passibilem in eo divinitatis
substantiam asserunt. Contra quorum bla-
as oportet nos in una persona Christi geminæ
proprietatem ostendere, passionemque ejus
humanitatis susceptione manifestare, ut si
liqui stultorum hujus sententiæ errore decepti B
um ista legerint resipiscant, rectæque fidei
em firmiter teneant. Nam procul dubio multi
ui secundum apostoli vocem prurientes auri-
eritate auditum avertunt, ad fabulas autem
untur. Ergo sicut immaculata fides, et sancta
lesia docet, confitemur Dominum nostrum
Christum intemporaliter ex Patre Deo
temporaliter ex utero gloriosæ virginis Ma-
ninem editum, et ob hoc in una existente
duas naturas habentem, deitatis qua ante
genitus, et humanitatis in qua diebus ulti-
itus est, in illa secundum formam Dei, in
cundum formam servi consistens; in illa
anens æqualis, in ista sine peccato similis C
conditioni; in illa inviolabilis, in ista passi-
illa ex qua mori non potuit, in ista in qua
suscepit. Cujus geminæ naturæ distinctio
ex litteris legis, deinde ex propheticis, et
licis atque apostolicis promenda est paganis,
uæ asserimus non argumentis, sed exemplis
rarum firmemus. Lex in una eademque per-
lvatoris nostri sic demonstrat utramque na-
divinam, Domino loquente ad Moysen :
inquit, mitto angelum meum qui præcedat
erva eum et audi vocem ejus (*Exod.* XXIII,
uia est nomen meum in illo, humanam, lo-
eodem Domino ad Abraham : « In semine
edicentur omnes gentes (*Gen.* XXII, 18), » id
carne Christi, quæ de Abrahæ stirpe descen- D
phetia in psalmis sub una eademque Christi
sic ostendit utramque naturam, divinam,
um illud, « ex utero ante luciferum genui
l. CIX, 3), » humanam, secundum hoc, « et
atus est in ea, et ipse fundavit eam (*Psal.*
5); » divinam, secundum illud : « Eructavit
um verbum bonum (*Psal.* XLIV, 2), » huma-
ecundum hoc : « Speciosus forma præ filiis
m (*Psal.* XLIV, 8). » Prophetia in Proverbiis
eademque Christi persona sic declarat utram-
uram, divinam secundum illud, « ante colles
me (*Job* XV, 7), » humanam secundum hoc,
nus creavit me in initio viarum suarum
ui, 22); » divinam secundum illud, « nec-

A dum erant abyssi, et ego jam concepta eram (*Prov.* VIII, 24), » humanam secundum hoc, « sapientia ædificavit sibi domum (*Prov.* XXIV, 3), » corporis utique sui templum, in quo filius Dei inhabitaret, dum Verbum est caro factum. Prophetia in Isaia sub una eademque Christi persona sic demonstrat utramque naturam, deitatis secundum illud : « Nunquid qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? (*Isai.* LXVI, 9.) » humanitatis secundum hoc : « Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium (*Isa.* VII, 14); » divinitatis secundum illud : « Rorate, cœli desuper, et nubes pluant justum, aperiatur terra et germinet Salvatorem, et justitia oriatur simul (*Isa.* XLV, 8). » Item alibi, humanitatis secundum hoc, « Parvulus natus est nobis (*Isa.* IX, 6), »
B divinitatis secundum illud, » Filius datus est nobis (*Ibid.*). » Parvulus enim Christus ad susceptæ humanitatis naturam pertinet, quia homo est factus, filius autem datus, ad divinitatem, quia Dei Filius. Et ut ostenderet in utraque natura unam esse personam parvuli nati et filii dati, adjecit : « Vocabitur nomen ejus magni consilii angelus, Deus fortis, princeps futuri sæculi (*Isa.* IX, 6). » In Evangelio quoque in uno eodemque Christo divinæ naturæ significatio, « Omnia per ipsum facta sunt (*Rom.* I, 37), » humanæ naturæ significatio, « Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris (*Joan.* VI, 38). » Paulus quoque apostolus in uno eodemque Christo naturam divinitatis exprimit,
C cum dicit : « Primogenitus omnis creaturæ ipse est ante omnes, et omnia in illo constant (*Coloss.* I, 17), » humanitatis declarat naturam, cum dicit, « Ipse est caput corporis Ecclesiæ (*Coloss.* I, 18), » et alibi : « Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens (*Philip.* II, 6). » Per hoc enim quod dicit, qui cum in forma Dei esset, naturam in eo divinæ majestatis ostendit, per hoc autem quod adjecit, formam servi accepit, naturam humanitatis significat, et iterum : « Cum esset, inquit, dives, pauper factus est (*II Cor.* VIII, 9), » ut illius inopia nos divites essemus; ubi enim dixit, cum esset dives, divinæ naturæ gloria panditur, et ubi adjecit, pauper factus est, humanæ infirmitatis sub-
D jectio demonstratur atque servilis habitus assumptio. Item in ipso initio apostolici symboli gemina sic ostenditur in uno eodemque Christo naturæ distinctio, deitatis ex Patre, dum dicit : Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, et in Christum Jesum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, humanitatis ex matre, dum adjecit, natum de Spiritu sancto ex utero Mariæ virginis. Ecce ex utroque Testamento duæ naturæ in Christo, divinitatis una, humanitatis altera, quæ quidem gemina unam fecit personam, quia unus idemque mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus.

Jam vero de passione ejusdem Salvatoris nostri et Domini Jesu Christi quam in sola humanitate, non in deitate sustinuit, sicut superius legis et pro-

phetarum auctoritas, Evangeliorum quoque et apostolorum prædicatio adhibenda est : lex de passione corporis Christi sic dicit : « Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum (*Gen.* XLIX, 11). » Quid hic pallium ? quid stola, nisi caro Christi passionis sanguine decorata ? hæc enim sola contumelias crucis sustinuit, divinæ vero naturæ majestas nihil injuriæ sensit ; propheta quoque in psalmis passionem Christi in carne sola sic asserit : « Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea (*Psal.* XXI, 17), » ubi non deitatis, sed tantum corporis injuria intelligitur. Ibi enim membrorum significatione sola caro clavis suspensa in ligno atque suffixa pronuntiatur, sicut et in Jeremia legitur, « Venite, mittamus lignum in panem ejus (*Jer.* XI, 19), » id est, crucem in corpore ejus. Neque enim divinitas ligno suspendi potuit, sed sola humanitas in cruce suffixa pependit. Cujus etiam caro tolerantiam mortis perpessa sic ostenditur alibi dum dicitur : « Caro mea requiescet in spe (*Psal.* XV, 9), » utique quia sola in Christo materia carnis mortis fragilitate defuncta, spem resurrectionis suæ exspectabat, et sine corruptione recepturam dum adjicit : « Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem (*Act.* II, 27). » Salomon autem in Canticis canticorum passionem carnis Christi sic prædicans dicit : « Manus meæ distillaverunt myrrham, et digiti mei guttam (*Cant.* V, 5), » ubi specialiter ostenditur in manibus ac digitis solam carnem Christi infixam stipite, sicut in psalmo centesimo octavo decimo legitur : « Confige clavis timoris tui carnes meas (*Psal.* CXVIII, 120). » Isaias autem Christum in sola humanitate quæ apparuit, passionis injuriam suscepisse ita prædixit : « Homo, inquit, in plaga et sciens ferre infirmitates, vere languores nostros ipse portavit (*Isa.* LIII, 4); » quis ipse nisi utique homo? Nam pati, et deficere in illo natura Dei non potuit, sed homo portavit in eo passionem et mortem, in quo et ipsa mors habet conditionem. Nam cum eum diceret venire de Edon tinctis vestibus de Bosra adjecit : « Quare rubrum est vestimentum tuum, et indumentum tuum tanquam calcantium in torculari ? (*Isa.* LXIII, 2.) » Quid hic per vestimentum suum tanquam calcantium in torculari ? Quid hic per indumentum et vestimentum rubrum voluit ostendere, nisi solam Christi carnis passionem crucis infectam cruore ? Unde et ipsa passione chlamyde coccinea Christus induitur, ut imago sanguinis tantum in carne demonstretur. Jeremias quoque corpus suum obtulisse Christum in passione sic loquitur : « Non sum, inquit, contumax, neque contradico, corpus meum dedi percutientibus (*Isa.* L, 6), » non dixit divinitatem quæ passionem nescit perferre. Et iterum : « Posui scapulas meas ad flagella, maxillas ad palmas (*Ibid.*), » quod et ipsum ad carnis patientiam, non ad deitatis refertur injuriam. Et Zacharias : « Videbunt, inquit, in quem confixerunt (*Zach.* XII, 10); » quem alium, nisi indubitanter hominem quem Judæi crucifixerunt, et in carne judicantem videbunt ? Ecce pronuntiatur ex lege et prophetis. Cujus quidem fidei veritas est tam efficax, ut eam nec tyranni sua potuerint crudelitate confundere, nec hæreticorum subdola circumventio pessundare, nec hypocritarum diminuere fallax simulatio.

Transeamus inde ad Evangelia, ibi quæramus Christum Filium Dei in sola carne portasse valitudines passionis et injuriam crucis, loquente ipso discipulis : « Ecce ascendimus Jerosolymam, et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis, tradetur enim gentibus, et illudetur et flagellabitur, et conspuetur, et postquam flagellaverint, occident eum, et in die tertia resurget (*Luc.* XVIII, 31, 33), » quod totum in Christo secundum hominem dictum, non ad substantiam deitatis, sed ad naturam pertinet carnis, quod etiam in sequentibus docetur, Judæis dicentibus Christo, « Quod signum ostendis nobis, quia hoc facis ? (*Joan.* II, 18.) » Et dixit Jesus : « Solvite hoc templum, et post triduum suscitabo illud (*Joan.* II, 19), » hoc autem dixit de templo corporis sui, nam et in passione sua, dum corripiens proditorem, diceret : « Juda, osculo Filium hominis tradis ? (*Luc.* XXII, 48.) » Quem tradere proditorem significat, nisi hominem quem et comprehenderunt ? Non deitatem quam cæcati perfidia agnoscere non potuerunt, Beatus autem apostolus Paulus Christum in homine solum pertulisse crucem sic asserit : « Ut homo, inquit, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis (*Philip.* II, 8). » Qui proinde dixit ut homo, ut nuncupatione hominis distinctio naturæ insinuaretur passibilis, quod confirmans alias ait : « An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus ? qui non infirmatur, sed potens est in vobis. Nam et si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei (*II Cor.* XIII, 34). » Passus est ergo Christus et mortuus, sed ex nostra infirmitate, vivit autem impassibilis et immortalis, sed ex sua virtute, quæ tanta est, ut in se nec passionem recipiat, nec mortem admittat. Petrus quoque apostolus, princeps apostolorum, Christi supplicium sic prædicat in solo corpore consummatum : « Qui peccata, inquit, nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiæ viveremus, cujus livore sanati sumus (*I Petr.* II, 24); » et paulo post : « Christo igitur passo in carne. » Ergo si Christus in carne passus est non secundum Deum, sed secundum hominem crucifixus. Ecce perpatuit de Filio Dei quod passus est, quod mortuus est, corporis tantum fuisse, non deitatis. Aliena sunt enim ista de eo, testante propheta de illo : « Deus sempiternus Dominus creans fines terræ, non laborabit, neque deficiet (*Isa.* XL, 28), » et in psalmo : « Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient (*Psal.* CI, 28); » omnes enim in Christo infirmitates humanitas sola portavit. Caro enim habuit vagitus infantis, non divinitas. Caro est pannis involuta, non deitas. Caro habuit alimenta. Caro

t ætatum commercia. Nam et quod fatigatus A
od esuriit, quod dormivit, quod flevit, quod pas-
roximus tristis fuit, quod postremo ipsam pas-
i et mortis conditionem sustinuit, totum hoc
rmitatem pertinet humanitatis, non ad incom-
sibilem substantiam deitatis. Unus est enim
is Deus et homo, caro et Verbum. Sed unde
nde habet immortalitatem, unde homo, inde
t passionem, et unde caro, inde mortuus, et un-
um, inde æternus. Neque enim potest esse dei-
ssibilis, qui est virtute paternæ gloriæ naturæ
, unde Patri derogatur, dum natura deitatis
passibilis creditur. Nam si una Patris et Filii
itia est, utique sicut Pater, ita et Filius immor-
t ego et Pater unum sumus, sicut in Patre
t mors, ita nec in Dei Filio mors. Et si verum B
nnia quæ habet Pater mea sunt, ergo immor-
Patris cum Filio communis est. Nam, quod
stolus de infidelium ignorantia, « Si enim co-
ent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent
II, 8), » non quod quasi Dominus gloriæ sit
us, ut natura deitatis videatur esse passi-
ed quia unus in utraque natura est Christus,
am assumptam hominis formam Dominus
dicitur passus, sicut econtrario est illud :
ascendit in cœlum, nisi qui descendit de
lius hominis, dum de cœlo non descendis-
si tantum Dei Filius, nondum idem factus
hominis. Propter personæ ergo unitatem
et ad hominem referuntur in Christo quæ C
pria sunt, et divinitati ascribuntur quæ ho-
unt, et ideo dum pati ac mori dicitur, non
atis, sed carnis proprium, sic tamen propter
m personæ ipse Deus, et natus ex virgine,
us et mortuus prædicatur, sed infirmitate
nostræ, non virtute divinitatis suæ. Quod
lem Apostolus ait : « Si enim inimici esse-
conciliati sumus Deo per mortem Filii ejus
, 10), » sic dicitur Dei Filius mortuus, sicut
de martyribus passis ac mortuis, quorum
non sunt animæ occisæ in corporis passione,
ritatis testante : « Nolite timere eos qui
it corpus, animam autem non possunt occi-
(*Matth.* x, 28), » ubi agnosci oportet, si animæ
um corpore perempto suppliciis exstingui D
sunt, Deus qui conditor est animarum, quo-
er crucem carnis pati potuit exitium mortis ?
tiam alibi apertius declaratur, eodem Filio
uente : « Potestatem habeo ponendi animam
, et potestatem habeo iterum sumendi
(*Joan.* x, 17). » Quod si ipsa deitas mortua
, quæro quis animam ipsius resumpsit, stul-
t ergo crucis passionem divinæ applicare na-
ed tantum creabili et humanæ, sola enim caro
xitium sensit, sola caro lanceam pertulit,
nguine et aqua manavit, ipsa sola mortua,
la in sepulcro posita, ipsa sola tertia die
tata, etiam glorificata cœlos adiit, in qua
us est judicare in gloria Patris, judi-
caturus de vivis ac mortuis. Prolatis ergo Novi ac Veteris Testamenti testimoniis in quibus duæ naturæ Christi patefactæ sunt in una subsistentes persona, in quibus et passio ejus apparuit in homine solo expleta.

Deinde oportuit sententias subnecti sanctorum patrum qui in sacris litteris ingenti gloria refulserunt, ut etiam eorum traditione perpateat, quia Dominus noster Jesus Christus ex duabus naturis et una persona subsistit, quia mortem et passionem in sola carne suscepit. Sanctus ergo Hilarius in explanatione epistolæ ad Timotheum sic loquitur : Nam et cum dicit Scriptura, homo Christus, et cum dicit Christus mortuus est, cum dicit Verbum caro factum est, non est spoliandus per fraudulentiam legentis expositionibus suis sermo. Nam ubi homo Christus est, præcedit mediator Dei atque hominum, ex Deo homo uterque unum et inter hominem et Deum medius confessione in se utriusque naturæ, ubi Christus mortuus est subjicitur, qui resurrexit, qui est in dextera Dei. In morte ejus carnis nostræ infirmitas est, in resurrectione virtus ejus, in consensu Dei dignitas. Sanctus quoque Ambrosius in expositione Evangelii secundum Lucam sic asserit : Non enim suam, sed nostram crucem Christus ascendit, nec mors illa divinitatis, sed hominis fuit ; et paulo post : Etenim Christus omnia, et in Christo omnia, et in singulis Christus. Caro tamen moritur, ut resurgat. Item in eodem libro exponens inter alia dicit : Tristis est anima mea ; et alibi : Nunc anima mea turbata est valde. Non ergo suscipiens, sed suscepta turbatur, anima enim obnoxia passionibus, divinitas libera, etenim spiritus promptus, caro autem infirma. Tristis autem non ipse est, sed anima, non est tristis sapientia, non divina substantia, sed anima. Suscepit corpus meam, non me fefellit, ut aliud esset et aliud videretur. Sanctus Athanasius in tractatu quem scripsit de Christi nativitate sic dicit : In hoc sit ergo, fratres charissimi, fides nostra, in hoc tota salus et vita consistat, ut credamus Deum Dei Filium primum, ante omnia sæcula a Deo Patre invisibiliter genitum, deinde a Maria virgine secundum hominem natum, secundum hunc hominem passum, mortuum, sepultum, resurrexisse ab inferis, ascendisse in cœlum. Item idem in expositione fidei : Verbum, inquit, nascitur de Maria virgine accipiens corpus animale, sed neque sermo comprehensus est carne, sed in carne et supra carnem, et sicut Dei præscius, ita Dei virtus, Dei veritas. Passus autum humana carne, sed sermo Dei impassibilis est. In passione quidem moritur homo, ut vivificaret protoplastum qui ceciderat per inobedientiam. Sanctus Gregorius scribens ad Caledonium dicit : Naturæ enim duæ in Christo, Deus et homo, non autem duo Filii, nec dii duo. Item idem in sermone de Filio : Uno autem, inquit, capitulo moneo, ut altiora quidem ascribas divinitati et illi naturæ quæ passionibus et corpore probatur esse superior,

humiliora autem naturæ humanæ attribuas, quæ ex parte infirmitatis nostræ assumpta est. Item ipse in quarto libro contra Eunomium : Et ne aliquis incorruptibili naturæ deitatis crucem passionis applicet, per alia manifestius talem emendat errorem, mediatorem ipsum Dei hominum et hominem et Deum ipsum nominans, ut cum duo de uno dicantur, congruum intelligatur circa utrumque. Circa Deum tamen quidem impassibilitas, circa humanitatem autem dispensatio passionis. Sanctus quoque Basilius in quarto libro contra Eunonium ita scribit : Quid est Dominus creavit me et ante omnes colles genuit me ? Ubi intelligendum est, hoc quod genuit de Dei Filio, hoc autem quod dicit creavit de ea parte, qua in forma servi est, ut utramque naturam in una persona ostenderet. Sanctus Cyrillus in prima ad Successum epistola dicit : Ergo quantum quidem ad intellectum pertinet et fidem, tantumdem oculis animæ, quemadmodum incarnatus est unigenitus, duas naturas esse dicimus, unum autem Filium et Christum Dominum Deum, Verbum incarnatum et hominem factum confitemur. Item in secunda ad eumdem Successum epistola sic ait : Cum unus, inquit, sit solus Filius Christus, idem ipse Deus et homo sicut in deitate perfectus, ita et in humanitate. Non autem ipsum unigenitum Filium Dei secundum quod intelligitur et est Deus, passum esse in sua natura, sed terrena natura. Oportet enim necessario utraque servare uni et vero Filio, et non pati secundum deitatem, et dici passum esse eumdem secundum humanitatem, ipsius enim passa est caro. Item in expositione Levitici inter alia : Totum in his iterum circumspice Salvasoris nostri mysterium, et emundationem quæ per sanctum baptisma fit, duas enim aviculas sumi jubetur, vivas et mundas, ut intelligas per volatilia cœlestem hominem simul et Deum in duabus naturis, quantum pertinet ad rationem, dividendum unicuique convenientem. Item sanctus Augustinus : Neque enim in illa susceptione alterum eorum in alterum conversum atque mutatum est, nec divinitas quippe in creaturam mutata est, nec creatura in divinitatem augmentavit aliquid deitatis. Sed absit ut augmentum recipiat ineffabilis et incomprehensibilis plenitudo, manet ergo utraque Filii Dei natura et una persona. Rursus ipse adversus Maximum : Si ergo attendas distinctiones naturarum, Filius Dei de cœlo descendit, Filius hominis crucifixus est ; si unitatem personæ, Filius de cœlo descendit et Filius crucifixus est in terra ; idem in sequentibus : Oportebat Christum pati et resurgere a mortuis die tertia, ubi resurgit, nisi in eo quod potuit cadere ? ubi resurrexit nisi in eo ubi mortuus ? Quære mortem in Verbo, nunquam esse potuit. Quære mortem in carne, plane ibi fuit, et ideo ibi fuit quia mors vera fuit ; et paulo post : Quid miraris ? Certe vita est Christus, quære mortuam vitam, nec anima mortua est, nec Verbum mortuum est. Caro tantum mortua *est, quare ? ut in ea mors* moreretur. Idem in expositione Joannis evangelistæ : Quis ergo est per quem factus est mundus ? Christus Jesus, sed in forma Dei ; quis est sub Pontio Pilato crucifixus ? idem ipse Christus, sed in forma servi. Beatus quoque Leo apostolicæ sedis antistes in sua epistola quam scripsit ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum sic ait : Salva ergo proprietate utriusque naturæ et in unam coeunte personam, suscepta est a majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, et ad resolvendum conditionis nostræ debitum inviolabilis natura est unita naturæ passibili, ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem mediator Dei et hominum Christus Jesus et mori posset ex uno, et mori non posset ex altero. In integra ergo hominis perfectaque veri natura, verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris ; et paulo post : Qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma servi factus est homo, tenet enim sine defectu proprietatem suam utraque natura, et sicut forma servi Dei formam non adimit, ita forma Dei formam servi non minuit. Item paulo post : Agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, et in carne exsequente quod carnis est ; unum horum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis, et sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit. Sanctus quoque Fulgentius in libro quem de Incarnatione Domini nostri Jesu Christi scripsit inter alia sic intulit : Dico itaque vobis juxta sanctorum patrum traditionem, Dominum nostrum Jesum Christum in duabus naturis inconfusis, id est divinitatis et humanitatis, unam personam sive substantiam confiteri ; idem post alia : Si quis ergo in Domino nostro Jesu Christo, aut duas naturas aut unam noluerit, sive dubitaverit credere, aut prædicare personam, vel si quis noluerit confiteri eumdem Deum atque hominem, id est Verbum incarnatum de Maria virgine pro nostra salute veraciter natum, tamen a catholica fide deprehenditur ac demonstratur extraneus, ut sacramento redemptionis humanæ resistat ingratus. Et paulo post : Verbum caro factum est, unus ex utraque et in utraque, id est in humana divinaque natura prorsus initio gloriosa persistit, ut sive divinitati Christi humanitatem quis demat, sive humanitati divinitatem detrahat, Christum sacrilega infidelitate et blasphema prædicatione dissolvat. Item paulo post : Christus pro nobis carne est passus qui de Deo Patre natus solus est impassibliis Deus. Ipsum itaque Christum Filium Dei qui pro nobis mortem carne gustasse, salva immortalitate divinitatis ejus, veraciter credimus. Item post hoc : Quia non est alter Deus, alter homo, sed idem unus est Christus Deus et homo, profecto idem Deus Christus qui et mortem suam carne suscepit, et idem homo Christus est qui mortem suam divinitate destruxit, idem quippe Christus Dei Filius qui divinitate mori non potuit, carne mortuus est, quam mortalem Deus

alis accepit, et ideo Christus Dei Filius mortuus resurrexit, quia immortalitatem suæ tis carne mortuus non amisit; hinc est quod ost resurrectionem suam sicut in cicatricis et in vera comestione piscis et mellis em in se vere carnis edocuit, ita clausis ingrediens veram in se virtutem sempiternæ tis ostendit, ut agnosceretur et naturalis hristi morientis infirmitas, et eidem moaturalis inesse majestas : hæc quidem quæ inæ Scripturæ quam etiam sanctorum Paquentia docuerunt, decretis nostris breviter protulimus, demonstrantes geminam carnis itis naturam in una Domini et Salvatoris ersona, passum quoque eumdem in ea naæ corporis est, non passum in ea natura quæ est. Hinc ergo concordi sententia definitioni irmatione sui propriam subscriptionem subjeIsidorus in Christi nomine ecclesiæ Spalensis as subscripsi. Bisinus in Christi nomine ecclesitanæ episcopus subscripsi. Rufinus in Christi nomine ecclesiæ Asidonensis episcopus subscripsi. Cambra in Christi nomine ecclesiæ Italensis episcopus subscripsi. Fidentius in Christi nomine ecclesiæ Tuicitanæ episcopus subscripsi. Theodulphus in Christi nomine ecclesiæ Cordubensis episcopus subscripsi. Honorius in Christi nomine ecclesiæ Malacitanæ episcopus subscripsi.

Habes hucusque, studiose lector (auctore Isidoro Spalensi), quem ordinem observare debeant, qui concilium celebrare constituunt, canones item apostolorum, decreta quoque 30 *pontificum, a Clemente scilicet usque ad Silvestrum, acta denique quinquaginta duorum conciliorum.*

150 *Hactenus digestis conciliis sanctorum Patrum sequuntur decreta præsulum Romanorum præfatæ sedis apostolicæ præsulum constituta, quæ ad fidei regulam vel ecclesiasticam pertinent disciplinam in hoc libro diligenti cura collecta sunt, ita ut singulorum pontificum quotquot decreta a nobis reperta sunt sub uniuscujusque epistolæ serie propriis titulis prænotarentur eo modo quo superius priscorum Patrum canones nostro studio ordinati sunt, quatenus lectoris industria facilius intelligere possit, dum capitulis propriis distincta intendit.*

IPIUNT DECERPTIONES EX DECRETIS SANCTI SILVESTRI PAPÆ.

oribus sancti Silvestri papæ et Constantini Augusti factum est magnum concilium in Bythiniæ, et congregati sunt regulariter ejus-lvestri papæ vocatione in idipsum trecenti et octo episcopi catholici qui exposuerunt fi-legram catholicam immaculatam, et damna-Arium, Fotinum, Sabelliumque atque sequaım. Eodemque tempore et XIII Kalendarum n, die qua memoratum, concilium magnum in ongregatum est, canonica jam facta papæ ne in urbem Romam congregavit, et ipse cum præfati Constantini Augusti ducentos quina octo episcopos, et damnavit iterum tam n quam Arium, et Fotinum atque Sabelt constituit ut presbyterum Arianum resiım non susciperet, nisi episcopus ejusdem a reconciliaret, et sacrosancto chrismate per alis manus impositionem sancti Spiritus gra-ab hæreticis dari non potest, confirmaret. In consensu et subscriptione omnium constist, ut nullus laicus crimen clerico audeat int ut presbyter non adversus episcopum, non s adversus presbyterum, non subdiaconus s diaconum, non acolythus adversus subdianon exorcista adversus acolythum, non lector s exorcistam, non ostiarius adversus lectorem isationem aliquam, et non damnabitur præin septuaginta duobus. Neque præsul sumquoquam judicabitur, quoniam scriptum est. it discipulus super magistrum (*Matth.* x, 24), » er autem cardinalis nisi quadraginta quatuor non damnabitur, diaconus cardinarius conurbis Romæ nisi in viginti sex non damnabitur, subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius nisi, sicut scriptum est, in septem testibus non damnabitur. Testes autem et accusatores sine aliqua sint infamia uxores et filios habentes, et omnino Christum prædicantes; testimonium laici adversus clericum nemo recipiat, nemo enim clericum quemlibet in publico examinare præsumat nisi in ecclesia; nemo enim clericus vel diaconus aut presbyter, propter quamlibet causam intret in curiam, nec ante judicem cinctum causam dicere præsumat, quoniam omnis curia a cruore dicitur et immolatione simulacrorum. Et si quis clericus accusans clericum in curiam introiverit, anathema suscipiat. Hæc inter cætera in prædicta omni consulta constituit synodo, ut sacrificium altaris non in serico panno, aut tincto quisquam celebrare præsumeret, sed in puro lineo ab episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contexto, sicut corpus Domini nostri Jesu Christi in sindone munda sepultum fuit. Et si quis desideraret in ecclesia militare, aut proficere, ut esset prius ostiarius, deinde lector, et postea exorcista per tempora quæ episcopus constituerit, deinde acolythus annos quinque, subdiaconus quinque annis, custos martyrum annis quinque, diaconus annis quinque, presbyter annis tribus, probatus ex omni parte in tantum ut etiam ab his qui foris sunt testimonium habeat bonum, unius videlicet uxoris virum quæ tamen a sacerdote sit benedicta, et si probatus fuerit dignus, et vota populi et cleri concurrerint canonice episcopis consecretur, quem postea nec clerus, nec populus perturbare debet; quia episcopi qui throni Dei vocantur non sunt lacerandi, de quibus ait beatus Paulus apo-

stolus : « Seniorem ne increpaveris, sed ut patrem obsecra (*I Tim.* v, 1), » legimus namque ipso Domino dicente « non esse discipulum super magistrum (*Matth.* x, 24), » hoc est, non sibi debere quemquam ad injuriam doctorum vindicare doctrinam, nec aliqua machinatione Domini discipulos, id est, apostolorum successores detrahere aut infamare, qui injuria doctorum ad Christum pertinet cujus vice legatione funguntur ; qualiter enim Dominum contristent, qui hoc agere præsumunt, Dominus in Evangelio testatur, ait enim ipse Salvator : « Quod expediat scandalizanti unum de pusillis istis in maris profunda demergi, et molam asinariam collo ejus suspendi (*Matth.* XVIII, 6). » Si talis ergo pœna Domini discipulos scandalizantibus promittitur, quid in futuro eis provenire debeat summopere pensandum est, quam non parum periculi illis manere poterit ante Dominum, qui hæc detrectent suis exhibere ministris? Quod ita demum probare poterit, si Deum timeant qui talia exercere minime formidant, si imposito sibimet improbo silentio a talibus se deinceps custodiant : quia nihil prodest homini reliqua bona agere nisi mens ab iniquitate revocetur, et ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Unde ait Propheta : « Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum, diverte a malo, et fac bonum. (*Psal.* XXXIII, 14). » Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult, et reliqua. Hic in memorata constituit omnium consensu synodo, ut nullus presbyter missas celebrare præsumat, nisi in sacratis ab episcopo locis qui sui particeps de cætero voluerit esse sacerdotii. Et pietatis affectu hic sanctissimus papa subgesta synodica revocavit apostolica auctoritate multos ab aliis episcopis excommunicatos, et a tyrannis ejectos ad communionem, et restituit eos in ecclesiis quibus fuerant olim instituti sub satisfactione, atque purgatos eos recepit dans exempla futuris eruendi sacerdotes de persequentium manibus. Constituit etiam nulla ratione transmarinum hominem penes nos in clericatus gradu suscipi, nisi quinque episcoporum designatus sit chirographis.

INCIPIUNT DECRETA MARCI PAPÆ.

Epistola Ægyptiorum pontificum ad Marcum papam pro exemplaribus Nicæni concilii, quia Ariani eorum exemplaria incenderant.

Domino sancto et apostolici culminis venerando Marco sanctæ Romanæ et apostolicæ sedis, atque universalis Ecclesiæ papæ, Athanasius et universi Ægyptiorum episcopi.

Ad vos pervenisse non dubitamus quanta et qualia ab hæreticis, et maxime ab Arianis quotidie patimur, quam in tantum ab eis persequamur, ut etiam vivere nos lædeat. Nam instanti tempore subito et insperate in nos irruentes, nosque juxta præceptum Domini, qui ait : « Si vos persecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam (*Matth.* x, 23), » fugiendo propter cladem populi, declinantes nos comprehendere non valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt, in tantum enim nostra vastaverunt, ut nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaque ornamenta, nec reliqua utensilia nobis dimitterent. Libros vero nostros usque ad minimum incendentes, nec iota unum relinquentes propter veritatis fidem Nicænam synodum, qua clerus et populus imbuebatur, et maxime jam imbuti erant in contumeliam nostram, et omnium Christianorum incenderunt. Quapropter precamur, Pater beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicæni concilii exemplaria, ut nobis illa quæ sanctæ recordationis prædecessoris vestri Sylvestri fuerunt sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando prædictæ synodo cum beatæ memoriæ Alexandro, digno Deo, pontifice nostro, id est, Alexandrinæ magnæ civitatis episcopo, in diaconatus interfuimus officio sub nostræ pœnitentiæ testimonio per beatos viros Victorem, Vincentium presbyteros apostolicæ sedis apocrisarios, missa sunt prædicto papæ Sylvestro cum astipulatione subnexa capitula septuaginta. Sane precantibus nobis octoginta in memorata capitula tractata sunt synodo, scilicet quadraginta, a Græcis Græca lingua edita, et quadraginta a Latinis similiter Latina edita lingua ; sed visum est trecentis decem et octo Patribus in prædicto sancto Spiritu repletis concilio congregatis, et maxime jam dicto Alexandro, et apostolicæ sedis apocrisariis, ut decem capitula adunarentur, aliis atque congruis in locis inserrentur, et ad formam sexaginta discipulorum vel totius orbis terræ linguarum, sexaginta tanti et tam excellentis concilii fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem et omnes sub sacerdotali et Christiano nomine degentes, una fides et una sacerdotalis atque clericalis regeret norma, nec quisquam a suo dissideret capite. Nunc ergo ut prædictum est inimici sanctæ Dei Ecclesiæ, et maxime Ariani a quibus quotidie expugnamur, conterimur et opprimimur præfata septuaginta Nicæni concilii capitula quæ de præfata synodo jam facta jubente Domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporpm attuli, quæ etiam coram omnibus recitari atque transcripsi, sunt igne combusta, optamus ut a vestræ sanctæ sedis Ecclesiæ auctoritate quæ est mater et caput omnium Ecclesiarum ea ad correptionem et recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præsentes legatos mereamur. Vere novimus apostolatus vestri cor gratia sancti Spiritus in tantum esse accensum, ut omnibus oppressis succurratis, quanto magis nobis qui, licet exigui ordinis, tamen vestri sumus vobisque obedientes cum omnibus nobis commissis, et sumus, et esse semper volumus. Ideo decet et oportet vos nobis hæc quæ rogamus, et alia quæ necessaria juxta sapientiam quam vobis

t altissimus esse cognoveritis absque tarditate e, ut tantæ miseriæ squalores a fidelium is detergantur, et quasi vulnus corpori inditu tantæ miseriæ obsecrato salutari curetur), ut divino freti juvamine, vestraque auctoque auxilio roborati adversantium tergiver- evadere valeamus, atque inconfuso vultu ıude cujusquam perculsi assistere æterno ıereamur, et vocem audire Christi : « Euge, ne et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, ıulta te constituam : intra in gaudium Domini *th.* XXV, 23). » Et subscriptio : Orantem pro nctum apostolatum vestrum longævis Domiservet temporibus.

io Marci papæ, de missione capitulorum ı concilii Athanasio et omnibus Ægyptiorum pis.

ıis venerabilibus fratribus ATHANASIO et uni-Ægyptiorum episcopis, MARCUS sanctæ Romaostolicæ sedis, universalis Ecclesiæ episcopus. , fratres, et nimium contristor super ne vestra, sed oppido consolor, quod vento non estis arundo, sed recti in fide inter procellarum et turbinum colluctationes in- r perduratis. Lectis ergo fraternitatis vestræ rigorem constantiæ vestræ quem olim no-, agnovimus congratulantes vobis, quod ad ndum gregem pastoralem curam vigilanter nini, ne lupi, qui sub specie ovium subintrastialisævitia supplices quasque dilacerent, qui ıoc subintrarunt, ut aliqua correctione proeu ut ea quæ sunt sana, corrumpant. Quamoneo et hortor dilectionem vestram, ut quod incœpistis adminiculante divina gratia n finem perducere satagatis veritatis voce e : « Beatus qui perseveraverit usque in fi-*atth.* XXIV, 13); » unde enim beata persei nisi de virtute patientiæ? Nam juxta Apoomnes qui voluerint pie vivere, in Christo tionem patientur, quæ non in eo tamen com- est, quod contra Christianam pietatem, aut ıt ignibus agitur, aut quibuscunque suppliciis rsecutionum sævitiam suppleant, sed dissines morum et contumaciæ inobedientium, et ırum tela linguarum, quibusque conflictatio- ommunia semper membra pulsantur, a nulla portio conflictatione sit libera. Ita ut s nec otio careant, nec labore, nam omnia incrementa probabilium studiorum, usque in finem perseverantia atque bonæ voluntatis incrementa ad Christi gratiam sunt referenda, ut in omnibus quæ agimus nni perfecte laudetur tempore. De capitulomque verorum Nicæni concilii, quibus nos ine litteris vestræ fraternitatis significatis a ıui una vobiscum interfuerunt diligentioribus rimus collocutionibus, qui ita ut vestræ teınt litteræ omnem nobis ordinem exposuet vestram epistolam per omnia veram esse testificati sunt non ut nos aliquid sinistrum vestra ex parte arbitraremur, sed ut nos et vos illosque absque ulla in posterum titubatione unum sentire optaremus, et sancta Romana Ecclesia quæ semper immaculata mansit, et Domino prævidente, et beato Petro apostolo opem ferente in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione firma et immobilis omni tempore persisteret. His ita peractis diligenter requirentes in sancto nostræ et apostolicæ sedis scrinio eadem quæ sanctæ recordationis prædecessori meo Silvestro sunt directa septuaginta (sicut significastis) capitula illæsa invenimus. Ipsa enim vobis propter auctoritatem, et subscriptionem tantorum Patrum, et ejus magni concilii minime misimus sed per eadem coram apocrisiariis vestris alia similia, eumdem numerum eademque verba, et ipsam subscriptionem continentia vobis rescribere, et sub certa stipulatione et confirmatione mittere curavimus. Et quis est qui fratribus suis talia negare audeat? Nam non negligenda nobis hæc per sancti Spiritus gratiam Dominus docuit, sed fideliter exercenda et fratribus contradenda et docenda distribuit. Hæc apostolorum viva traditio, hæc est vera charitas quæ prædicanda est, et præcipue diligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda, hæc sancta et apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia quæ per omnipotentis Dei gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum novitatibus depravanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus illibata finetenus manet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est Evangeliis : « Simon, inquiens : Ecce Satan expetivit ut cribraret vos sicut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogavi ut non deficiat fides tua, et tu aliquando confirma fratres tuos (*Luc.* XXII, 31). » Consideret itaque vestra excellens prudentia quam bonum sit supersistere in dispensatione vobis credita, et in fide recta, atque hæreticis et æmulis Christi repugnare, et nunquam a veritatis tramite declinare, quoniam Dominus et Salvator omnium cujus fide est, qui pro nobis mori non dubitavit, et proprio nos suo redemit sanguine; qui fidem beati Petri non defecturam promisit, et confirmare eum fratres suos admonuit quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper cunctis est cognitum, quorum et pusillitas mea, licet impar sit et infirma, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio, pedissequa cupit existere. Væ enim erit nobis qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem Salvatoris nostri Jesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus; væ erit nobis si silentio veritatem oppresserimus qui erogare nummulariis jubemur, id est Christianos populos imbuere et docere, quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonis ejus veritatem confundimur prædicare? Quid

erit de nobis cum de commissis nobis animabus, et de officio suscepto rationem justus judex Christus Deus noster districtam exegerit. Ideo, fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor et moneo, ut quæ debetis et potestis sollicitudine vigiletis ad investigandos hæreticos et inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, et a suis mentibus ne pestis hæc latius divulgetur, severitate qua potestis pro viribus exstirpetis, quoniam ut habebit a Deo digne remunerationis præmium qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit exsecutus, ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare quicunque plebem suam contra sacrilegæ præsuasionis auctores noluerit custodire. Data XX Kalendas Novembris, Nepotiano et Secundo viris clarissimis consulibus.

INCIPIUNT DECRETA JULII PAPÆ.

Incipit Romana synodus habita a Julio papa, et reliquis orthodoxis episcopis.

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, imperantibus quoque Constantio et Constante Augustis, anno quarto, sub die XIX Kalendarum Octobrium, indictione sexta, præsidente sancto ac beatissimo Julio papa sedis apostolicæ urbis Romæ, præpositis sacrosanctis et venerabilibus Evangeliis in Ecclesia Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ vocatur Constantiniana, residentibus etiam viris venerabilibus pariterque cum eo audientibus Benedicto Aquileiensi episcopo, Rufo Carthaginensi episcopo, Agapito Ravennatis ecclesiæ episcopo, Julio Mediolanensi episcopo, Luciano Maurianensi et reliquis cum eis centum sexdecim episcopis, Julius sanctissimus prædictus episcopus urbis Romæ dixit : Sanctæ Dei et apostolicæ synodo et Dei voluntate, et gratia indivisa communione sancti Spiritus in hac consonanter et unanimiter congregatæ antiqua alma urbe Romæ ad confirmationem sacram et correctionem fidei nostræ, et Christianorum immaculatæ disciplinæ, ut nostis, beatissimi fratres, necesse est cogitare, et consonanter omnes nos docere secundum naturam Dei summi, et Patris sapientiam Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi omni desideranti humanam divinamque in eo attestante Veritatis voce naturam, « quoniam qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram Patre meo qui in cœlis est. Qui autem negaverit me et verba mea, negabo eum et ego coram Patre meo qui in cœlis est (*Matth.* x, 33). » Unde oportet, ut primo fidem trecentorum decem et octo Patrum in Nicæna synodo corroboratam ponamus, et postmodum quæ necessaria sunt fideliter tractemus. Cui ab omnibus una voce responsum est : Ad hoc convenimus, ut post hoc primum secundum Dei voluntatem faciamus, et a fundamento Christi Jesu incipiamus, et denuo pro fratrum oppressione tractantes laboremus; quia dum illi graviter affliguntur, nos respirare, nec quiescere possumus, quia dum membra vexantur, corpus reliquum pacem, aut quietem minime habere poterit, hæc est enim fides Nicæna generali tractata synodo.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium invisibiliumque factorem, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, natum ex Patre unigenitum; hoc est substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, consubstantialem Patri per quem omnia facta sunt : et quæ in cœlo, et quæ in terra; qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit; et incarnatus est, et homo factus est, passus. Et resurrexit tertia die, et ascendit in cœlos, et venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum, dicentes autem erat quando non erat, aut non erat antequam fieret, aut quia ex non existentibus factus est, aut ex altera substantia vel essentia dicentes esse, aut creatum; aut convertibilem Filium Dei : hos tales anathematizavit catholica et apostolica Ecclesia, hanc fidem venerabiliter trecenti decem et octo agnoverunt et corroboraverunt consonantes et unanimes scriptis explanaverunt. Nam Dominus noster mittens ad prædicandum discipulos suos ait : « Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti (*Matth.* XXVIII, 19), » de quibus et affirmamus ita habere, et ita sapere, sed etiam dudum sic habuisse, et ita sapuisse, et usque ad mortem pro hac instare fide anathematizantes omnem sine Deo hæresim. Hæc omnia ex corde, et anima sapuisse, ex quo novimus nosmetipsos, et nunc sapere et dicere coram omnipotente Deo et Domino nostro Jesu Christo cum veritate testamur. His enim ita prælibatis ingenita Patris natura extranea est, sed prædicandum est esse consubstantialem Patri Filium, eo quod nullam æqualitatem ad creaturas factas Dei Filius habeat, sed soli Patri genitori per omnem modum sit similis, et non sit ex alia qualibet substantia vel essentia, sed ex Patris ante omnia. Siquidem exquisita sunt impia et iniqua, et sine Deo dogmata Arii, et consentientia ei sub præsentique omnium decreto complacuit anathematizari impiam ejus sectam, et iniqua atque sine Deo verba simul et nomina quibus utebatur, Filio Dei blasphemans, et dicens ex non exstantibus esse, et iterum fuit aliquando quando non fuit. Quomodo enim fuit, aut quomodo iterum non fuit? Et pro libero arbitrio malitiæ, atque virtutis capabilem Filium Dei dicentes, creaturam nominantes eum atque facturam. Hæc ergo omnia fatua et anilia et blasphema anathematizavit sanctum et universale concilium, et nec usque ad auditum impiæ sectæ, atque timoris hujus, aut intellectum iniquorum sensum accommodant. Ea quidem quæ de illo gesta

em terminum habuerunt omnia jam audis- A cem et sequatur eam, quia oculi Domini super justos,
lietis nec nos forte videamus viro obloqui, et aures ejus in preces eorum, vultus autem Domi-
elictum suum improperia digna portanti. Eos ni super facientes mala (*I Petr.* III, 8-12). » Quid
dividunt a Patre substantia et divinitate, et pejus est, fratres, quam ut sacerdotes Domini **152**
verbum a Patre, dividi ab Ecclesia catho- qui ab omni mala coinquinatione, et a nocumen-
nit, et esse alienos a nomine Christiano. to omnium Christianorum alieni debent existere.
ir nobis et omnibus anathema, eo quod quanto magis a fratrum et coepiscorum quos tueri
eritatis videantur esse cauponati. Aposto- et sublevare debent ab insidiis, et quos fovere et
nque præceptum est : Si quis vobis an- diligere summopere oportet, persequuntur eos ejice-
it præter quod accepistis, anathema sit. re, et communione privari detractant. Nec recorda-
ullum communicare denuntiate : nulla est mini sapientiam quæ ait : « Perversæ enim cogitatio-
municatio lucis ad tenebras ; hos pellite nes separant homines a Deo (*Prov.* XV, 26); » si perversæ
omnibus : nulla enim concordia Christi ad cogitationes separant homines a Deo, quanto magis
rvate vos, fratres charissimi, ut neque scri- opera iniqua ? Quid enim nequius est quam illis de
neque eorum scripta suscipiatis. Studete quibus Dominus ait : « Qui vos tangit, tangit pupillam
vos, fratres charissimi et comministri, B oculi mei (*Zach.* II, 8), » quisquam avertere, perse-
spiritum et præsentes nostro concilio qui, destruere nitatur? Probata autem virtus portat,
, atque subscriptione vestra decernere, ut protegit, et consolatur oppressos et docet insi-
us ubique comministris nostris consonan- pientem. Est enim Deus testis cordis hominis, scru-
rvetur. Abdicamus autem illos et extra ter- tatorque verus singularum conscientiarum, et lin-
holicæ Ecclesiæ procul abjiciamus, qui guarum singularum auditor, quam spiritus Domini
nant quod Deus est Christus, sed aiunt : replevit orbem terrarum, « et hoc quod continet om-
s non est, quia Filius est, sed verus Filius nia scientiam habet vocis. » Et alias idem ipse ait :
ıe genitus sit simul et ingenitus. Sic enim Deus charitas est, in hoc apparuit charitas Dei in
ere natum profitentur, quia sic dixerunt : nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus
ım est factum est. Et quia cum Christus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est chari-
la sit, dederunt ei principium atque finem, tas non quasi nos dilexerimus Deum, scilicet quoniam
in tempore, sed habet ante sæcula. Oremus ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propi-
ro nobis omnibus et reliquis oppressis fra- tiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si Deus
ipsi eruantur illæsi, et serventur immacu- C dilexit nos et nos debimus invicem diligere ; Deum
iæ bene placuerunt firma permaneant per nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in
nostrum Jesum Christum secundum bonam nobis manet, et charitas ejus in nobis perfecta est ;
n facta, sicuti, credimus Dei et Patris in Spi- in hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, et ipse
, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen. in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis, et nos
onsubstantialis æterna est. Data Kalend. vidimus, et testificamur, quoniam Pater misit
, Feliciano et Maximiano IV consulibus. Filium suum Salvatorem mundi. Quisquis confessus

ncrepatoria Julii papæ ad Orientales epi- fuerit, quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo
pro causis Athanasii, et excessibus contra manet, et ipse in Deo ; et nos cognovimus, et cre-
m Ecclesiam. dimus charitati quam habet Deus in nobis ; Deus

ıilibus fratribus universis Orientalibus epis- charitas est, et qui manet in charitate, in Deo ma-
us. net, et Deus in eo. In hoc perfecta est charitas non

ıt vos, fratres, alios ecclesiasticis in- quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior
sciplinis, et non talibus arguere machinan- dilexit nos, quia sicut ille est, et nos sumus in hoc
ınte Joanne Baptista : « Neminem con- mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta
ıeque calumniam faciatis (*Luc.* III, 14), » D charitas, foras, mittit timorem, quoniam pœnam ti-
ı. De qua re et apostolus Paulus nos in- mor hebet; qui autem timet, non est perfectus in chari-
ms : « Fratres, et si præoccupatus fuerit tate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior
ıliquo delicto, vos qui spirituales estis in- dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, et
jusmodi in spiritu lenitatis, considerans fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit
ne et tu tenteris (*Gal.* VI, 1), » et reliqua. Et fratrem suum quem videt, Deum quem non videt,
ıs apostolus ait : « Omnes unanimes in quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus
stote, compatientes, fraternitatis amatores, a Deo, « ut qui diligit Deum, diligat fratrem suum.
les, modesti, humiles, non reddentes ma- (*I Joan.* IV, 9-21). » Nam et ipsa Sapientia ait : » Lin-
nalo, vel maledictum pro maledicto, sed e gua sapientium ornat scientiam, os fatuorum ebullit
benedicentes, quia in hoc vocati estis, ut stultitiam. In omni loco oculi Domini contemplan-
nem hæreditate possideatis. Qui enim tur bonos et malos, lingua placabilis lignum vitæ,
ı diligere et videre dies bonos, coerceat quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Do-
ıam a malo, et labia ejus ne loquantur do- mus justi plurima fortitudo, et in fructibus impii
linet a malo et faciat bonum, inquirat pa- conturbatio ; labia sapientium disseminabunt scien-

tiam, cor stultorum dissimile erit, victimæ impiorum abominabiles erunt Domino, vota justorum placabilia. Qui sequitur justitiam, dirigitur a Domino. (*Prov.* xv, 2-9). » Item alibi : « Labia justi considerant placita, os impiorum perversa (*Prov.* x, 32), simplicitas justorum diriget eos, et supplantatio perversorum vastabit eos ; justitia rectorum liberabit eos, et in insidiis suis capientur iniqui ; justus de angustia liberabitur, et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum, justi autem liberabuntur scientia, in bonis justorum exaltabit civitas, et in perditione impiorum erit laudatio, benedictione justorum exaltabitur civitas (*Prov.* xi, 3, 5, 6, 8, 11). » Nec consideratis, qui fratres persequi non cessatis, qualia Job patientissimus inter cætera exorsus loquitur : « Auris audiens beatificabat me et oculus videns testimonium reddebat mihi, quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum cui non esset adjutor, benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum, justitia indutus sum, et vestivi me sicut vestimento, et diademate judicio meo. Oculus fui cæco, et pes claudo. Pater eram pauperum, et causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebam prædam (*Job* xxix, 11-17), » et paulo post : « Si negavi, inquit, quod volebant pauperibus, et oculos viduæ exspectare feci. Si comedi buccellam meam solus, et non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea crevit mecum miseratio, et de utero egressa est mecum (*Job* xxxi, 16-18). » Nam si quis ex recto omnia consideraverit oculo nequaquam fratribus nocere sed liberare festinabit ; quia nihil deterius est, quam cives civibus invidere, et fratres fratribus insidiari aut calumnias facere. Talibus enim refragari volentes insidiis, Patres sancti synodum congregaverunt generalem in Nicæa, vitam corrigere hominum cupientes in Ecclesia commorantium, licet dudum instituta sanctorum multa Patrum, essent conscripta, posuerunt leges, quas sacros canones appellamus, quibus multa per necessaria ad statum Ecclesiæ sanctæ Dei, et supplementum columnarum ejus, id est, episcoporum qui eam propriis humeris gestant, sunt decreta, et nocumenta eorum prohibita : ita ut qui talia agere tentaverint, aut eis nocere præsumpserint, siquidem clerici fuerint a proprio gradu decidant, si vero monachi aut laici fuerint, anathematizentur. Quibus armati exemplis oportere arbitrati sumus ab omnipotenti Deo inspirati, ut hanc accensam discordiæ flammam extinguere apostolica debeamus auctoritate, et non concedere eam ulterius animas depasci humanas. Quapropter una cum omnibus apostolicæ subjectis sancimus, ne quisquam deinceps Christianorum talia perpetrare, aut episcopis temere nocere præsumat, cum et doctor gentium, idipsum prohibeat, dicens : « Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem (*I Tim.* v, 1) » et reliqua; bonum est namque procul dubio, et omnibus timentibus Deum desiderabile, cohibere dissensiones, et alterA cationes, fatribusque subvenire, et invicem non invidere, sed adjuvare. Audite, inquam, jam factam in Nicæna civitate synodum, cui et ego ipse conscientiæ meæ cultum decenter exhibui nihil aliud volens quam concordiam omnibus fabricare, et per cunctis arguere et removere hanc insidiantium altercationem, quas providentes sancti Patres, insidias, et illicitas altercationes unanimiter in prædicta Nicæna statuerunt synodo, ut nullus episcopus nisi in legitima synodo et suo tempore apostolica auctoritate convocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur, id est, judicetur, vel damnetur, Sin aliter præsumptum a quibusdam fuerit, in vanum deducatur quid egerint, nec ecclesiastica ullo modo reputabuntur. Ipsi vero primæ sedis ecclesiæ B convocandarum generalium synodorum jura et judicia episcoporum singulari privilegio evangelicis et apostolicis, atque canonicis concessa sunt institutis; quia semper majores causæ ad sedem apostolicam multis auctoritatibus referri præceptæ sunt, nec ullo modo potest major a minore judicari, ipsa namque omnibus major et prælata est ecclesiis, quæ non solummodo canonum sanctorum Patrum decretis, sed Domini Salvatoris nostri voce singularem obtinuit principatum. « Tu es, inquit, Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, » et reliqua. Et « quodcunque ligaveris super terram et solveris, erunt ligata et soluta in cœlo et in terra (*Matth.* xvi, 18, 19). » Porro dudum a sanctis apostolis, successoribusque eorum in præfatis antiquis C decretum fuerat statutis, quæ hactenus sancta et universalis apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam Ecclesiam prematum omnium ecclesiarum esse voluerunt. Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium apostolorum, ita et hæc Ecclesia suo nomine consecrata, Domino instituente, primatum caput sit cæterarum ; et ad eam quasi ad apicem omnes majores ecclesiæ causæ et judicia episcoporum recurrant, ejusque juxta terminum sumant sententiam, nec extra Romanum quidquam ex his debere decerni pontificem, quatenus non ita proterve, et pro libitu quisquam suo proprio arbitrio, D quibusque metropolitanus, sicut agere solebat, liceat inconsulto Romano pontifice, aut majores Ecclesiæ causas deturbare, aut episcopos damnare; sed communi sanctæ Romanæ Sedis episcopi concilio, et concordi actione quæque sunt Christi zelo agenda disponant, unanimiterque recte sentiant; et ea quæ senserint non sibimet discrepando, sed Deo placita perficiant. Est etiam in jam fata Nicæna concorditer statutum synodo, ut accusatores et accusationes quas sæculi leges non admittunt a sacerdotali fuditus averti nocumento. « Ecce (inquit Propheta) quam bonum et quam jucundum habitare, fratres, in unum ! » (*Psal.* cxxxii, 1.) Illi vero non in unum habitant, qui a fratrum se solatio subtrahunt, aut fratribus insidias præparant. Non aliene vos,

atiemini peccato gravari, quia quod necesse dicere veremur, id est, ne cujus religio r, indignatio provocetur. Præ oculis habete, nentis acie reverenter aspicite beati Petri et cum ipso communes omnium apostolonas cunctorum quæ martyrum palmas, qui am non destructione, sed confirmatione, et n Christo passi sunt. Nos ergo qui Domini et dici et esse volumus, portare crucem et compati fratribus debemus, non perabtrahite rogamus actus cogitationesque nocumentis, si non vultis ipsam in vos ultionem, quoniam talionem meretur, qui eam præparat. Et nos scitote hunc typum non esse passuros, ut ea quæ ad hanc speanctam pertinent sedem sicut judicia epi- B n, et majores Ecclesiæ causas, ut paulo prælibatum est, nos patiamur nobis ininvadere absque nostri status periculo. Sed ab hodierna die, et deinceps eum præter ictæ sedis sententiam damnare, aut propria de præsumpserit, sciat se irrecuperabiliter natum, et proprio carere perpetim honore, ui absque hujus sedis sunt ejecti sententumnati, hujus sanctæ sedis auctoritate sciinam recipere communionem, et in propriis edibus; quoniam et prius a tempore, scilicet um, hæc huic sedi sanctæ concessa sunt, in memorata Nicæna synodo propter praominum infestationes, atque hæreticorum C ones et insidiantium molimina fratrum sunt er ab omnibus corroborata, ut magis sinideant, ne talia audeant perpetrare, et canon propter Deum et amorem fratrum, opter opprobrium hominum, ruborem suum nonicam ultionem, saltem hæc timore et ia compressa silentio comprimantur, amcilicet, totius usurpationis excessu; quia bet præsumere, quæ sibi non videntur esse ; quam culpam nullo modo potuissetis ini unde consecrationem honoris accipitis, em totius observantiæ sumeretis, et beati Petri sedes quæ vobis sacerdotalis mater tatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis. ut multum nos ea quæ nobis pie recteque D la-tificant, ita nimium ea quæ sunt perpeta contristant, quoniam necesse est post n talium experimenta causarum hæc in i sollicitus prospici, et diligentius præcatenus ea quæ sunt ab apostolis eorumque ibus statuta, nulla desidia negligantur, sensione violentur, nulla concertatione turam sicut in uno corpore multa membra , omnia autem membra non eumdem actum ita multi unum corpus sumus in Christo, utem alter alterius membra; connexio tooris unam sanitatem, unam pulchritudinem hæc quidem connexio totius corporis unam requirit, sed præcipue exigit concordiam

A sacerdotum quibus, etsi dignitas communis non est, tamen ordo generalis est, quoniam inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, et cum omnium par esset electio, uni tamen datum ut cæteris præemineret. De qua forma episcoporum quædam orta est distinctio, et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia; et rursum quidam in majoribus urbibus constituti, sollicitudinem ejus susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis Ecclesiæ cura confluereret, et nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam præpositum non modeste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat. Nolite

153 itaque errare, fratres mei dilectissimi, doctrinis variis et extraneis nolite abduci, et instituta apostolorum et apostolicorum virorum canonesque habetis, his fruimini, his circumdamini, his delectamini, his armamini, ut freti contra inimicorum jacula persistere valeatis; satis enim indignum est quemquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare quam beati Petri sedem, et sequi videat et docere. Multum enim convenit, ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibimet observatione concordet quæ inde auctoritatem habet, ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum, dicente Scriptura: « Ordinate in me charitatem (*Cant.* II, 4); » et item : « Omnia cum ordine fiant. » Iterumque Psalmista prædicante : « Circumdate Sion, et complectimini eam, narrate in turribus ejus. Ponite corda vestra in virtute ejus, ut enarretis in progenie altera, quoniam hic est Deus Dominus noster in æternum, et ipse reget nos in sæcula (*Psal.* XLVII, 13-15). » Officii enim nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus major cunctis Christianæ religionis zelus succumbit. ne per taciturnitatem, aut favere, aut consentire videamur fratrum nocumenta. Data Kalend. Octobris, Feliciano et Maximiano viris clarissimis consulibus.

Epistola Orientalium ad Jultum papam causantium, quod in communionem recepcrit Athanasium et cæteros quos ipsi damnaverant.

Domino beatissimo et honorabili Patri JULIO apostolicæ sedis venerabili episcopo, EUSEBIUS, THEOGNIUS, THEODORUS et BERINTHUS, una cum reliquis fratribus, et coepiscopis nostris in Antiochia congregatis.

Licet circa omnes Romanam Ecclesiam sciamus esse munificam et apostolicam habere curam, et semper matrem existere pietatis, quamquam ab Oriente ad eam prædicatores pietatis advenissent, tamen optaremus vos nobiscum concordare, et quos a communione suspendimus a vobis esse suspensos, et quos in ordine confirmamus episcoporum a vobis esse confirmandos, nec nos secundo loco habendos, cum ex his partibus ad vos usque dogmatizantes apostoli pervenerint. Nec enim nos vestris resultavimus, quam-

vis hoc agere potuissemus, quando Novatianus a Romana pulsus est Ecclesia; quoniam (uti juxta vulgarem consuetudinem loquamur) inimicitias quærit omnis qui vult recedere ab amico. Nec crimine carere potest, qui alterius excommunicatum absque ejus licentia a quo a communione est privatus in communionem susceperit, canonibus, scilicet jubentibus, ut excommunicatus ab aliis non suscipiant viventibus illis a quibus communione privatus esse dignoscitur. Nec solum in his nobis contumeliam irrogatis, sed etiam in his quod concilia nostra dissolvitis neque ea rata sinitis esse. Sunt namque a nobis et maxime a totius Orientis episcopis damnati, Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Marcellus Ancyræ, Asclepius Gazæ, Lucianusque Adriopolites pro certis criminibus, quibus adversarii sunt apud nos inscripti, qui per præsentes hujus epistolæ lateres omnia sub certa relatione vestræ innotescere non omittimus sanctitati. Quibus agnitis si nostris placitis magis quam eorum machinationibus assentire, et ordinatos episcopos in damnatorum loco firmare eligitis, pacem vobiscum, et communionem habere volumus. Si vero aliter egeritis, et eis amplius quam nobis assentire judicaveritis, contraria celebrabimus, et vobiscum deinceps nec congregari, nec vobis obedire, nec vobis vestrisque favere volumus, sed per nos quidquid melius elegerimus agere conabimur. Nam nullus est in hac parte terrarum ætatem habens qui ignoret prædictorum molimina seductorum. Propter eos enim multa sunt mala peracta, multa concilia diversis et asperis temporibus celebrata, multæ seditiones, multæ machinationes, multa nobis opprobria illata, et alia multa quæ enumerare perlongum est. Nam si his consentire eligitis, tunc liquet quod nos perdere vultis, et non ut pater filios fovere. Dicunt enim et affirmant tam cives istorum, quam etiam sacerdotes eorum, hos vovere vos velle homicidas, sacrorum templorum eversores, virginum stupratores, sacrorum librorum incensores, sacrorumque vasorum, ac cæterorum sacrorum ministeriorum fraudatores, officiorum neglectores, imperatorum infidos, gentis et patriæ proditores, et inter sacerdotes maximam generantes discordiam, eo quod consubstantialitatis vocem, quæ scripta non invenitur in fidei doctrina, posuissent. Quid plura enumerare necesse est? cum propter eos nobis et cunctis hujus regionis habitatoribus scientibus tanta cædes hominum sit perpetrata, ut amplius quam mille homines sint prostrati? Talibus autem favere quid aliud est quam sceleribus eorum consentire? cum sacra Scriptura prohibeat, dicens : « Non solum qui faciunt, culpabiles existunt, sed etiam qui consentiunt facientibus (*Rom.* I, 32). » Talibus enim vos obsistere totis viribus oportet, ne involvamini in peccatis eorum, et excommunicationem eorum ne suscipiatis. Tales enim a vobis procul abjicite, ne propter animositatem talium hominum infirmæ animæ et ignari populi sacrilega dissensione dispereant. Itaque oportet vos improbis probe resistere. Quapropter si neglexeritis deturbare perversos, liquet quod eorum protegatis errorem. Nec vero caret scrupulo societatis occulte, qui manifeste facinoribus desinit obviare. Decet enim vos ad arguendam proterviam eorum, linguam vestram exacuere, et velut venenosos a vobis repellere, ne eorum veneno vos vestrique in aliquo sauciemini. Igitur sufficiunt nobis querimoniæ contra eos delatæ, quoniam derelinquet nos tempus secundum quod ait Apostolus : « Si voluerimus omnium obloquentium oblatas contra eos producere querelas, maxime cum hæc nobis sufficiant quæ superius dicta sunt. » Nec vobis necesse est iterum eorum divulgare mala cum ipsa per se prodeant, et maxime omnes orientales testes super eorum malis existant, in ore eorum (juxta quod scriptum est) duorum vel trium testium stabit omne verbum, quanto magis in multitudine tantorum sacerdotum, et populorum, abbatum, vel monachorum in scripto, et sine scripto contra horum pravitatem nos quotidie vox acclamantium. Nos vero diu exspectamus eos per multam patientiam, « ut crearent uvas, sed illi e contrario fecerunt labruscas (*Isai.* v, 2). » Vos ergo non oportet de cætero negligere, et differre tales, ne (quod absit) memoratis criminibus eorum submittamini irrationabiliter eos episcopos ponentes, ipsi enim nisi cito corriganturjuxta quod beatus Apostolus protestatur, « secundum duritiam eorum, et cor impœnitens thesaurizant sibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus (*Rom.* II, 5, 6), » quia corrigendi sunt, ne per temporalem delectationem, et per mendacia atque figmenta sua vobis assensum præbentibus, æterna perdant præmia, qui per veram pœnitentiam consequi poterunt. Nec hæc quæ prædicta sunt solummodo Athanasio et sequacibus ejus irrogamus, sed etiam quod contra regulam egerit, quam nos decreveramus, quia non decreto communis concilii episcoporum recepit sacerdotium, sed sibimet arrogando Ecclesiam fuisset ingressus, et in sede resedisset, cum dudum decretum fuisset nullum a pauciore numero restitui debere, quam depositum fuisse constaret. Deinde quanquam ejus adventu sit turba generata, plurimique seditione sint mortui, et non solum hæc per eum, et propter eum sunt peracta, sed etiam quidam a jam dicto Athanasio cæsi judicibus dicuntur esse contraditi, hæc et alia innumerabilia sunt ab eo, suisque sequacibus impudenter perpetrata, quos excommunicatos communioni ut audivimus, contra regulam in contumeliam omnium orientalium sociastis. Præfato itaque debitæ salutationis officio propter beati Petri honorem impenso postulamus, ut deinceps ad vestras hinc venientes aures, non tam facile admittatis, neque a nobis excommunicatos ultra velitis excipere, ne canonum transgressores inveniamini, sed magis, salva fraterna charitate, erratum hoc in posterum minime patiamini, et subscriptio orantem

is apostolatum vestrum Dominus ævo custogiore, beatissime Pater. Amen.

um Julii papæ contra Orientales pro Athanasio et cæteris.

i sanctæ Romanæ et apostolicæ Ecclesiæ s, Eusebio, Theognio, Theodoro, Berintho et orientalibus episcopis.

rat vos adversus sanctam Romanam Ecclesiam olicam limate, et non ironice loqui, quoniam Dominus noster Jesus Christus eam decenter s ait: « Tu es, inquit, Petrus, et super hanc pelificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non bunt adversus eam, et tibi dabo claves regni n (*Matth.* xvi, 18). » Habet enim potestatem i privilegio sibi concessam aperire et clauuas regni cœlestis quibus voluerit. Nam si here quæ Domini ore sacrata atque desuper sunt, non renuistis, nec mirum si fratribus irrogare minime cessatis, unde jam silentio untur quæ vestro in concilio turbulenter um tempestate decreta sunt. Apparet enim n tumultuosa indisciplinatione veritas est opvobis quippe inconsiderantibus quæ placet pter jurgia quæ contra proximos vestros haet vota vestra inevitabilia esse contenditis, opus divinæ providentiæ, quatenus e conperte deprehensa possint enarrari, et quidic convenientes sive qualibet gratia, odio aut iarum causas gessistis funditus repelli. Quacum omni festinatione vos omnes ad hujus sedis reverentiam volo concurrere, quatenus m apud nos integritatem per vosipsos possitis re; nam nec dubitare vos credo Athanasium egis doctorem non solum a nobis, sed etiam a synodo veræ fidei cultorem esse comproba, defuncto Alexandro mirabili sene qui Arii verat blasphemias, post quinque menses Nicilii Alexandrinorum Ecclesiæ suscepit præ, adversus quem ejusque sectatores multa ia texentes, et nudas valde calumnias quasi cusationes componentes, nobis multorum masum causam, et caput esse perhibuistis, et um apud Ægyptum, sed etiam apud Palæsti- t Phœnicem vicinasque gentes scriptis veum perturbatorem esse significastis. Qua de siasticam sequentes regulam, vos Romæ reer ad judicium die statuta non sub angusto is spatio (ut excusatio locum non inveniat) et apocrisiariis evocavimus, illique vocatione a ad diem præstitutum venere, sed vos ne mendaciis caperemini, vestraque calumnia etur, venire distulistis. Nec his machinatiolummodo contenti estis, sed etiam videntes storibus desolatas lupos pro pastoribus super uistis. Decuerat ergo ut ad regularem veninvocationem, qualiter de his et de aliis vesumptionibus veram redderetis rationem : m occurreret veritas, si falsitas displiceret; us dubitat, quot ita judicium nocens subturfugit, quemadmodum innocens ut absolvatur, requirit; nec suspicione caret, qui alium calumniis deroget falsa dixisse, cum ipse ad judicium ut probet quæ intulit evocatus venire distulerit. Vellem enim vos magis ad jam dictam canonicam convenire vocationem, ut coram universali concilio redderetis rationem, cur synodum ad statum ecclesiarum, et fratrum in Antiochiam subvertendum, et Nicæni magni concilii destructionem fecistis; aut cur nobis inconsultis episcopos in eam convocastis, ad quam nec maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio; canonibus quippe in Nicæna synodo jubentibus non debere præter sententiam Romani pontificis ullo modo concilio celebrari, nec episcopos damnari, aut cur in prædictorum loco fratrum alios adulteros posuistis antequam penes nos, aut apocrisiarios nostros eorum causa canonice esset examinata, finemque perciperet rectum. Isti enim qui ad me-

154 moratam regulariter venere vocationem videntes vos a prædictis subtrahere calumniis multa adversus vos lacrymabilia et doloribus plena referunt accusantes vos, et dicentes multa se importabilia a vobis esse passos. Vos ergo refugientes venire, illosque perseverantes in vera ratione, suisque calumniis reclamantes, super quibus et Ægyptiorum episcopi litteris nobis missis protestantur suis falsa esse qui contra Athanasium suosque sectatores machinantur cuncta Arianorum machinata blasphemiis. Talibus namque figmentis liquet eos esse inculpabiles vosque culpabiles, quia si de vera confideretis innocentia, nullo modo a jam dicta vos canonica subtraheretis evocatione, quæ non subito sed spatiose denuntiata est, sed omni subducta apologia absque tardatione venire, et causas reddere festinaretis. Quibus ita gestis scripsi vobis, et omnibus qui in Antiochiam contra apostolicam canonicamque regulam nobis inconsultis fueratis congregati, arguens vos primum de injuriis litterarum, deinde cur Athanasium suosque consectatores ad vestrum concilium convocassetis, canonibus, scilicet, præcipientibus nihil extra Romanum decerni pontificem, cui hæc et majora ecclesiarum negotia tam ab ipso Domino, quam ab omnibus universorum conciliorum fratribus speciali (ut jam dictum est) privilegio contradita sunt. Vobis vero refugientibus et ad concilium toties convocatis adesse nolentibus. Illis quoque in sua reclamatione, et justa ratione persistentibus, vestraque cognoscentes crimina, et illorum justam examinantes rationem, omnesque eos Nicæno concilio comperientes et nostris apostolicis jussionibus obtemperantes, visum est nobis ac universo concilio, ut nos divinis præceptis, et apostolicis monitis informati, qui pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilare debemus effectu, si quidquam reprehensioni usquam invenitur obnoxium celeri sollicitudine ab ignorantiæ inperitia, aut a præsumptionis usurpatione revocemus. His taliter consideratis atque discretis tanquam omnium curam gerentes, propter sedis propriæ dignitatem suscepi-

mus eos in communionem, singulisque cum suis auctoritate hujus sanctæ sedis rebus, proprias reddidimus ecclesias, quoniam huic sanctæ sedi propter pravorum hominum insidias ipso Domino instituente et sanctis apostolis eorumque successoribus per singula concilia roborantibus hoc semper licuit, licebitque Domino auxiliante in perpetuum. Unde qui se scit aliis esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed temperantiam quam ab aliis requirit gratis, et ipse dependat. Quapropter increpando vobis scribo, quia non recte tractastis viros inculpatos, et a nobis minime examinatos de suis ecclesiis communione privatos pellentes, et ecclesiasticæ disciplinæ injuriam irrogantes, constitutumque Nicæni concilii minime servantes, talia indisciplinate agere non formidastis. Idcirco quoniam dudum venire vocati renuistis, modo ad certum diem, id est XV Kalend. Novemb., vos iterum regulariter litteris missisque evocamus, ut coram vobis ostendamus nos justam in eos protulisse sententiam, et de cætero non talia esse passuros. Est etenim in antiquis Ecclesiæ statutis decretum ut aliena qui invadit non exeat impunitus, sed cum multiplicatione restituat, unde et in Evangelio scriptum est : « Quod si aliquid defraudavi reddo quadruplum (*Luc.* XIX, 8). » In lege quoque cautum est : « Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui, et dicet : omnis populus. Amen (*Deut.* XXVII, 17). » Quare miror vos tam audaces esse et tam impudenter egisse, et terminos ac jura beati Petri apostolorum principis invasisse. Sui enim (ut paulo superius comprobatum est) juris erat, ut absque ejus sanctæ Sedis auctoritate nullus deberet, aut concilia celebrare, aut episcopos ad synodum convocare, vel damnare, quæ omnia vos temerare non timuistis. Quid ergo est aliud talis præsumptio, nisi quod apostolorum eorumque successorum decreta transgredi, et maledictionem superius comprehensam in lege, scilicet, cautam quam omnis populus uno ore, consonaque responsione per Amen, id est fiat, confirmavit, suscipere non timuistis. Nam, ut reor, talibus transgressionum funiculis constricti, nostrum ne vestra proderentur flagitia examen declinastis, et ad supradictam vocationem venire distulistis. Sane manifestum est suum eos confiteri crimen, qui toties evocati absque inevitabili causa venire distulerint, et purgandi se voluntate non utuntur. Nam si de vestris dictis confideretis, et in faciem probare non distulissetis. Tales insidiatores spiritum prævidentes sancti Patres in Nicæa congregati leges statuerunt, quas canones appellamus, ne facile probi ab improbis damnarentur, ex quibus nullas sententias his inseri judicavimus, ut tantorum Patrum auctoritate nostra roboraretur epistola, atque omnes orientales sive reliquarum partium episcopi hæc audientes, in tantam foveam non incidant, ne damnationem a Patribus decretam percipiant. Sequuntur enim hæc ex prædicto concilio Nicæno capitula, id est, XVIII, XIX, XXI, XXIII, XXVI, XXVII, XXVIII, XXXIII, XLI, et V, VII que, et IX, ac LI, LII, LIII, LIV, LV, LVII, LVIII, LIX, LX, LXI, LXIII, LXVI.

Ut omnes episcopi qui in quibusdam gravioribus pulsantur vel criminantur causis, quoties necesse fuerit libere apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, ut ab ea, sicut semper fuit, pie fulciantur, defendantur, et liberentur. Cujus dispositionis omnes majores ecclesiasticas causas et episcoporum judicia antiqua apostolorum eorumque successorum atque canonum auctoritas reservavit.

Quoniam culpantur episcopi qui aliter erga fratres egerint, quam ejusdem sedis papæ fieri placuerit. Placuit, ut accusatus vel judicatus a provincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet, et adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se, aut vicarios suos ejus retractari negotium procuret; et dum iterato judicio pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur, aut ordinetur episcopus, quoniam quanquam comprovincialibus episcopis accusati, causam pontificis scrutari liceat, non tamen definire inconsulto Romano pontifice permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit Domino : « Quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlis, et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlis (*Matth.* XVI, 19). »

Si quis putaverit se a proprio metropolitano gravari apud primatem diœceseos, aut penes universalis apostolicæ Ecclesiæ papam judicetur.

Accusatores et accusationes quas leges sæculi non asciscunt, et nos unanimiter submovemus, nec fiat in districta probatione impietas, cum recta sit judicii in electione sententia.

Nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare absque ejus voluntate vel judicare, salva tamen in omnibus apostolica auctoritate, quia sicut irrita erit ejus ordinatio, ita et dijudicatio, quoniam censemus nullum alterius judicis, nisi sui septentia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit nec judicare ullatenus potest.

Si quis erga episcopum vel actores Ecclesiæ se proprium habere crediderit negotium, non prius adeat judices, quam ad eos recurrat charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur. Quod si aliter egerit, communione privetur.

Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis exspoliatum rebus, aut a se depulsum excommunicare, aut judicare præsumat, quia non est privilegium quo possit spoliari jam nudatus. Pari tenore decernimus non credi accusatori, qui, absente adversario, causam suggerit ante utriusque partis discussionem, nec accusatores vel testes suscipi, qui non sunt idonei.

Placuit, si accusatus vel damnatus episcopus appellaverit Romanum pontificem id statuendum quid ipse juste censuerit, et omnes qui adversus Patres armantur, infames esse censemus, neque eos qui

ımicis morantur ad accusationem, vel ad
nium recipiendos.
ıit, ut semper in accusatione clericorum
persona, fides, vita, et conversatio blasphe-
m perscrutetur. Nam fides omnes actus ho-
præcedere debet, quia dubius, infidelis est,
omnino est credendum qui veritatis fidem
ıt; nec rectæ conversationis vitam ducunt,
m tales et facile et indifferenter lacerant,
inantur recte et pie viventes. Ideo suspicio
discutienda est primo et corrigenda, neque
oribus suspectis, et de inimicorum domo
ntibus credendum.
l non aliæ metropolitanæ ecclesiæ vel prima-
, nisi illæ quæ prius primates erant, et post
adventum auctoritate apostolica et synodali
m habere meruerunt. Reliqui vero non pri-
sed metropoles vocentur, eorumque episcopi
matum, sed aut metropolitanorum, aut ar-
oporum nomine fruantur.
ıes esse censemus omnes qui suam aut Chri-
ı prævaricantur legem, aut canonicam post-
auctoritatem salvo in omnibus Romanæ Ec-
rivilegio, nullus metropolitanus absque cæ-
ı omnium comprovincialium episcoporum
a aliquorum audiat causas eorum, quia ir-
ınt imo et causam in synodo pro facto dabit.
is erroribus sociatum, vel a sui propositi
recedentem, aut sacris canonibus inobe-
ı suscipere non possumus, nec impetere
edentes vel sanctorum Patrum sanctionibus
erantes permittimus.
rina judicia generali sanctione prohibemus,
lignum est ut ab exteris judicetur, qui pro-
s et a se electos debet habere judices.
apostolicæ Ecclesiæ auctoritate nullus epi-
extra suam provinciam ad judicium devoce-
l evocatus ipse canonice in loco omnibus
) tempore synodali ab omnibus comprovin-
episcopis audiatur, qui concordem super
ınonicamque proferre debent sententiam,
n si hoc minoribus tam cleris quam laicis
ım est, quanto magis de episcopis servari
tur. Nam si ipse metropolitanum aut ju-
spectos habuerit, aut infensos senserit apud
s diœceseos, aut apud Romanæ sedis ponti-
licetur.
ni de se confesso credi potest super crimen
ı, quoniam ejus atque omnis rei professio
ısa est, et admitti adversus quemlibet non

ta nemo unquam pontificum judicare præsu-
ia quamvis vera sint, non tamen credenda,
manifestis indiciis comprobantur, nisi quæ
to judicio convincuntur, nisi quæ judiciario
publicantur.
nationes majorum natu per alios ne fiant,
ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi
irreprehensibiles apparuerint, et actis pu-

A blicis docuerint omni se carere suspicione atque inimicitia, et irreprehensibilem fidem atque conversationem ducere.

Et comprovincialis synodus retractetur per vicarios urbis Romæ episcopi, si ipse decreverit.

Placuit ut a quibuscunque judicibus ecclesiasticis ad alios judices ecclesiasticos, ubi est auctoritas major fuerit provocatum, audientia non negetur. Si quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, sine consilio et voluntate omnium comprovincialium episcoporum aliquid agere tentaverit gradus sui periculo subjacebit, et quod egerit, irritum habeatur, et vacuum; sed quidquid de comprovincialium episcoporum causis suarumque ecclesiarum et clericorum B atque sæcularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc cum omni consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima et concordi administratione, sicut Dominus ait : « Nec veni ministrari, sed ministrare (*Marc.* x, 45); » et alibi : « Qui major est vestrum erit 155 minister vester (*Matth.* 23, 11), » et reliqua. Similiter et ipsi comprovinciales episcopi cum ejus consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant juxta sanctorum constituta Patrum, ut uno ore, uno animo concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula.

Caveant judices Ecclesiæ, ne absente eo cujus causa ventilatur, sententiam proferant; quia irrita C erit, quippe et rationem pro actione reddent in synodo, et ut proditoris calumnia, nec eorum postea vox audiatur, nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille qui injuriam ejusque sustinet nequitiam.

Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit, in provincia in qua ille consistit pulsatur, suas exerceat actiones, nec æstimet eum, accusator suus, alibi, aut longius pertrahendum ad judicium; ille vero qui pulsatus fuerit, si judices suspectos habuerit, liceat appellare. Primates accusatum discutientes episcopum non ante sententiam proferant damnationis quam apostolica freti auctoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes et canonice examinatos regulariter testes con- D vincatur. Irritam esse injustam episcoporum damnationem, et idcirco a synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subveniatur causis; detractores qui divina auctoritate eradicandi sunt, et fautores inimicorum ab episcopali submovemus accusatione. Similiter ne summorum quispiam minorum accusationibus impetatur, aut dispereat, neque in re dubia detur sententia, nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habitum teneatur.

Plura de his ideo hic non inserimus ne vacuare vilemve prædictam facere synodum videremur, aut fastidium legentibus audientibusque prolixa faceret epistola. Si quis autem de his ampliora atque abundantiora scire voluerit, in sacro nostræ sedis ecclesiæ scrinio, et ea quæ prædiximus invenire poterit.

Verum me dixisse testis est divinitas, de receptione vero sedis et sacerdotii atque honoris, quæ dixistis Athanasium absque concilii decreto suscipere, non ita invenimus sicut calumniati estis, sed quorumdam episcoporum consilio atque decreto recepit suum quod injuste perdiderat sacerdotium, ac resedit in sede. Quod enim scripsistis, non eum posse a pauciore numero episcoporum restitui quam depositus fuerat, non ita est, nec hæc regula orthodoxorum sanctæ Ecclesiæ est episcoporum, sed Arianorum sociorum, videlicet virorum hæc adinventio ad perditionem orthodoxorum episcoporum contexta est. Nam ut nobis a veracibus est testibus relatum, quando Antiochiæ pro damnatione fidei de consubstantialitate prolata fuistis congregati odio prædicti Athanasii hanc regulam protulistis quæ nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ Ecclesiæ legatio interfuit canonibus præcipientibus sine ejus auctoritate concilia fieri debere, nec ullum ratum est, aut erit unquam concilium quod non fultum fuerit ejus auctoritate.

Igitur de fuga super qua Athanasium reprehenditis non bene agitis, cum ipse Dominus mandatum hoc nobis dedit : « Cum persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam (*Matth.* x, 23), » et ipse Dominus per semetipsum exemplum nobis demonstrans, « quando Pharisæi consilium fecerunt adversus eum, ut eum occiderent. Sciens autem Jesus discessit inde (*Matth.* xii, 14, 15) ; » et alibi : « Tulerunt lapides Judæi ut jacerent in eum. Jesus autem abscondit se, et exivit de templo (*Joan.* viii, 59), » et « transiens per medium eorum, abiit (*Luc.* iv, 30), » et ita discessit, nam et discipuli propter metum Judæorum recesserunt, celantes semetipsos, et Paulus in Damasco a principe gentis quæsitus, de muro in sporta depositus est, et manus quærentis effugit, et alii quam plurimi et innumerabiles sancti, tam in Veteri Testamento quam in Novo fugisse leguntur. Si ergo fugam improperatis fugientibus, erubescite potius persequi, et quiescite insidiari, quiescentque continuo fugientes. Nam sive perimatis eos, mors semper contre vos exclamat, sive rursus exsilia superponatis, ubique in vos mali memoriam destinare noscimini, et illi patiendo sibi proficiunt. Unde et Dominus ait : « Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete qui potest animam et corpus perdere in gehennam (*Matth.* x, 28). » Multos enim cognovimus pessimis machinationibus injuste depositos. Ideo summopere me cui vice apostolorum principis universalis Ecclesiæ cura commissa est, providendum est, auxiliante ipso summo Apostolo, ne deinceps talia fiant, quoniam ideo hæc sanctæ sedi præfata privilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis conciliis, et judiciis ac restitutionibus episcoporum quam et de negotiis, ut ab ea omnes oppressi auxilium, et injuste damnati restitutionem sumant, et talia ab improbis ne præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque damnatione. Non ergo recte egistis quod prædictos fratres calumniati estis, dicente Domino : « Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum (*Luc.* xix, 13). » Nec recte egistis quod nobis inconsultis concilium celebrastis, eosque ad concilium vocastis et damnare præsumpsistis canonibus (ut præmissum est) jubentibus, nihil ex his absque hujus sanctæ sedis auctoritate fieri debere. Non recte egistis quod regulariter a nobis ad concilium vocati venire distulistis. Non recte egistis quod contra eos rationem reddere, ut vestra erga eos aut probaretur recta sententia, aut improbaretur non venistis, nec rationalem mandastis causam, ut quod hæc renuistis.

His ergo omnibus perpensis, manifestum est vos reos existere, et illos innocentes remanere, et vos recte excommunicatos, illosque juste liberari. Noluit itaque Dominus tam leviter suos tractari ministros sicut facitis, aut a vobis damnari, sed (sicut memoratum est) aut ab hac sede cui commissi sunt, aut suo reservari judicio ; ait enim : « Qui vos contristabit, me contristabit ; qui fecerit injuriam vobis, recipiet id quod inique gessit (*Coloss.* iii, 15). » Et qnanta pœna exspectet eos qui Domini scandalizant discipulos ; Evangelium sufficienter exponit, ubi de scandalizantibus discipulos loquitur. Nam quod a vobis non sint damnandi, sed aut ab hac sancta (ut præfatum est) sede, aut sibi reservandi, ipse manifeste dat exemplum quando peccantes sacerdotes, quorum locum modo in sancta Ecclesia tenent episcopi, non per alium, sed per semetipsum vendentes et ementes ejecit de templo, et mensas nummulariorum proprio evertit flagello, et ejecit de templo. Et ipse alibi ait : « Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos decernit (*Psal.* lxxxi, 1), » et reliqua talia et his similia ; et alibi idem ipse ait : « Nolite judicare, ut non judicemini ; nolite condemnare, ut non condemnemini (*Luc.* vi, 37), » in quo enim judicio judicaveritis, judicabimini ; quapropter non tam temere (ut vos facitis) quispiam suam præsumat evomere iniquitatem, sed judicantem cuncta oportet rimari, et ordinem rerum plena inquisitione discutere, nec de illis quæ ei inconcessa sunt ullo modo judicium præsumere, interrogandi ac proponendi adjiciendique patientia prohibita ab eo, ut ibi actio partium limitata sit pleniter. Hæc prius litigantibus sua velit sententia obviare, nisi quando ibi peractis omnibus jam nihil amplius habuerint in quæstione quod proponant, nec oportet quemquam judicari aut damnari antequam suos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat spatiosum ad abluenda crimina. Similiter in jam fata synodo statutum est, ut ultra provinciæ terminos accusandi licentiam non progrediatur, nisi ad hanc apostolicam sedem provocatum, ad quam omnes qui voluerint libere et absque ullo impedimento a quibusdam agendo confluere debent. Similiter in jam præfixa synodo est decretum, ne suspecti, aut infames, aut criminosi, aut gravosi, vel calumniatores, vel

scelerati, aut facile litigantes suscipian- A ores, sed tales qui omni careant suspi- a columnas suas Dominus fimiter stare a quibusdam agitari. Similiter statuit iodus, ut nullum sententia non a suo judi- istringat, judices autem alii esse non de- quos ipse qui impeditur elegerit, aut quos nsensu hæc sancta sedes, aut ejus primates hujus sanctæ sedis delegaverint ; ex his is quæ tam in hac sancta sede quam et ab eorumque successoribus sunt statuta, tis episcopis concessistis, sed vim eis infe- isteque (ut superius commemoratum est) intes aliquos absentes expulistis, quod tianæ religioni est inimicum, in quibus uod nec Domino sua servantis jura, nec B æ matri et apostolicæ Ecclesiæ, quæ (ut m est) eos suo judicio, aut huic sedi vo- iri, ne a tam pravis, sicut estis, homini- rentur aut ejicerentur; in his omnibus vos rævaricatores Evangeliorum et canonum ane sapientium est absconditum, nec his i vestra estis prævaricatione, sed etiam expulsos eos et suis exspoliatos rebus, itis atque damnatis, cum nullus regulari- ari aut judicari possit, antequam sit regu- litutus, et sua omni ei legibus sint inte- formata ; est namque in sæpe jam dicta odo ab omnibus unanimiter decretum, et auctoritate roboratum, ut si quis episco- C fuerit rebus exspoliatus et in accusatione ordinatione pontificum oportet et decet roposítum prima fronte certare, ut omnia ggestiones inimicorum suorum amiserat, imo potestati ejus ab honorabili concilio tur, et præsul regulariter prius statu pri- atur, et ipse dispositis ordinatisque suis mpus veniat ad causam, et si ita juste cusantium propositionibus respondeat; trangressi estis terminos Patrum judican- nantes eos quos non debuistis ? quare os quos non regulariter approbastis? Non quod in regnorum libro scriptum est : « Non quo modo videt homo videt Deus, quia homo videt in facie, Deus autem in corde videt. » Et in Paralipomenon : « Omnia corda scrutatur Deus, et omnem cogitationem novit (*I Par.* XXVIII, 9). » Et alibi scriptum est : » Non potest humano condemnari examine quem Deus suo reservavit judicio; » hæc omnia summopere præcavenda sunt, nec accusatio episcoporum facile est recipienda, dicente Domino : « Non suscipias vocem mendacii; » et Apostolus inquit adversus presbyterum inscriptionem non suscipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris vel cæteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de episcopis. Quibus cognitis magis vos dominari velle manifestum est, quam consulere fratribus, aut sustentare eos, quia honor inflat ad superbiam, et quod prævisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Decuerat namque vos juxta præfatas regulas, si aliquid egissent contra suum ordinem mandare nobis, et exspectare quod ad vestra consulta rescriberemus, in tantum ut si etiam quidquam grave intolerandumque committerent, nostra prætolaretur censura, et nihil prius aut aliud discerneritis, quad quod nobis placere cognovissetis, ita ut a regulis præstitutis nulla, aut negligentia aut præsumptione recederetis ; cesset hujusmodi pressa nostra auctoritate præsumptio, vitentur hujusmodi nocumenta, quia nequaquam talia patienter ferre possumus machinamenta, quoniam convenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes, merito namque nos causam respicit, si silentio faveamus errori, est insuper in prædicta sancta Nicæna synodo statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione, nec illi qui nos in sua nolunt recipere querela vel accusatione, cum nos super illos sciamus a Domino constitutos non illos super nos ; et sicut major non potest a minori indicari, ita nec colligari, quia rarum est omne quod magnum est. Portemus onera omnium qui gravantur, quinimo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, et cujus regula informamur, quatenus ejus fulti auxilio ab omnibus nunc et in perpetuo tueamur adversis. Data Kalendis Novembris, Feliciano et Maximiano viris consulibus.

INCIPIUNT DECRETA LIBERII PAPÆ.

thanasii et Ægyptiorum episcoporum ad papam, de oppressionibus Arianorum. D

beatissimo et honorabili sancto patri LIBERIO ANASTASIUS, et universi Ægyptiorum episcopi. synodice apud Alexandriam congregati, atissimæ paternitatis jura **156** penes t manifesta, dum prædicationibus scilicis et doctrinis veræ fidei cultura unieta sit terra ; per divinorum tamen eruloquiorum vestra instruente admonitione ia superædificatur orthodoxa Christi Ecstolica institutione fundata, et a fidelibus prioribus firmissime roborata, ad quam omnes beatissimi apostoli pari honoris et potestatis consortio prædíti populorum agmina convertentes, pie sancteque tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines divinæ prædestinationis genera præceptis ac monitis perduxeruut, quorum sanctorum apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, et profectius implens exempla Ecclesiam Dei morum probitate, et actuum sanctitate condecorat, et fide sacra Christianis moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcepit studiis pontificalibus indesinenter operatur et proficit, ser-

vans legis divinæ mandata; quia non legis auditores justi sunt apud Deum, sicut narrat Apostolus, sed factores legis justificabuntur. Nos enim hæc meditari cupientes, et ea quæ a sancta sede vestra apostolorum eorumque successorum prædicatione suscepimus atque quæ in Nicæna synodo roborata cognovimus prædicare, et Arianorum blasphemias, atque aliorum hæreticorum repellere cupientes quotidie ab his persequimur, et damnationi tradimur, atque morti destinamur. Qua de re precamur, ut vestris exhortationibus, tam per vos quam et per apocrisiarios vestros adjuvemur, ne dum illi crescunt et nos minuimur, vera fides destruatur, et eorum hæresis ultra fidem nostram crescat; quoniam timemus, ut postquam abundaverit iniquitas, refrigescat charitas multorum. Pro qua re multa vestræ sacræ doctrinæ, tam apud Deum quam apud cunctos fideles merces et laus reposita est, si vestra hæc recensentur auctoritate, nostram enim fidem quam a sanctis Patribus accepimus et tenemus atque docemus subter inservimus, ut si aliquis vobis aliter nos credere aut docere, aut accusando, aut mussitando retulerit, vel detrahendo scriptis mandaverit, per hanc manifeste nos ita credere et docere agnoscatis.

Credimus namque in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium necnon invisibilium factorem, et in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc est ex substantia Patris : Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero : natum, non creatum, omousion, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, cœlestia terrestria. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis, et incarnatus est, et homo factus, passus est, et resurrexit tertia die, ascendit in cœlum, venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, erat tempus quando non erat, et priusquam nasceretur non erat, et quia ex nullis subsistentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia dicunt esse trepton, hoc est convertibilem atque mutabilem Filium Dei, hos anathematizat catholica et apostolica Ecclesia, hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem et octo Patres agnoverunt, et amplexi sunt, et consonantes et unanimes scriptis explanaverunt.

Sed modo quoniam contra hæc (ut nostis) talia exsurgunt, qualia non debent, venite et nos, dilectissimi fratres, cum Deo descendamus ad visitationem, id est, inquisitionem sermonum eorum, et confundamus per approbationem verissimam ibidem linguas eorum elevatas contra scientiam unigeniti Filii Dei; et iniquitatem in altitudinem humanitatis ejus loquentes, » disrumpamus vincula eorum (*Psal.* II, 3) » per gladium spiritualem, quod est verbum Dei, « et projiciamus a nobis jugum ipsorum (*Ibid.*), » per expugnationem profani sensus illorum. « Tunc enim ipse quoque Dominus irridebit eos, et subsannabit, et tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos (*Psal.* II, 4, 5), » secundum beatum Jeremiam dicens : « Falso prophetæ isti vaticinantur in nomine meo ; non enim misi eos, et non præcepi eis, neque locutus sum ad eos visionem mendacem, et divinationem et fraudulentiam et seductionem cordis sui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo mendacium : erunt projecti in viis Hierosolymæ (*Jer.* XIV, 14-16); » et conculcatio omnium pie confitentium me, et non erit qui sepeliat eos. Nemo enim abscondere potest quibusdam subreptionem commenticiis, sicuti nec foliis fici antiquis transgressor præcepti Adam potuit, qui per propriam linguam inverecunde nudatur, laqueum enim fortis viro labia ejus, et captus propriis sermonibus, et opera manuum ejus, retributio autem labiorum ejus dabitur ei, et impietatis reprehensio. « Arguam te, inquit, et statuam contra faciem tuam, existimasti inique quod essem tibi similis (*Psal.* XLIX, 21). » Propterea, sicut dicit Dominus ad Gedeon : Deponamus eos ad aquam veræ discretionis, et probemus eos ibi regulari examinatione in idipsum pronos corruentes per ostensionem pravi intellectus eorum, utrum ne sint apud eos sapientes divini verbi scientiam ignorantes, quoniam dicentes se sapientes stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam catholicæ Ecclesiæ propria novitate et voluntate, sive per ea quæ illicite in ejus defensione gesta sunt, hæreticam turbulentiam introducentes, illud competenter ad nos retinentes quod bene ad Jesum filium Sirach dictum est : « Usque ad mortem certa pro veritate, et Dominus pugnabit pro te (*Eccli.* IV, 33). » Hujus rei gratia universalis vobis in Christo Jesu commissa est Ecclesia, et pro omnibus laboretis, et cunctis opem ferre non negligatis, quia dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Ideoque tanta urgente necessitate summopere comprimite vestra summa auctoritate infestos, revelate oppressos, ut absque gravi, Domino opitulante, facultate, ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur illæsi. Et suscriptio. Æterna te servet divinitas per multos annos, sanctissime Patrum pater. Amen.

Rescriptum Liberii ad eosdem.

Dilectissimo filio Athanasio et omnibus in unum congregatis, et de Trinitatis fide recte sentientibus Ægyptiorum episcopis Liberius papa.

Olim et ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem, pro universali Ecclesia ad rectam defendendam fidem, quatenus, nulli liceat statum sanctæ Ecclesiæ commovere ad læsionem recte credentium absque sui periculo honoris. Epistolam siquidem vestram nobisque directam ante nos recitari fecimus, tribulationes et persecutiones quas pro recta fide patimini intelleximus. Super quibus et nos una nobiscum condolemus, et laborare pro vobis ut pater pro filiis

parati sumus, fidem vero Nicæni concilii in eadem epistola rectam reperimus, super qua et Deo gratias uberrimas retulimus, pro qua non solummodo persecutiones, et passiones sustinere vobiscum parati sumus, sed etiam, si necesse fuerit, mori pro Christi nomine, in quantum nostra sinit fragilitas, non respuimus. Igitur prædictum sanctum concilium (ut legimus) definivit Nicænum, aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere, aut sapere vel docere aliter, nec quidquam in fide sentire, aut proferre quod his Patrum regulis possit obviare. Qui autem præsumpserint componere aliam fidem aut proferre, docere, vel tradere aliud symbolum ad viam veritatis converti desiderantibus de quacunque hæresi, vel ex Judæis, vel ex paganis Christianos se fieri volentibus : hi si episcopi fuerint, aut clerici, alienari quidem episcopos ab episcopatu, cleros a clero. Si vero monachi, aut laici fuerint, anathemate feriri. Protestatur etenim beatus Apostolus dicens : « Si quis certat, non coronatur, nisi legitime certaverit (*II Tim.* II, 5); » et iterum Dominus ait : « Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (*Matth.* XXIV, 13); » videlicet certaminibus sacris propositis nobis pro defensione catholicæ Ecclesiæ, magnaque salute ex hoc sperata ab omnium bonorum datore Deo, non deficiant manus nostræ dilectissimi fratres, per occasionem cujuslibet, desidiæ dissolutæ, sed fortes efficiamur per gratiam Domini atque virtutem potentiæ ejus, quoniam perfecit pedes nostros tanquam suorum, et super excelsa firmius statuit intellectus summæ ejus humanitatis propter nostram salutem, maxime tantum habentes impositam sanctorum testium nubem. Deponentes ergo omne pondus, et circumstantem adversariorum novitatem per patientiam curramus, aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum qui in proposito nobis propter eum negotio, spiritum nobis suæ veritatis condonet loquentem in nobis atque prohibentem magnalia fidei per doctrinam sanctorum Patrum quos adversarii calumniantur quotidie. In prophetis namque habetur: « Propter Sion non tacebo, et propter Sion non quiescam, donec egrediatur, ut splendor justus ejus, et salvator ejus, ut lampas accendatur (*Isa.* LXII, 1). » Profecto catholica Ecclesia qua vera consistit Sion, et civitas Christi cœlorum regis per tot annorum spatia expugnata ab aversantibus verba fidei, qui neque Deum timent neque hominem reverentur, sed incassum perducentibus pias et canonicas de hoc verbo doctrinas, dum adversis tantisque scripto, et sine scripto contestationibus invitati fuissent corrigere propriam, et sepelire hæresim, sicuti et per anteriorem cognitionem luculentius demonstratum est, tam per libellos quam per suggestiones reverendissimorum sacerdotum, et venerabilium abbatum, Apostolo protestante nobis, ut hominem hæreticum post primam et secundam correptionem evitare debeamus, scientes quia hujusmodi subversus est, et delinquit proprio judicio condemnatus, nullo modo oportet nos deinceps tacere, aut quiescere, ne quando iniqui judicemur odibilem Deo pacem amplectentes, quoniam scriptum est : Zelavi in peccatoribus pacem peccatorum videns, et dicatur etiam de nobis : Sacerdotes mei contempserunt legem meam, et polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum et profanum non habuere distantiam, inter pollutum et mundum non intellexerunt, sed consurgere in Deo, et consistere prompte ei, et induentes arma spiritus adversus malignantes contra fidem ejus, ut approbemus spiritus sapienter, id est, verba eorum si ex Deo sunt. Scriptum est enim in Jeremia : « Probatorem dedi te in populo meo robustum, scies et probabis viam eorum (*Jer.* VI, 27); » multa namque nobis necessaria est vigilantia, et tanta divinæ sapientiæ rimatio quæ occulta tenebrarum revelat ad requisitionem hujusmodi rei, et scrutationem, quoniam latet quodammodo et absconditur, vixque comprehenditur, dolosa existens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium mentem latere ; quod utique sciens beatus Apostolus, ait : « Nam hujusmodi pseudo apostoli et operarii subdoli transfigurant se in apostolos Christi (*II Cor.* XI, 13). » Sed non mirum, quoniam et ipse Satanas transfigurat se velut angelus lucis, et ideo non mirum, si ministri ejus transfigurantur velut ministri justitiæ, quoniam finis secundum opera eorum, sed et Dominus in hoc præmuniens nos, ait : « Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus sunt lupi rapices ; a fructibus eorum cognoscetis eos (*Matth.* VII, 15, 16). » Ergo in idipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, et dicentes cum David : « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua (*Psal.* CXVIII, 18), » « lucerna enim pedibus meis verbum tuum, Domine, et lumen semitis meis (*Psal.* CXVIII, 18), » quoniam ipsius est (sicut ait beatus Daniel propheta) « sapientia, fortitudo, dat sapientiam sapientibus, et scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda et abscondita, et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est (*Dan.* II, 20-22). » Quia sapientiam, inquit, et fortitudinem dedisti mihi, et ostendisti mihi quæ rogavi te, cum opera divina uniuscujusque personæ descripta eorum qui pro novitatis commento accusati sunt de venerabili nostro scrinio obsecundantibus, et nobis ordinabiliter offerentibus solertius intendamus, ita ut qui hæc præsumpserint prævaricari, primum quidem subjaceant judicio terribili omnipotentis Dei, deinde autem qualemcunque regalem indignationem revereantur, per quam quidem si episcopi aut clerici sunt, a sui sacerdotii, sive a sui cleri ordine modis omnibus excedant. Si autem monachi sunt, segregentur, et alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur de eis. Sin autem sunt privati, si quidem nobiles existunt suarum substantiarum proscriptionem patian-

tur. Si autem ignobiles consistunt, non solum in
157 corpore verberentur, sed exsilio perpetuo castigentur, ut omnes timore Dei compressi, et comminata eis digna supplicia reverentes immobilem, et sine turbatione pacem sanctarum Dei Ecclesiarum custodiant. Data octava Kalendarum Junii, Asclepio, et Deodato IV, cc. consul. Gratia Jesu Christo Domino nostro, pax vobis. Amen, Deo gratias.

INCIPIUNT DECRETA FELICIS PAPÆ.

Epistola Ægyptiorum pontificum ad eumdem de infestationibus Arianorum.

Domino beatissimo et honorabili sancto patri Felici sanctæ Sedis apostolicæ urbis Romæ papæ, Athanasius, et universi Ægyptiorum, Thebaidorum et Libiorum episcopi in sancta Alexandrina synodo, gratia Dei congregati.

Vestro sancto suggerimus apostolatui, ut nostri more solito sollicitudinem gerere dignemini, juxta vestram prudentissimam sapientiam quæ omnibus luce clarius manifesta est; quia apostolicis vestra beatitudo visceribus commota per tribulationem nostram nos omnes hortata est ad tuitionem catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ in unum convenire, et de nostra canonice oppressione, et unanimiter tractare dum constat nos una cum beato Paulo apostolo eadem compassibiliter dicere? « Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror? » (*II Cor.* xi, 29.) satagentes ne aliqua de eis quæ nobis creditæ sunt rationabilibus ovibus a bestiis capiatur. Ideo, pater beatissime, quia semper antecessores nostri, et nos a vestra apostolica sancta sede auxilium hausimus, et nostri vos curam habere agnovimus, præfatam apostolicam, et summam expetimus, juxta canonum decreta, sedem, ut inde auxilium capiamus, unde prædecessores nostri ordinationes, et dogmata atque sublevationes ceperunt; ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, ut ejus uberibus nutriatur, quoniam non potest mater oblivisci infantem suum, sic et vos nolite oblivisci nos vobis commissos quoniam non levibus nos inimici nostri implicaverunt, et quotidie facere moliuntur afflictionibus et apprehendere, aut ferro nos constringi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus; quod nequaquam vobis inconsultis agere præsumimus, canonibus quippe jubentibus absque Romano nos de majoribus causis nihil debere decernere pontifice; ideoque ad propositum recurrentes et ad bravium properantes, vestræ apostolicæ sedis imploramus auxilium, quia, ut credimus, non despexit Deus preces cum lacrymis sibi oblatas servorum suorum, sed ob id vos prædecessoresque vestros apostolicos videlicet præsules in summitatis arce constituit, omniumque ecclesiarum eis curam habere præcepit, ut nobis succurratis, nosque tuentes, cui omne episcoporum judicium est commissum, liberare ab hostibus nostris non negligatis; nam scimus in Nicæna magna synodo trecentorum decem et octo episcoporum ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Romani pontificis sententia concilia celebrare, nec episcopos damnare, licet hæc et alia quam plura necessaria ab hæreticis, qui nos quotidie infestant et perdere nituntur, ut facilius nos capere possint, sint synodica capitula incensa nobisque sublata. Qua de re hac inventa occasione indifferenter omni canonica et apostolica postposita auctoritate, nos, vi a propriis vobis inconsultis, illicite expellunt sedibus; ovesque nobis a Christo Domino apostolica commissas gratia invadunt gradibus privant, et quod pessimum est, et omnibus Christianis legibus inimicum perficere decertant. Vos ergo, ut semper vestræ sedi sanctæ consuetudo fuit, periclitantibus subvenite oppressos roborate, tribulantibus manum porrigite, taliaque prohibete, et leges imponite, ut apostolica doctrina quæ in Deo est, cito ad victoriam judicium perducere valeat nostrum nosque apostolorum principe suffragante Petro ab imminentibus periculis liberare. Novimus namque in jam præfata Nicæna synodo generaliter esse decretum, ut nullus passim vageque episcopos aut præsumptive lacerare, aut accusare; et qui non sunt rectæ fidei vel bonæ vitæ vel claræ conversationis aut infamare præsumat; sed prius si erga episcopos vel auctores Ecclesiæ quisquam causam habuerit, eos cum charitate mansuete conveniat, ut ab eis vulnus unde agitur recte sanet, aut ipse si secus egerit accusator excommunicetur. Quod si ab eis nihil valuerit recte percipere, tunc primo summos adeat primates, et ipsi tempore congruo canonice eos convocare debebunt; qui si aut suis rebus exspoliati, aut a propriis sedibus ejecti, aut exsulantes, vel oppressi, aut inique tractati fuerint, primo eruantur, et canonice restituantur, atque omnia sibi sublata, integerrime eis legibus reddantur; quoniam priusquam hæc fiant, ut in prædicto constitutum est concilio, nec canonice convocari, nec distringi a quoquo possunt, quoniam nec sæculi leges hæc fieri permittunt, quanto magis ecclesiasticæ? Similiter et a supradictis Patribus est definitum consonanter, ut si quisquam episcoporum, aut metropolitanum, aut comprovinciales, vel judices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedem, cui ab ipso Domino potestas ligandi ac solvendi speciali est privilegio super alios concessa. Ipsa enim firmamentum a Deo fixum et immobile præcepit, quoniam ipsam formam universorum titulorum lucidissimam Dominus Jesus Christus vestram apostolicam constituit sedem, ipsa est enim sacer vertex in quo omnes vertuntur, sustentantur, relevantur, et sicut in Christo Christiani, et in petra, id est, Christo, Petrus, renovantur Eccle-

es (sicut divinum veraciter testatur eloquium) et super fundamentum tuum Ecclesiæ co- id est, episcopi qui Ecclesiam sustinere, et humeris portare debent, tibi sunt confir- ibique claves regni cœlorum commisit, atque t solvere, potestative quæ in terra et quæ in nt, promulgavit. Tamen profanarum hære- t impetitorum atque omnium infestantium or, ut princeps et doctor, caputque omnium xæ doctrinæ immaculatæ fidei existis. Igitur cias, pater, tuorum patrum pietatem, bonam- ntionem, et sicut illi patres et prædecessoros a multis liberaverunt oppressionibus et s, ita nos liberare digneris. Nam fuit sem- ræ sanctæ et apostolicæ sedi licentia injuste s, vel excommunicatos, potestative sua aucto- stituere, et sua eis omnia reddere, et illos qui lemnaverunt, aut excommunicaverunt, apo- unire privilegio, sicut etiam nostris et ante- cognovimus actum temporibus. Porro et ipsi s qui episcoporum et summorum ecclesiasti- negotiorum causas suscipere debent in præ- ena synodo sunt dinumerati, ne in posterum o ex hoc oriretur. O sanctissime pater, pa- scinde blasphemias, et jactantiam vanilo- , et insidiantium infestationes, nos et fra- tros opprimentium atque perdere volentium, os quasi ad caput confugimus, ut vestro suf- ilio liberemur, et vobis nobisque commissas ves a luporum ore, Domino adminiculante, m deglutiantur, eripiamus. Nec enim fas est um apostolicæ sedis scripto, aut sine scripto blatas despicere, sed ut condecet et privile- stræ sedis est, et nos et illi canonicaliter mur, et ante vos de nostris objectionibus cum omni probitate concertemus, sicut præ- es nostri penes vestros fecerunt antecesso- icut canonica in prædicta sancta synodo do- tituta, et veluti paleati verbi per ventilabrum e examinationis plenam purgationem in com- nsistentes auditorio de maturis, et nutrien- holicæ Ecclesiæ dogmatibus quæ confirmant inis, participationem paternarum consequa- titutionum. Antiquis enim regulis censitum quidquid, quamvis in remotis, aut longin- itis provinciis super episcoporum querelis, sationibus ageretur, non prius tractandum iendum esset, quam ad notitiam almæ sedis nisset pronuntatio prolata, quæ infirmaret, ret, indeque sumerent normam, unde Eccle- psere prædicationis exordium, ne passim ab ribus columnæ everterentur Ecclesiæ. Cer- enim eidem sanctæ sedi vestræ in honorem ni Petri patrum decreta peculiarem decre- rerentiam Dei pro rebus inquirendis atque andis quas sollicite decet justeque ab ipso n examinare vertice apostolico, cujus solli- mper fuit et est tam mala damnare, quam laudanda. Quocirca humillimum vestro apostolico culmini persolventes obsequium, ut ipse Dominus præcepit, et sanctorum decreta patrum statuerunt, cum lacrymis suggerimus quod sine gemitu cordis reticere non valemus. Nam in tantum a persecutoribus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque inimicis persequimur, ut magis nos tædeat vivere quam mori. Unde præ omnibus fatemur in tantum cor esse nostrum vulneratum, ut propheticum illum planctum exoptemus, dicentes: « Quis dabit capiti nostro aquam, aut oculis nostris fontem lacrymarum, ut sedentes ploremus die ac nocte (*Jer.* IX, 1)? » Ecce enim Ecclesia Dei non leviter perturbatur, columnæque ejus nimis infestantur, atque a pravis amoveri hominibus nituntur, Christianorum vero voces ac gemitus episcoporum longe lateque resonant, novitates insurgunt, calumniæ crescunt, persecutio grassatur, perditio fit populorum; vestrum est enim nobis manum porrigere, quia vobis commissi sumus; vestrum est nos defendere atque liberare, nostrumque est a vobis auxilium expetere, vestris parere jussionibus. Præ nimio ergo dolere et gemitu omnia quæ nobis instant, et nos infestant, necessario recordari, vobisque significare nequimus. Ideo almum vestrum exoramus apostolatum, ut superius legem quæ in memorata Nicæna synodo est promulgata, licet prædictorum insidiatorum et aliorum malorum hominum, ut facilius episcopos Deique ministros valeant illaqueare deprevatione, sit suffocata reparetis, et quæ necessaria fore cognoscitis vestræ sanctæ sedis auctoritate nos cunctosque fratres informetis, ut malorum insidias hominum vestræ fulti auctoritate illæsi, Domino opitulante, evadere valeamus, quia non est insidias luporum prævidere ovium, sed pastorum. Scimus enim ut semper vestræ sedis præsules primo apostoli, deinde successores eorum fecerunt vos universalis Ecclesiæ, et maxime episcoporum qui oculi propter contemplationem et speculationem vocantur Domini curam gerere, ac de revelatione, et lege nostra assidue cogitare debere, sicut scriptum est: « Beatus vir qui meditatur in lege Domini die ac nocte (*Psal.* I, 2); » quæ meditatio non lectione per figuram litterarum tantum conspecta, sed exuberante in vobis Christi gratia in vestra cognoscitur conscientia immobiliter insita et nullatenus de vestro corde recedente lege Christi Dei Domini sacrosancta, sicut in psalmo dicit propheta: « Os justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loquetur judicium, lex Dei ejus in corde ipsius (*Psal.* XXXVI, 30), » non atramento, sed spiritu Dei vivi vestra in arcana mente conscripta neque in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, sicut beatissimi apostoli Pauli ad Corinthios missa nos docet epistola. Quibus præmissis significamus Deo, placitæ paternitati vestræ, die VII Kalendarum Augustarum indictionis quartæ nostram humilitatem divina gratia suo, ut præcepit, munere præveniente vestris sanctis ac Deo dignis precibus in sancta Romana Ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem et stolam, in quo dignitatis fastigio, ut a Deo

omnipotente regamur altissimo et a malis omnibus liberemur, ut non sacerdotale nomen tantum, sed Christi Domini Dei nostri protegente auxilio, et meritum habeamus, vestris sanctis ac Deo acceptabilibus nos commendantes orationibus poscimus, quatenus et vestris deprecationibus pro nobis ad Deum effusis muniti, et eruditionibus bonis instructi, digni efficiamur cum omni nobis populo Christiano commisso illæsi protegi velamento divino. Ad salutationem ergo vestræ sanctæ et honorandæ paternitatis vice nostra benedictum humilem nostrum fratrem, vestrum episcopum, et Alexandrum presbyterum, Crispinum quoque diaconem vestros **158** famulos destinavimus, quos postulamus celerius nobis a vestra beatitudine persolvi, ut vestris cohortationibus roborati et vestris regulis informati, inimicis videlicet compressis, ad proprias prudenter consolati valeamus ecclesias ante hiemem Deo propitio remeare. Vestrum est quippe, pater sanctissime, canonica districtione sollicite ecclesiasticæ regulæ adversantibus et fratrum insidiatoribus obviare, nec permittere noviter dici quod patrum venerabilium auctoritas omnino non censuit. Nos enim humiles corde quæ recta sunt, adjuvante Domino, sapientes, uno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defensantes. Studiosius itaque a catholicis improbis probe resistere innitendum est, ne torpentes desidia oppressi culpæ taciturnitatis teneamur obnoxii, et quasi favorem impendentes judicemur, dum adversa catholicæ fidei propulsare negligimus, unde dictum est : Negligere quippe, dum possis conturbare, perversos nihil aliud est quam fovere, nec caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obviare, liquet, doctor sanctissime, venenosa serpentium sine simplicitate astutia dum manifesta est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite, quæsumus, oppressis, liberate nos de manu persequentium, ut cum beato Job cantetis: « Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduæ consolatus sum ; justitia indutus fui et vestivi me sicut vestimento et diademate judicio meo ; oculus fui cæco et pes claudo, pater eram pauperum, et causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui et de dentibus earum auferebam prædam (*Job* XXIX, 13-17), » et reliqua. Nos enim quos tua maxima exspectat cura, id est, omnes episcopi præcipue tuum mereri debemus judicium, et non ab aliis devorari. Merito ergo nos Domini causa respicit sacerdotes, si silentio faveamus errori. Siquidem corripiantur hujusmodi nec sit liberum eis pro voluntate facere judicium, desinat novitas lacessere vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare, nam ut omnes metropolitani vel reliqui episcopi sua odia, aut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant, ideo nominatim in Nicæna synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire et judicare debeant, ne ulla fraus in judicio episcoporum possit irruere. Vos ergo qui in summo speculo gratia Dei estis positi, atten et opprimere oportet qui in fratres sedi scandala excitant, ideoque exoramus, ut despiciatis humilitatis nostræ et omnium lium orthodoxorum sacerdotum et populo ctiones et deprecationes cum lacrymis obl sicut luminaria universo mundo verbum nentes, introductas exstinguite tenebras n morum insidiatorum, temporibus etiam procaciter germinatas, quatenus funditus hujusmodi caligine Lucifer nobis respler vos, sanctissime pater, et dogmata definiti lætificans, quam gloriosi Ecclesiæ sancti p propria piissime dogmata in æternæ vitæ fir reditatem prædicasse noscuntur, et subscr columem te et beneplacitum Deo, sanctissi patrum, orantem pro nobis Dominus cus ævum. Amen.

Rescriptum Felicis papæ ad eosdem

Reverendissimis atque dilectissimis Athanasio et universis Ægyptiorum, Theb Lybiorum episcopis in sancta Alexandrin congregatis, Felix almæ Romanæ urbis et u Ecclesiæ episcopus, et sancta synodus quæ Romam convenit in Domino, salutem. vestram synodicam epistolam per gratiam s ritus et Deo placitum studium conscriptan a Deo honorandæ sanctitatis gratia libent pimus, atque instanter in synodo recitare gula jussimus et omnes intente ejus colligi jussimus, super quæ dum lætari sperabam piebamus, versa est in luctum cithara cantatio in prolationem, et omne totius syn dium in mœrorem translatum est, quia no rat ut hi qui corpus Christi quotidie pro ficiunt ore, tantam paterentur persecution niam Deus noster salutem providens generi mandavit persecutiones non fieri, neque fluc inferri, nec invideri laborantibus in agro D neque dispensatores magni regis vexari a Quiescite, inquit sancta magna Nicæna sy nolite persequi eos qui Deo perfecte mini sincera voluntate Dei superni mandata cu et nostris legibus subjugantur, quia nec d ordo patitur ut iniqui et carnales spiritual quantur ; omnis enim qui resistit alicui tendo, nunc celando veritatem, mentitur eum contra quem litigat, et qui infestus omnia sicut hostis agit, et insuper loqui Vos enim monemus, fratres, in speculis bere, ut inquantum potestis et Dominus dederit, talibus nostra apostolica vestraqu tate resistatis, nec quisquam vestrum a fra lio se subtrahat, sed pro viribus præstet lum. Quoniam licet pauci sitis, si unanime nullatenus justitia suffragante, Domino quo ferente, superabimini, quia funiculus triple rumpitur. Nam si officiis sæcularibus hu subvenit, quanto magis ecclesiasticis et D

is maximeque divina atque catholica lex i debeat? Ait enim divinum de episcopis i, « Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei 8). » Et si sæculares humana multipliciter tur homines lege et requisitiones atque in- multorum mensium conceduntur ne injuste ur, quanto magis episcopis qui proximiores , et super hos constituti positique in cœ- tia quæ impensius ponderanda est, tempora cedenda multo ampliora, ne a quibusdam r aut opprimantur, vel subito damnentur. us ergo, adjuvante Deo et sancto Petro apo- quem apostolatus et episcopatus in Christo ordium, quoniam plures sæpe emerserunt æ in quibusdam non erant causæ, sed cri- ia magis ut comperimus iniquitate quam fratribus sunt impositæ. Et ut de cætero lo sit, ne talia deveniant, capitula quædam patribus, tam in Nicæna synodo quam et de constituta ponamus, quibus fratres et i nostri fulti, insidias inimicorum auxiliante valeant evadere, et prout Dominus posse paucioribus tantorum malorum verbis imi- mpendium, et strictim quæ in volumine litte- strarum comperimus, retractemus, et alia instantis temporis necessaria, prout peti- mus. Est namque synodicis decretum insti- nemo episcopum penes sæculares arbitros sed apud summos primates. Si quis adver- pum causam habuerit, non prius alios epi- leat ut eum accuset, quam familiariter ei licet querelam, et ab eo aut justam emen- aut rationabilem percipiat excusationem, os instruente Veritate : « Si peccaverit in tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum i te non audierit, adhibe duos vel tres t si non vos audierit, dic Ecclesiæ (*Matth.* 17), » id est, accusa eum publice et non reliqua. Si quis episcopum post hæc elege- re, summis primatibus episcoporum suam ausam, et non sæcularibus, qui magis ad nam ad judicium eos revocent, ut chari- nibus et ab omnibus custodiatur. Si prima- atores episcoporum cum eis pacificare fa- minime potuerint, tunc tempore legitimo ynodum canonice convocatam non infra tempora canonice convocent, et non m eis per scripta significent, quod eis op- t ad responsionem præparati adveniant. ut vi aut timore ejecti, aut suis rebus i fuerint, nec canonice evocari ad synodum nec respondere æmulis debent antequam restituantur, et sua eis omnia legaliter r. Si quis episcoporum fuerit suis rebus s, aut a sua ecclesia vi aut timore expul- l omni Christiano nomini est inimicum, t decet episcoporum propositum semper nte cedere, ut omnia quæ ablata sunt po- s legaliter reddantur, et præsul prius re-

A stituatur, et postea non statim, sed diu, et per spatiosa tempora suis potestative dispositis, et ad suam necessitatem præparatis, ad tempus veniat ad causam, et, si juste visum fuerit, accusatoribus respondeat suis. Nulli infami atque sacrilego de quocunque liceat negotio adversus religiosum Christianum quamvis humilis servilisque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, inscriptione, actione aut Christianum impetere. Si episcopus legitime accusatus, et supradicto ordine ad concilium canonice convocatus fuerit, absque ulla trepidatione ire debebit, et si ire non potuerit, per se legatum ad synodum mittat. Nullæ causæ a judicibus ecclesiasticis audiantur quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur. Si quis aliter non acquieve-

B rit, nisi ut episcopum accuset supra taxato hoc tenore agere debebit, quia aliter rata non potest accusatio existere : tunc primo accusati causam accusator apud primates canonice deferat, nec a communione prohibeatur accusatus, nisi ad electorum judicium canonice convocatus infra tres aut sex vel plures menses, pro suis rationem redditurus venire distulerit; quod si probare potuerit quod non noluerit, sed non potuerit venire, nihil ei nocebit. Ille vero qui vi aut timore a sede pulsus, aut suis rebus exspoliatus fuerit, nisi prius vocetur ad synodum quam ei omnia legibus redintegrentur, et tamdiu in sede propria pacifice et potestative cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus vel expoliatus carere

C visus est rebus. Cum autem ad judicium venerit, si voluerit et necesse fuerit, induciæ ei et petenti a patribus constitutæ absque impedimento concedantur, et judices a se electi tribuantur, ut in loco unde est ille qui accusatur, aut si alibi alicujus temerariæ multitudinis vim metuerit, locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos, si necessitas exposcerit, testes habere et absque impedimento suam canonice sententiam finire valeat, quia multa per subreptionem venire solent. Ut testificandi vel accusandi licentia denegetur qui Christianæ religionis et nominis dignitatem, et suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Multum derogatio prævalet quando derogator creditur,

D ideo variis detrectationibus atque accusationibus non decet labefactari primatem, sed magis patrum regulis roborari, nec facile aut indifferenter suscipere accusationes præsumat, dicente Domino : Non suscipias vocem mendacii; sed prius probare debet suspicionem et causam aut quo animo hoc faciat, et postmodum suscipere, quia veritatis professionem propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odii et cupiditatis intentio impedire et adversa fratribus irrogare solet. Personæ accusantium tales esse debent quarum fides et conversatio et vita probabilius et absque reprehensione sit, et quæ omni careant suspicione, quia et hoc te præsente, ut bene nosti, in Nicæna synodo propter malorum hominum infestationem ab omnibus definitum est, licet pravorum hominum insidiis sint hæc alia quamplura deleta.

Primates illi et non alii sint quam in Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui vero qui metropolis teneant sedes, archiepiscopi vocantur, et non primates, salva in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, et postea a sanctis prioribus roborata. Primo semper in omni episcoporum accusatione vita, persona et conversatio accusantium enucleatim inquirantur, et postmodum ea quæ objiciuntur fideliter pertractentur, quoniam nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum prius requiratur fides. Personæ vita et actus discutiantur, quia non debet pravorum aut insidiantium hominum pernicie vita lacerari innocentium. Sane sæpissime boni a malis disperguntur qui non cessant suis calamitatibus aliis derogare. Ideo summopere providendum est, ne hæc fiant. Nullus servus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitiis studet, nullus qui frequenter litigat, et ad accusandum vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes quos ad accusanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur episcopos accusare, quoniam accusatores et accusationes quas leges sæculi non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debet ordo, invenire nequeo, cum hæc **159** et in Nicæna synodo prohibita sint, et illi magis ab istis, non isti ab illis judicari debeant, et Apostolus dicat : Spiritualis judicat omnia, ipse vero a nemine judicatur. Hæretici a quibus nimium opprimimur excommunicatique homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, et qui raptum fecerint vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi, nec ita in ecclesiasticis agendum est negotiis sicut in sæcularibus. Nam in sæcularibus postquam legibus vocatus venerit, et in foro decertare cœperit aliquis, non licet ante peractam causam recedere; in ecclesiasticis vero dicta causa recedere licet, si necesse fuerit aut si prægravari viderit. Quoties episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores qui juste et canonice recipi debeant, legitima in synodo suo in tempore congregata ab omnibus canonice audiantur qui sunt in provinciis episcopis; quod si legitimi non fuerint accusatores non fatigetur episcopus, quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent, non ad litigandum, nec illi qui throni Dei vocantur pravorum hominum insidiis turbari debent, sed libere Christo Domino famulari, quanquam comprovincialibus episcopis una cum eorum metropolitano, suæ provinciæ causas episcoporum liceat concorditer agitare, non tamen sicut in prædicta re præsente constitutum est synodo licet definire absque Romani pontificis auctoritate; quod si secus a quibusdam præsumptum fuerit, ipsi qui hoc egerint suæ præsumptionis suscipiant damnum, et illi qui ab eis perperam excommunicati aut damnati fuerint, auctoritate hujus sanctæ Sedis et beati præceptoris nostri clavigeri Petri potestate solvantur, atque restituantur. Ipse enim ait Dominus : « Quæcunque solveris super terram, erunt soluta in terra et in cœlis (*Matth.* XVI, 19). » Quoties episcopi se a suis comprovincialibus, vel a metropolitano putaverint prægravari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent Sedem, ad quam eos absque ulla detentione, aut suarum rerum ablatione, libere ire liceat et dum prædictam Romanam matrem appellaverint ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani pontificis auctoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed et ipsum in Nicæna synodo constitutum et antecessores nostros egisse bene, Athanasi, nosti, quoniam quando tu et Paulus Constantinopolitanus, Asclipius Gazæ et Lucianus Andriopolites ab orientalibus episcopis, inconsulto sanctæ memoriæ Julio prædecessore nostro, damnati estis, et ad eum quasi ad totius orbis caput (ut semper huic Sedi sanctæ licitum fuit) confugistis, cognita eorum nequitia et vestra justitia, vos in communionem suscepit, et omnium vestrum curam gerens, propter Sedis propriæ dignitatem suas singulis reddens ecclesias orientalibus scripsit, culpans eos quod non recte tractassent, viros inculpabiles de suis ecclesiis expellentes et constituta Nicæni concilii minime conservantes. De quibus ad certum diem nonnullos sibimet adesse præcepit, ut de talibus præsumptionibus certam redderent rationem, et coram eis ostenderet justum se super eis protulisse decretum. Interminatus est etiam non talia deinceps fratres esse passuros, et nisi ab hujusmodi præsumptionibus cessarent, a propriis esse gradibus eos recessuros. Tali enim hujus sanctæ Sedis privilegio tu et fratres tui proprias recepistis ecclesias cum omnibus sibi pertinentibus. His enim et aliis quamplurimis documentis manifestum est nullum damnari, aut suis exspoliari rebus debere episcopum qui hanc sanctam Sedem interpellaverit, aut sibi defensatricem asciverit, donec judicium de eo nostræ apostolicæ auctoritatis, hoc est principis apostolorum Petri, agnoscat, quia solummodo Christus Jesus huic sanctæ Sedi, id est apostolicæ hoc facere commisit, utpote quoniam solus atque pro omnibus præfatus princeps apostolorum creditus est, atque percipere meruit a rege regum Christo Deo claves regni cœlorum. De induciis vero episcoporum super quibus consuluistis, diversas a patribus regulas invenimus institutas, quidam enim ad repellenda imperitorum machinamenta et suas præparandas responsiones et testes confirmandos, et concilia episcoporum atque amicorum quærenda, annum aut sex mandaverunt menses concedi; quidam autem annum in quo plurimi concordant, minus vero quam sex menses non reperi, quia et laicis hæc indulta sunt, quanto magis Domini sacerdotibus. Nam et nostris antecessoribus atque reliquis sanctis patribus multoties inhibitum est, ne quis

sacerdotibus detractiones irroget : quanto A definitionem sine quadam nocumenti præsumptione
ccusationes non ex radice charitatis pro- utique conservarent, quoniam dicit sacrum eloquium:
niescite, inquiunt, et nolite persequi eos Concilium bonum conservabit te et mens bona cu-
ecte Deo ministrant, quorum orationibus et stodiet te. Non enim de fontibus salutiferis spiri-
bella sedantur et recedentium a Deo ange- tualiter ad inquisitionem æternæ vitæ procedunt ta-
elluntur incursus, quique omnes dæmones les accusationes et detractiones, atque ideo compe-
apti sunt precum assiduitate confundunt. tenter nos beatus Paulus admonens ait. « Non de-
namque non sub angusto tempore, sed sub bere plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad
atio concedendæ sunt, ut accusati se præ- sobrietatem (*Rom.* XII, 3). » In definitione pietatis
t universos communicatores in provinciis perdurantes : qui enim hanc prætereunt non tantum
onvenire, et testes præparare, atque contra læsi sunt decidentes a corroboratione sua, sed insi-
res se pleniter armare valeant. Judices enim pientiæ suæ dereliquerunt hominibus memoriam,
itores tales esse debent, qui omni careant ut his in quibus peccaverunt, minime latere potuis-
ie et ex radice charitatis suam desiderent sent, gloria enim et contumelia in loquela et in lin-
sententiam. His ergo tam legaliter quam et gua hominis casus illius est; ideoque conveniens est
prolatis, etiam omnium Christianorum reve- B hanc quidem ostensionem reprehensioni illorum
congaudere deposcimus, spirituali interce- nostris actibus inseri ne ulterius jam talia patiamini,
lectione et timore Dominico per quem hu- seminantibus illis zizania et scandala, sed lætari in
movetur offensio, et ecclesiarum ædificatio officiis et dogmatibus vestris mereamini. Igitur eru-
ur universis, ut magis universi ad ædificatio- bescant, talia et hujusmodi blasphema subtrahere fe-
rum laborent quam ad damnationem, quum stinent, si noluerint a sacerdotali nostro collegio se-
nus : « In hoc cognoscent omnes quia mei gregari, et a totius Christiani populi societate di-
ipuli si dilectionem habueritis adinvicem velli : licet namque de his plura et pernecessaria
, 31). » Jam enim formam dedimus et a quæ in decretis Sedis apostolicæ et ab apostolis
ssoribus nostris datam esse cognovimus, ut eorumque successoribus nostris, videlicet præde-
e esse agnoverit Christianum, illud servet cessoribus statuta inveniuntur, dicere et conscribere
apostolis noscitur esse contradictum, di- potuissemus, tamen melius nobis visum est ut epi-
postolo Paulo : « Si quis vobis annuntiaverit stolam oratione claudamus. Deus omnipotens et unus
quod accepistis, anathema sit (*Gal.* I, 9) ; » unigenitus Filius et Salvator noster Jesus Christus
enim Dei Filius Dominus noster humano C hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratri-
propria passione salutem plenissimam condo- bus et coepiscopis nostris quibuscunque tribulatio-
t nos liberaret. Et si Deus intantum nos nibus laborantibus totis succuratis viribus et cum
t etiam proprio Filio non parceret, sed pro eis compatientes crucem ejusdem Domini Salvatoris
nibus illum traderet, ut nos liberaret, ut portetis, ut veri ipsius discipuli coram omnibus ap-
non diligimus fratres, aut eos temere judi- pareatis, ut et vos et qui vobiscum sunt hic et in fu-
um prædictus dicat Apostolus, « Nolite ju- turo possideatis meliora, « quæ oculus non vidit,
vicem, sed hoc magis judicate, ne ponatis nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt,
lum fratri vel scandalum ? » (*Rom.* XIV, 13.) quæ præparavit Deus diligentibus se (*I Cor.* II, 9); »
lli qui fratres diligunt, ex Deo nati sunt et per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem
eum, quid ergo erunt illi qui eos perse- et cum quo omnipotenti Deo Patri gloria in sæcula
et eos detrahendo, machinando, accusando, sæculorum. Amen. Valere vos opto, fratres charis-
o damnate moliuntur ? Si illi filii Dei, pro- simi. Data Idus Februarii, Agario et Juliano viris
hi filii sunt diabuli, qui semper « sicut leo clarissimis consulibus.
ircuit quærens quem devoret (*I Petr.* V, 8), »
s insequuntur, ut perdant : qui vero adju- D
res refugiunt majus peccatorum onus ac- *De oppressione Arianorum.*
et fraternitatis solatio rei existunt; « væ, FELIX sanctæ universalis Ecclesiæ papa, atque per
opheta, qui potum dat amico suo, mittens gratiam Dei catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ urbis
(*Habac.* II, 15). » Et iterum sapientissimus Romæ episcopus, una cum sancto concilio nostro
ait, « Quoniam qui loquitur iniqua, non po- reverendissimorum sacerdotum huc nobiscum con-
e, ne præteriet illum corripiens judicium venientium in confirmatione piissimorum catholicæ
). » In cogitationibus ergo impii interroga- Ecclesiæ dogmatum et relevatione oppressorum fra-
ermonum autem illius ad Deum perveniet trum coepiscoporum videlicet nostrorum qui rectam
l correptionem iniquitatum illius, quoniam Nicæni concilii tenent fidem, et fratres non infe-
audit omnia, et tumultus murmurantium stent, universis spiritualibus fratribus nostris et re-
ondetur; hæc enim si amplecti voluissent, liquis in sacerdotali collegio Domino consecratis,
t sano sensu ad reprobum sensum minime atque omni plenitudini Ecclesiæ catholicæ gratia
r, sed per Dei timorem sermonum suorum vobis et pax multiplicetur in confortatione et sancti
ites custodiam, piam sanctorum Patrum Spiritus communione, quatenus in eo proficientes
a gloria in gloriam « virtutes annuntiemus ejus qui

de tenebris nos vocavit in admirabile lumen suum (*I Petr.* II, 9) » « apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio (*Jac.* I, 17). » Portate, fratres, hortamur persecutiones et tribulationes patienter ut ejus inveniamini filii quem quotidie patrem vocatis Deum in cœlis, et in eo vincatis omnia, qui propter nos vicit omnia; « qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum (*Rom.* VIII, 32). » Imitatores quoque Dei convenit in omni verbo et opere imitari Deum, ideoque illud oportet nos dicere quod ipse de se perhibuit Dominus, « veniet princeps hujus mundi et in me nihil inveniet (*Joan.* XIV, 30), » venerunt et illi qui vos et nos persequuntur, quia vos sine nobis persequi non possunt, quia unius Dei membra sumus, et unum illius sacerdotium per ejus sanctificationem retinemus, et in nobis de suis nihil invenerunt, quia quidquid sumus gratia Dei sumus, licet propterea calumniari nos irrationabiliter studuerint quod facere solent inimici, suam ex hoc cooperire dementiam properantes, quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare. Scripsi enim vobis, inquit Apostolus, per multas lacrymas ut non contristemini, sed ut sciatis quam charitatem abundantius habeo in vobis; etenim detrahentibus detrahere non est bonum, ut non ad ea quæ scripta sunt commoti injuriæ certamen deficiamus. Non debemus omnino timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis Dominus jubet per Isaiam prophetam dicens : « Audite me qui scitis judicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea est, nolite timere opprobrium hominum et blasphemias eorum ne timeatis (*Isa.* LI, 7). » Considerantes etiam quod in psalmo scriptum est : « Nonne Deus requiret ista! Ipse enim novit abscondita cordis (*Psal.* XLIII, 22), et cogitationes talium hominum, quoniam vanæ sunt : vana autem locutus est unusquisque ad proximum suum, et labia dolosa in corde, et corde locuti sunt mala, sed disperdet Dominus universa labia dolosa **160** et linguam magniloquam. Qui dixerunt : Labia nostra a nobis sunt, quis noster Dominus est? (*Psal.* XI, 3-5.) » Nam si hæc in memoria retinerent minime ad tantam prosilirent iniquitatem; non enim probabili et paterna doctrina hoc faciunt, sed ut suam exerceant in servos Dei vindictam, scriptum namque est : Via stulti recta in oculis ejus, et sunt viæ quæ videntur homini justæ, novissima autem eorum deducunt ad mortem. Nos enim, qui hoc patimur, judici reservare debemus qui reddet unicuique secundum opera sua, qui etiam per ministros suos intonuit dicens, « Mihi vindictam, ego retribuam (*Rom.* XII, 19).» Vos enim in recta fide et pura ac bona succurrite voluntate vicissim, nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manum, quoniam in hoc ait Dominus « Cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem (*Joan.* XIII, 35).» Unde ipse per prophetam loquitur dicens : « Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum (*Psal.* CXXXII, 1). » Spirituali dico habitaculo et concordia quæ in Deo est, et unitate fidei hujus delectabilis, secundum veritatem inhabitaculi quæ videlicet in Aaron magis decorabatur atque sacerdotalem induentibus dignitatem, sicut unguentum super caput, principalem intellectum irrigans, et usque ad ipsam extremam scientiam deducens in hoc habitaculo benedictionem et æternam vitam promisit Dominus. Hujus ergo propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, fraternam præsentem syllabam exposuimus nostra propter charitatem minime quærentes aut quæsituri. Non enim detrahantibus bonum est detrahere, aut palo secundum vulgarem fabulam excutere, palum : absit. Non sunt nostra ista, quapropter hoc avertat Divinitas. Non sunt edocti habitus nostri ita vincere, sed in patientia longanimitatis et spiritu humilitatis, quia sicut per duritiam minime (ut prophetice dicamus) purgatur nigella, ita nec pacis soporatus fructus intelligentiæ per asperitatem exprimitur; propter hoc enim verborum supportavimus colaphos ut aut paulati valeamus eum imitari, qui propter nos se humiliare dignatus est, et extremæ illius ultionis per hanc plagam verba declinemus. Audiamus ergo et consentiamus Ecclesiæ oratori qui per linguam Spiritus clara voce exclamat dicens : « Omnia vobis in charitate fiant (*I Cor.* XVI, 14). » Ergo sive quærimus, sive tantummodo dicimus, et tantummodo audimur charitas intercedat, ars aliqua existat ad compositiones concordiæ boni et conjunctiones. Oportet enim de Deo quærentibus nobis spiritum rectitudinis mentis nostræ dinumerantes intentiones templum pacifice inhabitare in eum propter Deum, qui per prophetam locutus est : « Quærens quære et apud me habita (*Isa.* XXI, 12). » Speculum enim dedit nos Deus populo suo, et oportet eos qui a Deo sunt deputati sacerdotium adispici, ita in humilitate gressus mentis adinvicem tendere, ut in melius ædificentur hi qui ad nos respiciunt, quam (quod dicere piget) per nostram discordiam semitam pedum eorum concutere. Ad concordiam judicemus nos ipsos, et unum in charitate sapiamus, humilitatem veneremur, per quam apprehendi solet altitudo spiritus. Si enim verborum amplius usque nunc taciturnitatem quam garrulitatem dilexerimus, hoc quidem bene habere arbitrati sumus, ne scriptis vestris reciproce respondentibus injuriæ fomitem excitemus, et pusillanimitate dijudicemur ab eo qui omnia ad charitatem dirigere promulgavit. « Oravimus vero et tunc ostium circumstantiæ labiis nostris (*Psal.* CXL, 3) » imponi verbum in sonitum concipere potius quam verbum sonabile, et hoc tamen mihi donum est a Domino, « et factus sum sicut homo non audiens et non habens in ore suo redargutiones (*Psal.* XXXVII, 15). » Sed quia tempus est loquendi et tempus tacendi, operio verbum, et claudo ostium per taciturnitatem competenter exorans : « Domine, labia mea aperies (*Psal.* L, 17), » « et respondeam exprobrantibus mihi verbum (*Psal.* CXVIII, 42), »

m tacuissemus, non semper tacebimus ape- A
iobis Domino claves verbi. Igitur directis in
ti beatitudini fraternitatis vestræ apocrisia-
post multas factas inter nos de ecclesiastica
ione dissonantes sermocinationes, in fine ad
rvenerunt, admonentes nos atque hortantes
itari unius veri Dei nostri voluntatis intelle-
tque hujusmodi interpretationem destinare
sacratissimæ venerationi. Nos acceptam ha-
ionæ conscientiæ prædictorum venerabilium
i admonitionem, cognoscentes autem et quæ
atus apostolorum summitas docet paratos
satisfactionem omni poscenti verbum de spe
nobis est secundum Dei timorem, mansue-
nque ad bonam scientiam temperantes, super
tummodo requisitione mentem nostram per B
abas exponimus, superfluas exercitationes et
iones verborum propter satietatem et præ-
mporis incongruitatem declinantes ac præca-
nihil omnino aliud intelligentes ac proferentes
licet dicentes quam quod audivimus et cognovimus
a sanctis universalibus magnis apostolis eorumque
successoribus, et patres nostri enarraverunt nobis,
et audientem prædicavimus ad supernam tendentes
vocationes. Nostrum est studium ibi pacis constitutio manet, his qui in stadio pietatis sunt bene
unica gloria, intercessori tribuitur et corona, Deo
manifestati sumus qui judicat omnia et comprobat.
Non jurgialiter stamus, non ad contradictiones respicimus, nec favorem inanem amplectimur, sed in
verbo Dei propositi hujusmodi requisitionis resolutiones fecisse dignoscimur, confitentes quoniam paci
Dominus Deus, ad alterum nostrorum unitatem et
dilectiones conservavit in gloria ejus benignissimæ
majestatis. Omnem cum vestra beatitudine in Chri-
sto existentem fraternitatem tam nos quam qui
nobiscum sunt multum salutavimus. Data XIII Kal.
Novembris, Philemone et Attico viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA LIBERII PAPÆ.

Ut nullus pro persecutionibus dum durare potest suam relinquat Ecclesiam.

nis sanctissimis et Deo amantissimis univer-
copis LIBERIUS episcopus in Domino salutem.
t quod diu stare possit nisi Dei gratia. Cæ-
iequitia diaboli contemptibile malum plenum C
mortifero sevit, qui sursum atque deorsum
t quærens quem devoret (*Petr.* v, 8). »
igilare et sobrii esse ad orationes, et Deo pro-
e debemus, et fatuas, Domino auxiliante, ho-
insidias, prout Dominus posse dederit, re-
et patres sequi, et non transgredi terminos
, non ut nostras relinquamus dum in eis per-
iliquando valebimus ecclesiasticas, ut ad alias
emus, aut populos commissos negligere, ut
i amplius quam pro eis elaborare, pro quibus
nimas ponere debemus, studeamus, quan-
multi nos persequantur et oves Christi dila-
lesiderant, qui « quasi vestibus ovium appa-
tus autem sunt lupi rapaces, quos ex fructi-
noscimus (*Matth.* VII, 15, 16). » Isti primo D
videntur ex nobis esse, sed non sunt ex no-
enim fuissent ex nobis, mansissent utique
m. Quando vero suam evomuerint impieta-
ilum qui in eis est erumpentes et apprehen-
infirmiores, et eos qui ad eloquia divina
inexercitatos habent, secum eos contrahunt
itionem, subvertentes quos oportet præscien-
ire, ne malitia eorum quidem seducti abscin-
i propria firmitate. « Exacuunt enim linguas
ta prophetæ vocem, sicut serpentes. Vene-
pidum sub labiis eorum (*Psal.* CXXIX, 4). »
pigeat per temporales cruciatus pro Chri-
iine laborare, sed emolumenta futuræ re-
itionis hujus sæculi vexationes tolerare per-
suadeant. Scriptum namque est: « Quid retribuam
Domino pro omnibus quæ retribuit mihi ? Calicem
salutaris accipiam et nomen Domini invocabo (*Psal.*
CXV, 12). » Tantum enim a nobis exigitur quantum
possumus famulatus nostri obsequio commodare.
Unde quidem tanto nobis necesse est importunis prædicationibus insistere, quanto nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio,
atque Dominica nobis ad suscipiendam ejus requiem
persuadet assertio. Suggestum namque nobis est
quod pro præteritis laboribus et infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibimet a Deo commissas
relinquunt plebes, et in futuro plures relinquere velint eas quas tueri debent ecclesias, et pro ovibus
sibi commissis laborare negligunt, et monasteriorum se quieti contradere festinent, et vacationem ab
episcopatus laboribus eligere, et silentio atque otio
vitam degere magis appetant, quam in his quæ sibi
commissa sunt permanere, dicente Domino: « Beatus qui perseveraverit usque in finem (*Matth.* XXIV,
13). » Unde namque est beata perseverantia, nisi
de virtute patientiæ ? quam secundum apostolicam
prædicationem omnes qui voluerint in Christo pie
vivere persecutionem patiuntur. Ideoque, fratres
charissimi, non vos afflictionum amaritudo a pio
mentis vestræ proposito coarctet recedere. Considerate namque quanta pro absolutione nostri et liberatione Creator, Dominusque et redemptor noster
pertulerit, quibusve se contumeliis afficiendum tradiderit, ut nos a vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Attendite itaque vobis et omni gregi in quo vos
« Spiritus sanctus constituit episcopos regere Ecclesiam Dei (*Act.* XX, 28), » quam acquisivit proprie

sanguine, ut non sit qui vos dicipiat aut seducat in subtilitate sermonis, ut vobis plebes commissas relinquatis, et aliqui propter malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, ut vos solummodo salvetis et filios orphanos relinquatis. Apertissime enim Spiritus sanctus per Apostolum dicit, « quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide et charitate, attendentes spiritibus seductoribus, et doctrinis dæmoniorum, hypocrisi mendacii locorum cauteriatam habentium suam conscientiam (*I Tim.* IV, 1, 2). » Propter quod hortamur vestram charitatem exemplo ejus qui pro nobis pati voluit, promptos vos in cunctis ejus permanere servitiis, nec quidem quoquo modo a commissa cura recedere, sed totis viribus in commissis vobis negotiis fortiter usque in finem perdurare, quoniam beatus est qui perseveraverit usque in finem, nec laudatur initium, sed finis. « Nemo vos seducat inanibus verbis. Propterea enim venit ira Dei in filios diffidentiæ (*Ephes.* V, 6). » Nolite ergo effici comparticipes eorum dogmatum, neque communicetis infructuosis verbis illorum, magis autem et redarguite; quoniam cœtus prævaricatorum sunt, et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii et non veritatis, completum est in eis, quia de malo ad malum egressi sunt, et me non cognoverunt, dicit Dominus. Veritatem enim non loquentur, docuerunt enim linguam suam persecutores ecclesiarum eorumque sacerdotum loqui mendacium ut impie agerent « laboraverunt, et renuerunt scire me (*Jer.* IX, 6), » dicit Dominus. « State ergo vos, dilectissimi, super vias, et videte, interrogate de semitis Domini antiquis, et videte quæ est via bona sanctorum patrum, et ambulate in ea, et invenietis requiem animabus vestris (*Matth.* XI, 29). » Sed et si patimini propter Christum, beati eritis, metum autem eorum ne timueritis, neque conturbemini, Dominum autem Deum sanctificate in cordibus vestris, ipso dicente : « Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete qui potest animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro ? Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores vos estis (*Matth.* X, 28-31). » Rememoramini ergo, fratres, eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis vestris deficientes, nondum enim usque ad sanguinem certavimus adversus peccatum repugnantes.

Confidimus autem de vobis, fratres charissimi, meliora et viciniora salutis, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, magistro gentium docente, poterit nos separare a charitate Domini nostri Jesu Christi (*Rom.* VIII, 38, 39), et, quæ in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes adversariorum, quatenus fidem intemeratam usque in finem conservantes repromissionem percipiamus, quam repromisit his qui legitime certare deproperant (*Hebr.* X, 35, 36). « Adhuc omnino modicum aliquantulum, **161** qui venturus est veniet, et non tardabit (*Hebr.* X, 37). » « Ecce enim judex ante januam assistit (*Jac.* V, 9), » coronas hilariter promittens his qui pro eo passionibus submittuntur. Quod si subtraxerit se quis, non placebit animæ suæ, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. « Propter quod assumite arma Dei, ut possitis resistere in die malo adversus omnes inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ et vestros, et induite vos lorica justitiæ, calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia jacula nequissimi ignita exstinguere. Et galeam salutis accipite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem et obsecrationem radicati et fundati in solatio fratrum pro Christo Jesu Domino nostro (*Ephes.* VI, 13, 14). » « Sed et nunc, fratres, commendamus vos omnes Domino et verbo gratiæ ejus, qui potest perficere et dare hæreditatem vobis cum omnibus sanctis (*Act.* XX, 32). » « Ipse autem Deus pacis et dilectionis det vobis idipsum sapere in alterutrum (*Rom.* XV, 5), » ut vobis invicem succurratis et non sitis divisi, ut unanimes uno ore, et uno corde honorificemus eum in concordia et consolatione fratrum, qui potest, confirmare nos secundum Evangelium ejus juxta revelationem mysterii æterni, temporibus scilicet perpetuis, quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summopere etiam considerare debetis, quod hi qui fratribus invident, eosque damnare aut perdere cupiunt, per se sua dogmata destruunt; dicit enim Dominus: « Omne regnum in se divisum non stabit (*Matth.* XII, 35), » et omnis scientia et lex adversum se divisa non stabit. Ideoque necesse est ut concorditer salubres suscipiatis hortatus, et nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus pareatis, et in nullo patiamini providentissima canonum decreta violari, quatenus et Nicænorum canonum constituta, et quæ a nobis vel a prædecessoribus nostris sunt provide et salubriter decreta, intemerata, permaneant in futuro.

INCIPIUNT DECRETA DAMASI PAPÆ

Epistola ejusdem ad Paulinum Antiochenum episcopum.

I. Quod integrum hominem susceperit sine peccato.

II. Quod unus sit Christus ante sæcula ex Patre natus, et in tempore ex Virgine editus.

Dilectisssimo fratri PAULINO DAMASUS,

um meum Vitalem ad te scripta direxeram, A
ıtati et tuo judicio omnia derelinquens, et
ım presbyterum indicaveram me in articulo
ectionis ejus aliqua ex parte commotum.
nullus tibi scrupulus resideret, ne volentes
Ecclesiæ copulari tua cautio præblanda dif-
lem, misimus nostram, tam tibi, qui ejus
ımunionique sociaris, quam his qui in ea
ıntes tibi et nobis per te voluerunt sociari,
me frater. Quapropter si supradictus filius
talis et hi qui cum eo sunt tibi voluerint
i, primum debet in ea expeditione fidei
re quæ apud Nicæam pia Patrum volun-
ata est.

de, quoniam nemo potest futuris vulneribus
medicinam, hæresis eradicanda est, quæ B
Oriente dicitur pullulasse; id est, confiten-
ıse sapientiæ Filius, Dei Sermo, humanum
e corpus, animam, sensum, id est inte-
am et, ut expressius dicam, totum veterem
sine peccato hominem. Sicut enim con-
um humanum corpus suscepisse, non sta-
humanas vitiorum adjungimus passiones,
ıntes eum suscepisse et hominis animam et
non statim dicimus et cogitationum huma-
ıbjacuisse peccato.

quis autem dixerit Verbum pro humano
Domini carne versatum, hunc catholica Ec-
ıthematizat, necnon et eos qui duos in Sal-
ios confitentur, id est unum ante incarna- C
ıt aliter post assumptionem carnis ex Vir-
eumdem Dei Filium, et ante et postea con-
quicunque huic epistolæ subscribere volue-
tamen ut si et in ecclesiasticis canonibus
me nosti, et in Nicænam fidem ante sub-
ıt, hunc debeas absque aliqua ambiguitate
. Non quod hæc ipsa quæ nos scripsimus,
ırimus convertentium susceptioni propo-
ı quod tibi consensus noster liberum in
do tribuat exemplum.

Synodus Romana sub Damaso papa.

icænum concilium aliud in urbe Romana
ngregatum est, quo catholici episcopi addi-
ı Spiritu sancto, quia postea is error ino- D
uidam ore sacrilego auderent dicere Spiri-
ctum factum esse per Filium. Unde ana-
ımus omnes qui non tota libertate pro-
eum cum Patre et Filio unius potestatis
e substantiæ. Anathematizamus quoque eos
llii sequuntur errorem, eumdem dicentes
ısse quem et Filium. Anathematizamus
que Eunomium, qui pari impietate, licet
dissimili, Filium et Spiritum sanctum as-
se creaturas. Anathematizamus Macedonia-
le Arii stirpe venientes non perfidiam mu-
sed nomen. Anathematizamus Fotinum,
ıis hæresim instaurat, qui Dominum Jesum
tantum ex Maria Virgine confitetur. Ana-
thematizamus eos qui duos filios asserunt, unum ante sæcula, et alterum post assumptionem carnis ex Virgine. Anathematizamus eos qui pro hominis anima rationali et intelligibili dicunt Dei Verbum in humana carne versatum cum ipse Filius sit Verbum Dei, et pro anima rationali et intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est, rationalem et intelligibilem sine peccato animam susceperit atque salvaverit. Anathematizamus eos qui verum Dei Filium extensione aut collectione et a Patre separatum in substantivum et in finem habiturum esse contendunt. Si quis non dixerit semper Patrem, semper Filium, semper Spiritum sanctum, anathema sit. Si quis non dixerit Filium natum de Patre, id est de substantia divina ipsius, anathema sit. Si quis non dixerit Verbum Domini Filium, Dei Deum, et omnia posse et Patri æqualem, anathema sit. Si quis dixerit quod in carne constitutus Filius Dei cum esset in terra, in cœlis cum Patre non erat, anathema sit. Si quis dixerit quod in passione crucis dolorem sustinuit Filius Dei Deus, et non caro cum anima quam induerat « in forma servi quam sibi acceperat, sicut ait Scriptura (*Phil.* II, 7), » anathema sit. Si quis non dixerit, quod in carne « quam assumpsit Christus, sedet ad dexteram Patris, in qua venturus est judicare vivos et mortuos (*II Tim.* IV, 1), » anathema sit. Si quis non dixerit Spiritum sanctum de Patre esse vere ac proprie sicut Filium de divina substantia et Deum verum, anathema sit. Si quis non dixerit omnia posse Spiritum sanctum, omnia nosse, et ubique esse sicut Patrem et Filium, anathema sit. Si quis dixerit Spiritum sanctum factum, aut a Filio factum, anathema sit. Si quis non dixerit omnia per Filium et Spiritum sanctum Patrem fecisse, id est, visibilia et invisibilia, anathema sit. Si quis non dixerit, Patris, et Filii, et Spiritus sancti unam divinitatem, potentiam, unam gloriam, dominationem, unum regnum atque unam voluntatem ac veritatem, anathema sit. Si quis tres personas non dixerit veras Patris et Filii et Spiritus sancti æquales semper jubentes omnia, et continentes visibilia et invisibilia, omnipotentes, omnia judicantes, omnia vivificantes, omnia facientes, omnia salvantes, anathema sit. Si quis non dixerit Spiritum sanctum adorandum ab omni creatura, sicut et Filium, et Patrem, anathema sit. Si quis de Patre et Filio bene senserit, de Spiritu autem sancto non recte habuerit, hæreticus est.

Epistola Damasi papæ ad Hieronymum presbyterum.

Damasus episcopus, fratri et compresbytero Hieronymo, in Domino salutem.

Dum multa corpora librorum in meo arbitrio oblata fuissent, contigit ut et librum Psalmorum in meo animo festinus cognoscerem detineri, et memoriam capacitatis meæ imbuere cogitavi, frater amantissime et in Christo semper sacerdos, rogo te, ut secundum septuaginta interpretes, et presbyteros, id est, Matthiam, et Tholomæum, Muchium

Casium. Dithronium fratrem, Simonem, et cæteros, inquantum tua poterit conscientia de LXX, invenire vestigia nobis transmittas. Peto etiam tuam charitatem, ut, sicut a rectore tuo Alexandro coepiscopo didicisti, Gregorium psallentiam ad nos dirigere tua fraternitas delectetur, quia tantæ apud nos simplicitatis indago est, ut tantum in die Dominico apostoli epistola una recitetur, et Evangelii capitulum unum dicatur, nec psallendi mos tenetur, nec hymni decus in nostro ore cognoscitur. Peto ergo per fratrem compresbyterum nostrum Bonifacium, ut libeat fraternitati tuæ nobis aperire vestigia. Missa quinto Kalend. Novemb. per Bonifacium presbyterum Hieronymum.

Rescriptum Hieronymi presbyteri ad Damasum papam, ubi suggerit de Gloria Patri, *et* Alleluia, *in fine psalmorum apud Romanam Ecclesiam concinendo.*

Beatissimo papæ DAMASO sedis apostolicæ urbis Romæ HIERONYMUS.

Supplex legi litteras apostolatus vestri poscentes, secundum simplicitatem LXX Interpretum, canones, psalmographum interpretari festinem propter fastidium Romanorum ut ubi obscuritas impedit, apertius et Græce et Latine trahatur sensus. Cliens precatur ergo tuus ut vox ista psallentium in sede tua Romana die noctuque canatur, et in finem psalmi cujuslibet sive matutinis vel vespertinis horis conjungi præcipiat apostolatus tui ordo : *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto;* et reliqua. Istud carmen laudis omni psalmo conjungi præcipias, ut fides 318 episcoporum Nicæni concilii in vestro ore pari consortio declaretur. Ubi autem Deus et homo honorabili voce cantatur, *Alleluia* semper cum omnibus psalmis affigatur, ut omni loco communiter respondeatur nocturnis temporibus. In Ecclesia autem post resurrectionem usque sanctam Pentecostem finiatur, inter dierum vero spatia, *tibi soli,* Quinquagesimæ propter novitatem sancti Paschæ, ut vox ista laudis canatur in Aleph, quod prologus Græce, Latine autem *præfatio* dicitur.

Epistola Stephani archiepiscopi et trium conciliorum Africæ ad Damasum papam, de privilegio Romanæ sedis.

Beatissimo Domino et apostolico culmine sublimato, sancto Patri Patrum, DAMASO papæ, et summo omnium præsulum pontifici, STEPHANUS archiepiscopus concilii Mauritaniæ, et universi episcopi de tribus conciliis Africanæ provinciæ.

Notum vestræ facimus beatitudini quod quidam fratres in confinio nobis positi quosdam fratres nostros, venerabiles videlicet episcopos, vobis inconsultis a proprio dejiciunt gradu, vel dejicere moliuntur, cum vestræ sedi episcoporum judicia, et summorum finem ecclesiasticorum negotiorum in honore beatissimi Patri Patrum decreta omnium cunctam reservare sententiam, inquirendi reverentia de Dei rebus, quas omni cura et sollicitudine observare debemus. Maxime vero debent ab ipso præsulum examinari vertice apostolico, cujus vetusta sollicitudo est, tam mala damnare, quam revelare laudanda. Antiquis enim regulis censitum est, ut quidquid horum quamvis in remotis vel in longinquo positis ageretur provinciis, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, ut ejus auctoritate juxta quod fuisset pronuntiatum firmaretur, et reliqua multoties talia et his similia, quæ super his constituta sunt ; quibus si illicite factum est, ut semper vestræ sedi consuetudo fuit, festinanter occurrite et his viriliter, ut pater pro filiis certantes, state sicut bene a Jesu, filio Sirach, dictum est, « Usque ad **162** mortem certa pro veritate et semper Dominus Deus tuus pugnabit pro te (*Eccli.* IV, 33). » « Accipere enim personam impii non est bonum, ut declines a veritate judicii (*Prov.* XVIII, 5). » Sin minus illicita sunt hæc, pateat nobis talis omnibus licentia, beatissime Pater, aut si liceat hos vel aliquos etiam minorum graduum clericos nisi canonice tempore legitimo vocatos, aut sine legitimis accusatoribus aut absque veris et innocentibus testibus, vel nisi manifeste canonice convictos aut semper confessos, vel a suis sedibus ejectos aut suis exspoliatos rebus vocare ad synodum, vel damnare, quia legimus eos non posse canonice ad synodum ante suam diu tenendam et gubernandam, viribus scilicet pleniter resumptis restitutionem, suisque omnibus sibi legaliter restitutis, integerrime vocari, aut ut veniant ad synodum, nisi sponte voluerint imperari. Deus ergo creator omnium conservet longævum apostolatum vestrum ad stabilitatem Ecclesiarum sanctarum, et orthodoxæ fidei, vosque pastorem bonum, qui spiritualibus pro ovibus vestram ponitis animam, atque baculo pastorali lupos rapaces expellitis, omnibusque oppressis auxilium fertis, quod et istis atque omnibus vos semper facere optamus, sanctissime papa. Subscriptio ex alia manu. Ora pro nobis, charissime Pater.

Rescripta Damasi papæ ad eosdem.

DAMASUS, servus servorum Dei, atque per gratiam ejus episcopus sanctæ catholicæ Ecclesiæ urbis Romæ, STEPHANO archiepiscopo concilii Mauritaniæ, et universis episcopis Africanæ provinciæ. Lectis fraternitatis vestræ litteris, primo gratias ago quod tantorum fratrum merui benedictione frui, deinde quod circa fratres sollicitos vos reperi, et cum eis crucem Domini deferre qui ait : « Qui vult venire post me abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me (*Matth.* XVI, 24), » et reliqua ad hunc modum pertinentia. Igitur quando in præsenti opportune gestorum consultatione apostolicis vestra beatitudo visceribus commota nos hortata est, tuitionem fratrum apostolica impendere auctoritate, et eorum injuriis subvenire, dum constet eadem vos cum apostolo compassibiliter dicere : Quis infirmatur, et ego non infirmor quis scandalizatur et non uror ? (*II Cor.* XI, 29) satagentes ne aliquis de his qui vobis crediti sunt a sævis bestiis laceretur, aut capiatur, pro qua re oportet juxta vestram prudentem

uitionem, magis aut secundum Domini divi-
eceptionem nos qui supra domum ejus, hoc
ersalem Ecclesiam catholicam, episcopale
ius ministerium, sollicite vigilare, ut ne quid
is ejus muneribus, id est apostolicis viris,
rumque successoribus atque ministris quis-
bis inconsultisque damnari. Scitis, fratres
ni, firmamentum adeo fixum et immobile
ulum lucidissimum suorum sacerdotum, id
ium episcoporum apostolicam sedem esse
tam, et verticem Ecclesiarum. Tu es enim
vinum pronuntiat Verbum veraciter) Petrus
firmamentum tuum Ecclesiæ columnæ qui
intelliguntur confirmatæ sunt, et tibi claves
elorum commisi, atque ligare et solvere
em quæ in cœlis sunt et quæ in terris promul-
i profanatorum hominum et membrorum
, maximeque discipulorum meorum existis
ps et doctor orthodoxæ et immaculatæ fidei,
e hodie gratia Dei legatione pro Christo
r, et omnes hujus sanctæ sedis præsules
m gesserunt, gerunt et gerent. Ideo omnia
otuistis non licere mandarem, nisi vos tam
instructos esse scirem quod cuncta super
onsulitis illicita esse non dubitetis. Discutere
episcopos et summorum ecclesiasticorum
um causas metropolitanos una cum omnibus
provincialibus, ita ut nemo ex eis desit, et
singulorum concordent negotiis, licet; sed
eorum atque ecclesiasticarum summas
causarum, vel damnare episcopos, absque
nctæ sedis auctoritate minime licet, quam
ppellare (si necesse fuerit) et hujus fulciri
portet. Nam, ut nostis, synodum sine ejus
ite fieri non est catholicum, nec episcopus
na synodo, et suo tempore apostolica voca-
gregata definite damnari potest, neque ulla
concilia rata leguntur, quæ non sunt fulta
a auctoritate. Accusatores autem episcopo-
estes super quibus rogastis absque ulla infa-
uspicione vel manifesta macula, et vere fidei
instructi esse debent, et tales quales ad
ium eligere jubet divina auctoritas, quoniam
es (ut antiqua tradit auctoritas) criminari
sunt, nec in eos testificari qui ad eumdem
ent, nec possunt provehi ad honorem; vo-
im ad synodum juxta decreta Patrum cano-
s qui impetitur tam sua præsentia, quam et
atque apocrisiariis per spatium fieri debet
m atque canonicum, quia nisi canonice
fuerit suo tempore et canonica ordinatione,
erit ad conventum quacunque ordinatione
nte voluerit, nullatenus suis respondebit
ribus, quoniam nec sæculi leges hoc permit-
i : quanto magis divinæ?

is vero atque suis rebus exspoliatis nihil
rius significare queo quam sanctissimi Pa-
nierunt, et nostri prædecessores apostolica
ite roboraverunt. Ita enim hæc se habebit,

A episcopos ejectos atque suis rebus exspoliatos Ecclesias proprias primo recipere et sua eis omnia legaliter reddi sancti canones decreverunt, et postea si quis eos accusare voluerit, æquo periculo facere sanciverunt judices esse decernentes episcopos recte sapientes et juste volentes ad tempus, diuque illis resumptis viris et suis potestative fruentibus rebus, amicisque et Dei servis sapientibus consulentibus viris in ecclesia convenientes ubi testes essent singulorum qui oppressi esse videntur. Scimus enim homines inermes non posse cum armatis rite pugnare, sic nec illi qui ejecti vel suis bonis sunt exspoliati cum illis qui in suo stant gradu, et suis fruuntur amicis atque bonis, litigare rite possint. Nec sæculi quoque leges hæc sæcularibus fieri per-
B mittunt, sed prius ejectos vel oppressos aut exspoliatos cum suis omnibus restitui jubent, et postea suo tempore, sicut lex eorum continet, ad placita venire præcipiunt, nec ulla carceris custodia appellantem arceri permittunt. Docent enim ex parte sicut nostis terrena quæ sunt cœlestia. Accusatores vero, et accusationes quas sæculi leges non asciscunt nullatenus sunt in horum admittendæ causis, quia omne quod irreprehensibile est catholica defendit Ecclesia. Decet enim Domini sacerdotes fratrum causas pie tractare, et venerabiliter intendere, atque eorum judicia super sacrificia ordinare, nec proterva aut tyrannica dominatione (ut de quibusdam refertur) sed charitative pro Deo et fraterno
C amore cuncta peragere, et quod sibi quis fieri secundum Dominicam vocem non vult, alii inferre non præsumat, et in qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Ea vero quæ apostolorum prædicatione et Patrum instructione præcepimus semper tenere debemus, ne aliqua nove cudere, aut ad noxam fratrum intendere videamur, sed « alter-utrum onera portemus, ut juxta Apostolum legem Domini adimplere valeamus (*Gal.* VI, 2). » Tempus enim congruum prævideri oportet, quoniam uniuscujusque accusatæ personæ causa rectissime in medio producatur, quatenus gravitatem ejus et consonantiam quæ contra Patrum decreta vel synodorum confessionem prodi minime cognoscant, quam ordinabiliter omnes intendant, ut ad eam in omnibus rationabi-
D liter respondeant, et juste se velle manifeste ostendant. Nullus autem introducatur personaliter, sed accusatores et accusati æqua audiantur ratione juxta quod gestorum ordo exigit. Accusatores vero et judices non idem sint, sed per se accusatores, per se judices, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabiliter ordine. Nam inscriptio primo semper fiat, ut talionem calumniator recipiat, quia ante inscriptionem nemo debet judicari, vel damnari, cum et sæculi leges hæc eadem retineant, de quibus omnibus vera semper fiat æquitas, quatenus accusationis et judicii ac testimonii mercedem per veritatem gestorum consequi valeant. Scriptum est enim : Abominatio Domino labia mendacia (*Prov.* XII, 22), « et testem fallacem

proferentem mendacia, et seminantem inter fratres scandala, atque litigia (*Prov.* VI, 19) » ipso monente atque dicente : « Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum, non facies quod iniquum est, nec injuste judicabis, non considerabis personam pauperis, nec honores vultum potentis, juste judica proximo tuo (*Levit.* XIX, 18 *et seq.*), » et « quod tibi non vis fieri alteri ne facias (*Tob.* IX, 16), » et reliqua. Et maxime præceptum habentes apostolicum attendere nos ipsos et gregi « in quo nos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Dei Ecclesiam, quam acquisivit per sanguinem suum proprium (*Act.* XX, 28). » Convenit et iterum attendere lupos, attendere malos operarios, qui perversa faciunt, et adversa loquuntur, ut detrahere semper discipulis Domini, et infamare quærant, quos corrigere vos et omnes Domini sacerdotes summo studio oportet, quia pejus malum non est, quam ut cives civibus invideant et sacerdotes vel clerici sacerdotibus vel pontificibus insidientur, testante etiam Veritatis voce : « Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei (*Zac.* II, 8). » Et : « Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est ut suspendatur mola asinaria in collum ejus, et demergatur in profundum maris (*Matth.* XVIII, 6). » Et item : « Beatus qui non fuerit scandalizatus in me (*Luc.* VII, 23). Ille proculdubio scandalizatus est in Deum, qui ejus scandalizat episcopum vel sacerdotem, et multa talia quæ hic non inseruntur, ne nimis prolixa efficiatur epistola. Monentes quoque instruere debetis memoratos vicinos vestros, ut a talibus se subtrahant, et quæ illicite contra præfixos fratres egerunt cito corrigant, et quos nobis inconsultis læserunt nobis inconsultis plena satisfactione sanent et cito reconcilient, si noluerint apostolicæ sedis suscipere censuram. Nam si quid fortasse in eis aut contra eos emerserat, nostrum fuerat exspectandum examen, ut nostra (ut semper huic fuit sedi concessum privilegium) aut condemnarentur auctoritate, aut fulcirentur auxilio. Neque enim suo pro libitu nostra debuerant jura pervadere absque apostolicæ sedis dispositione mandante. A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes qui noluerint ab apostolicæ petræ, super quam Christus (ut prædictum est) universalem construxit Ecclesiam, cui episcoporum summa judicia atque majorum causæ, sicut paulo superius memoratum est, reservatæ sunt atque soli datæ, censura a sacerdotali honore secludi. Induciæ enim accusatis in criminalibus episcopis sex mensium, vel eo amplius si necesse fuerit concedendæ sunt, quoniam et laicis hoc permissum nullus sæcularibus imbutus disciplinis ignorat, quanto magis sacerdotibus qui superiores esse eis non dubitantur?

Habetur quoque in decretis sanctorum Patrum sancitum non fore canonicum quemquam sacerdotum judicare vel damnare antequam accusatores canonice examinatos præsentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina, etc. Nec extra propriam fiat provinciam primo discussionis accusatio sine apostolica præceptione, cui in omnibus causis debetur reverentia custodiri, quoniam et antiqua docet hoc Patrum regula, in qua et imperialia pariter statuta concinunt. Criminum, inquiunt, discussio ibi agenda est ubi crimen admissum est. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri, et alibi in canonibus præcipitur. Quæcunque negotia in suis locis ubi orta sunt finienda sunt, et reliqua talia et his similia, salva in omnibus apostolica auctoritate, ut nihil in his definiantur priusquam ei placere cognoscatur quia omnes fultos esse oportet, et si quid eis grave intolerandumque accideret, ejus est semper exspectanda censura. Neque enim proterve aut stimulo suæ cogitationis impulsus (ut sæpe actum agnovimus) detrahere aut accusare præsumat quemquam sacerdotum, quia injuria eorum ad Christum pertinet, cujus vice-legatione pro populo, Christi sanguine redempto, fungitur. Causas enim eorum, quia Dei causæ sunt, ejus esse, **163** judicio reservandas, qui valet corpus occidere, et animam mittere in gehennam (*Matth.* X, 28); qui dicit : Mihi vindictam, et ego retribuam (*Eph.* X, 30). Apud quem conscientia nuda est, cui non absconduntur occulta. Instruendi etiam omnes sunt, quoniam per nos illis Christus intonuit non esse ovium lupi insidias prævidere, sed pastoris (*Joann.* X, 12, 13). Monet ergo beatus apostolus Paulus « ne de his temere leviterque præsumatur judicium, de quibus nemo potest verius vel melius judicare quam Deus (*I Cor.* IV, 5). Tu, inquit, autem quare judicas fratrem tuum, aut cur spernis eum? Omnes enim stabimus ante tribunal. Scriptum est enim : Vivo ego, dicit Dominus. Quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Domino, itaque unusquisque nostrum per se rationem reddet Deo (*Rom.* XIV, 10). In hoc ergo non sibi quispiam temerarios ausus usurpet, ut præter quod concordiam pertinet aliud agat unde unitas Ecclesiæ sic dissipetur. Non ergo leviter quisquam assentiat in detractione, vel judicatione, vel damnatione fratrum maximeque sacerdotum qui proximiores sunt Deo, et qui proprio ore corpus Christi conficiunt, quia ob hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ (*Eph.* V, 6) » qui Christum persequuntur in suis membris. « Nolite, fratres, nolite effici participes eorum (*Ibid.* 7), nec communicetis peccatis talium, aut infructuosis verbis illorum. Magis autem redarguite talium cœtus, qui extendere moliuntur, quasi arcum in fratres linguas: defendite ergo, fratres, et omnes monete ut armentur contra fratrum persecutores. « Confidimus autem de vobis meliora et viciniora saluti (*Heb.* VI, 9), » quia « neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia. Magistro gentium docente, poterit nos separare a charitate Domini nostri Jesu Christi (*Rom.* VIII, 38, 39), » quæ maxime in sacerdotibus et reliquis perficitur membris ejus. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet

remunerationem. Ecce enim judex ante januam assistit, coronas hilariter promittens his qui pro eo fratribus auxilium ferunt et oppressis succurrunt, atque in charitate collaborant. Quod si subtraxerit se quis, non placebit Deo, sed cadit, quia non sublevavit cadentem, sed emarcuit. Non autem simus subtractionis in oppressionem, sed adminiculi in acquisitionem et supplementum fratrum. Propter quod « assumite armaturam Dei, ut possitis resistere omnibus taliter præsumentibus, et induite vos loricam justitiæ, et calceati pedes in præparationem Evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere, et galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem et obsecrationem (*Eph.* VI, 13 *et seq.*) » « radicati et fundati (*Eph.* III, 17), » ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis chismata, dividentes corpus Ecclesiæ, bonum et integrum in tortuosas novitates. Monet ergo Apostolus non amplius nos invicem temere judicare (*Rom.* XIV, 13). » Temere enim judicat, si quis episcopum absque sedis apostolicæ auctoritate condemnat, cum ei, ut paulo superius prælibatum est, hoc specialiter privilegium reservatum sit. « Sed hoc judicate magis, inquit, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum (*Ibid.*, 14). » Patenter enim his et aliis innumerabilibus decretorum testimoniis omnibus manifestum est non debere episcopum damnari, licet ejus perscrutetur opinio, donec judicium de ore nostræ apostolicæ auctoritatis, hoc est Principis apostolorum cognoscatur, utpote quoniam solus et præ omnibus creditus est, atque percipere meruit a rege regum Christo Deo claves regni cœlorum ad aperiendum fidelibus et benevolis hominibus in eumdem Dominum nostrum, et claudendum infidelibus et malevolis atque suis sacerdotibus, et sanctæ Ecclesiæ suo pretioso sanguine redemptæ impugnatoribus sive nocentibus. Quod utique et nos facere postulavit non quod novi aliquid nunc imperatur, sed illud quod per desidiam aliquorum aut scienter aut negligenter transgreditur deinceps observetur ab omnibus, ut illa semper quæ apostolica et Patrum traditione constituta sunt sub metu irrefragabili auctoritate teneantur. Scriptum namque est in secunda ab Thessalonicenses Epistola, et ad Timotheum, Apostolo monente : « State, et tenete traditiones vestras quas didicistis, seu per verbum, seu per epistolam (*II Thess.* II, 14). » Item alibi per prophetam : « Exspectavi quoque, sicut beatus Isaias intonuit, ut facerent judicium, fecerunt autem iniquitatem et non justitiam, sed clamorem omnes pios conturbantes (*Isa.* V, 7), » et hoc scire debeant quoniam « judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt, licet divitias bonitatis Dei, et sustentationis, et patientiæ ignorantes, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam eos adducit, secundum duritiam autem eorum, et cor impœnitens thesaurizant sibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus (*Rom.* II, 5 *et* 6). » Et alibi scriptum est : « Ego sum Dominus Deus vester. Non facietis iniquitatem, » « Injudicio non accipies personam hominis (*Matth.* XXII, 16), » « Neque mireris vultum potentis (*Levit.* XIX, 15), » Ab omni iniquo verbo recedes, « Innocentem et justum non oppugnabis, neque interficies (*Dan.* XIII, 53). » Ille procul dubio facit iniquitatem in judicio quæ ea sibi vindicat quæ ei vindicare non licet. Ideo quæ huic sanctæ sedi concessa sunt, nullus usurpare sine ejus consultu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus ut contemptor judicari. Itaque oportet negligentes propulsare, sed ita ut nocentes non roborentur, et bonos improbis aut insidiatoribus fratrum resistere, ne torpore desidiæ oppressi taciturnitatis teneantur obnoxii. Itaque qui potest obviare et perturbare perversos, et non facit, nihil aliud est quam favere eorum impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obviare. Sitis autem perfecti et integri in eodem sensu, et in eadem scientia firmati, ut per eam vias vestras dirigentes in eumdem inflexibiliter omnibus occurratis oppressis, quia vobis creditur Dominus, ad quem accedentes lapidem vivum ab hominibus quidem reprobatum, et propter talium impietatem, a Deo autem electum, et honorificatum, super quem « vos tanquam lapides vivi ædificamini in domum spiritualem, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias ipsi in odorem suavitatis (*II Petr.* II, 5). » Gratum enim admodum est sacrificium Domino oppressis subvenire, quanto magis de quibus ait : Qui vos audit, me audit : et qui vos spernit me spernit, etc. (*Luc.* X, 16). Libat quidem Domino prospera, qui ab afflictis et oppressis pellit adversa. Sed et nunc, fratres, « commendamus vos Deo et verbo gratiæ ejus, qui potest perficere, et dare hæreditatem in omnibus sanctificatis (*Act.* XX, 32). » « Ipse autem Deus pacis et consolationis det vobis idipsum sapere in alterutrum, et in ipso semper et in omnibus, ut unanimes uno ore, et uno corde honorificetis eum (*Rom.* XIV, 5 *et* 6) » in concordiam, et auxilium fratrum, « qui potens est confirmare omnes, et consolari secundum Evangelium ejus et juxta revelationem mysterii temporibus æternis taciti (*Rom.* XVI, 25), » patefacti autem per Scripturas sanctas et patrum orthodoxorum doctrinas secundum præceptum æterni Dei, ad obediendum fidei in omnibus cognitis nobis (*Rom.* I, 5) » soli sapienti Deo Domino nostro Jesu Christo, cum quo Patri et Spiritui sancto, gloria, honor et imperium et potestas in sæcula sæculorum. Amen (*Rom.* XVI, 27). Dominus vos custodiat, dilectissimi fratres, incolumes semper. Data 8 Novembris, Flaviano et Stilocone IV consulibus,

Quod omnes de Filio Dei et Spiritu sancto, et de unitate Trinitatis male sentientes similes sint Judæis, et de unitate Trinitatis.

Quod si quis patiatur Deum Patrem, et Deum Filium, et Spiritum sanctum deos dici, et non Deum propter unam divinitatem, et potentiam quam cre-

dimus esse, et scimus Patris, et Filii, et Spiritus sancti Deum, subtrahens aut Filium, aut Spiritum sanctum, ita solum æstimet esse, Deum Patrem dici, aut credi unum Deum anathematizamus, omnibus imo Judæis, quod nomen deorum in angelis et in sanctis omnibus a Deo est positum et donatum. De Patre autem et Filio, et Spiritu sancto propter unam et æqualem divinitatem non nomen deorum, sed Dei nobis ostenditur, atque indicatur, ut credimus, quia in Filio et Spiritu sancto solummodo baptizamus, et non in archangelorum nominibus aut angelorum, quod hæretici, aut Judæi, aut gentiles dementes faciunt. Hæc ergo est salus Christianorum ut credentes Trinitati, id est Patri, et Filio, et Spiritui sancto in veram solamque divinitatem, unam et potentiam, majestatem, et substantiam ejusdem deitatis sine dubio credamus. Dicit quoque beatus Isaias: Propter Sion non tacebo, et propter Hierosolyman non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, salvator ejus ut lampas accendatur (*Isa.* LXII 1). Profecto catholicæ Ecclesiæ, quæ vera consistit Sion, civitas Christi cœlorum regis per tot annorum spatia expugnata ab adversantibus verbo fidei, » qui neque Deum timent, neque hominem reverentur (*Luc.* XVIII, 2), » sed incassum producentibus pias et canonicas de hoc verbo doctrinas, dum et adversis tantisque quæ in scripto et sine scripto contestationibus invitati fuissent corrigere propriam et sepelire hæresim, sicuti et per anteriorem cognitionem luculentius demonstratum est tam per libellos quam per suggestiones reverendissimorum sacerdotum et venerabilium abbatum Apostolo protestante nobis « Hominem hæreticum post primam et secundam correptionem evitare debeamus (*Tit.* III, 10), » scientes quia subversus est hujusmodi, et delinquit proprio judicio condemnatus, nullo modo oportet nos deinceps tacere aut quiescere, ne quoquo modo iniqui judicemur odibilem Deo pacem amplectentes. Quoniam scriptum est: « Zelavi in peccatoribus pacem peccatorum videns (*Psal.* LXXII, 3), » et dicatur etiam de nobis: Sacerdotes mei contempserunt legem meam, et polluerunt sanctuaria mea (*Ezech.* XXIII, 38), inter sanctum et profanum non habuere distantiam, inter pollutum et mundum non intellexerunt; sed consurgere cum Deo, et consistere prompte induentes arma spiritus adversus malignantes contra fidem ejus, ut probemus spiritus sapienter, id est verba illorum, si ex Deo sunt. Scriptum est enim in Jeremia; « Probatorem dedi te in populo meo robustum, et scies et probabis viam eorum (*Jer.* VI, 27).» Multum namque nobis necessaria est vigilantia, et tantum divinum sapientiæ discretionis quæ occulta tenebrarum revelat ad requisitionem hujusmodi rei, et scrutationem, quoniam latet quodammodo et absconditur vixque comprehenditur dolosa existens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium mentem latere, quod utique sciens beatus Apostolus ait: « Nam hujusmodi pseudoapostoli operarii subdoli transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirum, ipse enim Satanas transfigurat se velut angelum lucis. Et non mirum, si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ, quorum finis secundum opera eorum (*II Cor.* II, 13, 14). » Sed et Dominus in hoc præmuniens nos ait: « Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos (*Matth.* VII, 15). » Ergo in idipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, et dicentes cum David: « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua (*Psal.* CXVIII, 18). » « Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, et lumen semitis meis (*Ibid.* 105), » quoniam, sicut ait beatus Daniel propheta, « Sapientia et fortitudo ejus sunt, dat sapientiam sapientibus, et scientiam intelligentibus disciplinam, ipse revelat profunda et abscondita, et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est, quia sapientiam et fortitudinem dedisti mihi, et ostendisti mihi quæ rogavi te (*Dan.* II, 20-24). » Cum ope divina uniuscujusque personæ conscripta per novitatis commentum accusati sunt, de venerabili scrinio obsecundantibus nobis ordinabiliter offerentibus solertius intendamus.

De chorepiscopis, et qui idem sint, aut si aliquid sint aut nihil.

Dominis venerabilibus fratribus, PROSPERO Numidiæ primæ sedis episcopo, LEONI, REPARATO, ALEXANDRO, BENEDICTO, RUFO, et omnibus cæteris, ubique in recta sancta et apostolica fide consistentibus orthodoxis episcopis, DAMASUS.

Licet, fratres charissimi, vobis sint nota Patrum decreta, mirari, tamen non possumus vestram solertiam circa instituta majorum, ut cuncta quæ possunt **164** aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput, ut semper fuit consuetudo, deferre non desinatis, ut inde capiatis responsa unde accepistis institutionem et normam recte vivendi. Unde et vos non immemores canonum esse recordamur, qui et ipsum fieri præcipiunt non ut vobis scientiæ ecclesiasticæ regulæ aliquod desit, sed ut auctoritate sedis apostolicæ fulti in nullo ab ejus devietis regulis.

Igitur de chorepiscopis de quibus non consulere quale sit eorum ministerium, aut quid eis agere liceat, aut quam auctoritatem habeant, vel si licet eos fieri an non, quia audivimus eos jam esse prohibitos, aut quid de eis, qui jam ordinati reperientur agendum sit, nil vobis certius respondere videtur quam olim a prædecessoribus nostris decretum reperimus, ut eis ad veniam nihil prorsus ad aliud reservetur quam privatio sacri ministerii quod illicite assumpserunt, quia prohibiti tam ab hac sacra sede quam a totius orbis fuerant episcopis. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est prava, quia ut hi de summo sacerdotii ministerio aliquid præsumant omni auctoritate caret, et sacris canonibus invenitur esse contrarium, atque ad totius Ecclesiæ perturbationem superba et superflua tendit elatio, et vacuum est et inane quidquid in

to sacerdotii summi egerunt ministerio. Quod
m sint qui et presbyteri sufficienter invenitur
formam et exemplum septuaginta inveniun-
us instituti. Sed quia, Deo gratias, modo ne-
i, sicut in primitiva Ecclesia propter studium
rga pauperes exigebant, non sunt, et quia illi-
æsumebant, et quod agebant actum non erat,
›terea multi in securitatem lapsi ecclesiastico
bantur et frustrabantur ministerio, ideo tam
ɔ sancta sede (ut superius memoravimus)
ab omnibus totius orbis episcopis a pontifica-
unt remoti officiis. Nam, ut nobis relatum est,
n episcoporum propter suam quietem eis ple-
as committere non formidant, et ut illicita
›rohibita agant, id est, ea quæ solis pontificibus
ur sibi usurpant, et ipsi in sua quiete torpent,
am sibi a Deo commissam negligunt, cum
us dicat : « Bonus pastor animam suam ponit
ibus suis, et vocat eas nominatim, et cogno-
as, et suæ agnoscunt eum (*Joan.* x, 2-11). »
m : « Sicut novit me Pater, et ego agnosco
n, et animam meam pono pro ovibus meis
11). » De mercenario autem quid dicat
ıostis, quia « vidit lupum venientem, et dimit-
s, et fugit, et lupus rapit, et dispergit oves »
12), et reliqua. Pro talibus vero negligitur cura
iæ, et ejus status perturbatur, et ideo sunt
›iti, intantum ut si aliquis ex his reperti fue-
ı proprio decidant gradu. Illi namque episcopi,
lia sibi præsumunt, videntur mihi esse mœre-
as similes, quæ, statim ut pariunt infantes suos,
ıutricibus tradunt educandos, ut suam citius
ıem explere valeant; sic et isti infantes suos,
populos, sibi commissos aliis educandos tra-
ut suas libidines expleant, id est, ut suo pro
sæcularibus curis inhient, et quod unicuique
ı fuerit liberius agant; pro talibus enim animæ
guntur, oves pereunt, morbi crescunt, hæreses
ıismata prodeunt, Ecclesiæ destruuntur, sacer-
vitiantur, et reliqua mala proveniunt. Non
r Dominus docuit, nec apostoli instituerunt,
psi qui curam suscipiunt ipsi peragant, et ipse
rios manipulos Domino repræsentent. Nam ipse
ı perditam diligenter quæsivit, ipse invenit, ipsi
riis humeris reportavit, nosque idipsum facere
ocuit. Si ipse pro omnibus tantam curam ha-
it, ipse docuit, ipse curavit, ipse sanavit, ipse
›riis humeris reportavit, atque intantum dilexit,
›tiam animam suam multas sustinens injurias,
la opprobria, multasque passiones pro nobis tra-
t. Quod nos miseri et desides dicturi sumus,
etiam pro ovibus nobis commissis curam impen-
: negligimus, et aliis eas deducandas tradimus?
igantur hæc, fratres, necesse est, quia qui plus
rat majorem mercedem accipiet. Nam non am-
s quam duos ordines inter discipulos Domini
cognovimus, id est duodecim apostolorum, et
uaginta discipulorum. Unde iste tertius proces-
: funditus ignoramus, et quod ratione caret

A exstirpare necesse est. Quod enim episcopi non sint qui minus quam, a tribus sunt ordinati episcopis omnibus patet, quoniam, ut bene nostis, prohibitum a sacris est Patribus, ut qui ab uno vel a duobus sunt ordinati episcopis, nec nominentur episcopi. Si nomen non habent qualiter officium habebunt? Quidquid enim inter episcopos, aut de rebus ad eos solummodo pertinentibus egerint, necesse est, ut superius jam prælibatum est, ut irritum fiat, quia quod non habent, dare nequaquam possunt, præsertim cum nullum ex septuaginta discipulis, quorum speciem isti antequam prohiberentur, ut superius memoratum est, in Ecclesia gerebant, nil de hoc quod apostolis eorumque successoribus specialiter debebatur, legitur assumpsisse,

B nec in lege Domini quæ Moysi ab ipso Domino legitur dictata, de his quæ summis sacerdotibus, id est Moysi, et Aaron erant specialiter concessa, filii Aaron quidquam præsumant. Nulli enim dubium est, quod Moyses et Aaron soli, præcipiente Domino, in tabernaculo Dei erigebant altare, soli ungebant, soli sacerdotes sacra unctione instituebant, et alia quæ ad summum sacerdotium pertinebant, de quibus sufficienter in divinis legitur litteris, agebant, quoniam summi Domini sacerdotes erant, sicut de eis scriptum est : « Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus (*Psal.* XCVIII, 6), » sic et modo, quia umbra legis transiit, et lux Evangelii in nos Dei gratia manifeste coruscat, de his quæ in summis sacerdo-

C tibus, id est episcopis quorum figuram Moyses et Aaron tenuerunt, illi qui septuaginta discipulorum formam gestant, in quorum videlicet typo filii Aaron erant nihil præsumere debent, sicut nec illi quidquam de summi sacerdotii ministerio attingebant. Nam quod chorepiscopi antequam præfato prohiberentur tenore ad formam septuaginta instituti erant, canon sufficienter manifestat, ubi ait : Chorepiscopi quoque ad exemplum et formam septuaginta videntur esse, et reliqua. Nec illud prætereundum nobis videtur, quod alibi in canonibus expressum est : Qui in vicis et possessionibus chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem episcoporum perceperint, et ut episcopi consecrati fuerint, et cætera.

D Nec ab re dictum perpendo, quanquam manus impositionem episcoporum perceperint, cum episcoporum nomen pluralem in se contineat numerum, et apud grammaticos pluralis sit genitivus, ut detur enim mihi quod tunc non ab uno, sed a pluribus ordinabantur, quia nullatenus diceret episcoporum, si ab uno fieret talium ordinatio, cum episcoporum pluraliter dictum sit. Cum autem dixit chorepiscopum, profecto villanum voluit intelligi episcopum; et si villanus, quid agit in civitate, cum in una civitate duo omnino prohibeantur esse episcopi? Et si in villa et in eo loco ubi antea episcopi non fuerunt, cum et in modica civitate, vel in villa, aut castello episcopus fieri prohibeatur, et in omnibus omnino locis, ubi antea episcopi non fuerunt, ne

vilescat auctoritas et nomen episcopi fuerint constituti, quid, rogo, erunt? Ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco. Quoniam si episcoporum manus impositionem perceperunt, et ut episcopi sunt consecrati, ubi sunt consecrati ad villam, quia chore villa est apud Græcos, et qualiter ad villam, si nec in castello, aut in modica civitate licet fieri, rogo ut promatis, et si promere non potestis, quia scio per rationem, aut plenam auctoritatem minime potestis, digitum ori imponite, et eos omni auctoritate carere non dubitate, scilicet quia tria obstant quibus eorum cassatur actio vel institutio. Unum, quod ab uno episcopo ordinari solent, in quo eorum ordinatio a canonibus discordat, qui per manus episcoporum eos institui jubent. Aliud, si a pluribus episcopis sunt ordinati, et aut in villa, aut castello, seu in modica civitate, aut omnino non in eo loco præfixi, quo juste episcopi fieri debent, aut dudum non fuerunt ubi non vilescat auctoritas, et nomen episcopi, aut si in civitate cum altero episcopo, cum, ut prædictum est, in una civitate duo non debeant consistere episcopi. Tertium si absolute fuerint instituti, sicut de quibusdam audivimus, quæ omnia episcopali omnino carent auctoritate. Et illud adhuc restat, quod eorum ordo non habet in divinis litteris auctoritatem, quia, ut præfixum est, ordines sunt duo tantum primi in Ecclesia, id est apostolorum, et septuaginta discipulorum. Sane si nec episcopi sunt, quia pro præfatis causa episcopi esse non possunt, nec presbyteros se nominari volunt, quia amplius esse ambiunt, atque plusquam septuaginta discipulorum fecissent, ad quorum formam, ut paulo superius prælibavimus, hi antequam prohiberentur a quibusdam stultis, et « sua quærentibus, non quæ Christi Jesu (*Phil.* II, 21) » instituebantur, præsumere tentant, et illicita atque prohibita agere præsumunt, nec hoc dici se volunt quod sunt, rogo ut manifeste prodatis quid sint, quoniam aut aliquid sunt, aut nihil. Nam manifeste patet, quoniam episcopi non sunt, et si episcopi non sunt, et presbyteri esse despiciunt, quid erunt? Aut aliquid prorsus erunt, aut nihil, quia nihil potest esse nisi habeat unde sit, et si non habeat unde sit, aut unde originem ducat, nec auctoritatem habet, nec stare rite poterit, quia inane est, et ut destruatur, et cadat necesse est, quoniam nihil est, et in nihilum reputabitur. Si vero nihil ex his sunt, quæ superius memoravimus, tunc necesse est ut nihil sint ex his quæ sacerdotibus debentur, et ideo nec in sacerdotali catalogo habeantur, nisi tantum, ut primo commemoravimus, ut pro misericordia illis qui humiliter hoc ferre voluerint, nec amplius ambierint, et per scriptum propria manu subter corroboratum idipsum confirmaverint, hoc solummodo concedatur, ut inter sacerdotes locum habeant, et ministerio presbyterorum contenti sint, atque mensæ Domini tantummodo participes existant. Amplius autem qui ambire voluerint, nec hoc retineant, ut sacerdotes sint, sed omni ecclesiastico funditus priventur honore. Quod vero eis non liceat sacerdotes consecrare, nec diaconos, aut subdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec ungere, aut sacrare, nec ecclesias dedicare, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas epistolas mittere, nec populum benedicere, nec ante episcopum in baptisterio aut in sacrario introire, nec præsente episcopo infantem tingere aut signare, nec pœnitentem sine præceptione episcopi sui reconciliare, nec eo præsente, nisi illo jubente, sacrum corporis et sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere, aut salutare, nec plebem exhortari. Quæ omnia solis pontificibus deberi tam ex superioribus quam ex aliis Patrum constitutis, aut sacris canonibus edocti estis, et si necesse est, quibusdam munus [*f.*, minus] scientibus doceri pleniter, et instrui possunt, ut per hoc et discretio graduum, et dignitatis fastigium summorum pontificum demonstretur. Similiter et de presbyteris hæc habeantur, ut sine jussu proprii episcopi nil agant, quia quod rarum est hoc et pulchrius esse videtur. Et si nomen vilescit pontificum, omnis status perturbatur Ecclesiæ. Triplex itaque in hac parte reatus est: quod et prohibita agunt; et quod sacrum ministerium talis consortii vilitate polluitur: et episcoporum quantum ad illicitæ usurpationis temeritatem pertinet jura solvuntur.

Quod autem solis apostolis eorumque successoribus proprii sit officii tradere Spiritum sanctum, liber Actuum apostolorum docet, præsertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti in Ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus impositionem (ut prædictum est) tradisse. Hæc ergo, quia omni carent ratione, nullus deinceps usurpet, aut consentiat sacerdotum qui noluerit a **165** nostro sacerdotali collegio separari. Nec quod a nobis exstinguitur, et a prædecessoribus nostris ac reliquis, ut dictum est, totius orbis episcopis jam exstinctum est, apud aliquos tenebrosis seminetur radicibus; sed, quæ male pullulasse noscuntur, radicitus evellantur, ne messem Dominicam ulla corrumpant zizania. Ita enim fructum uberem Domini sacerdotes præstabunt, si ea quæ natam segetem enecare consuerunt radicitus amputentur. Cesset ergo tot judicibus prohibita et damnata præsumptio, nec imitentur summi sacerdotes mulieres meretrices, quæ infantes suos præfata voluptate aliis ad nutriendum tribuunt, sed ipse Domino suo nutriant, ipsi fructum cum usura reddant, fructuososque manipulos et cum gloria repræsentent. Nam si Dominus leprosos inter cæteras ovium suarum curas tetigit et mundavit, cur nos eadem agere dedignamur? aut cur nos ipsi qui pastorale officium suscepimus aliis alendas tradimus? maxime cum Dominus Petro præceptori nostro dixerit: « Si diligis me, pasce oves meas, » et multa talia et his similia (*Joan.*

. Nam benedictio quam prædicti corepiscopi
ım prohibitionem per manus impositionem
magis nobis videtur vulnus inferre quam
, et illi qui pontificatus apicem habebant,
lo ea quæ non habebant dare poterant,
a nihil danti erat quod ipse possit accipere?
s hominum, licet more humano loquamur,
test quod non habet? Præsertim cum ponti-
n erant, ea quæ solis pontificibus debentur,
n poterant. Et propterea magis vulnerabant
uæ per manus impositionem tangebant, cum
eis collata non erant per aliquam benedictio-
rent. Et ideo quidquid ex supradictis minis-
ontificalibus præsumebant irritum erat, et
:tis perficiebant, sed magis juxta prophetam
ictionem pro benedictione, si ratum est dice-
erebant (*Jer.* XLIV, 8). » Quapropter per illam
manus impositionem, ut paulo superius
rimus, vulneratum caput illi qui videbantur
accepisse habebant. Et ubi vulnus infixum
:esse est medicinam adhibere qua infixa sa-
acula, id est, reiterari necesse est, quod le-
ictum, aut collatum minime approbatur, si
ım esse debebit. Nam quomodo honorem
:tinere qui ab illo acceperit, qui potestatem
gitime non habuit, invenire non possum,
qui honorem pontificalem non habuit, pon-
non potest jura tribuere, nec hoc sibi pote-
ndicare, cujus capaces per hoc quod illis
at non fuerit. Hujus ergo discussionis curam
pecialiter vindicantes ita misericordiam ro-
ut si qua forsitan his commissa sunt corri-
ne talia liceat ultra committi, et ne qua
io de ignoratione nascatur, quia ut nobis
ionem facit Ecclesiarum status salubri dis-
e attributus, vel adornatus, ita non levi
:rore contristat quoties aliquid contra in-
anonum vel ecclesiasticam disciplinam præ-
n, aut commissum cognoscimus. Quæ si non
bemus vigilantia resecemus, illos qui nos
ores esse volunt excusare non possumus, si
:lesiam quæ nobis generaliter commissa est
tum prævalemus puram a tam illicitis su-
nibus non custodiamus, quia non aliter unus
:t unus pastor sumus, nisi quemadmodum
as docet idipsum dicamus omnes, « simus
erfecti in eodem sensu et in eadem sapien-
r. I, 10). » Nec aliter veri discipuli Domini
nisi radicem amaritudinis sursum germi-
, sicut hæc, ut asseritis modo, facit ne no-
leant ut episcopale ministerium vilescere
er eorum negligentiam, id est omnium sa-
m, qui evellere mala, et meliora plantare
eo præpositi, unusquisque pro viribus ex-
festinet, et ipse qui pro suis ovibus est
judici rationem redditurus eas fovere et edu-
:ertet. Si Domini desideramus esse discipuli,
mitemur vestigia, ut de nobis dicatur: « Ego
stor bonus, et cognosco oves meas, et voco

A eas nominatim, et cognoscunt me meæ, et reliqua (*Joan.* X, 14). » Et iterum, monente Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, ut Christi oves, qui Christum amat diligenter, et cum magna cura pascat, quoniam ipsius sanctæ sedis cui (per abundantiam divinæ gratiæ præsumus) amore et reverentia coarctamur, ut tantæ superstitionis, quæ nulla (ut supra dictum est) fulcitur auctoritate, periculum, quantum possumus, declinemus, ne beati magistri nostri, et summi apostoli dilectio, qua se amatorem Dei esse testatus est, vana inveniatur in nobis, quoniam omnis negligenter pascens toties sibi commendatum Dominicum gregem convincitur summum non amare pastorem, nec ejus se velle
B discipulum fieri, cujus exempla negligit imitari, nam gratia prorsus major acquiretur, si de commissis ovibus lucrum offerat Domino sollicitudo pastoris. Nam et beatum Jacob, qui pro uxoribus diu servierat, dixisse meminimus: « Viginti annis fui tecum. Oves tuæ et capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam, et quidquid furto perierat a me exigebas, die nocteque æstu urebar et gelu, fugiebat somnus ab oculis meis (*Gen.* XXXI, 38, 39). » Si ergo laborat et vigilat qui pascit oves Laban, quanto labore, quantisque vigiliis debet intendere qui pascit oves Deo? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ovibus
C animam, et adjuvet nos ut de his qui nobis commissi sunt, fructum multiplicem ac mensuram supereffluentem ad æterna gaudia reportare concedat, tantusque vos beati Petri apostolorum principis amor incendat, ut in ovili ipsius, cui omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes, et illicita atque prohibita præsumentes sanctis vestris studiis summo reintegrare cum desiderio festinetis, qualiter animæ pretioso Christi sanguine redemptæ eorum non pereant deceptione.

Restat enim quod per ostium hi nequaquam subintrarunt, quia non habebant ostium per quod ingrederentur, quia ut dictum est: Si nec episcopi sunt, et plusquam presbyteri esse ambiunt, per quod ostium intrabunt? cum hi tantum duo ordines in
D Ecclesia leguntur, nec amplius ad pastorale officium aliquod patet ostium per quod pastor intret. Audite, fratres, non me, sed ipsam dicentem Veritatem: « Qui non intrat per ostium in ovile omnium, sed ascendit aliunde, hic fur est et latro (*Joan.* X, 1), » et reliqua. Cum etiam egregius prædicator dicat: « Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est (*I Cor.* III, 11). » Cum prædicta duo fundamenta in Ecclesia tantum inveniantur posita, quidquid amplius positum in his invenitur, stare nullatenus poterit; et ideo cum omnibus suis fundamentis et actionibus, atque radicibus, ut evellatur necesse est, ita ut amplius pullulare nec germinare valeat. Non ergo generet, et non faciat vobis, fratres, toties repetita locutio fasti-

dium, quia summa necessitas est, sæpius prohiberi quod toties a vobis ut cognovimus illicite usurpatur, et quoniam Veritas sæpius exagitata magis splendescit ut lumen, et quod toties repetendo admonetur nimis usurpatur. Super his enim multa jam ab antecessoribus nostris dicta sunt, a quibus ipsi sicut nunc a nobis, ita olim ab eis damnata et prohibita sunt. Ideo, sæpius repetentes omnes monemus ut vitentur hujusmodi, et a talibus se abstineant, qui noluerint una cum eis a sacerdotali ministerio, ut rebelles fieri alieni, quod ita demum probare poterimus, si tales exstirpare, et non eis favere decertaveritis, et ita in postmodum de tali re querela ceasabit, quia contumeliæ studio fit, quidquid interdictum toties usurpatur. Omnia hæc decretalia et cunctorum decessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita vobis et omnibus episcopis ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari, quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret, et merito nos qui summa Ecclesiæ tenere debemus gubernacula causa respicit, si silentio faveamus errori. Data Kalendas Junii, Libio et Theodosio IV cc. consulibus.

Item de sacerdotibus qui de ecclesiis suis ad alias migrant ecclesias.

Eos autem sacerdotes qui de ecclesiis suis ad alias migraverunt, tandiu a communione nostra habemus alienos, quandiu ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti, quoniam si alius alio transmigrante in locum viventis ordinatus est, tandiu vacet sacerdotii dignitate qui suam deseruit civitatem, quandiu successor ejus quiescat in Domino.

Item epistola Damasi et episcoporum qui ad eum in Romanam urbem ex Italia et Gallia convenerant.

Damasus et cæteri episcopi Romæ congregati, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis episcopis, in Domino salutem.

Credimus sanctam fidem vestram in apostolorum eruditione fundatam hanc tenere, et hanc populis universis exponere, quæ videlicet a constitutis Patrum nulla ratione dissentit, per quos justum est cæteros erudiri. Sed relatione Gallicanorum, et venerandorum fratrum quosdam hæresibus favere cognovimus. Quod malum non solum cavere debent episcopi, sed etiam reluctari contra ea quæ gesta sunt imperitia, aut simplicitate quorumdam pravis interpretationibus deceptorum. Variis ergo doctrinis non decet labefactari, sed magis Patrum nostrorum laborare sententiis. Auxentium ergo Mediolanum præcipue in hac causa damnatum esse liquet. Unde justum et universo Romanorum orbe doctores legis ea quæ legis sunt sapere, et non fidem doctrinis variis maculare. Itaque dum primum hæreticorum cœpisset nequitia pullulare, sicut etiam nunc blasphemia pullulare, patet Arianorum, tunc Patres nostri, trecenti decem et octo electi, habito in urbe Nicæna, hunc murum fortissimum arma diabolica statuerunt, et hoc remedio mortifera sunt depulsa, ut Pater et Filius u vinitatis, unius virtutis, uniusque magnitud beat credi, uniusque essentiæ sive substanti et Spiritus sanctus. Aliter enim sapientes esse a nostra communione judicaverunt. Qu minum salutarem adorabilemque deliber corrumpere quidam aliis cogitationibus, atqu rare voluerunt, sed in ipso principio ab qui in Arimino revocari, aut retractare co bantur, usque ad hoc causa correpta est ut rentur alia sibi circumventione subreptum, a quia non intellexerunt Patrum sententiæ in constitutæ hoc esse contrarium, neque enim dicium aliquod fieri potuit, per numerum congregatum, quando constat neque Roman scopum cujus ante omnia decebat eos exs decretum, neque Vincentium qui tantis an scopatum inviolabiliter custodivit, neque ali bus præbuisse consensum, maxime dum prædiximus) isti ipsi qui per conventionem nasse videbantur, ipsi denuo utentes melio silio hæc sibi displicere testati sunt. Perspicit vestra salubritas hanc solam fidem quæ apostolorum auctoritate fundata est esse pe firmitate servandam, et simul orientales hoc nobiscum qui se catholicos esse cognoscun dentales etiam gloriari. Credimus autem lang in isto conamine non tarde a nostra sepa esse communione, et ab eis episcopatus nom ferri, quatenus populi eorum liberati errore rent. Nullo enim modo a deceptione poterun rigere populum, qui deceptionis laqueo d tur. Concordet etiam cum omnibus Dei sacer etiam charitatis vestræ sententia in qua vos firmos existere judicavimus. Si ergo nos vol recte credere debemus, **166** vestræ nos ch litteris lætificate reciprocis. Valete, fratres ch nii. Data XVII Kalendarum Novembris, Siri Ardabure IV cc. consulibus.

Item epistola Damasi ad episcopos Italiæ.

Universis episcopis per Italiæ provincias co tutis, Damasus episcopus in Domino salutem.

Optaveram, dilectissimi, pro nostri charita legii omnes Domini sacerdotes, sicut in pri fuit Ecclesia, « unum esse cor et animam (*Act.* IV, 32), » atque in una devotione persiste quemquam sacerdotum gratia, aut formidine larium depravari, aut a via veritatis quoquo abscedere. Sed quia multa, quæ corrigi po proveniunt, exsuperat culpas delinquentium cordia Dei, atque ideo suspenditur ultio, ut locum habere correctio. Relatum est enim ad apostolicam vos accusationes fratrum per suscipere absque legitimo accusatore. Quod de in omni orbe terrarum fieri apostolica auct prohibemus et quod nuper factum est abeq

ione corrigere rogamus, nec unquam prius pta eorum qui accusantur causam discutere, querelarum institutiones vocati canonice ad n veniant, et præsens per præsentem agnoscat r, et intelligat quæ ei objiciuntur. Quod bene apientiam Salomonis dicitur : « Antequam ne reprehendas, intellige prius, et tunc antequam audieris ne respondeas (*Eccli.* » Et licet aptissima sit contrariorum re- io, verumtamen oportet his qui elati sunt ad xaminationem ordinem servari ab his qui m Deum perscrutari deputati sunt, quatenus operatione cooperante inveniamus, et con- ı Deum qui dicit : « Ubi duo sunt vel tres ati in nomine meo, ibi sum in medio eorum XVIII, 20). » Nam et Dominus noster Jesus Judam furem esse sciebat, sed quoniam non sentialiter accusatus, ideo non est ejectus. ullo modo agere oportet, quod ille noluit facere, leges enim sæculi accusatores præsentes exigunt, et non per scripta absentes. Unde canonica Patrum constituta non semel, sed sæpissime clamant nec accusationes, nec testimonia ulla per scripta posse proferri, nec de aliis negotiis quicunque testimonium dicant, nisi de his quæ sub præsentia eorum esse noscuntur. Similiter et qui alium accusare elegerit, præsens per se et non per alium accuset, scriptione videlicet præmissa, neque ullus unquam judicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum quoque est ne ita quisquam subrepat, faciatque citius quod non licet. Omnipotens Deus hæc vos et cuncta divina mandata et apostolica præcepta custodientes in cunctis actibus vestris cœlestis brachii extensione protegat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ cum multiplici animarum fructu perducat, Amen. Data III Idus Aprilis, Siricio et Ardabure IV cc. consulibus.

INCIPIUNT DECRETA SIRICII PAPÆ.

Arianis catholicis non baptizandis.
præter Pascha et Pentecosten baptismus non ur.
apostatis ab Ecclesia separandis.
n liceat alterius sponsam in matrimonium

his qui acceptam pœnitentiam minime ser- t.
monachis et virginibus propositum non ser- .
ministris incontinentibus.
les debeant ad clericatus officium perve-

his qui grandævi ad sacram militiam con- ır.
clericis qui ad secundas nuptias transeunt ıantur.
feminis quæ cum clericis debeant habi-

monachorum promotione ad clerum.
clericis ut pœnitentiam per impositionem acerdotum accipiant.
pœnitentibus et bigamis seu viduarum ma- non permittantur ad clericatus ordinem

pistola Siricii papæ ad Cumerium Tarraconensem episcopum.

ıs Cumerio Tarraconensi episcopo salu-

a ad decessorem nostrum sanctæ recorda- ımasum fraternitatis tuæ relatio jam me in sius constitutum, quia sic Dominus ordina- nit. Quam cum in conventu fratrum sollici- emus, tanta invenimus quæ reprehensione et ne sunt digna, quanta optaremus laudanda cognoscere. Et quia necesse nos erat in ejus labores curasque succedere cui per Dei gratiam successimus in honorem, facto ut oportebat primitus meæ provectionis indicio, ad singula prout Dominus aspirare dignatus est, consultationi tuæ responsum competens non negamus, quia officii nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus major cunctis Christianæ religionis zelus incumbit. Portamus onera omnium qui gravantur, quinimo hæc portat in nobis, beatus apostolus Petrus, qui nos in omnibus (ut confidimus) administrationis protegit et tuetur hæredes.

Cap. I. Prima itaque paginæ tuæ fronte signasti baptizatos ab impiis Arianis plurimos ad fidem catholicam festinare, et quosdam de fratribus nostris eos denuo baptizare velle, quod non licet, cum hoc fieri et apostolus vetet, et canones contradicant, et post cassatum Ariminense concilium missa ad provincias a venerandæ memoriæ prædecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant : quod nos cum Novatianis aliisque hæreticis, sicut est in synodo constitutum, per invocationem solum septiformis Spiritus, et episcopalis manus impositionem catholicorum conventui sociamus, quod etiam totus Oriens Occidensque custodit, a quo tramite vos quoque post hæc minime convenit deviare, si non vultis a nostro collegio synodali separari sententia.

II. Sequitur de universis baptizandorum temporibus, prout unicuique libitum fuerit, improbabilis et emendanda confusio, quæ a nostris consacerdotibus, quod commoti dicimus, non ratione auctoritatis alicujus, sed sola temeritate præsumitur, ut passim ac libere natalitiis Christi, seu apparitionis, necnon et apostolorum, seu martyrum festivitatibus innumeræ (ut asseris) plebes baptismi mysterium consequantur,

cum hoc sibi privilegium apud nos et apud omnes ecclesias Dominicum specialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat; quibus solis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi convenit sacramenta, his duntaxat electis qui ante quadraginta, vel eo amplius dies nomen dederint, et exorcismis quotidianisque orationibus atque jejuniis fuerint expiati, quatenus apostolica impleatur illa præceptio, ut « expurgato fermento veteri nova incipiat esse conspersio (*1 Cor.* v, 7). » Sicut sacram ergo paschalem reverentiam in nullo dicimus esse minuendam, ita infantibus qui nondum loqui potuerint per ætatem, vel his quibus in qualibet necessitate opus fuerit, sacri unda baptismatis omni volumus celeritate succurri, ne ad nostrarum perniciem tendat animarum, si negato desiderantibus fonte salutari, exiens unusquisque de sæculo, regnum perdat et vitam. Quicunque etiam discrimen naufragii, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguum, vel cujuslibet corporalis ægritudinem desperationis inciderint, et sibi unico credulitatis auxilio poposcerint subveniri, eodem quo poscunt momento temporis expetitæ regenerationis præmia consequantur. Hactenus erratum in hac parte sufficiat, nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicæ petræ super quam Christus universalem construxit Ecclesiam, soliditate divelli.

III. Adjectum est etiam quosdam Christianos ad apostasiam (quod dici nefas est) transeuntes, et idolorum cultu ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos a Christi corpore, et sanguine quo dudum redempti fuerant nascendo jubemus abscindi, et si resipiscentes forte ad lamenta fuerint aliquando conversi, his quandiu vivunt agenda pœnitentia est, et in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda, quia dicente Domino : « Nolumus mortem peccatorum, sed ut convertantur et vivant (*Ezech.* XVIII, 32). »

IV. De conjugali autem vetatione requisiti, si desponsatam alii puellam, alter in matrimonium possit accipere, hoc ne fiat omnibus modis inhibemus, quia illa benedictio quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.

V. De his vero non incongrue dilectio tua apostolicam sedem credit consulendam, qui acta pœnitentia tanquam canes ac sues ad vomitus pristinos et volutabra redeuntes, et militiæ cingulum, et ludicras voluptates, et nova conjugia, et inhibitos denuo appetivere concubitus. Quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filii perdiderunt, de quibus jam, quia suffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, ut sola intra ecclesiam fidelibus oratione jungantur, sacris mysteriorum celebritatibus, quamvis non mereantur, intersint; a Dominicæ autem mensæ convivio segregentur, ut, hac saltem districtione correpti, et ipsi in se sua errata castigent, et aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscenis cupiditatibus retrahantur, quibus tamen

A quoniam carnali fragilitate ceciderunt vis
nere cum ad Dominum cœperint proficisci,
munionis gratiam volumus subveniri. Quan
et circa mulieres quæ se post pœnitenti
bus pollutionibus devinxerunt, servandam
semus.

VI. Præterea monachorum quosdam atqu
charum, abjecto proposito sanctitatis, in tar
testaris demersos esse lasciviam, ut prius
velut sub monasteriorum prætextu illicita
lega se contagione miscuerint. Postea vero
ptum conscientiæ desperatione producti, «
complexibus libere filios procreaverint,
publicæ leges et ecclesiastica jura condem
ergo impudicas detestabilesque personas a
B riorum cœtu ecclesiarumque conventibus «
das esse mandamus, quatenus retrusæ in s
stulis tantum facinus continua lamentatione«
purificatorio possint pœnitudinis igne deco
vel ad mortem solius misericordiæ intuitu
munionis gratiam indulgentia subvenire p

VII. Veniamus nunc ad sacratissimos
clericorum quos in venerandæ religionis i
ita per vestras provincias calcatos atqu
sos, charitate tua insinuante reperimus,
miæ nobis dicendum sit voce : « Quis dab
meo aquam, aut oculis meis fontem lacrym
flebo populum hunc die ac nocte ? » (*Jer.* x
ergo beatus propheta ad lugenda populi pec
C sibi ait lacrymas posse sufficere, quanto
sumus dolore percelli, cum eorum qui in no
corpore compellimur facinora deplorare, qui
cipue, secundum beatum Paulum, « instant
diana et sollicitudo omnium Ecclesiarum ind
incumbit, 167 quis enim infirmatur, et eg
firmor ? quis scandalizatur, et ego non uror ?
II, 28, 29.) Plurimos enim sacerdotes Christi
vitas post longa consecrationis suæ tempor
conjugibus propriis quam etiam de turpi
bolem didicimus procreasse ; et crimen su
præsumptione defendere, quia in Veteri Te
sacerdotibus ac ministris generandi facult
attributa. Dicat mihi nunc quisquis ille est
libidinum, præceptorque vitiorum, si æstin
D in lege Moysi passim sacris ordinibus a De
laxata sint frena luxuriæ, cur eos quibus c
bantur Sancta sanctorum præmonet dicens :
estote, quia et ego sanctus sum, Dominus
ster (*Levit.* II, 44), » cur etiam procul a sui
bus anno vicis suæ in templo habitare jussi
cerdotes, hac videlicet ratione, ne vel cum
possint carnale exercere commercium, ut c
tiæ integritate fulgentes, acceptabile Deo
offerrent. Quibus, expleto deservitionis suæ t
uxoris usus solius successionis causa fuerat
tus, quia non ex alia, nisi ex tribu Levi q
ad Dei ministerium fuerat præceptus admi
et Dominus Jesus cum nos suo illustrasset
in evangelio protestatur, quia « legem venu

i solvere (*Matth.* v, 17), » et ideo Ecclesiam, ponsus est speciosus forma, castitatis voluit ore radiare, ut in die judicii, cum rursus ad- « sine macula et ruga, eam possit (sicut per lum instituit) reperire (*Eph.* v, 27). » Quarum num sacerdotes omnes atque levitæ insolubili nstringimur ut a die ordinationis nostræ so- i, ac pudicitiæ et corda nostra mancipemus ora, dummodo per omnia Deo nostro in his otidie offerimus, sacrificiis placeamus. « Qui in carne sunt, dicente electionis Vase, Deo non possunt, vos autem jam non estis in ed in spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat s (*Rom.* VIII, 8-9). » Et ubi poterit, nisi in bus, sicut legimus, sanctis Dei Spiritus ha- Et quia aliquanti, de quibus loquimur, ut tua is retulit, ignoranter se lapsos esse deflent, e conditione misericordiam dicimus non ne- a, ut sine ullo honoris augmento in hoc quo sunt, quandiu vixerint, officio perseverent, n post hæc continentes se studuerint exhi- i vero qui illiciti privilegii excusatione nitun- sibi asserunt veteri hoc lege concessum, no- se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne it, apostolicæ sedis auctoritate dejectos, nec n posse veneranda attrectare mysteria, a qui- ipsi dum obscenis cupiditatibus inhiant, pri- nt, et quia exempla præsentia cavere nos nent in futurum, si quilibet episcopus, pre- atque diaconus (quod non optamus) deinceps alis inventus, jam nunc sibi omnem per nos ntiæ aditum intelligat obseratum, quia ferro est excidantur vulnera quæ fomentorum non nt medicinam.

Didicimus etiam licenter ac libere inexplo- tæ homines, quibus etiam fuerint numerosa ia ad præfatas dignitates, prout cuicunque , aspirare. Quod non tantum illis qui ad hæc erata ambitione perveniunt, quantum metro- is specialiter pontificibus imputamus, qui hibitis ausibus connivent, Dei nostri quantum it præcepta contemnunt, et, ut taceamus quod ispicamur, ubi illud est quod Deus noster, data ysen lege, constituit, dicens : « Sacerdotes nel nubant; » et alio loco : « Sacerdos uxorem m accipiat, non viduam, nec repudiatam, nec icem (*Levit.* XXI, 14). » Quod secutus Aposto- persecutore prædicator, « unius uxoris virum, erdotem quam diaconum fieri debere man- *Tim.* III, 2, 12). » Quæ omnia, ita a vestra- gionum despiciuntur episcopis, quasi in con- magis fuerint constituta. Et quia non est hujusmodi usurpationibus negligendum, ne dignantis Domini vox justa corripiat, quæ Videbas furem, et currebas cum eo, et pone- m cum adulteris portionem (*Psal.* XLIX, 18), universis post hæc Ecclesiis sequendum sit, itandum generali pronuntiatione decerni- uicunque itaque se Ecclesiæ vovit obsequiis, A a sua infantia ante pubertatis annos baptizari, et lectorum debet ministerio sociari, quia ab accessu adolescentiæ usque ad tricesimum ætatis annum, si probabiliter vixerit, una tantum, et ea quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit uxore contentus, acolythus et subdiaconus esse debebit, postquam ad diaconii gradum, si se ipse primitus continentia præeunte dignum probaverit, accedat. Ubi si ultra quinque annos laudabiliter vixerit et ministraverit congrue, presbyterium consequatur. Exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit approbata.

IX. Qui vero jam ætate grandævus, melioris propositi conversatione provocatus, ex laico ad sacram B militiam pervenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo quo baptizatur tempore statim lectorum aut exorcistarum numero societur, si tamen eum unam habuisse vel habere, hanc et virginem accepisse constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus et subdiaconus fiat, et sic ad diaconatum (si per hæc temporalia dignus judicatus fuerit) provehatur. Exinde jam accessu temporum presbyterio, vel episcopatui, si eum cleri ac plebis evocaverit, electio, non immerito societur.

X. Quisquis sane clericus, aut viduam, aut certe secundam conjugem duxerit, omni ecclesiasticæ dignitatis privilegio mox nudetur, laica sibi tantum communione concessa, quam ita demum poterit C possidere, si nihil postea propter quod hanc perdat, admittat.

XI. Feminas vero non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinum causas habitare cum iisdem synodus Nicæna permisit.

XII. Monachos quoque quos tamen morum gravitas, et vitæ ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari, et optamus, et volumus, ita ut qui intra tricesimum annum ætatis sunt digni in minoribus, per gradus singulos crescente tempore promoveantur ordinibus, et sic ad diaconatus vel presbyterii insignia maturæ ætatis consecratione perveniant, nec per saltus ad episcopatus cul- D men ascendant, nisi in his eadem quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita.

XIII. Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita et post pœnitudinem, ac reconciliationem nulli unquam laico liceat honorem clericatus adipisci, quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere qui dudum fuerint vasa vitiorum.

XIV. Et quia in his omnibus quæ in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignorationis obtenditur, cui nos interim solius pietatis intuitu necesse est clementer ignoscere. Quicunque ergo pœnitens,

quicunque bigamus, quicunque viduæ maritus, ad sacram militiam indebite et incompetenter irrepserit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut id magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc, de quo invenitur ordine perpetua stabilitate permaneat, scituri posthac omnium provinciarum summi antistites, quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum, et de suo et de eorum statu quos contra canones et interdicta nostra provexerint, congruam ab apostolica sede promendam esse sententiam.

Exhortatio Siricii ad Cimerium.

Explicuimus (ut arbitror), frater charissime, universa quæ digesta sunt in querelam, et ad singulas causas, de quibus per filium nostrum Basianum presbyterum ad Romanam Ecclesiam, utpote ad caput tui corporis retulisti sufficientia, quantum opinor, responsa reddidimus. Nunc fraternitatis tuæ animum ad servandos canones, et tenenda decretalia constituta magis ac magis incitamus, ut hæc quæ ad tua consulta rescripsimus, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem, et non solum eorum qui in tua sunt diœcesi constituti, sed etiam ad universos Carthaginenses atque Bæticos, Lusitanos atque Gallicos, vel eos qui vicinis tibi collimitant hinc inde provinciis, ut hæc quæ a nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub litterarum tuarum prosecutione mittantur. Et quanquam statuta sedis apostolicæ, vel canonum venerabilia definita nulli sacerdotum Domini ignorare sit liberum, utilius tamen et pro antiquitate sacerdotii tui dilectioni tuæ esse admodum poterit gloriosum, si ea quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per unanimitatis tuæ sollicitudinem in universorum fratrum nostrorum notitiam perferantur, quatenus et quæ a nobis non inconsulte, sed provide sub nimia cautela et deliberatione sunt salubriter constituta, intemerata permaneant, et omnibus in posterum excusationibus aditus, qui jam nulli apud nos patere poterit, obstruatur. Data tertio Idus Februarii, Archadio et Bautone IV consulibus.

De damnatione Joviniani hæretici et epistola ejusdem.

Optarem, fratres charissimi, semper dilectionis et pacis vestræ sinceritati gaudia nuntiare, ita ut vicissim discurrentibus litteris sospitatis indicia juvarentur, si quietos nos ab. incursione sua vacare hostis antiquus sineret. Quia ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet se ante decepit, pudicitiæ adversarius, luxuriæ magister, crudelitatibus pascitur, abstinentia punitur, odit jejunia, ministris suis prædicantibus dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, apostoli sententia percussus dicentis: « Manducemus et bibamus, cras enim moriemur (*Isa.* XXII, 13). » O infelix audacia, o desperata mentis astutia, jam incognitus sermo hæreticorum intra Ecclesiam cancri more se respergebat, ut occupans pectus totum hominem præcipitaret in mortem, et nisi Dominus Sabaoth laqueum quem paraverat disrupisset, scena tanti mali et hypocrisis publica multorum simplicium corda traxerat in ruinam, quia facile ad deteriorem partem mens humanata transducitur, volens magis per spatiosam viam ambulare, quam arctæ viæ iter cum labore transire. Qua de re necessarium satis fuit, dilectissimi, hæc quæ gesta sunt hic ad vestram conscientiam cognoscendam mandare, ne ignorantia cujuspiam sacerdotis pessimorum hominum Ecclesiam irrumpentium sub religioso nomine contagio violaret, sicut scriptum est, dicente Domino: « Multi veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces, ex fructibus eorum cognoscetis eos (*Matth.* VII, 15). » Hi sunt videlicet qui subtiliter Christianos sese jactant, ut sub velamento pii nominis gradientes, domum orationis ingressi sermonem serpentinæ disputationis effundant, « ut sagittent in obscuro rectos corde (*Psal.* X, 3) » atque a veritate catholica avertendo, ad suæ doctrinæ rabiem diabolico ore transducant atque ovium simplicitatem defraudent. Et quidem multarum hæresum malignitatem ab apostolicis temporibus nunc usque didicimus, et experti probavimus, sed nunquam tales canes Ecclesiæ mysterium latratibus fatigaverunt, quales nunc subito hostes fidei erumpentes doctrina perfidiæ **168** pullulata, cujus sint discipuli verborum fructibus prodiderunt. Nam cum alii hæretici singula sibi genera quæstionum male intelligenda proposuerint convellere atque concerpere de divinis institutionibus, isti « non habentes vestem nuptialem (*Matth.* XXII, 12), » sauciantes catholicos, Novi ac Veteris Testamenti, ut dixi, continentiam pervertentes, spiritu diabolico interpretantes, et illecebroso atque ficto sermone aliquantos Christianos cœperint jam vastere, atque suæ dementiæ sociare, intra se continentes nequitiæ suæ virus, velut electi blasphemias suas conscriptione temeraria publice prodiderunt, et desperatæ mentis furore conciti, passim in furore gentilium publicarunt. Sed a fidelissimis Christianis viris, genere optimis, religione præclaris, ad meam humilitatem subito scriptura honorificata videtur esse delata, ut sacerdotali judicio detecta divinæ legi contraria spirituali sententia deleantur. Nos sane nuptiarum vota non aspernanter accepimus, quibus velamine interfuimus, sed virgines Deo devotas majore honorificentia muneramus. Facto ergo presbyterio, constitit doctrinæ nostræ, id est, Christianæ legi esse contraria. Unde apostolicum secuti præceptum, quia aliter quam accepimus annuntiabant, omnium nostrorum tam presbyterorum, tam diaconorum, quam etiam totius cleri unam factam constat esse sententiam, ubi Jovinianus, Ausentius, Genialis, Geminator, Felix, Plotinus, Martianus, Januarius, et Ingeniosus, qui accentores novæ hæresis et blasphemiæ inventi sunt, divina sententia et nostro judicio in perpetuum damnati, extra Ecclesiam remanerent. Quod custodituram sanctitatem vestram non ambigens, hæc scripta direxi per

t compresbyteros meos, Crescentem et Leo- A et Alexandrum, qui religiosum officium fidei piritu adimplere fervente.

pistola Siricii papæ ad universos orthodoxos.

indignus nullus efficiatur episcopus.
ignotis sacerdotium non detur.
neophyti vel laici sacerdotes non fiant.

I. SIRICIUS papa, orthodoxis per diversas as.

ntibus nobis metum divini judicii, fratres ni et post hanc vitam unumquemque prout , recepturum, quid in querelam veniat; ta- licuit, sed nos loqui necessitas imperavit, propheta: « Exalta ut tuba vocem tuam II, 1). » Et cui omnium Ecclesiarum cura ssimulem, audiam Domino dicente: « Rejici- B datum Dei ut traditiones vestras statuatis XV, 6). » Quid enim aliud est rejicere man- ei quam privato judicio et humano consilio bus constituendis liberius delectari? Perla- ue est ad conscientiam apostolicæ sedis con- siasticum canonem præsumi, et quæ ita sunt ibus ordinata, ut ne vel levi susurro debeant proprias quosdam observationes novas in- et prætermisso fundamento supra arenam nstruere, dicente Domino: « Non transibis s quos constituerunt patres tui (*Num.* XX, uod et sanctus quoque apostolus Novi et Ve- tamenti prædicator monet, in quo locutus istus: « State, inquit, et tenete traditiones C quas didicistis, sive per verbum, sive per m (*II Thess.* II. 14). » Qua de re videt vestra s in sacris mysteriis, aut in ordinationibus quantum sacerdotum magna cura et diligens do debeat observare. Denique ad Timotheum : « Manus cito nemini imposueris neque icaveris peccatis alienis (*I Tim.* III, 22), » opterea memoratur, ut examine habito et e morum, et ecclesiastico labore sit com- or qui vocatur in medium, ut summum sacer- possit accipere, probatus judicio, non fa- usceptus veritate, non gratia, apostolico functus, non præcipiti voluntate. De quo, ni mihi, ad vestram sinceritatem hujusmodi ucurrerunt multo fratrum et consacerdotum D i, ut hac vestra subscriptione firmata eccle- anonis dispositio, quæ apud Nicæam tractata firmata suo merito fundatissima permaneret, videlicet ad ecclesiasticum ordinem permit- accedere, quales apostolica auctoritas jubet, les dico, vel eos qui cingulo militiæ sæcu- ricti, olim gloriati sunt. Qui posteaquam sæculari exsultaverunt, aut negotiis reipu- taverunt militare, aut mundi curam tractare, sibi quorumdam manu et proximorum fa- ati, hi frequenter ingeruntur auribus meis opi esse possint, qui per traditionem et cam disciplinam esse non possunt. Quantis oties recitatum est juribus et viribus! Sed nihil tale potuit eligi, quæ ratio non compellit, etiam de longinquo veniant ordinandi, ut digni possint et plebis et nostro judicio comprobari.

II. Quantum illicitum sit illud æstimari non potest, ut transeuntes, sive simulent, sive sint monachi quod se appellant, quorum nec vitam possumus scire, nec baptismum, quorum fidem incognitam habemus nec probatam nolint sumptibus adjuvare, sed statim aut diaconos facere aut presbyteros ordinare festinent, aut quod est gravius episcopos constituere non formidant. Charius apud illos dari sumptum est transeunti, quam sacerdotium nescienti. Inde in superbiam exaltantur, inde insuper ad perfidiam cito corruunt, quia fidem veram in ecclesiasticis toto orbe peregrini discedere non asseruntur.

III. Certe illud etiam non fuit prætermittendum, ut quod semel aut secundo necessitas hæreticorum intulit, contra apostolica præcepta velut lege licitum præsumi, neophytum vel laicum qui nullo ecclesiastico functus fuerit officio, inconsiderate vel presbyterum vel diaconum ordinare, quasi meliores apostolis sint, quorum audeant mutare præceptum, et qui non didicit, jam docere compellitur, ita nullus reperitur idoneus clericorum, nec inter diaconos, nec inter alios clericos invenitur qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad commendationem ecclesiæ laicus postulatur, quod ne fiat ultra admoneo, prædico, ut unam fidem habentes, unum etiam in traditione sentire debeamus, probantes nos unanimes atque concordes pacifici in Christo, et in observationibus apostolicis habere charitatem. Medio itaque Patre et unigenito Filio ejus, et Spiritu sancto, et unius divinitatis in Trinitate convenio, ut in his fides catholica et disciplina nostra permaneat. Nec quisquam putet ordinationes terrenas fieri, cum cœleste sit sacerdotium, ut fidelibus gloria maneat dignitatis ejusdem, et ante tribunal Christi exhinc non habeat quod accuset.

Incipit concilium Thelense super tractatu Siricii papæ.

Post consulatum gloriosissimi Honorii XI, et Constantii II, sexto Kalendas Martias, congregato concilio in ecclesia Apostolorum plebis Thelensis, beatus Pater primæ sedis episcopus Donatianus civitatis Theleptensis, cum resedisset, considentibus secum Januario, Felice secundo, Cyrino, Victore, Secundiano, Geta, Eunomio, Maximiano, Donato, Crescononio, Jocundo, Sopato, Restuto, Juliano, Maximino, Romano, Terciolo, Micilo, Maximo, Donatiano, Basilio, Papiano, Januario, Porphyrio, item Porphyrio, Donato, Juliano, Tuto, Fortunio, Quintiano, Capion, et cæteris episcopis, necnon etiam Vincentio, Fortunatiano, legatis provinciæ proconsularis ad Bizancenum concilium directis, et reliqua.

Vincentius et Fortunatus dixerunt: Etiam cum essemus Thusdrum, sicut mecum recolit memorialis auditio vestra, et epistolæ sanctæ memoriæ Siricii sedis apostolicæ episcopi dederamus, recitantes, ex quibus cum legeret unum sanctimonium fratris

nostri episcopi Latoni, utrasque nunc nos referre suggestio indicat, has recitari donate. Episcopi dixerunt: Recitentur epistolæ venerabilis memoriæ Siricii, ut noverimus quid earum textus contineat. Cumque traderentur, Privatus notarius dixit: Exemplum tractoriæ episcopi urbis Romæ.

Item, epistola Siricii papæ.

Dilectissimis fratribus et coepiscopis per Africam Siricius.

Diversa quamvis cum in unum plurimi fratres convenissemus ad sancti apostoli Petri reliquias, per quem apostolatus et episcopatus in Christo cepit exordium, placueritque propter emergentes plurimas causas quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina, ut de cætero sollicitudo esset unicuique in Ecclesia curam hujusmodi habere, sicuti apostolus prædicat Paulus: « Talem Deo Ecclesiam exhibendam non habentem maculam aut rugam (*Eph.* v, 27). » Ne per alicujus morbidæ afflatum ovis conscientia nostra contaminata videretur, qua de re meliore consilio id sedit, propter eos maxime qui in præsenti valetudine corporis aut fessæ ætatis causa adesse minime potuerunt. Quo perpetua istiusmodi forma servetur, litteras tales dare placuit, non quæ nova præcepta aliqua imperent, sed ea quæ per ignaviam desidiamque aliquorum neglecta sunt observari cupiamus, quæ tamen apostolica et Patrum constitutione sunt constituta. Scriptum est: « State, et tenete traditiones nostras, sive per verbum, sive per epistolam (*I Thess.* II, 14). »

Illud certe vestram debet mentem, dilectissimi fratres, vehementius excutere, ut ab omni labe sæculi istius immunes ad Dei conspectum securi veniamus, nec enim erimus immunes, quia præsumus plebibus, cum scriptum sit: « Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur (*Luc.* XII, 48). » Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo credito cogimur præstare rationem, populum disciplinam deificam, humilem erudire debemus. Exstiterunt enim nonnulli, qui statuta majorum contemnentes, castitatem Ecclesiæ præsumptione violarunt, voluntatem populi sequentes, Dei judicium non timentes.

Ergo ne pari more silentio connivere, atque adhibere consensum talibus videamur, unde gehennæ pœnas possimus incurrere, dicente Domino: « Furem videbas, et currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas (*Psal.* XLIX, 18). » Hæc sunt quæ deinceps intuitu divini judicii omnes catholicos episcopos expedit custodire.

Primum, ut extra conscientiam sedis apostolicæ, hoc est primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim judicium est, quod plurimorum sententia consequitur, ne unus episcopus episcopum ordinare præsumat, propter arrogantiam, ne furtivum beneficium præstitum videatur. Hoc enim in synodo Nicæna constat esse definitum.

Item, si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

Et mulierem, id est viduam, clericus non ducat uxorem.

Ut is qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum.

Ut de aliena ecclesia ordinare clericum nullus usurpet, ut abjectum clericum alia ecclesia non admittat.

Ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur, præter eos quos rebaptizant.

Præterea quod dignum et pudicum et honestum est suademus, ut sacerdotes et levitæ cum uxoribus suis non coeant, quia in ministerio ministri quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios namque Paulus scribit dicens: « Abstinete ut vacetis orationi (*I Cor.* VII, 5). » Si ergo laicis abstinentia imperatur ut possint deprecantes audiri, quanto magis sacerdos utique omni momento paratus esse debet munditiæ puritate **169** securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? qui si contaminatus est carnali concupiscentia, quid faciet? excusabit? quo pudore, qua mente usurpabit? qua conscientia, quo merito hic exaudiri se credit? cum dictum sit: « Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum (*Tit.* I, 15). » Qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium quod potest jure etiam gentilitas accusare, forte creditur quia scriptum est: « Unius uxoris virum (*I Tim.* III, 2) » non permanentem in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram qui ait, neque enim integros non admisit, vellem omnes homines sic esse sicuti et ego (*I Cor.* VII, 7). Et apertius declarat dicens: « Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu (*Rom.* VIII, 8, 9). »

Hæc itaque, fratres, si plena vigitantia fuerint ab omnibus observata, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses et schismata non emergent locum non accipiet diabolus sæviendi, manebit unanimitas, iniquitas separata calcabitur. Charitas spiritali fervore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate concordabit. Pax utique Dei nostri Salvatoris quam proximus passioni servandam esse præcepit, et hæreditariam nobis jure dereliquit, dicens: « Pacem do vobis, pacem relinquo vobis (*Joan.* XIV, 27), » et dictum Apostoli: « Unanimes unum sentientes permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, nec hominibus, sed Deo nostro Salvatori placeamus (*Phil.* II, 2, 3). » His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, custodiet Dominus corpora nostra et animas nostras in die qua redditurus est unicuique juxta opera sua. Si quis sane inflatus mente carnis suæ ab hac ratione voluerit evagari, sciat se et a nostra communione seclusum, et gehennæ pœnas habiturum. Præterea misericordia cum judicio esse debet, talibus enim oportet labentibus manum porrigere, qui sic currentem non

pertrahant in ruinam. Data Romæ, in concilio episcoporum octoginta, sub die octavo Idus Januarii, post consulatum Arcadii, Augusti, et Bautonis IV consulis.

Item, rescriptum episcoporum ad eumdem Siricium.

Dilectissimo Domino fratri Siricio, Ambrosius, Sabinus, Bassianus, et cæteri.

Recognovimus litteras sanctitati tuæ boni pastoris excubias, qui diligenter commissam tibi januam serves, et pia sollicitudine Christo ovile custodias dignus, quem oves Domini audiant et sequantur, et ideo quia novisti oviculas Christi, lupos facile deprehendis, et occurris quasi providus pastor ne istis morsibus perfidiæ suæ ferali ululatu Dominicum ovile dispergant, laudamus hoc, domine frater nobis dilectissime, et toto celebramus affectu. Nec miramur si luporum rabiem grex Domini perhorruit, in quibus Christi vocem non recognovit. Agrestis enim ululatus est nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem reservare, promiscue omnia velle confundere, diversorum gradus abrogare, meritorum et paupertatem quamdam cœlestium remunerationum inducere, quasi Christo una sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorum, simulant se isti non donare conjugio, sed quæ potest laus esse conjugii, si nulla virginitatis est gloria? neque vero nos negamus sanctificatum a Christo esse conjugium, divina voce dicente : « Erunt ambo in una carne (*Gen.* II, 24), » et in uno spiritu, sed prius est, quod nati sumus, quam quod effecti, multoque præstantius divini operis mysterium quam humanæ fragilitatis remedium. Jure laudatur bona uxor, sed melius pia virgo præfertur, dicente Domino : « Qui jungit virginem suam bene facit, et qui non jungit melius facit (*1 Cor.* VII, 38). » Hæc enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mundi; illa conjugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum; illa sub lege, ista sub gratia. Bonum conjugium quo est inventa posteritas successionis humanæ, sed melior virginitas, per quam regni cœlestis hæreditas acquisita et cœlestium meritorum reperta successio, per mulierem cura successit, per Virginem salus evenit. Denique speciale sibi donum virginitati Christus elegit, et integritatis munus exhibuit, atque in se repræsentavit quod elegit in matre. Quanta amentia funestorum latrantium, ut iidem dicerent Christum ex virgine non potuisse generari, qui asserunt ex muliere editis humanis partibus virgines permanere. Aliis præstat ergo Christus quod sibi dicunt præstare non potuit, ille vero carnem sic suscepit, et sic homo factus est, » ut hominem redimeret, atque a morte revocaret, invitato tamen quasi Deus munere venit interim, ut quemadmodum dixerat : « Ecce faciam omnia nova (*Apoc.* XXI, 5), » partu immaculatæ Virginis nasceretur, et sicut scriptum est, crederetur *nobiscum Deus* (*Isa.* VII, 14). Sed de via perversitatis produntur dicere : Virgo concepit, sed non Virgo generavit, potuit ergo Virgo concipere, non potuit Virgo generare, cum semper conceptus præcedat, partus sequatur; sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis angelorum dicentium : « Quia non est impossibile apud Deum omne verbum (*Luc.* I, 37), » credatur symbolo apostolorum, quod Ecclesia Romana intemerata semper custodit et servat. Audivit Maria vocem angeli, et quæ dixerat ante : « Quomodo fiet istud? (*Ibid.*, 34) » non fide generationis interrogans, respondit postea : « Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundum verbum tuum (*Ibid.*, 38). » Hæc est Virgo quæ in utero concepit, Virgo quæ peperit filium, sic enim scriptum est : « Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium (*Isa.* VII, 14), » non enim concepturam tantummodo Virginem, sed et parituram Virginem dixit. Quæ autem est illa porta exterior ad Orientem quæ manet clausa, et nemo, inquit, pertransivit per eam, sed solus Deus Israel transivit per eam (*Ezech.* XLIV, 1, 2), nonne hæc porta Maria est, per quam in hunc mundum Redemptor intravit? Hæc est porta justitiæ, sicut ipse dixit : « Sine nos implere omnem justitiam (*Matth.* III, 15). » Hæc porta est Maria de qua scriptum est : Quia Dominus pertransivit eam, et erit clausa post partum, quia Virgo et concepit et peperit. Quid autem incredibile, si contra usum originis naturalis peperit Maria, et Virgo permanet, quando contra usum naturæ « mare vidit et fugit, atque in fontem suum Jordanis fluenta remearunt (*Psal.* CXIII, 3). » Non ergo excedit fidem quod Virgo peperit, quando legimus, quod petra vomuit aquas, et in muri speciem maris unda solidata est; non excedit fidem quod homo exivit de Virgine, quando petra fontem profluum scaturivit, ferrum super aquas natavit, ambulavit homo super aquas. Ergo si hominem unda portavit, non potuit hominem Virgo generare? At quem hominem? de quo legimus : « Et mittit illis Dominus hominem qui salvos faciet eos, et notus erit Dominus Ægyptiis (*Isa.* XIX, 20, 21). » In Veteri itaque Testamento virga Hebræorum per mare duxit exercitum. In Novo Testamento Virgo regis aula cœlestis electa est ad salutem. Quid autem etiam viduitatis attexamus præconia, cum in Evangelio, post Virginis celeberrimum partum, Anna vidua subrogetur, quæ vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua, et hæc vidua annis 84. « Quæ non discedebat a templo jejuniis et obsecrationibus serviens die ac nocte? (*Luc.* II, 36.) » Merito ab illis viduitas despicitur, quæ solet observare jejunia, quibus se dolent isti aliquo tempore esse maceratos, et propriam ulciscuntur injuriam, quotidianisque conviviis, usuque luxuriæ laborem abstinentiæ propulsare desiderant, qui nihil rectius faciunt quam quod ipsi se suo ore condemnent, sed Deum metuunt ne in istis illud jejunium reputetur. Eligant quod volunt, si aliquando jejunaverint, gerant ergo boni facti sui pœnitentiam. Si nunquam, suam ergo ipsi intemperantiam et luxuriam confi-

tantur, et ideo dicunt Paulum luxuriæ magistrum fuisse. At quis sit sobrietatis magister, si fuit ille luxuriæ, qui castigavit corpus suum, et in servitutem redegit (*I Cor.* IX, 27), atque jejuniis multis se debitam Christo observantiam detulisse memoravit? non ut se suaque laudaret, sed ut nos quid sequeremur doceret. Ille ergo luxuriam docuit, qui ait : Qui adhuc velut viventes de hoc mundo decernitis, ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne gustaveritis quæ sunt omnia in corruptelam; qui ait : Non indulgentia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem et diligentiam carnis, non in desideriis erroris, sed in spiritu quo renovamur esse vivendum? Si parum est quod Apostolus dixit, audiant prophetam dicentem : « Et cooperui in jejunio animam meam (*Psal.* LXVIII). » Ergo qui non jejunat, intectus et nudus est, patet vulneri. Denique si Adam se texisset in jejunio, non fuisset nudus effectus, Ninive se a morte jejunio liberavit (*Jon.* III, 5-9), et ipse Dominus ait : « Non ejicietur hoc genus, nisi per orationem et jejunium (*Matth.* XVII, 20), » sed quid plura apud magistrum atque doctorem, cum jam dignum pretium retulerint illi perfidiæ suæ, qui ideo huc venerunt ne superesset locus in quo non damnarentur, qui vere se Manichæos probaverunt non credentes, quia ex Virgine utique venisse creditur? Quænam hæc est subpar novorum Judæorum amentia si venisse non creditur, nec carnem creditur suscepisse? Ergo in phantasmate visus est, in phantasmate crucifixus est, in veritate Redemptor est noster. Manichæus est qui abnegat veritatem, qui carnem Christi negat, et ideo non illis remissio peccatorum, sed impietas Manichæorum quam et clementissimus exsecratus est imperator, et omnes qui illos viderunt quasi quædam contagia refugerunt, sicut testes sunt fratres, et compresbyteri nostri Crescens, Leopardus, et Alexander sancto servientes spiritu, qui eos omnium exsecratione damnatos Mediolanensi ex urbe profugos reliquerunt. Itaque Jovinianum, Ausentium, Germinatorem, Felicem, Plotinum, Genialem, Martianum, Januarium, et Ingenium, quos sanctitas tua damnavit, scias apud nos quoque secundum judicium tuum esse damnatos. Incolumem te et florentissimum Deus noster tueatur Omnipotens, domine dilectissime frater. Item, subscriptio : ego Eventius episcopus saluto sanctitatem tuam in Domino, et huic Ecclesiæ subscripsi, Maximus episcopus, Felix episcopus, Bazianus episcopus, Theodolus episcopus ex jussu Domini episcopi Germiniani, ipso præsente, Aprus presbyter, Eutasius episcopus, Constantius episcopus, Eustasius episcopus, eo omnes ordine subscripserunt.

INCIPIUNT DECRETA ANASTASII PAPÆ.

Anastasius episcopus, cunctis Germanicis et Burgundiæ regionis episcopis, in Domino salutem.

Exigit dilectio vestra, charissimi, ut ex auctoritate sedis apostolicæ vestris deberemus respondere consultis, et quamvis non prolixe, sed succincte, hoc agere propter quasdam alias occupationes festinaremus. Denuo tamen si necesse fuerit ob has vel alias occupationes quasi ad caput mittere charitative non dubitetis, quia vestras preces et nunc et tunc acceptas habemus. Significatis enim quosdam sacerdotes in ecclesia quando leguntur Evangelia sedere, et Domini Salvatoris verba non stantes, sed sedentes audire, et hoc ex majorum traditione se accepisse narrant. Quod nullatenus deinceps fieri sinatis apostolica auctoritate mandamus, sed dum sancta Evangelia in ecclesia recitantur, sacerdotes et cæteri omnes non sedentes, sed venerabiliter curvi in conspectu Evangelii stantes Dominica verba intente audiant, et fideliter adorent.

Similiter et transmarinos homines, de quibus nos consuluistis, in clericatus honore nolite suscipere, nisi quinque aut eo amplius episcoporum chirographis sint designati, quia multa per subreptionem solent evenire. Et ideo hæc summopere sunt cavenda.

Manichæos vero quos in urbe Roma invenimus, *et sequaces eorum nolite* recipere, neque eis communicare, aut ullam cum eis participationem habere, priusquam ad rectam convertantur fidem, nec eorum male pullulantia semina quæ a nobis in urbe exstinguntur, pessimis vobiscum radicibus seminentur vel germinentur. **170** Plurimos vero eorum et suæ sequaces impietatis, atque illorum doctores investigatio nostra reperit, vigilantia divulgavit, auctoritas et censura coercuit, quos potuimus emendare correximus. Et ut damnarent Manichæum cum prædicatione et disciplinis suis publica in Ecclesia professione, et manus suæ subscriptione compulimus, et ita de voragine impietatis suæ confessos pœnitentia concedendo levavimus. Aliquanti vero qui ita se demerserunt, ut nullum his auxiliantis remedium posset subvenire, subditi legibus secundum Christianorum principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos judices perpetuo sunt exsilio relegati et omnia quæ tam in scriptis quam in occultis traditionibus suis habent profana vel turpia, ut nosset populus quid refugeret, aut vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatione probavimus, adeo ut ipse qui dicebatur episcopus a nobis tentus proderet flagitiosa in suis mysteriis quæ teneret, sicut gestorum vos series poterit edocere. Ad instructionem enim vestram etiam ipsa direximus, quibus relictis, omnia quæ a nobis deprehensa sunt, nosse poteritis. Et quia aliquantos

os ne absolverentur, arctior reatus involnovimus aufugisse, hinc ad dilectionem pistolam misimus, ut effecta certior sanra sollicitius agere dignetur et cautius, nechæc perversitatis homines plebes vestras n lædendi, et hujus sacrilegii possint invores. Aliter enim nobis commissos regere mus, nisi hos qui sunt perversi doctores , zelo fidei Dominicæ persequamur, et a ibus (ne pestis hæc latius divulgetur) sequa possumus abscindamus. Unde hortor m vestram, obtestor et moneo, ut quæ deotestis sollicitudine vigiletis ad investiganiecubi occultandi se reperiant facultatem. valde cavendi sunt, ne Dominicum greersitatibus quibus possunt contaminare vat ergo quidam eorum veste sua oves signinterius vero lupi rapaces existunt, quos itatis vocem ex fructibus eorum debemus (*Matth.* VII, 20). Quando autem cœperint impietatem, illud quod occultabitur in illis et dolus omnis fit omnibus manifestus. Inquoque infirmæ fidei homines, et qui diones sitiunt, secum eos in perditionem t, dissipant enim et vituperant Patrum , et relinquunt sanctas Scripturas ad itionem, quos (ut prædictum est) debemus et ab his multum cavere, ne in malitia occupati concidant de sua firmitate. Sa vos, fratres, et omnes quæ vobiscum unt Ecclesias. Nos quoque, ut modo facitis, mini peto crebrius litteris, et frequentius de bona intentione vestra atque sospitate ut gaudium commune habeamus et Domio fideliter serviamus. Data Nonas Octobris, t Bautone IV consulib.

ii papæ Neriano nobilissimo viro directa epistola.

imo fratri NERIANO, ANASTASIUS.

ihi in omnibus fidei et bonitatis tuæ litteaudii est, quod tantum studium circa relium exhibes, et Domini sacerdotes tuis in partibus adjuvare studes. Unde et Domino gratias ago qui te ad hoc instigat, et ut perseverabilem in bonis operibus te faciat exoro. Nos tamen et in prosperis, et in adversis Deum laudare magnifice oportet, « ejusque sub potenti humiliari manu, ut in tempore vos tribulationis juxta beatum Petrum apostolum confortet et exaltet (*1 Petr.* v, 6). » Fraternitatis ergo vestræ afflictio quam de amissione parentum vestrorum vos habuisse audivimus, tantam nobis causam mœroris injecit, ut quia nos de duobus charitas unum fecit, cor nostrum in vestris specialiter tribulationibus sentiremus. Sed in hoc dolore multum me consolata est sanctitatis tuæ ad animum res deducta, quia et patienter ferre tristitiam decet, et de morte plebis tuæ ulterius longam non habere mœstitiam. Ne tamen aliqua adhuc tribulatio in vestra mente resideat, hortor quiescere a dolore, quia indecens est de illis tædio afflictionis addici, quos credendum est ad veram moriendo vitam pervenire. Habent forsitan illi justam longi doloris excusationem qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc sæculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos autem qui novimus, qui hoc credimus et docemus, contristari nimium de obeuntibus non debemus, ne quod apud alios pietatis tenet speciem, hoc nobis magis in culpa fiat. Nam diffidentiæ quodammodo genus est contra hoc quod quisque prædicator quærit justitiam amans, dicente Apostolo : « Nolumus autem vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut et cæteri qui spem non habent (*I Thes.* IV, 12). » Hac itaque, frater charissime, ratione perspecta, studendum nobis est ne (sicut diximus) de mortuis affligamur, si affectum viventibus impendamus, quibus et pietas ad utilitatem, et sit ad fructum dilectio. Depone ergo, charissime, mœrorem, et assume spiritualem fructum lætitiæ ad utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ, servorumque ejus profectum, et vitæ ejus quæcunque sint spatia æternis divinisque officiis illustrare contende, ut qui insignem te præstitit reddat sibi per sæcula sæculorum clariorem. Data VII Idus Junii, Theodosio, Augusto, VII et Palladio IV consulibus.

INCIPIUNT DECRETA INNOCENTII PAPÆ.

ıcipiunt capitula Innocentii papæ.

cis osculo dando post confecta mysteria.

minibus ante precem sacerdoti non reci-

non debeant baptizati, nisi ab episcopo

.

rite omni Sabbato jejunetur.

rmento quod civitatis tantum presbyteris

ergumenis baptizatis.

nitentibus.

istola sancti Jacobi apostoli, in qua pro are præcipitur.

IUS, DECENTIO episcopo Egubino, salutem. Si instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis apostolis tradita, integra vellent servare Domini sacerdotes, nulla diversitas, nulla varietas in ipsis ordinibus et consecrationibus haberetur. Sed dum unusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit hoc existimat esse tenendum, inde diversa in diversis locis, vel ecclesiis aut teneri aut celebrari videntur, ac fit scandalum populis, quia dum nesciunt traditiones antiquas humana præsumptione corruptas, putant sibi aut ecclesias non convenire, aut ab apostolis, scilicet ab apostolicis viris, contrarietatem inductam. Quis enim nesciat aut non advertat id quod a principe apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est ac nunc usque custoditur, ab omnibus de-

bere servari, nec superduci, aut introduci aliquid quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siliciam insulasque interjacentes nullum instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus, aut ejus successores constituerunt sacerdotes, aut legant si in his provinciis, alius apostolorum invenitur aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam invenitur, oportet eos hoc sequi quod Ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse non dubium est, ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur omittere. Sæpe dilectionem tuam ad urbem venisse ac nobiscum in ecclesia convenisse non dubium est, et quem morem in consecrandis mysteriis vel in cæteris agendis arcanis teneat cognovisse. Quod sufficere arbitrarer ad informationem Ecclesiæ tuæ vel reformationem, si præcessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse dixisses, quibus idcirco respondimus non quod te aliquid ignorare credamus, sed ut majori auctoritate vel tuos instituas, vel si qui a Romanæ Ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare non differas, ut scire valeamus qui sint qui aut novitates inducunt, aut alterius Ecclesiæ quam Romanæ existimant consuetudinem esse servandam.

Cap. I. *Pacem* ergo asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare, vel sibi inter sacerdotes tradere, cum, post omnia quæ aperire non debeo, pax sit necessaria indicenda, per quam constet populum ad omnia quæ in mysteriis aguntur, atque in ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstrentur.

II. De nominibus vero recitandis antequam preces sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, et ipse per tuam prudentiam recognoscis, ut cujus hostias nondum Deo offeras ejus ante nomen insinues, quamvis illi incognitum sit nihil. Prius enim oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina sunt edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia quæ ante præmittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.

III. De consignandis vero infantibus manifestum est ab alio fieri quam ab episcopo non licere. Nam presbyteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent, hæc autem pontificibus solis deberi, ut vel consignent, vel paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum illa lectio Actuum apostolorum quæ asserit Petrum et Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Nam presbyteris seu extra episcopum, seu præsente episcopo cum baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt Spiritum paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere.

IV. Sabbato vero jejunandum esse ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Jesu Christi non solum in Pascha celebramus, verumetiam per singulos circulos hebdomadarum ipsius diei imaginem frequentamus, ac si sexta feria propter passionem Domini jejunamus, Sabbatum prætermittere non debemus, quod inter tristitiam atque lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique constat apostolos biduo in tristitia et in mœrore fuisse, et propter metum Judæorum se occuluisse. Quod utique non dubium est in tantum eos jejunasse biduo memorato, ut traditio Ecclesiæ habeat isto biduo sacramenta penitus non celebrari; quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas propter id quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant semel atque uno Sabbato jejunandum, ergo et Dominica, et sexta feria semel in Pascha erit utique celebranda. Si autem Dominici diei, et sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda imago est, dementis est bidui agere consuetudinem Sabbato prætermisso, cum non disparem habet causam a sexta videlicet feria in qua Dominus passus est, quando et ad inferos fuit, ut tertia die resurgens redderet lætitiam post biduanam tristitiam præcedentem. Non ergo nos negamus sexta feria jejunandum, sed dicimus et Sabbato hoc agendum, quia ambo dies tristitiam apostolis, vel his qui Christum secuti sunt indixerunt, qui die Dominico exhilarati non solum ipsum festivissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse dixerunt.

171 V. De fermento vero quod die Dominico per titulos mittimus, superflue nos consulere voluistis, cum omnes Ecclesiæ vestræ intra civitatem sunt constitutæ, quarum presbyteri, quia die ipso propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum a nobis confectum per acolythos accipiunt, ut se a nostra communione, maxime illa die non judicent separatos, quod per parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda sunt sacramenta, nec nos per cœmeteria diversa constitutis presbyteris destinamus, ut et presbyteri eorum conficiendorum jus habeant atque licentiam.

VI. De his vero baptizatis, qui postea a dæmonio aut vitio aliquo, aut peccato interveniente, arripiuntur, quæsivit dilectio tua, si a presbytero vel diacono possint aut debeant consignari, quod hoc, nisi episcopus præceperit, non licet. Nam eis manus imponenda omnino non est, nisi episcopus auctoritatem dederit id faciendi, ut autem fiat, episcopi est imperare ut manus eis vel a presbytero, et a cæteris clericis imponatur. Nam quomodo id fieri sine magno labore poterit, ut longe constitutus energumenus ad episcopum deducatur, cum si talis casus

ei in itinere acciderit, ut nec ferri ad episcopum, nec referri ad sua facile possit ?

VII. De pœnitentibus vero qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romanæ Ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere æstimando delictorum sacerdotis est judicare, ut attendat ad confessionem pœnitentis, et ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sane si quis in ægritudinem inciderit, atque usque ad desperationem devenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione discedat.

VIII. Sane quoniam de hoc sicuti de cæteris consulere voluit dilectio tua, adjecit etiam filius meus, Cœlestinus, diaconus, in epistola sua esse a tua dilectione positum illud quod in apostoli Jacobi Epistola conscriptum est : « Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros, et orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini ; et oratio fidei salvabit infirmum, et suscitabit illum Dominus, et si in peccatis fuerit, remittentur ei (*Jac.* v, 14, 15). » Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quod ab episcopo confectum, non solum sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet, in sua, aut suorum necessitate inungendo. Cæterum illud superfluum videmus adjectum, ut de episcopo ambigatur quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Cæterum si episcopus postea dignum ducit aliquem a se visitandum, et benedicere et tangere chrismate sine cunctatione potest, cujus est ipsum chrisma conficere. Nam pœnitentibus illud fundi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus posse putatur concedi ? His ergo, frater charissime, omnibus quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus respondere curavimus, ut Ecclesia tua Romanam consuetudinem a qua originem ducit, servare valeat atque custodire. Reliqua vero quæ scribi fas non erat, cum affueris, interrogati poterimus edicere. Erit autem Domini potentiæ etiam id procurare, ut et tuam Ecclesiam, et clericos nostros qui sub tuo pontificio divinis famulantur officiis, bene instituas, et aliis formam tribuas quam debeant imitari. Data XIV Kalendarum Aprilis, Theodeosio, Augusto septies, Palladio IV, CC consulibus.

Incipiunt capitula ejusdem ad Victoricum episcopum.

1. Quod extra conscientiam metropolitani non sunt ordinandi episcopi.

2. De his qui post baptismum cingulum militiæ secularis acceperunt, non debere ad clericatus ornem admitti.

3. De causis clericorum quæ in provincia juste non finiuntur, ut ab apostolica sede terminentur.

4. De uxoribus clericorum, ut virginibus socientur, et secundam non ducant uxorem.

5. Ut si laicus viduam duxerit, clericus non fiat.

6. Ut clericus non sit qui secundam uxorem duxerit.

7. Ut alterius clericum nullus episcopus ordinare usurpet.

8. Ut non rebaptizentur qui a Novatianis vel Montensibus veniunt.

9. Ut sacerdotes et levitæ cum mulieribus cohærere non debeant.

10. Ut monachus, si clericus factus fuerit, propositum suum servare debeat.

11. Ut ex curialibus clericus non fiat propter voluptates quas a diabolo inventas exhibere compellitur.

12. De virginibus sacris, si lapsæ fuerint, ut publice nupserint.

13. De virginibus non velatis, si deviaverint.

INNOCENTIUS VICTORICO episcopo Rothomagensi salutem.

Etsi tibi, frater charissime, pro merito et honore sacerdotii quo plurimum polles, vivendi et docendi ecclesiasticæ regulæ nota sunt omnia, neque est aliquid quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur, tamen quia Romanæ Ecclesiæ normam atque auctoritatem magnopere postulasti, voluntati tuæ morem admodum gerens de gestis vitæ, et morum probabilium disciplinas annexas litteris meis misi, per quas advertant Ecclesiarum regionis vestræ populi quibus rebus et regulis Christianorum vita in sua cujuscunque professione debeat contineri qualisque servetur in urbis Romæ ecclesiis disciplina. Erit dilectionis tuæ per plebes finitimas, et consacerdotes nostros qui in illis regionibus propriis ecclesiis præsident, regularum hunc librum quasi didasculum, atque monitorem sedulo insinuare, ut et nostros cognoscere, et ad fidem confluentium mores valeant docendi sedulitate formare. Aut enim propositum suum ex hac nostra congruenti lectione cognoscent, aut si quid adhuc desideratur, facile poterunt ex his bona imitatione supplere. Incipiamus ergo, adjuvante Deo et sancto Dei apostolo Petro, per quem et apostolatus et episcopatus in Christo cœpit exordium, ut quoniam sæpe plures emerserunt causæ quæ in aliquantis non erant causæ, sed crimina, ut de cætero sollicitudo sit unicuique sacerdoti in sua Ecclesia curam hujusmodi habere, sicut beatus Apostolus Paulus prædicat, talem Ecclesiam Deo exhibendam non « habentem maculam, aut rugam (*Eph.* v, 27), » ne alicujus morbidæ ovis afflatu conscientia nostra contaminata violetur. Propter eos ergo qui vel ignorantia vel desidia non tenent ecclesiasticam disciplinam, et multa non præsumenda præsumunt, recte postulasti, ut in illis partibus istiusmodi quam tenet Ecclesia Romana forma servetur, non quod nova præcepta aliqua imperentur, sed ea quæ per desidiam aliquorum neglecta sunt, ab omnibus observari cupiamus, quæ tamen apostolica

et Patrum traditione sunt constituta. Scriptum est namque ad Thessalonicenses secundo, et ad Timotheum, apostolo Paulo monente : « State, et tenete traditiones nostras quas tradidimus vobis sive per verbum, sive per epistolam (*II Thess.* II, 14). » Illud certe tuam debet mentem vehementius excitare ut ab omni labe sæculi istius immunis ante Dei conspectum et securus inveniaris. « Cui multum enim creditur plus ab eo exigitur (*Luc.* XII, 48). » Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo Christi cogimur præstare rationem, idcirco disciplina Dei sanctificare populum et erudire debemus. Quosdam enim asseris exstitisse qui statuta majorum non tenentes, castitatem Ecclesiæ sua præsumptione violant, populi favorem sequentes, et Dei judicium non timentes. Ergo ne silentio nostro existimemur his præbere consensum, Domino dicente per prophetam ; « videbas furem et currebas cum eo, » (*Psal.* XLIX, 18) hæc sunt quæ deinceps intuiti divini judicii, omnem catholicum episcopum expedit custodire.

CAP. I. Primum, ut extra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat ordinare episcopum. Integrum enim est judicium quod plurimorum sententiis confirmatur, nec unus episcopus ordinare præsumat episcopum, ne furtivum præstitum beneficium videatur, hoc enim et synodus Nicæna constituit atque definivit.

II. Constituit etiam atque definivit : Si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ sæcularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

III. Si quæ autem causæ vel contentiones inter clericos vel inter laicos tam superioris gradus, quam etiam inferioris fuerint exortæ, placuit ut secundum synodum Nicænam congregatis omnibus ejusdem provinciæ episcopis judicium terminetur, nec alicui liceat, sine præjudicio tamen Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis, debetur reverentia custodiri, relictis his sacerdotibus qui in eadem provincia Dei Ecclesias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, aut aliarum provinciarum prius episcoporum judicium experiri. Quod si quis forte præsumpserit, ab officio cleri submotus et injuriarum reus ab omnibus judicetur. Si autem majores causæ in medium fuerint devolutæ, ad sedem apostolicam, sicut synodus statuit, et beata consuetudo exigit post judicium episcopale referantur.

IV. Ut mulierem viduam clericus non ducat uxorem, quia scriptum est : « Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, non ejectam (*Ezech.* XLIV, 22), » utique qui ad sacerdotium labore suo et vitæ probitate contendit, cavere debet, ne hoc præjudicio impeditus pervenire non possit.

V. Ut si quis viduam licet laicus duxerit uxorem seu ante baptismum, seu post baptismum, non admittatur ad clerum, quia eodem videtur vitio exclusus, in baptismo enim crimina remittuntur, non acceptæ uxoris consortium relaxatur.

VI. Ne is qui secundam duxerit uxorem clericus fiat, quia scriptum est. « Unius uxoris virum (*I Tim.* III, 2); » et iterum : » Sacerdotes mei semel nubant; » et alibi : « Sacerdotes mei non nubant amplius. »

Ac ne ab aliquibus existimetur ante baptismum, si forte quis accepit uxorem, et ea de sæculo recedente alteram duxerit, et dixerit in baptismo esse dimissum, satis errat a regula, quia in baptismo peccata dimittuntur, non acceptarum uxorum numerus aboletur, cum utique uxor ex legis præcepto ducatur, in tantum ut in paradiso cum parentes humani generis jungerentur, ab ipso Domino sint benedicti, et Salomon dicat : « A Deo præparabitur viro uxor (*Prov.* XIX, 14).» Quam formam etiam sacerdotes omnes servare usus ipse demonstrat Ecclesiæ. Satis enim absurdum est aliquem credere uxorem ante baptismum acceptam post baptismum non computari, cum benedictio quæ per sacerdotem super nubentes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legis a Deo antiquitus institutæ doceatur. Quod si non putatur uxor esse computanda quæ ante baptismum ducta est, ergo nec filii qui ante baptismum geniti sunt pro filis habentur.

172 VII. Ut de aliena Ecclesia clericum ordinare, aut judicare nullus usurpet, nisi ejus episcopus precibus exoratus concedere voluerit quod etiam Nicæna videtur synodus continere. Abjectus a sua Ecclesia clericus, ab altera non suscipiatur Ecclesia.

VIII. Ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus tantum impositionem suscipiantur, quia quamvis ab hæreticis, tamen in Christi nomine sunt baptizati, præter eos qui forte a nobis ad illos transeuntes rebaptizati sunt. Hi, si resipiscentes et ruinam suam cogitantes redire maluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt.

IX. Præterea quod dignum et pudicum et honestum est tenere Ecclesia omnino debet, ut sacerdotes et levitæ cum uxoribus non misceantur, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur, scriptum est enim : « Sancti estote, quoniam et ego sum sanctus, Dominus Deus vester (*Lev.* XI, 44). » Namsi priscis temporibus de templo Dei sacerdotes anno vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successionem uxoris usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, et præter ex semine Aaron ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere, quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debeant, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est ? Nec præterit dies qua vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent. Nam si beatus apostolus Paulus ad Corinthios scripsit, dicens : « Abstinete vos ad tempus ut vacetis orationi (*I Cor.* VII, 5), » et hoc utique laicis præcepit, multo magis sacerdotes quibus et orandi, et sacrificandi juge officium est semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinere. Quod si contaminatus fuerit a carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare usurpabit, aut qua con-

quove merito exaudiri se credit? Cum it : « Omnia munda mundis, coinquinatis aunfidelibus nihil mundum (*Tit.* I, 15). » Sed ere hoc credit, quia scriptum est : « Unius irum, » non permanenti in concupiscentia li dixit, sed propter futuram continentiam. im integros corpore non admisit, qui ait: « Velem omnes esse sicut et ego (*I Cor.* VII, od apertius declarat, dicens : « Qui autem in nt, Deo placere non possunt; vos autem non estis, sed in spiritu (*Rom.* VIII, 8, 9). » monachis qui diu morantes in monasteriis, ad clericatus ordinem pervenerint, non dea priore proposito deviare. Aut enim, sicut sterio fuit, et quod diu servavit, in meliori ositus amittere non debet; aut si corruptus, aptizatur, et in monasterio sedens, ad cleridinem accedere voluerit, uxorem omnino ion poterit, quia nec benedici cum sponsa m ante corruptus. Quæ forma servatur in Maxime cum vetus regula hoc habeat, ut corruptus baptizatus clericus esse voluisset, t uxorem omnino non ducere.

æterea frequenter quidam ex fratribus noiales, vel quibuslibet publicis functionibus s clericos facere contendunt, quibus postea istitia cum de revocandis eis aliquid ab impræcipitur quam gratia nascitur de ascito. enim eos in ipsis muniis etiam voluptates , quas a diabolo inventas esse non dubium dorum vel munerum apparatibus, aut præ- forsitan interesse. Sit certe in exemplum, tudo et tristitia fratrum quam sæpe protuli- eratore præsente, cum pro his sæpius roga- quam ipse nobiscum positus cognovisti. Quisolum inferiores clerici ex curialibus, verum sacerdotio constituti ingens molestia ut itur instabat.

em, quæ Christo spiritualiter nubunt, et a e velantur, si postea nupserint, vel publice lte corruptæ fuerint, non eas admittendas gendam pœnitentiam, nisi is cui se junxehac vita decesserit. Si enim de hominibus o custoditur, « ut quæcunque vivente viro upserit habeatur adultera (*Rom.* VII, 3), » gendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi eis defunctus fuerit, quanto magis de illa est, quæ ante immortali se sponso cont, et postea ad humanas nuptias transire

læ vero quæ necdum sacro velamine tectæ, n proposito virginali semper se simulaverunt ere, licet velatæ non fuerint, si forte nupserint, ida aliquanto tempore pœnitentia est, quia earum a Domino tenebatur. Si enim inter s solet bonæ fidei contractus nulla ratione quanto magis ista pollicitatio quam cum Deo unt solvi sine vindicta non poterit? Nam olus Paulus quæ a proposito viduitatis discesserant dixit « eas habere condemnationem quia primam fidem irritam fecerunt (*I Tim.* V, 12), » quanto potius virgines quæ prioris promissionis fidem minime servaverunt! Hæc itaque regula, frater charissime, si plena vigilantia fuerit ab omnibus Dei sacerdotibus custodita, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses et schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæviendi, sed manebit unanimitas, iniquitas superata calcabitur, veritas spirituali fervore flagrabit, pax prædicata labiis cum voluntate animi concordabit, implebitur edictum apostoli, « ut unanimes unum sentientes permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes (*Phil.* II, 2-3), » non hominibus, sed Deo nostro Salvatori placentes, « cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen (*Rom.* XVI, 27). » Datum sub die XV Kalendas Martii, Honorio, Augusto et Aristo consulibus.

Item epistola ejusdem ad Exuperium Tolosanum episcopum.

1. De innocentia sacerdotum vel levitarum.

2. De his qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus sunt dediti, et in ultimo pœnitentiam poscunt.

3. De administratoribus vel judicibus sæcularibus.

4. Quod viri cum adulteris uxoribus non conveniant.

5. Quod qui preces vel crimina dictant, habeantur immunes.

6. Quod hi qui intercedente repudio divortium pertulerunt, si se nuptiis aliis junxerunt, adulteri esse monstrantur.

7. Qui libri in canone recipiantur.

Innocentus, Exuperio, episcopo Tolosano, salutem. Consulenti tibi, frater charissime, quid de proposita specie unaquaque sentirem, pro captu intelligentiæ meæ quæ sunt visa respondi quid sequendum, vel quid docilis ratio persuaderet, vel auctoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua institutum secuta prudentium, ad sedem apostolicam referre maluit quid de rebus dubiis custodire deberet, potius quam usurpatione præsumpta quæ sibi viderentur de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum putemus discere aliquid quam omnino nescire? Mihi quoque ipsi de collatione docilitas accedit, ut perscrutatis rationibus ad proposita respondere compellar, eoque fit ut semper aliquid addiscat qui postulatur ut doceat. Proponantur igitur singula, subjiciamque responsum.

Cap. I. Proposuisti quid de his observari debeat, quos in diaconii ministerio, aut in officio presbyterii positos incontinentes esse, aut fuisse generati filii prodiderunt. De his et divinarum legum est disciplina, et beatæ recordationis viri Siricii episcopi monita evidentia commearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi, omni ecclesiastico honore priva-

rentur ; nec admittantur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus ad modum sacræ legis auctoritas jam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, ut servientes sacris oblationibus, puros et ab omni labe mundatos sibi vindicent divina mysteria, neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale consortium quia scriptum est : « Sancti estote, quia et ego sanctus sum, Dominus Deus vester *Lev.* XI, 44). » Quibus utique propter sobolis successionem uxori usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, et præter ex semine Aaron ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere, quanto magis hi sacerdotes vel levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est. Nec præterit dies quæ vel a sacrificiis divinis, vel a baptismatis officio vacent. Nam si beatus Paulus apostolus ad Corinthios scribit dicens : « Abstinete vos ad tempus ut vacetis orationi (*I Cor.* VII, 5), » et hoc utique laicis præcepit, multo magis sacerdotes, quibus et orandi et sacrificandi juge officium est, semper debebunt hujusmodi consortio abstinere. Quod si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare usurpabit, aut qua conscientia quove merito exaudiri se credit, cum dictum sit : « Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum ? (*Tit.* I, 15.) » Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est : « Unius uxoris virum (*I Tim.* III, 2). » Non permanenti in concupiscentia generandi hoc dicit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros corpore non admisit qui ait : « Vellem omnes autem sic esse sicut et ego (*I Cor.* VII, 7). » Quod apertius declarat dicens : « Qui autem in carne sunt Deo placere non possunt, vos autem jam non estis in carne, sed in spiritu (*Rom.* VIII, 8-9),» et ad habentem filios non generantem dixit, sed ea plane dispar et divisa sententia est. Nam si aliquis forma illa ecclesiasticæ vitæ pariter, et disciplinæ quæ ab episcopo Siricio ad provincias commeavit non probabitur pervenisse, his ignorantibus venia remittetur, ita ut de cætero penitus incipiant abstinere, et ita gradus suos in quibus inventi fuerint, sic retentent, ut eis non liceat ad potiora conscendere ; quibus tamen beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum quem retinent non amittunt. Si qui autem scisse formam vivendi missam a Siricio deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abjecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, quia post admonitionem cognitam præponendam arbitrati sunt voluptatem.

II. Et hoc quæsitum est, quid de eis observari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti in extremo fine vitæ suæ pœnitentiam simul et reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior durior, posterior interveniente misericordia inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temA poribus crebræ persecutiones essent, nec communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, negata merito communio est, concessa pœnitentia, ne totum penitus negaretur, et duriorem esse remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit jam depulso terrore, communionem dare abeuntibus placuit, et propter Domini misericordiam, quia viaticum profecturis, et ne Novatiani hæretici negantis veniam, asperitatem et duritiam subsequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, ut homines hujusmodi vel in supremis suis, permittente Salvatore nostro, a perpetuo exitio vindicentur.

173 III. Quæsitum etiam est super his, qui post B baptismum administraverunt, et aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam, nihil de his legibus a majoribus definitum est. Meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas, et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministrum esse datum in hujusmodi vindicem. Quomodo ergo reprehenderent factum quod auctore Deo viderent esse concessum ? De his ergo ita ut hactenus servatum est, sic habeamus, ne aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabuntur.

IV. Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, C cum e contra uxores in consortio adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat, sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, et non habent latentia peccata vindictam, viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt. Et ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur, virorum autem, latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur, qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante vindictæ ratio conquiescit.

V. Illud etiam sciscitari voluisti an preces dictan- D tibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem a principibus poscere mortem alicujus vel sanguinem de reatu : quam rem principes nunquam sine cognitione concedunt, sed ad judices commissa ipsa vel crimina semper remittunt, ut causæ cognitæ vindicentur ; quæ cum quæsitori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertur, et dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

VI. De his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio alii se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente (quamvis dissociatum videatur esse conjugium) ad aliam copulam festina-

ıe possunt adulteri non videri, intantum A quasi ignoranti dicimus, sed in aliis forsitan occupa-
ıersonæ, quibus tales conjuncti sunt, etiam tos istud oblitos vos esse dicimus.
terium commisisse videantur, secundum I. Qui igitur partem cujuslibet digiti sibi ipse
legimus in Evangelio : Qui dimiserit uxo- volens abscidit, hunc ad clerum canones non ad-
et duxerit aliam, mœchatur (*Marc.* x, 11). mittunt. Cui vero casu aliquo contigerit dum aut
et qui dimissam duxerit, mœchatur (*Matth.* operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens se
ideo tales omnes a communione fidelium non sponte percussit, hos canones præcipiunt, et
ıs. clericos fieri ; et si in clero fuerint reperti non ab-
ıtibus autem, aut de propinquis eorum, jicit. In illis enim voluntas judicata est, quæ sibi ausa
ıtatui potest, nisi incentores illiciti con- fuerit ferrum injicere. Quod scilicét et alii id facere
ɜ detegantur. dubitari non possit, in illis vero casus veniam moruit.
vero libri recipiantur in canone sancta- II. De digamis autem nec consuli debuit quod ma-
ıturarum brevis annexus ostendit. Hæc nifesta lectio sit Apostoli, « unius uxoris virum ; » ad
quæ desiderata moneri voce voluisti, sacerdotium sive ad clericatum admitti debere, et
i 5, id est Genesis, Exodus, Leviticus, hanc ipsam tamen si virginem accepit. Nam ea quæ
euteronomium ; necnon et Jesu Nave, et B habuerit ante virum, licet defunctus sit, tamen si
et Regnorum libri quatuor ; simul et clerico postea fuerit copulata, clericus qui eam ac-
ɔhetarum libri sedecim. Salomonis libri ceperit esse non poterit, quia in lege cautum est
Psalterium ; item historiarum Job liber « non viduam, non abjectam » habere posse conju-
er unus, Judith unus, Machabæorum duo, gem sacerdotem.
ɔ, Paralipomenon duo. Item Novi Testa- III. De laicis vero religio tua consuluit quos cano-
ngeliorum libri quatuor ; Pauli apostoli nes ordinare prohibeat. Certum est quidem hoc
14 ; Epistolæ Joannis, quatuor ; Epistolæ regulas ecclesiasticas continere, sed non ita defini-
; Epistola Judæ ; Epistola Jacobi ; Actus tum est, ut de omnibus sit laicis constitutum.
m ; Apocalypsis Joannis. Cætera autem Neque enim clerici nasci, et non fieri possunt, sed
nomine Mathiæ, sive Jacobi minoris, et designata sunt genera, de quibus ad clericatum per-
e Petri, et Joannis, quæ a quodam Leutio venire non possunt, id est, si quis fidelis militaverit
ıt, vel sub nomine Andreæ, quæ a Nexo- si quis fidelis causas egerit, hoc est postulave-
t Leonida philosophis, et sub nomine rit, si quis fidelis administraverit. De curialibus
t si quæ sunt alia non solum non aspi- autem manifesta ratio est, quoniam et si inveniantur
rum etiam noverit esse damnanda. Datum C hujusmodi viri qui debeant clerici fieri, tamen quo-
Martii, Stilicone et Antemio consu- niam sæpius ad curiam repetuntur, cavendum ab
his est propter tribulationem quæ sæpe de his
Ecclesiæ provenit.

nnocentii ad Felicem Nucerianum episcopum.

IV. Laici vero, qui habentes uxores baptizati sunt,
ıs volens partem sui corporis amputaverit ac si se instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacil-
se non potest, nolens autem potest. let, ut aut clericis juncti sint, aut monasteriis ex quo
l digami ad clerum admitti non pos- baptizati sint hæserint, si non concubinam, non
pellicem noverint, si in omnibus operibus vigilave-
le laicis ad clerum non debent promo- rint, non prohibentur hujusmodi ad clericatus sortem
assumi.
de laicis possunt clerici fieri, hic aperte V. Ita sane ut in eos tempora a majoribus consti-
prohibetur. tuta serventur, nec cito quilibet lector, cito aco-
mporibus in clero immorandis. lytus, cito diaconus, cito sacerdos fiat, quia in mino-
ıus, Felici, episcopo Nuceriano. D ribus officiis si diu perdurent et vita eorum pari-
on possumus dilectionem tuam sequi insti- ter et obsequia comprobantur, ut ad sacerdotium
um omniaque quæ possunt aliquam reci- posthac emensis stipendiorum meritis veniant, nec
tationem ad nos quasi ad caput atque ad præripiant quod vita probata meretur accipere. Quo-
ɔiscopatus referre, ut consulta videlicet niam ergo certa definitione monstratum est qui
ɜtolica ex ipsis rebus dubiis certum ali- debeant admitti quive reprobari, ex his omnibus quos
ndum pronuntiet. Quod et nos libenter videt dignatio tua non posse reprobari, eligere de-
et dilectionem tuam memorem canonum bebis quos clericos facias. Si enim nullam gratiam
us. Scripsisti ergo quod fervore fidei quo hominibus aut beneficium præstare velimus, tales in-
more sanctæ plebis, vel reparaveris eccle- venire possumus, de quorum assumptione nec in-
el novas quasque construxeris, sed in his currere nec erubescere valeamus.
cos constituas non habere, aliquos vero
liquos digamos esse, ad quod stupuimus *De his qui in presbyterio filios genuerunt, ut ab officio removeantur.*
a virum, de his voluisse consulere quæ
unt certa ratione comperta. Ergo non Innocentius Maximo et Severo episcopis per Bri-
tios.

Ecclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita sacerdoti, quia nesciri hæc a pontifice satis est indecorum, maxime cum a laicis religiosis viris sciatur et custodienda esse ducatur. Nuper quidem Maximilianus filius noster agens in rebus hujusmodi qualem querelam detulerit, libelli ejus serius annexa declarat.

Qui zelo fidei et disciplinæ ductus non patitur Ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in præsbyterio filios asserit procreasse : quod non licere exponerem nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres charissimi, libelli qui subjectus est tenore perspecto, eos qui talia perpetrasse dicuntur, jubebitis in medio collocari, discussisque objectionibus quæ ipsis presbyteris impinguntur, si convicti fuerint, a sacerdotali removeantur officio, quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt, atque alieni efficiantur a ministerio quod vivendo illicite polluerunt. Miramur hæc eorum dissimulare episcopos ut aut connivere, aut nescire esse illicita judicentur.

Quod pœnitentiam nullus ad clerum possit admitti.

Innocentius Agapito, Macedonio et Mauriano episcopis Apulis.

Multa in provincia contra canones ecclesiasticos, decretaque majorum usurpari a plurimis, et relationes diversorum et suggestiones fidissimæ retulerunt, quæ quidem possent facile resecari, si episcopi in his non invenirentur auctores. Qui dum aut amicis aut obsequentibus gratiam præstare nituntur, religionem violant, ordinesque corrumpunt, ac sic evenit ut indigni quique honores suscipiant ecclesiasticos, et admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem dignum locum habere mererentur, sicuti in nunc dato nobis libello monstratum est. Modestum quemdam multis criminibus involutum, propter quæ etiam pœnitentiam egisse dicitur, non solum clericum effectum, quod non licet, verum etiam ad episcopatus apicem eum tradere, cum canones apud Nicæam constituti pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludant. Et ideo, fratres charissimi, perspecto tenore libelli eum jubete præsentari, ac si vere constiterit talem qualem libellus affirmat, non solum ab ambitione, sed etiam a clericatus removeatur officio.

De Bubalio et Tauriano damnatis a provincialibus episcopis, quorum sententiam sedes apostolica retractatione curavit.

Innocentius Rufo, Gerontio, Sophronio, Flaviano, Macedonio, Prosdotio et Oristeo, episcopis per Macedoniam constitutis.

Mora coepiscoporum nostrorum Maximiani et Eumenii, vel potius importunitas temporis fecit, ut vos iteraretis de Bubalio et Tauriano querimoniam et nos iterum in homines perditissimos insurgeremus. Sed, ut possum, paucioribus verbis tantorum malorum imitabor compendium, et strictim quæ in volumine litterarum nostrarum conspexerim retractabo. Grave non oportuit videri piissimis mentibus vestris cujuscunque retractari judicium, quia veritas exagitata sæpius magis splendescit in luce, et pernicies revocata in judicium gravius et sine pœnitentia condemnatur. Nam fructus divinus est justitiam sæpius 174 recenseri, fratres charissimi, verum illud video movisse animos vestros quod in multis Bubalius sæpe fallaciis deprehensus objecerit exemplaria fictarum quasi a nobis litterarum, cum pro consuetudine hominis nihil quod perferret jam fide dignissimum videretur. Sed sileatur omne jam de tali negotio murmur, et convicti diaboli ipsi anhelitus comprimantur. Subjunximus autem his priores litteras, quas per memoratos episcopos miseramus, quibus ita plenaria sensuum nostrorum sententia designata est, ut dum relegeritis nihil ambiguum, nihil requirendum in hac causa de cætero repetatis. Hanc autem paginulam nostram sollicitius credentibus sibi episcopis relegendam mittite, ut sciant plenissime quid sit de Bubalio et Taurianio cæterisque pronuntiatum, ut servent qui digni admonitione sunt cavere a talibus, ne talibus socientur.

De invasione parochiæ alterius.

Innocentius Florentio episcopo Tiburtinensi.

Non semel sed aliquoties clamat Scriptura divina transferri non oportere terminos a prioribus institutos, quia nefas est, si quod alter semper possederit, alter invadat, quod tuam bonitatem frater et coepiscopus noster Ursus asserit perpetrasse. Nam Nomentanam sive Faciliensem parochiam ad suam diœcesim a majoribus pertinentem invasisse te, atque illic divina celebrasse mysteria eodem ac nesciente, non sine dolore conquestus est. Quod si verum est, non leviter te incurrisse cognoscas. Unde si declinare cupis tantæ usurpationis invidiam, nostris litteris admonitum te convenit abstinere. Certe si aliquid tibi credis justitiæ suffragari, integris omnibus et in pristino statu manentibus, post dies venerabiles Paschæ adesse debebis, ut memoratis possis intentionibus respondere, præsentibusque in medio collocatis quid antiquitas aut veritas habeat inquiramus.

De eo cujus de captivitate reversa est uxor ut eam recipiat, altera quam duxerat repudiata.

Innocentius Probo. Conturbatio procellæ barbaricæ facultati legis intulit casum. Nam bene constituto matrimonio inter Fortunium et Ursam captivitatis incursus fecerat nævum, nisi sancta religionis statuta providerent. Cum enim in captivitate prædicta Ursa mulier teneretur, aliud conjugium cum Restituta Fortunius memoratus inisse cognoscitur. Sed favore Domini reversa Ursa adiit. Et nullo diffidente uxorem se memorati esse perdocuit. Qua de re, domine fili merito illustris, statuimus fide catholica suffragante illud esse conjugium quod primitus erat gratia divina fundatum, conventumque secundæ mulieris priore superstite, nec divortio ejectæ, nullo pacto posse esse legitimum.

ola familiaris ad sanctos Dei sacerdotes Au- A ium Carthaginensem, et Augustinum Hipponen- i.

OCENTIUS AURELIO ET AUGUSTINO, episcopis.

eptissimi mihi Germani compresbyteri illo sus vacuus officio nostro esse non debuit, per s enim salutare charissimos naturale quodam- nobis videtur et consequens. Gaudere igitur mino vestram germanitatem, amantissimi, cu- s, et pro nobis paria ad Dominum vota repen- precamur, quia (ut bene nostis) communibus is plus agimus orationibus quam singularibus rivatis.

De ratione Paschali ad eumdem Aurelium.

OCENTIUS AURELIO. Charitatis nostræ officium intervallo dirimitur, etiam si charta nullos B s ferat; vivit enim spiritualis gratia alternis in bus, et amorem nostrum confovet sacerdotalis ocietas. Cura ergo, ut dignum est, unitatem siæ custodiri. Idemque omnes pariter et sen- s et pronuntiemus, frater charissime. Has ergo s de ratione Paschali alterius (dico futuri) anni ripsi. Nam cum ante diem undecimum Kalen- n Aprilium plena luna XVI colligatur (non iam minus est) itemque cum diem ante IV idarum earumdem veniat XXIII, æstimavi XI idarum memoratarum die festa Paschalia randa, quoniam in vigesima tertia luna nullum a unquam ante hoc Pascha factum esse cogno- s. Sententiæ meæ exposui atque edixi tenorem. rudentiæ tuæ erit, consors mihi frater, cum C imis et consacerdotibus nostris, hanc ipsam rem odo religiosissima retractare, ut si nihil dispo- i nostræ insultat, nobis plenissime aperteque bas, quo deliberatam Paschalem diem jam lit- ante (ut moris est) reservandam suo tempore bamus. Compresbyterum autem archidiaco- quamvis noverim quod libentissime ac more ias consueto, tamen ex abundanti postulo n eum inter tuos habere digneris.

ullus contra ordinationem canonum fiat epi- scopus.

ctissimo fratri AURELIO INNOCENTIUS.

a indignitate, qua molestia male tractetur Ec- , præcipueque episcopus, relegam vel audiam, D i fraternitas bene novit, et ego tam idonea tanto i verba invenire non possum, dum facile im- tur manus, dum negligenter summus sacerdos ar. Ecce facta est querela publica quæ fecit er ut ommunis comnibus trimenda sit reveren- ic clerici ecclesiasticorum dogmatum nutriti onorati intra altaria Christi respuuntur, sic reuntes promoventur, quasi nefas sit ad pri- n per ordinem pervenire. Nam cum involuti anis nexibus, actibus vel moribus abrupte asci- ir ad tanti collegium sacerdotii, et illi viden- ntemni, de quibus oportuerat eligi, et isti male itti, qui præter ordinem irrumpunt, potius- eliguntur. Quam enim miserum est cum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit? Eum summum fieri sacerdotem qui nunquam in illo gradu obsecutus fuerit sacerdoti. Relege præfectorum litteras, et vide quæ falso vel pro certo sublimium potestatum adnotentur scriptis. Perdidimus profecto nos ipsi, nos inquam, sanctimoniæ reverentiam, qui quasi vilissimum aliquid summos efficimus sacerdotes, ut jam incipiat quasi noxium aliquid publicis interlocutionibus condemnari. Frater charissime, hæc velim cuncta recitanda per omnes Africanas Ecclesias scripta dirigas, et istis connectas quas adjunximus litteras præfectorum, ut consilium de his quæ inique landantur, judiciumque, si quid tale probari poterit, fiat, ut præterita mala, si doceantur admissa, digna severitate coerceantur, et de cætero caveatur ne Ecclesiæ sanctitas per nostram fatigata negligentiam perdat privilegia quæ est per viros venerabiles consecuta. Deus te incolumem custodiat. Data IV nonas Junii, Julio IV et Palladio V consulibus.

Ad Julianam nobilem feminam.

Singulare membrum Ecclesiæ tuæ religionis amplitudinem existere, et a nobis reverentissime coli satis est omnibus manifestum; in ipso enim apice nobilitatis multo nobiliorem Ecclesiæ devotionem impendis, et magis læta Christi agnitione præceptis ejus obtemperas, et in fide potius exsultas quam tanti generis flore jactaris. Summæ virtutis est vicisse gloriam carnis, et magna est Christi gratia nobilitatem moribus superasse, domina filia, merito illustris. Certa igitur existens, dilectissima, hujus vitæ quæcunque sunt spatia, æternis divinisque officiis illustrare contende, ut qui insignem te præstitit reddat sibi per sæcula clariorem.

De Antiochena Ecclesia.

INNOCENTIUS BONIFACIO presbytero. Ecclesia Antiochena quam priusquam ad urbem perveniret Romam beatus apostolus Petrus sua præsentia illustravit, velut germana Ecclesiæ Romanæ diu se ab eadem alienam esse non passa est. Nam missis legatis ita pacem postulavit et meruit, ut Evagrianos suis ordinibus ac locis intemerato ordinatione quam acceperant Memorato susciperent, et Joannis sanctæ memoriæ, vel clericos, vel laicos in unum colligeret atque congregaret, promittens ipsius civitatis episcopus fratur meus Alexander, etiamsi si quis forte vel a nobis, vel aliunde posterioris ordinationis ad eosdem venerit, se sine controversia recepturum, ac nomen episcopi memorati inter quiescentes episcopos recitaturum. Cui rei nos noveris, tradidisse manus, frater charissime, et eos in nostra viscera recepisse, ne diu membra quæ requisierant sanitatem ab unitate corporis haberentur aliena. Omnia vero quæ per ordinem gesta sunt, filius meus diaconus Paulus harum scilicet portitor litterarum, dilectioni vestræ poterit enarrare, ut et gaudium commune nobiscum habeas, et eos informes qui pro Attici partibus intervenire consueverunt.

Ad Alexandrum Antiochenum episcopum de pace.

INNOCENTIUS ALEXANDRO episcopo. Quam grata mihi,

quam pia, quam necessaria legatio a tua sanctitate, frater charissime, ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognosces. Voluit enim compresbyter noster Cassianus hanc amicitiarum nostrarum paginulam per compresbyterum vestrum, Paulum Nicolaum diaconum, et Petrum subdiaconum filios nostros quasi primitias pacis nostræ conscribi. Saluto itaque et tuam mihi in Christo germanitatem et omnem illam quæ tecum bene sentit Ecclesiam, nosque, ut facitis, et alloquamini peto crebrius litteris, et frequentius de vestra salute lætificetis. Dabit enim, ut confido, Dominus totius nos præteriti temporis dispendia amantissimo litterarum colloquio recompensare.

De Attico episcopo Constantinopolitano.

INNOCENTIUS MAXIMIANO episcopo.

Miramur prudentiam tuam, scripta ad Atticum episcopum Constantinopolitanæ urbis a nobis, et prosecutione propria et dato libello, qui subter annexus est, postulare a quo nec missas ullas saltem epistolas ad vos vel ad vestram synodum utique protulisti. Idque non petenti tribuendum æstimes, quod vides deprecantibus discussa ratione concessum. Communio enim suspensa restituitur demonstranti causas, quibus id acciderat, jam esse detersas, et profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos (ut prædixi) Atticus missis aliquibus suorum vel dicere voluit, vel demonstrare completum, quemadmodum Antiochenæ Ecclesiæ frater et coepiscopus noster Alexander digna legatione et prosecutus est et probavit. Quibus sigillatim omnibus utique interesse dignatus cognovisti, quemadmodum sigillatim omnia scriptorum nostrorum anteriorum hac de causa beatissimi Joannis quondam episcopi nostri discusserim, ut qui illi in omnibus satis evidenter ostenderent universa, quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexati pacem utique fidem fecimus, et magno tramite omnibus eamdem quam præstolaris ostendimus, si modo quæ discussa sunt atque completa, etiam ipsi pro suo loco fecisse vel complesse aliquando monstraverint, communionemque, ut isti, legatione solemniter destinata sibi rogaverint redhiberi. Exspectamus ergo et professionem memorati de completis omnibus conditionibus, quas diversis temporibus prædiximus, et petitionem communionis, ut recte et petenti et probanti se eamdem mereri reddamus, frater charissime. Nam de omnibus plenissimas ad sanctam nostrorum fratrum synodum dudum litteras percepisti.

Ad ALEXANDRUM *Antiochenum episcopum. De pace.*

175 Apostolici favoris gratia magno pacis usque ad nos decore resplenduit, tantumque lucis gaudiorumque infulsit fidelibus, ut, dicentes Deo maximas laudes, majores debere nos fateamur, plusque a Deo jocundati sumus, quod, discussis omnibus lateribus *actionum* tuæ fraternitatis, ita totum pietate ac *patientia gestum cognovimus*, ut in omnibus Dominum laudaremus, successumque ipsum ideo præstitum tuis laboribus videamus, quod tota virtute pacis amator existens eam requisitam inveneris, et repertam summa charitate tenueris cum erga omnes tum præcipue circa illos qui quondam Paulini atque Evagrii episcoporum censiti fuerant nomine. Habeo summum votorum meorum, quod antiqui nævi purgatio tuis temporibus, tuisque meritis prorogatur. Quorum etiam illos ejusdem nominis qui in Italia meritum clericatus acceperant, censui bono quietis gratiam retinere susceptam. Et quia noster compresbyter Cassianus, gratum duxit tuæ fore dignationi, si meo concilio in civitate vestra clericatus ordinem dicere censeantur, statui propter benevolentiam tuam promissaque memorati, ut inter cæteros sacerdotes ministrosque qui in civitate sunt annumerentur, frater charissime, libenter. Præterea de episcopis Helpidio atque Papo cognovi quod sine quæstione suas Ecclesias recuperaverint, et multum in gestis, ut subscripta testantur, sollicitus inquisivi, utrum in omnibus esset conditionibus satisfactum in causa beati et vere Deo digni sacerdotis Joannis. Et cum per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur, gratias agens Deo communionem Ecclesiæ vestræ ita recepi, ut præ me feram apostolicæ sedis condiscipulos primos dedisse cæteris viam pacis, in qua firmos vos, nosque Domini Christi ita benignitas amplexabitur atque communiet, et nullo de cætero titillamento, vel levi cujusque contentionis pudore pulsentur. Scripta autem Attici episcopi, quoniam cum vestris sunt porrecta suscepimus, ne per vestram injuriam ille qui olim a nobis suspensus fuerat repudiaretur, et tamen satis abunde quæ in actis statuimus, sicut dignanter relegere procurabis, quid in ejus persona debeat custodiri, vel si per omnia vestris consiliis actibusque tam sanctis se rogaverit esse communem, præstentur seni favore vestro nostroque judicio communionis atque litterarum a nobis gratia prorogata. Subscripserunt episcopi 20. Italiæ 24.

Epistola ejusdem ad Alexandrum episcopum.

1. Quod prima sedes beati Petri apud Antiochiam esse memoretur.

2. Quod non oportet secundum constituta imperatorem duos esse metropolis episcopos.

3. Quod Arianorum clerici non sunt recipiendi in suis officiis, quamvis eorum baptismum, qui catholicus constat, confirmet Ecclesia.

CAP. I. INNOCENTIUS ALEXANDRO episcopo. Et onus et honor nobis a tua fraternitate impositus necessarii tractatus causas induxit, quo litteris vel commonitorio vestro, ut dat sancti Spiritus gratia respondere possimus. Revolventes itaque auctoritatem Nicænæ synodi, quæ una omnium per orbem terrarum explicat mentem sacerdotum, quæ censuit de Antiochena Ecclesia cunctis fidelibus ne dixerim sacerdotibus esse necessarium custodire, qua super diœcesim suam prædictam Ecclesiam non super aliquam provinciam recognoscimus constitutam.

idvertimus non tam per civitatis magnificen- A
oc idem attributum, quam quod prima primi
li sedes esse monstratur, ubi et nomen acce-
igio Christiana et quæ conventum apostolo-
pud se fieri celeberrimum meruit, quæque
tomæ sedi non cederet, nisi quod illa in trans-
ruit; ista suscepto apud se consummatoque
et. Itaque arbitramur, frater charissime, ut
netropolitanos auctoritate ordinas singulari,
cæteros non sine permissu conscientiaque
as episcopos procreari. In quibus hunc mo-
ecte servabis, ut longe positos litteris datis
ri censeas ab his qui nunc eos suo tantum
it arbitratu, vicinos autem si æstimas ad
impositionem tuæ gratiæ statuas pervenire.
n enim te maxima exspectat cura præcipue B
lebent mereri judicium.

Iam quod sciscitaris utrum divisis imperiali
provinciis, ut duæ metropoles fiant, si duo
olitani episcopi debent nominari, non vere
est ad mobilitatem necessitatum mundana-
ei Ecclesiam commutari, honoresque aut di-
s perpeti, quas pro suis causis faciendis du-
nperator. Ergo secundum pristinum provin-
morem metropolitanos episcopos convenit
iri. Cyprios sane asseris olim Arianæ impie-
tentia fatigatos non tenuisse Nicænos cano-
ordinandis sibi episcopos, et usque adhuc
præsumptum, ut suo arbitratu ordinent
m consulentes. Quocirca persuademus eis, C
nt juxta canonum fidem catholicam sapere,
mum cum cæteris sentire provinciis, ut ap-
sancti Spiritus gratia, ipsos quoque ut om-
lesias gubernari.

Arianos præterea cæterosque homini pestes
um laicos conversos ad Dominum sub ima-
enitentiæ ac sancti Spiritus sanctificatione
mus impositionem suscipimus, non videtur
eorum consacerdotii aut ministerii cujus-
uscipi debere dignitate, quoniam quibus
baptisma ratum esse permittimus quod
in nomine Patris, et Filii, et Spiritus san-
ficitur, nec Spiritum sanctum eos habere
baptismate, illisque mysteriis arbitra-
oniam cum a catholica fide eorum auctores D
rent, perfectionem Spiritus quem acceperant
nt. Nam nec dare ejus plenitudinem possunt
axime in ordinationibus operatur, quam per
tis suæ perfidiam potius, quam per fidem
, perdiderunt. Quomodo fieri potest, ut co-
rofanos sacerdotes dignos Christi honoribus
nur, quorum laicos imperfectos, ut dixi, ad
piritus præcipiendam gratiam cum pœniten-
gine recipiamus? Gravitas itaque tua hæc ad
coepiscoporum, vel per synodum, si potes,
eorum recitationem faciat pervenire, ut ea,
se tam necessario percunctatus es et nos
iminate respondimus, communi omnium
u studioque serventur.

Ad Atticum Beræ episcopum, de sancto Joanne Constantinopolitano episcopo.

Aggaudere litteris fraternitatem tuam de receptis Paulini, vel Evagrii episcoporum clericis, populisque, et de restitutis Helpido atque Papo coepiscopis percensuimus, et vel sero receptæ pacis gratiam refovere postposita omni contemptione pervidimus. Unde has ad præstantissimum fratrem, et coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tuæ transmisimus unanimitati, videlicet, ut si omnes inimicitiæ, omnis æmulatio, tam de nomine sancti Joannis Mirandi episcopi, quam de omnibus ejusdem communionis participibus a tua animositate discessit, has nostræ societatis recipias litteras, frater charissime, modo ut omnia, quæ his actis firmata sunt, apud mediatorem nostrum amabilem Alexandrum ore proprio, ut communicantem, convenit, fatearis; ut enim nobis hæc unanimitatis charitatisque causa venerabilis est, sic inhæret sollicita, ne quid obliquum, aut succisivum esse in quoquam residere cognoscatur.

Item epistola Innocentii papæ ad Laurentium Symensem episcopum

1. De Bonosiacis quod Judæis sint comparandi.

2. De suscipiendis clericis quos Bonosus antequam damnaretur ordinasse cognoscitur.

Cap. I. Innocentius Laurentio, episcopo Symensi. Diu mirati sumus dilectionis tuæ litteris lectis hæreticos Fotoni, venena sectantes, in territorio dilectionis tuæ non solum esse, sed publice sibi conventicula in aliquorum possessionibus præparare, cum de toto pene orbe nusquam tam multi quam apud vos delegerint habitare. Quorum doctrinæ nefariæ auctor, Marcus dudum de urbe pulsus temeritatis tanta ductus est audacia, ut primum sibi inter eos vindicet locum. Sed ne ulterius debacchandi habeant facultatem, et animas simplicium ac rusticanorum secum in gehennam, cui destinati sunt, trahant, actum est adversus eos a defensoribus Ecclesiæ nostræ, quo eos possint expellere, ut qui Christum Deum ex Patris substantia ante sæcula negant genitum, hi cum Judæis, qui ejus deitatem negaverunt et nunc usque negant, participium habeant damnationis. Tuum est, frater charissime, quæ præcepta sunt non segnius agere, ne plebem tibi creditam dissimilatione perdas et incipias Deo de perditis reddere rationem.

II. Innocentius Martiano, episcopo Naifitano. Superiori tempore, si tamen recte recordor, memini me tam ad dilectionem tuam quam ad fratres coepiscopos nostros Rufum, et cæteros hujusmodi litteras de clericis Naifensibus transmisisse, his videlicet quæ se ante damnationem Bonosi asserebant ab eodem tam presbyteros quam diaconos ordinatos, ut si, relicto atque damnato ejus errore, vellent Ecclesiæ copulari, libenter reciperentur, ne forte qui essent digni recuperandæ salutis in eodem errore deperirent. Verum nunc in Ravennati urbe mihi constituto propter Romani populi necessitates

creberrimas Germanus, qui asserit se esse presbyterum, atque Lupentinus qui se diaconum dicit, multorum talium, quasi legatione susceptа, prece, fusa dolores proprios exprimere gestiverunt, asserentes siquidem Ecclesias in dilectionis tuæ constitutas parochiis retinere, scilicet tuam communionem non potuisse mereri; videlicet ea ratione, quia Rusticius quidem nomine iterata ordinatione presbyterium suscepisset, et non levi impedimento sit, dum aut illi dolent homini hominem in ecclesia rectinere, aut ille si peccare debere in alios arbitretur, quemadmodum in se agnoscit esse peccatum. Et quamvis de eadem re plenius litteræ meæ contineant, quas superius memoravi, tamen nunc etiam admonendam duximus fraternitatem tuam, ut si vere constat aliquos ante damnationem Bonosi ab eodem ordinatos, postea voluisse vel nunc velle reverti, eos recipiendos esse censemus, maxime cum memorati asserant se intantum anteriori tempore ordinatos ut sanctæ recordationis virum Cornelium episcopum Syrimensis urbis, necnon et fratrem nostrum Nicetam aliosque nonnullos fuisse præsentes, cum honoribus quos se habere commemorant augerentur. Unde, frater charissime, si eorum assertio fidem recipit veri, suscipiendos esse ambigere non debes, quos tandiu Ecclesias sibi creditas passus est retinere.

Item epistola ejusdem ad episcopos Macedoniæ.

1. Ut si sacerdos, vel quilibet ex clero, viduam uxorem duxerit, vel ejectam, suum perdat officium.

2. Ut si quis catechumenus habuerit uxorem, et defuncta ea post baptismum acceperit alteram, clericus esse non possit.

3. Quod non admittantur clerici ab hæreticis ordinati.

176 4. Quod, in ordinationibus crimina vel vitia, non bene credantur auferri.

5. Quod hi, qui a Bonoso hæretico ordinati sunt, propterea sint recepti, ne scandalum remaneret Ecclesiæ.

6. Quod in Ecclesia peccatum populi multum soleat remanere.

7. Quod subreptum fuerit apostolicæ sedi, et suam in melius sententiam commutarit quando damnationem Fotini rescidit.

Innocentius Rufo et Eusebio, et cæteris episcopis Macedonibus, et diaconis, in Domino salutem.

Magna me gratulatio habuit cum, post discrimina totius (ut ita dixerim) mundi, Vitalis archidiaconus vestrarum portitor litterarum ex illis partibus ad nos usque directus advenit. Quem cum vidissemus, illico ut oportebat, percunctati de vestro statu sumus. Verum, ubi reperimus vos ex sententia degere, Deo nostro uberes gratias retulimus, quod vos famulos suos suis altaribus servientes, et in adversis tuetur, et in prosperis gubernare dignatur. Qui cum tradidisset epistolas, eas præcepi illico recenseri, in *quibus multa posita* esse prævidi, quæ stuporem A mentibus nostris indicerent, facerentque r modicum dubitare utrum aliter putaremus a essent posita quemadmodum personabant. Q sæpius repeti fecissem, adverti sedi apostoli injuriam, ad quam relatio quasi ad caput E rum missa currebat, cujus adhuc in ambigu tentia duceretur. Unde de quibus jamdudu psisse me memini, nunc iterare formam au evidentioribus gemina percunctatio vestra co

Cap. I. Eos qui viduas accepisse suggerun res non solum clericos effectos agnovi, verui usque ad infulas summi sacerdotii pervenis contra legis esse præcepta nullus ignorat. N Moyses legislator clamitet: « Sacerdos uxorem accipiat; ac ne in hoc præcepto aliquid B tur ambiguum addidit non viduam, neque (*Ezech.* xliv, 32). » Contra quod præceptum auctoritate subnixum nulla defensio mandati opponitur, nisi consuetudo vestra, quæ, ut i mini, ex ignorantia (ut verecundius dicam), apostolica traditione et ratione integra, stat Nos autem omnes qui per Orientem Occiden Ecclesias regimus, noverit vestra dilectio ha tus non admittere, nec ad ultimum ecclesia dinis locum tales assumere, et si reperti submovere.

II. Deinde ponitur non dici oportere di eum qui catechumenus habuerit atque uxorem, si post baptismum fuerit aliam eamque primam videri quæ novo homini C sit, quia illud conjugium post baptismi sacra cum cæteris criminibus sit ablutum. Quod cum utique dicitur, certe si tres habuerit in vete tus homine, uxor erit ejus quæ post bap quarta est, sic interpretantibus prima: virgin nomen accipiat quæ quarto ducta est loco. Q istud non videat contra Apostoli esse præc qui ait: « Unius uxoris virum opus fieri sacer (*Tit.* i, 6.) » Sed objicitur quod in baptismo quidquid in vetere homine gestum est sit lot cite mihi, cum pace vestra loquor, crimina dimittuntur in baptismo, an et alia quæ sec Domini præcepta, ac Dei instituta complentu rem ducere crimen est, annon est crimen? D men est, ergo (præfata venia dixerim) erit a culpa qui, ut crimina committerentur in p cum ipse eos jungeret, benedixit. Si vero crimen, quia quod Deus junxit nefas sit crim pellari, et Salomon addidit: « etenim a Deo ratur viro uxor (*Prov.* xix, 14). » Quomodo inter crimina esse dimissum quod auctore De tur consummatum? quid de talium filiis pen tur? Nunquid non erunt admittendi in hær consortio, quia ex ea suscepti sunt quæ ante smum fuit uxor? Eruntque appellandi, scili turales, vel spurii, quia non esse legitimum monium, nisi illud, ut vobis videtur, quod p ptismum assumitur. Ipse Dominus cum inter tur a Judæis, si liceret dimittere uxorem (

XIX, 3) atque exponeret fieri non debere, addidit : « Quod ergo Deus junxit, homo non separet (*Matth.* XIX, 6). » Ac ne de his locutus esse credatur, quæ post baptismum sortiuntur, meminerint hoc et a Judæis interrogatum, et Judæis esse responsum. Quæro, et sollicitus quæro, si una eademque sit uxor ejus qui ante catechumenus susceperit, postea sit fidelis, filiosque ex ea cum esset catechumenus susceperit, ac postea alios cum fidelis, utrum sint appellandi fratres, an non habeant postea defuncto patre herciscundæ hæreditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse ? Quod cum ita sentire atque judicare absurdum est, quæ ratio est hoc malum defendi, et vacua magis opinione jactari quam aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari quod lex præcepit, et Deus junxit, et lex junxit? Numquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit, quæro, si hæc, cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptismum totum quod vetus homo gesserat, putatur auferri ? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus atque eleemosynis per revelationem angelum Petrumque ipsum vidisse. Numquid per baptismum hæc illi ablata sunt propter quæ ei baptismus videtur concessus ? Si ita creditur, mihi credite. Non modicum erratur, quia quidquid bene gestum fuerit, et secundum præcepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum, et si peccatum non est, quia solvi inter peccata omnino non debet, eritque integrum æstimare aboleri non posse prioris, nomen uxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quia ex Dei sit voluntate completum.

III. Ventum est ad tertiam quæstionem, quæ pro sui difficultate longiorem exigit disputationem, cum nos dicamus ab hæreticis ordinatos, vulnerum per illam manus impositionem habere caput. Ubi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, quæ possit recipere sanitatem. Quæ sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit, atque ubi pœnitentiæ remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum non posse habere. Nam si ut legitur « quod tetigerit immundus immundum erit (*Num.* XIX, 22), » quod ei tribuetur, quomodo munditia ac puritas consuevit accipere ? Sed e contrario asseritur eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Acquiescimus, et verum est : certe qui non habuit dare non potuit. Damnationem utique quam habuit, per pravam manus impositionem dedit, et qui particeps effectus est damnato, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum.

IV. At dicitur vera ac justa legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vitium quod a vitioso fuerat injectum. Ergo si ita est, applicentur ad ordines sacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, qui a benedictione ordinationis crimina, vel vitia putantur auferri, nullus sit pœnitentiæ locus, quia id potest præstare ordinatio quod longa satisfactio præstare consuevit. Sed nostræ lex Ecclesiæ est venientibus ab hæreticis qui tamen illic baptizati sunt per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem, vel exiguum, subrogare.

V. At vero hi qui a catholica fide ad hæresim transierunt, quos non aliter oportet, nisi pœnitentia suscipi, apud vos non solum pœnitentiam non agunt, verum etiam honore cumulantur. Sed Anisii quondam fratris nostri aliorumque sacerdotum summa deliberatio hæc fuit, ut quos Bonosus ordinaverat, ne cum eodem remanerent, ac fieret non mediocre scandalum, ordinati remanerent. Vicimus (ut opinor) ambigua. Jam ergo quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est constat primitus non fuisse, ac fuisse regulas veteres, quas ab apostolis, vel apostolicis viris traditas Ecclesia Romana custodit, custodiendasque mandat his qui eam audire censuerunt. Sed necessitas temporis id fieri magnopere postulabat. Ergo quod necessitas pro remedio reperit cessante necessitate, debet utique cessare pariter quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia est usurpatio quam ad præsens tempus fieri impellit. Sed canones apud Nicæam constituti de Novatianis fieri permiserunt. Prius ille canon a Patribus institutus ponendus est, ut possimus advertere, vel quid, vel qualiter ab eisdem sensum sit illud præceptum. De his, inquit, qui nominant seipsos catharos, id est mundos, et aliquando veniunt ad catholicam Ecclesiam, placuit sanctæ et magnæ synodo, ut, accepta manus impositione, sic maneant in clero. Possumus vero dicere de solis his Novatianis esse præceptum, nec ad aliarum hæresum clericos pertinere. Nam si utique de omnibus ita definirent, addidissent a Novatianis aliisque hæreticis revertentes debere in suum ordinem recipi. Quod si ita esset, etiam illud maxime, quod de Paulianistis dictum est, poterit confirmari, a quibus venientes etiam baptizari præcipiuntur. Nunquidnam cum de Paulianistis jubent omnes qui ab hæreticis revertuntur, erunt hoc exemplo baptizandi ? Quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantum esse præceptum ratio ipsa demonstrat. Denique baptizatos rite ab evangelista Philippo, Petrus, et Joannes sola manus impositione consummant. Illos vero quos apostolus Paulus Joannis baptismate baptizatos repererat interrogavit « an Spiritum sanctum accepissent, » respondentibusque « se ne illud quidem nomen audisse, jussit eos baptizari (*Act.* XIX, 2-6). » Videtis ergo recte baptizatos illo dono iterare non posse, et aliter sola aqua lotos baptizari in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, necessarium provideri. Ita et de Novatianis tantum jussum esse lucida manifestatione perlegitur. Quod idcirco distinctum esse ipsis duabus hæresibus ratio manifesta declarat, quia Paulianistæ in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, mi-

nime baptizant, nec apud istos de unitate potestatis divinæ, hoc est, Patris, Filii, et Spiritus sancti, quæstio aliquando commoda est. Et ideo omnibus segregatis hæc sola electa est, cui istud crederet concedendum, quia nihil in Patris, et Filii, et Spiritus sancti sacramento peccaret. Si quis vero de fide catholica ad hæresim transiens, aut fidelis ab apostasia reverentens, et resipiscens redire voluerit, nunquid eadem ratione poterit ad clerum admitti, cujus commissum nonnisi per longam pœnitentiam poterit aboleri ? Nec post pœnitentiam clericum fieri ipsi canones sua auctoritate permittunt ? Unde constat qui de catholica ad Bonosum transierunt damnatum, atque passi sunt, aut cupierunt ab eodem ordinari, non oportuisse ordinationis ecclesiasticæ suscipere dignitatem, qui communione omnium Ecclesiarum judicium deserentes, suam spiritualiter in Bonoso unitatem sequendam esse duxerunt. Sed multos constat vim passos atque invitos attractos repugnantesque ab eodem ordinatos. Dicat mihi, volo, quisquis hoc credit, si non post ordinationem Bonosi interfuit, cum conficeret sacramenta, si communicationi ejus participatus non est, si statim discedens de ejus pessimo conciliabulo ad Ecclesiam rediit, iste talis potest habere colorem aliquem excusationis. Cæterum qui post annum aut mensem ad Ecclesiam redierunt, intelligimus eosque qui in catholicam noverant se propter vitia sua non posse suscipere ordinationem, idcirco ad illum perrexisse qui passim, et sine ulla discussione ordinationes illicitas faciebat, credentes se posse per istam institutionem locum in Ecclesia catholica recipere, de qua antea desperarant. Nunc illud quod superest, rogo, qui post mensem, aut eo amplius rediit, cum se presbyterum a Bonoso confideret ordinatum, si non sacramenta confecit, si non populis tribuit, si non missas secundum consuetudinem complevit,quid de his censeatis, quæso, prematis apertius. Ad summam certe qui nihil a Bonoso acceperunt rei sunt usurpatæ dignitatis, qui conficiendorum sacrorum sibi vindicaverunt auctoritatem, atque ad se putaverunt esse quod de his nulla fuerat regulari ratione concessum.

177 VI. Pervideat ergo dilectio vestra hactenus talia transisse, et advertite quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit in pace jam ecclesias constitutas non præsumere, sed, ut sæpe accidit, quoties a populis,aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vidicari, multum soleat transire. Priora ergo dimittenda dico Dei judicio, et de reliquo maxima sollicitudine præcavendum.

VII. Veniam nunc ad maximum quasi ad quoddam thema fontium, et quod mihi anxium est ac difficillimum, majorum revolvam sententias. Fuerat de illo quoque pacto, ut etiam ipsi commeministis, aliud utique gravius constitutum. Verum quoniam id per rumorem falsum, ut asseritis, subreptum huic sedi, et elicitum per insidias demonstratis, quia res ad *salutem rediit*, veniam nos hanc intantum vobis annitentibus post condemnationem more apostolico subrogamus, tantisque vestris assertionibus vobisque tam bonis, tam charis non dare consensum, omnibus durius rebus arbitramur. Pro vestra ergo approbatione, fratres charissimi, et sententia, ac postulatione episcopum Fotinum Habetote. Licitum est ita constituere, ut deprecamini, et nostram in melius conversam sententiam labore, vel testimonio nostro compotem verbis suscipite. Æque Eustachium a me sæpissime comprobatum nolite exspectare ut diaconii gratia spolietur. Sollicitos enim vos pro salute libenter audio, contra caput etiam se faciendum est non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiscum porrigo. Cui porrigo, mecum porrigite. Hæc enim ad Corinthios apostolica est declarata benignitas, ut in uno spiritu ductam ac reductam sententiam boni semper indifferenter sequantur (*II Cor.* IV, 13). Nam, fateor, hæc me primum res bene habet erga Eustachium diaconum, quod nec contra fidem quidquam locutus sit, nec loquentem admiserit, nec ad mortem crimen aliquod commisisse, vel jactatum unquam vel fictum cognoverim. Et quia in his salvus est, si quo pacto conversationes amabiles non habet, habendus est, ut minus pro tempore dilectus, non ut inimicus æstimatus, diabolo in perpetuo mancipandus. Cognosco illum inter illas simultates ac turbines contra multorum studia, non dico qualia, diversa sensisse, et cum hinc res ac calamitates ipsæ emendatæ sint, adhuc Dizoniani et Siriaci subdiaconorum non potuisse apud vos emendationem reviviscere. Compescite, quæso, ab illo prædictisque quorumcunque videtis animos, sane non justas æmulationes, ut ipse apud nos integer, apud vos cum suis reparatus mereatur pacem non fictam, providens charitatem. Omnibus igitur vobis, ac sigillatim occurrat charitas, et vinculis quæ nullis modis a Christo solvuntur, vobiscum pariter in perpetuum connexa lætetur in Domino.

Ad synodum in Tolosana civitate constitutam.

1. De Hyspanorum reprehensione qui inordinate constituunt clericos.

2. Ut causidici, vel curiales, vel sæculari militiæ dediti, ad clerum non admittantur.

3. Ut quicunque tales ordinati fuerint cum ordinatoribus suis deponantur.

4. De commemoratione Nicæni concilii, in quo supradicta prohibentur.

5. Quales eligendi sunt in ordine clericorum.

6. De eo qui ante baptismum uxorem habuit, et post baptismum aliam, clericus non fiat.

CAP. I. INNOCENTIUS universis episcopis, in Tolosana synodo constitutis, dulcissimis fratribus, in Domino salutem. Sæpe me et nimium cum teneret cura sollicitum super dissentionis schismata Ecclesiarum, quod malum per Hispanias latius in dies separationis gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emersit quo non possit emendatio tanta differri, et deberet congrua medicina provideri. Nam de ordinationibus quas pravæ consuetu-

lio Hispanienses episcopos celebrare cognosci-
erat aliquid secundum majorum traditionem
dum, nisi perpenderemus ne perturbationes
lurimas Ecclesiis moveremus. Quorum factum
rehendimus, ut propter numerum corri-
um, ea quæ quoquo facta sunt non in dubium
is, sed Dei potius dimittamus judicio.
uantos enim ex eis, qui post acceptam ba-
gratiam in forensi exercitatione versati sunt,
nendi pertinaciam susceperunt, ascitos ad
tium esse comperimus! Ex quorum numero
i et Gregorius perhibentur. Quantos ex
qui cum potestatibus obedierint severa ne-
i præcepta sunt exsecuti, quantos ex curia-
ui dum parent potestatibus quæ sibi sunt
ta fecerunt! Quantos qui voluptates et edi-
ɔopulo celebrarunt, ad honorem summi sa-
pervenisse! Quorum omnium neminem ne
ɔtatem quidem ordinis clericorum oportuerat
sse. Quæ si singula discutienda mandemus, non
s motus, aut scandala Hispaniensibus pro-
quibus mederi cupimus, de studio emenda-
indicemus; idcirco remittenda potius hæc
is. Sed ne deinceps similia committantur,
nis vestræ maturitas providere debebit, ut
usurpationi saltem nunc finis necessarius
tur, eo videlicet constituto, ut quicunque
dinati fuerint cum ordinatoribus suis depo-

ɔst hæc si quis adversus formas canonum,
ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacer-
venire tentaverit, una cum ordinatoribus suis
quo inventi fuerint ordine et honore pri-
ɛt quamvis dilectioni vestræ, fratres charis-
ɛgulæ Nicænæ sint cognitæ, secundum quos
esse faciendos decernentes, tamen aliquam
quæ de ordinationibus est provisa inserendam
ut secundum eam ordinationes in posterum
ndas esse sciamus, nec interpretandi aliter
i arbitrium relinquatur. Hæc primum quæ
ohibita digerantur.
ie quispiam qui post baptismum milita-
l ordinem debeat clericatus admitti, neque
sas post acceptum baptismum egerint, aut
st acceptam Dei gratiam administraverint;
le curialibus aliquem ad ecclesiasticum ordi-
nire posse, qui post baptismum vel coronati
, vel sacerdotium quod dicitur, sustinuerint,
ones publicas celebraverint. Nam et hoc de
ɔus est cavendum, ne iidem, qui ex curia-
erint, aliquando a suis curiis, quod frequenter
s accidere, poscantur. Quæ omnia rationabi-
ɔhibita oportet modis omnibus custodiri.
ıales vero eligendi sunt in ordine clericorum
forma declarat, id est, qui ab ineunte ætate
li fuerint, et lectorum officio sociati, vel si
i sunt, cum fuerint Dei gratiam consecuti, si
ıe ecclesiasticis ordinibus mancipaverint. Et
ɔe habuerint, quærendum si uxorem virgi-
A nem habuerint, quia scriptum in Veteri Testamento: « Uxorem virginem accipiat sacerdos; » et alibi: « Sacerdotes mei semel nubant. » Neque qui duas uxores habuerint, quia Paulus apostolus ait, « unius uxoris virum (*Tit.* I, 6). »

VI. Nec illud debere admitti quod aliquanti pro defensione pravi erroris opponunt et asserunt quod ante baptismum omnia dimittuntur, non intelligentes hujusmodi quod sola in baptismo peccata dimittuntur, nec uxoris numerus aboletur. Nam si a Deo, ut scriptum est « præparatur viro uxor (*Prov.* XIX, 14), » et « quod Deus junxit, homo non separet (*Matth.* XIX, 6), » et ipsi auctores generis humani in origine a Deo benedicuntur, quomodo inter perfecta ista creduntur, posse dimitti? Quod si secundum illos qui ita credunt, B verum est, ergo omnis justitia qua a catechuminis ante baptismum fuerit operata, per baptismum auferatur. Nullus ergo contra apostolos tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat « unius uxoris virum, » sive ante baptismum esse nominatum, sive post baptismum. Si enim uxor ante baptismum accepta non ducitur in numerum, nec filii ex eadem suscepti inter filios debent communicari. Quod quam absurdum sit atque alienum prudentia vestra melius æstimabit. Unde neminem liceat interpretari aliter divinas Scripturas, nisi quod recta ratio permittit, ne dum quidam remedia sibi iniqua ad excusationem præparant, ex eo rupisse legem, et regulas evertisse judicentur, sed ea tenenda C sunt quæ divinarum Scripturarum series continet, et a sacerdotibus utili ratione sunt constituta. Bene valeatis, fratres charissimi.

Epistola concilii Carthaginensis ad sanctum Innocentium Papam.

Domino beatissimo et honoratissimo fratri, INNOCENTIO papæ, Aurelius, Numidius, Rusticianus, Fidentius, Evagrius, Antonius, Palatinus Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theasius, Tutus, Pannonius, Victor, Restitutus, alius Restitutus, Rusticus, Fortunatianus, Ampelius, Avinius, Felix, Donatianus Adeotatus, Octavius, Serotinus, Majorinus, Porturianus, Crispolis, Victor, alius Victor, Leutius, Marinus, Fructuosus, Faustinianus, Quodvultdeus, Candorius, Maximus, Magarius, Rusticus, D Rufinianus, Proculus, Thomas, Januarius, Octavianus, Prætextatus, Sixtus, Quodvultdeus, Pentadius, Cyprianus, Servilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Dydimus, Saturninus, Bazecenus, Germanianus, Germamenus, Juventius, Majorinus, Juventius, Candidus, Cyprianus, et Emilianus Romanus, Africanus, et Marcellinus, qui in consilio Ecclesiæ Cathaginensis affuimus.

Cum ex more ad Carthaginensem Ecclesiam solemniter veniremus, atque ex diversis causis congregata ex nobis synodus haberetur, compresbyter noster Orosius nobis litteras sanctorum fratrum et consacerdotum nostrorum dedit Averothis et Lazari, quarum formam his constituimus esse subdendam. His ergo lectis, Pelagium et Cœlestium auctores

nefarii prorsus et anathematizandi ab omnibus nobis erroris advertimus. Unde factum est ut recensendum peteremus quid ante quinquennium super Cœlestii nomine hic apud Ecclesiam Carthaginensem fuerit exagitatum. Quo recitato, sicut ex subditis advertere poterit sanctitas tua, quamvis judicatio manifesta constaret quia in illo tempore episcopali judicio excisum hoc tantum vulnus ab Ecclesia videretur, nihilominus tamen id communi deliberatione censuimus, ut hujusmodi persuasionis auctores, quamvis et ad presbyterium idem Cœlestius postea pervenisse dicatur, nisi hi apertissime anathematizaverint, ipsos quoque anathematizari oportet, ut si ipsorum non potuerit, saltem eorum qui decepti sunt ab eis, vel decipi possunt, cognita sententia quæ in eos lata est, sanitas procuretur. Hoc itaque gestum, domine frater, sanctæ charitati tuæ intimandum duximus, ut statutis nostræ mediocritatis etiam apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas pro tuenda salute multorum, et quorumdam etiam perversitate corrigenda. Id enim agunt isti damnabilibus disputationibus suis ut non defendendo, sed potius in sacrilegam superbiam extollendo liberum arbitrium nullum relinquant locum gratiæ Dei qua Christiani sumus. Qua et idipsum nostræ voluntatis arbitrium vere fit liberum, dum a carnalium concupiscentiarum damnatione liberatur, dicente Domino: « Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis (*Joan.* VIII, 36). » Quod auxilium fides impetrat, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Isti autem asserunt (sicut a fratribus qui eorum libros legerint cognovimus) in eo Dei gratiam putandam, quod talem hominis instituit creavitque naturam, quæ per propriam **178** voluntatem legem Dei possit implere sive naturaliter in corde conscriptam, sive in litteris datam, eamdem quoque legem ad gratiam pertinere, quod illam Deus in adjutorium hominibus dedit. Illam vero gratiam qua, ut dictum est, Christiani sumus, cujus Apostolus prædicator est, dicens: « Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem; video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis: miser ego homo, quis me liberavit de corpore mortis hujus? gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum (*Rom.* VII, 22-25), nolunt omnes cognoscere omnino, nec aperte quidem oppugnare audent. Sed quid aliud agunt cum hominibus animalibus non percipientibus quæ sunt Spiritus Dei, persuadere non cessant ad operandam perficiendamque justitiam et Dei mandata complenda solam sibi humanam sufficere posse naturam, non attendentes quod scriptum est: « Spiritus adjuvat infirmitatem nostram (*Rom.* VIII, 25); » et: « Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei gratia (*Rom.* IX, 16); » et: « Quod unum corpus sumus in Christo Jesu, singuli aut alter alterius membra habentes (*Rom.* XII, 5). » « *Dona diversa secundum* gratiam quæ data est nobis (*II Cor.* XII, 10); » et: « Gratia Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum (*I Cor.* XV, 10); » et: « Gratias ago Deo qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum (*I Cor.* XV, 57), » « quia idonei non sumus aliquid cogitare quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo se (*II Cor.* III, 5); » et: « Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia sit virtutis Dei et non ex nobis (*II Cor.* IV, 7), » et innumerabilia quæ de Scripturis omnibus si colligere volumus tomus non sufficit. Et veremur ne apud te tempora ista commemorando quæ majore gratia de sede apostolica prædicas inconvenienter facere videamur, sed ideo facimus, quia in eo quod infirmiores sumus quaquaversus quisque nostrum verbum Dei prædicando putatur attentior, crebrius eos patimur in nos audacius insurgentes. Si ergo Pelagius episcopalibus gestis quæ in oriente confecta dicuntur omnia tuæ venerationi juste visus fuerit absolutus, error tamen ipse et impietas quæ jam multos assertores habent per diversa dispersos, etiam apostolicæ sedis auctoritate anathematizanda est. Consideret enim sanctitas tua, et pastoralibus nobis compatiatur visceribus, quam sit pestiferum et exitiale ovibus Christi quod istorum sacrilegas disputationes necessario sequitur, ut nec orare debeamus, ne intremus in tentationem, quod Dominus discipulos monuit, et posuit in oratione (*Matth.* VI, 13) quam docuit, ut non deficiat fides nostra, quod pro apostolo Petro se rogasse ipse testatus est (*Luc.* XXII, 32). Si enim possibilitate naturæ, et arbitrio voluntatis in potestate sunt constituta, quis non ea videat inaniter a Domino peti, et fallaciter orari cum orando poscuntur quæ naturæ jam ita conditæ sufficientibus viribus obtinentur, nec debuisse dicere Dominum Jesum Christum: « Vigilate et orate (*Marc.* XIV, 38), » sed tantummodo: « Vigilate, ut non intretis in tentationem; » nec beatissimo Petro primo apostolorum: « Rogavi pro te; » sed, moneo te, vel impero ac percipio, ne deficiat fides tua. Contradicitur enim istorum contemptione benedictionibus nostris, ut incassum supra populum dicere videamur, quidquid eis a Domino precamur, ut recte ac pie vivendo illi placeant, vel illa quæ pro fidelibus precatur Apostolus, dicens: « Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo et in terra nominatur, ut det nobis secundum divitias gloriæ suæ virtuti corroborari per Spiritum ejus (*Ephes.* III, 14-16). » Si ergo voluerimus benedicendo super populum dicere: Da illi virtutem, Domine, corroborari per Spiritum tuum, istorum nobis disputatio contradicit, affirmans liberum negari arbitrium, si hoc a Deo poscitur, quod in nostra potestate est, virtute enim corroborari si volumus, inquiunt, possumus, ea possibilitate naturæ, non misericordiæ, quam nunc accipimus, sed quam, cum crearemur, accepimus. Parvulos etiam propter salutem quæ per Salvatorem

datur baptizandos negant, ac si eos mor- A tiatio firmaretur, indeque sumerent cæteræ Ecclesiæ
ctrina in æternum necant, promittentes velut de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent,
ion baptizantur, habituros vitam æternam, et per diversas totius mundi regiones puri capitis
nere ad eos de quibus Dominus ait : « Ve- incorruptæ manarent, quid præcipere, quos abluere,
filius hominis quærere et salvare quod pe- quos veluti in cœno immundabili sordidatos mundis
utth. XVIII, 11). » Quia, inquiunt isti, non digna corporibus unda vitaret. Gratulor igitur, cha-
, nec est quod in eis salvetur, vel tanto rissimi fratres, quod per fratrem et coepiscopum no-
dimantur, quia nihil est in eis vitiatum strum Julium litteras ad nos destinatis, et cum pro
ir sub diaboli potestate captivum, nec pro illius curam geritis quibus providetis Ecclesiis, sol-
esse sanguis in remissionem legitur pec- licitudinem vestram pro omnium utilitate monstra-
Quanquam per baptismum Christi etiam tis ; et per cunctas totius orbis Ecclesias omnibus
im dicant fieri redemptionem. Libello vero una quod prosit decernendum esse deposcitis, ut
stius in Carthaginensi Ecclesia jam confes- suis constabilitæ regulis Ecclesiæ, ex hoc quod illos
Sed multi eorum qui perhibentur esse vel caveat, pronuntiationis juste firmata decretalibus
cipuli, hæc mala quibus fundamenta Chri- petere non possit, qui perversis instructi, imo de-
lei conantur evertere, quacunque possunt B structi verborum argutiis sub imagine catholicæ
ffirmare non cessant, unde etiam si Pela- fidei disputantes, velut pestiferum exhalantes virus,
lestiusque correcti sunt, vel ista nunquam et ut hominum recte sentientium in deteriorem par-
se dicunt, et quicunque scripta contra eos tem corda corrumpant, totam veri dogmatis quæ-
fuerint, sua esse negabunt, nec est quem- runt evertere disciplinam. Sanandum ergo celerius,
n de mendacio convincantur. Generaliter ne longius exsecrandus animis morbus inserpat : ut
uicunque dogmatizat et affirmat humanam si medicus, cum viderit hujus terreni corporis ali-
incenda peccata et Dei mandata facienda quem esse languorem, magnum suæ artis æstimat
posse naturam, et eo modo gratiæ Dei quæ documentum, si cito quis illius interventu despera-
m evidentius orationibus declaratur adver- tus evadat, vel cum post se putre vulnus aspexerit,
venitur, et quicunque negat parvulos per adhibet fomenta vel cætera quibus illud possit quod
im Christi a perditione liberari et salutem natum fuerat vulnus obduci. Ac si id manens sanari
ɜ sempiternam, anathema sit. Quæcunque non poterit, ne corpus reliquum sua tabe corrum-
lio eis objiciantur, non dubito veneratio- pat, ferro amputet quod nocebat, quod reliquum in-
am, cum gesta episcopalia perspexerit C tegrum et servet intactum. Præcidendum ergo id
oriente eadem causa confecta dicuntur, est quod velut puro sanoque nimium corpori vulnus
'am, unde omnes in Dei misericordia obrepsit, ne cum tardius abstergitur in ipsis pœnæ
ius. Ora pro nobis, domine beatissime visceribus hujus mali non hauriendi post sentina
considat. Nam quid nos de his post hæc rectum
mentibus æstimemus qui sibi se putant deberi quod
boni sunt, nec illum considerant, cujus quotidie
gratiam consequuntur ? Sed jam isti qui tales sunt
nullam Dei gratiam consequuntur qui sine illo tan-
tum assequi se posse confidunt, quantum vix illi
qui ab illo postulabant, et accipiunt, promerentur.
Quid enim tam iniquum esse potest, tam barbarum,
tam totius religionis ignarum, tam Christianis men-
tibus inimicum quam huic te denegare debere, quid-
quid in quotidiana gratia consequeris, cui te ipse
, nostræ religionis vigorem non minus nunc D confiteris debere quod natus es ? Ergo eris tibi in
lendo quam antea cum pronuntiaretis, vera providendo præstantior quam potest is esse qui te
irmatis, qui ad nostrum referendum appro- ut esses effecit ? Et cum te putes ei debere quod
e judicium, scientes quid apostolicæ sedi vivis, quomodo tu non putas illi debere quod non
ines, hoc loco positi, ipsum sequi deside- quotidianam ejus consequendo gratiam taliter vivis ?
postolum) debeatur, a quo ipse episcopatus Et qui non adjutorio negas indigere divino, quasi ex
auctoritas hujus nominis emersit. Quem nostra ex toto possibilitate perfectos, quomodo non
s, tam mala jam damnare cavemus quam adjutorium in nos cum tales a nobis etiam esse pos-
laudanda ; vel id vero quod Patrum insti- sumus, provocamus ?
erdotali custodientes, officio non censetis Qui enim adjutorium Dei negat, vellem interro-
canda. Quod illi non humana, sed divina gare quod dicat : nos non mereri, an illum hoc non
e sententia, ut quidquid, quamvis disjunctis posse præstare, an nihil esse propter quod unus-
ue provinciis ageretur, non prius ducerent quisque hoc debeat postulare ? Posse hoc Deum
m, nisi ad ejus sedis notitiam perveniret, opera ipsa testantur. Adjutorio quotidiano nos egere
ujus auctoritate (juta quæ fuerit) pronun- negare non possumus. Hoc enim seu bene vivimus,

um Innocentii papæ ad concilium Cartha-
ginense.

NTIUS AURELIO, et omnibus sanctis episco-
æteris, qui in concilio Carthaginensi affue-
clesiæ dilectissimis fratribus, in Domino

endo de his rebus quas omni cum sollicitu-
et a sacerdotibus, maxime a vero justoque
lico tractari concilio, antiquæ traditionis
servantes, et ecclesiasticæ memores di-

provocamus, ut melius sanctiusque vincamus, seu prave sentientes a bonis avertimur, ut ad rectam redeamus viam, ejus auxilio plus egemus. Numquid tam mortiferum, tam præceps videatur ad casum, tam expositum ad omnia pericula, si hoc solum nobis putantes posse sufficere quod liberum arbitrium cum nasceremur accepimus, ultra jam a Domino nihil quæramus, id est, auctoris nostri obliti, ejus potentiam, ut nos ostendamus, liberos adjuremus, quasi jam amplius quod dare possit, non habeat, qui te in tuo ortu liberum fecit, nescientes quod, nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terrenæ labis et mundani corporis vincere conemur errores, cum pares nos ad resistendum non liberum arbitrium, sed Dei solus facere possit auxilium. Nam si ille clamat adjutorio sibi opus esse divino qui digne hoc non quæreret, si cui liberum arbitrium plus prodesset, quippe cum vir beatus et jam electus a Domino nihil egerit, tamen ita Dominum deprecatur postulans. « Adjutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus (*Psal.* XXVI, 7). » Nos nobis liberum arbitrium, ille Dominum postulat adjutorem. Quod nati sumus, posse sufficere nobis dicimus ; ille Deum, ne derelinquatur, exorat. Non, rogo, manifeste dicimus quod oremus, cum ille tantopere beatus, sicut supra diximus, vir, ne despiciatur, exoptat, illi enim necesse est, ista arguunt qui illa confirmant, David enim orationis ignarus, et suæ naturæ nescius, accusetur, qui cum sciat tamen in sua natura esse adjutorem sibi Dominum et assiduum adjutorem, nec illi sufficit assiduum, sed ne aliquando illum despiciat, orationibus protinus exoptat, et per corpus omnis psalterii hoc et prædicat, et clamat. Si ergo hoc ille ita magnum scit, ut assidue diceret, ita necessarium confessus est, ut doceret, quemadmodum Pelagius Cœlestiusque, seposita omni responsione psalmorum talique abdicata doctrina suasuros se aliquibus esse confidunt nos adjutorium Dei nec debere quærere, nec egere, cum omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testantur. Libero enim arbitrio olim ille perversus, dum suis inconsultis utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda, demersusque nihil quemadmodum exinde surgere posset, invenit, suaque in æternum libertate deceptus, hujus ruinæ jacuisset oppressus, nisi eum post Christi per suam gratiam relevasset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem præteritum omne vitium sui baptismatis lavacro purgavit, et ejus confirmans statum quo rectius constabiliusque procederet, tamen suam gratiam in posterum non denegavit. Nam quisquis hominem redemisset a præteritis ille peccatis, tamen sciens **179** iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset ille et post illa corrigere, multa servavit. Quotidiana præstat illa remedia, quibus nisi freti confisique nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est enim *ut quo auxiliante vicimus*, eo iterum non adjuvante vincamur. Sed possem plura dicere, nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententiæ qua dicat adjutorio nobis non opus esse divino, inimicum se catholicæ fidei et Dei beneficio profitetur ingratum. Nam nec nostra communione sunt digni quam prædicando taliter polluerunt. Sic enim sua sponte dum sequuntur illa quæ dicuntur, longius a vera religione fugerunt. Cum enim hoc totum in nostra professione consistat, quotidianisque precibus nihil agamus, nisi quemadmodum Dei misericordiam consequamur, quemadmodum ferre possumus ista jactantes ? Quis, rogo, tantus illorum pectora error obcæcat, ut si ipsi nullam Dei gratiam sentiunt, quia nec digni sunt, nec merentur, nec de aliis considerant, quod quotidie singulis gratia divina largiatur? Sunt quidem isti omnes cæcitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerunt, ut se auxilio credant evocari ab erroribus posse divino. Negantes enim Dei adjutorium non aliis, sed sibi hoc penitus abstulerunt, qui evellendi sunt longius et ab Ecclesiæ procul removendi visceribus, ne diutius multa occupans insanabilis post error increscat. Si enim diu fuerint sub hac impunitate versati, necesse est multas in hac sua pravitate mentes inducant, decipiantque innocentes vel potius imprudentes qui fidem catholicam non sequuntur; putabant enim eos recte sentire, quos adhuc vident in Ecclesia perdurare. Separetur ergo a sano corpore vulnus insanum, remotoque morbi sævientis afflatu, cautius quæ sunt sincera perdurent, et grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sit totius corporis illibata perfectio, quam vos sequi et tenere, hac in illos pronuntiatione cognovimus et una vobiscum pari assentione servamus. Qui si tamen aliquando in se Dei adjutorium quod huc usque negaverunt provocaverint, et opus ejus sibi auxilio esse cognoverint, ut de hac labe, in qua sui cordis incurvatione corruerant liberentur, et quasi in lucem de fœda tracti caligine, remotis abdicatisque omnibus quibus totus ne verum aspiceret fœdabatur et caligabat aspectus, damnent hæc quæ huc usque senserunt, et aliquando animum rectis disputationibus commodantes ab hac aliquantulum labe correcti, veris se sanandos consiliis tribuant atque submittant. Quod si fecerint, erit in potestate pontificum istis aliquatenus subvenire, et talibus aliquam curam præstare vulneribus, quam solet lapsis cum resipuerint et Ecclesia non negare, ut a suis præcipitiis intra ovile Domini redigantur, ne foris præsenti et tanto præsidio a fide minutionis exclusi periculis omnibus exponantur, devorandi luporum dentibus atque vexandi, quibus obsistere hac, qua illos in se irritaverant, doctrinæ perversitate non possunt. Sed satis vestris monitis et sic satis abundantibus nostræ legis exemplis probatur esse responsum, nec quidquam superesse dicimus, quod dicamus ; cum nihil prætermissum a vobis, nihil constat esse suppressum quos illi refutati et penitus cognoscantur esse convicti. Ideo a nobis testimonia nulla ponuntur, quia et his plena relatio est, et satis

ut doctissimos sacerdotes cuncta dixisse, nec edere vos aliquid quod ad causam possit sufæterisse. *Et alia manu:* Bene valete, fratres.

a concilii Milevitani ad Innocentium papam.

no beatissimo, meritoque venerabili, et in venerando papæ Innocentio, Silvanus senex, ius, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucia- dippius, Augustinus, Placentius, Sevetunatus, Possidius, Novatus, Secundus, Mau- Leo, Faustinianus, Cresconius, Lucius, Ho- Adeodatus, Processus, Secundus, Felix, s, Rufinus, Faustinus, Malchus, Lictorius, tus, Donatus, Pontianus, Saturnius, Cresco- ıcius, Honorius, Servius, Therentius, Cre- Sperantius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, binus, Cresconius, Victor, Honoratus, Do- Petrus, Præsidius, Cresconius, Lampadius, us ex concilio Milevitano, in Domino salutem.

te Dominus gratiæ suæ præcipuo munere apostolica talemque nostris temporibus præ- nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, tuam venerationem quæ pro Ecclesia sunt nda tacuerimus quam ea tu possis vel fasti- el negligenter accipere magnis periculis in- m membrorum Christi pastoralem diligen- uæsumus, adhibere digneris. Nova quippe et nimium perniciosa tentat assurgere ini- n gratiæ Christi, qui nobis Dominicam etiam m impiis disputationibus conantur auferre. im Dominus docuerit: « Dimitte nobis debita sicut et nos dimittimus debitoribus nostris vi, 12), » isti dicunt posse hominem in hac æceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem sine adjutorio gratiæ Salvatoris per solum voluntatis arbitrium pervenire, ut etiam non ssarium dicere, « Dimitte nobis debita no- illud vero quod sequitur: « Ne nos inferas in nem (*Ibid.*, 13), » non ita intelligendum n divinum adjutorium poscere debeamus, ne atum tentati decidamus, sed hoc in nostra i esse potestate, et ad hoc implendum solam e hominis voluntatem, tanquam frustra Apolixerit: « Non volentis neque currentis, sed itis est Dei (*Rom.* ix, 16); » et: « Fidelis Deus non permittit tentari super id quod potestis, et cum tentatione etiam exitum, ut possitis e (*I Cor.* x, 13). » Frustra enim Dominus apostolo Petro: « Rogavi pro te, ne deficiat a (*Luc.* xxii, 32), » et omnibus suis: « Vigiorate, ne intretis in tentationem (*Marc.* xiv, i hoc totum est potestatis humanæ, pueros parvulos si nullis imbuantur Christianæ gramentis habituros vitam æternam, nequahristiana præsumptione contendunt, evacuand dicit Apostolus: « Per unum hominem pecintravit in mundum, et per peccatum mors, ı omnes homines pertransiit, in quo omnes erunt (*Rom.* v, 2); » et alio loco: « Sicut in mnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur (*Cor.* xv, 22). » Ut ergo alia omittamus quæ contra Scripturas sanctas plurima disserunt, hæc interim duo quibus omnino totum quod Christiani sumus conantur evertere, quæ fidelia corda sustineant: non esse rogandum Deum, ut contra peccati malum atque ad operandam justitiam sit noster adjutor, et non opitulari parvulis ad consequendam vitam æternam Christianæ gratiæ sacramentum. Hæc insinuantes apostolico pectori tuo non habemus opus multa dicere, et tantam impietatem exaggerare, cum proculdubio te ista permoveant, ut ab eis corrigendis, ne latius serpant, multosque contaminent, vel potius interimant, dum sub nomine Christi a gratia Christi penitus alienant, omnino dissimulare non possis. Hujus autem perniciosissimi erroris auctores esse perhibentur Pelagius et Cœlestius, quos quidem in Ecclesia sanari maluimus quam desperata salute ab Ecclesia resecari, si necessitas ulla compellat. Quorum unus, id est Cœlestius, etiam ad presbyterium in Asia pervenisse dicitur, de quo ante paucos annos quid gestum fuerit sanctitas tua de Carthaginensi Ecclesia melius instruetur. Pelagius vero, sicut a quibusdam fratribus nostris missæ loquuntur epistolæ, Hierosolymis constitutus, nonnullos fallere asseritur. Verumtamen multo plures qui ejus sensus diligentius indagare potuerunt, adversus eum pro Christi gratia, et catholicæ fidei veritate confligunt, sed præcipue sanctus filius tuus, frater, et compresbyter noster Hieronymus. Sed arbitramur, adjuvante misericordia Domini Dei nostri Jesu Christi, quæ te regere consulentem et orantem exaudire dignatur, auctoritati sanctitatis tuæ de claro Scripturarum lumine depromptæ facilius eos qui tam perversa et tam perniciosa sentiunt esse cessuros, ut de correctione potius eorum gratulemur quam contristemur interitu, domine beatissime. Quamlibet autem ipsi eligant certe vel alios plurimos quos possunt, si ab eis dissimuletur, suis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua instanter et celeriter providendum. Hæc ad sanctitatem tuam de concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensem Ecclesiam et Carthaginensis provinciæ coepiscopos nostros quos ad sedem apostolicam, quam beatus illustras de hac causa scripsisse comperimus. *Et alia manu:* Memor nostri in Domini gratia augearis, domine beatissime, merito venerabilis, et in Christo honorande, sanctissime papa.

Rescriptum Innocentii papæ ad Milevitanum Concilium.

Innocentius Silvano seni, Valentino, et cæteris qui in Milevitana synodo interfuerint, dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

Inter cæteras Ecclesiæ Romanæ curas et apostolicæ sedis occupationes quibus diversorum consulta fidei ac modica disceptatione tractamus, frater et coepiscopus noster Julius dilectionis vestræ litteras, quas ex Milevitano nostra auctoritate concilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit, Carthaginensia etiam sy-

nodi querelæ parilis scripta subjungens. Nimirum exsultat Ecclesia tantam sollicitudinem commissis gregibus exhibere pastores, ut non solum neminem ex his patiantur errare, sed si quas magis ovium obscœnæ delectationis herba seduxit, ac si in errore permanserint, aut segregari penitus velint, aut illicite petita vitantes dudum, custodiæ pristinæ circumspectione tutari, in utraque parte videlicet consulentes, ne vel suscipiendo tales simili cæteræ ducantur exemplo, vel spernendo redeuntes luporum morsibus videantur ingestæ. Prudens admodum et catholicæ fidei plena consultationis voluntas. Quis enim aut tolerare possit errantem, aut non recipere corrigentem? Nam ut durum arbitror conniventiam præbere peccantibus, ita impium judico manum negare conversis. Diligenter ergo et congrue apostolici consulitis honoris arcana. Honoris, inquam, illius quem præter illa sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium ecclesiarum super anxiis rebus quæ sit tenenda sententia. Antiquæ scilicet regulæ formam secuti quam toto semper ab orbe mecum nostis esse servatam, verum hæc missa facio. Neque enim hæc vestram credo latere prudentiam, qui id etiam actione firmastis, nisi scientes quod per omnes provincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent : præsertim quoties fidei ratio mutilatur, arbitror omnes fratres et coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis et honoris, auctorem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio quod per totum mundum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse. Fiant enim necesse est cautiores, cum inventores malorum ad duplicis relationem synodi sententiæ nostræ statutis viderint ab ecclesiastica communione sejunctos. Gemino igitur bono charitas vestra fungetur, nam et canonum potiemini gratia servatorum, et beneficio vestro totus orbis tutabitur. Quis enim catholicorum cum adversariis Christi velit ulterius miscere sermonem ? Quis saltem ipsam vitæ lucem communione partiri novæ hæreseos nimirum fugiantur auctores? Quid enim acerbius in Dominum fingere potuerunt, quam cum adjutoria divina cessarent, causamque quotidianæ precationis auferrent? Hoc est dicere : Cur mihi opus Deo ? Merito in hos David hymnum dicit: « Ecce homines qui non posuerunt Deum adjutorem sibi (*Psal.* LI, 9). » Negantes ergo auxilium Dei, inquiunt, hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere divina, qua privatus necesse est, diaboli laqueis irretitis occumbat, dum ad omnia vitæ perficienda mandata sola tantummodo libertate contundat. O pravissimarum mentium perversa doctrina. Advertat in tandem quod primum hominem ita libertas ista decepit, ut dum indulgentius frenis utitur **180** ejus in prævaricationis præsumptione concideret. Neque ex hac potuit erui, nisi providentia regenerationis statum pristinæ libertatis Christi Domini reformasset adventus, audiat David dicentem : « Adjutorium nostrum in nomine Domini (*Psal.* CXXIII, 8); » et : « *Adjutor meus es tu, ne* derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus (*Psal* XXVI, 9). » Quæ incassum dixerit, si tantum in ejus erat positum voluntate, quod a Domino flebili sermone poscebat. Quæ cum ita sint, cumque in omnibus divinis paginis voluntati liberæ nonnisi adjutorium Dei legamus esse nectendum, eamque nihil posse cœlestibus præsidiis destitutam, quonam modo huic soli possibilitatem hanc pertinaciter, ut asseritis, defendentes sibimet, imo, quod est dignius, dolori communi. Nam plurimis Pelagius Cœlestiusque persuadent, multifariis equidem ad instruendum tale magisterium uti possemus exemplis, nisi sciremus et sanctitatem vestram ad plenum Scripturas omnes scire, intelligere, callere, divinas præsertim, cum vestra relatio tantis ac talibus testimoniis sit referta, ut his solis valeat præsens dogma rescindi, opusque non esse recognitis, cum his qui facile vobis occurrentia posuistis, nec audeant obviare, nec possint. Ergo Dei gratiam conantur auferre, quam necesse est, etiam instituta status pristini libertate quæramus: quippe nec alias diaboli machinas, nisi eadem possumus juvante vitare ; illud vero quod eos vestra fraternitas asserit prædicare parvulos æternæ vitæ præmiis absque baptismatis gratia posse donari, perfatuum est : « Nisi enim manducaverint carnem Filii hominis et biberint sanguinem ejus, non habebunt vitam in semetipsis (*Joan.* VI, 54). » Qui autem hanc in eis sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, cum prædicant hos id gratiæ habere quod in eis credunt nonnisi baptismate conferendum. Si ergo nihil volunt officere, non renasci, fateantur necesse est nec regenerationis sacra fluenta prodesse. Verum ut superfluorum hominum prava doctrina celeri veritatis possit ratione distingui, proclamat Dominus in Evangelio dicens : « Sinite infantes, et nolite eos prohibere venire ad me, talium est enim regnum cœlorum (*Marc.* X, 14). » Quare Pelagium Cœlestiumque, id est, inventores vocum novarum, quæ (sicut dixit Apostolus) ædificationis nihilum, sed magis vanissimas consuerunt parare quæstiones (*I Tim.* I, 4), ecclesiastica communione privari apostolici vigoris auctoritate censemus, donec resipiscant a diaboli laqueis a quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem, eosque interim Dominico ovili non recipi, quoad ipsi perversæ viæ secuti tramitem deserere voluerint. Abscindendi sunt enim qui vos conturbant, et volunt Evangelium Christi perdere. Simul autem præcipimus ut quicunque ad id pertinentia similiter defensare nituntur, et par eos vindicta constringat. « Non solum enim qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus digni sunt morte (*Rom.* I, 32), » quia non multum interesse arbitror inter committentis animum et consentientis favorem. Addo et amplius : plerumque dediscit errare, cui nemo consentit. Hæc igitur, fratres charissimi, in supradicta maneat fixa sententia, absint atriis Domini, careant duntaxat custodia pastorali, ne duarum ovium dira contagia serpant forsitan per vulgus incautum, rapacique lupus corde lætetur

ile Domini, cum per tantas ovium fusas ca-
lum a custodibus dissimulatur, habetur vul-
rum. Prospiciendum est ergo ne permittendo
mercenarii magis quam pastores videamur
ibemus sane quia Christus Dominus noster
voce signavit, nolle se mortem morientis
, sed revertatur et vivat, ut si unquam ad
de proposito pravi dogmatis errore resipue-
amnaverintque ea quorum seipsos prœva-
e damnaverunt, eis medicinam solitam, id
eptaculum suum ab Ecclesia non negari, ne
s redeuntes forsitan prohibemus vere extra
manentes et exspectantes hostis rapidi fau-
lutiantur, quas in semetipsos spiculis malæ
tionis armarunt. Bene valete, fratres. Data
alendarum Februarii, Honorio et Constantio
bus.

pistola familiaris quinque episcoporum ad Innocentium papam.

no beatissimo meritoque honoratissimo fra-
CENTIO papæ, AURELIUS, ALIPIUS, AUGUSTINUS,
et POSSIDIUS, in Domino salutem.
ncciliis duobus provinciæ Carthaginensis at-
midiæ ad tuam sanctitatem a non parvo epi-
um numero subscriptas litteras misimus con-
nicos gratiæ Christi qui confidunt in virtute
Creatori nostro quodammodo dicunt : « Tu
isti homines, justos autem ipsi nos fecimus.
ram humanam ideo dicunt liberam, ne quæ-
erationem, ideo salvam ut judicent superfluum
rem. Tantum enim dicunt valentem, ut suis
semel in origine suæ creationis acceptis pos-
r liberum arbitrium, nihil ulterius adjuvante
atia qui creavit, domare et exstinguere om-
iditates, tentationesque superare. Multi eo-
surgunt adversum nos et dicunt animæ no-
« Non est salus illi in Deo ejus (*Psal.* III, 3). »
ia Christi quæ dicit, quando infirmor tunc for-
(*II Cor.* XII, 10), » et qui dicit Dominus ejus :
tua ego sum (*Psal.* XXXIV, 3), » suspenso cor-
timore et tremore adjutorium Dei etiam per
tem tuæ venerationis exspectat. Audivimus
se in urbe Roma, ubi ille diu vixit, nonnullos
ersis causis ei faveant. Quidam, scilicet qui
lia persuasisse perhibentur, plures vero qui
lia sentire non credunt, præsertim quia in
, ubi degit, gesta ecclesiastica facta esse cre-
a est, nisi quibus putatur esse purgatus, ubi
i si episcopi eum catholicum pronuntiarunt,
aliud factum esse credendum est, nisi quia
Dei gratiam confiteri, et ita posse hominem
ore ac voluntate juste vivere, ut ad hoc ad-
Dei gratia non negaret. His enim auditis ver-
holici antistites nullam aliam Dei gratiam in-
e potuerunt, nisi quam libris Dei legere et
Dei prædicare consueverunt, eam utique, de
cit Apostolus : « Non irritam facio gratiam
m si per legem justitia, ergo Christus gratis
s est (*Gal.* II, 21). » Sine dubio gratiam qua
justificamur ab iniquitate, et qua salvamur ab infir-
mitate, non qua creati sumus cum propria volun-
tate. Nam si intellexissent illi eam episcopi illum
dicere gratiam quam etiam cum impiis habemus, cum
quibus homines sumus, negari vero eam qua, Christia-
ni et filii Dei sumus, quis eum patienter catholicorum
sacerdotum, non dicimus audiret, sed ante oculos
suos ferret ? Quapropter non culpandi sunt judices
qui ecclesiastica consuetudine gratiæ nomem audie-
runt, nescientes quid hujusmodi homines vel suæ
doctrinæ libris, vel suorum solent auribus spargere.
Non agitur de uno Pelagio, quia fortasse correctus
est (quod utinam ita sit), sed de tam multis quibus
loquaciter contendentibus et infirmas atque inerudi-
tas animas velut conjunctas trahentibus, firmas autem
et in fide stabiles ipsa contentione fatigantibus usque-
quaque jam plena sunt omnia. Aut ergo a tua vene-
ratione accersendus est Romam et diligenter interro-gan-
dus, quam dicat gratiam, qua fateatur, si tamen jam
fatetur, non ad peccandum, sed juste vivendum homi-
nes adjuvari aut hoc ipsum cum eo per litteras agen-
dum. Et cum inventus fuerit hanc dicere quam docet
ecclesiastica et apostolica veritas, tunc sine ullo scru-
pulo Ecclesiæ et sine latibulo ambiguitatis illius absol-
vendus est, tunc est revera de ejus purgatione gau-
dendum. Sive enim dixerit gratiam esse liberum ar-
bitrium, sive gratiam esse remissionem peccatorum,
sive gratiam esse legis præceptum, nihil eorum dicit
quod per ministrationem Spiritus sancti pertinet ad
concupiscentiam tentationesque vincendas quem di-
tissime effudit super nos, qui ascendit in cœlum et
captivavit captivitatem deditque dona hominibus
(*Ephes.* IV, 8). Hinc enim oramus ut peccatorum ten-
tationem superare possimus, ut Spiritus Dei (unde
pignus accepimus) adjuvet infirmitatem nostram.
Qui autem orat et dicit : « Ne nos inferas in tenta-
tionem (*Luc.* II, 4), » non utique id orat ut homo sit
quod est natus, neque orat id quod habeat liberum
arbitrium, quod jam accepit cum crearetur ipsa na-
tura ; neque orat remissionem peccatorum, quia hoc
superius dicitur, « dimitte nobis debita nostra (*Matth.*
VIII, 12), » neque orat ut accipiat mandatum, sed
plane orat ut faciat mandatum. Si enim in tentatio-
nem inductus fuerit, hoc est in tentatione defecerit,
facit utique peccatum quod est contra mandatum.
Orat igitur ut non peccet, hoc est ut ne quid faciat
mali quod pro Corinthiis orat Apostolus dicens :
« Oramus autem ad Dominum ne quid faciatis mali
(*II Cor.* XIII, 6). » Unde satis apparet quod non ad
peccandum, id est, non ad malefaciendum, quamvis
esse non dubitetur liberum arbitrium voluntatis, ta-
men ejus potestas non sufficiat, nisi adjuvetur infir-
mitas. Ipsa igitur oratio clarissima testificatio est :
hanc ille confitetur, et eum gaudebimus sive rectum
sive correctum. Distinguenda est lex et gratia ; lex
jubere novit, gratia juvare. Nec lex juberet, nisi esset
voluntas, nec gratia juvaret, si satis esset voluntas.
Jubetur ut habeatur intellectus, ubi dicitur : « Nolite
esse sicut mulus et equus, quibus non est intellectus

(*Psal.* xxxi, 9), et tamen oramus ut habeamus intellectum, ubi dicitur : « Da mihi intellectum ut discam mandata tua (*Psal.* cxviii, 73). » Jubetur ut habeamus sapientiam ubi dicitur : « Stulti, aliquando sapite (*Psal.* xciii, 8), » et tamen oratur ut sapientiam habeamus, ubi dicitur : « Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnibus affluenter, et non improperat, et dabitur ei (*Jac.* i, 5). » Jubetur ut habeamus continentiam, ubi dicitur : « Cum scirem quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientiæ scire cujus esset hoc donum, adii Dominum et deprecatus sum illum (*Sap.* viii, 21), » Postremo ne nimium longum sit cuncta percurrere, jubetur ut non faciamus malum, ubi dicitur : « Declina a malo (*Psal.* xxxvi, 27), » et tamen oratur ut non faciamus malum ubi dicitur : « Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mala (*II Cor.* xiii, 7). » Jubemur ut faciamus bonum, ubi dicitur : « Declina a malo et fac bonum (*Psal.* xxxvi, 27), et tamen oratur, ut faciamus bonum, ubi dicitur : « Non cessamus pro vobis orantes et postulantes, » atque inter cætera quæ illis orat dicit, » ut ambuletis digne Deo in omne placitum, in omni opere et sermone bono (*Col.* i, 9, 10). » Sicut ergo agnoscimus voluntatem cum hæc præcipiuntur, sic et ipse agnoscat gratiam cum petuntur.

Misimus reverentiæ tuæ librum quem dederunt religiosi et honesti adolescentes servi Dei, quorum etiam nomina non tacemus, nam Thimasius et Jacobus vocantur. Qui sicut audimus, et etiam nosse dignaris, ipsius Pelagii exhortatione spem quam habebant in sæculo reliquerunt, et nunc continentes Deo serviunt. Qui cum errore eodem aliquando per qualemcunque operam nostram, Domino inspirante, caruissent, pertulerunt eumdem librum Pelagii esse dicentes, et ut ei responderetur impendio rogaverunt. Factum est ad eosdem dum rescripta est ipsa responsio, agentes gratias rescripserunt, utrumque misimus, et cui responsum, et quod responsum est. Et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis ubi petimus inspicere non graveris, quemadmodum sibi objecta quæstione quod gratiam Dei negaret, ita respondit, ut eam esse non diceret, nisi naturam in qua nos condidit Deus. Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca non contendimus, anathematizet illam et eam confiteatur aptissime gratiam quam doctrina Christiana demonstrat et prædicat esse propriam Christianorum quæ non est natura, sed qua salvatur. Quæ natura non auribus doctrina sonante vel aliquo adjumento visibili fovet, sicut plantatur quodammodo et irrigatur extrinsecus, sed subministratione Spiritus, et occulta misericordia sicut ille facit « qui dat incrementum Deus (*I Cor.* iii, 7). » Si enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei qua creati sumus, ut nonnihil essemus, nec ita essemus aliud, aut cadaver quod non vivit, aut arbor quæ non sentit, *aut pecus quod non intelligit*, sed homines qui ut essemus, et viveremus, et sentiremus, et intelligeremus, et de hoc tantum beneficio Creatori nostro gratias agere valeamus, unde et merito gratia ista dici potest, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita bonitate Dei donata est, alia est tamen qua prædestinati vocamur, justificamur, glorificamur, ut dicere possimus : **181** « Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum (*Rom.* viii, 31, 32), » de hac gratia quæstio vertebatur, quando ab his quos Pelagius graviter offendebat atque turbabat, dicebatur ei quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret, non solum ad facienda, verum etiam ad perficienda mandata divina per liberum arbitrium sibi humanam sufficere naturam. Hanc apostolica doctrina gratiam non immerito isto nomine appellat qua salvamur, et justificamur ex fide Christi. De hac scriptum est : « Non irritam facio gratiam Dei, nam si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est (*Gal.* ii, 21). » De hac scriptum est : « Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini, a gratia excidistis (*Gal.* v, 4). » De hac scriptum est : « Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia (*Rom.* ii, 6). » De hac scriptum est : « Ei autem qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, deputatur fides ejus ad justitiam; ei autem qui operatur merces non imputantur secundum gratiam, sed secundum debitum (*Rom.* iv, 4, 5), » et multa alia quæ melius potes meminisse et intelligere prudentius et illustrius prædicare. Illam vero gratiam qua creati sumus homines, etiamsi illam appellandam non immerito intelligimus, mirum est tamen, si ita appellatam in ullius legitimis propheticis, evangelicis, apostolicisque litteris legimus. Cum itaque de hac gratia, Christianis fidelibus catholicisque novissima illi objiceretur quæstio, ut eam oppugnare desineret, quid est quod cum hoc sibi in libro suo, velut adversante persona, idem ipse objecisset, ut se respondendo purgaret, nihil aliud respondit, nisi naturam creati hominis referre gratiam Creatoris; atque se ita dicere sine peccato impleri posse justitiam per liberum arbitrium cum adjutorio divinæ gratiæ, quod Deus hoc dederit homini ipsa possibilitate naturæ? Cui merito respondetur : « Ergo evacuatum est scandalum crucis (*Gal.* v, 11), » ergo « Christus gratis mortuus est (*Gal.* ii, 21). » Non enim si non moreretur propter delicta nostra, et resurgeret propter justificationem nostram (*Rom.* iv, 25), « nec ascendisset in altum, et captivans captivitatem daret dona hominibus (*Ephes.* iv, 8), » ista naturæ possibilitas quam defendit, non esset in hominibus, an forte Dei mandatum deerat. Et ideo Christus mortuus est? Imo etiam et hoc erat sanctum et justum et bonum, jam dictum

: Non concupisces (*Exod.* xx, 17), jam A ptura dicente, omnia sub peccato, ut promissio
fuerat : Diliges proximum tum sicut ex fide Jesu Christi daretur credentibus (*Gal.* III,
1 (*Matth.* XIX, 19). In quo sermone Apo- 18-22). » Nonne satis ostendit hoc actum esse
omnem legem dicit impleri (*Gal.* V, 14), per legem, ut peccatum cognosceretur et prævа-
niam nisi diligat Deum, nemo diligit se- ricatione augeretur. Ubi enim lex non est, nec
Ideoque Dominus in his duobus præceptis prævaricatio, et sic adversus victoriam peccati ad
legem dixit prophetasque impleri (*Matth.* divinam gratiam quæ in promissionibus est con-
40). Quæ duo præcepta jam erant ho- fugeretur; atque ita lex non esset adversus pro-
s divinitus data; at æternum præmium missa Dei, quia ideo per illam fit cognitio pec-
promissum nondum erat. Hoc ipse non cati, et ex prævaricatione legis abundantia pec-
ui in suis litteris possint etiam in Veteri cati, ut ad liberationem quærantur promissiones
ento regnum cœlorum esse promissum. Si Dei, quod est gratia Dei, et incipiat esse in
l faciendam perficiendamque justitiam jam homine justitia, non sua, sed Dei, hoc est data
aturæ possibilitas per liberum arbitrium, dono Dei. Quam etiam nunc quidem sicut et
at legis Dei sanctum, justum, benignum- tunc de Judæis dictum est: Ignorantes Dei
andatum, jam erat promissum præmium B justitiam, et suam volentes constituere, justitiæ
ernum. Ergo Christus gratis mortuus est Dei non sunt subjecti (*Rom.* V, 3). Per legem
1, 21). Ergo neque per legem justitia, quippe et illi justificari se arbitrantur, sufficiente
per naturæ possibilitatem, sed ex fide ac sibi ad eamdem custodiendan libero arbitrio, hoc
lei per Jesum Christum Dominum nostrum est justitia sua prolata ex natura humana, non
mediatorem Dei et hominum (*1 Tim.* II, 5). donata ex gratia divina, propter quod justitia
o enim « per unum hominem peccatum Dei dicitur. Unde scriptum est : Per legem enim
it in mundum, et per peccatum mors et cognitio peccati. Nunc autem sine lege justitia
omnes homines pertransiit, in quo om- Dei manifesta est, testificata per legem et pro-
ccaverunt (*Rom.* V, 12), » procul dubio phetas (*Rom.* III, 20, 21). Cum dicit, manifesta
ore mortis hujus, ubi « lex alia repugnat est, ostendit quia et tunc erat, sed tanquam illa
nentis (*Rom.* VII, 23), » nominem liberavit pluvia quam Gedeon impetravit (*Jud.* VI, 37),
erat suæ possibilitas naturæ, quæ perdita tunc velut in vellere occulta, nunc aut velut in
otore indiget, sauciata Salvatore, sed gra- area manifesta. Cum ergo lex, sine gratia,
i per fidem unius hominis mediatoris Dei non mors peccati potuisset esse, sed virtus. Sic
inum, hominis Jesu Christi qui et Deus C enim dictum est : « Aculeus mortis peccatum,
sset, hominem fecit, et manens Deus, ho- virtus autem peccati lex (*I Cor.* XV, 56). » Sic-
ctus, refecit ipse quod fecit. Puto autem ut confugiunt multi a facie repugnantis peccati ad
on lateat fides Christi, quæ postea in reve- gratiam velut in aream nunc patentem, ita pauci
m venit in occultis fuisse temporibus Patrum ad eam confugiebant, velut in vellere tunc la-
rum, per quam tamen etiam ipsa Dei tentem. Hæc vero temporum distributio refer-
liberati sunt, quicunque omnibus generis tur ad altitudinem divitiarum sapientiæ et scientiæ
i temporibus liberari potuerunt occulto Dei Dei, de qua dictum est: Quam inscrutabilia
, non tamen vituperabili. Unde dicit Apo- sunt judicia ejus et investigabiles viæ ejus (*Rom.*
« Habentes autem eumdem spiritum fidei, II, 33); » quapropter si ante tempus legis, et
eumdem quem et illi secundum quod scri- tempore ipso legis justos Patres ex fide viven-
est : Credidi propter quod locutus sum, et tes, non possibilitas naturæ infirmæ et indignæ
edimus propter quod et loquimur (*II Cor.* ac vitiatæ, et sub peccato venundatæ, sed Dei
. » Inde est quod ait ipse Mediator : « Abra- gratia per fidem justificabat, et nunc eadem in
ncupivit videre diem meum, vidit et gavi- D apertum jam veniens revelata justificat. Anathe-
(*Joan.* VIII, 56). » Inde prolato sacramento matizet ergo Pelagius scripta sua, ubi con-
edech mensæ Dominicæ novit æternum tra eam, et si non per contumaciam, tamen
cerdotium figurare. Jam vero data in lit- ignorantiam disputat, possibilitatem defendendo
ege quam dicit Apostolus subintrasse, « ut naturæ, ad vincenda peccata et implenda man-
ret delictum (*Rom.* V, 20), » et de qua data aut si ea sua esse negat, aut scriptis
« Ex lege hæreditas, jam non ex promis- suis, aut inimicis suis dicit immissa quæ sua
Abrahæ sed per repromissionen donavit esse negat, anathematizet ea et damnet paterna
» Quid igitur lex? « transgressionis gratia exhortatione et auctoritate sanctimoniæ tuæ. Si
est, donec veniret semen cui promissum est, ergo vult onerosum sibi et perniciosum, discat
itum per angelos in manu Mediatoris; Ecclesiæ scandalum auferre, quod scandalum au-
or autem unius non est, Deus autem unus ditores et imperversum dilectores ejus usquequa-
ex ergo adversus promissa Dei? Absit. Si que spargere non quiescunt. Si enim cognoverint
data esset lex quæ posset justificare om- eumdem librum quem illius vel putant esse vel
ex lege esset justitia, sed conclusit, Scri- norunt episcoporum catholicorum auctoritate, et

maxime sanctitatis tuæ quam apud eum esse majoris ponderis minime dubitamus, ab eodem esse ipso anathematizatum atque damnatum, non eos ulterius æstimanus ausuros loquendo contra gratiam Dei quæ revelata est per passionem et resurrectionem Christi ; nec pectora fidelia et simpliciter Christiana turbare, sed potius adjuvante misericordia Dei, certantibus nobiscum pietate et charitate flagrantibus, etiam orationibus tuis non solum ut in æternum beati, verum etiam justi sancti sint, non in sua virtute, sed in eadem gratia confisuros. Unde et ad ipsum scriptam ab uno homine epistolam ad quem per quemdam orientalem diaconum, civem autem Hipponiensem tanquam purgationis fieri quædam scripta transmisit, tuæ beatitudini potius credidimus dirigenda, melius judicantes et petentes ut eam ei mittere ipse digneris, sic enim eam legere potius non de, dignabitur, magis in illa eum qui misit, quam qui scripsit attendens, illud vero quod dicunt posse hominem esse sine peccato, et mandata Dei facile custodire, si velit. Quamvis cum hoc per adjutorium Dei gratiæ, quæ tamen per incarnationem Unigeniti ejus revelata atque donata esse dicitur, tolerabilius dici videatur tamen quoniam merito quæri potest ubi et quando per eamdem gratiam id efficiatur in nobis, ut sine illo prorsus peccato simus, utrum in hac vita quando caro concupiscit adversus spiritum, an vero in illa cum fiet sermo qui scriptus est : « Ubi est, mors, victoria tua, ubi est, mors, aculeus tuus ? » (*I Cor.* xv, 55.) Aculeus enim mortis peccatum est diligentius pertractandum, propter alios quosdam qui inique senserunt atque in suis litteris memoriæ mandaverunt, etiam in hac vita esse posse hominem sine peccato, non ab initio nativitatis suæ, sed conversione a peccatis ad justitiam, et a via reproba ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt quod de Zacharia et Elisabeth scriptum est : « Ambulasse eos in omnibus justificationibus Dei sine querela (*Luc.* I, 6). » Hoc quod dictum est sine querela, sine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes, imo etiam quod aliis locis in litteris eorum invenitur pie confitentes adjutorium gratiæ Domini nostri non per naturalem spiritum hominis, sed per principalem Spiritum Dei. Qui parum videntur considerasse ipsum Zachariam fuisse etiam sacerdotem. « Omnes autem tunc sacerdotes necesse habebant ex lege Dei primitus pro peccatis suis offerre sacrificium, deinde pro populo (*Hebr.* v, 3). » Sicut ergo nunc per orationis sacrificium convincimur non esse sine peccato quoniam jussi sumus dicere : « Dimitte nobis debita nostra (*Matth.* VI, 12). » Ita et tunc per sacrificia victimarum animalium convincebantur sacerdotes sine peccato non esse, qui pro suis peccatis jubebantur offerre. Quod si res ita se habet, ut per gratiam Salvatoris proficiamus quidem in hac vita, deficiente cupiditate, charitate crescente, *perficiamur* autem in illa vita, cupiditate exstincta, *charitate completa*, profecto illud quod scriptum est : « Qui natus est ex Deo non peccat (*I Joan.* v, 18). » Secundum illam charitatem dictum est quæ sola non peccat, ad nativitatem quippe quæ ex Deo est, augenda et perficienda. Charitas pertinet, non ea quæ minuenda est et consumenda cupiditas. Quæ tamen quandiu est in membris nostris lege quadam sua repugnat legi mentis, sed natus ex Deo, nec obediens desideriis ejus, nec exhibens membra sua arma iniquitatis peccato potest dicere : « Jam non ego operor illud, sed id quod habitat in me peccatum (*Rom.* VII, 17).» Sed quomodo se habeat ista quæstio, quia et si non invenitur homo in hac vita sine peccato, id tamen dicitur posse fieri per adjutorium gratiæ et Spiritus Dei ? Quod ut fiat conandum atque poscendum est. Tolerabiliter in id quisque fallitur, nec diabolica impietas, sed error humanus est, elaboranda et optanda affirmare, etiamsi quod affirmat non possit ostendere. Id enim credit fieri posse quod certe laudabile est velle. Nobis autem sufficit quod nullus in Ecclesia Dei fidelium reperitur in quolibet profectu excellenti atque justitia qui audiat dicere sibi non necessariam precationem orationis Dominicæ, « dimitte nobis debita nostra, » et dicat « se non habere peccatum, nec scipsum decipiat, et in eo veritas non sit (*I Joan.* I, 8), » quis jam sine querela vivat ? Non enim qualescunque, etiam tentationes humanæ, sed grave peccatum est quod in querela venit. Det veniam tua suavitas, si prolixiorem epistolam fortassis quam velles, tuæ misimus sanctitati. Non enim rivulum nostrum tuo largo fonti augendo refundimus, verum etiam noster, licet exiguus, ex eodem quo etiam tuus abundans emanat capite fluentorum, hoc aperte probare voluimus tuis rescriptis de communi participatione unius gratiæ consolari.

Rescriptum Innocentii papæ de Pelagio hæretico.

INNOCENTIUS, AURELIO, ALIPIO, AUGUSTINO, EVODIO, PASSIDIO episcopis. Sanctæ fraternitatis vestræ litteras plenas fidei totoque religionis catholicæ vigore firmatas a vobis missas et conciliis vestris per fratrem et coepiscopum nostrum Julium pergrato suscepimus animo : quod earum tenor omnisque contextio in consideratione quotidianæ gratiæ Dei, et in eorum correctione qui contra sentiunt integra ratione consistit ; et ut illis omnem tollere possit errorem, et idoneo dato quovis nostræ legis exemplo, quem sequi debeat dignum possint præbere doctorem. Sed de his, ut arbitror, jam satis supra diximus. Sed subinde contra eos subvenit, **182** et suppeditat quod dicatur, nec potest aliquando deesse quod vincat cum tam miserum impiumque sit quod nostræ virtute fidei et ipsa plenius veritate vincatur. Qui enim omnem vitæ spem respuit atque contempsit inimica damnabilique cor suum disputatione confundens, cum credit nihil esse quod a Deo accipiat, ne aliquid superesset quod petat ad sanandum, sed qui sibi hoc abstulit ulterius quid reliquit ? Si ergo sunt aliqui, quos in sui defensionem perversitas tanta defixit, qui huic se dogmati dedant atque conjungant, sperantes hoc

tholicam pertinere doctrinam, quod abhor- A
ongius et penitus approbatur adversum, in-
llorum et monitis et verbis ut haberent, in-
quatenus ad rectum vitæ tramitem redeant,
abunt, ne diutius mentem obsidens, velut
eorum sensibus error invadat. Nam si Pela-
quocunque restitit loco eorum animos, qui
vel simpliciter crederent disputandi, hac
atione decepit, seu hic illi in urbe sunt, quod
ntes nec manifestare possumus, nec negare,
t si sunt lateant, nec aliquando audeant, vel
prædicantem ista defendere, vel talia aliquo
rum præsente jactare, et in tanta populi mul-
ne deprehendi aliquis facile nec alicubi possit
ci, sive in quovis terrarum loco degant. Dei
misericordia, gratiaque credimus, quod facile B
antur, audita ejus damnatione qui fuerit per-
et resistens hujus dogmatis auctor inventus,
terest, ubi isti fuerint, dum ubicunque inve-
otuerint, sunt sanandi. Nobis tamen nec sua-
potest eum esse purgatum, quamvis ad nos
io quibus laicis sint gesta perlata, quibus ille
litum se crederet et absolutum. Quæ utrum
sint dubitamus, quod sub nulla illius concilii
atione venerunt, nec eorum aliquas accepimus
c re litteras, apud quos istius rei præstitit
s. Quod si de sua ille potuisset purgatione
ere, hoc magis credimus quod egisset. Quod
verius esse poterat, ut illos cogeret epistolis
ui dijudicaverant judicare. Verum cum sint
in ipsis posita gestis, quæ objecta partim mus- C
lo ille suppressit, partim multa in se verba re-
endo, tota obscuritate confudit, aliqua magis
argumentis quam vera ratione, ut ad tempus
poterat, purgavit, alia negando, alia falsa
retatione vertendo. Sed utinam quod magis
dum est etiam ille se ad veram catholicæ fidei
ab illo sui tramitis errore convertat, ut
t velitque purgari, considerans quotidianam
ratiam adjutoriumque cognoscens, ut videatur
n, et approbetur ab omnibus manifesta ra-
correctus, non gestorum judicio, sed ad ca-
am fidem corde converso. Unde non possum
m nec approbare nec culpare judicium, cum
amus utrum vera sint gesta, aut si vera sunt, D
subterfugisse constet magis quam se in tota
e purgasse. Qui si confidit, novitque non omni
m esse indignatione quod dicat aut jam hoc
se refutasse quod dixerat, non a nobis ac-
i, sed ipse debet potius festinare, ut possit.

absolvi. Nam si adhuc taliter sentit, quando se nostro judicio quibusvis acceptis litteris cum sciat damnandum se esse, committet. Quod si accercendus esset, ab his melius fieret qui magis proximi et non longo terrarum spatio videntur esse disjuncti, sed non deerit cura si medicinæ præbeat ille materiam. Potest enim damnare quæ senserat ac datis litteris erroris sui, ut regressum ad nos decet veniam postulare, fratres charissimi. Librum sane qui ejus esse dicebatur nobis a vestra charitate transmissum evolvimus, in quo multa blasphema erant, nihil quod placeret, nihil quod penitus non displiceret, a quovis damnandum atque calcandum, cujus similia nisi qui ista scripserat, nemo alter in mentem reciperet atque sentiret. Nam hoc loco de lege latius disputare velut coram posito repugnantique Pelagio necessarium esse non duximus cum vobiscum totam rem scientibus, parique nobiscum assensione gaudentibus, colloquamur. Tunc enim melius hæc exempla ponuntur, quando cum his quos harum constat rerum prudentes esse tractamus. Nam de naturæ possibilitate, ac de libero arbitrio, et de omni Dei gratia, et quotidiana gratia, cui non sit recte sentienti uberrimum disputare. Anathematizet ergo ista quæ sensit, ut illi qui ejus sermonibus fuerant, præceptisque collapsi, quid tandem habeat fides vera cognoscant. Facilius enim revocari potuerunt, cum ista a suo senserint auctore damnari. Quod si ille pertinaci in hac voluerit impietate persistere, est agendum quatenus vel his possit subveniri, quos non suus sed hujus magis error induxit, ne et illis hæc medicina pereat, cujus iste talem non admittit, nec postulat curam. Deus vos custodiat incolumes, fratres charissimi. Data VI Kalend. Februarii.

Item epistola familiaris ad Aurelianum Carthaginensem episcopum.

INNOCENTIUS AURELIO episcopo Carthaginensi. In familiaribus scriptis dilectio vera consistit, et firmius charitatis officia melius se orsa mereantur. Quamobrem per fratrem nostrum Julium epistolæ extrinsecus missæ respondere gestivi, ne apud me forsitan remaneret peculiaris negatæ salutationis offensa, supradictum igitur fratrem nostrum tuæ dilectioni restituo, cum apostolicæ sedi dignum ad relationem duplicis synodi judicatis. Superest, ut oratus a nobis Dominus præstare dignetur, quatenus omnis Ecclesiæ suæ macula continuis laboribus nostris possit abstergi. Dominus custodiat te incolumem, frater charissime. Data VI Kal. Febr.

INCIPIUNT DECRETA ZOZIMI PAPÆ

Quod monachi vel laici nisi per gradus eccle-
cos non debeant ad summum sacerdotium per-
e.

Quod si quis interdicta despexerit, gradus sui
ulo subjacebit.

3. Quæ in singulis clericorum gradibus tempora sint præfixa.

Episcopus ZOZIMUS urbis Romæ HESITIO episcopo Salonitano, salutem. Exigit dilexio tua præceptum apostolicæ sedis in quo Patrum decreta consentiunt,

et significas nonnullos ex monachorum cœtu, quorum sollicitudo quamvis frequentia major est, sed laicos ad sacerdotium festinare.

Cap. I. Hoc autem specialiter et sub prædecessoribus nostris et nuper a nobis interdictum constat litteris ad Gallias Hispaniasque transmissis, in quibus regionibus familiarior est ista præsumptio, quamvis nec Africa super hac admonitione nostra habeatur aliena, ne quis penitus contra Patrum præcepta qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non fuisset imbutus, et temporum approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum sacerdotium aspirare præsumeret; et non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores ejus, ut carerent eo ordine quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum. Unde miramur ad dilectionem tuam statuta sedis apostolicæ non fuisse perlata. Laudamus igitur constantiam tuam, frater charissime, nec aliud de pontificii censura veteris auctoritatis genus exspectandum fuit, quam ut talibus ambitionibus pro præceptis Patrum in procinctu fidei constituti occurreres. Igitur si quid auctoritati tuæ (quod non opinamur) æstimas defuisse, supplemus. Vos, obsistite talibus ordinationibus, obsistite superbiæ et arrogantiæ venienti. Tecum faciunt præcepta Patrum, tecum apostolicæ sedis auctoritas. Si enim officia sæcularia principalem locum non vestibulum actionis ingressis, sed per plurimos gradus examinatis temporalibus deferunt, quis ille tam arrogans, tam impudens invenitur, ut in cœlesti militia, quæ propensius ponderanda est, et sicut aurum repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desiderat cum tiro ante non fuerit, et prius velli docere quam discere? Assuescat in Domini castris, in lectorum primitus gradu, divini rudimentis servitii; nec illi vile sit exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri; nec hoc saltu, sed statutis majorum ordinatione temporibus, jam vero ad presbyterii fastigium talis accedat, ut et nomen ætas impleat, et meritum probitatis stipendia ante acta testentur. Jure inde summi pontificis locum sperare debebit. Facit hoc nimia remissio consacerdotum nostrorum qui pompam multitudinis quærunt, et putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas etiam his ubi solitudo est talium reperitur, dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præstare non possunt, divinos ordines largiuntur. Quod oportet districti semper esse judicii, rarum est enim omne quod magnum est.

II. Proinde nos ne quid meritis dilectionis tuæ derogaremus, ad te potissimum scripta direximus, quibus in omnium fratrum coepiscoporum nostrorum facies ire notitiam, non tantum eorum qui in ea provincia sunt, sed etiam qui in vicinis dilectionis tuæ provinciis adjunguntur. Sciet quisquis hoc postposita Patrum et apostolicæ sedis auctoritate neglexerit, a nobis districtius vindicandum, ut loci sui minime dubitet sibi constare rationem, si putat post tot prohibitiones impune posse tentari. Contumeliæ enim studio fit quidquid interdictum toties usurpatur.

III. Hæc autem singulis gradibus observanda sunt tempora, si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, et inter lectores ad vigesimum ætatis annum continuata observatione perduret. Si major et grandævus accesserit, qui tamen post baptismum statim divinæ militiæ desiderat mancipari, sive inter lectores sive inter exorcistas quinquennio teneatur. Exinde acolythus vel subdiaconus, quatuor annis sit, et sic ad benedictionem diaconatus si mereatur accedat, in quo ordine quinque annis si inculpate se gesserit, adhærere debebit. Exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterium poterit promereri. De quo loco si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, summum pontificatum sperare debebit. Hac tamen lege servata, ut neque bigamus, neque viduæ maritus, neque pœnitens ad hos gradus possit admitti. Sane etiam defensores Ecclesiæ qui ex laicis fiunt supradicta observatione teneantur si meruerint in ordine esse clericatus. Data VIII Kalend. Martii, Honorio XII et Theodosio VIII Augustis consulibus.

Ad clerum Ravennensem monitorium.

Zozimus episcopus urbis Romæ commonitorium presbyteris et diaconibus qui Ravennæ sunt. Ex relatione fratris nostri Archidami presbyteri qualiter suscepti sitis, vel quid egeritis cognovimus, vel qualiter illi suscepti sunt, qui contra canones adversum nos ad comitatum nescio qua audaci temeritate ire voluerunt. Ad vos hæc quæ nunc misimus, olim scripta feceramus, eorum quas injuriose miserant, respondentes epistolis. Sed quoniam non potuerunt rei in sua, hoc est in nostra Ecclesia Romana cum nostris compresbyteris commorari, hos ad vos illis tragendas litteras destinamus, in quibus decreto nostro sancimus, memoratos perturbatores omnium ab apostolicæ sedis nostræ communione alienos fuisse, atque nostra subscriptione probatam sententiam suscepisse, illos etiam qui effrenato huic facto consilioque assensum commodare voluerunt, vestræ charitatis est æstimare qualiter habeantur. Quibus hoc objicere vos debetis, quod juxta canonum præcepta fortiter incurrerunt, et qualiter presbyteros non decebat rebelles existere, tentaverunt. Vos autem monemus in speculis esse debere, neque eorum prorumpat audacia, quos anathematizatos scit sancta apostolica Ecclesia. De his vero qui eorum se societati junxerunt, quid agere debeamus, cum reversi fueritis, consilio meliore tractabimus. Et alia manu. Data V Kalend. Octobris, Honorio XII et Theodosio Augustis consulibus.

INCIPIUNT DECRETA BONIFACII PAPÆ.

leprecatoria ad Honorium Augustum, ut itur a principe quatenus in urbe Romana itum nunquam pontifex ordinetur.

ONIFACIUS episcopus HONORIO Augusto. Ec- e Romanæ (cui Deus noster meum sacer- bis res humanas regentibus deputavit) ringit, ne causis ejus quamvis adhuc cor- mmoditate detinear propter conventus rdotibus universis et clericis, et Christia- perturbationibus agitantur apud aures simi principis desim. Siquidem secus rtet eveniat, non vos id facere qui cuncta eratione componitis, sed nos per nostram esidiam videbimur, quod civitatis quietem pacem pervertere valeat admisisse. Cum anis rebus divinæ cultor religionis, Domino B ræsideas, nostra culpa erit, si non id sub ia quam certum est divinis semper rebus mptiore favisse firmo et stabili jure cu- quod per tot annorum seriem et sub illis cipibus obtinuit, quos nulla nostræ reli- a constrinxit, ut fidens utatur licitis, et imperio clementiæ minime quæ sunt illi- entur. Ipsa enim Ecclesia devotionem tuam sime imperator in eo quidem sermone, enerabili appellat affectu, quia Christus oster, vestri fidus rector et gubernator am desponsatam sibi et intactam virginem eam in aliquos patiamini insidiantium m fluctus illidi, et quietam faciem tempe- itæ tumore turbari gloriosissime et tran- C imperator Auguste. Ipsa ergo quæ uni est vestra tamen mater Ecclesia hanc estram legatione quam suis sacerdotibus ppellat, præterita præsentiaque repetit, it) religiose imperantibus crevit meus qui est populus, tam fidus Deo, quam tibi qui s Christi. Ecce enim inter ipsa mysteria, s suas quas pro nostri felicitate dependit ste apud quem et de cujus sede agitur o, sollicitis pro religionis observantia vo- at. Cum sollicita petitione miscetur ora- n varias res semel evulsa distrahat a Dei tentatore sollicitante discordias, Ageret rinceps Christianissime, nisi apud te sua- secura causarum et in oppressionibus D in hæreticorum correctionibus fide tua n pariter cum imperio semper florente bet refugium tuæ mansuetudinis ani- suæ religionis veneratione conjunctum, nid huic proficiat vos agatis. Conferatis consacerdotibus meis, probatissimis viris b omnibus qui Ecclesiam faciunt ista atione, quibus precamur sacræ causam rosequentibus in urbe vestræ mansuetu- animo quo postulatis a multis in perpe- ni universalis Ecclesiæ consulatis. Data nii.

Constitutio Honorii imperatoris ad Bonifacium papam missa, ut si denuo Romæ duo episcopi ordinati fuerint, ambo de civitate pellantur. A

Victor HONORIUS inclytus triumphator, semper Augustus, sancto ac venerabili BONIFACIO papæ urbis Romæ.

Scripta beatitudinis tuæ debita reverentiæ gratulatione suscepimus. Quibus recensitis, egimus omnipotenti Deo maximas gratias quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optate redditam didicimus sanitati. Et ideo reverentibus, venerabilibus viris gaudium nostrum sacrorum apicum attestatione signamus ac petimus, ut quotidianis orationibus apostolatus tuus studium ac votum suum circa salutem atque imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietatis nostræ satis placitum esse cognosce, quod sanctimonia tua de Ecclesarium aut populi perturbatione sollicita est. Quæ ne aliqua ratione possit evenire satis clementia vestra credidit esse provisus. Denique prædicante beatitudine tua id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut si quod forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum, ac si duo forte contra fas temeritate certantium fuerint ordinati, nullum ex eis penitus futurum sacerdotem, se illum solum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum nova ordinatione divinum judicium et universitatis consensus elegerit. Unde id observandum est, ut omnes tranquillam mentem et pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur, cum certum sit nulli partium suarum studia profutura.

Epistola Bonifacii papæ ad episcopos Galliæ de Maximo episcopo diversis criminibus accusato.

BONIFACIUS episcopus, PATROCLO, REMIGIO, MAXIMO, HILARIO, SEVERO, VALERIO, JULIANO, CASTORIO, LEONTIO, CONSTANTINO, JOANNI, MONTANO, MARINO, MAURICIO, et cæteris episcopis per Gallias et septem provincias constitutis.

Valentinæ nos clerici civitatis adierunt proponentes per libellum crimina quæ Maximum, teste tota provincia, asserunt commisisse. Delegata toties cognitione illum constituta semper subterfugisse judicia, ne confusus conscientia festinasse, ut si esset innocens examinatis omnibus purgaretur, quoties decreta ex nostrarum quoque chartarum instructione cognovimus. Qui e contrario probavit de se illa quæ dicta sunt, quæ ad ea confutanda cum essent innumera, a decessoribus meis provincialis est delegata cognitio. Conventus etiam dicitur evitasse, et adesse minime voluisse. Et nullus dubitat quod ita judicium innocens subterfugit, quemadmodum ut absolvatur qui est innocens quærit, seu astuta cavillatio eorum qui versutis agendum credunt esse consiliis, nunquam innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus, quisquis se subterfugere

judicium dilationibus putat. Veniet tamen aliquando A ille qui talis perhibetur in medium, nec prodest illi toties latuisse, toties subterfugisse, quem sui actus e commissa, quocumque fugerit, ea quæ objiciuntur illi, si vera sunt crimina, persequuntur. Debueram quidem jam nunc dignam pro ejus accusatis in nostro judicio actibus qui cognitionem et decretum judicium sæpe declinando credidit illudendum, ferre sententiam. Hanc ne aliquis præco ei quem forsitan judicaret, et sibi qui absens est, licet sit quæsitus a nobis reservatum esse nihil diceret, maluimus intercapedine temporis data deferri. Cum hoc etiam ejus accusatores assererent, de quorum intentionibus et moribus sit securum maximum tanto magis damnanda committere, quanto tardius se constituto judicio præsentarit. Quem Manichæorum involutum B caligine arguunt turpis sectæ, olim ita ne eum posset abluere animum sordidasse in probationem objectæ rei gesta synodalia proferentes, et commissis involutum indique flagitiis nullum eum sanitatis habuisse respectum, quem furore suo et insana temeritate ad sæcularium quoque judicum tribunalia subditum quæstioni, quod in vili quoque persona turpissimum est objicerent pervenisse, et homicidii damnatum asserunt, gestis prolatis in medium. Et hunc talem, post tanta taliaque commissa, episcopatus adhuc sibi nomen in suis latibulis vendicare, in propriæ civitatis infamiam nimiis doloribus conquerentur, et sanctum nomen vindicando sibi velle polluere. Ideoque, fratres charissimi, qui audiendus C hic præsentare se noluit, ne convictus forsitan ab accusantibus se clericis posset digna tandem aliquando præsentatus episcopali judicio pronuntiationis congruæ feriri sententia, quamquam illi hæc edocta fuerint quæ potest hujus nominis esse jactura qui pudorem nunquam sacerdotii habuisse perhibetur, et locum suum ne modico quidem tempore custodisse. Dilationem tantum dedimus, et decrevimus vestrum debere intra provinciam esse judicium, et congregari synodum ante diem Kalendarum Novembrium, ut si adesse voluerit præsens, si confidit, ad objecta respondeat. Si vero adesse neglexerit dilationem sententiæ de absentia non lucretur. Nam manifestum est confiteri eum de crimine, qui indulto, et toties delegato judicio purgandi se occasione non D utitur. Nihil enim interest utrum in præsenti examine omnia quæ dicta sunt comprobentur, cum ipsa quoque pro professione procurata toties constet absentia. Nos autem per omnes provincias litteras dirigemus, ne excusationem sibi ignorationis obtendat, ut ad provinciam venire cogatur, et illic se constituto præsentare judicio. Quidquid autem vestra charitas de hac causa duxerit decernendum, cum ad nos relatum fuerit, nostra ut condecet necesse est auctoritate firmentur. Data sub die Idus Junias, Monario II C. consule.

Ut nullus contempto metropolitano ordinetur episcopus.

Bonifacius, episcopus urbis Romæ, Hilario, episcopo Narbonensi, salutem. Difficile quidem fidem querimoniis commodamus, quarum sacerdotes Domini pulsat intentio, maxime cum eos quidpiam contra Patrum statuta tentasse, sed frequenter has asserit, sicut nunc multitudo causantium. Ecce enim, ut charitas tua recognoscit, ex subditis Lucubensis Ecclesiæ, clerici ordo vel plebis preces suas, vel lacrymas ad nos, quantum datur intelligi magno cum dolore miserunt, dicentes episcopum nostrum Patroclum sua petitione cessante, in locum decedentis episcopi, nescio quem in aliena provincia prætermisso metropolitano, contra Patrum regulas ordinasse. Quod nequaquam possumus ferre patienter; quia convenit nos paternarum sanctionum esse diligentes custodes. Nulli etenim videtur incognita synodi constitutio Nicænæ, quæ ita præcepit, ut eadem proprie verba ponamus. Per unamquamque provinciam jus metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse posse subjectas, quod illi quia aliter credendum non est, servandum, sancto Spiritu suggerente, sibimet censuerunt. Unde, frater charissime, si ita res sunt, et Ecclesiam supradictam provinciæ tuæ limes includit, nostra auctoritate communias, quod quidem facere sponte deberes desideriis supplicantium et voluntate respecta. Ad eumdem locum in quo ordinatio talis celebrata dicitur, metropolitani jure munitus et præceptionibus nostris fretus, accede intelligens arbitrio tuo secundum regulas Patrum quæcunque facienda sunt a nobis esse concessa, ita ut peractis omnibus, apostolicæ sedi quidquid statueris te referente clarescat, cui totius provinciæ ordinationem liquet esse mandatam. Nemo ergo eorum terminos audax temerator excedat, nec aliquid in illorum contumeliam partibus suis quæ sibi non videntur concessa defendat. Cesset hujusmodi præmissa nostra auctoritate præsumptio eorum qui ultra dignitatis suæ limitem digitu extendunt. Quod idcirco dicimus, ut advertat charitas tua, adeo nos canonum præcepta servare, ut ista constitutio quoque nostra definiat quatenus metropolitani sui unaquæque provincia in omnibus rebus semper ordinem exspectet. Data v Kalendas Februarii, Honorio XII et Theodosio X Augustis consulibus.

Expliciunt decreta Bonifacii papæ.

INCIPIUNT DECRETA COELESTINI PAPÆ.

1. De Prospero et Hilario qui quosdam Galliæ presbyteros accusant.

2. De sancto Augustino episcopo mira laudis assertio.

3. Præteritorum sedis apostolicæ episcoporum *auctoritas de gratia Dei* contra Pelagii sectatores.

4. *Quod Adam omnes homines* læserit, nec quemquam **184** per liberum arbitrium posse consurgere nisi eum gratia Dei erexerit.

5. Quod nemo sit bonus suis viribus nisi participatione ejus qui solus est bonus.

6. Quod nisi gratia Dei continua juvemur insidias diaboli devitare non possumus.

7. Quod per Christum libero bene utamur arbitrio.

Quod omnia sanctorum merita dona sint
uod omnis sancta cogitatio et motus piæ vo-
is ex Deo sit.
Quod gratia Dei non solum peccata dimittat,
am adjuvet ne committantur, et præstet ut
pleatur ; non sicut Pelagius ait, facile, quasi
ratia Dei difficilius posset impleri.
Quod præter statuta sedis apostolicæ omnes
nes Ecclesiæ Christi gratiam resonant, qua ge-
manum reparatur et ab æterna damnatione
tur.
Quod gratiam Dei etiam baptizandorum te-
instituta purgatio cum exorcismis et in-
ionibus spiritus ab eis expelluntur immundi.
Quod profundiores quæstiones nec contem-
sunt, nec penitus asserendæ.
ctissimis fratribus Venerio, Marino, Leontio,
io, Archadio, Sillucio, et cæteris Galliarum
pis Cœlestinus.
stolici verba præcepti sunt apud Judæos, atque
s sine offensione nos esse debere, hoc quis-
Christianus ex tota animi virtute custodit.
cum ita sit non parum periculi illi manere po-
nte Dominum, qui hoc detrectat etiam fideli-
hibere. Nam qualiter nos qui neminem perire
us ista contristent quæ auctoribus Christianis
llunt animos Christianos, Dominicus in Evan-
sermo testatur. Ait enim ipse Salvator quod
diat scandalizanti unum de pusillis in maris
dum demergi (*Matth*, XVIII, 6). » Ideo quæ sit
us pœna quæramus, cui tale supplicium legi-
xpedire.
. I. Filii nostri, præsentes, Prosper et Hilarius,
m circa Dominum nostrum sollicitudo lau-
est,* tantum nescio quibus presbyteris illic
qui dissensioni Ecclesiarum studeant sunt
nos prosecuti, ut indisciplinatas quæstiones
es in medium pertinaciter eos dicant prædi-
dversantia veritati. Sed vestræ dilectioni ju-
nputamus, quoniam illi supra vos habent co-
disputandi. Legimus « super magistrum non
liscipulum (*Matth.* x, 24), » hoc est non sibi
quemquam ad injuriam doctorum vindicare
am. Nam et hos ipsos a Deo nostro positos
us ad docendum, cum sit, docente Apostolo,
rtius locus (*I Cor.* XII, 28) « intra Ecclesiam
ndus. Quid illic speciei est ubi magistris ta-
us hi loquuntur? Qui, si ita est, eorum disci-
n fuerunt; timeo ne connivere sit hoc tacere,
ne magis ipsi loquantur qui permittunt illis
loqui. In talibus causis non caret suspicione
nitas, quia occurreret veritas, falsitas dis-
t. Merito namque causa nos respicit, si
faveamus errori. Ergo corripiantur hujus-
non sit his liberum habere pro voluntate ser-
n. Deserat, si ita res sunt, incessere novitas
tem. Desinat Ecclesiarum quietem inquietudo
e. Conantur sæpe naufragio mergere, quos

A intra portum stantes statio facit fida securos. Fida quippe est omnium statio, quorum perfectis gressibus vestigia non moventur. Recurrerunt ad apostolicam prædicti sedem, hæc ipsa nobis quæ tentat perturbatio conquirentes. Habete, fratres charissimi, pro catholicæ plebis pace tractatum. Sciant se, si tamen censeantur presbyterii dignitate vobis esse subjectos. Sciant omnes qui male docent quod sibi discere magis ac magis competat quam docere. Nam quid in Ecclesiis vos agitis, si illi summam teneant prædicandi? Nisi forte illud obsistat quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, ut aliqui e fratrum numero nuper de laicorum consortio in collegium nostrum fortassis admissi, nesciant quid sibi debeant vindicare. Super his multa jam dicta
B sunt eo tempore quo ad fratris tuendi dedimus scripta responsum. Nunc tamen repetentes sæpius admonemus: Vetentur hujusmodi qui laborant per terras aliud quam ille noster jussit Agricola seminare. Nec tamen mirari possumus, si hæc erga viventes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

II. Augustinium sanctæ recordationis virum quem pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter mngistros optimos etiam ante a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt,
C utpote qui ubique cunctis et amori fuerit et honori, unde resistatur talibus quos mala crescere videmus, nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque convenit macerari, quamvis maneat hos beatitudo promissa quicunque probantur persecutionem propter justitiam sustinere, quibus quid promittat Dominus in futurum sequens sermo declarat. Non est agentium causa solarum, universalis Ecclesiæ quacunque novitate pulsatur. Intelligamus hæc ipsa vobis quæ nobis non placent displicere. Quod ita demum probare poterimus, si imposito improbis silentio de tali re in posterum querela cessabit. Dominus incolumes vos custodiat, fratres charissimi.

III. Quia nonnulli catholico nomine gloriantur, in
D damnatis hæreticorum sensibus seu pravitate sive imperitia demorantes piissimis disputationibus obviare præsumunt. Et cum Pelagium atque Cœlestium anathematizare non dubitent, magistros tamen vestros tanquam necessarium modum excesserint obloquuntur, eaque tantummodo sequi, et probare profitentur quæ sacratissima beati apostoli sedes contra inimicos gratiæ Dei per mysterium præsulum suorum sanxit et docuit. Necessarium igitur fuerit diligenter inquirere quid rectores Romanæ Ecclesiæ de hæresi quæ eorum temporibus exorta fuerat judicaverint, et contra nocentissimos liberi arbitrii defensores quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint, ita ut etiam Africanorum concinorum quasdam sententias jungeremus, quas utique suas fece-

runt apostolici antistites et probarunt. Ut ergo plenius qui in aliquo dubitant, instruantur, constitutiones sanctorum Patrum compendioso manifestemus indiculo. Quod si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat et dicat.

IV. In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse, et neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserentis erexerit, pronuntiante beatæ memoriæ Innocentio, atque dicente in epistola ad Carthaginense concilium. Liberum enim arbitrium ille perpessus, dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda demersus est, et nihil quemadmodum exinde resurgere posset invenit, suaque in æternum libertate deceptus hujus ruina latuisset oppressus, nisi eum postea Christi per suam gratiam relevasset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem omne præteriti peccati vitium sui baptismatis lavacro purgavit.

V. Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet « qui solus est bonus (*Marc.* x, 18). » Quod in eisdem scriptis ejusdem pontificis sententia protestatur dicens : Nunquid nos de eorum posthæc rectum mentibus æstimemus, qui sibi se putant deberi quod boni sunt, nec illum considerant, cujus quotidie gratiam consequuntur qui sine illo tantum se assequi posse confidunt.

VI. Neminem etiam baptismatis gratia renovatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias, et ad evincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adjutorium Dei perseverantiam bonæ conversationis acceperit. Quod ejusdem antistitis in eisdem paginis doctrina confirmat dicens : Nam quamvis hominem redimeret a præteritis ille peccatis, tamen sciens iterum posse peccare ad reparationem sibi, quemadmodnm posse illum, et post ista corrigere multa servavit, quotidiana præstans illi remedia quibus nisi freti confisique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur.

VII. Quod nemo nisi per gratiam libero bene utatur arbitrio. Idem magister in epistola ad Milevitanum concilium data prædicat dicens : Adverte tandem, o pravissimarum mentium perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis ejus utitur in prævaricationem præsumptionis incederet; nec ex hac potuit erui, nisi ei providentia regenerationis statum pristinæ libertatis Christi Domini reformasset adventus.

VIII. Quod omnia studia et omnia opera ac merita sanctorum ad Dei gratiam laudemque referenda sunt, quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo quod ipse donaverit, in quam nos sententiam dirigit beatæ *recordationis papæ* Zozimi regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis episcopos ait : Nos autem instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt unde nascuntur) ad fratrum et coepiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus. Nunc autem sermonem sincerissimæ veritatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ita ut ad eumdem virum rescriberent, illud vero quod in litteris quas ad universas provincias curasti esse mittendas, posuisti, dicens : Nos tamen instinctu Dei, etc. Sic accepimus dictum, ut illos, qui contra Dei adjutorium extollunt, humani arbitrii libertatem districto gladio veritatis velut cursim transiens amputares. Quid enim tam libero fecistis arbitrio ? quam quod universo in nostra humilitatis conscientiam retulistis, et tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidistis, veraciter fideliterque ut dixistis, [ideo utique quia « præparatur voluntas a Domino (*Prov.* xix, 21), » et ut boni aliquid agant paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium. « Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei (*Rom.* viii, 14), » ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium et in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis moribus magis illius valere non dubitemus auxilium.

IX. Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio, ut sancta cogitatio pium consilium omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit, quia per illum aliquid boni possumus « sine quo nihil possumus (*Joan.* xv, 5). » Ad hanc enim nos professionem idem doctor instituit, qui cum ad totius orbis episcopos de divinæ gratiæ opitulatione loqueretur : quod ergo tempus, ait, intervenit, quo ejus non egeamus auxilio ? In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus, adjutor et protector orandus est, superbum est enim ut quidquam sibi humana natura præsumat, clamante Apostolo : « Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed contra principes et potestates aeris hujus, contra spiritualia nequitiæ 185 in cœlestibus. » Et sicut ipse iterum dicit : « Infelix ergo homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus. Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum (*Rom.* vii, 24, 22), » Et iterum : « Gratia Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum (*I Cor.* xv, 18). »

X. Illud etiam quod intra Carthaginensis synodi decreta constitutum est, quasi proprium apostolicæ Sedis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est, ut quicunque dixerit gratiam Dei qua justificamur, per Jesum Christum Dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum valere quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium ut non committantur, anathema sit. Et iterum quarto capitulo ait : Ut si quis dixerit gratiam Dei per Jesum Christum, propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur et aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quod

ere et quod vitare debeamus, non autem per nobis præstari, ut quid faciendum cognovimus facere diligamus atque valeamus, anathema m enim dicat Apostolus: « Scientia inflat, chari- ro ædificat valde (*I Cor.* VIII, 1), » impium est damus ad eam quæ inflat nos habere gratiam ti, et ad eam quæ ædificat non habere, cum rumque donum Dei, et scire quid facere de- us, et diligere ut faciamus, ut, ædificante cha- , scientia non possit inflare. Sicut autem de criptum est: « Qui docet hominem scientiam XCIII, 10), » ita scriptum est etiam : Charitas o est (*I Joan.* IV, 7). » Item quinto capitulo, ut uis dixerit ideo nobis gratiam justificationis ut quod facere per liberum arbitrium jubemur s possimus implere per gratiam, tanquam et tia non daretur non quidem facile, sed tamen nus etiam sine illa divina implere mandata, ema sit. De fructibus enim mandatorum Do- s loquebatur, ubi non ait, sine me difficilius tis facere, sed ait, « sine me nihil potestis facere . XV, 5). »

Præter eas autem beatissimæ et apostolicæ inviolabiles sanctiones, quibus nos piissimi s pestiferæ novitatis elatione dejecta, et bonæ tatis exordia, et incrementa probabilium stu- m, et eis usque in finem perseverantiam ad i gratiam referre docuerunt, obsecrationum ie sacerdotalium sacramenta respiciamus, quæ stolis tradita in toto mundo atque in communi ia catholica uniformiter celebrantur, ut legem ndi, lex statuat supplicandi. Cum enim sancta- plebium præsules mandata sibimet legatione ntur, apud divinam clementiam humani generis causam : et tota secum cogemiscente Ecclesia lant et precantur, ut infidelibus donetur fides, lolatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, læis ablato velamine lux veritatis appareat, ut ici catholicæ fidei perceptione resipiscant, ut natici spiritum redivivæ charitatis accipiant, ut pœnitentiæ remedium conferatur, ut denique umenis ad regenerationis sacramenta perdu- cœlestis aula misericordiæ reseretur, hæc autem erfunctorie, neque inaniter a Domino peti re- ipsarum monstrat effectus, quandoquidem ex eorum genere plurimos Deus dignatur attra- quos erutos de potestate tenebrarum transfe- regnum filii charitatis suæ (*Coloss.* I, 13), » et sis iræ faciat vasa misericordiæ, quod adeo divini operis esse sentitur, ut hæc efficiente ratiarum semper actio laudisque confessio pro nationе talium vel correctione referatur.

Illud etiam quod circa baptizandos in universo o sancta Ecclesia uniformiter agit non otioso mplamur intuitu, cum sive parvuli, sive juve- d regenerationis veniunt sacramentum, non ad fontem vitæ adeunt quam exorcismis et ex- tionibus clericorum spiritus ab eis immundus tur, ut tunc vere appareat quomodo princeps mundi hujus mittatur foras, et quomodo prius alli- getur fortis, et deinceps vasa ejus diripiantur in possessionem translata victoris, « qui captivam ducit captivitatem, et dat dona hominibus (*Ephes.* IX, 8). » His ergo ecclesiasticis ex divina sumptis auctoritate documentis ita, adjuvante Domino, confortati sumus, ut omnium bonorum affectuum atque operum et omnium studiorum omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum fateamur auctorem, et non dubitemus ad ipsius gratia omnia hominis merita præveniri, per quem fit ut aliquid boni et velle incipiamus et facere. Quod utique auxilio et munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sauum, de impudente sit providum. Tanta enim erga omnes homines est bonitas Dei, ut nostra velit esse merita quæ sunt ipsius dona, et pro his quæ largitus est æterna præmia sit donaturus, agit quippe in nobis ut quod vult et velimus et agamus, nec otiosa in nobis esse patitur, quæ exercenda non negligenda donavit, ut et nos cooperatores simus gratiæ Dei, ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione langurscere, ad illum sollicite recurramus qui sanat omnes languores nostros, et redimit de interitu vitam nostram, et cui quotidie dicimus, « ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo (*Matth.* VI, 13). »

XIII. Profundiores vero difficilioresque partes occurrentium quæstionum quas latius pertractarunt qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere; * quia ad confitendum gratiam Dei cujus operi ac dignationi penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quidquid secundum prædictas regulas apostolicæ Sedis non [nos] scripta docuerunt, ut prorsus non opinemur catholicum quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium.

Ad episcopos Galliæ epistola ejusdem.

1. Quod non debeant sacerdotes aut clerici amicti palliis et præcincti lumbis in ecclesiis ministrare.

2. Quod nulli sit ultima pœnitentia deneganda.

3. Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatus officium debeat quis pervenire.

4. Quod unaquæque provincia suo metropolitano debeat esse contenta.

5. Quod nolentibus clericis vel populis nemo debeat episcopus ordinari.

6. Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum

Cœlestinus universis episcopis per Viennensem et Narbonensem provinciam constitutis in Domino salutem. Cuperemus quidem de vestrarum ecclesiarum ita ordinatione gaudere, ut gratularemur potius de provectu quam aliquid admissum contra disciplinam ecclesiasticam doleremus, et nostram enim lætitiam et benefacta præveniunt, et mœroris aculeis nos quæ fuerint malefacta compungunt. Nec silere possimus, cum hoc ut ab illicitis revocemus aliquos officii nostri, provocemur instinctu, in speculis a Deo constituti ut vigilantiæ nostræ diligentiam com

probantes, et quæ coercenda sunt resecemus, et quæ observanda sunt sanciamus. Et quamvis circa longinqua spiritualis cura non deficiat, sed se per omnia qua nomen Dei prædicatur extendat, nec notitiam nostram subterfugiunt, quæ in eversionem regularum novellæ præsumptionis auctoritate tentantur.

I. Didicimus enim quosdam Domini sacerdotes superstitioso potius cultui inservire, quam mentis vel fidei puritati. Sed non mirum si contra ecclesiasticum morem faciunt, qui in Ecclesia non creverunt, sed ab alio venientes itinere secum hæc in Ecclesiam, quæ in alia conversatione habuerant, intulerunt, amicti pallio et lumbos præcincti credunt sanctæ Scripturæ fidem, non per spiritum, sed per litteram complexuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt ut taliter servarentur, cur non fiunt pariter quæ sequuntur, ut lucernæ ardentes in manibus una cum baculo teneantur? Habeant autem suum ista mysterium et intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis quam decet significatione serventur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale. In lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur, de quo dicitur : « Sic opera vestra luceant (*Matth.* v, 16). » Habent tamen istum forsitan cultum, morem potius quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, et procul a cæteris degunt, unde hic habitus in ecclesiis Gallicanis, ut tot annorum tantorumque pontificum in alterum habitum consuetudo vertatur, discernendi a plebe vel cæteris sumus doctrina non veste, conversatione non habitu, mentis puritate non cultu. Nam si studere incipiamus novitati, traditum nobis a Patribus ordinem calcabimus, ut locum supervacuis superstitionibus faciamus, rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere, docendi enim potius sunt quam illudendi. Nec imponendum est eorum oculis, sed mentibus infundenda præcepta sunt. Erant quidem multa quæ pro disciplina ecclesiastica, vel ipsius rei dicere ratione possemus, sed ab his ad alia revocamur.

II. Agnovimus enim pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subveniri ; horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, et periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere quo se illi expediri desiderat et liberari ? Quid hoc rogo aliud quam morienti mortem addere, ejusque animam sua credulitate ne absolvi possit occidere, cum Deus ad subveniendum sit paratissimus st invitans ad pœnitentiam sic promittat peccatori, inquit, « quacunque die conversus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei (*Ezech.* xxxiii, 12); » et iterum: « Nolo mortem peccatoris, sed tantum convertatur et vivat (*Ezech.* xxxiii, 11). » Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegaverit. Et desperavit de clementia *Dei, qui eum ad subveniendum* morienti sufficere, vel momento posse non credit. Perdidisset latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens si illum unius horæ pœnitentia non juvisset. Cum esset in pœna pœnituit et per unius sermonis promissionem habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Dominum conversio in ultimis peccatorum mente potius est existimanda, quam tempore, propheta hoc taliter asserente : « Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris. » Cum ergo Dominus sit cordis inspector quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum ille se obliget judici, cui occulta omnia noverit revelari.'

III. Ordinatos vero quosdam, fratres charissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti contra Patrum decreta hujus usurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse didicimus, cum ad episcopatum his gradibus frequentissime cautum esse deberet perveniri, ut a minoribus initiati officiis ad majora firmentur. Debet enim ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. Omnis vitæ institutio hac ad id quod tendit se ratione confirmat. Qui minime litteris operam dederit præceptor non potest esse litterarum. Qui non per singula stipendia creverit, ad meritum ordinem stipendii non potest pervenire. Solum sacerdotium inter ista rogo vilius est? Quod facilius tribuitur cum difficilius impleatur. Sed jam non satis est laicos **186** ordinare, quod nullus fieri ordo permittit, sed etiam quorum crimina longe lateque per omnes pene provincias nota sunt pontifices ordinantur. Daniel enim nuper missa relatione ex orientalibus ad nos partibus ab omni quod tenuerat virginum monasterio nefariis est objectionibus accusatus multa de multis objecta flagitiis. In quanam lateret terrarum parte quæsitum est, ut si innocentiæ confideret, contra judicium postulatum minime declinaret. Missæ ad Arelatensem episcopum per Fortunatum subdiaconum nostrum præceptiones, ut ad judicium destinaretur episcopale. Tantis gravatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus sacrarum (ut dicitur) virginum pollutus incesto episcopus asseritur ordinatus, et ut in nostri libellis scrinii continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus, in pontificii dignitatem hoc tempore quo ad causam dicendam missis a nobis litteris vocabatur, obrepsit, sacro nomini absit injuria. ' Facilius est ut hanc dignitatem tali dando ipse amiserit ordinatus, quam eam obtineat ordinatus. Cui convicto sociabitur qui sibi eum credidit largiendo pontificium sociandum. Qualis enim ipse sit quisquis talem ordinaverit ostendit. His ergo in medium nunc deductis, cum plerique nostrum sint qui apostolicæ Sedis statuta cognoverint nobiscum tempore aliquanto versati ad disciplinæ normam nostris conventa exhortationibus omnia fraternitas vestra festinet revocare.

IV. Primum juxta canonum decreta unaquæque provincia suo metropolitano contenta sit, ut decessoris

ta ad Narbonensem episcopum continent nec usurpationi locus alicui sacerdoti in concedatur injuriam. Sit concessis sibi s unusquisque limitibus, alter in altevincia nihil præsumat, nec emeritis in esiis peregrini et extranei, et qui ante sunt ad exclusionem eorum qui bene de suoum merentur testimonio præponantur, ne uoddam de quo episcopi fiant videatur esse a.

lus invitis detur episcopus : cleri plebis et consensus et desiderium requiratur. Tunc altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius est episcopus ordinandus, nullus dignus enire non credimus) potuerit reperiri. Priim illi reprobandi sunt, ut aliqui de ecclesiis merito præferantur. Habeat unusfructum suæ militiæ in ecclesia in qua suam ia officia transegit ætatem. In aliena stinimine alter obrepat, nec alii debitam audeat vendicare mercedem. Sit facultas renitendi si se viderint prægravari, et ingeri ex transverso agnoverint non timeant qui si non debitum præmium vel liberum s qui recturus est debent habere judi-

stineatur etiam ab illicitis ordinationibus. r laicis, nullus digamus, nullus qui sit aritus aut fuerit ordinetur, sed irreprehenqualem elegit apostolus fiat. Per Moysen præcepit : « Virginem accipiat sacerdos (*Levit.* XXI, 13). » Subsequitur et supplet s eodem locutus spiritu, « unius uxoris iscopum debere consecrari (*I Tim.* III, 2). » ergo eligantur formulam sacerdotes, et si e sunt ordinationes illicite, removeantur : stare non possunt, nec discussionem subterfugere poterunt, quamvis latere se qui taliter pervenerunt ; et ut nulla reliverentia obscuritate fucetur, non sit vana io palliatis, episcopalem morem qui episcopi uantur. Daniel, ut diximus, qui accusaontificali honore subterfugere se credidit t ad fastigium tantum accusatores suos ervenit, a sanctitatis vestræ cœtu interim egregatum qui se nostro judicio debet si conscientiæ suæ novit fiduciam obtisiliensis vero ecclesiæ sacerdos qui dicitur ctu nefas est) in necem fratris taliter s, ut huic qui ejus sanguine cruentatus t portionem cum eodem habiturus occurvestro eum audiendum collegio delegamus. Data VII Kalend. Augusti Felice et Tauro consulibus.

Epistola ejusdem Cœlestini ad episcopos Apuliæ et Calabriæ.

1. Quod nulli sacerdotum liceat canones ignorare.

2. Quod non oporteat clericis ecclesiarum contemptis de laicis episcopus ordinare.

3. Quod docendus sit populus non sequendus.

CAP. I. CŒLESTINUS universis episcopis per Apuliam et Calabriam constitutis. Nulli sacerdoti liceat canones ignorare, nec quemquam facere quod Patrum possit regulis obviare. Quæ enim a nobis res digna reservabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur.

II. Audivimus quasdam propriis destitutas rectoribus civitates episcopos sibi velle petere de laicis, tantumque fastigium tam vile credere, ut hoc his qui non Deo, sed sæculo militaverint, æstiment non posse conferre, non solum male de suis clericis in quorum contemptum hoc faciunt judicantes, sed de nobis pessime, quos credunt hoc posse facere sentientes. Quod nunquam auderent, si non quorumdam illicitis consentiens sententia conjungeret. Ita nihil quæ frequentius sunt decreta proficiunt, ut hoc quasi nunquam de hac parte scriptum fuerit ignoretur. Quid proderit per singula clericos stipendia militasse, et omnem egisse in Dominicis castris ætatem, si hi qui præfuturi sunt ex laicis requirantur. Qui vacantes sæculo et omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu proprio in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate transcendere, et in aliud vitæ genus, calcata reverentia ecclesiasticæ disciplinæ, transire. Talibus itaque, fratres charissimi, qui juris nostri, id est canonum gubernacula custodimus, necesse est obviemus ; hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, et sinat fieri, unde et illum decipiat et sibi causas generet, quibus reus constitutis decretalibus fiat.

III. Docendus est populus non sequendus. Nosque si nesciunt eos, quid liceat, quidve non liceat commonere, non his consensum præbere debemus. Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiat censuram apostolicæ Sedis minime defuturam. Quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est per severitatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc quæ propriis rectoribus carent ecclesias volumus innotescat, ut nullus sibi spe aliqua forsitan blanditus illudat. Data XII Kalend. Augusti, Florentio et Dionisio consulibus.

INCIPIUNT DECRETA SIXTI PAPÆ.

episcopus omnibus orientalibus episcopis o salutem.

vestræ referimus sanctitati, quod in tribulatione et persecutione nostra vos visitare misistis, et causæ nostræ finem bonum scire, et esse optastis, precibusque Deum exoratis ut mihi in tri-

bulatione succurreret, mea meque adjuvaret, et ab æmulis tribulantibus et persequentibus me liberaret. O quam bona est charitas, quæ absentes per imaginem præsentes sibimetipsis exhibet per amorem; divisa quoque unit et confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta confirmat. Quam recte prædicator egregius apostolus, videlicet Paulus, vinculum perfectionis vocat: quoniam virtutes quidem cæteræ perfectionem generant, sed tamen eas charitas ita ligat, ut ab amantis mente dissolvi jam nequeant. Hac quoque virtute, fratres, plenos vos Spiritus sancti gratia esse reperio, dum solatiari mihi in meis anxietatibus sentio. Nec mirum, charissimi, si me persequuntur æmuli mei, cum caput nostrum quod est Christus olim æmuli quidem sanctæ Dei Ecclesiæ servorumque ejus sint persecuti; unde et ipsa per se Veritas dicit: « Si patremfamilias Belzebuth vocaverunt, quanto magis domesticos ejus! » (*Matth.* x, 25). Quæ iterum dicit: « Si de hoc mundo essetis, mundus, quod suum erat diligeret. Sed quia de hoc mundo non estis, sed ergo elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus (*Joan.* xv, 19). » Hæc, fratres, cum et nos sciamus, et aliis nosse prædicamus, vosque ea perfecte scire non dubitemus propter insidiantium vituperationes, aut accusationes, vel propter adulantium laudationes, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare debemus, sed inter verba laudantium sive vituperantium ad mentem semper recurrendum est, et si in ea non invenitur bonum quod nobis dicitur, magnam tristitiam generare debet. Et rursum si in ea non invenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magna debemus lætitia prosilire. Quid enim si omnes accusent et conscientia nos accuset, aut si omnes laudant et conscientia nos liberos demonstret? Habemus Paulum dicentem: « Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ (*II Cor.* i, 12). » Job quoque dicit: « Ecce in cœlis testis meus (*Job* xvi, 20). » Si ergo est nobis testis in cœlo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi quod in pulverem sufflant, atque in oculos suos terram excitant? Unde plus detractionis perflant inde magis nihil veritatis vident; vocandi tamen sunt etiam ipsi, et tranquille admonendi eisque satisfieri modis omnibus debet, scientes quod de Judæis Veritas ait: Ne forte scandalizemus eos. Si autem satis fieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationem quam in Evangelio aspicias, quia cum Domino dictum fuisset, scis quia audito hoc verbo scandalizati sunt, respondit.: « Sinite illos, cæci sunt duces cæcorum (*Matth.* xv, 14). » Paulus quoque apostolus admonet dicens: « Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes (*Rom.* xii, 18); » dicturus cum omnibus hominibus pacem habentes quia hoc difficile esse perspexit præmisit, si fieri potest, et subjunxit, quod potest fieri, cum dicit quod ex vobis est; quia si nos in mente *charitatem erga odientes* servare cupimus, et si illi pacem nobiscum non habent, nos tamen cum illis sine dubio habemus. Quod ergo mandastis, ut scriberem vobis qualiter instans jurgium contra me suscitatum sit, vel a quo, ut vestro adminiculo pelleretur, et causa mea firmaretur, scitote me criminari a quodam Basso et injuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra auctoritate synodum congregari jussit, et facto concilio cum magna examinatione, satisfaciens omnibus, licet evadere satis aliter potuissem, suspicionem tamen fugiens coram omnibus me purgavi, me scilicet a suspicione et æmulatione liberans, sed non aliis qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo formam exemplumque dans, cum scriptum sit: Si quis crimen objicere voluerit, scribat se prius probaturum; et alibi: Criminationes adversus doctorem nemo recipiat; et iterum: Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici, apud episcopum a qualibet persona fuerint accurati quicunque fuerit, sive ille sublimis vir honoris, sive ullius alterius generis persona qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit docenda probatioribus monstranda documentis se debere in-

187 ferre. Si quis ergo circa hujusmodi personas non probanda detulerit, intelligat se jacturam infamiæ sustinere, et sub magna excommunicatione exsilio deportari. Ista omnia [postposui non aliis, ut paulo superius prælibatum est, exemplum dando, sed me a præfata infamia et suspicione liberando.

Condemnatus est autem memoratus Bassus a jam dicta synodo, ita tamen ut in ultima die viaticum ei non denegetur propter humilitatem pietatis Ecclesiæ.

Valentinianus quoque ante dictus imperator scripto eum condemnavit, cum Augusta matre Placida et omnia prædia facultatum ejus futuris de talibus dans hominibus formam ita faciendi, Ecclesiæ catholicæ sociavit.

Sæpe dictus ergo Bassus nutu divino non multo post moritur. Cujus corpus, licet dignum non essst sepulturæ, propter misericordiam tamen sepelivi eum in cubiculo parentum ejus. Et quanquam ipse erga me stulte et imprudenter egisset, ego vero misericorditer circa eum egi cogitans illud quod Dominus in Evangelio loquitur dicens: « Si non dimiseris hominibus peccata eorum, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra (*Matth.* vi, 15). » Et in ipsa Dominica oratione quam Salvator noster discipulos orare docuit, quotidie supplicando Domino dicimus: « Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris (*Matth.* vii, 12), » et multa sunt alia, et his similia. His itaque dimissis de me peractis, quia contra voluntatem episcoporum qui nobiscum erant, propter humilitatem sensus mei nullo compulsus judicio ac vim passus, sed sponte eligens hæc nec formam, ut jam dictum est, aliis dando, sed me purificando feci, in aliis tamen episcopis competens adhibenda est de talibus medicina

ribus, ne immatura curandi facilitas mortifera
s peste nihil possit, sed segnius tracta perni-
eatu non legitimæ curationis involvat pariter
itos et medentes. Ob id ergo statuentes decer-
, ut hi qui non sunt bonæ conversationis et
m vita est accusabilis, vel quorum fides, vita
rtas nescitur, non possint Domini sacerdotes
are, nec viles personæ ad accusationem eorum
tantur.

iliter hi qui in aliquibus criminibus irretiti
vel qui sunt suspiciosi vocem adversus majores
non habeant accusandi, quia suspiciosa vox et
a veritatem solet opprimere; peregrina vero
a, salva in omnibus apostolica auctoritate, gene-
nctionne prohibemus, quia indignum est, ut ab
nis judicetur, qui provinciales, et a se electos
habere judices, nisi fuerit appellatum; unde
et, ut si aliquis episcoporum super certis accu-
criminibus, ut ab omnibus audiatur, qui sunt
ovincia episcopis, quia non oportet accusatum
i quam in foro suo audiri. Si quis vero judi-
dversum sibi senserit, vocem appellationis exhi-
appellantem autem non debet afflictio ulla, aut
tionis injuriare custodia, sed liceat appellatori
um causam appellationis remedio sublevare,
etiam in causis criminalibus appellare, nec
landi vox denegetur ei quem supplicio senten-
stinarit, pulsatus ante suum judicem causam
et non ante suum judicem pulsatus, si voluerit
, et ut pulsatis quoties appellaverint induciæ
r. Si quis ergo iratus crimen aliquod cuilibet
e objecerit, convicium non est pro accusa-
habendum, sed permisso tractandi spatio, id
iratus dixit, per scripturam se probaturum
fateatur; ut si fortasse resipiscens quæ per
idiam dixit, iterare aut scribere noluerit, non
us criminis teneatur. Omnis ergo qui crimen
t, scribat se probaturum. Revera ibi semper
agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non
verit quod objecit, pœnam quam intulerit ipse
ur.

cuit etiam, ut si episcopus accusatus appellave-
ostolicam sedem, id statuendum, quod ejusdem
pontifex censuerit. Hæc tamen omni in sacer-
a causa forma servetur, ne quemquam senten-
on a suo judice dicta constringat. Occurrere
ie quisque fidelium ruinis debet oppressorum,
serorum consilio, quo valeant ex revelatione
e vindictæ a se Dei removere vindictam. Libat
prospera qui ab afflictis pellit adversa, unde
um est : « Frater fratrem adjuvans exaltabi-
: « Ecclesia enim Dei sine macula et ruga debet
re (*Ephes.* v, 27); » et ideo non oportet eam a
isdam conculcari, aut maculari, quia scriptum
« Una est columba mea perfecta mea (*Cant.* II,
» hinc iterum Dominus ad Moysen ait : « Est
penes me, et stabis supra petram (*Exod.* XXXIII,
» Quis est locus, qui non sit Domini, dum cun-
a ipso per quem creata sunt, continentur? Sed

A tamen locus apud eum videlicet sanctæ Ecclesiæ unitas est, in qua supra petram statur, dum confessionis soliditas humiliter tenetur. Vos quoque et omnes fratres nostros Ecclesiam Christi sanguine redemptam regentes monemus, ut omnes a præcipitio in quo fratres et Domini pastores detrahendo et persequendo verbis labuntur, laqueis quibus potestis retentis, et labi eos in ima non permittatis, quia scriptum est : « Ira viri justitiam Dei non operatur (*Jac.* I, 20); » hinc rursus dicitur : « Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, et tardus ad iram (*Jac.* I, 19), » hæc autem vos auctore Deo omnia servare non ambigo, sed occasione admonitionis exorta bonis vestris operibus et desideriis me furtive subjungo, ut quod non admoniti
B facitis, quando vobis et admonens additur, jam non soli faciatis.

Quapropter, fratres, oportet vos et omnes fideles diligere invicem, et non detrahere, aut accusare alterutrum, scriptum est enim : « Dilige proximum tuum (*Matth.* V, 43), » et conjunge fidem cum illo, quod si denudaveris absconsa illius non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit avem de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum, et non eum capies, non illum sequaris, quoniam longe abest. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima ejus, ultra eum non poteris colligare, et maledicta est concordatio, denudare autem amici mysteria desperatio est animæ
C infidelis, annuens oculo fabricat iniqua, nemo eum abjiciet : In conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, et super sermone tuos admirabitur. Novissime autem pervertet os suum, et in verbis tuis dabit scandalum. Multa audivi, et non coæquavi ei, et Dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet, et plaga dolose dividet vulnera. Qui fodit foveam incidit in eam, et qui statuit lapidem proximo offendet in eo; et qui laqueum alio ponit, peribit in illo; faciendi nequissimum consilium super ipsum devolvetur, et non agnoscet unde adveniet illi. Illusio et improperium superborum, et vindicta sicut leo insidiabitur illi; laqueo peribunt qui oblectantur casu justorum. Dolor autem consumet
D illos antequam moriantur. Ita et furor utraque exsecrabilia, et vir peccatorum continens erit illorum. Qui vindicari vult, a Deo inveniet vindictam, et peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur; homo homini servat iram, et a Deo quærit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, et de peccatis suis deprecatur altissimum? ipse dum caro sit, servat iram, et propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento novissimorum, et desine inimicari? Tabitudo enim et mors imminent mandatis. Memorare timorem Dei, et non irasceris proximo. Memorare testamenti Altissimi, et despice ignorantiam proximi. Abstine te a lite, et minues peccata, homo enim iracundus incendit lites,

et vir peccator turbabit amicos, et in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna silvæ, sic ignis exardescet, et secundum virtutem hominis iracundia illius erit, et secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festinatum incendet ignem, et lis festinans effundet sanguinem, et lingua testificans adducet mortem. Si sufflaveris, quasi ignis exardebit, et si exspueris super illam exstinguetur, et utraque ex ore proficiscuntur. Susurro et bilinguis maledictus, multos turbavit pacem habentes, lingua tertia multos commovit, et dispersit illos a gente in gentem. Civitates muratas divitum destruxit, et domos magnatorum effodit, virtutes populorum concidit, et gentes fortes dissolvit. Lingua tertia mulieres viritas ejecit, et privavit eas de laboribus suis. Qui respicit illam non habebit requiem, nec habitabit cum requie. Flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuit ossa. Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic, quomodo qui interierunt per linguam suam. Beatus qui tectus est a lingua nequam, et qui in iracundiam illius non transivit, et qui non attraxit jugum illius, et vinculis illius non est ligatus. Jugum enim illius jugum ferreum est, et vinculum illius vinculum æreum est. Mors illius mors nequissima est, et utilis potius inferis quam illa perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum, et flamma sua non comburet justos. Qui derelinquunt Deum, incidunt in illam, et exardescet in illis, et non exstinguetur, et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, et noli audire linguam nequam, et ori tuo facito ostia, et seras auribus tuis, aurum tuum, et argentum tuum confla, et verbis tuis facito stateram, et frenos ori tuo rectos, et attende ne forte labaris in lingua tua, et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, et sit casus tuus insanabilis in mortem, ista caveant omnes et cohibeant linguam suam a malo, et labia eorum ne loquantur dolum.

« De cætero, charissimi, confortamini in Domino et in potentia virtutis ejus. Induite vos armatura Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli; quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo et in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induite loricam justitiæ, et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis in omnibus; sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere. Et galeam salutis assumite, et gladium spiritus quod est verbum Dei (*Ephes.* VI, 10-17). » Hæc, fratres, vobis scripsimus, et generaliter omnibus notum fieri volumus, ut quæ cæteros tangunt omnibus nota fiant. Omnipotens Deus vos et reliquos fratres ubique consistentes protegat usque in finem, qui cunctum mundum est dignatus redimere Jesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in sæcula. Amen. Data Kalend. Aprilis, Valentiniano et Florentio IV consulibus.

INCIPIUNT EPISTOLÆ LEONIS PAPÆ.

I. — *Ad Eutycen Constantinopolitanum abbatem adversus Nestorianam hæresim.*

Dilectissimo filio Euticeti presbytero Leo episcopus.

188 Ad notitiam nostram tuæ dilectionis epistolam retulisti, quod Nestoriana hæresis quorumdam rursus studiis pullularet. Sollicitudinem tuam ex hac parte nobis placuisse rescripsimus, quoniam index animi tui est sermo quem sumpsimus. Unde non ambigimus auctorem catholicæ fidei Dominum tibi in omnibus affuturum. Nos autem cum plenius quorum hoc improbitate fiat, potuerimus agnoscere, necesse est, auxiliante Domino, providere, quatenus nefandum virus dudumque damnatum radicitus possit exstingui. Deus te custodiat incolumem, dilectissime fili.

II. — *Ad Theodosium Augustum.*

Leo Theodosio Augusto.

Quantum præsidii Dominus Ecclesiæ suæ in fide vestræ clementiæ præpararit, his etiam litteris quas ad me misisti ostenditur, ut vobis non solum regium, sed etiam sacerdotalem animum inesse gaudeamus. Si quidem propter imperiales et publicas curas, piissimam sollicitudinem Christianæ religionis habetis, ne scilicet, *in populo Dei, aut schismata*, aut hæreses, aut ulla scandala convalescant, quia tunc est optimus regni vestri status, quando sempiternæ et incommutabili Trinitati unius deitatis confessione servitur. Quid autem in Constantinopolitana ecclesia perturbationis acciderit, quid ita fratrem et coepiscopum nostrum Flavianum potuerit commovere? ut Euticen presbyterum communione privaret, nondum potui evidenter cognoscere. Quamvis enim prædictus presbyter ad Sedem apostolicam per libellum doloris sui querimoniam miserit, breviter tamen aliqua prælibavit asserens se Nicænæ synodi constituta servantem frustra in fidei diversitate culpatum; Eusebii autem episcopi accusatoris ejus libellus, cujus exemplaria ad nos prædictus presbyter misit, de objectionis evidentia nihil habebat. Sed cum presbytero hæreseos crimen intenderet, quem tamen nostrum sensum arguerit, non evidenter expressit, quamvis et ipse et episcopus Nicænæ synodi profiteatur in hac re se esse * decretis, propter quod non habuimus, unde aliquid diceremus. Et quia causæ meritum fidei ratio et laudabilis sollicitudo vestræ pietatis exegit, necesse est, jam locum subreptionibus non patere, scilicet prius de quibus eum æstimat arguendum instrui nos oportet, ut possit de bene cognitis congrue judicari. Ad prædictum autem episcopum dedi litteras

quibus mihi displicere cognosceret, quod ea quæ in tanta causa gesta fuerant etiam nimio silentio reticeret, cum studere debuerit primitus nobis cuncta reserare. Quem credimus, vel post admonitionem omnia ad nostram notitiam relaturum, ut in lucem ductis his quæ adhuc videntur occulta, id quod evangelicæ et apostolicæ doctrinæ convenit, judicetur. Data ad Kalendas Martias, Asterio et Protogene consulibus.

III. — *Ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum ubi quærit, cur Eutices ab Ecclesia fuerit separatus.*

Dilectissimo fratri Flaviano Leo, et cætera.

Cum Christianissimus et clementissimus imperator sanctæ et laudabilis fidei pro Ecclesiæ catholicæ pace sollicitus ad nos scripta transmiserit, de his qui apud vos perturbationis strepitum moverant. Miramur fraternitatem tuam, quidquid illud scandali fuerit, nobis silere potuisse, et non potius procurasse, ut primitus nos insinuatio tuæ relationis instrueret, ne de rerum gestarum possemus fide ambigere. Accepimus enim libellum Euticetis presbyteri, qui se queritur accusante Eusebio episcopo immerito communione privatum, maxime cum evocatum se affuisse testetur, nec sui præsentiam denegasse, adeo ut in ipso judicio libellum appellationis suæ asserat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum, qua ratione compulsus sit, ut contestatorios libellos in Constantinopolitana urbe proponeret. Quibus rebus intercedentibus, necdum agnoscimus qua justitia a communione Ecclesiæ fuerit separatus. Sed respicientes ad causam facti tui nosse volumus rationem, et usque ad nostram notitiam cuncta deferri. Quoniam nos qui sacerdotum Domini matura volumus esse judicia, nihil possumus incognitis rebus in cujusquam partis præjudicium definire, priusquam universa quæ gesta sunt veraciter audiamus. Sed ideo fraternitas tua per idoneam maxime aptamque personam, plenissima nobis relatione significet, quid contra antiquam fidem novitatis emerserit, quid severiori sententia dignum fuerit vindicari. Nam et Ecclesiæ moderatio et religiosissimi principis fides multam nobis sollicitudinem Christianæ pacis indicunt, ut amputatis dissensionibus fides catholica inviolata servetur, et his qui prava defendunt ab errore revocatis, nostra auctoritate, quorum fides probata fuerit, muniantur. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri, cum memoratus presbyter libello proprio sit professus, paratum se esse ad corrigendum, si quid in se inventum fuerit, quod reprehensione sit dignum. Decet enim in talibus causis hoc maxime provideri. ut sine strepitu concertationum, et charitas custodiatur, et veritas defendatur, frater charissime. Et ideo quia dilectio tua de tanta causa nos videt necessario esse sollicitos quam plenissime et lucide universa nobis quod ante facere debuit, indicare festinet, ne inter assertiones partium aliqua ambiguitate fallamur, et dissensio quæ in suis initiis abolenda est, nutriatur. Cum in corde nostro ea observantia, Deo inspirante, permaneat, ne constitutiones venerabilium Patrum divinitus roboratæ, et ad soliditatem fidei pertinentes, prava cujusquam interpretatione violentur. Deus te custodiat incolumem, frater charissime.

IV. — *Rescriptum Flaviani ad beatum Leonem papam.*

1. De subdoli hostis insidiis.
2. De fraudulenta subtilitate hæreticorum.
3. De blasphemiis Euticetis.
4. De excommunicatione ejus justissima.

Domino beatissimo et Deo amabili Leoni Flavianus in Domino æternam salutem.

Cap. I. Nulla res diaboli venena compescit, nec continet mortiferas ejus sagittas. Sursum enim atque deorsum pervolans quærit quos possit occidere, quos possit superare, quos possit devorare. Propter quam rem vigilandum est in orationibus, atque id operandum est, ut fatuas inquisitiones evitare possimus. Decet autem sequi Patres nostros, nec commutare definitionem eorum perpetuam, quorum secundum sacras Scripturas didicimus regulam. Depositis ergo fletibus et lacrymis, quia summo clericus degens gradu invasus est a fero dæmone, et non potui eum liberare, nec auferre de tali lupo, qui animam meam pro illo paratus eram ponere. Quomodo raptus sit, quomodo resilivit a proposito divino, et ad illum cucurrit, qui perdere consuevit, præcepta Patrum declinans et constituta eorum despiciens, jam incipio enarrare.

II. Sunt enim quidam veste sua oves significantes, interius lupi raptores, quos ex fructibus eorum debemus agnoscere. Isti prima fronte videntur esse de numero nostro, sed non sunt de numero nostro. Si enim de numero nostro essent, nobiscum mansissent. Quantum autem cœperunt assumere impietatem, illud quod occultabatur in illis aperitur, et dolus omnis fit omnibus manifestus. Inveniuntur autem infirmæ fidei homines, et qui divinas lectiones nesciant, et secum eos in perditionem præcipitant, dissipantes et vituperantes Patrum disciplinas, et reliquas sanctas Scripturas ad suam perditionem, quos debemus prævidere, et a quibus multum cavere, ne in malitia sua aliqui occupati concidant de sua firmitate : « Exacuerunt enim linguam suam quasi serpentes, et venenum in labiis habent quasi aspides (*Psal.* CXXXIX, 4). » De his hæc Propheta clamavit.

III. Talis nobis Eutices emersit quondam presbyter et archimandrites, qui quasi nostræ religionis sectam sapiebat, et hanc præferebat; Nestorii autem impietatem confirmabat, et succingebatur pro Nestorio militare in pugna, quæ contra Nestorium parabatur. Trecentorum autem decem et octo sanctorum Patrum de fide expositionem factam, et sanctæ memoriæ Cyrilli epistolam scriptam ad Nestorium, vel ad similes ejus quibus omnes assenserunt, tentavi evellere, antiquam impii Valentini et Apollinaris reparans sectam, et non timuit præceptum veri Dei dicentis : « Quicunque scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei ut mola asinaria alligetur collo ejus, et demergatur in profundum maris (Matth.

xviii, 6). » Verecundiam autem omnem abjecit, et quam gerebat infidelitatis pelle excutiens in sancta synodo asserebat instanter dicens : Dominum Jesum Christum non oportere confiteri de duabus naturis post humanam susceptionem, cum a nobis unius substantiæ, et unius personæ cognoscitur, neque carnem Domini coessentialem nobis subsistere tanquam ex nobis susceptam, et coadunatam Dei Verbo secundum substantiam. Sed dicebat Virginem quidem quæ eum genuit secundum carnem consubstantialem nobis esse. Ipsum autem Dominum non suscepisse ex ea carnem consubstantialem nobis, sed corpus Domini non esse quidem corpus hominis, humanum vero corpus esse quod est ex Virgine.

IV. Sed ne multa dicens longam faciam epistolam, olim quidquid egerimus, misimus ad beatitudinem vestram, quibus litteris docuimus, et presbyterio illum esse nudatum, quia sic captus est, et jussimus eum cum monasteriis nullam habere rationem, et exclusimus eum a communione nostra, ut Sanctitas vestra hoc cognoscens quod circa illum actum est, omnibus episcopis sub beatitudine vestra degentibus manifestare dignetur illius impietatem, ne nescientes aliqui quod ille sentiret quasi ad orthodoxum vel per litteras, vel per aliquam conjunctionem loquantur.

V. — *Rescriptum Leonis papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum contra Euticetis hæresim.*

1. Quam ignorantia sanctarum Scripturarum Euticen hæreticum fecerit.

2. Contra eos qui in duos filios dispensationis Dominicæ mysterium scindere moliuntur.

3. Contra eos qui passibilem divinitatem unigeniti Filii Dei audent asserere.

4. Contra eos qui in duas naturas Christi temperamentum vel confusionem argumentantur.

5. Contra eos qui cœlestem aut alterius cujusquam substantiæ existere formam servi quam ex nobis assumpsit insaniendo asserunt.

6. Contra eos qui duas quidem ante adunationem naturas Deum delirant, unam vero post adunationem confingunt.

Leo episcopus Flaviano Constantinopolitano episcopo.

Lectis dilectionis tuæ litteris quas miramur fuisse tam seras, et gestorum episcopalium ordine recensito, tandem, quid apud vos scandali contra integritatem fidei exortum fuisset, agnovimus, et quæ prius videbantur occulta, nunc nobis reserata patuerunt. Quibus Eutices qui presbyterii nomine honorabilis videbatur, multum imprudens et nimis imperitus ostenditur, ut etiam de ipso dictum **189** sit a Propheta : « Noluit intelligere ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo (*Psal.* xxxv, 4, 5). » Quid autem iniquius quam impia sapere, et sapientioribus doctioribusque non credere ? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum ad *cognoscendam veritatem* aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad apostolicas litteras, nec ad evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt. Sed ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuere. Quam enim eruditionem de sacris Novi et Veteris Testamenti paginis acquisivit, qui nec ipsius quidem symboli initia comprehendit? Et quidem per totum mundum omnium regenerandorum voce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur. Nesciens igitur quid deberet de Verbi Dei incarnatione sentire, nec volens ad promerendum intelligentiæ lumen in sanctarum Scripturarum latitudine laborare, illam saltem communionem et indiscretam confessionem sollicito apprehendisset auditu, qua fidelium universitas profitetur credere se in Deum Patrem omnipotentem, et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto ex Maria virgine. Quibus tribus sententiis omnium fere hæreticorum machinæ destruuntur. Cum enim Deus et omnipotens creditur, et Pater sempiternus, eidem Filius demonstratur in nullo a Patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est coæternus. Non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non divisus essentia. Idem vero sempiterni Genitoris Unigenitus sempiternus natus est de Spiritu sancto et Maria virgine. Quæ nativitas temporalis illi nativitati divinæ et sempiternæ nihil minuit, nihil contulit, sed totam se reparando homini qui erat deceptus, impendit, ut mortem vinceret, et diabolum qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare possemus peccati et mortis auctorem nisi naturam nostram ille susciperet, et suam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. Conceptus quippe est de Spiritu sancto intra uterum matris virginis, quæ ita illum salva virginitate edidit, quemadmodum salva virginitate concepit. Sed si de hoc Christianæ fidei fonte purissimo sincerum intellectum haurire non poterat, quia splendorem perspicuæ veritatis obcæcatione sibi propria tenebrarat, doctrinæ se Evangelicæ subdidisset, et dicente Matthæo : « Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham (*Matth.* i, 1), » apostolicæ quoque prædicationis expetisset instructum, et legens in epistola ad Romanos : « Paulus servus Jesu Christi vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo qui factus est ei ex semine David secundum carnem (*Rom.* i, 1-3), » ad propheticas pagi[illegible]piam sollicitudinem contulisset, et invenisset pr[illegible]issionem Dei ad Abraham, dicentis : « In semin[illegible]uo benedicentur omnes gentes (*Gen.* xxvi, 4). » Sed ne de hujus seminis proprietate dubitaret, secutus fuisset Apostolum dicentem : « Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semini ejus (*Luc.* i, 55). » Non dicit in seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo quod est Christus. Isaiæ quoque prædicationem interiore apprehendisset auditu, dicentis : « Ecce virgo in utero

piet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus A rat, propriam mutasse sententiam opus fuit secreti
anuel, quod est interpretatum *nobiscum Deus* dispensatione concilii ; ut incommutabilis Deus (cu-
ii, 14). » Ejusdemque prophetæ fideliter verba jus voluntas non potest sua benignitate privari) pri-
et : « Puer natus est nobis, filius datus est no- mam erga nos pietatis suæ dispensationem sacra-
ujus potestas super humerum ejus, et vocabitur mento occultiore compleret, et homo diabolicæ ini-
n ejus magni consilii Angelus, admirabilis, con- quitatis versutia actus, in culpam contra Dei pro-
us, Deus fortis, princeps pacis, Pater futuri positum non periret.
i (*Isa.* ix, 6). » Nec frustratorie loquens, ita III. Ingreditur ergo hæc mundi infima Filius Dei
m diceret carnem factum, ut editus utero Vir- de cœlesti sede descendens, et a paterna gloria non
Christus haberet formam hominis, et non ha- recedens, novo ordine, nova nativitate generatus.
materni corporis veritatem. An forte ideo puta- Novo ordine, quia invisibilis in suis, visibilis factus
minum nostrum Jesum non nostræ esse natu- est in nostris. Incomprehensibilis voluit compre-
quia missus ad beatam Mariam angelus ait : hendi; ante tempora manens, esse cœpit ex tempore;
ritus sanctus superveniet in te, et virtus Altis- universitatis Dominus servilem formam obumbrata
obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex majestatis suæ immensitate suscepit. Impassibilis
nctum vocabitur Filius Dei (*Luc.* i, 35), » ut B Deus non dedignatus est esse homo passibilis, et
conceptus Virginis divini fuit operis, non de immortalis mortis legibus subjacere. Nova autem
a concipientis fieret caro concepti ? Sed non nativitate generatus, quia inviolata virginitas con-
telligenda est illa generatio singulariter mira- cupiscentiam nescivit, carnis materiam ministravit.
et mirabiliter singularis, ut per novitatem Assumpta est igitur de matre Domini natura, non
oris proprietas remota sit generis; fecunditatem culpa; nec in Domino Jesu Christo ex utero Virginis
Virgini Spiritus sanctus dedit, Veritas autem genito, quia nativitas est mirabilis, ideo nostræ est
ris sumpta de corpore est, et ædificante sibi naturæ dissimilis; qui enim verus est Deus, idem
ntia domum « Verbum caro factum est, et habi- verus est homo, et nullum est in hac unitate men-
n nobis (*Joan.* i, 14), » hoc est, in ea carne quam dacium, dum invicem sunt, et humilitas hominis, et
sit ex homine, et quam spiritus vitæ rationalis altitudo deitatis. Sicut enim Deus non mutatur mi-
avit. seratione, ita homo non consumitur dignitate. Egit
Salva igitur proprietate utriusque naturæ et in enim utraque forma cum alterius communione quod
i coeunte personam, suscepta est a majestate proprium est Verbo, scilicet, operante quod Verbi
litas, a virtute infirmitas, ab æternitate morta- est, et quod carnis est carne exsequente. Unum ho-
et ad resolvendum conditionis nostræ debitum C rum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis,
a inviolabilis naturæ est unita passibili, ut et sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non
nostris remediis congruebat unus atque idem recessit, ita caro naturam nostri generis non reli-
tor Dei et hominum, homo Christus Jesus, et quit. Unus enim idemque est, quod sæpe dicendum
posset ex uno, et mori non posset ex altero. In est vere Dei Filius, et vere hominis filius : « Deus
ra ergo veri hominis perfectaque natura verus per id quod in principio erat Verbum, et Verbum
est Deus, totus in suis, totus in nostris. Nostra erat apud Deum, et Deus erat Verbum (*Joan.* i, 1); »
n dicimus quæ in nobis ab initio Creator con- « homo, per id quod Verbum caro factum est, et
et quæ reparanda suscepit. Nam illa quæ de- habitavit in nobis (*Joan.* ii, 14); » « Deus, per id
r intulit, et homo deceptus admisit, nullum quod omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso fa-
ere in Salvatore vestigium. Nec quia commu- ctum est nihil (*Joan.* i, 3) ; » homo, per id quod fa-
m humanarum subiit infirmitatum, ideo nostro- ctus est ex muliere, factus est sub lege. Nativitas
fuit particeps delictorum. Assumpsit formam carnis manifestatio est humanæ naturæ. Partus Vir-
sine sorde peccati, humana augens, divina ginis divinæ est virtutis indicium. Infantia parvuli
minuens. Quia exinanitio illa qua se invisibi- D ostenditur humilitate cunarum. Magnitudo Altissimi
sibilem præbuit, et Creator ac Dominus om- declaratur vocibus angelorum. Similis est rudimen-
i rerum unus voluit esse mortalium, inclinatio tis hominum, quem Herodes impius molitur occi-
miserationis, non defectio potestatis. Proinde dere. Sed Dominus est omnium, quem magi gaudent
manens in forma Dei fecit et hominem, idem suppliciter adorare. Jam cum ad præcursoris sui
rma servi factus est homo. Tenet ergo sine Joannis baptismum veniret, nec lateret quod carnis
tu proprietatem suam utraque natura, et sicut velamine tegeretur, vox Patris de cœlo intonans, di-
am servi Dei forma non adimit, ita formam xit : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene
ervi forma non minuit. Nam qua gloriabatur complacui (*Matth.* iii, 17). » Quem itaque sicut ho-
olus hominem sua fraude deceptum divinis minem diabolica tentat astutia, eidem sicut Deo
sse muneribus et immortalitatis dote nudatum, angelica famulantur officia. Esurire, sitire, lasces-
m mortis subiisse sententiam, seque in malis sere, atque dormire evidenter humanum est. Sed et
quoddam de prævaricatoris consortio invenis- de quinque panibus, quinque millia hominum sa-
latium, Deum quoque justitiæ exigente ratio- tiare, et largiri Samaritanæ aquam vivam cujus
rga hominem quem in tanto honore condide- haustus bibenti præstat, ne ultra jam sitiat, et su-

pra dorsum maris plantis non subsidentibus ambulare, et elationes fluctuum increpata tempestate consternere, sine ambiguitate divinum est. Sicut ergo (ut multa prætéream) non ejusdem naturæ est flere miserationis affectu amicum mortuum, et eumdem remoto quatriduanæ aggere sepulturæ ad vocis imperium excitare redivivum, aut in ligno pendere, et in noctem luce conversa omnia elementa tremefacere, aut clavis transfixum esse, et paradisi portas fidei latronis aperire, ita non ejusdem naturæ est dicere : « Ego et Pater unum sumus (*Joan.* x, 30), » et dicere : « Pater major me est (*Joan.* xiv, 28). » Quamvis enim in Domino Jesu Christo Dei et hominis una persona sit, alius tamen est unde contumelia, alius unde communis est gloria. De nostro enim illi est minor Patre humanitas, de Patre illi est æqualis cum Patre divinitas.

IV, V. Propter hanc unitatem personæ in utraque natura intelligendam, et Filius hominis legitur descendisse de cœlo, cum Filius Dei carnem de ea virgine, de qua est natus, assumpserit. Et rursus Filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus, cum hæc non in divinitate ipsa qua unigenitus consempiternus et consubstantialis est Patri, sed in naturæ humanæ sit infirmitate perpessus. Unde unigenitum Filium Dei crucifixum et sepultum omnes etiam in Symbolo confitemur secundum illud Apostoli : « Si enim cognovissent, nunquam Dominum majestatis crucifixissent (*I Cor.* II, 8). » Cum autem ipse Dominus noster atque Salvator fidem discipulorum suorum suis interrogationibus erudiret, « quem, inquit, dicunt homines esse Filium hominis ? » (*Matth.* XVI, 13). Cumque illi diversas aliorum opiniones retexuissent, « Vos autem, ait, quem me esse dicitis ? » Ubi beatus Petrus divinitus inspiratus, et confessione sua omnibus gentibus profuturus : « Tu es, inquit, Christus Filius Dei vivi (*Matth.* XVI, 16). » Nec immerito beatus est pronuntiatus a Domino, et a principali petra soliditatem, et virtutis traxit et nominis, qui per revelationem Patris, eumdem et Filium Dei est confessus et Christum, quia unum horum sine alio receptum non proderat ad salutem. Sed æqualis erat periculi Dominum Jesum Christum aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse. Post resurrectionem vero Domini quæ utique veri hominis fuit, quia alter non est resuscitatus, quam qui fuerat crucifixus, et mortuus, quid aliud quadraginta dierum mora gestum est, quam ut fidei nostræ integritas ab omni caligine mundaretur ? Colloquens enim cum discipulis suis, et cohabitans atque convescens, et pertractari se diligenti curiosoque contactu ab eis quos dubietas perstringebat admittens. Ideo clausis ad discipulos januis introibat et flatu suo dabat Spiritum sanctum, et donato intelligentiæ lumine sanctarum Scripturarum occulta pandebat. Et rursus, idem vulnus lateris, fixuras clavorum, et omnia recentissimæ *passionis* signa monstrabat, dicens : « Videte *manus meas et pedes*, quia ego sum, palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere (*Luc.* XXIV, 39), » ut cognosceretur in eo proprietas divinæ humanæque naturæ individua permanere, et ita sciremus Verbum non hoc esse quod carnem, ut unum Dei Filium et Verbum confiteremur et carnem. Quo fidei sacramento Eutiches iste nimium æstimandus est vacuus, qui naturam nostram in unigenito Dei nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnovit. Nec sententiam beati Pauli et Evangelistæ Joannis expavit dicentes : « Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse ex Deo est, et omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus (*I Joan.* IV, 2, 3). » Quid autem est solvere

190 Jesum nisi humanam ab eo separare naturam, et sacramentum fidei per quod salvati sumus imprudentissimis evacuare figmentis ? Caligans vero circa naturam corporis Christi, necesse est ut etiam in passione ejus eadem obcæcatione desipiat. Nam si crucem Domini non putat falsam et susceptum pro mundi salute supplicium verum fuisse non dubitat, cujus credit, agnoscat et carnem. Nec diffiteatur nostri corporis hominem quem cognoscit fuisse passibilem. Quoniam negatio veræ carnis, negatio est etiam corporeæ passionis. Si enim Christianam suscepit fidem, et a prædicatione Evangelii suum non avertit auditum, videat quæ natura transfixa clavis pependerit in crucis ligno, et, aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat unde sanguis et aqua effluxerint, ut Ecclesia Dei lavacro rigaretur et poculo. Audiat beatum Petrum apostolum prædicantem quod sanctificatio spiritus per aspersionem fiat sanguinis Christi. Nec transitorie legat ejusdem apostoli verba dicentis : « Scientes quod non corruptibilibus argento et auro redempti estis de vana vestra conversatione pristinæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni incontaminati, Jesu Christi. (*I Petr.* I, 18, 19). » Beati quoque Joannis apostoli testimonio non resistat dicentis : « Sed sanguis Jesu filii Dei emundat nos ab omni peccato (*I Joan.* I, 17); » et iterum : Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Et quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei ? Hic est qui venit per aquam et sanguinem Jesus Christus. Non in aqua solum, sed in aqua et sanguine, Et Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est Veritas. Quia « tres sunt qui testimonium dant : Spiritus, aqua, et sanguis, et hi tres unum sunt (*I Joan.* V, 4, 8). » Spiritus utique sanctificationis, et sanguis redemptionis, et aqua baptismatis, quæ tria unum sunt, et individua manent, nihilque eorum a sui connexione sejungitur. Quia catholica Ecclesia hac fide vivit ac proficit, ut in Christo Jesu nec sine vera divinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate divinitas.

VI. Cum autem ad interlocutionem examinis vestri Eutyches responderit, dicens : Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post adunationem vero unam naturam confiteor ;

tam absurdam tamque perversam ejus profes- A membrum corporis Christi, nec potest eo capite glo-
n nulla judicautium increpatione reprehensam,
monem nimis insipientem, nimisque blasphe-
ita omissum, quasi nihil quod offenderet, esset
im, cum tam impie duarum naturarum ante in-
tionem unigenitus Dei Filius fuisse dicatur quam
e, postquam Verbum caro factum est, natura in
gularis asseritur ; quod ne Eutyches ideo vel re-
l tolerabiliter æstimet dictum, quia nulla nostra
ntentia confutatus, sollicitudinis tuæ diligen-
:ommonemus, frater charissime, ut si per in-
ionem misericordiæ Dei ad satisfactionem causa
citur, imprudentia hominis imperiti etiam ab
ensus sui macula per te purgetur. Quia quidem,
restorum ordo patefecit, bene cœperat a sua per-
me discedere cum ex vestra sententia coarcta- B
rofiteretur se dicere quod ante non dixerat, et
acquiescere cujus prius fuisset alienus. Sed
mathematizando impio dogmati voluisset præ-
:onsensum, intellexisset cum fraternitas vestra
manere perfidia, dignumque esse qui judicium
mnationis exciperet. De quo si fideliter atque
:r dolet, et quam recte mota sit episcopalis au-
as, vel se reum cognoscat ; vel si ad satisfa-
s plenitudinem omnia quæ ab eo male sunt
, viva voce, et in præsenti subscriptione damna-
non erit reprehensibilis erga correptum quan-
que miseratio. Dominus noster verus et bonus
r qui animam suam posuit pro ovibus suis
x, 15), et qui venit animas hominum sal- C
non perdere (*Luc.* IX, 56), imitatores nos
esse suæ pietatis, ut peccantes quidem justitia
eat, conversos autem misericordia non re-
. Tunc enim demum fructuosissime fides vera
ditur quando etiam a sectatoribus suis opinio
damnatur. Ad omnem vero causam pie ac fi-
r exsequendam fratres nostros Julianum epi-
m et Renatum presbyterum tituli sancti Cle-
is, sed et filium meum Hilarium diaconum
ostra direximus. Quibus Dulcitium notarium
im, cujus fides nobis est sæpe probata, sociavi-
confidentes affuturum divinitatis auxilium, ut
erraverat, damnata sensus sui pravitate, salve-
lata Idus Junii, Asterio et Protogene consulibus
CCCLXXXVI. D

- *Item ejusdem epistolæ ad Julianum episcopum Coensem.*

ectissimo fratri JULIANO episcopo, LEO, etc.
et per nostros quos ab urbe pro fidei causa
imus plenissimas ad fratrem Flavianum litteras
imus contra nimiæ impietatis errorem, tamen
per filium nostrum Basilium diaconem scripta
lilectionis accepimus quæ multum nobis catho-
msus fervore placuerunt, etiam hanc paginam
illis epistolis consonaret adjecimus, ut unani-
atque constanter his qui Evangelium Christi
mpere cupiunt resistatis ; quoniam sancti Spi-
in nobis atque vobis una est eruditio eadem-
loctrina quam quicunque non recipit, non est

rietur ? Negator enim mediatoris Dei et hominum hominis Jesu Christi, necesse est ut multis impietatibus impleatur, eumque Apollinaris sibi vindicet, aut Valentinianus usurpet, aut Manichæus obtineat, quorum nullus in Christo humanæ carnis credidit veritatem. Quia utique non recepta non solum quod secundum carnem atque animam rationalem qui erat in forma Dei manens, idem in forma servi homo natus denegat, sed etiam quod crucifixus est, et mortuus, ac sepultus, quodque die tertia surrexit, et quod ad dexteram Patris ad judicandos vivos et mortuos in eo corpore sit venturus, in quo est judicatus, abnuitur. Quia hæc redemptionis nostræ sacramenta vacuantur, si Christus veram veri hominis totamque naturam suscepisse non creditur. An quia manifesta erant signa divina, falsa dicentur documenta corporea et testimonia utriusque naturæ valebunt, ut creatura salvetur ? Quid deitatis est, caro non minuit ; quod carnis est, deitas non peremit. Idem enim et sempiternus ex Patre, et temporalis ex matre in sua virtute inviolabilis, in nostra infirmitate passibilis. In deitate Trinitatis cum Patre et cum Spiritu sancto unius ejusdemque naturæ. In susceptione autem hominis non unius substantiæ, sed unius ejusdemque personæ, ut idem esset dives in paupertate, omnipotens in abjectione, impassibilis in supplicio, in morte immortalis. Nec enim Verbum aut in carnsm, aut in animam aliqua sui parte conversum est, cum simplex et incommutabilis natura deitatis tota sit semper in sua essentia, nec damnum sui recipiens, nec augmentum, et sic assumptam naturam beatificans ut glorificata in glorificante permaneat. Cur autem inconveniens aut impossibile videatur ut videlicet et caro et anima unus Jesus Christus, et unus Dei hominisque sit Filius, si caro et anima quæ dissimilium naturarum sunt, unam faciunt etiam sine Verbi incarnatione personam ? cum multo facilius sit, ut hanc unitatem sui atque nominis deitati præstet potestas, quam ut eam in substantiis suis obtineat solius humanitatis infirmitas. Nec verbum igitur in carnem, nec in Verbum caro mutata est, sed utraque in uno manet, et unus in utroque est, non diversitate divisus, non permistione confusus, nec alter ex Patre, alter ex matre, sed idem aliter ex Patre ante omne principium, aliter de matre in fine sæculorum, ut esset mediator Dei et hominum, homo Jesus Christus. In quo habitaret

plenitudo divinitatis corporaliter, quia assumpti non assumentis provectio est, « quod Deus illum exaltavit et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur quoniam Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris (*Phil.* II, 9, 11).» In eo quod Eutyches in episcopali judicio ausus est dicere, ante incarnationem duas in Christo fuisse naturas, post incarnationem autem unam necessarium fuerat, ut ad reddendum rationem professionis suæ crebris atque sollicitis judicum interrogationibus urgeretur, ne tanquam inane aliquid præterflueret, quod nonnisi de haustu veneratorum dogmatum apparebat effusum. Arbitror enim talia loquentem hoc habere persuasum, quod anima, quam Salvator assumpsit prius in cœlis sit commorata quam de Virgine nasceretur, eamque sibi Verbum in utero copularet. Sed hoc catholicæ mentes auresque non tolerant, quia nihil secum Dominus de cœlo veniens nostræ conditionis exhibuit. Nec animam enim quæ anterior exstitisset, nec carnem quæ non materni corporis esset, accepit. Natura quippe nostra non sic assumpta est, ut prius creata post assumeretur, sed ut ipsa assumptione crearetur. Unde quod in Origene merito damnatum est, qui animarum antequam corporibus insererentur, non solum vitas, sed et diversas fuisse asserit actiones, necesse est, ut etiam in isto nisi maluerit sententiam abdicare, plectatur. Nativitas enim Domini secundum carnem, quamvis habeat quædam propria quibus humanæ conditionis initia transcendat, sive quod solus ex sancto Spiritu ab inviolata Virgine sine concupiscentia est conceptus et natus, sive quod ita visceribus matris est editus, ut et fecunditas pareret, et virginitas permaneret, non alterius tamen naturæ erat ejus quam nostra, nec alia illi quam cæteris hominibus anima est inspirata principio, quæ excelleret non diversitate generis, sed sublimitate virtutis. Nihil enim carnis suæ habebat adversum. Nec discordia desideriorum gignebat compugnantiam voluntatum. Sensus corporei vigebant sine lege peccati et veritas affectionum sub moderamine deitatis et mentis. Nec tentabatur illecebris, nec cedebat injuriis. Verus homo vero unitus est Deo, nec secundum existentem prius animam deductus est cœlo, nec secundum carnem creatus ex nihilo. Eamdem gerens in Deo Verbi Dei personam, et tenens communem nobiscum in corpore animaque naturam. Non enim esset Dei hominumque mediator, nisi Deus idemque homo in utroque unus esset et verus. Incitat equidem nos ad latitudinem disserendi materiæ magnitudo, sed apud eruditionem tuam non est copia laborandum. Præsertim jam cum per nostros ad fratrem Flavianum sufficientes litteras miserimus ad confirmandos animos non solum sacerdotum, sed etiam laicorum. Præstabit, ut credimus, misericordia Dei, ut absque cujusque animæ detrimento possint *adversum diaboli dolos* et sana defendi et vulnerata curari. Data Idus Junii, Asterio et Protogene consulibus.

VII. — *Ad Theodosium Augustum.*

Cæsari Theodosio religiosissimo et piissimo Augusto Leo papa Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ.

Quantum rebus humanis consulere providentia divina dignetur, sollicitudo clementiæ vestræ spiritu Dei incitata demonstrat, quæ in catholica Ecclesia nihil impacatum, nihil vult esse diversum, quoniam fides, quæ non nisi una est, in nullo potest esse sui dissimilis.

Unde licet Eutyches quantum gestorum episcopalium ordo patefecit, imperite atque imprudenter errare detectus sit, debueritque a sua merito reprobabili persuasione discedere, quantum tamen pietas vestra, quæ in honorem Dei religiosissime catholicam diligit veritatem, apud Ephesum constituit synodale concilium **191** ut imperitus in quo nimis caligat, incalescat; fratres meos Julianum episcopum, et Renatum presbyterum, et filium meum Hilarium diaconum misi, qui ad vicem præsentiæ meæ pro negotii qualitate sufficerent, et qui eum secum deferrent justitiæ et benignitatis affectum, ut quia dubitari non potest quæ sit Christianæ confessionis integritas, et totius erroris pravitas damnaretur; et resipiscens qui deviaverat, si pro venia supplicaret, sacerdotalis et benevolentia subveniret. Cum in libello suo quem ad nos misit, hoc saltem sibi ad promerandam veniam reservavit ut correcturum se esse promitteret quidquid nostra sententia de his quæ male senserat improbasset. Quid autem catholica Ecclesia universaliter de sacramento Dominicæ incarnationis credat et doceat, ad fratrem et coepiscopum nostrum Flavianum plenius continent scripta quæ misi. Data Idus Junii, Asterio et Protogene consulibus.

VIII. — *Ad Pulcheriam Augustam.*

Leo Pulcheriæ Augustæ (2).

Quantum præsidii Dominus Ecclesiæ suæ in vestra clementia præpararit multis sæpe probavimus documentis, et quidquid nostris temporibus contra impugnatores catholicæ veritatis industria sacerdotalis obtinet ad vestram maxime gloriam redundabit, dum, sicut a Spiritu sancto didicistis, illi per omnia potestatem vestram subjicitis, cujus munere et protectione regnatis. Unde quia contra integritatem fidei Christianæ dissensionem quamdam in Constantinopolitana ecclesia Eutyche auctore generatam fratris et coepiscopi nostri Flaviani relatione cognovi, ita ut totius causæ species synodalium gestorum textus ostenderit, dignum gloriæ vestræ est, ut error qui (ut arbitror) de imperitia magis quam de versutia natus est auferatur priusquam ullas sibi vires de consensu imprudentium, et pertinacia pravitatis acquirat, quia etiam ignorantia graves nonnunquam incidit lapsus, et plerumque in diaboli ruit foveas incauta simplicitas, per quam in supradicto subrepsisse intelligo spiritum falsitatis, ut dum æstimat se religiosus de Filii Dei majestate

(2) *Editio vetus, Pulcherrimæ Augustæ*, hic et infra.

, si ei naturæ nostræ veritatem inesse non totum illud, quod Verbum caro factum est atque ejusdem putet esse substantiæ. Sed im Nestorius a veritate excidit, dum Chriui de matre solum hominem asserit natum, ı etiam hic a catholico tramite deviat, qui lem Virgine non nostram credit editam esse ntiam; nolens utique eam solius deitatis inut quod in forma servi gessit, et quod nostri fuit atque conformis, quædam nostræ naturæ imago, non veritas. Nihil autem prodest um nostrum beatæ Mariæ virginis filium verfectumque hominem dicere, si non illius s homo creditur, cujus in Evangelio prædi- Dicit enim Matthæus : « Liber generationis ıristi, filii David, filii Abraham (*Matth.* ı, ı). » humanæ originis ordinem sequitur, ut genem lineas usque ad Joseph, cui mater Domini sponsata, deducat. Lucas vero retrorsum sucum gradus relegens, ad ipsum humani gerincipem rediit, ut Adam primum, et Adam mum ejusdem ostendat esse naturæ. Potuepe omnipotentiæ Filii Dei sic ad docendos s apparere, quomodo et patriarchis, et proin specie carnis apparuit cum aut luctamen ut sermonem conseruit, cum vel officia hostis habuit, vel etiam appositum cibum sumpl illæ imagines hujus hominis erant judicia veritatem ex præcedentium Patrum stirpe lam significationes mystice nuntiabant. Sed cramentum reconciliationis nostræ ante temterna dispositum mille implebant figuræ, ndum venerat Spiritus sanctus in Virginem, tus Altissimi obumbraverat ei, ut intra inta viscera ædificante sibi Sapientia domum, ı caro fieret, et forma Dei ac forma servi in conveniente personam Creator temporum tur in tempore, et per quam facta sunt ome inter omnia gigneretur. Nisi enim novus factus in similitudinem carnis peccati nosusciperet vetustatem, et consubstantialis consubstantialis esse dignaretur et matri, ı sibi nostram solus a peccato liber uniret, o diaboli generaliter teneretur humana capnec aliter possideremus triumphantis victoi extra nostram esset confecta naturam. De tem participatione mirabile sacramentum egenerationis indulsit, ut per ipsum Spiriır quem Christus conceptus est et natus, ios qui per concupiscentiam carnis sumus spirituali iterum origine nasceremur. Propd ab evangelista de credentibus dicitur : non ex sanguinibus, neque ex voluptate neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati *an.* ı, ı3). » Cujus ineffabilis gratiæ partin est, nec potest filiorum Dei adoptionem ii, quisquis a fide sua hoc quod nos princisalvat excludit. Unde multum doleo mul- contristor, quod hic qui ante de humilitatis

A proposito laudabilis videbatur, contra unicam spem nostram patrumque nostrorum vana nimis et stolida audet astruere. Qui dum viderit insipientiæ suæ sensum catholicis auribus displicere, revocare se a sua opinione debuerat, nec ita Ecclesiæ præsules commovere, ut damnationis sententiam mereretur accipere, quam utique si in sua sententia voluerit permanere nullus poterit relaxare. Sedis enim apostolicæ moderatio hanc temperantiam observat, ut severius agat cum obduratis, et veniam cupiat præstare correctis. Quia ergo multa mihi fiducia est de pietatis tuæ sincerissima fide, obsecro gloriam clementiæ tuæ, ut sicut sancto studio tuo catholica prædicatio semper adjuta est, ita nunc quoque ejus faveat libertati, quam forte ideo per- B misit Dominus hac tentatione pulsari, ut quales intra Ecclesiam lateant, possit agnosci. Quorum plane non est negligenda curatio, ut nec episcoporum non contristet amissio. Augustissimus vero et Christianissimus imperator cupiens quam celerrime turbata componi episcopali concilio quod Ephesi vult habere, nimium breve et angustum tempus indixit diem Kalendarum præstituendo conventui, cum a tertio die Iduum Maiarum, quo serenitatis ejus scripta suscepimus, major pars reliqui sit temporis absumenda, ut profectio sacerdotum qui negotio sufficiant, valeat ordinari. Nam illud quod pietatis ejus etiam me credidit debere interesse concilio, etiamsi secundum aliquod præcedens C exigitur exemplum, nunc tamen nequaquam possit impleri, quia rerum præsentium nimis incerta conditio tantæ urbis populis me abesse non sineret, et in desperationem quamdam animi tumultuantium mitterentur, si per occasionem causæ ecclesiasticæ viderer patriam et apostolicam Sedem velle deserere. Quia igitur ad publicam hanc utilitatem pertinuisse cognoscitis, ut salva clementiæ vestræ venia charitati meæ, et precibus civium non negarem in his fratribus meis quos vice mea misi, me quoque adesse cum cæteris æstimate, qui secundum causam satis mihi ex gestorum serie, et ipsius de quo agitur professione patefactam evidenter, et plene quid servandum esset, ostendi. Non enim de portiuncula fidei nostræ quæ nimis lucide clarescat D quæritur, sed hoc stultissima resultatio audet incessere, quod Dominus noster in Ecclesia neminem sexus utriusque voluit ignorare. Siquidem ipsius catholici symboli brevis et perfecta confessio, quæ duodecim apostolorum totidem est signata sententiis, tam instructa sit munitione cœlesti, ut omnes, hæreticorum opiniones solo ipsius possint gladio detruncari. Cujus symboli plenitudinem, si Eutyches puro et simplici voluisset corde concipere, in nullo a decretis Nicæni concilii deviaret, et hoc a sanctis Patribus intelligeret constitutum, ut contra apostolicam fidem, quæ non nisi una est, nullum se ingenium, nullum elevaret eloquium. Sed ideo pro vestræ pietatis consuetudine laborare dignemini, ut quod contra singulare sacramentum salutis humanæ

blasphema insipientia protulit, ab omnium animis repellatur. Ac si ipse qui in hanc tentationem incidit, resipiscat, ita ut per liberalem satisfactionem proprium damnet errorem, communio ei sui ordinis reformetur. Quod etiam sancto Flaviano episcopo me clementia tua scripsisse cognoscat, ut charitas non negetur, si error aboletur.

IX. — *Ad Dioscorum Alexandrinum episc.*

Leo Dioscoro Ecclesiæ Alexandrinæ episcopo.

Quantum dilectioni tuæ Dominicæ charitatis impendamus affectum, ex hoc poteris approbare, quod tua firmius desideramus fundare initia, ne quid charitati tuæ ad perfectionem deesse videatur, cum tibi specialis gratiæ merita, ut probavimus, suffragentur. Paterna igitur, et fraterna collatio debet sanctitati tuæ esse gratissima, et a te taliter suscipi, quemadmodum a nobis eam intelligas proficisci. Unum enim nos sentire oportet et agere, ut sicut legimus, in nobis quoque « unum esse cor, et anima una (*Act.* IV, 32) » comprobatur. Cum enim beatissimus Petrus apostolicum a Domino acceperit principatum, et Romana Ecclesia in ejus permaneat institutis, nefas est credere quod sanctus discipulus ejus Marcus, qui Alexandrinam primus ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum suarum decreta formaverit, cum de eodem fonte gratiæ unus spiritus fuerit, et discipuli, et magistri, nec aliud ordinatus tradere potuerit, quam quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur, ut cum unius nos corporis et fidei fateamur in aliquo discrepemus, et alia doctoris, alia discipuli instituta videantur. Quod ergo a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati ejus noctis in prima sabbati quæ lucescit exordia delegantur, in quibus his qui consecrandi sunt jejunis, et a jejunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantiæ erit, si mane ipse Dominico die continuato sabbati jejunio celebretur. A quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt quam ad diem resurrectionis, sicut etiam in Pascha Domini declaratur pertinere non dubium est. Nam præter auctoritatem consuetudinis quam ex apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra Scriptura manifestat, quod cum apostolorum Paulum et Barnabam ex præcepto Spiritus sancti Evangelium mitterent ad prædicandum, « jejunantes et orantes imposuerunt eis manus (*Act.* VI, 6), » ut intelligamus quanta et dantium et accipientium devotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie et laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias, quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse servaveris, ut his qui consecrandi sunt, nunquam benedictiones, nisi in die resurrectionis Dominicæ tribuantur, cui a vespera sabbati initium constat *ascribi, et tantis divinarum* dispositionum mysteriis consecratum, ut quidquid est a Domino insignius constitutum in hujus diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium. In hac per resurrectionem Christi, et mors interitum, et vita accepit initium. In hac apostoli a Domino prædicandi in omnibus gentibus Evangelii tubam sumunt, et ferendum universo mundo sacramentum regenerationis accipiunt. In hac, sicut beatus Joannes evangelista testatur, congregatis in unum discipulis januis clausis, cum ad eos Dominus introisset, « insufflavit et dixit: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum detinueritis, detenta erunt (*Joan.* XX, 22, 23). » In hac denique promissus a Domino apostolis Spiritus sanctus advenit, ut cœlesti quadam regula insinuatum, et traditum noverimus in illa die celebranda nobis esse 192 mysteria sacerdotalium benedictionum, in quo collata sunt omnia dona gratiarum. Ut autem omnibus observantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri ut cum solemnior festivitas conventum populi numerositatis indixerit, et ad eam tanta multitudo convenit quam recipi basilica simul una non possit, sacrificii oblatio indubitanter iteretur, ne his tantum admissis ad hanc devotionem qui primi advenerunt videantur ii qui post modum confluxerint non recepti, cum plenum pietatis atque rationis sit, ut quoties basilicam in qua agitur præsentia novæ plebis impleverit, toties sacrificium subsequens offeratur. Necesse est autem ut quædam pars populi sua devotione privetur, si unius tantum missæ more servato sacrificium offerre non possint, nisi qui prima diei parte convenerint. Studiose ergo dilectionem tuam et familiariter admonemus, ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat, ut omnia nobis ex fide et actibus congruant. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus perferendam qui nostris processionibus atque ordinationibus frequenter interfuit, et toties admissus quid in omnibus apostolicæ auctoritatis teneremus, agnovit. Data Kalendis Juliis.

X.— *Ad Ephesinam synodum secundam, in qua provocat episcopos Eutychetis blasphemias condemnare.*

Leo episcopus sanctæ synodo quæ apud Ephesum convenit.

Religiosa excellentissimi principis fides, sciens ad suam gloriam maxime pertinere si intra Ecclesiam catholicam nullius erroris germen exsurgeret, hanc reverentiam divinis detulit institutis, ut ad sanctæ dispositionis effectum auctoritatem apostolicæ Sedis adhiberet, tanquam ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari quid in ejus confessione laudatum sit, quando dicente Domino: « quem me esse dicunt homines filium hominis? » (*Matth.* XVI, 13.) varias quidem diversorum opiniones discipuli memorarunt. Sed cum ab eis quid ipsi crederent quæreretur, princeps apostolorum plenitudinem fidei brevi sermone complexus: « Tu es, inquit, Christus Filius Dei

Matth. XVI, 16); » hoc est, Tu qui es vere filius nis, idem vere es Filius Dei vivi. Tu, inquam, in deitate, verus in carne, et salva geminæ ietate naturæ, utrumque unus. Quod si Eutyches igenter ac vivaciter crederet, nequaquam ab fidei tramite deviaret, propter quam ei respon- a Domino : « Beatus es Simon Bar Jona, quia st sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus st in cœlis. » Et ego dico tibi : « Quia tu es s, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam i, et portæ inferi non prævalebunt adversus *Matth.* XVI, 17, 18). » Nimis autem a compage ædificationis alienus est, qui beati Petri con- nem non capit, et Christi Evangelio contradi- stendens se uullum unquam studium cogno- æ veritatis habuisse, et superfluo honorabilem : qui nulla auctoritate cordis ornavit canitiem ntis. Verum quia etiam talium non est negli- i cura, pie ac religiose Christianissimus impe- habere voluit episcopale concilium, ut ple- judicio omnis possit error aboleri, fratres s, Julianum episcopum, Renatum presbyte- et filium nostrum Hilarium diaconem, et cum alcitium notarium probatæ nobis fidei misi, ice mea sancto conventui vestræ fraternitatis int, et communi vobiscum sententia, quæ Do- sint placitura, constituant. Hoc est ut primitus ro errore damnato, etiam de ipsius qui im- nter erravit, restitutione tractetur : si tamen nam veritatis amplectens sensus hæreticos s imperitia ejus fuerat irretita plene aperteque ia voce et subscriptione damnaverit. Quod in libello quem ad nos miserat est professus, ens per omnia nostram secuturum se esse tiam. Acceptis autem fratris et coepiscopi Flaviani litteris plenius ad eum de his quæ ad letur retulisse rescripsimus, ut abolito hoc, qui videbatur errore, in laudem et gloriam Dei per mundum una sit fides, et una eademque con- « et in nomine Jesu omne genu flectatur cœ- n, terrestrium, et infernorum et omnis lingua atur quia Dominus Jesus Christus in gloria i Patris (*Philip.* II, 10, 11). » Data Idus Junii, o et Protogène viris clarissimis consulibus, ia supra.

XI. — *Ad Constantinopolitanos.*

episcopus et sancta synodus quæ in urbe convenit, clero et plebi consistenti Constanti-

t de his quæ in concilio sacerdotum apud um gesta memorantur, multos nos mœror t, eo quod sicut consonans fama dispersit, et rum monstratur effectu, nec justitiæ illic mo- o, nec fide est servata religio, vestræ tamen nis pietate gaudemus, et in sanctæ plebis ationibus, quarum ad nos exempla delata sunt, m vestrorum probamus affectum ; quia et ic permanet apud bonos filios optimi patris lilectio, et catholicæ doctrinæ eruditionem in

A nulla patimini parte corrumpi. Non dubie enim sicut vobis Spiritus sanctus reseravit Manichæorum confœderantur errori, qui ab unigenito Dei Filio, verum et nostræ naturæ hominem negant esse susceptum, omnesque ejus corporeas actiones simulatorii volunt fuisse phantasmatis. Cui impietati ne in aliquo præberetis assensum, jam per filium meum Epiphanium, et Dionysium Romanæ Ecclesiæ notarios cohortatoria ad dilectionem vestram scripta direximus, quibus confirmationem quam expetistis ultro præbuimus, ut nos paternam vobis curam non dubitetis impendere, ac modis omnibus laborare, ut, auxiliante misericordia Dei, omnia quæ ab imperitis et ab insipientibus excitata sunt scandala destruantur. Nec quisquam sibi audeat de sacerdotali honore B blandiri qui potuerit in exsecrandi sensus impietate convinci. Nam si vix in laicis tolerabilis videtur inscitia, quanto magis in eis qui præsunt; nec excusatione est digna, nec venia, maxime cum etiam defendere perversarum opinionum commenta præsumunt, et in consensum suum, aut errore, aut gratia insanabiles quosque traducunt. Separentur hujusmodi a sanctis membris corporis Christi, neque sibi catholica libertas infidelium jugum patiatur imponi. Extra enim donum divinæ gratiæ et extra sacramentum habendi sunt salutis humanæ, qui, negantes naturam nostræ carnis in Christo, et Evangelio contradicunt, et symbolo reluctantur, nec sentiunt se in hoc præruptum sua obcæcatione deduci, C ut nec in passionis Dominicæ, nec in resurrectionis veritate consistant; quia utrumque in Salvatore vacuatur, si in eo nostri generis caro non creditur. In quibus isti ignorantiæ tenebris, in quo hactenus desidiæ torpore jacuere, ut nec audita discerent, vel lectione cognoscerent, quod in Ecclesia Dei in omnium ore, tam consonum est, ut nec ab infantium linguis veritas corporis et sanguinis Christi inter communionis sacramenta fidei taceatur? Quia in illa mystica distributione spiritalis alimoniæ hoc impartitur, ut accipientes virtutem cœlestis cibi in carnem ipsius qui caro nostra factus est, transeamus. Unde et ad confirmationem charitatis vestræ quæ laudabili fide inimicis veritatis obnititur, apte atque opportune sermone affectuque apostoli utar et di- D cam. Propterea et ego audiens fidem vestram quæ est in Christo Jesu, et dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ est spes vocationis ejus, quæ divitiæ, gloriæ, hæreditatis ejus in sanctis ejus, et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nobis qui credidimus secundum operationem potentiæ virtutis ejus quam operatus est in Christo; suscitans illum a mortuis, et constituens illum ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo,

sed in futuro, et omnia subjecit sub pedibus ejus, et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, plenitudo ejus qui omnia in omnibus adimplet (*Ephes.* I, 15-23). Dicant hi adversarii veritatis quanto omnipotens Pater vel secundum quam naturam Filium suum super universa provexerit? vel cui substantiæ cuncta subjecerit? deitas enim Verbi par in omnibus, et consubstantialis est Patri, et sempiternæ atque intemporaliter una eademque potentia est genitoris et geniti. Creator quippe omnium naturarum, quoniam « per ipsum omnia facta sunt, et sine ipso factum est nihil (*Joan.* I, 3), superest omnibus quæ creavit, nec unquam Creatori suo non fuerint subjecta quæ condidit. Cui proprium, et sempiternum est, nec aliunde quam de Patre, nec aliud esse quam Pater est. Huic si addita est potestas, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erat provehente qui crevit, nec habebat divitias ejus naturæ cujus indiguit largitate. Sed talia sentientem in societatem suam Arius rapit, cujus perversitati multum hæc suffragatur impietas, negans Verbo Dei humanam inesse naturam, ut, dum humilitatem in Dei majestate fasdidit, aut falsatam in Christo asserat imaginem corporis, aut omnes actiones ejus, passionesque corporeas deitatis potius fuisse quam carnis. Quodlibet autem defendere audeat prorsus, insanum est, quia nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, ut aliquid passa sit deitas, aut in ullo mentita sit veritas. Impassibilis igitur Dei Filius, Deus cui cum Patre, et Spiritu sancto, una incommutabilis Trinitatis essentia, hoc quod est esse perpetuum est, in ea plenitudine temporis quæ sempiterno consilio fuerat præstituta, et prophetica dictorum atque gestorum significatione promissa, factus filius hominis, non suæ conversione substantiæ, sed nostræ assumptione naturæ « venit quærere et salvare quod perierat (*Matth.* XVIII, 11). » Venit autem non locali accessu, nec monitione corporea tanquam præsens factus unde abfuisset, aut illinc recessurus unde venisset, sed venit per hoc quod erat visibile, et communione cernentibus declarandus, humanam scilicet carnem atque animam in visceribus Virginis matris accipiens, ut manens in forma Dei, formam servi sibimet et similitudinem peccati carnis uniret, per quam non minueret divina humanis, sed augeret humana divinis. Talis enim erat omnium a primis ducta genitoribus causa mortalium, ut originali peccato transeunte per posteros nullus pœnam damnationis evaderet, nisi Verbum caro fieret, et habitaret in nobis, in ea scilicet natura quæ nostri et sanguinis esset et generis. Propter quod dicit Apostolus: « Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines ad justificationem. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius hominis obedientiam justi constituentur multi (*Rom.* V, 18, 19). » Et iterum: « *Quia enim per hominem* mors, et per hominem resurrectio mortuorum, et sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur (*I Cor.* XV, 21, 22). » Hi utique omnes qui licet in Adam sunt nati, in Christo tamen inveniuntur renati, habentes fidei testimonium, et de justificatione gratiæ et de communione naturæ, quam qui susceptam ab unigenito Dei Filio in utero Davidicæ virginis diffitetur, ab omni sacramento Christianæ religionis alienus est; et nec sponsam agnoscens, nec sponsam intelligens, nuptiali non potest interesse convivio. Caro enim Christi velamen est Verbi, quo omnis qui Christum confitetur, integre induitur. Erubescens autem illud, et quasi indignum refutans, nullum **193** ex eo habebit ornatum; ac licet se regio inserat festo, sacrisque se epulis importunus immisceat, discretionem tamen regis fallere improbis conviva non poterit, sed sicut ipse Dominus protestatus est, « tolletur ligatis manibus et pedibus, et mittetur in tenebras exteriores, ubi erit fletus et stridor dentium (*Matth.* XXII, 13). » Unde quicunque in Christo non confitetur corpus humanum, noverit se mysterio incarnationis indignum, nec ejus sacramenti habere consortium, quod Apostolus prædicat dicens: « quia membra sumus corporis de carne ejus et ossibus ejus. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ et erunt duo in carne una (*Ephes.* V, 30, 31). » Et exponens quid per hoc significetur, adjecit: « Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo et in Ecclesia (*Ephes.* V, 32). » Ab ipso ergo principio generis humani, Christus est denuntiatus in carne venturus. In qua, sicut dictum est, et erunt duo in carne una. Utique duo sunt Deus et homo, Christus et Ecclesia, quæ de sponsi carne prodeunt, quando ex latere crucifixi manante sanguine et aqua sacramentum redemptionis et regenerationis accepit. Ipsa est enim nova conditio creaturæ humanæ, quæ in baptismate non indumento veræ carnis, sed contagio damnatæ vetustatis exuitur, ut efficiatur homo corpus Christi, quia et Christus corpus est hominis. Unde non Deum tantum dicimus Christum sicut hæretici Manichæi, nec hominem tantum sicut hæretici Photiani, nec ita hominem ut aliquid ei desit quod ad humanam certum est pertinere naturam, sive animam sive mentem rationabilem, sive carnem quam non de femina sumpsit, sed factam de Verbo in carnem converso atque mutato, quæ tria falsa et vana Apollinistarum hæreticorum tres partes varie protulerunt. Nec dicimus quod beata virgo Maria hominem sine deitate conceperit, qui creatus a Spiritu sancto, postea sit susceptus a Verbo, quod Nestorium prædicantem merito justeque damnavimus. Sed dicimus Christum Dei Filium Deum verum natum de Deo Patre, sine ullo initio temporis, eumdemque hominem verum natum de matre, hominem certa plenitudine temporis, nec ejus humanitatem qua major est Pater minuere aliquid ejus naturæ a qua æqualis est Patri. Hoc autem utrumque unum est Christus qui verissime dixit, et secundum Deum:

Ego et Pater unum sumus; et secundum hominem: Pater major me est. Hanc fidem, dilectissimi, veram et indissolubilem, quæ sola veros efficit Christianos, quamque, ut intelligimus et probamus pio studio, et laudabili amore defenditis, perseveranter tenete, et constanter asserite. Et quoniam oportet vos post divinum auxilium etiam catholicorum principum gratiam promereri, humiliter et sapienter exposcite, ut petitioni nostræ qua plenariam indici synodum postulamus, clementissimus imperator dignetur annuere, quo citius adjuvante misericordia Dei, et sanis fortitudo augeatur, et morbidis, si curari acquiescant, medicina præstetur.

XII. — *Ad Theodosium Augustum.*

Leo episcopus et sancta synodus quæ in urbe Roma convenit, Theodosio Augusto.

Litteris clementiæ vestræ quas dudum ad beati Petri apostoli sedem pro catholicæ fidei amore misistis, tantam fiduciam sumpsimus defendendæ, per vos veritatis et pacis, ut in causa tam simplici, tamque minuta, nihil putaremus posse existere quod noceret, præsertim cum ad episcopale concilium quod haberi apud Ephesum præcepistis tam instructi sint missi, ut si scripta quæ vel ad sanctam synodum vel ad Flavianum episcopum detulerunt, episcoporum publicari auribus Alexandrinus permisisset antistes. Ita manifestatione purissimæ fidei quam divinitus inspiratam et accepimus et tenemus, omnium congressionum strepitus quievisset, ut nec imperitia ultra desiperet, nec occasionem nocendi æmulatio reperiret. Sed dum privatæ causæ religionis exercentur obtentu, commissum est impietate paucorum quod universam Ecclesiam vulneraret. Comperimus enim non incerto nuntio, sed fidelissimo rerum quæ gestæ sunt, narratore Hilario diacono nostro qui vix ne subscribere cogeretur, effugit, convenisse ad synodum plurimos sacerdotes quorum utique frequentia collationi et judicio profuisset, si is qui sibi locum principalem vindicabat, sacerdotalem moderationem custodire voluisset, ut, sicut moris est, omnium sententiis ex libertate prolatis, id tranquillo et æquo constitueretur examine quod et fidei congrueret, et errantibus subveniret. In ipso autem judicio non omnes qui convenerant interfuisse cognovimus. Nam alios rejectos, alios didicimus intromissos, qui pro supradicti sacerdotis arbitrio impiis subscriptionibus captivas manus dederant, et nociturum statui scirent, nisi imperata fecissent. Talemque ab ipso prolatam esse sententiam, ut dum homo unus impetitur, in omnem ecclesiam sæviretur. Quod nostri ab apostolica Sede directi adeo impium et catholicæ fidei contrarium esse viderunt, ut ad consentiendum nulla potuerint oppressione compelli, constanterque in eadem synodo, ut decuit, fuerunt protestati nequaquam id quod constituebatur Sedem apostolicam recepturam; quoniam revera omne Christianæ fidei sacramentum (quod absit) a temporibus vestræ pietatis excinditur, nisi hoc scelestissimum facinus quod cuncta sacrilegia excedit, aboleatur. Quia vero diabolica nequitia subtiliter fallit incautos, et ita quorumdam imprudentiam per similitudinem pietatis illudit, ut pro salubribus persuadeat nocitura, removete, quæsumus, aurem a vestræ pietatis conscientia in periculum religionis et fidei. Quod sæcularibus negotiis legum vestrarum æquitate conceditur in rerum divinarum pertractione præstare, ut Christi Evangelio vim non inferat humana præsumptio. Ecce, Christianissime et venerabilis imperator, cum consacerdotibus meis implens erga reverentiam clementiæ vestræ sinceri amoris officium, cupiensque vos placere per omnia Deo, cui pro vobis ab Ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Christi Domini rei de silentio judicemur. Obsecramus coram unius deitatis inseparabili trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipsa vestri sit custos et auctrix imperii, et coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu manere jubeatis, in quo fuerunt ante omne judicium, donec major ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur. Nec alieno peccato patiamini vos gravari, quia quod necesse est nos dicere, veremur ne cujus religio dissipatur, indignatio provocetur. Præ oculis habete et tota mentis acie reverenter accipite beati Petri gloriam et communes cum ipso omnium apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi confessio veræ divinitatis et veræ humanitatis in Christo. Cui sacramento quia impie nunc a paucis imprudentibus obviatur, omnes partium ecclesiæ nostrarum, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus et lacrymis supplicant sacerdotes, ut qui et nostri fideliter reclamarunt, et eisdem libellum appellationis Flavianus episcopus dedit, generalem synodum jubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat aut mitiget, ne aliquid ultra sit, vel in fide dubium, vel in charitate divisum. Convenientibus utique orientalium provinciarum episcopis, quorum si qui superati minis atque injuriis a veritatis tramite deviarunt, salutaribus remediis in integrum revocentur, ipsique, quorum est causa durior si consiliis melioribus acquiescant, ab Ecclesiæ unitate non discedant. Quam autem post appellationem interpositam hoc necessarie postuletur, canonum Nicææ habitorum decreta testantur, quæ a totius mundi sunt sacerdotibus constituta, quæque subter adnexa sunt. Favete catholicis vestro more parentumque vestrorum, date defendendæ fidei libertatem, quam salva clementiæ vestræ reverentia, nulla vis, nullus poterit mundanus timor auferre. Cum enim Ecclesiæ causa statum regni vestri agamus et salutis, ut provinciarum vestrarum quieto jure potiamini, defendite contra hæreticos inconcussum Ecclesiæ statum, ut et vestrum Christi dextera defendatur imperium. Data III Idus Octobris, Asterio et Protogene viris clarissimis consulibus, æra qua supra.

XIII. — *Ad Pulcheriam Augustam.*

Leo episcopus et sancta synodus quæ in urbe Roma convenit, Pulcheriæ Augustæ.

Si epistolæ quæ in fidei causa ad pietatem vestram directæ sunt, per nostros clericos pervenissent, certum est remedium vos his rebus quæ contra fidem factæ sunt, aspirante vobis Domino, præstare potuisse. Quando sacerdotibus, quando Christianæ religioni aut fidei defuistis? Sed cum ad mansuetudinem vestram adeo non potuerint pervenire qui missi sunt, ut ad nos vix unus illorum Hilarius diaconus noster fugiens sit reversus, iteranda scripta credidimus, ut validiores preces nostræ esse mereantur, ipsorumque qui ad clementiam vestram non pervenerunt exempla subjecimus : amplioribus vos obtestationibus obsecrantes, ut quanto acerbiora facta sunt, quibus pro sede regia vos convenit contrahere, tanto majore gloriam curam ejus in qua excellitis religionis habeatis, ne catholicæ fidei integritas ulla humanarum concertationum occasione violetur. Quæ enim congregata apud Ephesinam synodum sopienda et sananda pacis remedia credebantur, hæc non solum in majora pacis dispendia, sed (quod nimis dolendum est) etiam in ipsius fidei qua Christiani sumus, excidia processerunt. Et ii quidem qui missi sunt, quorumque unus vim Alexandrini episcopi sibi omnia vindicantis effugiens, rerum gestarum nobis ordinem fideliter nuntiavit, reclamaverunt in synodo sicut oportuit unius hominis non tam judicio quam furori, protestantes ea quæ per vim metumque gererentur sacramentis Ecclesiæ et ipsi symbolo ab apostolis instituto præjudicare non posse, nec se ab ea fide ulla injuria separandos quam plenissime expositam atque digestam a sede beati apostoli Petri ad sanctam synodum detulissent. Cujus recitatio poscentibus episcopis non sit admissa, uti scilicet remota ea fide quæ patriarchas, prophetas, apostolos, et martyres coronavit, generatio Jesu Christi Domini nostri secundum carnem, et veræ mortis ac resurrectionis ejus confessio (quod horremus dicere) solveretur. Scripsimus de hac re, ut potuimus, ad gloriosissimum principem, et, quod est maximum, Christianum. Cujus epistolæ pariter exempla subjecimus, ut fidem qua renatus per Dei gratiam regnat, nulla sineret novitate corrumpi. Quoniam Flavianus episcopus in nostra omnium communione persistit, atque hoc quod factum est sine consideratione justitiæ et contra omnium canonum disciplinam ratum haberi ratio nulla permittit. Et quia dissensionis scandalum non abstulisset Ephesina synodus, sed auxisset, habendi intra Italiam concilium et locus constitueretur, et tempus omnibus querelis et præjudiciis partis utriusque suspensis, quo diligentius universa quæ offensionem generaverant, retractantur, et absque vulnere fidei, absque religionis injuria, in pacem Christi redeant, sint sacerdotes, et soli auferantur errores. Quod ut obtinere mereamur probatissimæ nobis fidei pietas tua, quæ labores Ecclesiæ semper adjuvit, supplicationem nostram apud clementissimum principem sive specialiter a beatissimo Petro *apostolo legationem* commissam dignetur asserere, ut priusquam civile hoc exitiale bellum intra Ecclesiam hoc convalescat, redintegrandæ unitatis copiam Deo auxiliante concedat, sciens imperii sui viribus profuturum quidquid catholicæ libertati benigna ipsius fuerit **194** dispositione collatum. Data pridie Idus Octobris, Asterio et Protogene viris clarissimis consulibus, æra qua supra.

XIV. — *Ad eamdem.*

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ, etc.

Gaudere me plurimum et exsultare in Domino pietatis tuæ scripta fecere, quibus evidenter ostenditur quantum catholicam diligas fidem, et quantum hæreticum detesteris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, et Evangelio veritatis inimica quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa religionis Christianæ conatur fundamenta convellere, negans sempiterni Patris Filium sempiternum de utero beatæ Virginis matris veram carnem nostræ sumpsisse naturæ ; et eos damnatione percellens qui ab evangelica et apostolica fide nullo deduci errore potuerunt, illudque frustra prætendens quod Nicænæ synodi fidem teneat, cujus eum constat esse alienum gloriosissima Augusta. Unde quia non deserit Ecclesiam suam divina protectio, dicente Domino : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi (*Matth.* xxviii, 20), » eodemque opere et tempore spiritus Dei et clementiæ vestræ sollicitudinem et curam nostri cordis accendit, ut de remediis procurandis, eadem utrique cuperemus, quæ prius poposci. Nunc quoque instantius peto, majore utens fiducia deprecandi, posteaquam præsidium venerandæ exhortationis accipi, sperans affuturam misericordiam Dei, ut cooperante vestra clementia, pestiferi erroris possit morbus auferri : ut quidquid ipso inspirante atque auxiliante potuerit salubriter fieri, cum vestræ fidei laude peragatur, quoniam res humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad divinam confessionem pertinent, et regia et sacerdotalis defendat auctoritas. Data decimosexto Kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto septimo, et Anieno viris clarissimis consulibus, æra CCCCLXXXVIII.

XV. — *Ad Martianum et Faustum presbyteros.*

Leo episcopus Martiano Faustoque presbyteris.

Bonorum operum et spiritualium studiorum Deum auctorem esse non dubium est, qui quorum incitat mentes adjuvat actiones. Quad nobis præsenti experimento evidenter apparuit. Si quidem inter discretarum spatia longinqua regionum unum sumpserint corda nostra consilium, ut quod a nobis desiderabatis, eo vobis tempore quo epistolæ vestræ mittebantur, occurrerit. Si tamen dilectioni vestræ tradi scripta nostra patuere, quæ non solum apostolicæ Sedis auctoritate, sed etiam sanctæ synodi quæ ad nos frequens convenerat, unanimitate directa sunt, ut in his quantam curam totius Ecclesiæ habeamus, appareat, hortando scilicet omnium fidelium mentes et clementissimorum principum præsidia ad defensionem fidei postulando, quorum pios et catholicos

non diffidimus opem atque auctoritatem ustis petitionibus præstituros, quo citius, ate Domino, perniciosa hæresis et dudum um Patrum auctoritate damnata quæ nuper male adjuta est, auferatur. Interim vero det quantum fieri potest vestra dilectio ut om- Ecclesiæ filiis innotescat, quod impium sen- cundum doctrinam evangelicam et apostoli- ædicamus. Quia licet plene quæ semper fuis- ue esset catholicorum sententia scripseri- men nunc quoque ad confirmandas omnium non parum exhortationis addidimus. Memor m me sub illius nomine præsidere, cujus a Jesu Christo est glorificata confessio, et ides omnes quidem hæreses destruit, sed impietatem præsentis erroris expugnat; et o mihi aliud non licere quam ut omnes co- eos ei causæ in qua universalis Ecclesiæ sa- tatur, impendam. Ne autem aliqua negligen- asione scripta nostra ad vos non potuerint re, exemplaria eorumdem nunc mittenda nus, ut nullo modo fidei quam defendimus, tio nostræ notitiæ subtrahatur. Data decimo alendas Aprilis, Valentiniano Augusto VII et V consulibus.

XVI. — *Ad Theodosium Augustum.*

piscopus Theodosio Augusto, etc.

bus quidem vestræ pietatis epistolis inter eas dines quas pro fide patimur spem nobis se- maximam præstitistis Nicænum commen- concilium, adeo ut ab illo, sicut sæpe jam , non patiamini sacerdotes Domini deviare. aliquid in præjudicium catholicæ defensionis egisse de ordinatione ejus qui Constantino- e cœperit ecclesiæ præsidere, nihil interim in am partem temere rescribendum putavi, ectionem negans, sed manifestationem catho- ritatis exspectans. Quod æquanimiter ferat, , vestra clementia, ut cum talem se erga fi- holicam qualem cupimus, approbarit, de sin- ipsius copiosis et securius gaudeamus. Ne qua illum de nostro animo mordeat sinistra , occasionem totius difficultatis amoveo, nec exigo quid aut arduum videatur aut dubium, id quod nullus catholicorum refutet invito. im sunt per universum mundum atque ma- qui ante nos, sive Græca, sive Latina lingua olicæ veritatis prædicatione fulserunt, ad scientiam atque doctrinam quidam etiam ætatis cedunt, de quorum scriptis par et ex profertur instructio. Quæ sicut Nestoria- æresim destruxit, ita etiam hunc qui nunc at abscidit errorem. Relegat itaque sollicite anctis Patribus incarnationis Dominicæ fides ustodita semperque similiter prædicata, et nemoriæ Cyrilli Alexandrini episcopi episto- Nestorium corrigere et sanare voluit, pravas tiones ipsius arguens et evidentius fidem Ni- iffinitionis exponens, quanquam ab eo mis- sam apostolicæ Sedis scrinia susceperant, præcedentium sensui perspexerit consonantem, Ephesinæ etiam synodi gestare censent, quibus contra Nestorii impietatem et a sanctæ memoriæ Cyrillo inserta, et allegata sunt de incarnatione Domini catholicorum testimonia sacerdotum. Non aspernetur etiam meam epistolam recensere, quam pietati Patrum per omnia concordare reperiet. Cumque a se hoc quod eidem profuturum sit expeti desiderarique cognoverit, catholicorum sententiis toto corde consentiat. Ita ut sinceram communionis fidei professionem absolutissima subscriptione coram omni clero et universa plebe declaret, apostolicæ Sedi et universis Domini sacerdotibus atque ecclesiis publicandam, ut, pacificato per unam fidem mundo, possimus omnes dicere quod angeli nato de Maria virgine Salvatore cecinerunt : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis (*Luc.* II, 14). » Quia vero et nos et beati Patres nostri, quorum doctrinam et veneramur et sequimur, in unius fidei concordia sumus, sicut provinciarum omnium protestantur antistites, agat clementiæ vestræ devotissima fides, ut quamprimum ad nos Constantinopolitani episcopi, qualia debeat probati et catholici sacerdotis scripta perveniant, aperte scilicet, atque dilucide protestantia, quod si quis de incarnatione Verbi Dei aliud aliquid credat aut asserat quam catholicorum omnium et mea professio protestatur, hunc a sua communione secernat, ut ei fraternam in Christo charitatem merito possimus impendere. Ut autem salubribus curis velocior pleniorque, auxiliante Domino, per vestræ clementiæ fidem præstetur affectus, ad pietatem vestram fratres et coepiscopos nostros Abundium et Asterium, sed et Basilium et Senatorem presbyteros, quorum mihi devotio est probata, direxi, per quos quæ nostræ forma sit fidei manifestatis instructionibus quas misimus, possitis dignanter agnoscere, ut si Constantinopolitanus antistes in eamdem confessionem toto corde consentit, securi (ut dignum est) de ecclesiastica pace lætemur, neque aliud residere videatur ambiguum, ut de superfluis forsitan suspicionibus laboremus. Sin vero aliqui a puritate nostræ fidei atque Patrum auctoritate dissentiunt, concilium universale intra Italiam sicut synodus quæ ob hanc causam Romæ convenerat, mecum petit, clementia vestra concedat, ut in unum convenientibus omnibus his qui aut ignorantia, aut timore prolapsi sunt correctionis remediis consulatur, nec cuiquam ultra sit liberam ita Nicænæ synodi facere mentionem, ut ejus fidei inveniatur esse contrarius. Quoniam universæ et Ecclesiæ et vestro hoc imperio profuturum est, si unus Deus, et una fides, unum sacramentum salutis humanæ, unius totius mundi confessione teneatur. Data decimo septimo Kalendarum Augusti.

XVII. — *Ad Pulcheriam Augustam.*

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ.

Gaudeo fidei clementiæ vestræ quod religiosum studium dignanter impenditis, ut pax ecclesiastica renovetur, quæ eorumdem dissensionibus videtur

esse turbata. Debetur enim hoc vestræ specialiter gloriæ, ut ablatis omnibus scandalis quæ contra catholicam fidem inimicus excitaverat, una eademque sit per totum mundum confessio veritatis, quæ facilius certiusque reparabitur si pravorum sensuum nulla semina, nulla vestigia relinquantur. Quod tamen mearum partium est, præterire non debeo, ut scilicet quid de incarnatione Filii Dei a Constantinopolitano episcopo teneatur agnoscam, præsertim cum in ordinatione ipsius dura præcesserint, taliaque ad nos debuerit scripta dirigere quæ illum a contagione hujus qui nuper emersit erroris alienum evidenter ostenderent. Optans itaque securam cum eo habere concordiam, gratiamque illi fraternæ charitatis impendere, scribere ei interim distuli non dilectionem negans, sed manifestationem catholicæ veritatis exspectans. Simplex enim est atque absolutum, quod posco, ut, remoto longarum disputationum labore, sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini episcopi epistolæ quam ipse ad Nestorium miserat, acquiescat, in qua et errorem Nestorii arguit et fidem Nicænæ definitionis exposuit, et epistolæ meæ quæ ad sanctæ recordationis Flaviauum episcopum est directa, consentiat. Quibus vigilanter inspectis, Constantinopolitanus antistes repudiandum sibi quod ausa est contra puram et singularem fidem imperita insipientia definire, incunctanter agnoscat; quia et mea et sanctorum Patrum de incarnatione Domini consors et per omnia et una confessio est. Quam si quis æstimaverit non sequendam, ipse se a compage catholicæ veritatis abscindet, cum tamen nos ut in integrum omnia revocentur optemus. Ad effectum vero salubrium dispositionum velocius obtinendum, fratres et coepiscopos meos Abundium et Asterium, sed et Basilium et Senatorem presbyteros probatissimos viros misi, qui clementiæ vestræ formam fidei secundum doctrinam venerabilium Patrum prædicamus, offerent, et remotis circumlocutionibus, quibus obscurari veritas solet, quid de incarnatione Filii Dei a totius orbis probatis sacerdotibus defensum fuisset, ostenderent. Quos post divinam gratiam sancto vestræ pietatis auxilio dignum est adjuvari, ne in totius Ecclesiæ perturbationem imprudens præcedat contentio, cum correctione adhibita omnes oporteat in unius confessionis redire concordiam : a qua si forsitan ab aliquibus discrepatur, universale concilium sacerdotum haberi intra Italiam clementia vestra annuente jubeatur; quo remota arte fallendi, tandem pateat quid altiore tractatu aut coerceri debeat, aut sanari. Data tertio decimo Kalendas Augusti, Valentiniano Augusto VII et Ameno viris clarissimis consulibus, æra qua supra.

A B C D

195 XVIII. — *Pulcheriæ Augustæ per Theosticum magistrianum.*

Religiosam clementiæ vestræ sollicitudinem, quam catholicæ fidei indesinenter impenditis per omnia recognosco; et Deo gratias ago, quod tantam universalis *Ecclesiæ curam* habere vos video, ut quod justitiæ et benevolentiæ congruere arbitror confidenter insinuem, quo celerius quæ propitio Christo pietatis vestræ studio irreprehensibilem hactenus gesta sunt ad gratulandum perducantur effectum. Quod ergo synodum Chalcedonensem haberi clementia vestra præcepit cum a me ut in Italia haberetur mansuetudo vestra retineat postulatum, ut omnes nostrarum partium convocati antistites, si securitas temporis suppeteret convenirent, adeo tamen non aspernanter accepi, ut binos de coepiscopis meis et compresbyteris ordinarem, qui vicem meam implere sufficerent, datis ad venerabilem synodum congruentibus scriptis quibus fraternitas advocata cognosceret quam formam servare in hac dijudicatione deberet, ne ulla temeritas aut fidei regulis, aut canonum statutis, aut benignitatis remediis obviaret. Sicut enim a principio hujus causæ frequentissime scripsi, hanc inter discordes sensus et carnales æmulationes moderationem volui custodiri, ut integritati quidem fidei nihil evelli, nihil liceret apponi, ad unitatem vero pacemque redeuntibus remedium veniæ præstaretur. Quia tunc operum diaboli potentiæ destruuntur, cum ad Dei et proximi dilectionem hominum corda revocantur. Sed quam contraria tunc his monitis atque observationibus meis acta sint multum est explicare; nec opus est epistolari pagina comprehendi, quod in illo Ephesino non judicio, sed latrocinio potuit perpetrari. Ibi primates synodi nec resistentibus sibi fratribus nec consentientibus præceperunt, cum ad infringendam catholicam fidem et ad exsecrabilem hæresim roborandam alios privilegio honoris exuerint, alios consortio impietatis infecerint, sæviores profecto in eos, quos persuadendo ab innocentia separabant, quam in illos, quos beatos confessores persequendo faciebant. Verumtamen quia tales sibi maxime sua iniquitate nocuerunt, et majoribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina, nullis unquam epistolis definivi etiam talibus si resipiscerent veniam denegandam. Et quamvis incommutabiliter inimicissimam Christianæ religioni hæresim detestemur, ipsos tamen si corrigantur, et digna se satisfactione purificent, ab ineffabili misericordia Dei non judicamus alienos, sed potius cum gementibus gemimus, cum flentibus flemus, et sic utimur justitia commotionis, ut non amittamus remedia charitatis. Quod sicut pietas vestra cognoscit non verbis solis promittitur, sed etiam factis docetur. Siquidem pene omnes qui in consensum præsidentium aut traducti fuerant, aut coacti resistendo, quod statutum fuerat ab illis, et condemnando quod scripserant perpetuam culpæ abolitionem et apostolicæ pacis gratiam sunt adepti. Si ergo clementia vestra propositum nostrum considerare dignetur, probabit in eo concilio cuncta gessisse, ut sine cujusquam animæ detrimento hæresæos tantum obtineretur exstinctio, et ob hoc circa auctores sævissimorum turbinum quiddam consuetudinis minuisse, ut ad indulgentiam postulandam compunctione aliqua

possit eorum tarditas excitari. Qui etsi post illud judicium suum tam impium quam injustum non sunt catholicæ fraternitati ita honorabiles ut fuerunt, suas tamen adhuc obtinent sedes, et episcopatus sui honore potiuntur aut per veram et necessariam satisfactionem pacem Ecclesiæ recepturi, aut si hæresim (quod absit) tuebuntur, professionis suæ merito judicandi. Data tertio decimo Kalendas Augusti Helpidio V. C. consul.

XIX. — *Ad Faustum, Martinum*, etc.

Leo episcopus, Fausto, Martino, Petro, Manoheli, Job, Antiocho, Abrahamo, Theodoro, Pientio, Eusebio, Helpedio, Paulo, Asterio et Charaso, presbyteris et archimandritis, et Jacobo diacono et archimandritæ.

Causa fidei in qua salus Christiana consistit multa me sollicitudine laborare compellit, metuentem ne pravitas quæ in suis fuerat amputanda principiis processu temporis et pertinacior fiat et latior. Nam, cum clementissimus imperator talia ad nos scripta direxit, quibus sollicitudinem suam pro pace universalis Ecclesiæ demonstraret, et ipse Constantinopolitanus episcopus, et ii qui eumdem consecrarant, præter id quod ad ordinem novi antistitis pertinebat, nihil nobis de compressis vel abdicatis erroribus indicarunt, quasi in illa ecclesia nullum scandalum, nulla exstitisset offensio; aut non præcipue fuerint ordinati ad meritum demonstrandum, si aliena a se quæ catholicorum sensibus sunt adversa docuisset. Ne ergo quod inter longinquas regiones accidere solet, ut nimias dilationes tenderent veritatis examina, fratres et coepiscopos nostros Habundium et Asterium, sed et Basilium et Senatorem, presbyteros, probatissimos viros et probatissimum principem cum sufficienti paternarum auctoritatum instructione direximus. Quos in omnibus, fratres charissimi, diligentia ac sollicitudine vestra cupimus adjuvari, ut impietas quæ cæcis ausibus in exitialia abrupta processit, simplices quoque decipiendi ulterius non habeat potestatem, cum aptiore medicina etiam illis cupiamus per correctionis remedia subveniri, qui aut imperitia sunt lapsi, aut errore traducti. Et ideo vos qui justificamini per fidem, qui catholicam diligitis veritatem, et de singulari sacramento salutis humanæ per Spiritum sanctum estis edocti, collaborate nobiscum, et quanta potestis devotione id agite, ut falsitate destructa, et fidei soliditate defensa, secura per totum mundum Dei pace potiamur. Data decimo sexto Kalendas Augusti, Valentiniano, et Augusto VI, et Anieno, viris clarissimis consulibus æra qua supra.

XX. — *Ad Martianum Aug.*

Leo Martiano Augusto.

Sanctum clementiæ vestræ studium quo ad reparationem pacis ecclesiasticæ synodum habere voluistis adeo libenter accepi, ut quamvis eam fieri intra Italiam poposcissem, et aptius exspectari tempus optassem, quo scilicet plurimi possent episcopi etiam de longinquis provinciis evocari, mox tamen ut mihi pietatis vestræ scripta sunt tradita : et Bonifacium de compresbyteris meis ab urbe direxerim, et de episcopis fratrem meum Paschasium de Sicilia fecerim navigare, qui vicem meam sufficienter implerent, datis per eosdem epistolis ad eos qui legationem ante susceperant, ut ipsi quoque prædictis adimplendas partes meæ præsentiæ jungerentur. Unde quamvis nimis arctus dies synodo fuerit constitutus, spero tamen affuturum Omnipotentis auxilium, quo omnes valeant ad præfinitum tempus occurrere, et unanimiter cum sanctæ fraternitatis assensu quæ universali Ecclesiæ congruant, definire. Compressa enim vel remota inquietudine ac pravitate paucorum facile firmabitur probanda concordia, si in eam fidem, quam evangelicis et apostolicis prædicationibus declaratam per antiquos Patres nostros accepimus et tenemus, omnium corda concurrant, nulla penitus disputatione cujusquam retractationis admissa, ne per vanam fallacemque versutiam aut infirma videantur aut dubia quæ in ipso lapide angulari Christo fundata sunt et sine fine mansura. Hoc nobis indesinenter orantibus, ut a sacramento singularis fidei nemo inveniatur alienus, sed damnata impietate hæreseos nullum de perditione cujusquam catholica Ecclesia sentiat detrimentum. Quod autem pietatem vestram de his per quos meas misi epistolas obsecravi, nunc quoque simili fiducia precor, ut vice mea acturos commendatos per omnia habere dignemini, quo facilius et diligentius quæ optimo fidei vestræ ordinata sunt studio salubri impleantur affectu. Data quarto decimo Kalendas Augusti, Adelphio viro clarissimo consule.

XXI. — *Ad eumdem.*

Leo episcopus Martiano Augusto, etc.

Quamvis per Constantinopolitanos clericos ad pietatem vestram ante rescripserim, sumptis tamen clementiæ vestræ litteris per virum illustrem præfectum urbis, filium meum Tatianum, magnam materiam gratulationis accepi, quia studiosissimos vos ecclesiasticæ pacis agnovi. Cui sancto desiderio digne æquitate confertur, ut quem statum esse cupitis religionis, eumdem habeatis et regni. Nam inter principes Christianos spiritu Dei confirmante concordiam, gemina per totum mundum fiducia roboratur, quia profectus charitatis et fidei utrorumque armorum potentiam insuperabilem facit, ut propitiato per unam confessionem Deo, simul et hæretica falsitas et barbara destruatur hostilitas, gloriosissime imperator. Aucta igitur per imperialem amicitiam spe cœlestis auxilii confidentius pietatem vestram pro sacramento salutis humanæ incitare præsumo, ne cujusquam procaci impudentisque versutia, quasi de incerto quid sequendum sit sinatis inquiri. Et cum ab evangelica apostolicaque doctrina, nec uno quidem verbo liceat dissidere, aut aliter de Scripturis divinis sapere quam beati Apostoli et patres nostri didicere atque docuerunt, nunc demum

indisciplinatæ moveantur et impiæ quæstiones, quas olim mox ut eas per apta sibi corda diabolus excitavit, per discipulos veritatis Spiritus sanctus exstinxit. Nimis autem iniquum est, ut per paucorum insipientiam ad conjecturas opinionum et bella revocemur, tanquam reparata disceptatione tractandum sit, utrum Eutyches impie senserit, et utrum impie Dioscorus judicarit, qui in sanctæ memoriæ Flaviani condemnatione se perculit, et simpliciores quosque ut in eamdem ruinam provolverentur impegit, quorum multis jam, ut cognovimus, ad satisfactionis remedia conversis, et veniam de inconstanti trepidatione poscentibus, non cujusmodi sit fides tractandum est, sed eorum precibus qualiter annuendum. Unde piissimæ sollicitudini vestræ quam de indicenda synodo habere dignamini per legationem quæ confestim ad dementiam vestram Deo annuente perveniet, quidquid ad causæ utilitatem arbitror pertinere, plenius atque opportunius suggeretur. Data nono Kalendas Maii, Adhelesio viro clarissimo consule, æra qua supra.

XXII. — *Ad eumdem.*

Leo episcopus Martiano Augusto.

Poposceram quidem a gloriosa clementia vestra, ut synodum quam ad reparandam orientalis Ecclesiæ pacem, a nobis etiam petitam necessariam judicastis aliquantisper differri ad tempus opportunius juberetis, ut liberioribus ab omni perturbatione animis, illi quoque episcopi quos hostilitatis metus detinet convenirent. Sed quia pio studio humanis negotiis divina præponitis, et rationabiliter ac religiose regni vestri viribus creditis profuturum, si nulla sit in sacerdotum sensibus dissonantia, nulla sit in Evangelii prædicatione discordia, ego etiam vestris dispositionibus non renitor, optans ut omnium cordibus catholica fides, quæ non potest nisi una esse, firmetur. A cujus integritate et Nestorius antea, et nunc Eutyches diversis quidem callibus, sed impietate non impares deviarunt, abominandi prorsus persuasionibus suis quas contra sinceri, veri, luminis fontem de cœnosis lacubus diabolicæ falsitatis hauserunt. Prior itaque synodus Ephesina Nestorium cum dogmate suo **196** merito justeque damnavit, et quisquis in illo errore perstitit ad nullius potest spem remedii pertinere. Sequens vero in prædicta civitate non possum vocare concilium, quod in eversionem fidei fuisse constat agitatum, quodque vestra clementia amore veritatis catholicis affutura aliud statuendo quassavit, gloriosissime imperator. Unde per ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, qui regni vestri est auctor et rector, obtestor et obsecro clementiam vestram, ut in præsenti synodo fidem quam beati Patres nostri ab apostolis sibi traditam prædicarunt non patiamini quasi dubiam retractari, et quæ olim majorum sunt auctoritate damnata redivivis non permittatis conatibus excitari. Illudque potius jubeatis, ut antique *Nicænæ synodi constituta*, remota hæreticorum *interpretatione, permaneant*. Nec me quodque, ut voluit vestra clementia, ab illo credatis abesse concilio, cum in his fratribus quos direxi, id est, Paschasiano et Lucentio episcopis, Bonifacio et Basilio presbyteris, sed et fratre meo Juliano, quem eorum volui esse participem, etiam mea sit æstimanda pœnitentia. Quos auxiliante Christo ita jacturos esse confido, ut ea quæ Domino nostro placeant, decernantur, accedente pietatis vestræ studio, quod et paci prosit et religioni sit custodia veritatis. Data VI Kalendas Junii, Adelphio viro clarissimo consule, æra qua sup.

XXIII. — *Ad eumdem.*

Leo episcopus Martiano Augusto.

Multam mihi fiduciam scribendi ad clementiam vestram et litteræ vestræ, quas veneranter accepi, et coepiscopi mei revertentes Constantinopoli præbuerunt, non sola assertione verborum, sed ipsis operum effectibus demonstrantes, ad defensionem catholicæ fidei divinum in vobis vigere præsidium. Quo utique non solum Ecclesiæ status, sed etiam vestri robur munitur imperii, ut merito ejus exspectetis protectionem, cujus colitis veritatem, gloriosissime imperator. Nam, ut fratris mei Anatholii citius manifestaretur integritas, et olim damnati erroris redivivus assertor locum in Christi Ecclesia non haberet, ut catholici episcopi, quos nuper hæreticorum persecutio degravare non potuit ab injustis revocarentur exsiliis, atque reliquiis beatæ memoriæ Flaviani digno honore susceptis, impietatem suam condemnator ejus agnosceret, vestræ virtutis titulus, vestræ pietatis est fructus; cui confido etiam aliarum insignia accumulanda palmarum. Ut sicut Constantinopolitana Ecclesia recepta apostolicæ fidei libertate lætatur, ita omnes regni vestri provinciæ emundatas se a diabolici dogmatis contagione glorientur. Ut ergo præcedentibus litteris indicavi, fratres meos Lucensem episcopum et Basilium presbyterum qui sollicitudinis meæ partes possint implere direxi, favori eos pietatis vestræ in omnibus, quæ sunt agenda commendans. Nam cum et fratris mei Anatolii scriptis et nostrorum sermone cognoverim multos de his qui apud Ephesum Dioscori factione compulsi, de stabilibus statutis pœnitendum præbuere consensum inconstantiæ suæ veniam postulare, et communionem catholicam per satisfactionem correctionis expetere non fuit talium negligenda conversio, qui non proprio sensu, sed impii præsumptoris impulsu in hæc incidisse noscuntur, in quibus liberum non habuere judicium. Ne itaque resipiscentium desideria mora longior fatigaret, vel incuriosa facilitas temere aliquos et sine discretione susciperet, injunctum est ab apostolica Sede directis ut in consortium suæ deliberationis accito Constantinopolitanæ urbis antistite et pestilentiæ contagia non admittantur, et sanitatis remedia non negentur. Quæ industria in omnibus quæ nequiter gesta sunt emendandis celerem, juvante Domino, consequetur effectum, si reparationi pacis ecclesiasticæ opem suam vestra pietas dignetur adjungere : ut vobis in terra regnantibus et Dei

regnum intra vos honore mereamini, et catholicam fidem nulla falsitas violet, nulla hæresis inquietet, nec cuiquam liceat doctrinam evangelicam deserere et sacerdotali honore gaudere. Synodum vero fieri, ut meminit vestra clementia etiam ipsi poposcimus, sacerdotes provinciarum omnium congregari præsentis temporis necessitas nulla ratione permittit, quoniam illæ provinciæ de quibus maxime sunt evocandi, inquietante bello, ab ecclesiis suis eos non patiuntur abscedere. Unde oportuniori tempore propitiato Domino cum firmior fuerit restituta securitas, jubeat vestra clementia reservari. De qua re plenius inter cætera apud pietatem vestram poterunt allegare quos misi. Data v Idus Junii, Adelphio viro clarissimo consule, æra qua supra.

XXIV. — *Ad Anatolium episcopum.*

1. De fide ejus scriptis missis probata.

2. De his qui metu in hæresim lapsi sunt, ut si conversi fuerint recipiantur.

3. De nominibus hæreticorum ad altare non recitandis.

4. De commendatione Juliani episcopi, vel eorum clericorum qui Flaviano episcopo in fide adhæserunt.

Cap. I. Leo episcopus Anatolio episcopo.

Gaudemus in Domino et in dono gratiæ ipsius gloriamur, qui sicut dilectionis tuæ litteris et fratrum nostrorum, quos Constantinopolim miseramus, relatione cognovimus, sequacem evangelicæ eruditionis ostendit, ut per sacerdotis probabilem fidem merito præsumamus, quod tota Ecclesia eidem credita est ne rugam cujusquam sit erroris habitura vel maculam, dicente Apostolo : « Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo (*II Cor.* xi, 12); » illa enim virgo Ecclesia, sponsa unius viri Christi, quæ nullo se patitur errore vitiari, in qua societatem tuæ dilectionis amplectimur, et gestorum quæ sumpsimus seriem necessariis (sicut oportuit) munitam subscriptionibus approbavimus. Ut ergo invicem dilectionis tuæ animus nostris confirmaretur alloquiis, filios nostros Casterium presbyterum, Patricium et Asclepiadem diaconos, qui ad nos tua scripta detulere cum epistolis nostris, post venerabilem diem festi paschalis emisimus, indicantes nos, ut supra diximus, de Constantinopolitanæ ecclesiæ pace gaudere, cui hanc curam semper impendimus, ut eam nulla velimus hæreticorum fraude violari.

II. De fratribus vero quos in epistolis tuis et legatorum nostrorum relatione communionis nostræ cupidos esse cognovimus, eo quod doleant se contra potentiam, contraque terrores non tenuisse constantiam in alieno scelere præbuisse consensum, cum ita eos formido turbasset, ut in damnationem catholici atque innocentis antistitis, et in receptionem detestabilis pravitatis trepido famularentur obsequio. Illud quidem quod præsentibus et agentibus nostris constitutum est approbamus, ut suarum interim ecclesiarum essent communione contenti, sed cum legatis nostris, quos misimus, participata tecum sollicitudine voluimus disponatur, quatenus hi qui plenis satisfactionibus male gesta condemnant, et accusare magis se eligunt quam tueri pacis et communionis nostræ unitatem lætantur. Ita ut digno prius anathemate quæ contra fidem catholicam sunt recepta damnentur; aliter enim in Ecclesia Dei, quæ corpus est Christi, nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos pontifex reconciliat, verus immaculati agni sanguis emundat, licet in Patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne quam sumpsit ex Virgine sacramentum propitiationis exsequitur, dicente Apostolo : « Christus Jesus qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui est in dextera, qui etiam interpellat pro nobis (*Rom.* viii, 34). » Neque enim potest in aliquo benignitas nostra reprehendi eum satisfacientes recepimus quos doluimus esse deceptos. Nec aspere igitur communionis nostræ gratia deneganda est, nec temere largienda, quia sicut plenum pietatis est oppressis charitatem Dominicam redhiberi, ita justum est omnia perturbationis auctoribus imputari.

III. De nominibus autem Dioscori, Juvenalis, et Eustatii ad sacrum altare recitandis, dilectionem tuam hoc decet custodire quod nostri ibidem constituti faciendum esse dixerunt, quodque honorandæ sancto Flaviano memoriæ non repugnet, et a gratia tua Christianæ plebis animos non avertat. Nam iniquum nimis est atque incongruum eos qui innocentes et catholicos sua persecutione vexarunt, sanctorum nominibus sine discretione misceri, condemnatam impietatem non deserentes ipsi se sua pravitate condemnant quos convenit aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.

IV. Fratrem vero et coepiscopum nostrum Julianum vel clericos qui sanctæ memoriæ Flaviano fidelibus officiis adhæserunt, dilectioni quoque tuæ volumus adhærere, ut quem fidei suæ meritis vivere apud Dominum nostrum novimus in te sibi eum præsentem agnoscant; illudque dilectionem tuam nosse volumus fratrem et coepiscopum nostrum Eusebium, qui causa fidei multa discrimina laboresque toleravit, nobiscum interim demorari et in nostra nunc communione persistere, cujus ecclesiam tua sollicitudine volumus esse defensam, ut nihil eodem absente depereat, et nullus ei in aliquo præjudicare præsumat, donec cum litterarum nostrarum ad vos prosecutione perveniat, et ut major circa te vel nostra vel totius Christianæ plebis affectio provocetur hoc quod ad dilectionem tuam scripsimus, in omnium volumus notitiam pervenire, ut qui Deo non deserviunt de confirmata apud te pace Sedis apostolicæ gratulentur. De cæteris vero causis atque personis dilectio tua litteris quas per nostras accipiet, plenius instruetur. Data Idus Aprilis, æra qua supra.

XXV. — *Ad Anatholium episcopum Constantinopolitanum.*

Leo episcopus Anatholio episcopo.

Diligentiam necessariæ sollicitudinis quam fraternitas tua in dirigendis ad nos litteris exsequitur, approbamus, et acceptis per filium nostrum Olim-

pium paganis tuis sacerdotalem in te curam vigere sentimus, cui nos quoque quantum Dominus dat posse non desumus, exorantes dilectionem tuam, ut quia tempus laboris indicimus in sancta vigilantia perseveres, donec dextera Domini faciat virtutem, et sub pedibus Ecclesiæ suæ conterat tentatorem. Consolatur enim nos per omnia præparata divinitus clementissimi principis fides, quem in eo rursus sicut oportuit sum cohortatus alloquio, ut impiissimorum latronum ausibus districtiore constantia faciat obviari, quos nefas est tantum de suo favore præsumere ut etiam apud Constantinopolim audeant insanire. Sed hoc eis ideo divinæ providentiæ ratione permittitur, ut magis ac magis quo spiritu agitentur appareat, ne dubitari possit in quantam essent audaciam prorupturi, si post damnationem impiissimæ hæresis discepiandi contra fidem acciperent potestatem, ut quantum in ipsis est, latius hoc furore sævirent, quem fratres et coepiscopi nostri qui ad nos nuper ex Ægypti partibus confugere se pertulisse deplorat, quibus et Christianissimo principe et a tua fraternitate Deo placita charitate solatia pietatis impendi non ambigerem, etiam si ipse non scriberes. Opportunum autem credidi ut ad ipsos quoque scripta dirigerem quæ illos possint in communis fidei proposito roborare et quod pro patientia sua superna remuneratione mereantur, agnoscerent. Sicut beatus Apostolus docet, dicens : « Excipite itaque illos cum gaudio in Domino, et ejusmodi cum honore habete, quoniam propter fidem Christi usque ad mortem accesserunt (*Philip.* II, 29, 30). » Illud sane plurimum mihi displicere significo, quod inter dilectionis tuæ clericos quidam esse dicuntur, qui adversariorum conniveant pravitati, et vasa iræ vasis misericordiæ misceantur. Quibus investigandis et severitate congrua coercendis debet diligentia vigilanter insistere. Ita ut 197 his quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. Oportuit etenim nos evangelici meminisse mandati, quod ipsa Veritate præcipitur, « ut si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizaverit, manus a compage corporis auferatur (*Matth.* XVIII, 8), » quia melius sit his in Ecclesia carere membris, quam cum ipsis in æterna ire supplicia. Nam superflue extra Ecclesiam positis resistimus, si ab his qui ab intus sunt in eis quos decipiunt vulneramur. Abjicienda prorsus pestifera hæc sacerdotali vigore patientia est, quæ sibimet peccatis aliorum parcendo non parcit. Sicut Heli quondam sacerdos filiorum suorum delicta tolerando, cum ipsis divinæ justitiæ sententiam meruit experiri, quia segni indulgentia dissimulavit plectere peccatores. Quantum itaque opportunitas invitat officii religiosissimum principem dilectio tua studeat frequentare, et non solum regiam, sed et sacerdotalem ipsius mentem precibus meis obsecrare persiste, ut memor communis fidei quam Spiritu sancto docente suscepimus, omnium hæreticorum machinamenta confringat, neque quidquam illis in ecclesiis Christi licere patiatur, ne in eorum potestate sint divina mysteria, quibus in domo Dei pro scelerum suorum magnitudine nec habitandi jus residet nec orandi. Data pridie Idus Octobris, Constantino et Ruffo, viris clarissimis consulibus.

XXVI. — *Ad eumdem.*

Leo episcopus Anatholio episcopo.

Licet sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse devotam, ut tamen efficacior tua fieri possit industria, et hoc congruum fuit fratres meos Lucensium episcopum et Basilium presbyterum, ut promisimus, destinare quibus tua dilectio societur, ut nihil in his quæ ad universalis Ecclesiæ statum aut dubie pertinent aut segniter, cum residentibus vobis quibus exsecutionem nostræ dispositionis injunximus ea possint agi cuncta moderatione, ut nec benevolentiæ partes ne justitiæ negligantur, sed absque personarum acceptione divinum in omnibus judicium cogitetur. Quod ut recta observantia valeat custodiri catholicæ primitus fidei servetur integritas, ut quia per omnia « angusta et ardua via est quæ ducit ad vitam (*Matth.* VII, 14), » neque in sinistram, neque ad dexteram ab ejus tramite devietur. Et quia evangelica et apostolica fides omnes expugnat errores, et ab uno latere Nestorium dejicit, ab alio Eutychen et participes ejus elidit. Hanc regulam mementote servandam, ut quicumque in illa synodo quæ nomen synodi nec habere potuit nec meretur, et in qua malevolentiam suam Dioscorus, imperitiam autem Juvenalis ostendit, dolent ut dilectionis tuæ relatione comperimus, se metu victos et terrore superatos ad consensum scelestissimi judicii potuisse compelli, et communionem catholicam obtinere desiderant satisfactioni eorum pax fraterna præstetur, ita ut non dubiis professionibus Eutychen cum suo dogmate cumque consortibus suis anathematis exsecratione condemnent. De his autem qui in hac causa gravius peccavere, et ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici synodo vindicarunt, ut humiliorum fratrum simplicitatem arrogantiæ suæ præjudiciis aggravarent, si forte resipiscunt et a facti sui defensione cessantes in condemnationem proprii convertuntur erroris, horum si satisfactio talis accedit, quæ non refutanda videatur, maturioribus apostolicæ Sedis conciliis reservetur, ut examinatis omnibus atque perpensis de ipsis eorum agnitionibus quid constitui debeat æstimetur. Neque prius in Ecclesia, cui te Dominus voluit præsidere cujusquam talium, ut ante jam scripsimus, nomen ad altare recitetur, quam quid de eis constitui debeat, rerum processus ostendat. De commonitorio vero a clericis dilectionis tuæ nobis oblato necessarium non fuit epistolis quid videretur inserere, cum sufficeret legatis cuncta committi, quorum sermone ex omnibus diligentius instruereris. Annitere igitur, frater charissime, ut quæ Ecclesiæ Dei congruunt fideliter et efficaciter cum his fratribus, quos tantæ rei idoneos auctores elegimus, exsequaris, præsertim cum ipsa vos causæ ratio, spesque divini auxilii cohor-

, et clementissimorum principum, tam sancta
es, tam religiosa devotio, ut in eis non solum
ianum, sed etiam sacerdotalem experiamur
im. Qui utique pro pietate qua se Dei famu-
e gloriantur omnes suggestiones vestras fidei
icæ profuturas dignanter accipiant, ut ipsorum
e ope et pax Christiana reparari, et error
s possit aboleri. Ac si de aliquibus amplius
deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigа-
t pertractata qualitate causarum nostra quid
ari debeat sollicitudo constituat. Data quinto
Iunii, Adelphio viro clarissimo consule, æra
ipra.

XXVII. — *Ad synodum Chalcedonensem.*

sanctæ synodo apud Chalcedonam consti-

averam quidem, charissimi, pro nostri chari-
illegii omnes Domini sacerdotes in una catho-
dei devotione persistere, nec quemquam gratia
rmidine potestatum sæcularium depravari, ut
veritatis abscederet. Sed quia multa sæpe quæ
udinem possint generare proveniunt, et supe-
ılpas delinquentium misericordia Dei, atque
uspenditur ultio, ut possit locum habere cor-
, amplectendum est clementissimi principis
m religione consilium, quo sanctam fraterni-
vestram ad destruendas insidias diaboli et ad
nandam ecclesiasticam pacem voluit convenire,
simi Petri jure atque honore servato, adeo ut
noque suis ad hoc litteris invitaret, ut venera-
nodo nostram præsentiam præberemus, quod
m nec necessitas temporis, nec ulla consuetudo
ıt permittere. Tamen in his fratribus Pascha-
et Lucentio episcopis, Bonifacio et Basilio
yteris, qui ab apostolica Sede directi sunt, me
o vestra fraternitas æstimet præsidere, non
uncta a vobis præsentia mea qui nunc in vica-
eis adsum et jamdudum fidei catholicæ prædi-
e non desum, ut qui non potestis ignorare
ex antiqua traditione credamus, non possitis
ıre quid cupiam. Unde, fratres charissimi,
a penitus audacia disputandi contra fidem divi-
inspiratam, vana errantium infidelitas conquie-
ıec liceat defendi quod non liceat credi, cum
dum evangelicas auctoritates, secundum pro-
:as voces apostolicamque doctrinam plenissime
idissime per litteras, quas ad beatæ memoriæ
ınum episcopum misimus, fuerit declaratum
ıit de sacramento incarnationis Domini nostri
Christi pia et sincera confessio. Quia vero non
amus per pravas æmulationes multarum eccle-
n statum fuisse turbatum, plurimosque episco-
ni hæresim non reciperent sedibus suis pulsos
exsilia deportatos, atque in locum superstitum
substitutos, vulneribus his primitus adhibeatur
:ina justitiæ, nec quisquam ita careat propriis
er utatur alienis, cum si, ut cupimus, errorem
s relinquunt, nemini quidem perire honor de-
sed illis qui pro fide laboraverunt cum omni

A privilegio oporteat jus proprium reformari. Prioris autem Ephesinæ synodi cui sanctæ memoriæ Cyrillus episcopus tunc præsedit in Nestorium specialiter statuta permaneant, ne tunc damnata impietas, ideo sibi in aliquo blandiatur, quia Eutyches justa exsecratione percellitur. Puritas enim fidei atque doctrinæ, quam eodem quo sancti Patres nostri spiritu prædicamus, et Nestorianam et Eutychianam cum suis auctoribus condemnat pariter et persequitur pravitatem. Data quinto Kalendas Julii, Adelphio viro clarissimo consule.

XXVIII. — *Ad Anatolium.*

Leo episcopus Anatolio episcopo.

B Manifestato, sicut optavimus, per gratiam Dei lumine evangelicæ veritatis, et ab universali Ecclesia perniciosissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in Domino quod creditæ nobis dispensationis labor ad desideratum pervenit effectum, sicut etiam epistolæ tuæ textus eloquitur, ut secundum apostolicam doctrinam idipsum dicamus omnes et non sint in nobis schismata. Simus autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. In cujus operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem, ut et corrigendis tua prodesset industria, et ab omni te deviantium participatione et factione purgares, decessore enim tuo beatæ memoriæ Flaviano propter defensionem catholicæ veritatis ejecto, non immerito credebatur, quo ordinatores tui contra sanctorum canonum constituta viderentur sui similem consecrasse. Sed adfuit misericordia Dei in hoc te C redigens atque confirmans, ut malis principiis bene utereris, et non te judicio hominum, sed Dei provectum benignitate monstrare. Quod ita accipiendum est, si hanc divini muneris gratiam alia offensione non perdas. Virum etiam catholicum et præcipue Domini sacerdotem sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. Dicente quippe Scriptura sancta : « Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua vetare (*Eccli.* XVIII, 30), » multis mundi hujus illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut vere continentiæ obtineatur integritas, cujus prima est labes superbia initium transgressionis, et origo peccati. Quoniam mens potentiæ avida, nec abstinere novit a vetitis, nec gaudere concessis, dum inordinato pravoque processu impunitarum transgressionum augentur excessus, et crebrescunt culpæ, quæ toleratæ sunt studio fidei reparandæ et amore concordiæ. Post illa itaque ordinationis tuæ non culpata principia post consecrationem Antiochæni episcopi quam tibimet contra canonicam regulam vindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam, ut sacratissimas Nicænorum canonum constitutiones conareris infringere, tanquam opportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdiderit et Antiochæna Ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amiserit, ut his locis juri tuo subditis omnes metropolitani episcopi proprio honore priventur. Quibus inauditis et nunquam ante tentatis ita prive-

ris excessibus, ut sanctam synodum ad exstinguendam solam hæresim et confirmationem fidei catholicæ studio Christianissimi principis congregatam in occasionem ambitus trahas, et ut conniventiam suam tibi det impellas, tanquam refutari nequeat, quod illicite voluerit multitudo, et illa Nicænorum canonum per sanctum vere Spiritum ordinata conditio aliqua cuiquam sit parte solubilis. Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neque trecentis illis decem atque octo copiosior numerus sacerdotum, comparare se audeat et præferre, cum tanto divinitus privilegio Nicæna sit synodus consecrata, ut sive per pauciores, sive per plures ecclesiastica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum quidquid ab illorum fuerit constitutione diversum. Nimis ergo hæc improba, nimis sunt prava quæ sacratissimis canonibus inveniuntur esse contraria, in totius Ecclesiæ perturbationem superba hæc tendit elatio, quæ ita abuti voluit concilio synodali, ut fratres in fidei tantummodo negotium convocatos ad consentiendum sibi depravando compelleret. Inde enim fratres nostri, ab apostolica Sede directi, qui vice mea synodo præsidebant probabiliter atque constanter illicitis ausibus obstiterunt, aperte clamantes ne contra instituta Nicænæ præsumptio reprobæ novitatis **198** assurgeret, nec potest de eorum contradictione dubitari, de quibus in epistola tua etiam ipse conquereris, quod conatibus tuis voluerint obviare. In quo eos quidem multum mihi hæc scribendo commendas, sed temetipsum quod eis parere nolueris, dum illicita moliris accusas superflue non concedenda appetens et salubriter contraria concupiscens, quæ nullum unquam potuerunt nostrum obtinere consensum. Absit enim a conscientia mea ut tam prava cupiditas meis studiis adjuvetur ac non potius et meo et omnium qui non alta sapiunt, sed humilibus consentiunt opere subruatur. Sancti illi et venerabiles Patres qui in urbe Nicæna sacrilego Ario cum sua impietate damnato mansuras usque in finem mundi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, et apud nos in toto orbe terrarum in suis constitutionibus munierunt, etsi quid usquam aliter quam illi statuere præsumitur, sine cunctatione cassatur, ut quæ ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione varientur, nec ad privatum trahantur commodum, quæ ad bonum sunt commune præfixa. Et manentibus terminis quos constituerunt Patres non invadat alienum. Sed intra fines proprios atque legitimos prout quis valuerit in latitudine se charitatis exerceat, cujus satis uberes fructus Constantinopolitanus potest antistes acquirere, si magis humilitatis virtute nitatur, quam si spiritus ambitionis infletur. Noli, frater, altum sapere, sed time, et Christianissimorum principum piissimas aures improbis petitionibus inquietare desiste, quibus certum habeo modestia te magis quam elatione placiturum. Persuasioni enim tuæ in nullo *penitus suffragatur* quorumdam episcoporum ante *sexaginta, ut jactas,* annos facta subscriptio, nunquam a prædecessoribus tuis ad apostolicæ Sedis transmissa notitiam cui ab initio sui caducæ dudumque collapsæ, sera nunc et inutilia subjicere fomenta voluisti, eliciendo a fratribus speciem consensionis quam tibi in suam injuriam verecundia fatigata præberet. Memento quid Dominus ei qui unum de pusillis scandalizaverit cominatur, et sapienter intellige quale sit judicium Dei subiturus, qui tot ecclesiis, tot sacerdotibus scandalum inferre non metuit, fateor enim ita me dilectione universæ fraternitatis obstringi, ut nemini prorsus in his quæ contra se poscit assentiat, possisque evidenter agnoscere me dilectioni tuæ benevolo animo contraire, ut saniore consilio ab universalis te Ecclesiæ perturbatione contineas. Non convellantur provincialium jura primatum, nec privilegiis antiquitus institutis metropolitani antistites fraudentur. Nihil Alexandrinæ sedi ejus quam per sanctum Marcum evangelistam beati Petri discipulum meruit pereat dignitatis. Nec Dioscoro impietatis suæ pertinacia corruente splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscuretur alienis, Antiochæna quoque Ecclesia, in qua primum prædicante apostolo Petro Christianum nomen exortum est in paternæ constitutionis ordine perseveret, et in gradu tertio collocata nunquam se fiat inferior. Aliud enim sunt sedes aliud præsidentes, et magnus unicuique honor est integritas sua, quæ cum in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat, quanto magis in Constantinopolitanæ urbis magnificentia potest esse gloriosa, si per observantiam tuam et defensionem paterni canones et exemplum probitatis multi habeant sacerdotes? Hæc tibi scribens, frater, in Domino hortor ac moneo, ut deposito ambitionis desiderio spiritu potius ferveas charitatis ejus quoque virtutibus secundum doctrinam apostolicam proficienter orneris. « Est enim patiens, et benigna et non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt (*I Cor.* XIII, 4, 5). Unde si charitas non quærit propria, quantum peccat qui concupiscit aliena? A quibus volo ut te prorsus abstineas, memor sis sententiæ quæ dicit : Tene quod tenes, ne alius accipiat coronam tuam. Nam si inconcessa quæsieris, ipse tuo opere atque judicio universalis Ecclesiæ pace privaberis. Frater autem et coepiscopus noster Lucianus et filius noster Basilius diaconus quantum in ipsis fuit studiose his, quæ eis injunxeras affuere. Sed actioni eorum justitia negavit effectum. Data XI Kalend. Julii, Herculiano viro clarissimo consule. æra qua supra.

XXIX. — *Ad Martianum Aug.*

Leo Martiano Augusto per Lucianum episcopum et Basilium diaconum de ambitu Anatolii.

Magno munere misericordiæ Dei totius Ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum sancto et glorioso clementiæ vestræ studio perniciosissimus error exstinctus est, ut labor noster citius ad desideratum perveniret effectum, quem Deo serviens principatum et fidem et potestatem juvisset. Quia

irtute Spiritus sancti inter quaslibet dissen-
per Sedis apostolicæ famulatum Evangelii
endenda libertas, manifestior tamen apparuit
)ei quæ præstitit mundo, ut in victoria ve-
uctores tantum violatæ fidei deperirent, et
egritas Ecclesiæ redderetur. Bellum igitur
oster inimicus excitaverat a Deo feliciter,
Domini pugnante, confectum est ut trium-
Christo omnium sacerdotum esset una victo-
coruscante lumine veritatis, erroris tenebræ
s assertoribus pellerentur. Nam sicut in ipsa
resurrectione credenda ad corroboranda
dei multum securitatis accessit quod quidam
de corporea Domini nostri Jesu Christi ve-
lubitavere, et visu atque contactu fixuras
m, et, vulnus lanceæ perscrutando ambigui-
unctis dum ambigunt abstulerunt. Ita nunc
cum aliquorum infidelitas confutatur, om-
æsitantium corda firmata sunt, et profecit
is ad illuminationem quod quibusdam intulit
em. In quo opere digne et juste exsultat ve-
mentia, quæ fideliter proprieque prospexit,
talibus Ecclesiis diabolicæ insidiæ non noce-
d ad propitiandum Deum efficaciora ubique
itur holocausta, quando per mediatorem Dei
num hominem Christum Jesum eadem con-
lebium, eadem sacerdotum, eadem esset et
His autem propter quæ tanta facta est con-
) sacerdotum, bene et optabili fine compositis
t doleo, quod pacem universalis Ecclesiæ di-
reformatam, ambitionis rursus spiritus in-
Quamvis enim necessarie sibi frater meus
is consuluisse videatur ut ordinatorum
errorem deserens in assensum catholicæ fi-
ibri correctione transiret, custodire tamen
ut quod vestro beneficio noscitur consecutus
pravitatis cupiditate turbaret. Nos enim ve-
ei et interventionis habentes intuitum, cum
im suæ consectationis auctores ejus initia
nt, benigniores circa ipsum quam justiores
imus, quo perturbationes omnes quæ ope-
iabolo fuerant excitatæ, adhibitis remediis
us, quæ illum modestum magis quam im-
tum facere debuere. Qui etiam si præcipuis
optimoque judicio legitime fuisset ac solem-
dinatus, contra reverentiam tamen canonum
rum, contra sancti Spiritus instituta, contra
atis exempla, nullis posset suffragiis adju-
)ud Christianum et vere religiosum, vereque
xum principem loquor. Multum Anatolius
is proprio detrahit merito, si illicito crescere
igmento. Habeat, sicut optamus, Constanti-
ina cunctam gloriam suam, ac protegente
Dei diuturno clementiæ vestræ fruatur im-
lia tamen ratio est rerum sæcularium, alia
im, nec præter illam petram, quam Domi-
undamento posuit, stabilis erit ulla constru-
)pria perdit qui indebita concupiscit. Satis
l prædicto vestræ *pietatis auxilio, et mei* fa-
voris assensu episcopatum tantæ urbis obtinuit.
Non dedignetur regiam civitatem, quam apostolicam
non potest facere Sedem. Nec ullo speret modo, quod
per aliorum possit offensiones augeri. Privilegia
enim Ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus in-
stituta, et venerabilis Nicænæ synodi fixa decretis,
nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate
mutari. In quo opere auxiliante Christo fideliter
exsequendo, necesse est me perseveranter exhibere
famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est,
et ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ
sanctionum quæ in synodo Nicæna ad totius Ecclesiæ
regimen Spiritu Dei instruente sunt conditæ, me,
quod absit, connivente violentur, et major sit apud
me unius fratris voluntas, quam universæ domus
Domini communis utilitas. Et ideo sciens gloriosam
clementiam vestram ecclesiasticæ studere concor-
diæ, et his quæ pacifice congruunt unitati, piissi-
mum præstare consensum, precor et sedula sugge-
stione vos obsecro, ut ausus improbos unitati Chri-
stianæ pacique contrarios, ab omni pietatis vestræ
abdicetis assensu, et fratris mei Anatolii nocituram
ipsi, si perstiterit, cupiditatem salubriter compri-
matis, ne ea quæ vestræ gloriæ atque temporibus
inimica sunt cupiens, major suis velit esse priori-
bus, liberumque illi sit quantis potuerit splendere
virtutibus, quarum non aliter particeps erit, nisi
charitate magis voluerit ornari, quam ambitione
distendi. Hanc autem improbi desiderii conceptio-
nem, nunquam debuit intra cordis sui recipere se-
cretum, sed cum illi fratres, et coepiscopi mei, qui
vice mea aderant, obviarent, ab illicito appetitu
eorum saltem salubri contradictione cessasset. Nam
et vestræ pietatis apices, et ipsius scripta declarant
legatos Sedis apostolicæ, sicut oportuit, contradi-
ctione justissima restitisse, ut inexcusabilior esset
præsumptio, quæ se nec increpata cohiberet. Unde
quia convenit fidei vestræ vel gloriæ, ut sicut hæ-
resis, Deo per vos agente, destructa est, ita etiam
omnis ambitus retundatur, agite quod et Christianæ
est probitatis et regiæ, ut prædictus episcopus pa-
reat Patribus, consulat paci, neque sibi æstimet li-
cuisse, quod Antiochænum sine ullo exemplo contra
statuta canonum episcopum ordinare præsumpsit,
quod amore reparandæ fidei, et pacis studio retra-
ctare cessavimus. Abstineat ergo ab ecclesiastica-
rum injuria regularum, et illicitos declinet excessus,
ne se ab universali Ecclesia, dum inimica paci ten-
tat, abscindat. Quem opto magis irreprehensibiliter
agentem diligere, quam in hac præsumptione quæ
illum ab omnibus poterit separare perdurare. Frater
autem et coepiscopus meus Lucianus, qui cum filio
meo Basilio diacono clementiæ vestræ ad me scripta
portavit, omni devotione partem susceptæ legationis
implevit, quia non est æstimandus negotio defuisse
quem potius causa deseruit. Data XI Kalendas Junii,
Herculano viro clarissimo consule.

XXX. — Ad Pulcheriam Aug.

LEO PULCHERIÆ Augustæ, de ambitu Anatolii.

Sanctis et Deo placitis clementiæ vestræ studiis defensam contra hæreticos catholicam fidem, et universæ Ecclesiæ redditam pacem ineffabiliter cum vestra pietate gaudemus, gratias agentes misericordiæ omnipotentis Dei, quod, exceptis his qui magis dilexerunt tenebras quam lucem, neminem passus est evangelica veritate fraudari, ut, abstersa erroris caligine, in omnium cordibus purissimum lumen oriretur, nec de infirmis quorumdam animis tenebrosus ille exsultaret inimicus, quem non solum hi qui illæsi steterant, sed etiam quos fecerat nutare, superaverunt, ut, errore abolito, per totum mundum fides vera regnaret, « et omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris (*Philip.* II, 11). » Confirmato autem in unitate Evangelii universo mundo, et in eodem Spiritu sensus directis cordibus omnium **199** sacerdotum optimus fuerat supra illa propter quæ sancta est synodus congregata, et quæ secundum pietatis vestræ studium probabili sunt fine conclusa, nihil quod tanto bono contrarium esset inferri, nec per occasionem episcopalis concilii id in commune appeti, quod non licuit concupisci, frater enim et coepiscopus meus Anatolius parum consideravit quanto pietatis vestræ beneficio, et mei favoris assensu Constantinopolitanæ Ecclesiæ sacerdotium fuerit consecutus, non tam de adeptis gavisus quam de immodicis appetendis supra mensuram sui honoris abscessus est, credens huic tam imperanti cupiditati posse prodesse qui ei quorumdam consensum præbuisse dicitur extorta subscriptio, cum tam destruendis mox conatibus contradictio fratrum, et coepiscoporum meorum vicem meam agentium, fideliter et laudabiliter obviaret.

Quoniam contra statuta paternorum canonum quæ ante longissime ætatis annos in urbe Nicæna spiritualibus sunt fraudata decretis, nihil cuique addere conceditur. Ita ut si quis diversum aliquid decernere velit se potius minuat quam illa corrumpat, quæ si, ut oportet, a cunctis pontificibus intemerata serventur, per universas ecclesias tranquilla erit pax, et firma concordia, nullæ de mensuris harum dissensiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de privilegiis ambiguitates, nulla erunt de alieni usurpatione certamina, sed ea quæ jure charitatis rationabilis est, et morum, et officiorum servabitur unanimitas. Et ille vere erit magnus qui fuerit totius ambitionis alienus, dicente Domino : « Quicumque voluerit inter vos major fieri sit vester minister. » Et « quicunque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare (*Matth.* XX, 26-28). » Et tamen hæc illis tunc insinuabuntur, qui de pusillo volebant crescere, et de infimis ad summa transire. Constantinopolitanæ vero præsul Ecclesiæ, quia amplius quam assecutus est concupiscit, aut quid illi satisfaciet, si tantæ urbis magnificentia et claritudo *non sufficit.* Superbum nimis est et immoderatum *ultra fines* proprios tendere et antiquitate calcata alienum jus velle præripere, atque ut unius crescat dignitas tot metropolitanorum impugnare primatus, quietisque provinciis, et olim sanctæ synodi Nicænæ moderatione dispositis bellum novæ perturbationis inferre, atque ut venerabilium Patrum decreta solvantur quorumdam episcoporum proferre consensum, cui tot annorum series negavit effectum. Nam sexagesimus fere annus hujus jactantiæ esse jactatur, qua se prædictus episcopus æstimat adjuvari, frustra cupiens id sibi prodesse, quod etiam si quisquam ausus est velle, nullus tamen potuit obtinere. Agnoscat cui successit viro, et repulso omni spiritu elationis, Flaviani modestiam, Flaviani humilitatem, quæ illum usque ad confessoris gloriam provexit, imitetur. Cujus si velit splendere virtutibus, laudabilis erit, et in omni loco plurimum dilectionis acquiret, non ambiendo humana, sed promerendo divina. Hanc autem observantiam cum quæque illi animum spondet copulandum, et apostolicæ Sedis dilectionem, quam Constantinopolitanæ Ecclesiæ semper impendimus, nulla mobilitate violanda. Quia si interdum immoderati præsules aliquas incidunt culpas, Ecclesiarum tamen Christi integra gratia perseverat. Consensiones vero episcoporum sanctorum canonum apud Nicænam conditorum regulis repugnantes, unita nobiscum vestræ fidei pietate in irritum mittimus, et per auctoritatem beati Petri apostoli, generali prorsus definitione cassamus. In omnibus ecclesiasticis his legibus obsequentes, quas ad pacificationem omnium sacerdotum, per trecentos decem et octo antistites Spiritus sanctus instituit, ita ut etiam si multo plures alii quam illi statuere decernere, in nulla reverentia sit habendum, quidquid fuerit a prædictorum constitutione diversum. Prolixitatem itaque epistolæ meæ qua necesse habui explicare quid sentiam, rogo ut per fratrem et coepiscopum meum Lucianum, qui, quantum in ipso est, sollicitudinem susceptæ legationis est fideliter exsecutus, et per filium meum Basilium diaconem pietas vestra dignanter accipiat. Et quia moris vestri est pro pace et unitate Ecclesiæ laborare, fratrem meum Anatolium episcopum ex vestra insinuatione dilectum, salubriter in his quæ ipsi profutura sint continete, ut gloria clementiæ vestræ, sicut magnificatur de fide reparata, ita prædicetur de ambitione compressa. Data XI Kalendas Junii, Herculano viro clarissimo consule.

XXXI. — *Ad Martianum Aug.*

Leo episcopus Martiano Augusto.

Multa mihi in omnibus clementiæ vestræ litteris causa gaudii est, dum ex magna providentiæ divinæ misericordia præstitum humanis rebus experior, quod ecclesiasticam pacem (quæ non nisi unitate prædicationis evangelicæ custoditur) piissimo studio juvare dignamini ut fidei vestræ gloria non solum utilitate reipublicæ, sed etiam religionis profectibus augeatur, gloriosissime imperator, unde ineffabiliter Deo gratias ago, qui temporibus quibus

obortura hæreticorum scandala præsciebat, vos imperii fastigio collocavit. In quibus ad totius mundi salutem, et regia potentia, et sacerdotalis vigeret industria. Nam vestro præcipue opere sit effectum, ut per synodale concilium damnatis impii dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amitteret, ad ejusdem devotionis pertinet palmam, si malum quod in suis ducibus est oppressum, etiam in quibuscunque reliquiis deleatur. Quod facilius clementia vestra arbitretur implendum, si per universas Ecclesias definitiones sanctæ synodi Chalcedonensis apostolicæ Sedi placuisse doceantur, de quo quidem ratio non fuit ambigendi cum ei fidei omnium subscribendi consensus accesserit, quæ ad me secundum apostolicæ doctrinæ, ac paternæ traditionis emissa est, et per fratrem meum Lucianum episcopum talia ad gloriam vestram, et ad Constantinopolitanum antistitem scripta direxerim, quæ evidenter ostenderent me ea quæ de fide catholica in prædicta synodo definita fuerant, approbare. Sed quia in eisdem litteris ea quæ per occasionem synodi male sunt attentata reprehenderam, maluit prædictus antistes meam gratulationem tacere, quam suum ambitum publicare. Mihi autem multum fiduciæ Deo per vos operante collatum est, quod probassem vos observantiam de custodia canonum paternorum pietatis vestræ affatibus indicastis, et merito geminatur gaudium meum, cum vobis religiosissime placere cognosco, ut fides Nicæna suam teneat firmitatem, et privilegia Ecclesiarum illibata permaneant. Quamvis autem de præclaro fidei vestræ opere, nihil vestra pietas indicarit mihi, tamen per veneratorem una mecum spiritualiter vestram pietatem per fratrem meum Julianum episcopum innotuisse significo, quam pio dignati fueritis responso imperitorum monachorum animos cohibere pariter et docere, ut si illos non penitus deseruerit divina miseratio, sentiant se et didicisse quod credant, et agnovisse quod timeant. Quia vero omnibus modis obediendum est pietati vestræ, religiosissimæque voluntati, constitutionibus synodalibus quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ, et hæreticorum damnatione placuerunt, libens adjeci sententiam meam. Quæ si ut in notitiam omnium sacerdotum ecclesiarumque perveniat, vestræ clementiæ præceptio ordinare dignabitur, affuturam credo et spero gratiam Dei, quæ tam sanctam tanti principis curam plenissimi desiderii sui fructum faciat obtinere, ut omnibus dissentiendi occasionibus amputatis, apostolicæ ubique doctrinæ et pax regnet, et veritas. Fratri autem meo Juliano episcopo noverit vestra clementia hoc me proprie delegasse, ut quidquid illic ad custodiam fidei pertinere probaverit, meo nomine vestræ fiducialiter suggerat pietati, quoniam certus sum vos ad hæc omnia emendanda vel defendenda Deo auxiliante, sufficere. Data duodecimo Kalendas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule, æra DCCCXVI.

XXXII. — *Ad eumdem.*

Leo episcopus Martiano Augusto.

Puritatem fidei Christianæ, qua clementia vestra præfulget, etiam his litteris, quas frater et coepiscopus meus Nestorianus detulit demonstratis, justissimum fratri meo Proterio Alexandrinæ urbis antistiti impendentes favorem, quo mihi per omnia esset acceptior. Nam cui vestra pietas testimonium perhibere dignatur, indubitanter esset probandus, etiam si taceret. Sed accedit ad gratiam quod proprio quoque sermone cognoscitur, et quam sincerus sit catholici dogmatis prædicator ipsius professione clarescit. Unde plenissimo affectu dilectionem orthodoxi fratris amplector, et Deo gratias ago, quod amoto eo qui Evangelio Christi voluit contraire, et a sanctorum Patrum intelligentia dissentire, talem prospexit Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotem qui præcedentibus rectoribus et fide concordaret et vita. Nam cum amplecti se epistolam meam quam ad beatæ memoriæ Flavianum contra Eutichen impium misi toto corde profitetur, quid aliud quam apostolorum se discipulum ostendit, quoniam doctrina veritatis in lumine suo permanet, et non potest esse diversum quod unum est atque divinum. Rescripsi itaque prædicto fratri quod debui, atque in sancto studio ut perseveraret admonui. Qui sine dubio constantior erit, si etiam clementiæ vestræ cohortationibus adjuvetur, nec in aliquo eum terreat quorumdam imperita dissensio quos paucorum hæreticorum instigationibus ignorantia facit obnoxios. Quod sua ergo diligentia assequi nequeunt opportune eorum insinuetur auditui, et ne memoratus nova inferre, et propria videatur astruere, venerabilium Patrum qui eidem Ecclesiæ præfuerunt, scripta relegantur, et quid beatus Athanasius, quid Theophylus, quid Cyrillus, quid etiam orientales magistri de incarnatione Domini sentiant, recognoscant. Nec repullulantibus decipiantur erroribus, qui olim evangelici sermonis sunt virtute prostrati. Quoniam omnes fere hæreses quæ diversis temporibus exstiterunt, dum sacramentum corporeæ nativitatis et passionis ac resurrectionis Christi, non intelligunt ab Evangelio deviare. Et possumus minus laborare in hæreticis repellendis, si rudes animos ipsa non turbarent mendacia, quæ peremit antiquitas. Sed nunc, ut dixi, hic docendi optimus modus est, ut paternorum sensuum linea Alexandrinæ plebis et cleri auribus innotescat, ac si qui sunt qui nostra scripta despiciant, illis saltem qui nobiscum apostolicis sensibus congruunt, acquiescant. In quo opere multum consacerdotis mei devotione gaudebo, et semper ipsius unanimitate lætabor, quia fraterna pax nonnisi una fidei confessione servatur. Quia vero quorumdam hæreticorum versuta nequitia ad conturbandam aliorum simplicitatem epistolam meam quam ad beatæ memoriæ Flavianum dedi falsasse perhibetur, ut commutatis quibusdam verbis vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris assererem, obsecro venerabilem

clementiam vestram, ut eamdem epistolam per fratrem meum Julianum episcopum, vel eos quos idoneos ad opus pietas vestra delegerit, in Græcum sermonem jubeatis integre diligenterque translatam per idoneum latorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam judicibus Alexandrinis qui eam clero, et plebi ipsius civitatis, cum prædictorum episcoporum prædicationibus, qui et meo scripto consentiunt faciat recitari, ut agnoscant se fallacium hominum fraude ulterius non deberi, et probentur apostolicæ Sedis sinceri esse discipuli, apud quam nec Eutiches, nec Nestorius ulli obtinent locum, quia sicut alios hæreticos ita et istos Ecclesia universalis damnavit. Data VI Idus Martii, Etio et Studio viris clarissimis cons. æra CCCC nonagesima secunda.

200 XXXIII. — *Ad eumdem.*

LEO episcopus MARTIANO Augusto.

Quod sæpissime per multa jam experimenta sanctum pietatis vestræ studium circa religionem Christianam gloriosis perseverat et crescit augmentis, et hæc fides vestræ clementiæ non solum me, sed et omnes Domini sacerdotes consolatur et roborat, dum in Christianissimo principe sacerdotalem experimur affectum. Quem si orientalium partium sacerdotes studeant imitari, nihil scandalorum, neque pax, neque fides Christiana patietur. Unde cum Constantinopolitanus episcopus ad omnem pietatis profectum præsenti clementiæ vestræ doceatur exemplo, si fideliter vestris acquiescat hortatibus, habet in me sinceræ gratiæ animum, tamen ut quod verbis spondet corde perficiat. Si vero quæ Deo et pietati vestræ displicent pertinaci intentione delegerit salva mansuetudinis vestræ reverentia utar cum omnibus, et pro omnibus vobis quoque adnitentibus adversum superbientem liberiore constantia quem, quod sæpe dicendum est, mallem pro sanctis actibus fraterna charitate complecti, gloriosissime imperator. Quia vero suggestiones meas pro tranquillitate catholicæ fidei libenter accepistis, significatum mihi fratris et coepiscopi mei Juliani sermonem cognoscite, Eutichen impium pro suis quidem meritis exsulare, sed in ipso suæ damnationis loco multa adversus integritatem catholicam blasphemiarum desperatius venena profundere, et quod in illo totus mundus horruit, atque damnavit impudentia majore, ut innocentes decipere possit, evomere. Plenum itaque rationis æstimo, ut vestra clementia ad longinquiora eum jubeat, et secretiora transferri. Monasterio vero ejus Constantinopoli constituto in quo habitatores ipsius monachi evangelica apostolicaque doctrina crebrius sunt, et plenius roborandi, salubriter, ut arbitror, fiet, si is qui ipsi monasterio præpositus esse dicitur, a societate veneratoris vestri Juliani episcopi quem in speculis propter fidem illic esse constitui, non recedat, cujus assidua visitatione profectus servorum Dei illic habitantium possit augeri. Petitionem autem de festivitate Paschali gaudeo, ita a vestra pietate susceptam, ut confestim argentem in rebus Alexandrium mitteritis de errore removendo, quem sanctæ memoriæ Theophili constitutio videtur inferre, de qua re sicut scribere dignamini quidquid ad pietatis vestræ notitiam perlatum fuerit, jubere me nosse, ut de observantia quam non licet esse diversam, quid potissimum sit tenendum Ecclesia universalis agnoscat. Precor autem quod vestræ novi clementiæ convenire, ut eos maxime tucamini contra omnes insidias quos mihi et vestræ mansuetudini propter amorem Dei placere cognoscitis, ut eos Constantinopolitanus episcopus lædendi non habeat facultatem. Data XVII Kalend. Maii, Etio et Studio, viris clarisssimis consulibus, æra qua supra.

XXXIV. — *Ad Julianum episcopum Coensem.*

LEO JULIANO episcopo Coensi de Etio et Andrea.

Agnovi in dilectionis tuæ litteris fraternæ charitatis affectum quod de multis malis quæ multa et sæva pertulimus, pio nobiscum dolore compatieris. Sed hæc quæ perpeti nos Dominus aut permisit, aut voluit ad correctionem proficiant multorum, et ut desinant adversitates, finiantur offensæ. Quod utrumque de magna erit misericordia Dei, si et flagella removeat, et ad se suorum corda convertat. Sicut autem fraternitatem ea quæ apud nos fuit, constristavit hostilitas, ita me anxium facit quod in Constantinopolitana Ecclesia, quantum tuæ indicant litteræ, hæreticorum insidiæ non quiescunt, et quæsitis occasionibus hi qui catholicæ fidei defensores fuere vexantur. Nam dum Etius ab officio archidiaconatus per speciem provectionis amovetur, et in locum ejus Andreas qui ob hæreticorum societatem fuerat abjectus assumitur, dum beatæ memoriæ Flaviani accusatoribus honor redditur, et piissimi confessoris participes, aut discipuli conteruntur, nimis aperte qui Christo Ecclesiæ ipsius placeat, demonstratur. In quem pro causæ merito differo commoveri. Et quid ipse mecum suis epistolis agat, quas missurum eum filius noster Etius indicavit, exspecto, dans locum voluntariæ emendationi, qua dolorem meum cupio mitigari. Clementissimo tamen principi et piissimæ Augustæ de his quæ ad custodiam pacis ecclesiasticæ pertinent, scripsi, quos devotione suæ fidei provisuros esse non dubito, ne contra gloriam operis ipsorum damnata hæresis queat pullulare. Studeat ergo dilectio tua, frater charissime, piam et necessariam curam sollicitudini apostolicæ Sedis impendere, quæ tibi apud se nutrito catholicam contra Nestorianos et Eutichianos hæreticos actionem materno jure commendat, ut divino fultus auxilio, speculari de Constantinopolitanæ urbis opportunitate ut non desinas, prædictorum dogmatum impius nunquam turbo consurgat. Et quia tanta est gloriosorum principum clementia, ut confidenter eis possis quæ sunt insinuanda suggerere, pietate ipsorum ad utilitatem Ecclesiæ universalis utaris. Consulente autem dilectione tua de his in quibus putaveris ambigendum, non deerit relationibus tuis meæ responsionis instructio, ut sequestrata earum actione, causæ quæ in quibuscunque ecclesiis præsulum suorum debent

cognitione firmari, hac speciali cura vice mea functus utaris, ne hæresis Nestoriana vel Eutichiana in aliqua parte revirescat, quia in episcopo Constantinopolitano catholicus vigor non est, nec multum aut pro sacramento salutis humanæ, aut pro sua est æstimatione sollicitus. Cum si quid illi inesset spiritualis industriæ, ita et a quibus ordinatus sit, et cui viro successerit, cogitare deberet, ut magis beatum Flavianum quam sui honoris sequeretur auctores. Et ideo cum piissimi principes secundum obsecrationes meas dignati fuerunt fratrem Anatolium de his quæ merito in querelam veniunt increpare, vigeat charitas tua diligentia sua, ut universa scandala adhibita plenissima correctione recensentur, et a filii nostri ac tua cesset injuria. Nam apud catholicum episcopum, etiam si erat utcunque decus sacerdotale sacerdoti archidiaconus propter fidei reverentiam, debuit præmitti potius quam locum catholici nequissimus hæreticus obtineret. Cum itaque quæ sequantur agnovero, tunc manifestius quid agi oporteat æstimabo. Nam interim dolore cohibito, malim indulgere patientiæ, ut locus esset veniæ, de Palæstinis vero monachis qui jampridem in tumultu dissensionis esse dicuntur, quo adhuc animo moveantur, ignoro. Neque cujusquam sermone mihi patefactum est, quas causas videantur antefactæ præferre discordiæ, utrum, scilicet, Eutichianæ perversitati tali furore famulentur, an implacabiliter doleant ipsum suum in hanc impietatem posse traduci, quæ contra ipsorum locorum sanctorum testimonia, quibus totus mundus instruitur, ab incarnationis Dominicæ veritate desciverit, et quod in aliis per indulgentiam curare placuit, in illo putent non esse veniale. Unde cupio me super his plenius edoceri, ut etiam talium correctioni congruæ studeatur, quia aliud est contra fidem impie armari, aliud in errorem quempiam detineri. Chartas etiam quas Actius presbyter ante indicavit esse directas, et breviarium fidei quod te misisse significas, nec dum ad me noveris pervenisse. Unde si expeditior occasio se præbuerit perlatores libenter habeo, ut si qua est quæ utilis videatur quamprimum ad me mittatur instructio. De Ægyptiis monachis quam quieti, aut cujus sint fidei scire desidero, et de Alexandrinæ Ecclesiæ pace quid ad vos veris nuntiis perferatur ad cujus episcopum vel ordinatores ipsius, seu clericos quod alia scripta direxerim, missis exemplaribus scire te volui. Ad clementissimum quoque principem, et religiosissimam Augustam quis nunc meus sermo sit, missa exemplaria docebunt. Utrum autem epistola mea de incarnationis Dominicæ fide incolumi adhuc sanctæ memoriæ Flaviano ad dilectionem tuam per Basilium diaconum miseram, fraternitati tuæ tradita sit scire desidero, quoniam suspectum habeo, quod de ejus textu nullum unquam judicium reddidisti. Gestorum synodalium quæ omnibus diebus concilii in Chalcedonensi civitate confecta sunt, parum clara linguæ diversitatem apud nos habetur instructio, et ideo fraternitati tuæ specialiter injungo, ut in unum codicem universa facias congregari in Latinum sermonem absolutissima interpretatione translata, ut in nulla parte actionum dubitare possimus, neque ullo modo esse possit ambiguum quod ad plenam intelligentiam te fuerit studente perductum. Data v Idus Martii, Opilione viro clarissimo consule.

XXXV. — *Ad Martianum Aug.*

Leo Martiano Augusto de Etio et Andrea.

Quam excellenti pietate et quam glorioso clementiæ vestræ studio in integrum nuper fides Christiana revocata sit, totus mundus agnoscit, et saluti suæ singulare præsidium per vos a Domino esse reparatum. Ac si quid adversum tanti operis consummationem de contrario spiritu sentitur oboriri, necesse est ut ad vestræ revocetur pietatis auxilium, quod ad custodiam catholicæ veritatis divina providentia præparavit, ut cum pietatis vestræ sit scandala etiam in longinquum nata resecare, multo magis ea quæ sub vestris audent oculis surgere non sinatis accrescere. Anatolii episcopi ordinationem, sicut scientia Dei testis est, suspectam quod faciendum est mihi fecerant consecrationis ejus auctores, nec dissimilem ab elegentibus arbitrabar electum, secutumque est, ut dum communione apostolicæ Sedis existeret alienus, diu dandis ad eum epistolis pacis me abstinerem. Sed cum illi pietatis vestræ testimonium suffragaretur, cum de fide atque unanimitate ejus optanda quæque et placitura promitteret, professionem ejus, ita credidi esse sinceram, ut tandem qua observantia se agere deberet non desinerem commovere, sedulo ipsi ac diligenter inculcans, ut de persecutoribus beatæ memoriæ Flaviani neminem auderet in suo habere consortio, et Eutichianæ hæreseos defensorem a se indicaret esse dejectum. Secutumque est ut de his quæ pro catholica fide in synodali concilio fuerant definita, talia ad me scripserit, qualia catholicum sacerdotem scribere congruebat. Cum ergo ad commendanda ipsius primordia ista præcesserint quid causæ aut occasionis emerserit, ut virum catholicæ fidei et Nestorianis atque Eutichianis hæreticis constanter etiam adversum archidiaconum sub honoris specie degradaret, et dispensationem totius causæ et curæ ecclesiasticæ in Andream Eutichianistam repente transferret, adeo nimia commotione turbatus ut consecrationem quam pro injuria dabat, sexta sabbati traditionis Apostolicæ ut nescius aut oblitus inferret, quasi non ad episcopum magis quam ad presbyterum ordinationis illius vitium pertineret, qui non inveniens quid argueret in fide, quod improbaret in moribus, dejectionem innocentis per speciem provectionis implevit, addens sententiæ illud injuriæ, ut eum cœmeterio deputando condemnaret exsilio. Quem tamen pietati vestræ commendare præsumo, ne ullis ulterius noxiis ingravare possit, aut insidiis quem Dominus, ut comperi, sub vestra defensione constituit. Adjicio autem etiam hanc obsecrationem ut prædictum episcopum a professione sua dissonum, et nimium testimonii vestri ac favoris oblitum necessarie increpare dignemini. Cesset

catholicos infestare. Cesset eos qui sanctæ memoriæ Flaviano placuere conterere, et eorum societatem quos improbavit eligere, fraternam enim illi charitatem non aliter poterimus impendere quam ut se ab inimicis catholicæ fidei approbet exsecrari, eorumque a se consortium atque commercium abscindat, qui etiam si magna fuisset satisfactione purgatus, post
201 dubium tamen reversus errorem. Catholicis diaconibus postponi debet, non præponi. Illud quoque clementiæ vestræ benevolentiam peto, ut venerato-rem nostrum fratrem meum Julianum episcopum in vestro, sicut facere dignamini, habeatis affectu, cujus obsequiis præsentiæ meæ vobis imago reddatur. Nam et de fidei ejus sinceritate confidens, vicem ipsi meam contra temporis nostri hæreticos delegavi, atque propter Ecclesiarum pacisque custodiam, ut a comitatu vestro non abesset exegi; cujus suggestiones pro concordia catholicæ unitatis, tanquam meas audire dignemini, placentes Deo qui vobis præter regiam coronam etiam sacerdotalem conferat palmam. Data VI Idus Martii, Opilione viro clarissimo cons.

XXXVI. — *Ad Pulcheriam Aug.*

Leo Pulcheriæ Augustæ de Etio et Andrea.

Multis exstantibus documentis quibus in dilectionem Ecclesiæ Dei pietatis vestræ manifestatur affectio, merito quoties aliquid noscitur scandalorum, vestrum desideratur auxilium, ut fides quæ adnitentibus vobis contra hæreticorum commenta defensa est, securæ pacis perpetem obtineat firmitatem. Nam quid prodest foris adversarios veritatis oppressos, si eosdem habeamus intra Dominica septa redivivos? Quod itaque circa personam filii mei Etii gestum esse cognovi, nimium me anxium facit, et metuere certa ratione compellit, ne pœnitendum mihi sit quod de episcopo Constantinopolitano, qui ab impugnatoribus fuerat ordinatus fidei, vobis adhortantibus acquievi meliora sentire cum tanto pietatis vestræ testimonio juvaretur, ne illum gravaret suæ ordinationis infirmitas, ubi vestra interventio præstaretur. Unde gratulari cœperam, quod beati Flaviani honoraret memoriam, et hæreticorum conatibus obsistere diceretur. Sed doleo illum, sicut prædicti lacrymabilis querela demonstrat, in deteriora mutatum, et eum nunc constituisse archidiaconem, quem ipse professus est a se esse rejectum, qui Eutichianæ hæresis se apud nos prodiderat defensorem. Quem, quia nunc ecclesiasticis negotiis præposuit, propter hæreticam perversitatem eidem favorem suum præstare convincitur. Qui etiamsi magna satisfactione potuisset indulgentiam promereri, nequaquam debuit his qui in fide permanserant anteferri. Unde quia non latet clementiam vestram, quantum periculi, aut per pudendam socordiam, aut per dolosam nequitiam nutriatur, dignamini episcopum ad professionem suæ fidei auctoritate vestræ clementiæ revocare ne sibi has maculas superducat, ne æstimationem suam quam vestro acquisivit favore, contemnat, societatem hæretici quem dudum a se removit, abscindat. Cujus innocentiæ ita adfuisse vos gaudeo, ut mœrori ejus digna consolatione vestra pietas subveniret. Circa fratrem meum veneratorem vestrum Julianum episcopum, quantum debeat crescere vestra dignatio apostolicæ Sedis existimate judicio, cum in causa fidei cui gloria vestra famulatur vicem ipsi meam eatenus delegaram, ut ab ea quæ vobis debetur observantia non recedens pietati me vestræ præsentare non desinat, exsequens in custodia fidei et in ecclesiasticis disciplinis per omnia sollicitudinem, et opportunis suggestionibus quod universali Ecclesiæ prosit insinuans, ut in ipso nec catholicis vestrum præsidium quibus volumus subvenire, nec vobis meum desit obsequium. Data VI Idus Martii, Opilione viro clarissimo consule.

XXXVII. — *Ad eamdem.*

Leo episcopus Pulcheriæ Augustæ.

Quod semper de pietatis vestræ mente præsumpsimus, id plenissime experiendo cognovimus, Christianam fidem quamvis diversis pravorum appeteretur insidiis, vobis tamen præsentibus, et in defensionem ejus a Domino præparatis, non posse turbari. Non enim Deus aut suæ misericordiæ sacramentum, aut vestri laboris deserit meritum, quo dudum subdolum sanctæ religionis hostem ab ipsis visceribus Ecclesiæ depulistis, cum hæresim suam tueri impietas Nestoriana non potuit, quia non fefellit famulam et discipulam veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia, de quo virtutum agone processit, ut per sollicitudinem vestram ea quæ per Eutichen diabolus molitus est non laterent, ut qui sibi singulas partes geminæ impietatis elegerant, una catholicæ fidei virtute procumberent. Secunda ergo hæc vobis de perempto Eutichetis errore victoria est, quem si quid sani cordis habuisset, dudum in auctoribus suis perculsum, olimque prostratum facile potuerat declinare, ne de sepultis cineribus rediviva tentaret incendia commovere, ut in eorum transisset consortium quorum secutus esset exemplum gloriosissima Augusta. Libet igitur exsultare cum gaudio, et pro vestræ clementiæ prosperitate digna Deo vota persolvere, qui tibi per omnes mundi partes, in quibus Domini Evangelium prædicatur, duplicem jam et palmam contulit et coronam. Clementia igitur vestra agnoscat omnem Romanam Ecclesiam universis fidei vestræ opibus plurimum gratulari, sive quod legationem nostram pio per omnia adjuvistis affectu, et quod sacerdotes catholicos qui de ecclesiis suis injusta fuerunt ejecti sententia reduxistis, sive quod reliquias sanctæ memoriæ Flaviani innocentis et catholici sacerdotis, ad ecclesiam, cui bene præfuit, fecistis cum honore debito revocari. In quibus utique omnibus gloriæ vestræ multiplicatur augmentum, dum et sanctos pro suis meritis veneramini, et ab agro Domini spinas et tribulos vultis auferri. Quosdam sane episcopos de his qui rebus impiis videntur præbuisse consensum, reconciliationem reposceri, et catholicorum

communionem desiderare, tam nostrorum quam fratris et coepiscopi mei Anatolii, cui testimonium ferre dignamini, relatione cognovimus, quorum desideriis sic præbemus effectum, ut correctis et quæ male sunt facta propria subscriptione damnantibus participata nostrorum quos misimus cura cum supradicto episcopo pacis gratia tribuatur, quia devotionis utrumque est Christianæ, ut et pertinaces veritas justa coerceat, et conversos charitas non repellat. Quia vero novimus quantum piæ sollicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignetur impendere, indicandum esse curavimus fratrem et coepiscopum mostrum Eusebium nobiscum degere, et nostræ communionis esse consortem, cujus commendamus ecclesiam, quam dicitur vastare qui illi injuste asseritur subrogatus. Illud etiam a tua pietate poscentes, quod vos spontaneo facere non dubitamus arbitrio, ut tam fratrem et coepiscopum meum Julianum, quam Constantinopolitanos clericos, qui sanctæ memoriæ Flaviano fidelibus officiis adhæsere, ea qua debetis gratia faveatis. De omnibus vero pietatem vestram per nostros, quid fieri aut declinari deberet, instruximus. Data Idus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule, æra CCCCLXXXVIII.

XXXVIII. — *Ad Julianum episcopum Coensem.*

Leo Juliano episcopo Coensi.

Litteras dilectionis tuæ quas per Filium meum virum illustrem Isicium direxisti, eo tempore accepi, quo recentioribus epistolis tuis iterata jam occasione responderam. Unde quia etiam in his alloquiis tuis eadem de impiissimis hæreticis justo dolore conquestus es, congruum fuit, quoad scribendi opportunitas exstitit, non tacere. In causa itaque fidei quidquid pro nostro officio oportuit, ac potest juvante Domino, et sollicite et libenter exsequimur, ut Evangelio et irreprehensibiliter serviamus, ne per desidiam nostram ulla pars Ecclesiæ catholicæ neglecta videatur. Propter quod sicut omnibus notum est, non destiti laborare, ut manifestata atque defensa incarnationis Dominicæ veritate, omnis fraternitas, quid ubique secundum doctrinam apostolicam, et tenendum et docendum esset, agnosceret, accedente gloriosissimorum principum studio divinitus inspirato, ut in civitate Chalcedonensi synodo congregata, hæretica damnaretur impietas, ne vel quisquam sectator Nestorii, vel ullus discipulus Eutichis liberum possit cum catholicis habere consortium, cum, quod ad sancti concilii auctoritatem pertinet, nulla usquam remanserit discordia. Si qui autem sua obduratione cæcati, ita in reprobi sensus amentiam transierunt, ut mallent furere quam sanari, ad imperialem pertinet potestatem, ut perturbatores Ecclesiæ pacis, et republicæ, quæ Christianis principibus merito gloriatur, inimici sollicitius comprimantur. Ut autem imperialis est, ut diximus, potestatis, tumultus publicos ac seditiones sacrilegas severius coercere, ita auctoritatis est sacerdotalis monachis prædicandi aliquam contra fidem licentiam non præbere, et omni virtuti resistere, ne ea quæ ad sacerdotes pertinent, sibi audeant vindicare. Unde miramur fratrem Thalasium episcopum quod Georgio, nescio cui, præsumendo illicita, et propositum monachi, et nomen amisit, scribendi vel prædicandi aliquam permiserit facultatem. Ad quem episcopum, si dilectioni tuæ visum fuerit, ex hac parte competentia scripta mittamus. Agat itaque fraternitas tua opportunis suggestionibus, ut clementissimus princeps quæ Domino sint placitura præcipiat, et incentores cruentarum seditionum jubeat competentius coerceri, ut nec illi impuniti sint, quorum manus scelera perpetrarunt, nec illi qui talium utuntur insania. Si autem inquisitio judiciaria, et confessio reorum ad eas personas pervenit, quarum vel consilio, vel impulsu mala tantum commissa sunt, nullius favoris eis præstanda sunt solatia. Quantum enim meliora de ipsis sunt credita, tantum sunt amplius detestandi, quorum nunc impietas quæ per hypocrisim fuerat velata detegitur. Et ideo agat Christianissimus et piissimus imperator, quod paci ecclesiasticæ intelligit profuturum. Quem superna inspiratione ita instruendum esse, confide, ut et disciplina inquietos revocare, et a sanguine eorum jubeat abstineri, quamvis nil ultionum non mereantur subire, qui ausi sunt et divinis et humanis constitutionibus repugnare.

XXXIX. — *Ad Eudochiam Aug.*

Leo Eudochiæ Augustæ de Palæstinis monachis.

Quanta mihi catholicæ cura sit fidei, et qua sollicitudine, in quantum Dominus adjuvat, debeat præcaveri, ne unquam ab imperitis et impiis veritatis Evangelio resistatur, pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutationis officio, quo semper mihi est oranda clementia, obsecro Dominum, ut me tuam incolumitatem in causa fidei, in quo quorumdam provinciam intra Palæstinam monachorum fuerant corda turbata, magis magisque faciat adjuvare, ut tantum quod pietatis tuæ studio fieri potest, hæreticæ perversitati omnis fiducia subtrahatur. Quos enim nec ratio sacramentorum, nec auctoritas scriptorum, nec ipsa sacratorum locorum testimonia commovebant, quid eis nisi abruptum periculum timeretur ? Prosit ergo ecclesiis sicut, favente Deo, et prodest, et prosit generi humano, in verbis Dei vestram ibi esse voluntatem, ubi Dominum nostrum Jesum Christum vobis sicut Deum verum, et verum quoque hominem in unitate personæ, et mirabilium judicia, et passionum documenta loquuntur. Si ergo prædicti nomen catholicum venerantur et diligunt, et inter Domini corpus se volunt membra nominari, pravos errores quos temere admiserant detestentur, et agant pœnitentiam impiarum blasphemiarum, **202** cruentorumque factorum. Succumbant pro salute animarum suarum synodalibus quæ in civitate Chalcedonensi sunt confirmata decretis. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humanæ, nisi fides vera, et humilitas quieta non pervenit, credant in Evangelio, quod confitentur in symbolo, nec impiis dogmatibus misceantur. Fides enim catholica

sicut damnat Nestorium qui in uno Domino nostro Jesu Christo duas ausus est prædicare personas, ita damnat etiam Eutichen cum Dioscoro, quod ab unigenito Dei Verbo negant in utero Virginis matris veritatem carnis humanæ susceptam. Si quid autem erga prædictorum conversionem exhortatio vestra profecerit, quod gloriam vobis præstabit æternam, peto hoc mihi clementiæ vestræ litteris indicetis, ut et in vobis boni operis fructum, et illis gaudeam misericordiam Domini non periisse. Data septimo Kalendas Julii, Opilione viro clarissimo consule.

XL. — *Epistola Leonis papæ.*

Frequentissime dilectionem tuam ad hanc curam et diligentiam meis sum litteris cohortatus, ut de his quæ circa finem aguntur, sollicitudinem meam indesinenter instrueres, et cum omnibus occasionibus scribere non quiescam. Quibusdam tamen scriptis meis idem per filium nostrum Rodanum domesticum filii nostri viri illustrissimi Aspiratii datis, nullum responsum tuæ fraternitatis accepi, tanquam ratio temporis non habuerit, ut quid post mea scripta sit gestum potueris indicare, et ideo per filium meum Rodanum his litteris saluto, et ut opportunitatem scribendi non negligas, in quo questus sollicitudinis meæ revelatur admoneo. Cum enim in te quamdam mei Constantinopolitani habeant portionem, dignum pro communi amicitia est, et pro totius Ecclesiæ dilectione, incessabili te vigore prospicere, ne quid possit de statu fidei me latere. Quæ ergo per prædictos vel ad gloriosissimum principem, vel ad tuam dilectionem scripsi, ut celerrime tradandur effectui opportunis suggestionibus elabora. Et quidquid fuerit, Deo auxiliante, dispositum scire me facito, ut perductis in effectum his quæ rationabiliter ordinata sunt, pax fidei canonumque custodia, securior ubique habeatur et fortior. Data VII Kalendarum Julii, Opilione viro clarissimo consule.

XLI. — *Ad Palæstinos.*

LEO ad PALÆSTINOS.

Sollicitudini meæ quam universali Ecclesiæ omnibusque ejus filiis debeo, multorum relatione patefactum est dilectionis vestræ animis quiddam offensionis illatum, dum aut imperiti, ut apparet interpretes, aut maligni, quædam vos aliter intelligere, quam a me sunt prædicta fecerunt, non valentes in Græcum eloquium apte et proprie Latina transferre, cum in rebus subtilibus et difficilibus explicandis, vix sibi etiam in sua lingua disputator quisque sufficiat. Quod tamen apud me eo profecit, ut dum ea quæ catholica fides respuit improbitatis, intelligamus vos veris amiciores esse, quam falsis, et id merito refutare, quod ex antiquæ institutione doctrinæ etiam ipse Eutiches detestatur. Quamvis enim epistola mea ad sanctæ memoriæ Flavianum episcopum data, satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat, neque in aliquo aut purgationis aut expositionis indigeat, et alia tamen cum eadem mea scripta concordant, in quibus similiter prædicationis meæ sensus in aperto est. Necessitatem enim habens contra hæreticos, qui multos Christi populos conturbaverunt, disserendi, et clementissimis principibus, et sancto concilio synodali, et Constantinopolitanæ Ecclesiæ quid de incarnatione Verbi secundum evangelicam apostolicamque doctrinam deberemus sapere ac sentire patefaci, et in nullo a sanctorum Patrum confessione discessi, quia una est, vera, singularis, perfecta, inviolabilis catholica fides, cui nihil addi, nec minui potest. Quam Nestorius prius, et nunc Eutiches diversa quidem assertione, sed simili impietate impugnare conati sunt, et Ecclesiæ Dei duas hæreses sibimet contrarias inferre tentarunt, ut uterque a discipulis veritatis merito damnaretur, quia insanum nimis et sacrilegum fuit quod varia falsitate ambo sensere.

Anathematizetur ergo Nestorius qui beatam virginem Mariam hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, nec unum Christum in Verbo Dei, et carne sentiret, sed separatim ac sejunctum alium Filium Dei, alium hominis prædicaret, cum manente illa incommutabilis Verbi essentia, quæ ei cum Patre et Spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra virginea viscera Verbum caro sit factum, uti uno conceptu, unoque partu eadem Virgo secundum unionem utriusque substantiæ, et ancilla Domini esset, et mater. Quod etiam Elisabeth, sicut Evangelista declarat, intellexit, et dixit : « Unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me ? » (*Luc.* I, 43.) Eutiches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit, ut negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum Dominum nostrum Jesum Christum unius asserat esse naturæ tanquam Verbi deitas ipsa se in carnem animamque converterit, et concipi ac nasci, nutriri, ac crescere, crucifigi, ac mori, sepeliri, ac resurgere, et ascendere in cœlum, et in Patris dextera, unde ad judicandos vivos et mortuos veniet, considere, ejus tantum essentiæ fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis veritate recepit, quoniam natura unigeniti, natura est Patris, natura est Spiritus sancti, simulque impassibiliter, simul est incommutabiliter, sempiternæ Trinitatis indivisa unitas, et consubstantialiter æqualitas. Unde se ab Apollinaris perversitate hæreticus iste desciscit, ne convincatur deitatem passibilem sentire, atque mortalem, et tamen Verbi incarnati, id est, Verbi et carnis unam audens pronuntiare naturam, non dubie in Manichæi et Marchionis transit insaniam, et mediatorem Dei et hominum hominem Jesum Christum simulatorie credit egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia, quoniam olim fides catholica detestatur, et talium sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum Patrum sunt damnata sententiis, quicunque illi sunt ita obcæcati, et a lumine veritatis alieni, ut Verbo Dei a tempore incarnationis humanam, id est nostram, negent inesse na-

turam, ostendant in quo sibi Christianum nomen usurpent, et cum Evangelio veritatis qua ratione deitatis, aut deitas est orta sine carne. Si enim negari non potest quod « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (*Matth.* I, 14), » ita negari non potest quod Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quæ autem reconciliatio esse potest, qua humano generi propitiaretur Deus, nisi omnium causam mediator Dei hominisque susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma servi particeps esset et nostri? ut per unum novum hominem fieret renovatio vetustatis, et mortis vinculum unius prævaricatione contractum, unius morte, qui solus morti nihil debuit solveretur? Effusio enim pro injustis sanguinis justi, tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium ut si universitas captivorum in Redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent, quoniam sicut Apostolus ait : « Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia (*Rom.* V, 20), » et cum sub peccati præjudicio nati potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis quam debitum servitutis. Quam itaque sibi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in Salvatoris nostri corpore negant humanæ substantiæ veritatem? Dicant in quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti. Quis est « qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis (*Ephes.* V, 2), » aut quid unquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit? Quamvis enim « multorum sanctorum in conspectu Domini pretiosa mors fuerit (*Psal.* CXV, 15), » illius tamen insontis occisio, propitiatio fuit mundi. Accepere justi, non dederunt coronas, et de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ non dona justitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuere, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit, cum inter filios hominum unus solus Dominus noster Jesus Christus exstiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati, de quibus ipse dicebat : « Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me (*Joan.* XII, 32). » Fides etenim vera justificans impios, et creans justos ad humanitatis suæ tracta participem in illo exquirit salutem, in quo solo homo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem superbum in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit. Quamvis ergo in uno Domino nostro Jesu Christo vero Dei atque hominis Filio Verbi et carnis una persona sit, et utraque essentia communes habeat actiones, intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, et sinceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ provehatur humilitas infirmitatis, et ad quæ inclinetur altitudo virtutis. Quid sit quod caro sine Verbo non agit, et quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet Virgo, nec pareret, et sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi potentia non adorarent magi puerum novo sidere declaratum, et sine veritate carnis non juberetur transferri in Ægyptum puer, et ab Herodis persecutione subduci. Sine Verbi potentia non diceret vox Patris missa de cœlo, « hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui (*Matth.* III, 17), » et sine veritate carnis non protestaretur Joannes : « Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (*Joan.* I, 29). » Sine Verbi potentia redintegratio debilium, et vivificatio mortuorum, et sine veritate carnis, nec cibus jejuno, nec sommus esset necessarius fatigato. Postremo sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur æqualem, sine veritate carnis non idem diceret Patrem esse majorem, cum catholica fides utrumque suscipiat utrumque defendat, quæ secundum proprietatem divinæ humanæque substantiæ, unum Dei Filium et hominem credit et Verbum. Quamvis ergo ab illo initio, quo in utero virginis Verbum caro factum est, nihil unquam inter divinam humanamque substantiam divisionis exstiterit, ut per omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones, et ipsa tamen quæ inseparabiliter facta sunt nulla permistione confundamus, sed quid cujus formæ sit ex operum qualitate sentimus, nec divina enim humanis præjudicant, nec humana divinis, cum ita in idipsum utraque concurrant, ut in eis nec proprietas absumatur, nec persona germinetur. Dicant igitur isti phantastici Christiani, quæ substantia Salvatoris affixa sit ligno, quæ jacuerit in sepulcro, et revoluto monumenti lapide, quæ tertia die caro surrexit, vel quale corpus Jesus discipulorum visui clausis ad eos ostiis ingressus intulerit, cum ad abigendam cernentium diffidentiam inspici oculis, digitisque tractari, patentes adhuc fixuras clavorum et recens compuncti lateris vulnus exigeret. Ac si in tanta luce veritatis tenebras suas hæretica obduratio non relinquit. Ostendant unde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi per mediatorem Dei et hominum, hominem Jesum Christum non potest perveniri. « Non est enim aliud nomen datum hominibus sub cœlo in quo oporteat salvos fieri (*Act.* IV, 12), nec est redemptio captivitatis humanæ, nisi in sanguine ejus qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. « Qui, sicut prædicat beatus Apostolus, « cum, in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam **203** servi accipiens, in similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus illum exaltavit, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris (*Ephes.* II, 6-11). » Quamvis ergo unus sit Dominus Jesus Christus, et veræ deitatis veræque humanitatis in ipso una prorsus eademque persona sit,

neque hujus unitionis soliditas ulla possit divisione sejungi, exaltationem tamen qua illum exaltavit Deus, et donavit illi nomen quod est super omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formam quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat Filius Patri, et inter genitorem atque unigenitum nulla erat in essentia discretio, nulla in majestate diversitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat Verbo quod ei Patris munere redderetur. Forma autem servi per quam impassibilis deitas sacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas est, et in gloria divinæ potestatis evecta est in tantam unitatem ab ipso conceptu virginis deitate et humanitate connexa, ut nec sine homine divina, nec sine Deo agerentur humana. Propter quod sicut Dominus majestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est Deo, dicitur exaltatus. Nec interest ex qua Christus substantia nominetur, cum inseparabiliter manente unitate personæ, idem sit et totus hominis filius propter carnem, et totus Dei Filius propter unam cum Patre deitatem. Quidquid ergo in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cuique non habuit conferuntur. Nam secundum potentiam Verbi indifferenter omnia quæ habet Pater, etiam Filius habet, et quæ in forma servi a Patre accepit, eadem in forma Patris etiam ipse donavit, et idem ipse et dives et pauper. Dives, quia « in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum ; omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil (*Joan.* I, 1-3) ; » pauper vero, quia « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (*Joan.* I, 14). » Quæ autem est ejus exinanitio, quæve paupertas, nisi formæ servilis acceptio, per quam Verbi majestate velata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est. Nam quia captivata nostræ resolvi originalia vincula non poterant, et ab hostis imperio relaxari, nisi existeret homo nostri generis, nostræque naturæ quem veteris debiti præjudicia non tenerent, et qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut ab initio erat divinitus præordinatum, et prophetarum oraculis prænuntiatum, ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, ut multis modis, significata promissio in diu exspectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum, quod continuis significationibus semper fuerat nuntiatum. Destructis itaque tot hæresibus, quæ per sanctam devotionem præsidentium Patrum a corpore sunt catholicæ unitatis abscissæ quæque ideo extorres a Christo esse meruere, quia Verbi incarnationem, quæ singularis est recte credentium salus, fecerunt sibi « lapidem offensionis, et petram scandali (*Rom.* IX, 36), » miror dilectionem vestram in discernendo veritatis lumine laborare, et cum multis manifestationibus declaratum sit, quam recte et Nestorium et Eutichen cum Dioscoro fides Christiana damnaverit, nec Christianus possit vocari, qui vel illius, vel horum *impietati* præbet assensum. Doleo vos evangelicæ et apostolicæ doctrinæ, ut audio, resultare, exagitando seditionibus civitates, conturbando ecclesias, nec solum injurias, sed etiam cædes presbyteris atque episcopis inferendo, ut præ furore et sævitia propositi vestri, et professionis sitis immemores. Ubi est regula mansuetudinis et quietis, ubi longanimitas patientiæ, ubi tranquillitas pacis, ubi firmamentum dilectionis et tolerantiæ fortitudo ? Quæ vos ab Evangelio Christi aut persuasio abduxit aut persecutio separavit ? vel quæ tanta exstitit decipientis astutia, ut obliti prophetarum, et apostolorum, obliti symboli salutaris, et confessionis qua pronuntiantes coram multis testibus sacramentum baptismi suscepistis, diabolicis vos illusionibus subderetis ? Quid apud vos acturæ fuerant ungulæ, quid sæva tormenta, si ad expugnandam fidei vestræ integritatem tantum vana hæreticorum commenta valuere ? Pro fide vos agere creditis, et fidei contraitis ; Ecclesiæ nomine armamini, et contra Ecclesiam dimicatis. Hoc a prophetis, hoc ab evangelistis, hoc ab apostolis didicistis, ut negantes Christi carnem, et ipsam Verbi essentiam passioni mortique subdentes, alienam faciatis nostram a suo reparatore naturam, totumque quod crux intulit, quod lancea vulneravit, quod sepulcri lapis suscepit et reddidit solum fuisse opus divinæ potentiæ, non etiam humilitatis humanæ ? Propter quam Apostolus dicit : « Non enim erubesco Evangelium (*Rom.* I, 16), » quoniam noverat quale Christianis objiceretur opprobrium ab inimicis. Et ideo Dominus protestabatur, dicens : « Qui me confessus fuerit coram hominibus, et ego confitebor illum coram Patre meo (*Matth.* X, 32). » Hi enim non erunt digni confessione Filii et Patris, quibus nunc caro Christi verecundiam facit, probabuntque se nullam de ligno crucis sumpsisse virtutem, qui quod præferendum frontibus acceperunt, promere labiis erubescunt. Declinate, filii, ab his diabolicis persuasionibus, declinate. Veritatem Dei nulla res violat, sed veritas nos nisi in nostra carne non salvat. « Veritas quippe (sicut propheta ait) de terra orta est (*Psal.* LXXXIV, 12), » et sic Verbum Maria concepit, ut uniendam sibi carnem de sua substantia ministraret, nec cum adjectione personæ, nec cum evacuatione naturæ, quoniam qui erat in forma Dei, ita accepit formam servi, ut unus atque idem in forma utraque sit Christus inclinante se Deo usque ad infima hominis, et proficiente homine usque ad summa deitatis, dicente Apostolo : « Quorum Patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula (*Rom.* IX, 5). » Amen.

XLII. — *Ad Theodoricum episcopum.*

LEO THEODORICO episcopo de fidei perseverantia.

Remeantibus ad nos fratribus et consacerdotibus nostris quod ad sanctum concilium sedes beati Petri direxit, agnovimus dilectionem tuam superno adjutorio nobiscum tam Nestorianæ impietatis, quam Eutichianæ vesaniæ exstitisse victricem. Unde gloriamur in Domino cum Propheta cantantes : « Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum

et terram (*Psal.* CXXIII, 8). » Qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit, sed quæ nostro prius ministerio definierat, universæ fraternitatis irretractabili firmavit assensu, ut vere a se prodesse ostenderit, quod prius a prima omnium sede formatum totius Christiani orbis judicium recepisset, ut in hoc quoque capite membra concordent. In quo amplior nobis in hac re fit gaudendi materia, dum et tanto magis perculit inimicus, quanto contra Christi ministros servus insurrexit. Nam ne aliarum sedium ab ea quam cæteris omnium Dominus statuit præsidere consensus absentatio videretur, aut alia quælibet subrepere posset adversa suspicio, inventi prius sunt qui de judiciis nostris ambigerent. Et dum nonnulli ad dissensiones incitati ab auctore contradictionis ad insana bella prosiliunt, ad majus bonum, malum ejus auctore totius bonitatis dispensante proventum convertitur. Dulcius si quidem munera gratiæ divinæ proveniunt, quoties non sine magnis sudoribus acquirentur. Et minus bonum videri solet pax continuata per otium, quam reddita post laborem. Ipsa quoque veritas et clarius renitescit, et fortius retinetur, dum quæ fides prius docuerat, hæc postea examinatio confirmaret. Multum denique sacerdotalis officii meritum splendescit ubi sic summorum servatur auctoritas, ut in nullo inferiorum putetur imminuta libertas. Et ad majorem gloriam proficit finis examinis quando ad hoc se accepit exercendi fiducia, ut vincatur adversitas, ne quod per se probatur reprobum silentii præjudicio videatur oppressum. Exsulta igitur, charissime frater, in unico filio victor exsulta. Vicit per nos ille, cujus carnis veritas negabatur, vicit per nos, et pro nobis ille cui vicimus. Secunda est post adventum Domini hæc orbi festivitas. Redditum sæculo est prædone prostrato incarnationis divinæ mysterium, quod humani generis inimicus, quia rebus ipsis auferre non poterat, calumniis obscurabat. Quinimo ad incredulorum corde perierat immortale mysterium, quia nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa Veritate suis dicente discipulis : « Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit : qui autem non crediderit, condemnabitur (*Marc.* XVI, 16). » Solis justitiæ jubar, densis per orientem Nestorii et Eutichetis nebulis impeditum, pure ab occidente resplenduit, ubi commercium in apostolis et doctoribus principaliter collocavit, quamvis nec illic unquam defuisse credendus sit quo confessores sibi egregios reservavit. Ita ut dum denuo conaretur hostis antiquus per secundi Pharaonis impœnitens cor, fidei Abrahæ semen et filios exstinguere, Deo miserante, languescens, nisi sibi nocere nihil possit. De quo et illud omnipotens mirabilius egit, quia et quos sibi conscios ad Israelitici populi sedes asciverat, non cum tyrannidis auctore submersit, sed cum suo populo congregavit, et sicut revera se dignum et soli sibi possibile fons misericordiæ noverat, victos a nobis nobiscum fecit esse victuros. Nam dum *solus vere sit humani* generis hostis spiritus falsitatis, omnes de illo jam triumphare non dubium est quos sibi Veritas vindicavit. Nunc prorsus illa Redemptoris nostri dicta quam sint divinæ auctoritatis apparet, dum contra hostes fidei sic aptantur, ut de ipsis dubitare dictis non liceat. « Vos, inquit, ex patre diabolo estis. Et desideria patris vestri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio, et in veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Quando loquitur mendacium, ex suis propriis loquitur, quia mendax est et pater ejus (*Joan.* VIII, 44). » Nihil ergo mirandum est, quod hi qui in veritate Dei nostræ naturæ mendacium crediderunt, patri suo et circa ista concordant, quidquid visum, quidquid auditum, quidquid denique teste Evangelio tactum est atque palpatum in unico Dei Filio, non ejus cujus probatum est asserentes, sed coæternæ et coessentialis Patri fuisse substantiæ, quasi aut divinitatis natura crucis ligno transfixa sit, aut inconvertibilis crescere per ætates, et in sapientia proficere sapientia sempiterna vel spiritu Deus, qui spiritus est, subinde repleri poterit. In hoc quoque se acerba vesania, ex quo auctore processerit, prodit, quod quantum in se est, universis nocere molita. Nam qui nos persequendo afflixit, cæteros ad consensum sceleris impellendo depravavit. Sed nec nos, licet in singulis fratribus, quia membra nostra sunt, vulnerasset, a speciali dolore fecit exceptos, quibus nova et inaudita, atque incredibili audacia inferre contra suum caput est molitus injuriam. Sed utinam vel post tot pessima resipiscens, non nos etiam de suo æternæ damnationis interitum contristarit. Quam mensuram sceleris prætermisti, cui nec hoc sufficere potuit, quod nec vivis parcendo, nec mortuis etiam in sanguinem innocentis et catholici sacerdotis pollutas jampridem abdicata veritate, atque approbata falsitate, manus intinxit, et cum scriptum sit : « Qui odit fratrem suum, homicida est (*I Joan.* II, 11), » ille quod odio jam fecisset, addictus est, implevit operibus, quasi nec audisset, nec aliud quod Dominus ait : « Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve est (*Matth.* XI, 29, 30). » Dignus diabolici prædicator erroris Ægyptius vastator inventus est, quia tanquam sævissimus tyrannus Ecclesiæ nefandas blasphemias per violentem seditiosorum turbam, et per cruentas manus militum, venerandis **204** fratribus imponebat, et cum voce nostri Redemptoris firmatum sit unum eumdemque homicidii et falsitatis auctorem, ille pariter utcunque complevit, quasi non ut caveantur, sed ut perpetrentur scripta sint, ad perditionis suæ cumulum trahens quæ Dei Filius monuit ad salutem; illud quoque surda nimis aure præteriens quod ab eodem Domino dictum est : « Ergo quod vidi apud Patrem meum loquor, et vos ergo quod vidistis apud Patrem vestrum facitis (*Joan.* VIII, 38). » Igitur dum sanctæ memoriæ Flaviano vitam præsentis sæculi moliretur

auferre se serenæ vitæ luce privavit. Dum vos ab ecclesiis vestris conaretur expellere, se a Christianorum collegio segregavit. Dum trahit plurimos et impellit ad erroris assensum, multiplici animam suam vulnere sauciavit, solus ultra omnes et per omnes, ac pro omnibus reus qui causa reatus omnibus fuit. Sed licet his tua fraternitas solido cibo firmata indigere minime videatur, tamen quod nostri loci est implemus circa vocem dicentis Apostoli : « Præter ea quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur et ego non infirmor ? quis scandalizatur et ego non uror ? (*II Cor.* xi, 28, 29.) Hoc præcipue præsenti occasione credimus admonendum, frater charissime, ut quotiescunque divina gratia ministrante, illos qui foris sunt fonte doctrinæ aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab illis quas Spiritus sancti divinitas in Chalcedonensi concilio protulit fidei regulis recedentes, inter utrumque hostem novellæ perfidiæ sermonem nostrum cum omni cautela liberemus. Non jam, quod absit, tanquam de dubiis disceptantes, sed auctoritate sua quæ bene definita sunt astruentes, cum et in apostolicæ Sedis epistola universali sanctæ synodi assensu firmata tanta divinæ auctoritatis testimonia noverimus esse congesta, ut nullus queat ulterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum tenebras inferre maluerit, cum synodalia gesta vel quibus primum definitio fidei legitur esse formata, vel quibus præfatæ litteræ apostolicæ Sedis, etiam tuæ fraternitatis studio defensæ sunt, et maxime ad piissimos principes totius concilii allocutio, tot sit, præcedentium Patrum testimoniis roborata, ut, quamvis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non jam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, valeant suadere. Unde hoc quoque contre hostes Ecclesiæ providere condignum est, ut eis nullam calumniandi occasionem, quod ad nos attinet, penitus relinquamus, nec unquam contra Nestoria nos aut Eutichianos agentes ateri eorum videamur terga vertisse. Sed utrosque Christi hostes æqua lance vitemus atque damnemus. Ita ut nos quoties audientium quælibet poscit utilitas, cum dogmatibus eorum digno anathemate promptissime atque evidentissime feriamus, ne si a nobis hoc quod obscurius fieri videatur aut tardius putetur invitum. Quod quamvis prudentiam tuam res ipsa admonere sufficiat, nunc tamen et experimenta docuerunt. Sed benedictus Deus noster cujus invincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum te secundum Sedis apostolicæ judicium monstravit, cui dignam retribuis pro tot laboribus gratiam, si talem te qualem probavimus ac probamus, pro universalis Ecclesiæ defensione servaveris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias solvit, maximam beatissimi Petri curam pro nobis cunctis agnoscimus, qui priusquam sedis suæ judicium in fidei *definitione* firmavit, nec circa cujusquam vestrum qui *nobiscum pro catholica* fidei laboratis personam re*probum videri permisit*, quia nec poterat Spiritu sancto indicante quisquam non victor exire, quorum jam vicerat fides. Quod superest exhortamur, ut quia illic nonnullas Eutichiani ac Nestoriani erroris reliquias cognovimus remansisse, nunc etiam Sedi apostolicæ collabores. Victoria enim quam Deus noster suæ donavit Ecclesiæ, quandiu in hoc mundo versamur, licet fiduciam majorem tribuat, non tamen in totum sollicitudinem perimit, nec ut dormiamus donata est, sed ut suavius laboremus. Unde in hoc quoque tuæ vigilantiæ sollicitudinem volumus adjuvari, ut tua relatione currente, qui apud illos religionis doctrina Dominica proficiat, apostolicam Sedem festines instruere, quatenus illius religionis sacerdotes in quocunque usus exegerit adjuvemus. De his vero quæ in supradicto concilio illicita contra venerabiles Nicænos canones præsumptione tentata sunt ad fratrem et episcopum nostrum Antiochænæ sedis præsulem scripsimus, adjicientes illud quod nobis propter improbitatem monachorum quorumdam religionis vestræ verbo mandasti, per vicarios nostros et specialiter statuentes, ut præter Domini sacerdotes, nullus audeat prædicare, seu monachus sive ille sit laicus cujuslibet scientiæ nomine glorietur. Quas tamen litteras pro utilitate universalis Ecclesiæ per prædictum fratrem et coepiscopum nostrum Maximum ad omnium volumus pervenire notitiam, et ob hoc id nolumus earum exemplar adjicere, quia quæ prædicto fratri injunximus non dubitamus implenda. Et alia manu : Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data quarto Idus Junii, Opilione viro clarissimo consule.

XLIII. — *Ad Julianum episcopum.*

Leo Juliano episcopo.

Christianissimi principis fidem sæpe evidentissimis probavimus documentis, ac de nostro gratias ago qui talem dignatus est rebus humanis concedere pro sua pietate rectorem, qui fidei causas et reipublicæ summæ vigilantiæ studio tueretur, hæreticorum ausibus semper obsistens, et nihil eorum insaniæ adversum catholicam fidem licere permittens, cujus post Deum beneficiis hoc debetur, quod Hierosolymitanus episcopus est receptus, et monachos quos perfidia hæreticæ falsitatis invaserat ad sanitatem augusta auctoritas revocavit. Mox itaque, ut accepi epistolas tuas talia continentes, non solum eadem die, sed prope eadem die responsum reddere maturavi, ut certior de omnibus quæ scripseras reddideris. Fratrem Proterium Alexandrinæ urbis episcopum gratulor satisfactionis plenas de fide sua ad nos litteras direxisse, et manifeste, quidnam teneat indicasse, cui me dignam gratiam pro fidei ipsius sinceritate necesse est præstare, ut honorem in nullo suæ perdat ecclesiæ, sedis suæ privilegia paternæ antiquitatis exemplo, juxta canonum illibata jura possideat, de præsentis anni Pascha, nulla dubitatio esse nobis potuit. Sed de futuro quod scivimus, quod Theophilus Alexandrinæ urbis episcopus nono Kalendarum Maiarum die, quod nunquam ita a tempore Dominicæ resurrectionis celebratum est

credidit ascribendum. Unde sollicitius congruit inquiri, ut omnis occasio tollatur erroris. Nam in nostris annalibus Kalendarum Maiarum die, aptissime a Patribus nostris et constitutus legitur et celebratus. Ac ne vel apud nos, vel apud orientales nascatur ex hac parte diversitas, hoc instantius nostro nomine cum Christianissimo principe agere tua dignetur dilectio. Quamvis et ipse clementissimus princeps se inquisitione sollicitissima curam hanc Ægyptiis delegasset suis episcopis dignatus sit indicare. Epistolam sane meam ad Chalcedonensem synodum datam præsentibus episcopis et clericis lectam fuisse tuis epistolis retulisse. Sed usque ad illud capitulum quo ea quæ de fide acta sunt, meus videtur firmasse consensus. Unde miratus sum, quod reliqua quæ secuta fuerunt, non pariter in notitiam eorum quibus sunt lecta prolata sint, cum maxime omnibus innotescere debuisset, improbum a nobis ambitum notatum fuisse, et novis usurpationibus constituta, inviolata, ut semper scripsimus, servarentur. Et jam presbyterum quem asseris fuisse discussum gratulamur cognitione habita in omnibus fuisse purgatum. Epistolam quoque ad Christianissimum principem noveris me misisse in qua illi gratias egi, quia curam mihi suam tam pro fidei causa quam pro securitate reipublicæ dignatus est indicare. Aliam quoque ad nos epistolam dedit interveniens pro Anatolio episcopo, ut nostri illi animi gratia præbeatur, quoniam correctionem ejus permittit, et in omnibus satisfacturum esse quæ ad fidei observantiam pertinentur, pollicet. Data quinto Idus Januarii, Etio et Studio viris clarissimis consulibus.

XLIV. — *Ad Anatolium episcopum per Patricium diaconum missa.*

Lectis dilectionis tuæ litteris quas per filium nostrum Patricium diaconum direxisti, intellexi tibi studium meæ sollicitudinis displicere, qua secundum Dominicam charitatem, quam tibi a nobis impendi experimentis plurimis approbasti, de cavendis his qui communis fidei adversarii dicerentur admonui, ne ad negligentiam rectoris referretur, si quisquam in Ecclesia catholica ea prædicare præsumeret quæ hæreticorum sensibus convenirent. Quod utrum veraciter fama jactaret dilectionis tuæ inquirendum judicio delegavi. Neque in aliquo honorem tuum læsi, cui discutienda ea quæ ad me erant perlata commisi, ut scilicet Atticus presbyter, quem talia audere cognoveram, nisi perfecta se satisfactione purgasset, et non solum voce hæreticos, sed etiam propriæ manus subscriptione damnasset, a communionis gratia esset alienus. Qui scripta mittendo dubiæ fidei et professionis incertæ confirmavit magis quam diluit quidquid ad nos de eo fama pertulerat. Cum si conscientiam suam voluisset probare sinceram, non Eutichen sibi odiosum fuisse, sed quod perfidiam ipsius reprobaret atque damnaret, debuerat confiteri, quia aliud sunt humanæ etiam inter catholicos simultates, aliud diabolici, quos fides catholica damnat errores. *Et ideo, frater charissime*, in nullo debes de nostra dilectione dubitare si prophetæ exemplum sequaris et dicas : « Nonne qui te oderant, Domine, oderam illos, et super inimicos tuos tabescebam? » (*Psal.* CXXXVIII, 21.) Per omnia enim volo te esse certissimum, quod sicut meam æstimationem illæsam cupio permanere, ita opto te quoque in omnibus irreprehensibilem reperiri. Prædictus autem ut ab omni suspicione contraria liber appareat, quid in Eutichen anathematizet ac damnet evidenter ostendat, et in damnationem erroris expressi, remota omni dubitatione subscribat. Ita ut Chalcedonensis symboli definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo consensit, et quam apostolicæ Sedis firmavit auctoritas profiteatur se per omnia servaturum, adjecta suscriptione propriæ manus, quæ in ecclesia Christiano populo præsente recitetur, ut pro catholica fide, neque nos negligentes, neque ipsa umbra suspectus habeatur. Qui si in eadem pravitate perdurans præceptis salubribus parere noluerit, sententiam synodi Chalcedonensis, cujus definitionibus resultat, recipiet. Data quinto-decimo Kalendas Aprilis, gloria Majoriano Augusto, consule.

XLV. — *Ad eumdem.*

Leo episcopus Anatolio episcopo.

Si firmo incommutabilique proposito dilectio tua curam gratiæ communis habuisset, nihil profecto quod ullam anxietatem tibi ingereret, exstitisset. Non enim sinebat ratio, ut ejus charitatem spernerem quam amore pacis et studio reparandæ catholicæ fidei inter ipsa episcopatus rudimenta juvissem, obstans in ecclesiasticis curis talem habere consortem, ut mihi de sanctis præcursoribus tuis, nec Joannis specialem copiosamque doctrinam, nec auctoritatem Attici, nec industriam Procli, nec fidem beati Flaviani deesse sentirem, et ita studiis tuis uterer, ut nullus auderet vel fidei catholicæ resultare, vel Nicænis venerabilium Patrum regulis contraire. Sed cum in injuriam canonum, ut agnoscis, illa tentata sunt quæ omnibus ecclesiis scandalum maximum generarent, quid aptius ac modestius facerem quam ut te primum ut ab hac intentione discederes, fraterno animo missis litteris admonerem? Ad quas cum non rescriberes, ipse a colloquii mei consortio **205** separasti. Denique inde jam tacui, sed clementissimo principi custodi fidei frequenti litterarum petitionem suggessi, ut pro pace ecclesiarum quam tibi maxime prodesse cognoscis, hæc quæ nunc a dilectione facta sunt implerentur. Cui ineffabiles gratias ago, quod secundum eruditionem Spiritus sancti, cujus est virtute plenissimus sacerdotali dignatur studere concordiæ, sciens sibi orationes supplicantium copiosius profuturas, si famuli unius Domini in nullo sint a vera pacis unitate divisi. Quod ergo in Constantinopolitana Ecclesia quædam in officiis clericorum correcta significas, ut etenim presbyterum in gratiam tuam affectationemque revocaveris, et Andream archidiaconi actione submoveris, nobis placuisse rescribo, quia æstimationem

tuam, ut optabam, plurimum erigit atque commendat, et merito post correctionem in oblivionem dededucitur quod reprehensioni obnoxium videbatur, cum hæreticorum provectione et sanctæ memoriæ Flaviani injuria gravaveris quæ nunc simul ab omni offensione cum tui, ut volui, laude cessarunt, quia in ordinem suum quæ fuerant turbata redierunt. Andream sane qui rationabiliter archidiaconi est privatus officio, et Eufratem qui sanctæ memoriæ Flaviani, ut comperi, improbus exstitit accusator, si professionibus plenissime scriptis, non minus Eutichianam hæresim quam Nestorianum exsecrabile dogma condemnant, quoniam venia est præstanda correctis, presbyteros consecrabis, ut sibi remedium catholicæ fidei sentiant profuisse, electo primitus et probato qui archidiaconi officium possit implere, id est, quem nulla unquam prædictatarum impietatum fama resperserit. Cæteri vero quos par reatus involverat, si veniam simili professione cum satisfactione deposcunt, suis ordinibus reformentur, his tantum ad officiorum primatum admissis quos ab omni errore liberos fuisse constiterit. Illam autem culpam quam de augenda potestate aliena, ut asseris, adhortatione contraxeras efficacius atque sincerius tua charitas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sua clericorum consilia transtulisses, quia sicut in mala suasione delinquitur, ita et in mala consensione peccatur. Sed gratum mihi, frater charissime, est, quod dilectio tua profitetur sibi displicere, quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiæ communis regressum professio dilectionis tuæ, et attestatio principis Christiani, ne cui detur tarda correctio, cui tam venerabilis assertor accessit. Abjiciatur penitus inconcessi juris qui dissensionem fecerat appetitus. Sufficiant limites quos sanctorum Patrum providentissima decreta posuerunt, ut quieta sit suis meritis et antiquis privilegiis dignitas omnium sacerdotum renovetur, et maneat in te Dominicæ charitatis affectio, ad quam dilectionem tuam sæpius cohortatus sum cum fratre et coepiscopo nostro Juliano, qui communem gratiam semper optavit, cujus industria et sollicitudines tuæ relevabuntur, et fides catholica munietur. Super omnia autem fraterna charitate hortor et monco, ut ea quæ ad gloriam vel ad munimen pertinent sacerdotalis officii Nicænorum canonum universalis Ecclesiæ pacem servantia decreta custodias. Sic enim inter Domini sacerdotes inviolata charitas permanebit, si paribus studiis quæ sunt a sanctis Patribus constituta, serventur. Data quarto Kalendas Junii, Etio et Studio viris clarissimis consulibus.

XLVI. — *Ad Juvenalem Hierosolymitanum et cæteros episcopos qui in sancta synodo Chalcedonensi congregati fuerunt.*

Omnem quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo definitionem sanctæ synodi, quæ ob confirmationem fidei in Chalcedonensi civitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum. Quia nulla sinebat ratio, ut qui unitatem catholicæ fidei dolebant ab hæreticis fuisse turbatam non exsultanter in integrum rediisse gauderem. Hoc autem non solum ab ipso beatissimæ confessionis effectu, sed etiam ex epistolis meis quas post reditum meorum ad Constantinopolitanæ urbis antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si vobis responsionem sedis apostolicæ manifestare voluisset. Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, utrum quæ in synodo Chalcedonensi per unitatem vestram de fide statuta sunt, approbem. Hoc ad omnes fratres et coepiscopos nostros qui prædicto concilio interfuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus et clementissimus princeps, sicut poposci, in notitiam vestram mittere pro catholicæ fidei amore dignabitur, ut et fraterna universitas, et omnium fidelium corda cognoscant me non solum per fratres qui vicem meam exsecuti sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium propriam vobiscum iniisse sententiam in sola videlicet fidei causa quod sæpe dicendum est, propter quam generale concilium et ex præcepto Christianorum principum, et ex consensu apostolicæ Sedis placuit congregari, damnatis hæreticis qui si congrui esse voluissent, nulla penitus resideret de vera Domini nostri Jesu Christi incarnatione dubitatio. Unde si quis unquam ausus fuerit vel Nestoriani perfidiam tueri, vel Eutichetis ac Dioscori impium dogma defendere, et a catholicorum communione resecetur, nec habeat ejus corporis participationem, cujus abnegat veritatem. De custodiendis quoque sanctorum Patrum statutis, quæ in synodo Nicæna inviolabilibus sunt fixa decretis observantiam vestræ sanctitatis admoneo, ut jura ecclesiarum sicut ab illis 318 Patribus divinitus inspirata sunt ordinata permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat, nec per alterius immunitionem suum aliquis quærat augmentum. Quantumlibet enim exortis assensionibus se instruat vanitatis elatio, et appetitus suos conciliorum æstimet nomine roborandos, infirmum atque irritum erit quidquid a prædictorum canonibus discreparit, quorum regulis apostolica Sedes quam reverenter utatur scriptorum meorum, quibus Constantinopolitani antistitis conatus repuli poterit sanctitas vestra lectione cognoscere, me auxiliante Domino nostro, et catholicæ fidei et paternarum traditionum esse custodem. Data duodecimo Kalendas Aprilis, Opilone viro clarissimo consule.

XLVII. — *Ad Juvenalem Hierosolymitanum episcopum.*

Acceptis dilectionis tuæ litteris quas ad me filii nostri Andreas presbyter, et Petrus diaconus detulerunt, gavisus quidem sum, quod ad episcopatus tui sedem redire licuisset; sed confluentibus in recordationem omnibus quæ te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui adversitatum tuarum temetipsum tibi fuisse materiam, et resistendi hæreticis constantiam perdidisse, qui æstimant non esse tibi liberum ut eos audeas redarguere, quos tibi

ı ut eos audeas redarguere, quos tibi profes- A
n suo errore placuisse. Beatæ enim memoriæ
i condemnatio et impiissimi Eutychetis rece-
ıod nisi Domini nostri Jesu Christi secundum
negatio fuit? quam ipse grandi misericordia
t resolvi cum detestandum illud Ephesinæ
judicium ita sancta Chalcedonensis synodi
tate destruxit, ut nullum depravatorum a
o correctionis arceret. Unde quia in tempore
ntiæ resipiscentiam magis quam pertinaciam
li, ita gaudeo te cœlestem expetisse medi-
ut fidei ab hæreticis impugnatæ tandem pos-
defensor. Quamvis enim nulli sacerdotum
escire quod prædicat. Quoniam qui ignorat
itur, inexcusabilior tamen est omnibus im-
quilibet Hierosolymis habitans Christianus, B
ognoscendam virtutem Evangelii non solum
um eloquiis, sed ipsorum locorum testimo-
ditur; et quod alibi non licet non credi, ibi
est non videri. Quid laborat intellectus, ubi
ister aspectus? Et cur lecta vel audita sunt
ubi se vel visui et tactui tot humanæ
ingerunt sacramenta? Quasi ad singulos
e cunctantes Dominus adhuc voce cor-
utatur et dicat: « Quid turbati estis, et
cogitationes ascendunt in corda vestra?
manus meas, et pedes meos, quia ipse
m. Palpate et videte, quia spiritus ossa et
non habet sicut me videtis habere (*Luc.*
8, 39). » Utere ergo, frater charissime,
simis catholicæ fidei documentis, et evange- C
a prædicationem sanctorum locorum, in qui-
is, testificatione defende. Apud te est Beth-
in qua salutifer Davidicæ virginis partus il-
uem obvolutum pannis inter angustias di-
i præsepe suscepit. Apud te est declarata ab
, adorata a magis, et per multorum infantium
ab Herode quæsita Salvatoris infantia. Apud
bi pueritia ejus adolevit, ubi adolescentia ma-
et per omnia incrementa corporea in virum
am veri hominis natura proficit, non sine cibo
nis, non sine somno quietis, non sine fletu
ionis, nec sine pavore formidinis. Unus
tque idem est qui et in Dei forma operatus
acula magna virtutis, et in forma servi D
ævitiam passionis. Hoc tibi ipsa crux indesi-
loquitur, hoc lapis clamat sepulcri, in quo
s humana conditione jacuit, et de quo divina
a resurrexit, et cum ad montem Oliveti locum
nis veneraturus accedis, an non illa vox an-
n tuo resultat auditu, qua elevatione Domini
ibus dicitur: « Viri Galilæi, quid statis aspi-
in cœlum, hic Jesus qui assumptus est a
ic veniet quemadmodum vidistis euntem in
(*Act.* I, 11)? » Veram igitur Christi genera-
crux vera confirmat, quoniam ipse in nostra
ascitur qui in nostra crucifigitur, quæ nullo
niente peccato, nisi fuisset nostri generis,
otuisset esse mortalis. Ut autem repararet

omnium vitam, recepit omnium causam, et vim veteris chirographi, quod solus inter omnes non debuit, pro omnibus solvendo vacuavit: ut sicut per unius reatum omnes facti fuerant peccatores, ita per unius innocentiam omnes fierent innocentes. Inde in homines manante justitia ubi est humana suscepta natura. Nulla enim ratione extra nostri est corporis veritatem, de quo evangelista prædicationem inchoans dicit: « Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham (*Matth.* I, 1). » Et qui Samaritanæ mulieri protestatur, quoniam salus ex Judæis est, beati Pauli apostoli consonante doctrina cum dicit: « Quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula (*Rom.* IX, 5). » Itemque ad Timotheum: « Memento, inquit, Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David secundum carnem (*II Tim.* II, 8). » Hæc autem charitas quantis et novi et Veteris Testamenti auctoritatibus declaretur, pro antiquitate sacerdotii tui evidenter agnoscis, cum fides Patrum et scripta mea ad sanctæ memoriæ Flavianum data, quorum mentionem ipse fecisti, adjecta universalis synodi confirmatione sufficiant. Unde prospicere oportet dilectionem tuam ne contra redemptionis ac spei nostræ ineffabile sacramentum ullus obmurmuret. Sed, si qui sunt qui adhuc, aut ignorantia caligant, aut perversitate discordant, eorum quorum in Ecclesia Dei apostolica fuit et est clara doctrina auctoritatibus instruantur, et de incarnatione Verbi Dei hæc nos credere quod illi credidere cognoscant, neque se extra corpus Christi in quo commortui et comresuscitati sumus sua obduratione constituant, quia nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, ut aut in sua essentia passibilis fuerit deitas, aut in nostræ naturæ susceptione mentita sit veritas. Particulam Dominicæ crucis cum eulogiis dilectionis vestræ veneranter accepi. Data pridie Nonas Septembris, Etio et Studio viris clarissimis consulibus.

206 XLVIII.—*Epistola Ravennii aliorumque episcoporum Gallorum ad Leonem papam, fidei ejus quam ad Orientem direxit laudes dicentium.*

Domino vere sancto, merito in Christo beatissimo et apostolico honore venerando papæ Leoni, Ravennius, Rusticus, Venerius, Constantinus, Maximus, Armatarus, Florus, Gavinus, Valerianus, Constantius, Nestorius, Maximus, Asclepius. Item Maximus, Ursus, Ingenulus, Justus, Valerius, Superventus, Crisaphius, Fonteius, Petronius, Hydacius, Etherius, Glalius, Euticius, Fraternus, Venturus, Eugenius, Hilarius, Verus, Amandus, Gerontius, Proculeianus, Julianus, Helladius, Amentarius, Honoratus, Herpatius, Amenius, Dinatius, Maximus et Hernantius, Palladius.

Perlata ad nos epistola beatitudinis vestræ quam ad Orientem pro catholicæ fidei assertione misistis, optassemus et statim apostolatui vestro pro tam immenso munere gratiarum actionem referre, nisi nobis difficultatem qua in unum celeriter non po-

tuimus convenire, vel spatia quibus a nobis disparati sumus longa terrarum nostrarum quæ in regionibus nostris, præter consuetudinem, fuit intemperies attulisset. Det ergo apostolatus vester nostræ veniam tarditati, quæ non otio aut dissimulatione, sed de certa necessitate descendit, quæque a nobis etsi celeritatis gratiam abstulit, exsultandi tamen materiam auferre non potuit. Exsultamus itaque Christiano populo lectis beatitudinis vestræ litteris, et omnium instructione patefacta, omnes intra Gallias constitutos exsultare mox fecimus, dolentes pariter pro his nobiscum qui, catholicæ fidei lumine derelicto, errorum tenebras inciderunt. Quæ apostolatus vestri scripta, ita ut symbolum fidei quisquis redemptionis sacramenta non negligit, tabulis cordis ascripsit, et tenaci quod ad confundendos hæretico- B rum errores paratior fit memoriæ commendavit. Multi itaque in ea pariter gaudentes exsultantes recognoverunt fidei suæ sensum, et ita se semper ex traditione paterna tenuisse, ut vester apostolatus exposuit jure lætantur. Nonnulli sollicitiores facti, beatitudinis vestræ admonitione percepta, modis omnibus se gratulantur instructos, datamque sibi occasionem gaudent, qua libere ac fiducialiter, suffragante etiam apostolicæ Sedis auctoritate, eloquantur, et asserit unusquisque quod credit. Quis autem apostolatui vestro pro hoc tanto munere quod non solum Gallias, sed totum mundum velut quibusdam pretiosissimis gemmis ornavit, dignas æstimet gratias posse persolvi? Doctrinæ post Deum vestræ debet fidelis, ut constanter teneat quod credebat; C debet etiam infidelis, ut a perfidia sua agnita veritate discedat, et apostolicæ institutionis luce perfusus erroris sui tenebras derelinquat, magisque sequatur et credat quod per os vestrum Dominus noster Jesus Christus de sacramento incarnationis suæ docet, quam id teneat quod diabolus humanæ salutis et veritatis inimicus stillat. Optassemus etiam ad filium vestrum gloriosissimum ac fidelissimum principem super eamdem causam litteras dare quibus congratulantes fidei ipsius, humilitatis quoque nostræ sollicitudinem qua vos in Christo sequimur proderemus, nisi ad nos de orientalibus nuntio perlato fieri hoc minime necessarium putaremus. Meritis autem apostolatus vestri pius dominus præstitit, D ut hæresim jam diu occulte nutritam vestris temporibus proderet. Ad laudem enim sollicitudinis vestræ pertinet, quod malorum error latere non potuit, ac gloriosæ fidei redundat quod prava persuasio participes, aut non invenit, aut inventos amisit. Respiciat itaque conservando apostolatum vestrum misericors Dominus Ecclesiam suam toto orbe diffusam. Vobis enim ita invigilantibus, et hi qui curam animæ suæ gerunt sollicitiores in fide redduntur, et hi qui paulo desides sunt, tanto ad sollicitudinem accenduntur exemplo. Quod nos ante oculos semper habentes, non desinemus Deo ac Domino nostro gratias *agere, et pariter* supplicare gratulantes quod tantæ *sanctitatis, tantæ fidei*, tantæque doctrinæ, apostolicæ Sedi, unde religionis nostræ, propitio Christo, A fons et origo manavit, antistitem dederit: petentes etiam ut datum concessumque munus pontificii vestri longissima ad ædificationem ecclesiarum suarum ætate custodiat. Nos autem etsi impares meritis, paris tamen fidei, si quid (quod absit) contra Ecclesiam catholicam profana infestatione tentetur, parati sumus, confortante Domino, cum beatitudine vestra, pro veritate fidei animas nostras ponere, et vitam hanc auctori salutis nostræ et largitori æternitatis impendere. *Et alia manu*: Ora pro me, domine beatissime merito et apostolico honore venerande papa: Rusticus episcopus, apostolatum tuum in Domino, venerande, saluto, et ut digneris pro me orare supplex rogo. Venerius: Te dominum in Christo meum, reverendissime, saluto, et ut digneris pro me orare supplex rogo. Constantinus episcopus: Beatitudinem vestram saluto. Similiter et omnes episcopi suprascripti salutaverunt.

XLIX. — *Epistola Leonis ad omnes episcopos Galliarum de damnatione hæreticorum.*

Leo Ravennio, Rustico, Venerio, Constantino, Maximo, Armentario, Floro, Samio, Valeriano, Constantino, Nectario, Maximo, Asclipio, Maximo, Urso, Ingenulo, Justo, Valeriano, Supervento, Crisaphio, Fonteio, Petronio, Hydacio, Etherio, Eulalio, Euticeo, Fraterno, Venturo, Eugenio, Hilario, Vero, Amando, Gerontio, Proculeiano, Juliano, Helladio, Armentario, Honorato, Hepartio, Amenio, Dinatio, Maximinio, Hernantio et Palladio episcopis per Gallias constitutis.

Optassemus quidem fraternitatis vestræ litteras eo tempore quo promiseratis accipere, ut profecturis ad Orientem fratribus nostris, quos ad sanctam synodum vice nostra pro catholicæ fidei defensione direximus, etiam vestræ sententiæ professio jungeretur. Sed cum multa obstacula inopinatam nobis intulerint tarditatem, quamlibet seras et diu expectatas epistolas per fratrem et coepiscopum nostrum Ingenulum gratanter accepimus, easque cum gaudio recensentes probavimus, sicut confidebamus, eruditione Spiritus sancti cœlestem in vobis vigere doctrinam, quam in orientalibus ecclesiis versutia hostis antiqui, per eos quos sequaces suos reperit falsitas fatigare conata est, cum catholica fides, quæ nulla sui est parte mutabilis, per ipsas adversantium exercitationes et validior efficiatur semper et clarior operante hæc gratia Dei, ut si qui forte ad hæc subtilia inimici jacula declinanda minus erant instructi minusque solliciti, perceptis veritatis armis, fierent contra impiorum mendacia fortiores. Quid ergo sicut causa poscebat fiduciam nostram quam de vobis habemus in Domino fideliter atque obedienter auxistis multa exsultatione gaudemus, et merito nos cognoscimus fratres et coepiscopos nostris orientalibus intimasse, quod secundum evangelicam et apostolicam traditionem de incarnatione Domini nostri Jesu Christi una esset omnium nostrum et indiscreta confessio; neque ullis eorum

tationibus detineri, ut aliter aliquid de summi utiferi sacramenti veritate sapiamus, quam ex icatione sanctorum Patrum, et ex auctoritate mutabilis symboli didicimus et docemus, dam- ab universali Ecclesia et nunc Eutycheti et antea rio, quorum si quis non ferendis impietatibus ere delegerit, ipse se a corpore Christianæ uni- abscidit. Non enim ultra jam cuiquam excusa- refugium de ignorantia et inscientia, vel de igentiæ difficultate conceditur, cum hoc ipso ntorum fere fratrum coepiscoporumque no- um synodus congregata nullam artem-ratioci- , nullum eloquium disserendi contra funda- um fidei inspirare promiserit, quoniam admit- us per auxilium gratiæ Dei fratribus vicariis is, quorum plenissima exstitit in omni actione io, non solum sacerdotibus Christi, sed etiam ipibus et potestatibus Christianis, cunctisque is, plebibus, ordinibus, plene atque evidenter uit hanc esse vere apostolicam fidem ex di- pietatis fonte manantem, quam sinceram et ab fece totius erroris alienam (sicut accepimus) icamus, et universo jam mundo consentiente dimus, exstinctis toto orbe dogmatibus quæ vel dens hæreticus ausus est inferre vel subse- , dissimili quidem commento, sed impietate ari. Nam sicut Nestorius non est toleratus, ans beatam Mariam hominis tantummodo genitricem qui postmodum sit a Verbo deita- sceptus, duabus scilicet naturis ex personis ctis, ut neque ipse esset filius hominis qui Dei, nec unus Christus in utraque natura, sed sempiternus ex Patre, alter temporalis ex ma- um evangelica auctoritas ita Verbum prædicet m factum, ut non duos Christos nec duos sed in uno Domino Jesu Christo et Dei et nis nobis insinuet veritatem, ut utriusque sub- iæ, id est, salvantis atque salvatæ, nec pro- s possit confundi, nec persona geminari. Sicut Nestorius in suo dogmate exsecrabilis, sic et hes damnatum olim sectatus errorem, alia nitate blasphemans a catholicæ soliditatis com- resecatus est, quia indoctis quibusdam ni- que simplicibus persuadere tentavit quod Ver- Dei ita caro sit factum, ut veram carnem de e Virginis non sumpserit, nec nostri illum is corpus habuisse, sed divinitatis ejus et car- na esset natura, ut unum Dominum nostrum n et falsum hominem et Deum diceret esse bilem. Quod nec pietas fidei, nec ratio recipit menti, ut aut in sua natura passibilis fuerit s, aut in susceptione humana mentita sit veri- Quæ diabolicorum sensuum prodigiosa com- a, sancta nunc synodus humilitatis nostræ lis auctoritate domini mei beatissimi Petri oli, et merito roboratis religiosa unanimitate ntiens abominando ab Ecclesia Dei amputavit. orum quoque Alexandrinum in sua impietate ntem, ne illa Ecclesia quæ inter ipsa Evangelii principia beatum Marcum beatissimi Petri apostoli discipulum in omnibus utique doctrinis sui doctoris magisterio consonantem habuit fundatorem, quæque postea recentioribus a nostra ætate temporibus Athanasium, Theophilum, et proxime Cyrillum probatissimos præsules habuit, indignam captivitatem sub hæretici dominatione pateretur. Unde secundum magnam misericordiam Dei universos diaboli conatus, quibus Ecclesiam Domini conturbare molitus est, noveritis esse destructos. Reddite igitur Deo gratias, fratres charissimi, dignam gratiarum actionem, et oret nobiscum vestra dilectio, ut fratres nostros, quos exspectatio nostra desiderat, incolumes quam primum rediisse lætemur, et de omnibus quæ, Domino adjuvante, sunt gesta plenius vos possemus instruere. Nam fratrem Ingenulum nolumus hac exspectatione tardari, cum ob hoc ipsum properatius remeare debuerit, nec diutius vobis esset incognita omnium materia gaudiorum, quæ volumus per curam dilectionis vestræ etiam ad fratres nostros Hispaniæ episcopos pervenire, ut quod Deus operatus est, nulli esse possit incognitum. Data Kalendis Februarii, Herculano viro clarissimo consule.

207 L. — *Ad Martianum Augustum de Pascha.*

Tam multis documentis per omnes Christi ecclesias fides vestræ pietatis innotuit, ut si quid sollicitudinum pro communi religione generatur, merito vestrum quærat auxilium. Et quia memor dispensationis, mihi credite, necesse habeo curas meas, etiam in ea quæ sunt futura, præmittere, non improbe cupio clementiæ vestræ studiis adjuvari, ut in ea observantia, quæ certa semper ratione variatur, nihil possit erroris incurri. Paschale etenim festum quo sacramentum salutis humanæ maxime continetur, quamvis in primo semper mense celebrandum sit, ita tamen est lunaris cursus conditione mutabile, ut plerumque sacratissimi diei ambigua currat electio, et ex hoc fiat plerumque quod non licet, ut non simul omnis Ecclesia, quod non nisi unum esse oportet, observet. Studuereque sancti Patres occasionem hujus erroris auferre ; omnem hanc curam Alexandrino episcopo delegantes, quoniam apud Ægyptios hujus supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia, per quam qui annis singulis dies prædictæ solemnitatis eveniret, Sedi apostolicæ indicaretur, hujus scripti ad longinquiores ecclesias judicium generaliter percurri. Sed sanctæ memoriæ Theophilus Alexandrinæ ecclesiæ urbis episcopus cum hujus observationis annos centum numero collegisset, septuagesimo sexto paschale festum longe aliter quam alii decreverant tenendum esse constituit, a primo augustæ memoriæ Theodosii senioris consulatu, succedentes sibi sacræ observantiæ ordines ponens, ut longioris temporis ratio ejus litteris teneretur ascripta, cujus complexionis septuagesimus et quartus est annus ; in qua pridie Idus Aprilis sanctum Pascha celebravimus, sequenti vero anno pridie Nonas Aprilis eadem, propitio Deo, erit habenda festivitas, sicut regulariter centenariæ annorum ra-

tionis ordo declarat. Sed in anno qui erit septuagesimus sextus Paschæ dies invenietur ascriptus, quem a passione Domini nullius exempli, nullius constitutionis admittit auctoritas. Nam diem octavum Kalendarum Maiarum ab eo cognoscimus præfinitum, qui anni limitem antiquitus constitutum excedit, cum alii quinto decimo Kalendarum Maiarum huic festivitati deputaverint diem. Siquidem ab undecimo Kalendarum Aprilium usque in decimo Kalendarum Maiarum legitimum spatium sit præfinitum. Intra quod omnium varietatum necessitas concludatur, ut Pascha Dominicum, nec prius possimus habere nec tardius. Quod enim in decimum et in nonum Kalendarum Maiarum videntur nonnunquam pervenisse festivitas, quadam ratione defenditur. Quia etsi dies resurrectionis ultra terminum videtur exisse, dies tamen passionis limitem positum non invenietur egressus. Ad octavum autem Kalendarum Maiarum paschalem observantiam perducere nimis insolens et aperta transgressio est. Quia ergo in illa, ut dixi, centenaria supputatione Theophili septuagesimus sextus annus diem Paschæ contra morem ecclesiasticum statuisse monstratur, et non leviter delinquitur si in principio sacramenti veritas et unitas ab universali Ecclesia non tenetur, obsecro clementiam vestram, ut studium vestrum præstare dignemini, quatenus Ægyptii, vel si qui sunt alii qui certam hujus supputationis videntur habere notitiam, scrupulum hujus sollicitudinis absolvant, ut eum diem generalis observantia dirigat, qui nec paternarum constitutionem normam relinquat, nec ultra præfixos terminos evagetur. Quidquid autem pietas vestra de hac consultatione cognoverit, ad meam jubeat mox notitiam pervenire, ut in divinis mysteriis nulla dissonantiæ culpa nascatur. Data sexto decimo Kalendas Julii, Opilione viro clarissimo consule.

LI. — *Ad Eudochiam Aug. de Pascha.*

Leo Eudochiæ Augustæ.

Sanctæ memoriæ Theophilus ad Augustum Theodosium seniorem scribens, per centum annos a primo prædicti principis consulatu digessit ordinem festi. Cujus instructionis septuagesimus quartus nunc annus evolvitur Opilione consule. Pridie Idus Aprilis celebrata est sacra solemnitas, unde sequenti anno pridie Nonas Aprilis eadem festivitas rationabiliter consequitur. Sed annus qui erat septuagesimus sextus memorati episcopi annotationem habere cognoscitur, quæ a totius antiquitatis exemplo, et ab omni auctoritate Patrum discordat. Siquidem in octavum Kalendarum Maiarum Dominicum Pascha transtulerit, præfinitos antiquitatis limites nimis audenter excedens, cum die quinto decimo Kalendarum Maiarum paschalem solemnitatem (sicut constituere alii) potuerit annotare. Unde quia non mediocris mihi sollicitudo generatur, ne apud Ægyptios hæc persuasio probaretur, ad Christianissimum et clementissimum principem scripta direximus, quibus causam scrupuli diligenter exposui, et suppliciter postulavi, ut operam suam, quemadmodum consuevit, religionis cultui dignanter impendat, ut eos qui hujus supputationis perfectam videntur habere notitiam, in unum jubeat convenire, et diligenter inquirere, ne forte hæc definitio teneatur, et hic excessus qui prioribus videtur repugnare temporibus nostræ conniventiæ vel negligentiæ deputetur, et fiat in nostris diebus quod nunquam ante præsumptum est. Quia vero oportet fraternitatem tuam curæ istius mecum esse participem, et ne quid tale accidat præcavere, crebrius religiosissimo et fidelissimo principi dignare suggerere, ut indissimulanter jubeat Ægyptios admonere, ne in summæ festivitatis die, aut dissensione aliqua, aut transgressione peccetur. Quidquid autem de hac re diligentius investigare sollicitudo vestra potuerit, cito ad notitiam meam gloriosissimus imperator jubeat pervenire, quia et ad ipsius, et ad omnium salutem pertinet, ut Dei cultus nullo errore lædatur. Data sexto decimo Kalendas Julii, Opilione clarissimo consule.

LII. — *Ad Leonem Augustum.*

Leo episcopus Leoni Augusto.

Multo gaudio mens mea exsultat in Domino, et magna est mihi ratio gloriandi, cum clementiæ vestræ excellentissimam fidem augeri per omnia donis gratiæ cœlestis agnosco et per incrementa diligentiæ devotionem in vobis animi sacerdotalis experior. Nam in vestræ pietatis alloquiis non dubie patet quod per vos in totius Ecclesiæ salute Spiritus sanctus operetur, et quantum universorum fidelium precibus sit optandum, ut in omnem gloriam vestrum extendatur imperium, qui supra curam rerum temporalium religiosæ providentiæ famulatum divinis et æternis dispositionibus perseveranter impenditis, ut scilicet catholica fides, quæ humanum genus sola vivificat, sola sanctificat, in una confessione permaneat; et dissensiones quæ de terrenarum opinionum varietate nascuntur, a soliditate illius petræ supra quam civitas Dei ædificatur, abigantur. Hæc autem Dei munera ita divinitus demum nobis conferentur, si de his quæ præstita sunt non inveniamur ingrati, et tanquam nulla sint quæ adepti sumus contraria potius exspectemus. Nam quæ patefacta sunt quærere, quæ perfecta sunt retractare, et quæ sunt definita convellere, quid aliud est quam de adeptis gratiam non referre, et ad interdictæ arboris cibum improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Unde quia ad pacem universalis Ecclesiæ et ad custodiam catholicæ fidei cura dignamini sollicitiore respicere, evidenter agnoscitis quod magis hæreticorum audetur insidiis, ut inter Eutychetis Dioscorique discipulos et eum quem apostolica sedes direxerit diligentior, tanquam nihil fuerit ante definitum, tractatus habeatur, et quod totius mundi catholici sacerdotes sancta Chalcedonensi synodo probant gaudentque firmatum, in injuriam etiam sacratissimi concilii Nicæni efficiatur infirmum. Quod enim nostris temporibus apud Chalcedonam de Domini nostri Jesu Christi incarnatione firmatum est, hoc etiam apud Nicæam mysticus ille Patrum numerus

definivit, ne catholicorum confessio, aut unigenitum Dei Filium in aliquo crederet Patri imparem, aut eumdem cum factus est filius hominis non veram carnis nostræ atque animæ habuisse naturam. Detestandum ergo nobis est perseveranterque vitandum, quod fraus hæretica nititur obtinere, nec in aliquam disceptationem pie et plene definita revocanda sunt, ne ad arbitrium damnatorum ipsi de his videamur ambigere, quæ manifestum et per omnia propheticis et evangelicis et apostolicis auctoritatibus consonare. Unde si qui sunt qui ab his quæ cœlitus sunt constituta dissentiunt, suis opinionibus relinquantur, et ab unitate Ecclesiæ cum ea quam elegere perversitate discedant. Nam nullomodo fieri potest, ut qui divinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communione socientur. Jactent se in sui eloquii vanitate, et de argumentationum suarum versutia, quæ inimica est fidei, glorientur, nobis placet apostolicis obedire præceptis, dicentibus : Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem seductionem hominum (*Coloss.* II, 8). » Nam secundum eumdem Apostolum « si quæ destruxi hæc ædifico, prævaricatorem me constituo (*Gal.* II, 18, » et eis me ultionum conditionibus subdo, quas non solum auctoritas beatæ memoriæ principis Martiani, sed etiam ego mea consensione firmavi. Quia, sicut sancte veraciterque dixistis, perfectio incrementum, et adjectionem plenitudo non recipit. Unde cum sciam te, venerabilis princeps, sincerissimo veritatis lumine imbutum in nulla fidei parte nutare, sed sancto perfecto judicio a pravis recta discernere, ut a refutandis amplectenda dividere, obsecro te ne humilitatem meam de diffidentia putes esse culpandam, cum hæc mea cautio non solum universali Ecclesiæ consulat, sed etiam tuæ gloriæ famuletur ; ne sub imperii tui tempore et hæreticorum aucta videatur improbitas, et catholicorum perturbata securitas. Quamvis ergo multum per omnia de pietatis vestræ corde confidam, et per inhabitantem in vobis spiritum Dei satis vos instructum esse perspiciam, ne fidei vestræ ullus possit error illudere, præceptioni tamen vestræ in eo adnitar obedire, ut aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos præsentiæ meæ instar exhibeant, et quæ sit apostolicæ fidei regula, licet (ut dixi) vobis bene sit nota, demonstrent, patefacientes in omnibus et probantes non esse omnino inter catholicos computandos, qui definitionem venerabilis synodi Nicænæ, vel sancti Chalcedonensis concilii regulas non sequuntur, cum eorumque sancta decreta ex evangelico et apostolico sit manifestum fonte prodire, et quidquid non est de irrigatione Christi, poculi esse viperei. Prænoscat igitur pietas vestra, venerabilis imperator, hos, quos spondeo dirigendos non ad congrediendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos a Sede apostolica profecturos, quia de rebus et apud Nicæam et apud Chalcedonam (sicut Deo placuit) definitis, nullum audemus in tractatum, tanquam dubia vel infirma sint quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. Instructioni autem parvulorum nostrorum qui post lactis alimoniam cibo desiderant solidiore satiari, ministerii nostri præsidium non negamus. Et sicut simpliciores non spernimus, ita a rebellibus hæreticis abstinemus, memores præcepti Dominici dicentis : « Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos (*Matth.* VII, 6). » Nimis quippe indignum, nimis injustum est eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat Spiritus sanctus per prophetam dicens : « Filii alieni mentiti sunt mihi (*Psal.* XVII, 46). » Qui etiam si Evangelio non resisterent, de illis tamen se esse monstrarent de quibus scriptum est : « Deum se profitentur scire, factis autem negant (*Tit.* I, 16). » Clamante adhuc justi Abel sanguine adversum impium Cain, qui increpatus a **208** Domino non requievit ad pœnitendum, sed exarsit ad cædem, cujus vindictam sic Domini judicio volumus reservari, ut improbus et parricida crudelis in seipsum recidat, et nostra non teneat, neque sanctæ ecclesiæ Alexandrinæ lamentabilem captivitatem patiamini ulterius prolongari, cui oportet fidei vestræ justitiæque præsidio suam restitui libertatem, et per omnes Ægypti urbes dignitas Patrum et jus sacerdotale reparetur. Data undecimo Kalendas Aprilis, Calippio, Majoriano Augusto consulibus.

LIII. — *Ad eumdem.*

1. De blasphemiis Nestorii et Eutichetis. eorumque digno anathemate.

2. Quod in una Domini persona gemina sit deitatis et humanitatis asserenda natura.

3. De capitulis fidei ex sanctorum Patrum libris collectis.

Leo episcopus Leoni Augusto.

Cap. I. Promisisse me memini, venerabilis imperator, in causa fidei de qua clementiam tuam novi pie esse sollicitam, pleniorem humilitatis meæ dirigendum esse sermonem, quem nunc auxiliante Domino fideli occasione persolvo, ut sancto pietatis tuæ studio, utilis (quantum arbitror) deesse non possit instructio. Quamvis enim sciam clementiam tuam humanis institutionibus non egere, et sincerissimam de abundantia Spiritus sancti hausisse doctrinam, officii tamen mei est et patefacere quod intelligis, et prædicare quod credis, ut ignis ille quem Dominus veniens misit in terram motu crebræ meditationis agitatus sic concalescat ut ferveat, et sic inflammetur ut luceat. Magnas enim caligines Eutychiana hæresis Orientis partibus inferre molita est, et ab illa luce « quæ (sicut Evangelium loquitur) lucet in tenebris, et tenebræ eam non comprehenderunt (*Joan.* I, 5), » imperitorum oculos tentavit avertere. Cumque ipsa in suam reciderit cæcitatem, nunc in discipulis recrudescit quod in actore defecit. Non longo namque temporis intervallo catholica fides quæ et singularis et vera, cui nihil addi nec minui potest, a duobus est hostibus appetita,

quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emersit, qui Ecclesiæ Dei duas hæreses sibimet contrarias inferre voluerunt, ut uterque a prædicatoribus veritatis merito damnaretur, quia insanum nimis et sacrilegum fuit quod varia falsitate ambo senserunt. Anathematizetur ergo Nestorius qui beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo credidit genitricem esse, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis : nec unam Christum in Verbo Dei et carne sentiret, sed separatim atque sejunctim alterum Filium Dei, alterum hominis prædicaret; cum manente illa incommutabilis Verbi, essentia quæ ei cum Patre et Spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra virginea viscera Verbum caro sit factum, ut per id quod ineffabile est sacramentum uno conceptu, unoque partu secundum veritatem utriusque naturæ ea virgo et ancilla Dei esset et mater. Quod etiam Elisabeth (sicut Lucas evangelista declarat) intellexit et dixit : « Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? » (*Luc.* I, 45.) Eutiches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit, ut negata humanæ carnis atque animæ veritate totum Dominum nostrum Jesum Christum unius asserat esse naturæ, tanquam Verbi deitas ipsa se in carnem converterit, et concipi ac nasci, nutriri et crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, et ascendere in cœlum, et in Patris dextera, unde ad judicandos vivos et mortuos veniet considere, divinæ tantum essentiæ fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis recepit veritate, quoniam natura Unigeniti natura est Patris, natura est Spiritus Sancti. Simulque impassibilis, simul est incommutabilis sempiternæ Trinitatis, indivisa unitas et consubstantialis æqualitas. Unde si Apollinaris perversitate Eutychianus quisquis desciscit, ne convincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, et tamen Verbi incarnati, id est, Verbi et carnis unam audet pronuntiare naturam, manifeste in Valentini et Manichæi transit insaniam; et mediatorem Dei et hominum, hominem Jesum Christum simulatorie credit omnia egisse, nec humanum in ipso corpus, sed plantasmaticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia, quoniam olim fides catholica detestatur, et aliarum assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum Patrum dudum sunt damnata sententiis, non dubium est eam nos fidem prædicare atque defendere, quam sancta Synodus Nicæna confirmavit dicens : Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, visibilium et invisibilium factorem, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, natum de Patre unigenitum, hoc est in substantia Patris. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de *Deo vero; natum* non factum, unius substantiæ cum Patre (quod Græci dicunt omousion) per quem omnia facta sunt, sive quæ in cœlo, sive quæ in terra. Qui propter nos et prosper nostram salutem descendit de cœlo, et incarnatus est, et homo factus, passus est, et resurrexit tertia die ascendit in cœlos, venturus judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. In qua professione hoc evidentissime continetur, quod etiam nos de Domini incarnatione confitemur, et credimus qui ad salutem humani generis reformandam, veram carnem nostræ fragilitatis non de cœlo secum detulit, sed in utero Virginis matris assumpsit.

II. Quicunque ergo sunt ita obcæcati et a lumine veritatis alieni ut Verbo Dei a tempore incarnationis humanæ carnis denegent veritatem, ostendant in quo sibi Christianum nomen usurpent. Et cum Evangelio veritatis qua ratione concordent, si beatæ Virginis partu aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, evangelista dicente, quod « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (*Joan.* I, 14); » ita negari non potest, beato Paulo apostolo prædicante, quod « Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi (*I Cor.* V, 19). » Quæ autem hæc reconciliatio esse posset qua humano generi propitiaretur Deus nisi omnium causam mediator Dei hominumque susciperet? Qua vero ratione veritatem Mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei æqualis est Patri in forma servi particeps esset et nostri, ut mortis vinculum unius prævaricatione contractum, unius morte (qui solus morti nihil debuit) solveretur? Effusio enim pro injustis sanguinis Justi tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium; ut si universitas captivorum in Redemptorem suum crederet, nulla diaboli vincula retinerent; quoniam, sicut Apostolus ait, « ubi abundavit peccatum superabundavit et gratia (*Rom.* V, 20). » Et cum sub peccati præjudicio nati potestatem acceperunt ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis quam debitum servitutis. Quam itaque stbi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in Salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti? « Quis est (ut Apostolus ait) qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis (*Ephes.* V, 2)? » Aut quod unquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus et æternus pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit? Quamvis enim multorum sanctorum in conspectu Domini pretiosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt justi, non dederunt coronas, et de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit, cum inter filios hominum unus solus Dominus noster Jesus Christus, qui vere erat agnus im-

maculatus exstiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat : « Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum (*Joan.* XII, 32). » Fides enim vestra justificans impios et creans justos ad humanitatis suæ tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo solo homo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de potentia ejus gloriari qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate congressus his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno Domino Jesu Christo vero Dei atque hominis filio Verbi et carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indivise communes habeat actiones, intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, et sinceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ provehatur humilitas carnis, et ad quæ inclinetur altitudo divinitatis. Quid sit quod caro sine Verbo non agit ; quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet Virgo nec pareret, et sine Verbi veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi potentia non adorarent magi puerum stella indice declaratum, et sine veritate carnis non juberetur in Ægyptum transferri puer et ab Herodis persecutione abduci. Sine Verbi potentia non diceret vox Patris missa de cœlo : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite (*Matth.* III, 17). » Et sine veritate carnis non protestaretur Joannes : « Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (*Joan.* I, 29). » Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium et vivificatio mortuorum, et sine veritate carnis nec cibus jejuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur æqualem, et sine veritate carnis non idem diceret Patrem esse majorem, cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat quæ secundum confessionem beati apostoli Petri unum Christum Dei vivi Filium et hominem credit et Verbum. Quamvis itaque ab illo initio quo in utero virginis Verbum caro factum est nihil unquam inter utramque formam divisionis exstiterit, et per omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones, ea ipsa tamen quæ inseparabiliter facta sunt, nulla commistione confundimus, sed quid cujus formæ sit et operum qualitate sentimus. Dicant ergo isti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno Dominus majestatis Christus affixus sit? quid jacuerit in sepulcro? et revoluto monumenti lapide, quæ tertio die caro resurrexit? et in quo post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, et hæsitationem cunctantium confutabat cum diceret : « Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa nen habet sicut me videtis habere (*Luc.* XXIV, 39). » Et apostolo Thomæ : « Infer manum tuam in latus meum, et vide manus meas et pedes, et noli esse incredulus sed fidelis (*Joan.* XX, 27). » Quanta manifestatione corporis sui jam hæreticorum mendacia destruebat, ut universa Ecclesia Christi imbuenda doctrinis hoc non sibi dubitaret credendum quod apostoli susceperant prædicandum. Ac si in tanta luce veritatis tenebras suas hæretica obduratio non relinquit, ostendant unde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, ad quem nisi per mediatorem Dei et hominum, hominem Jesum Christum non potest perveniri. Sicut enim ait beatua Petrus apostolus, « Non est aliud nomen datum hominibus sub cœlo, in quo oporteat nos salvos fieri (*Act.* IV, 12), » nec redemptio captivitatis humanæ nisi in sanguine ejus « qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus (*I Tim.* II, 6), » et qui, sicut prædicat beatus Paulus apostolus, « cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem **209** crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris (*Philip.* II, 6-11). » Cum ergo unus sit Dominus Jesus Christus et vere deitatis vereque humanitatis in ipsa una prorsus eademque persona sit, exaltationem tamen qua illum sicut doctor gentium dicit, exaltavit Deus et donavit illi nomen quod est super omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formam quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento.

In forma quippe Dei æqualis erat Filius Patri, et inter genitorem atque unigenitum nulla in essentia discretio, nulla in majestate diversitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat Verbo quod ei Patris munere redderetur. Forma autem servi per quam impassibilis deitas sacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas est, quæ in gloriam divinæ potestatis evecta est, in tantam unitatem ab ipso conceptu virginis deitate et humanitate conserta, ut nec sine homine divina, nec sine Deo agerentur humana. Propter quod sicut Dominus majestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est Deo, dicitur exaltatus, quia inseparabiliter manente unitate personæ, unus atque idem est, et totus Dei Filius propter unam cum Patre deitatem. Quidquid enim in tempore accepit Christus secundum hominem accepit, cui quæ non habuit conferrentur. Nam secundum potentiam deitatis indifferenter omnia quæ habet Pater, etiam Filius habet, et quæ in forma servi a Patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit.

III. Secundum formam enim Dei ipse et Pater unum sunt; secundum formam autem servi « non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem ejus qui misit eum (*Joan.* VI, 38). »

Secundum formam Dei « sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso (*Joan.* V, 26). »

Secundum formam servi « tristis est anima mea usque ad mortem (*Matth.* XXXVI, 28), » et « idem ipse est, sicut ait Apostolus, et dives et pauper (*II Cor.* VIII, 9). » Dives, quia evangelista dicente, « In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil (*Joan.* I, 1-3). »

Pauper vero, quia propter nos « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (*Joan.* I, 14). » Quæ autem est ejus exinanitio, quæve paupertas? nisi formæ servilis acceptio? per quam, Verbi majestate velata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est. Nam quia captivitatis nostræ resolvi originalia vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis nostræque naturæ, quem peccati præjudicia non tenerent, et qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut ab initio erat divinitus præordinatum, ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, ut multis modis significata promissio in diu exspectatum veniat effectum, nec posset esse ambiguum quod continuis testificationibus semper fuerat nuntiatum. In magno autem sacrilegio se versari hæreticorum manifestat impietas, cum sub specie deitatis honorandæ humanæ carnis in Christo denegant veritatem, et religiose æstimant credi si dicatur in Salvatore nostro, verum non esse quod salvat cum ita, secundum promissionem omnia sæcula præcurrentem, mundus sit Deo reconciliatus in Christo, ut nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla possit caro salvari. Omne enim sacramentum fidei Christianæ magno (ut hæretici volunt) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus de nostri in Christi corpore veritate, quia omnes apostoli apostolorumque discipuli et præclari ecclesiarum quique doctores, qui ad martyrii coronam vel confessionis meruere gloriam pervenire, in hujus fide lumine splenduere consonis ubique sententiis intonantes, quod in Domino Jesu Christo deitatis et carnis una sit confitenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua divinorum voluminum portione hæretica impietas se existimat adjuvari, quæ veritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non prophetia præcinere, non evangelista docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quærant per omnem seriem Scripturarum, quo tenebras suas fugiant, in quo verum lumen obscurent. Et per omnia sæcula ita veritatem invenient coruscantem, ut magnum hoc et mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctarum litterarum nulla pars sileat, sufficit quædam consona veritatis signa patuisse, quibus diligentia fidei splendidissima latitudine dirigatur, et sincera intelligentiæ luce perspiciat, quod in Filio Dei qui se incessabiliter filium hominis et hominem profitetur non sit Christianis erubescendum, sed constantissime *gloriandum*. Ut autem pietas tua cum venerabilium Patrum prædicationibus nos concordari cognoscat, aliquantas eorum sententias huic credidi subjicendas esse sermoni. Quibus si digneris attendere recensitis, non aliud nos prædicare reperies quam quod sancti Patres nostri toto orbe docuere, nec quemquam ab illis nisi solos impios hæreticos discrepare. His igitur, gloriosissime et venerabilis imperator, quanta potui brevitate perstrictis, cum inspirata tibi divinitus fide etiam nostram prædicationem unitam esse cognosce, nec in aliquo nos ab evangelica apostolicaque doctrina, vel a catholicæ professionis symbolo discrepare, quoniam, sicut docet beatus apostolus Paulus, « magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, justificatum est spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria (*I Tim.* III, 16). » Quid igitur tuæ utilius est saluti, quid tuæ congruentius potestati, quam ut paci ecclesiarum Domini tua constitutione prospicias, et in omnibus tibi subditis dona Dei defendas, neque ulla ratione patiaris per invidiam diaboli ministros ipsius in cujusque sævire perniciem, ut qui in hoc sancto temporali emines regno in æternum merearis regnare cum Christo.

Sancti Hilarii Pictaviensis episcopi et confessoris in libro secundo inter cætera. Unum igitur hoc est immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra Petri ore confessa : « Tu es, inquit, Christus Filius Dei vivi (*Joan.* XI, 27), » tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantæ perversitatum quæstiones infidelitatis calumnia movebuntur. Jam in cæteris dispensatio voluntatis paternæ sit, virgo, partus et corpus, post quæ crux, mors, inferi, salus nostra est. Humani enim generis causa Dei Filius natus ex virgine est, et Spiritu sancto ipso sibi in hac operatione famulante, et sua Dei videlicet inumbrante virtute corporis sibi initia consevit, et exordia carnis instituit; ut homo factus ex virgine naturam in se carnis exciperet, per quæ hujus admistionis societas sanctificatum in eo universi generis humani corpus existeret, ut quemadmodum omnes in se per id quod corporeum se esse voluit conderetur, ita rursum in omnes ipse per id quod ejus est invisibile referretur. Dei igitur imago invisibilis pudorem humani exordii non recusavit, et per conceptionem partum, vagitum et cunas, omnes naturæ nostræ contumelias transcucurrit. Quid tandem dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis a Deo originis unus unigenitus Deus in corpusculi humani formam sanctæ Virginis utero insertus accrescit. Qui omnia continet, et intra quem et per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur, et ad cujus vocem archangeli atque angeli tremunt, cœlum et terra et omnia hujus mundi resolvuntur elementa, vagitu infantis auditur. Qui invisibilis et comprehensibilis est, non visu, sensu tractuque moderandus, cunis est obvolutus. Hæc si quis indigna Deo recolit, tanto se majoris beneficii obnoxium confitebitur, quanto minus hæc Dei convenerint majestati. Non ille eguit homo effici, per

quem homo factus est, sed nos eguimus ut Deus caro fieret et habitaret in nobis, id est, assumptione carnis unius interna universæ carnis incoleret : humilitas ejus nostra nobilitas est, contumelia ejus noster honor est. Quod ille Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Domini carne renovati. Item ejusdem in libro nono inter cætera : Nescit plane vitam suam, nescit qui Christum Jesum ut verum Deum ita et verum hominem ignorat, et ejusdem periculi res est Christum Jesum vel spiritum Deum vel carnem nostri corporis denegare : « Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis. (*Matth.* x, 32, 33). » Hoc Verbum caro factum loquebatur, et homo Jesus Christus Dominus majestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem Ecclesiæ constitutus, et ipso illo inter Deum et homines mediatoris sacramento utrumque unus existens, dum ipse ex unitis in idipsum naturæ utriusque res eadem est, ita tamen ut neutro careret in utroque, ne forte Deus esse homo nascendo desineret, et homo rursus Deus manendo non esset. Hæc utique humanæ beatitudinis fides vera est Deum et hominem prædicare, Verbum et carnem confiteri, neque Deum nescire quod et homo sit, neque carnem ignorare quod Verbum sit. Item ejusdem in eodem libro inter eætera : Natus igitur unigenitus Deus ex Virgine homo et secundum plenitudinem temporum in semetipso profecturus in Deum hominem, hunc per omnia evangelici sermonis modum tenuit, ut se Filium Dei credi doceret, et hominis filium prædicari admoneret, locutus et gerens homo universa quæ Dei sunt, loquens deinde et gerens Deus universa quæ hominis sunt. Ita tamen ut ipso illo utriusque generis sermone nunquam nisi cum significatione et hominis locutus et Dei sit. Item alio loco in eodem libro inter cætera : Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturæ divinæ infirmitatem mentiantur, et quia unus atque idem est loquens omnia quæ loquitur de semetipso, omnia eum locutum esse contendant. *Ne sane negamus totum illum qui ejus manet naturæ suæ esse sermonem. Sed si Jesus Christus et homo et Deus, et neque cum homo tum primum Deus, neque tum cum et homo tum non etiam et Deus, neque post hominem in Deo non totus homo totus Deus, unum atque idem necesse *dictorum sacramentum ejus esse quod generis, et cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tum atque hominis discerne sermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex homine et Deo rursum totius hominis totius jam Dei temporis intelligis, si quid illud ad demonstrationem ejus temporis dictum est tempori coaptato quæ dicta sunt, ut cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo et Deus, aliud sit post hominem et Deum totus homo et totus Deus, non confundas temporibus et generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum, alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium jam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Jesus Christus manens et corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ locutus est, non tamen omittens naturæ suæ esse quod Deus est. Nam tametsi in partu et passione et morte, naturæ nostræ res peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit. Et reliqua. Item alio loco in eodem libro inter cætera : Vides ne ita Deum et hominem prædicari ut mors homini, Deo vero carnis exercitatio deputetur? Non tamen ut alius sit qui mortuus est, et alius sit per quem mortuus resurgit. Spoliata ei carne **210** Christus est mortuus, et rursum Christum a mortuis excitans idem Christus est carne se exspopolians. Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint utraque suis gesta naturis, unum tamen Christum Jesum eum memento esse qui utrumque est. Item post pauca : Hæc igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut utriusque naturæ personam tractari in Domino Jesu Christo meminissemus, quia manens in forma Dei formam servi suscepit. Item sancti Athanasii Alexandrinæ ecclesiæ episcopi et confessoris ad Epictetum Corinthiorum episcopum : Quomodo autem vel dubitare ausi sunt qui dicuntur Christiani, si Dominus qui ex Maria virgine processit filius quidem substantia et natura Dei est, quod secundum carnem ex semine David est et carne sanctæ Mariæ? Item sancti Ambrosii episcopi et confessoris Mediolanensis ecclesiæ, quod misit ad imperatorem Gratianum in libro secundo de fide inter cætera : Unum illud quod lectum est Dominum majestatis crucifixum esse, non quasi in majestate crucifixum putemus. Sed quia idem Deus, idem homo, per divinitatem Deus, per susceptionem carnis homo Christus Jesus Dominus majestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturæ, id est, humanæ atque divinæ in natura hominis subiit passionem, ut indiscrete et Dominus majestatis dicatur esse qui passus est, et filius hominis, sicuti scriptum est, qui descendit de cœlo. Item alio loco in eodem libro inter cætera : Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia « regnum Dei (sicut scriptum est) non in persuasione verbi est, sed ostensione virtutis (*I Cor.* II, 4). » Servemus distinctionem divinitatis et carnis : unus in utroque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura est, et si idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intende mecum nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quæ sunt divina, quia Verbum est; quasi homo dicit quæ sunt humana, quia in ea substantia loquebatur. Idem ejusdem in libro de Incarnatione Domini contra Apollinaristas : Sed dum hos redarguimus emergunt, alii qui carnem Domini dicant et divinitatem unius naturæ. Quæ

tantum sacrilegium inferna vomuere ? Jam tolerabiliores sunt Ariani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit, ut majore contentione asserant Patrem et Filium et Spiritum sanctum unius non esse substantiæ, quia isti divinitatem Domini et carnem substantiæ unius dicere tentavere. Item infra : Et hi mihi frequenter Nicæni concilii tractatum se tenere commemorant, sed in illo tractatu Patres nostri non carnem sed Dei Verbum unius substantiæ cum Patre esse dixere. Et Verbum quidem ex paterna processisse substantia, carnem aut ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicæni concilii nomen obtenditur et nova inducuntur quæ nunquam nostri sensere majores ? Et reliqua. Item ejusdem ad Sabinum episcopum inter cætera : Unde pulchra Apostolus ejusdem verbi repetitione usus est dicens de Domino Jesu Christo : « Cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formom servi accipiens (*Philip.* II, 6, 7). » Quid est in forma Dei nisi in plenitudine deitatis in illa perfectionis divinæ expressione ? Ergo cum esset in plenitudine divinitatis, exinanivit se et accepit plenitudinem naturæ et perfectionis humanæ. Sicut Deo nihil deerat, ita nec homini consummationis ut esset perfectus in utraque forma. Unde et David dicit : « Speciosus forma præ filiis hominum (*Psal.* XLIV, 3). » Concluditur Apollinarista, nec quo se vertat, suis clauditur retibus. Ipse enim dixit formam servi accepit, non servus locutus est. Iterum ergo interrogo : Quid est in forma Dei ? Respondit in natura Dei : « Sunt enim (ait Apostolus) qui non sunt natura dii (*Gal.* IV, 8). » Quæro quid sit formam servi accipiens : sine dubio perfectionem naturæ et conditionis, ut dixi, humanæ, ut esset in hominum similitudine. Et pulchre non carnis sed hominum dixit similitudinem, quia in carne eadem est. Sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, in specie hominis videbatur. Unde et propheta ait : « Et homo est et quis cognoscit eum ? » homo secundum carnem, sed ultra hominem divina operatio. Denique cum leprosum tangeret, homo videbatur, sed ultra hominem cum mundaret. Et cum Lazarum mortuum fleret, mortuum quasi homo flebat, sed supra hominem erat cum mortuum vinctum jubebat pedibus exire. Homo videbatur cum penderet in cruce, sed supra hominem cum reseratis tumulis mortuos suscitaret. Sancti Augustini episcopi Hipponensis ecclesiæ ad Dardanum inter cætera : Noli itaque dubitare ibi nunc esse hominem Christum unde venturus est, memoriterque recole, et fideliter tene Christianam confessionem qua resurrexit a mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris, nec aliunde quam inde ad judicandos venturus est vivos et mortuos. Et sic venturus illa angelica voce testante quemadmodum est ire visus in cœlum, id est, in eadem forma carnis atque substantia cui profecto immortalitatem dedit, naturam *non abstulit. Item* ejusdem in epistola ad Volu*sianum inter cætera.* Nunc vero ita inter Deum et homines mediator apparuit et unitate personæ copulans utramque naturam, ut solita sublimaret insolitis, et insolita solitis temperaret. Item ejusdem in expositione Evangelii secundum Joannem inter cætera : Quid igitur, hæretice, cum Christus sit Deus et homo, loquitur ut homo et calumniaris Deo ? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare divinam. Et iterum infra : Agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua æqualis est Patri, humanam qua minor est Patre. Utrumque autem simul non duo, sed unus Christus, ne sit quaternitas non trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro, sic unus est Deus, Christus et homo, ac per hoc Christus est Deus anima rationalis et caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus ? Christus Jesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus ? Christus Jesus, sed in forma servi. Item ejusdem cujus supra : Quis non est derelictus in inferno ? Christus Jesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo jacuit in sepulcro ? Christus Jesus, sed in carne sola. Dicitur ergo in his singulis Christus. Verum hæc omnia non duo vel tres, sed unus est Christus. Ideo ergo dicit : « Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem (*Joan.* XIV, 28); » quoniam naturæ humanæ gratulandum est, eo quod sic assumpta est a Verbo unigenito ut immortalis constitueretur in cœlo, atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram Patris. Sancti Joannis Constantinopolitani episcopi et confessoris in homelia de cruce et latrone : Sed cur cum cruce veniat videamus, scilicet ut hi qui eum crucifixere suæ sentiant dementiæ cæcitatem, ideo impudentiæ eorum signum portatur. Ideo propheta ait : « Tunc lamentabuntur omnes tribus terræ (*Matth.* XXIV, 39), » videntes accusatorem, agnoscentes peccatum. Et quid mirum si crucem portans adveniet, quomodo et vulnera corporis ipsa demonstrant. Tunc enim (inquit) videbunt quem confixere. Et sicut post resurrectionem Thomæ voluit diffidentiam confutare, et illi clavorum loca monstravit, et lateris vulnera declaravit, et dixit : « Mitte manum tuam et vide quoniam spiritus carnem et ossa non habet sicut me vides habere (*Luc.* XXIV, 39). » Sic et tunc ostendens vulnera crucemque demonstrabit, ut ostendat illum se esse qui fuerat crucifixus. Item ejusdem in homelia de Ascensione Domini : Nam sicut duobus jurgio separatis unus in medio positus altercantium litem discordiamque dissolvit, ita et Christus nobis fecit. Deus nobis juste irascebatur, et nos contemnebamus iratum, et clementem Dominum declinabamus, et se medium Christus ingessit, et sociavit utramque naturam, et nobis quod imminebat supplicium ipse sustinuit. Item ejusdem in eadem homilia. Ut inter cætera : Christus igitur nostræ naturæ primitias obtulit Patri, et oblatum donum miratus est Pater. Quod tanta dignitas offerebatur.

et quod offerebatur nulla macula fœdebatur. Nam et suis manibus suscepit oblatum, et suæ sedis fecit esse participem, et, quod plus est, ad Patrem suæ dexteræ collocavit. Cognoscamus quis ille est qui audivit: Sede ad dexteram meam; quæ natura est, cui dixit: Esto meæ particeps sedis; illa natura quæ audivit : terra es et in terram ibis. Item ejusdem in eadem homelia inter cætera : Quo sermone utar; quo verbo dicam reperire non possum. Natura fragilis, natura contempta, et omnibus monstrata deterior omnia vicit, omnia superavit, omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli diu vota desiderata ceperunt, hodie archangeli, quod multo tempore cupiebant, inspicere valuerunt, naturam nostram in sede Dominica immortali fulgentem gloria præviderunt. Sancti Theophili episcopi Alexandrini de epistola paschali, quam per Ægyptum destinavit : Cujus rei testis est ille qui loquitur. « Omnes declinavere, simul inutiles facti sunt (*Psal.* XIII, 3). » Et prophetæ Christi auxilium deprecantes : « Domine, inclina cœlos tuos et descende (*Psal.* XVII, 10). » Non ut mutaret loca in quo omnia sunt, sed ut propter salutem nostram carnem humanæ fragilitatis assumeret. Paulo apostolo eadem concinente : « Cum esset dives, pro nobis pauper factus est (*II Cor.* VIII, 9), » ut nos illius paupertate ditaremur, venitque in terras, et de virginali utero, quem sanctificavit, egressus homo, interpretationem nominis sui Emmanuel, id est, nobiscum Deus, dispensatione confirmans, mirum in modum cœpit esse quod nos sumus, et non desiit esse quod erat. Sic assumens naturam nostram, ut quod erat ipse non perderet. Quamquam enim Joannes scribat, Verbum caro factum est, id est aliis verbis Deus homo factus est, Verbum tamen non est versum in carnem, quia nunquam Deus esse cessavit. Ad quem et Spiritus sanctus loquitur : « Tu autem idem ipse es (*Hebr.* I, 12) : » Et Pater de cœlo contestatur, et dicit, « Tu es Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui (*Matth.* III, 17). » Ut et homo factus nostra confessione permanere dicat, quod fuit priusquam homo fieret, Paulo nobiscum eadem prædicante : « Jesus Christus heri et hodie idem ipse et in æternum (*Hebr.* XIII, 8). » In eo enim quod ait ipse, ostendit eum pristinam non mutasse naturam, nec divinitatis suæ imminuisse divitias, quia propter nos pauper effectus plenam similitudinem nostræ conditionis assumpserat. Item ejusdem in alia epistola paschali contra Origenem inter cætera : « Unus Filius Patris nostri mediator, nec qualitatem ejus amisit, nec a nostro consortio separatus est. Invisibilis Deus et visibilis homo, forma servi absconditus et Dominus gloriæ confessione credentium comprobatus. Neque enim privavit eum Pater naturæ suæ nomine postquam pro nobis homo et pauper effectus est, nec in Jordane fluvio baptizatum altero appellavit vocabulo, sed Filium unigenitum : « Tu es Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui (*Matth.* 3, 17). » Nec similitudo nostra in divinitatis est mutata natura, nec divinitas in nostræ naturæ versa est similitudinem. » Sancti Gregorii episcopi Nazianzeni in homilia de Epiphania inter cætera : Cum ergo processisset ex Virgine Deus in ea quam assumpserat, humana natura, unum e duobus sibi invicem contrariis existens carne et spiritu, aliud in Deum assumitur, aliud deitatis gratiam præstat. Item infra : Missus est quidem sed ut homo, duplex enim erat in eo natura. Inde denique et laboravit ex itinere, idem et esuriit, et sitivit, et contristatus est, et flevit humani corporis lege. Sancti Basilii episcopi Cappadocis : Cum ergo quædam in Christo ita videmus humana, ut nihil a communi mortalium fragilitate distare videantur, quædam ita divina quæ nulli alii nisi illi ineffabili naturæ conveniant deitatis, hæret humani intellectus angustia, et tantæ admirationis stupore perculsa quo declinet, quid teneat, quo se vertat, ignorat. Si hominem putet, devicto mortis regno cum spoliis redeuntem a mortuis cernit. Propter quod cum omni metu et reverentia contemplandum est, ut in uno eodemque ita utriusque naturæ veritas demonstretur, ut neque aliquid indignum et indecens de divina illa et ineffabili substantia sentiatur, neque rursum quæ gesta sunt falsis illusa imaginibus æstimentur. Sancti Cyrilli episcopi Alexandrini : Homo nominatus est cum sit natura Deus Dei Patris Verbum, quoniam similiter **211** ut nos sanguini communicavit et carui : si enim in terris apparuit non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfectam. Item ejusdem in libro qui dicitur Colia : Unus igitur est et ante incarnationem Deus verus, et qui in divinitate mansit in qua erat, est, et erit. Non discernendum igitur unum Dominum Jesum Christum in hominem seorsum, et seorsum in Deum, sed unum eumdemque Jesum Christum esse dicimus : non ignorantes differentias naturarum, sed eas inconfusas inter se servantes. Item cujus supra : Diciturque nam tanquam aliud in alio habitare, id est, divina natura in humanitate non perpessa commistione ut esset quod non erat. Quidquid enim in alio habitare dicitur non ipsum sit tale quale est id in quo habitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At vero in Verbi persona, et humanitatis nobis solam differentiam designat diversitas naturarum. Unus enim ex utroque intelligitur Christus. Ergo in confusione, ut ante dixi, servata inhabitasse ait Verbum in nobis. Scit enim unum esse filium unigenitum carnem factum et hominem. Item cujus supra ad Nestorium.

Ait igitur sancta et magna synodus ipsum qui est ex Deo Patre natus naturaliter Filium unigenitum Deum verum de Deo vero, lumen de lumine. Per quem et cum quo omnia fecerit Pater hunc descendisse, incarnatum esse, et hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, et ascendisse rursus ad cœlos. Hæc nos sequi verba debemus, his nos convenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse et hominem factum Dei Verbum.

Non enim dicimus quod Dei natura conversa vel immutata facta sit caro, nec quod in totum hominem qui est ex anima et corpore transformata sit, sed illud magis quod carnem animatam anima rationali sibi copulaverit Verbum, et substantialiter, ineffabiliter et irreprehensibiliter factus sit homo, et nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola personæ, sed quod diversæ quidem naturæ, in unum convenerint, unus tamen ex ambabus Christus et filius, non evacuata aut sublata diversitate naturarum per conjunctionem, sed quia simul in nobis effecerunt unum Dominum et Christum et filium, id est divinitas et humanitas per arcanam illam ineffabilemque copulationis adunationem. Itaque is qui ante sæcula omnia est natus ex Patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus. Non quia divina ipsius natura de sacra Virgine sumpsit exordium, nec quod propter seipsam opus habuit secundo nasci post illam nativitatem quam habebat ex Patre. Est enim ineptum et stultum hoc dicere, quod is qui ante omnia sæcula est consempiternus Patri secundæ generationis eguerit ut esse inciperet. Sed quia propter nos et nostram salutem naturam Filii copulavit humanam et processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neque enim prius natus est homo communis de sancta Virgine, et tunc demum habitavit in eo Verbum, sed in ipsa vulva uteroque virginali secum carnem conjunxit et sustinuit cognationem carnalem, carnis suæ nativitatem suam faciens. Sic illum dicimus et passum esse et resurrexisse, non quia Deus Verbum in sua natura passus sit, aut clavorum transfixiones, aut alia vulnera; Deus namque incorporalis extra passionem est, sed quia corpus illud quod ipsius proprium factum est, passum est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore quod patiebatur Deus qui pati non poterat. Simili modo et mortem ipsius intelligimus. Immortale enim et incorruptibile est naturaliter et vita et vivificans Dei Verbum. Sed quia corpus ipsius proprium gratia Dei juxta Pauli vocem « pro omnibus mortem gustavit (*Hebr.* II, 9), » idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis, non quod in se mortem esset expertus quantum ad ipsius naturam pertinet. Insania est enim hoc vel sentire vel dicere. Sed quod (ut supra diximus) caro ipsius mortem gustavit. Ita et resurgente carnis ipsius rursus resurrectionem diximus, non quia in corruptionem ciderit quod absit, sed quia ejus surrexit corpus. Ita Christum et Dominum unum confitemur, non tanquam hominem cum Verbo coadorantes, ne divisionis quamdam species inducatur, sed unum jam et eumdem adorantes, quia non est alienum a Verbo corpus suum, cum quo ipsi etiam assidet Patri. Nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis assidentibus, sed uno cum carne pro unitatem. Qui si talem copulationem factam per substantiam, aut *quasi passibilem*, aut quasi parum decoram nolueri-

A mus accipere, in id incidimus ut duos filios esse dicamus. Necesse est enim discernere et dicere hominem separatim fuisse sola Filii persona honoratum, et rursum Verbum quod est ex Deo et nomine et veritate Filium Dei, sed discernere in duos filios non debemus unum Dominum Jesum Christum. Neque enim id adjuvat rectam fidei rationem, licet nonnulli nescio quam perhibeant divisionem personarum. Non dixit enim Scriptura Verbum Dei personam hominis sibi assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere Dei Verbum similiter ad nos participationem habuisse carnis et sanguinis, et corpus nostrum proprie suum fecisse, et hominem ex muliere processisse, non abjecta nec deposita deitate aut generatione illa quam habebat ex

B Patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis Dominum quod erat. Hoc ubique rectæ fidei ratio protestatur, in tali sensu sanctos Patres fuisse comperimus. Ideo illi non dubitavere sanctam Virginem dicere theotocon, non quod Verbi natura deitasque in sancta Virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpos animatum, anima rationali, cui substantialiter adunatum Dei Verbum carnaliter natum esse dicitur.

LIV. — *Epistola decretalis Leonis papæ ad Anastasium episcopum Thessalonicensem.*

Quanta fraternitati tuæ a beatissimo patre apostolo sint commissa, et qualia etiam nostro tibi favore sint credita, si vera ratione perspiceres, et justo examine ponderares, multum possemus de

C injuncta tibi sollicitudinis devotione gaudere. Quoniam sicut præcessores mei præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ priorum secutus exemplum, vices mei moderaminis delegavi, ut curam quam universis ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis, adjuvares, et longinquis ab apostolica sede provinciis præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes; quia de continenti oportunoque profectu, promptum tibi esset agnoscere quid vel in quibus rebus vel studio componeres vel nostro judicio reservares. Nam cum majora negotia et difficiliores causarum exitus liberum tibi esset sub nostræ sententiæ exspectatione suspendere, nec ratio nec necessi-

D tas fuit in id quod mensuram tuam excederet deviandi. Abundant enim apud te monimentorum scripta nostrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter instruximus, ut commendatas tibi ecclesias per exhortationem charitatis ad salubritatem obedientia provocares. Quia etsi plerumque existunt inter negligentes vel desides fratres, quæ oporteat majore austeritate curari, sic tamen est adhibenda correctio, ut semper sit salva dilectio. Unde et beatus apostolus Paulus ad ecclesiasticum regimen Timotheum imbuens dicit : « Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, juvenculas ut sorores in omni castitate (*I Tim.* v, 1, 2). » Quæ moderatio si quibuscunque inferioribus membris ex

apostolica institutione debetur, quanto magis fratribus et coepiscopis sine offensione reddenda est? Ut licet nonnunquam accidant, quæ in sacerdotalibus sint reprehendenda personis, plus tamen erga corrigenda se agat benevolentia quam severitas, plus cohortatio quam commotio, plus charitas quam potestas. Sed hi, qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi, facile ab hac lege discernuntur; et dum donari magis quam consulere subditis quærunt, placet honor, inflat superbia, et, quod provisum est ad concordiam tendit ad noxam. Quod ut necesse habeamus ita dicere non de parvo animi dolore procedit. Meipsum enim quodammodo in culpa sentio, cum te a traditis tibi regulis in modico deviasse cognosco. Qui si tuæ æstimationis parum diligens eras, meæ saltem famæ parcere debuisti : ne quæ tuo tantum facta sunt animo nostro viderentur gesta judicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, omniaque ad tuos missa majores apostolicæ Sedis præsules scripta decurrat, et vel a me vel a præcessoribus meis inveniat ordinatum quod a te cognovi esse præsumptum. Venit namque ad nos cum episcopis provinciæ suæ frater noster Atticus veteris Ephiri metropolitanus antistes, et de indignissima astrictione quam pertulit lacrymabili actione conquestus est coram astantibus diaconibus tuis, qui querelis flebilibus nihil contra referendo ea quæ nobis ingerebantur fide non carere monstrabant. Legebatur quoque in litteris tuis, quas idem diaconi detulere, quod frater Atticus Thessalonicam venisset, quodque consensum suum etiam scripturæ professione signasset, ut de illo non aliud a nobis intelligi posset quam proprii arbitrii et spontaneæ devotionis fuissse quod venerat, quoque chartulam de obedientiæ sponsione conscripserat. In cujus tamen chartulæ mentione signum prodebatur injuriæ. Non enim necessarium fuerat ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso jam voluntarii adventus probabat officio. Unde deplorationibus supradictis, hæc verba epistolæ tuæ testimonium prætulere. Et per hoc quod non est tacitum nudatum est illud quod silentio fuerat adopertum, adhibitam scilicet Illyrici præfecturam sublimissimam inter mundanos apices potestantem in exhibitionem insontis antistitis incitatam, ut missa exsecutione terribili quæ omnia sibi officia publica ad effectum præceptionis adjungeret, a sacris ecclesiæ additis nullo vel falso insimulatus crimine extraheretur sacerdos, cui non ob molestiam ægritudinis obstantis hiemis darentur induciæ, sed iter aspidum et periculis plenum per invias cautes agere cogeret. Quid tanti laboris tantique discriminis fuit, ut ex his qui episcopum comitati sunt quidam defecisse dicantur. Multum stupeo, frater charissime, sed et plurimum doleo, quod in eum de quo nihil amplius indicaveras quam quod evocatus adesse differret, et excusationem infirmitatis ostenderet, tam atrociter et tam vehementer potueris commoveri, præsertim cum etsi tale aliquid mereretur, exspectandum tibi fuerat quid ad tua consulta rescriberet. Sed, ut video, bene de moribus meis æstimasti, et quam civilia pro conservanda sacerdotali concordia responsurus essem, verissime prævidisti, et ideo motus tuos exsequi sine dilatione properasti, ne cum moderationis nostræ aliud disponentis scripta sumpsisses, faciendi id quod factum est licentiam non haberes. An forte aliquod tibi facimus fratris innotuerat, et metropolitanum episcopum novi apud te criminis pondus urgebat? Quod quidem alienum ab illo etiam tu nihil ei objiciendo confirmas. Sed etiamsi quid intolerandum gessisset, nostra erat exspectanda censura, ut nihil prius ipse decerneres quam quid nobis placeret agnosceres. Vices enim nostras ita tuæ credidimus charitati ut in partem sis vocatus sollicitudinis, non plenitudinem potestatis. Unde sicut multum nos ea quæ a te pie sunt curata lætificat, ita nimium ea quæ perperam sunt gesta contristant. Et necesse est post multarum experimenta causarum sollicitius prospici et diligentius præcaveri, quatenus per spiritum charitatis et pacis omnis materia scandalorum de ecclesiis Domini (quas tibi commendavimus) auferatur, præeminente quidem in illis provinciis episcopatus tui fastigio, sed amputato totius usurpationis excessu. Igitur secundum sanctorum Patrum canones spiritum Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos, metropolitanos singularum provinciarum episcopos, quibus ex delegatione **212** nostra fraternitatis cura prætenditur, jus traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut a regulis præstitutis nulla aut negligentia, aut præsnmptione discedant.

In civitatibus, quarum rectores obierint, de substituendis episcopis hæc forma servetur, ut qui ordinandus est, etiam si bonæ vitæ habeat testimonium, non laicus, non neophytus, nec secundæ conjugis maritus, aut qui unam quidem habeat, vel habuerit, sed quam sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens est electio ut hæc quæ in aliis Ecclesiæ membris non vocantur in culpam, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi liberorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconibus carnale connubium conceditur, ut qui habent sint tanquam non habentes, et qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus a capite est, dignum est custodiri, quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio servandum est, ne aut Levitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus æstimetur, qui se a voluptate uxoria necdum frenasse detegitur.

Cuu ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleris plebisque consensus concorditer postulaverit. Ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, metropolitani judicio, is alteri præferatur, qui majoribus et studiis juvatur, et meritis. Tantum ut nullus invitis et non petentibus ordinetur, ne civitas

episcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, ut fiat minus religiosa quam convenit, cui non licuerit habere quem voluit. De persona autem consecrandi episcopi, et de cleri plebisque consensu metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam referat, quidque in provincia bene placuit, scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas. Quæ rectis dispositionibus nihil moræ, aut difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum.

Metropolitano vero defuncto, cum in loco ejus alius fuerit subrogandus, provinciales episcopi ad civitatem metropolitanam convenire debebunt, ut omnium clericorum atque omnium civium voluntate discussa, et presbyteris ejusdem ecclesiæ, vel ex diaconibus optimus eligatur, de cujus nomine ad tuam notitiam provinciales referant sacerdotes, impleturi vota poscentium, si quod ipsis placuit, tibi quoque placuisse cognoverint. Sicut enim justas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante præsumi.

De conciliis autem episcopalibus non aliud judicamus quam sancti Patres salubriter ordinarunt, ut scilicet bini conventus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis quæ inter diversos Ecclesiæ ordines nasci assolent, judicetur. Et si forte inter ipsos qui præsunt de majoribus (quod absit) peccatis causa nascatur, quæ provinciali nequeat examine diffiniri, fraternitatem tuam de totius negotii qualitate metropolitanus curabit instruere, et si coram positis partibus, nec tuo fuerit res sopita judicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est, transferatur.

Si episcopus, mediocritate civitatis suæ despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, et ad majorem se plebem quacunque occasione transtulerit, a cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit et propria, ut nec illis præsideat quos per avaritiam concupivit, nec illis quos per superbiam sprevit; suis igitur terminis contentus sit quisque nec supra mensuram juris sui affectet augeri.

Alienum clericum invito episcopo ipsius nemo suspiciat, et nemo sollicitet, nisi forte ex placito charitatis id inter dantem accipientemque convenerit. Nam gravis injuriæ reus est qui de fratris ecclesia id quod est utilius aut pretiosius audet vel allicere, vel tenere. Itaque si intra provinciam res agatur, transfugam clericum ad suam ecclesiam metropolitanus redire compellat. Si autem longius processit, tui præcepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati nec ambitioni occasio relinquatur.

In evocandis autem ad te episcopis, moderatissimum te esse volumus, ne per majoris diligentiæ speciem, fraternis videaris gloriari injuriis. Unde si causa aliqua major exstiterit, ob quam necessarium sit fraternum advocare conventum, binos de singulis provinciis episcopos, quos metropolitani credide*rint esse mittendos* ad fraternitatem tuam venire *sufficiat. Ita ut in* præstituto tempore non ultra quindecim dies qui convenerint, retardentur. Si autem in eo quod cum fratribus tractandum definiendumque credideris diversa eorum fuerit a tua voluntate sententia, ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur, ut, remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat decernatur. Ad hunc enim finem omnem effectum nostrum curamque dirigimus, ut quod ad unitatem concordiæ, et quod ad custodiam pertinet disciplinæ, nulla dissensione violetur, nulla desidia negligatur. Et te igitur, frater charissime, et eos fratres nostros qui de tuis offenduntur excessibus, cum tamen non similis sit omnium materia querelarum, hortor et moneo, ut quæ pie sunt ordinata, salubriterque disposita, nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum esse quærat, sed quod alterius, sicut Apostolus ait : « Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bono ad ædificationem (*Rom.* xv, 2). » Nec enim poterit veritatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum charitatis astrinxerit; quia sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Hæc connexio totius quidem corporis unanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam sacerdotum. Quibus cum dignitas sit communis, non est tamen ordo generalis; quoniam et inter beatissimos apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis; et cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut cæteris præemineret, de qua forma episcoporum quoque est orta distinctio, et magua dispositione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia; et rursus quidam in majoribus urbibus constituti, sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem universalis ecclesiæ cura conflueret, et nihil unquam a suo capite dissideret. Qui ergo quibusdam scit se esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat, et sicut non vult gravis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis et mitis magistri dicentis : « Discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris, jugum enim meum suave est, et onus meum leve est (*Matth.* xi, 29, 30). » Quod quomodo experiemur, nisi et illud in observantiam veniat, quod idem Dominus ait : « Qui major est vestrum, erit minister vester (*Matth.* xxiii, 11), » « qui autem se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur (*Luc.* xiv, 11). »

LV. — *Ad Septimum episcopum Altinum.*

Leo Septimo episcopo Altino.

Lectis tuæ fraternitatis litteris vigorem fidei tuæ quam olim noveramus, agnovimus, congratulantes tibi quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilanter exsequeris, ne lupi, qui sub specie

ovium subintrant, bestiarum sævitia simplices quosque dilacerent, non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea quæ sunt sana corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, ad metropolitanum episcopum provinciæ Venetiæ scripta direximus quibus ad status sui periculum cognosceret pertinere, si quisquam de Pelagianorum et Cœlestianorum consortio veniens in communione catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim est, et spiritualis medicinæ utilitate plenissimum, ut sive presbyteri, sive diaconi, sive alii cujuslibet ordinis clerici qui se correctos videri volunt, errorem suum et ipsos erroris auctores damnari a se sine ambiguitate fateantur, ut sensibus pravis et dudum peremptis nulla sperandi supersit occasio, ne ullum membrum Ecclesiæ talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cœperit obviare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, ne ab his ecclesiis ad quas proprie pertinent sinantur abscedere, et pro suo arbitrio ad loca sibi non deputata transire. Quod cum recte non permittitur inculpatis, multo minus debet licere suspectis. Proinde dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris, et cum supradicto metropolitano det operam ut circumspecte velociter impleantur ea quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem et laudabiliter sunt gesta et salubriter ordinata.

LVI. — *Item ejusdem ad eumdem.*

Relatione fratris et coepiscopi nostri Septimi, quæ in subditis habetur, agnovimus quosdam presbyteros, diacones, ac diversi ordinis clericos, quos Pelagiana, vel Cœlestiana hæresis habuerit implicatos, ita in vestram provinciam ad communionem catholicam pervenisse, ut nulla ab eis damnatio proprii exigeretur erroris, ut pastoralibus excubiis, nimium dormitantibus, lupus ovium pellibus tectus in ovile Dominicum, non depositis bestialibus animis, introiret. Et per auctoritatem canonum decretorumque nostrorum, ne insontibus quidem conceditur, usurparet, ut relictis ecclesiis in quibus clericatum aut acceperant, aut receperant, instabilitate sua per diversa circumferantur, amantes semper errare, et nunquam in fundamento apostolico permanere. Quoniam quod nullo discussi examine, nullo sunt præjudicio suæ professionis obstricti, hunc maxime fructum expetunt, ut sub velamento communionis plures domos adeant, et per falsi nominis scientiam, multorum corda corrumpant. Quodque utique efficere non possent, si ecclesiarum præsules necessariam diligentiam in talium receptione servarent, nec cuiquam eorum evagari licuisset. Ne ergo ulterius audeatur, neve per quorumdam negligentiam introducta pernicies ad eversionem multarum tendat animarum, hac nostri auctoritate præcepti industriæ tuæ fraternitatis indicimus, ut congregata apud vos synodo provincialium sacerdotum, omnes sive presbyteri, sive diaconi, sive cujusque ordinis clerici, qui de Pelagianorum Cœlestianorumque consortio in communionem catholicam ea imprudentia sunt præcepti ut non prius ad damnationem coarctarentur erroris, nunc saltem posteaquam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem, quæ et ipsis prodesse et nullis possit nocere, cogantur; damnent apertis professionibus sui superbi erroris auctores, et quidquid in doctrina eorum universalis Ecclesia exhorruit, detestentur, omniaque decreta synodalia quæ ad excisionem hæreseos apostolicæ Sedis confirmavit auctoritas amplecti se, et in omnibus approbare plenis et apertis ac propria manu subscriptis protestationibus eloquantur. Nihil in verbis eorum obscurum, nihil inveniatur ambiguum. Quoniam novimus hanc istorum esse versutiam, ut in quacunque particula dogmatis exsecrandi, qua se a damnatorum societate discreverint, nihil sibi sensuum suorum æstiment esse non salvum. Cumque omnes diffinitiones suas ad tantam facilitatem improbare se simulent, atque deponere, hoc sibi tota arte fallendi, nisi intelligatur, excipiunt, ut gratia Dei secundum merita dari accipientium sentiatur. Quæ nisi gratis datur, non est gratia, sed merces retributioque meritorum, dicente beato Apostolo : « Gratia salvi facti estis per fidem, hoc non ex vobis, sed Dei donum est. Non ex operibus ne forte quis extollatur, ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Jesu in operibus quæ præparavit Deus, ut in illo ambulemus (*Ephes.* II, 8-10). » Omnis itaque bonorum operum devotio divina præparatio est, nec propria quisquam justificatur virtute, quoniam gratia unicuique principium justitiæ et bonorum fons atque origo meritorum est. Sed ab istis ideo per naturalem industriam dicitur præveniri, ut quæ ante gratiam proprio clara sit studio, nullo videatur peccati originalis vulnere sauciata. Ideo etiam parvulos dicunt, si sine baptismo hinc de sæculo **213** exierint, non posse damnari, neque reos in peccato Adæ teneri, sed ad regnum Dei vel ad vitam æternam sine ulla cunctatione venire, cum Apostolus dicat : « Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit (*Rom.* v, 12); » propter quod et ipsi parvuli baptizantur. Quamvis in illo uno possint intelligi plura peccata, si unum ipsum in sua quasi membra singula dividatur.

Nam et superbia est illic, quia in sua homo potius esse quam in Dei potestate dilexit; et sacrilegium, quia Deo non credidit; et homicidium, quia se præcipitavit in mortem; et fornicatio spiritualis, quia integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est; et furtum, quia prohibitus usurpatus est cibus; et avaritia, quia plus quam sufficere illi debuit appetivit, et si quod aliud in hoc uno admisso diligenti consideratione poterit inveniri. Parentum quoque peccatis parvulos obligari non solum primorum hominum, sed etiam suorum de quibus ipsi nati sunt, non improbabiliter dicitur. Illa quippe sententia

reddam peccata primum in filios, tenet eos utique antequam per generationem ad Testamentum Novum incipiant pertinere, quod Testamentum prophetabatur, cum diceretur per Ezechielem, non accepturos filios peccata parentum suorum, nec ulterius futuram in Israel parabolam illam : « Patres manducaverunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt (*Jer.* XXXI, 29). » Ideo enim quousque renascitur, ut solvatur in eo quidquid peccati est cum quo nascitur. Nam peccata quæ male agendo postea committuntur, possunt et pœnitendo sanari, sicut etiam post baptismum fieri videmus. Ac per hoc non est instituta regeneratio, nisi quia vitiosa est generatio, usque adeo ut etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat : « In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis mater me in utero aluit (*Psal.* L, 6). » Neque hic dixit iniquitate, vel in peccato, cum hoc recte dici posset, sed iniquitates et peccata dicere maluit, quia et in illo uno quod in omnes homines pertransivit, atque tam magnum est ut eo mutaretur, et converteretur in necessitatem mortis humana natura, sicut supra disserui, reperiuntur plura peccata et alia parentum, quæ non possunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gratia et misericordia divina subveniant. A parvulo enim recens nato, usque ad decrepitum senem, quamlibet corporis ætatem gerant, sicut nullus prohibendus est a baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo. Sed parvuli originali, majores autem etiam his omnibus moriuntur peccatis quæcunque male vivendo addidere ad illud quod nascendo traxere. Cavendum ergo dilectioni tuæ est magnaque diligentia providendum, ne per hujusmodi homines exstincta dudum scandala suscitentur, et de exciso olim dogmate aliquid in provincia ejusdem mali germen oriatur, quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam sanctæ Ecclesiæ sobolem veneno sui odoris inficiat. Qui correctos se videri volunt ab omni suspicione se purgent, et obediendo nobis præbent se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus præceptis satisfacere detrectarit, sive ille clericus, sive sit laicus, ab Ecclesiæ societate pellatur, ne perditor animæ suæ saluti insidietur alienæ. Illam quoque partem ecclesiasticæ disciplinæ qua olim a sanctis Patribus et a nobis sæpe decretum est, ut nec in presbyteratus gradu nec in diaconatus ordine, nec in subsequenti officio clericorum ab Ecclesia cuiquam transire sit liberum, ut in integrum revoces, admonemus. Et unusquisque non ambitione illectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum depravatus, ibi ubi ordinatus est perseveret. Ita ut si quis sua quærens, non quæ Jesu Christi, ad ecclesiam suam redire neglexerit, et ab honoris privilegio, et a communionis vinculo habeatur extraneus. Non autem dubitet dilectio tua nos si (ut non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum, et pro fidei integ*ritate decernimus*, vehementius commovendos, quia *inferiorum ordinum* culpæ ad nullos magis referendæ *sunt, quam ad desides* negligentesque rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

LVII. — *Ad universos episcopos per Campaniam.*

Leo universis episcopis per Campaniam, Samnium Picenium.

Magna indignatione commoveor, et multo dolore contristor, quod quosdam ex vobis comperi esse apostolicæ traditionis oblitos, et studio sui erroris intentos, ut præter Paschæ festum, cui sola Pentecostes solemnitas comparatur, audeant sibimet non aliqua humanæ infirmitatis necessitate cogente, sed sola indisciplinati arbitrii libertate, jus baptismatis vindicare, et in natalibus martyrum quorum finis aliter honorandus est quam dies Dominicæ passionis, regenerationis celebrare mysteria, ac sine ullis spiritualium eruditionibus præparationum, ita rudibus et imperitis tradere sacramentum, ut circa renovandos nihil doctrina ecclesiastica, nihil exorcismis impositio manuum, nihil ipsa jejunia quibus vetus homo destruitur, operentur; neque in tanto mysterio salutis humanæ nulla ejus diei habeatur exceptio, quo ipsum donum est conditum renascentibus. Admonemus igitur, et non sine periculo status eorum qui hæc faciunt protestamur, ut ab hac præsumptione cessetur, et summam hanc potentissimamque Dei gratiam non nisi in Paschali et Pentecostes die desiderantibus et credentibus conferatis, manente quolibet tempore gravium necessitatum ac periculorum consideratione secundum quam oporteat subveniri, ne conditione mortali coarctata infirmitas necessaria liberatione fraudetur, cum servata (sicut perlocuti sumus) duarum tantummodo festivitatum reverentia, propter multa pericula sit cavendum, ne cuiquam aut indesperata ægritudine, aut in hostilitatis incursu, aut in timore naufragii per sacerdotes Domini regeneratio denegetur. Si quis vero post interdictum in eadem fuerit usurpatione detectus, dignam pertinaciæ suæ incidet ultionem; quoniam ostendit se turpe potius lucrum quam religionis cultum esse sectatum. Illam etiam contra apostolicam regulam præsumptionem, quam nuper agnovi a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo submoveri. De pœnitentia videlicet quæ a fidelibus postulatur, ne de singulorum genere libellis scripta professio publice recitetur, cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicare confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen quia non omnium hujusmodi sunt peccata ut ea pœnitentiam poscunt non timeant publicare, removeatur improbabiliter consuetudo, ne multi a pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta reserare, quibus possunt legum constitutiones percelli. Sufficit enim illa confessio quæ primum Deo offertur, tunc etiam sacerdoti pro delictis pœnitentium peccator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

LVIII. — *Ad episcopos per Campaniam, etc., constitutos.*

Ut nullus episcopus servum alterius ad officium catus promoveat.

Ut quicunque ad sacerdotium vel viduarum ti, vel habentes numerosa conjugia promoti int, ab ecclesiasticis officiis arceantur.

Quod usuras non solum clerici exigere non de- t sed nec laici.

Ut clericus nec suo nec alieno nomine fenus ceat.

Ut si quis sacerdotum contra interdicta fecerit submoveatur officio.

episcopus urbis Romæ universis episcopis per paniam, et Picænum, vel Tusciam, et per uni- s provincias constitutis in Domino salutem. P. I. Ut nobis gratulationem facit ecclesiarum sta- alubri dispositione compositus, ita non levi nos ore contristat, quoties aliqua contra statuta ca- m ecclesiasticamque disciplinam præsumpta vel missa cognoscimus, quæ si non qua debemus vi- tiam recensemus illi qui nos speculatores esse t excusare non possumus, permittentes sincerum us Ecclesiæ quod ab omni purum macula custo- debemus ambientium improba contagione fœ- , cum ipsa sibi membrorum per dissimilationem pago non congruat. Admittuntur passim ad or- m sacrum quibus nulla natalium, nulla morum itas suffragatur, et qui a dominis suis libertatem equi minime potuerunt ad fastigium sacerdotii, uam servilitas honorem capiat provehuntur, et ari Deo se posse creditur, qui Domino suo nec- probare se potuit. Duplex itaque in hac per te s est, quod et sacrum mysterium talis consortii te polluitur, et dominorum quantum ad illicitæ pationis temeritatem pertinet jura solvuntur. Ab taque, fratres charissimi, omnes vestræ provin- abstineant sacerdotes, et non tantum ab his, sed lis etiam qui ab originali aut alicui conditioni ati sunt, volumus temperari, nisi forte eorum io, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eis icant potestatis. Debet enim esse immunis ab qui divinæ militiæ fuerit aggregandus, ut a ca- Dominicis quibus nomen ejus ascribitur nullis ssitatis vinculis abstrahatur.

Qualis vero cum unicuique constiterit natalium estas, et morum esse debeat sacri altaris myste- ociandus, et Apostolo nos docente, et divina ceptione didicimus, et canonum regulis, a quibus usque fratrum declinasse, et penitus deviasse re- mus. Nam constat ad sacerdotium pervenisse arum maritos, quosdam etiam quibus fuerint erosa conjugia, et cum omni licentia vitæ libe- is, ad sacrum ordinem passim patefactis obici- fuisse permissos, contra illam beati Apostoli vo- qua talibus exclamat, dicens : « Unius uxoris m, » contra illud antiquæ legis præceptum quo ur et cavetur : « Sacerdos virginem uxorem ac- t, non viduam, non repudiatam (*Lev.* XXI, 13, 14). » Hos ergo quicunque tales admissi sunt ab ecclesiasticis officiis, et a sacerdotali nomine, apostolicæ Sedis auctoritate jubemus arceri. Nec hoc enim sibi poterunt pro arbitrio vindicare, cujus capaces per hoc quod illis obstiterat, non fuerunt. Hujus discussionis curam nobis specialiter vindicantes, ut si qua forsitan de his commissa sunt, corrigantur, ne liceat ultra committi, et ne excusatio de ignoratione nascatur, quanquam ignorare nunquam licuerit sacerdotem quod canonum fuerit regulis definitum. Hæc ergo ad provincias vestras per Innocentium legitimum et Segetium fratres et coepiscopos nostros scripta direximus, ut quæ male pullulasse noscuntur, radicitus evellantur, et messem Dominicam zizania nulla corrumpant. Ita enim fructum uberem quæ sunt sincera præstabunt, si ea quæ natam segetem enecare consueverunt, diligentius amputentur.

III. Nec hoc quoque prætereundum duximus quosdam lucri turpis cupiditate captos usurariam exercere pecuniam, et fenore velle ditescere. Quod nos non dicam in eos qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus, quod vindicari acrius in eos qui fuerint comprobati decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

IV. Illud etiam diximus præmonendum, ut sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercendum fenus attentet. Indecens enim est crimen suum commodis alienis impendere. Fenus autem hoc solum aspicere, et exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus, **214** a Domino qui multipliciter, et in perpetuum mensura retribuet, recipere valeamus.

V. Hoc itaque admonitio nostra denuntiat, quod si quis fratrum contra hæc constituta venerit, vel venire tentaverit, et prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio submovendum, nec communionis nostræ futurum esse consortem qui socius esse noluit disciplinæ. Ne quid vero sit quod prætermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam beatæ recordationis Innocentii quam omnium decessorum nostrorum quæ de ecclesiasticis ordinationibus canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus, ut si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Data sexto Idus Octobris, Maximo vero et Paterio viris clarissimis consulibus.

LIX. — *Ad Nicetam episcopum Aquileiensem.*

LEO NICETÆ episcopo Aquileiensi.

Regressus ad nos filius meus Adeodatus diaconus sedis nostræ dilectionem tuam poposcisse memoravit, ut de his a nobis auctoritatem apostolicæ Sedis acciperes, quæ quidem magnam difficultatem dijudicatonis videntur afferre, sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera quæ hostilitatis adversitate illata sunt religionis maxime ratione sanentur. Cum ergo per bellicam cladem, et per gravissimos hostilitatis incursus, ita quædam dicatis divisa esse conjugia ut abdu-

ctis in captivitatem viris feminæ eorum remanserint, destitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putarint, aut nunquam a dominatione crediderint liberandos, et ad aliorum conjugium sollicitudine cogente transierint, cumque nunc statu rerum auxiliante Domino in meliora converso, nonnulli eorum qui putabantur periisse remeaverint, merito charitas tua videtur ambigere quid de mulieribus quæ aliis junctæ sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, quod a Deo jungitur mulier viro, et iterum præceptum agnovimus, ut « quod Deus junxit, homo non separet (*Matth.* XIX, 6), » necesse est ut legitimarum fœdera nuptiarum reintegranda credamus, et remotis malis quæ hostilitas intulit, unicuique hoc quod legitime habuit, reformetur. Omnique studio procurandum est ut recipiat unusquisque quod proprium est. Nec tamen culpabilis judicetur, et tanquam alieni juris pervasor, qui personam ejus mariti qui jam non esse æstimabatur, assumpsit. Sic enim multa quæ ad eos qui in captivitatem ducti sunt, pertinebant, in jus alienum transire potuerunt, et tamen plenum justitiæ est, ut iisdem reversis propria reformentur. Quod si in mancipiis vel in agris, aut etiam in domibus ac possessionibus rite servatur, quanto magis in conjugiorum reintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est pacis remedio reformetur? Et ideo si qui post longam captivitatem reversi, ita in dilectione suarum conjugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est et inculpabile judicandum quod necessitas intulit, et restituendum quod fides poscit. Si autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ ut malint his cohærere, quam in legitimum redire consortium, merito sunt notandæ, ita ut etiam ecclesiastica communione priventur, quia inexcusabiliter contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse quod justa remissio potuit expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria reintegratione conjugia, neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit, quia sicut hæ mulieres quæ reverti ad viros suos nolunt impiæ habendæ sunt, ita illæ quæ in affectum initum ex Deo redeunt merito sunt laudandæ judicio. De his autem Christianis qui inter eos a quibus fuerant captivati immolatitiis cibis asseruntur polluti, consultationi charitatis tuæ hoc etiam respondendnm esse credimus ut pœnitentiæ satisfactione purgentur. Quæ non tam temporis longitudine quam cordis compunctione pensanda est, et sive hoc terror extorserit, sive fames suaserit, non dubitetur abolendum, cum hujusmodi cibus pro metu, aut indigentia non pro religionis veneratione sit sumptus. Iis vero de quibus dilectio tua similiter nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti sunt, vel errore traducti, et nunc se contra catholicæ fidei *sacramentum* egisse cognoscunt, ea custodienda est *ratio, qua in societatem* nostram non nisi per pœnitentiæ remedium, et per impositionem episcopalis manus, communionis recipiant unitatem, temporis pœnitudinis habita moderatione tuo constituente judicio, prout conversorum animos perspexeris esse devotos, pariter etiam habens senilis ætatis intuitum, et periculorum quorumque aut ægritudinis respiciens necessitates, in quibus si quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc pœnitet de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subveniri. Nam hi qui baptismum ab hæreticis acceperunt cum baptizati antea non fuissent, sola invocatione Spiritus sancti per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpsere. Et hanc regulam ut sciatis servandam omnibus ecclesiis prædicamus, ut lavacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente Apostolo: « Unus Dominus, una fides, unum baptisma (*Ephes.* IV, 5), » cujus ablutio nulla iteratione tentanda est, sed, ut diximus, sola sanctificatio sancti Spiritus invocanda est, ut quod ab hæreticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur. Hanc autem epistolam nostram quam ad consultationem tuæ fraternitatis emisimus, ad omnes fratres comprovinciales episcopos facies pervenire, ut omnium observantiæ data prosit auctoritas.

LX. — *Ad Julianum episcopum Aquileiensem.*

LEO episcopus JULIANO episcopo Aquileiensi.

Lectis fraternitatis tuæ litteris vigorem fidei tuæ quem olim noveramus, agnovimus, congratulantes, quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilanter exsequeris, ne lupi qui sub specie ovium subintrant bestiali sævitia simplices quosque dilacerent, et non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea quæ sunt sana corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, dilectionem tuam duximus commonendam, insinuantes ad animæ periculum pertinere, si quisquam de his qui a nobis in hæreticorum sectam delapsus, et se utcunque hæreticæ communionis contagione macularit, resipiscens in communione catholica sine promotione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim et spirituali medicinæ utilitate plenissimum est, ut sive presbyteri, sive diaconi, aut cujuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam jampridem amiserant, rursum reverti ambiunt, prius errores suos, et ipsos auctores errorum damnari a se sine ambiguitate fateantur, ut sensibus pravis etiam peremptis, nulla sperandi supersit occasio, ne ullum membrum talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cœperit obviare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio, si adempta sibi omnino spe promotionis, in quo inveniuntur ordine stabilitate perpetua maneant, si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non levem apud Deum noxam incurrit, qui de talibus ad sacros promovendos ordines judicarit. Quod si cum grandi examinatione

tio conceditur inculpatis, multo magis non licere suspectis. Proinde dilectio tua cujus ne gaudemus, jungat ad totius curam suam itionibus nostris, et det operam, ut circumatque velociter impleantur, quæ ad totius æ incolumitatem, et laudabiliter suggesta sunt briter ordinata. Non autem debiliter dilectio s, si, quod non arbitramur, neglecta fuerint, ro custodia canonum, et pro fidei integritate imus, vehementius commovendos, quia infea ordinum culpæ ad nullos magis referendæ quam ad desides, negligentesque rectores, altam sæpe nutriunt pestilentiam dum neces- dissimulant adhibere medicinam. Data pridie las Julii, Alipio et Ardaburæ consulibus.

LI. — *Ad Dorum Beneventanum episcopum.*

ctissimo fratri Doro, Leo episcopus.

cium quod de te sperabamus dolemus esse tum, quando ea te commisisse perspicimus mnem ecclesiasticæ sanctionis regulam culpaovitate fœdarent, cum plenissime noveris, a sollicitudine per omnes Domini ecclesias orum velimus canonum præcepta servare, et naxime curam ad sacerdotes universarum pleertinere, ut sanctarum constitutionum regulæ corrumpantur excessibus. Unde miramur te auctoritatum apostolicæ Sedis observantissiesse convenerat, tam negligenter, ac potius ater egisse, ut traditarum tibi legum non cud transgressor existeres. Libello etenim Pauli rteri tui qui in subditis habentur, cognovimus te novo ambitu, fœdoque colluvio presbyterii m fuisse turbatum ita ut unius, festina, et ima provectio quædam eorum dejectio facta sit, ætas commendabat, et nulla culpa minuebat. si ambietis intentio, aut imperita faventium id quod nunquam habuit consuetudo poscet incipiens emeritis, et novellus præferretur ius, tuæ fuerat industriæ atque doctrinæ, ut e petentium desideria rationabili auctoritate ere, ne quem in sacerdotali propere proveheonore ad injuriam eorum quibus sociebatur ret. Miror qui si fieret in illo non humilitatis , sed elationis vitium roboraretur. Neque enim bas dixisse Dominum, quod qui se humiliat, bitur, qui vero se exaltat, humiliabitur (*Luc.* XIV, mdemque dixisse vos autem quæritis de pusillo re, et de honore majores esse. Utrumque enim natum, utrumque præposterum est, et omnis m fructus aufertur, omnis meritorum mensura tur, si tantum quis has sequitur dignitates um adulationis obtinuit, ut cupiditas eminendi lum superbientem minuat, sed etiam convin. Si vero, ut asseritur, primi secundique rteri circa Epicarpium sibimet præponendum, uic assentatio fuit, ut illum cum sui dedecore ent honorari. Nec hoc quidem illis proprio se o dejicientibus tribui debuit, quod volebant, m miseræ voluntati te dignius fuerat obviare, quam cedere. Deformis autem et ignava subjectio bene sibi conscius, et non irritam facientibus gratiam Dei præjudicare non potuit, ut primatus suos quocunque commercio in alterutrum transferentes subsequentium suorum minuerent dignitatem, et quia ultimum sibi anteposuerant cæteris præminerent. Prædicti igitur presbyteri qui indignos se honoris sui ordine sunt professi licet privari etiam sacerdotio mererentur, tamen ut pro apostolicæ sedis pietate parcatur, ultimi inter omnes ecclesiæ presbyteros habeantur. Et ut judicii sui sententiam ferant, inferiores etiam illo erunt quem propria sententia sibimet prætulere, cæteris omnibus presbyteris in eo ordine permanentibus quem unicuique ordinationis suæ tempus ascripsit. **215** Nec quisquam præter prædictos duos imminutæ dignitatis patiatur injuriam, sed in eorum statum tantummodo hoc recurrat opprobrium quod novello et immature ornato inferiores fieri elegere, ut illam evangelicam sententiam ad se sentiant pertinere, qua dicitur : « Quo judicio judicaveritis judicabitur de vobis, et qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis (*Matth.* VII, 2). » Paulus vero presbyter ordinem suum de quo laudabili firmitate non cessit, obtineat. Nec ulterius aliquid in cujusquam præsumat injuriam, ita ut dilectio tua quam non immerito tota facti hujus pulsat invidia hoc saltem remedio curare se properet, ut sine dissimulatione hæc quæ decernimus tradantur effectui, ne si iterato ad nos imploratio justa confugerit, necesse sit severius commoveri cum his quæ male sunt facta correctis malimus reintegrare disciplinam quam augere vindictam. Exsecutionem vero præceptionum nostrarum fratri et coepiscopo nostro Julio commisisse nos noveris, ut omnia illi quemadmodum constituimus roborentur. Data Idus Martii, Posthumiano viro clarissimo consule.

LXII. — *Ad universos episcopos per Siciliam constitutos.*

Leo universis episcopis per Siciliam constitutis.

Divinis præceptis et apostolicis monitis incitamur, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, aut si quid usquam reprehensioni inveniatur obnoxium celeri sollicitudine, aut ab ignorantiæ imperitia, aut a præsumptionis usurpatione revocemus. Monente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, ut Christi oves qui Christum diligit pascat, ipsius sedis cui per abundantiam divinæ gratiæ præsumus reverentia cohortamur ut periculum desidiæ quantum possumus declinemus, ne professio summi apostoli qui se amatorem Domini esse testatus est non inveniatur in nobis. Quia negligens toties commendatum gregem convincitur suum non amare pastorem. Cum ergo mihi de charitatis vestræ actibus fraterna actione sollicito certis indiciis innotuerit, vos in eo quod inter sacramenta Ecclesiæ principale est, ab apostolicæ institutionis consuetudine discrepare, ita ut baptismi sacramentum

numerosius in die Epiphaniæ quam paschali tempore celebratis, miror vos vel præcessores vestros tam irrationabilem novitatem usurpare potuisse, ut confuso temporis utriusque mysterio nullam esse differentiam crederetis inter diem quo adoratus est Christus a magis, et diem quo resurrexit a mortuis. Quam culpam nullo modo potuissetis incidere si unde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius observantiæ sumeretis, et beati Petri apostoli sedes quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistrationis. A cujus vos regulis recessisse minus posset æquanimiter tolerari, si aliqua commonitionis nostræ pagina præcessisset. Nunc autem quia non desperatur correctio, mansuetudo servanda est. Et licet vix ferenda sit sacerdotalis excusatio quæ prætendat inscientiam, maluimus tamen et censuram necessariam temperare, et ratione vos apertissimæ veritatis instruere. Semper quidem in æterno consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum per Jesum Christum Dominum nostrum temporaliter gerendarum incarnatione Verbi sumpsit exordium. Unde aliud tempus est quo annuntiante angelo beata Maria fecundandam se per Spiritum sanctum credidit et concepit, aliud quo salva integritate virginea puer editus, exsultante gaudio cœlestium ministrorum pastoribus indicatur, aliud quo infans circumciditur, aliud quo hostia pro eo regularis offertur, aliud quo tres magi claritate novi sideris incitati in Bethlehem ab oriente perveniunt, et adoratum parvulum mystica munerum oblatione venerantur. Nec idem sunt dies quibus impio Herodi ordinata divinitus in Ægyptum translatione subtractus est, vel quibus ab Ægypto in Galilæam persecutore mortuo revocatus est. Inter has autem dispensationum varietates accedunt augmenta corporea, crescit Dominus, sicut evangelista testatur, profectibus ætatis et gratiæ. Per dies Paschæ in templum cum parentibus venit, et cum abesset societate, redeuntium sedens cum senioribus et inter admirantes magistros invenitur, rationemque remansionis suæ reddens, quid est, inquit, quod me quærebatis? Nesciebatis quod in his quæ Patris mei sunt oportet me esse? Significans ejus se esse filium cujus esset et templum. Jam vero cum in annis majoribus apertius declarandus baptismum præcursoris sui Joannis expetiit quid deitatis ejus remansit ambiguum quando Spiritus sanctus in columbæ specie super eum descendit et mansit, audita de cœlis Patris voce dicentis : « Tu es Filius meus dilectus, in te bene complacui? » (*Marc.* I, 11.) Quæ omnia ideo quanto potuimus brevitate perstrinximus, ut notum sit dilectioni vestræ universos dies Christi innumeris consecratos fuisse virtutibus et in cunctis ejus actionibus sacramentorum mysteria coruscasse, sed aliter signis denuntiari, aliter rebus impleri, nec quæcunque numerantur in operibus Salvatoris, ad tempus pertinere baptismatis. Nam si etiam illa quæ *post beati Joannis* lavacrum ab eo gesta cognovimus, *sub indiscreto honore* colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Verum quia spiritus sapientiæ et intellectus, ita apostolos et totius Ecclesiæ erudivit magistros, ut in Christiana observantia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum, discernendæ erant causæ solemnitatum, et in omnibus constitutis Patrum principumque nostrorum rationabilis servanda discretio. Quia non aliter unus grex, et unus pastor sumus, nisi, quemadmodum Apostolus docet, idipsum dicamus omnes. Simus autem perfecti in eodem sensu, et in eadem scientia. Quamvis ergo et illa quæ ad humilitatem, et quæ ad gloriam pertinent Christi in unam percurrant eamdemque personam, totumque quidquid in illo, et virtutis divinæ est, et infirmitatis humanæ ad nostræ reparationis tendat effectum, proprie tamen in morte crucifixi, et in resurrectione mortui potentia baptismatis novam creaturam condit ex veteri, ut renascentibus, et mors Christi operetur et vita, dicente beato apostolo Paulo: « An ignoratis quia quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus (*Rom.* VI, 3-5). » Et cætera quæ latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis deputavit, ut appareret ex hujus doctrinæ spiritu regenerandis filiis hominum, et in Dei filiis adoptandis illum diem esse, illud tempus electum, in quo per similitudinem mysterii ea quærantur membris quæ in ipso capite sunt gesta congruere, dum baptismatis regula mors intervenit interfectioni peccati, et sepulturam triduanam imitatur trina dimersio, et ab aquis lavatio insurgentis ad instar est de sepulcro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diem, in quo orta est, et virtus muneris, et species actionis. Ad cujus rei confirmationem plurimum valet quod ipse Dominus Jesus Christus, postea quam resurrexit a mortuis, discipulis in quibus omnes ecclesiarum præsules docebantur, et formam et potestatem tradidit baptizandi, dicens: « Euntes ergo nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti (*Matth.* XXVIII, 19). » De quo utique eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi propriæ voluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cepisse. Additur sane huic observantiæ etiam Pentecostes ex adventu Spiritus sancti consecrata solemnitas, quæ de paschalis festi pendet articulo, et cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eumdem qui resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, ut hi quos a die Paschæ, aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas interclusit invitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderii sui effectum dono Spiritus sancti consequantur. Ipse enim unigenitus Dei

in fide credentium, et in virtute operum nullam inter se et Spiritum sanctum voluit esse distantiam, quia nulla est diversitas in natura, dicens : « Ego rogabo Patrem et alium Paracletum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum, Spiritum veritatis (*Joan.* XIV, 16, 17); » et iterum : « Paracletus autem Spiritus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret universa quæcunque dixi vobis (*Ibid.*); » et iterum : « Cum venerit ille Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem (*Joan.* XVI, 13). » Cum itaque veritas Christus est, et spiritus veritatis Spiritus sanctus, nomenque Paracleti utrique proprium, non dissimile est festum ubi unum est sacramentum. Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica auctoritate servare, satis idoneo probamus exemplo sequentes beatum apostolum Petrum qui in eo die quo omnem credentium numerum promissus Spiritus sancti replevit adventus trium millium populum sua prædicatione conversum, lavacro baptismatis consecravit, quod sancta Scriptura quæ apostolorum actus continet, fideli historia docet, dicens : « His auditis compuncti sunt corde, et dixere ad Petrum, et ad reliquos apostolos, quid faciemus viri fratres ? Petrus vero ait ad illos, pœnitentiam, inquit, agite, et baptizetur unusquisque in nomine Jesu Christi in remedium peccatorum, et accipietis donum Spiritus sancti; vobis enim repromissio est, et filiis vestris, et omnibus qui longe sunt quoscunque advocaverit Dominus Deus noster. Aliis etiam verbis testificatus exhortabatur eos, dicens : Salvamini a generatione ista prava. Qui ergo receperunt sermonem ejus baptizati sunt, et appositæ sunt in illa die animæ circiter tria millia (*Act.* II, 37-41). » Unde quia manifestissime patet baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora, de quibus locuti sumus, esse legitima, dilectionem vestram monemus, ut nullos alios dies huic observantiæ misceatis. Quia et si sunt alia quoque festa quibus multa in honorem Dei reverentia debeatur, principalis tamen et maximi sacramenti custodienda nobis mysticæ rationis exceptio, non interdicta licentia qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur. Ita enim ad has duas festivitates connexas sibimet atque cognatas incolumium, et in pacis securitate degentium libe[illegible] vota differimus, ut in mortis periculo, in obsid[illegible]nis discrimine, in persecutionis angustiis, in tim[illegible]e naufragii, nullo tempore hoc veræ salutis rem[illegible]ium cuiquam denegemus. Si quis autem Epiph[illegible]iæ festivitatem quæ in suo ordine debito hono[illegible] veneranda est ob hoc æstimat privilegium haber[illegible] baptismatis, quia hoc quidam dicunt quod in ead[illegible]n die ad baptismum Dominus sancti Joannis acce[illegible]erit, sciat illius baptismi aliam gratiam, aliam f[illegible]se rationem, nec ad eamdem pertinuisse virtute[illegible], qua per Spiritum sanctum renascuntur, de quib[illegible] dicitur : « Qui non ex sanguinibus, neque ex v[illegible]ntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Dec[illegible]ati sunt (*Joan.* I, 13). » Dominus enim nullius [illegible]digens remissione peccati, nec quærens remedium renascendi, sic voluit baptizari, sicut voluit circumcidi, hostiamque pro se mundationis offerri, ut « qui factus erat ex muliere (sicut Apostolus ait) fieret sub lege (*Gal.* IV, 4); » « quam non venerat solvere, sed adimplere (*Matth.* V, 17), » et implendo finire, sicut beatus Apostolus prædicat, dicens : « Finis autem legis Christus ad justitiam omni credenti (*Rom.* X, 4). » Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia in omnibus primatum tenens se docuit esse principium. Et nunc regene-

216 rationis potentiam sanxit, quando de latere ipsius fluxerunt sanguis redemptionis, et aqua baptismatis. Sicut ergo Vetus Testamentum testificatio fuit Novi, et lex per Moysen data est, gratia autem et veritas per Jesum Christum facta est, sic diversa sacrificia unam hostiam præformare et multorum agnorum occisio illius immolatione finita est, de quo dicitur : « Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (*Joan.* I, 29). » Sic et Joannes, non Christus, sed Christi prævius; non sponsus, sed sponsi amicus, fuit adeo fidelis, et non sua quærens, sed quæ Jesu Christi, ut se profiteretur ad solvenda calceamenta pedum ejus indignum, quoniam ipse quidem baptizaret in aqua in pœnitentiam, ille baptizaturus esset in Spiritu sancto et igni, qui duplici potestate et vitam redderet, et peccata consumeret. His itaque, fratres, tot tantisque existentibus documentis, quibus omni ambiguitate submota evidenter agnoscitis, in baptizandis electis qui secundum apostolicam regulam et exorcismis scrutandi, et jejuniis sanctificandi, et frequentibus sunt prædicationibus imbuendi, duo tantum tempora, id est Pascha et Pentecosten, esse servand[illegible]. Hoc vestræ indicimus charitati, ut apostolicis in[illegible]titutis nullo ulterius recedatis excessu. Quia mu[illegible]tum post hæc esse non poterit, si quisquam ap[illegible]tolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. Quare illud primitus pro custodia concordissimæ [illegible]nitatis exigimus, ut quia saluberrime a sanctis Pa[illegible]ibus constitutum est binos in annis episcoporu[illegible]debere esse conventus, terni semper ex vobis ad die[illegible] tertium Kalendarum Octobrium Romam frater[illegible] concilio sociandi occurrant, et in[illegible]dissimulanter vobis hæc consuetudo servetur. Quoniam adjuvante gratia Dei facilius poterit provideri, ut in ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascantur errores, cum coram beatissimo apostolo Petro semper in communione tractatum fuerit, ut omnia instituta canonumque decreta apud omnes Domini sacerdotes inviolata permaneant. Hæc autem quæ vobis inspirante Domino insinuanda credidimus, per fratres et coepiscopos nostros Bachillum atque Paschasium ad vestram volumus notitiam pervenire. Quibus referentibus agnoscamus quam reverenter a vobis apostolicæ sedis instituta serventur.

LXIII. — *Ad episcopos per Italiæ provincias constitutos.*

LEO universis episcopis per Italiæ provincias constitutis in Domino salutem.

In consortium vos nostræ sollicitudinis, dilectis-

simi fratres, advocamus, ut vigilantia pastorali, ne quid diabolicæ licere possit astutiæ, commissis vobis gregibus diligentius consulatis, ne is qui Domini misericordia revelante per nostram curam a nostris ovibus morbus abjicitur, necdum vobis prænonitis et adhuc quid agatur ignaris, per vestras se dispergat ecclesias, et suarum furtim cuniculos inveniat latebrarum, ut quod a nobis in urbe exstinguitur, tenebrosis apud vos radicibus seminetur. Plurimos impietatis Manichææ sequaces doctores in urbe investigatio nostra reperit, vigilantia divulgavit, auctoritas et censura coercuit, quos potuimus emendare, correximus, et ut damnarent Manichæum cum prædicationibus et discipulis suis, publica in ecclesia confessione et manus suæ subscriptione compulimus, et ita de voragine impietatis suæ confessos pœnitentiam concedendo levavimus. Aliquanti vero qui ita se demerserant, ut nullum his auxiliantis posset auxilium subvenire subditi legibus secundum Christianorum principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent per publicos judices perpetuo sunt exsilio relegati. Et omnia quæ tam in Scripturis quam in occultis traditionibus suis habent profana vel turpia, ut nosset populus quid refugeret aut vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatione probavimus, adeo ut ipse qui eorum dicebatur episcopus a nobis tentus proderet flagitiosa in suis mysteriis quæ teneret, sicut gestorum vos series potest edocere, ad instructionem enim vestram etiam ista direximus, quibus lectis, omnia quæ a nobis deprehensa sunt, nosse poteritis. Et quia aliquantos de his quos ne absolverentur, arctior reatus involverat, cognovimus aufugisse, hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus per acolythum nostrum, ut effecta certior sanctitas vestra sollicitius agere dignetur et cautius, nec ubi Manichææ perversitatis homines plebes vestras facultatem lædendi et hujus sacrilegii possint invenire doctores. Aliter enim nobis commissa regere non possumus, nisi hos qui sunt perditores et perditi zelo fidei Dominicæ persequamur, et a sanis mentibus, ne pestis latius divulgetur severitate qua possumus abscindamus. Unde hortor dilectionem vestram, obtestor et moneo, ut quam debetis et potestis sollicitudine vigiletis ad investigandos eos, nec ubi occultandi se reperiant facultatem. Ut enim habebit adeo ingens remunerationis præmium qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat fuerit exsecutus, ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare quicunque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data tertio Kalendas Februarii, Theodosio XVIII et Aluino viris clarissimis consulibus.

LXIV. — *Ad Neoniam episcopum Ravennatem.*

Leo Neoniæ episcopo Ravennati de his qui reduntes de captivitate, incertum habent utrum ante captivitatem baptisma consecuti sunt.

Frequenter quidem in diversarum ambiguo quæstionum titubantia fratrum corda spiritu Dei instituente solidavimus, responsionis formam vel ex sanctarum Scripturarum disciplinis, vel ex Patrum regulis colligentes. Sed nuper in synodo novum et inauditum antea genus consultationis exortum est. Nam quorumdam fratrum suggestione comperimus aliquos captivorum ad sedes suas libertatemque redeuntes, qui scilicet in captivitatem illa ætate pervenerint quæ nullius rei firmam potuerit habere notitiam, remedium quidem implorare baptismi. Sed utrum ejusdem remedii ante sacramenta perceperint, infantiæ inscientia non posse reminisci, et ideo sub hoc latentis recordationis incerto animas suas in discrimen adduci dum sub specie cautionis negatur his gratia, quæ ideo non impenditur, quia putatur impensa. Cum itaque tribuere talibus Dominici sacramenta mysterii non immerito quorumdam fratrum formido dubitaret, in synodali, ut diximus, cœtu formam hujuscemodi consultationis accepimus. Quam diligentius discuti, et pro uniuscujusque sensu sollicita voluimus ratione tractari, quod ad veritatem adhibita cogitatione multorum certius pervenire possemus. Eadem ergo quæ in sensum nostrum divina inspiratione venere, frequens etiam fratrum firmavit assensio. Inprimis itaque providere debemus, ne dum speciem quamdam cautionis tenemus, damnum regenerandarum incidamus animarum. Quis enim ita sit suspicationibus suis deditus, ut verum esse definiat, quod omni manifestatione cessante ex opinione ambigua suspicatur? Cum itaque baptizatum se, nec ille recordetur qui regenerationis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, quod nesciat, consecratum nihil est in quo peccatum possit obrepere, cum in hac parte conscientiæ suæ nec ille reus sit qui consecratur, nec ille qui consecrat. Scimus quidem inexpiabile esse facinus, quoties juxta hæreticorum damnata a sanctis Patribus instituta cogitur aliquis lavacrum quod regenerandis semel tributum est, bis subire apostolica reclamante doctrina, quæ nobis unam prædicat in trinitate deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptismate sacramentum. Sed in hoc nihil simile formidatur, quoniam non potest in iterationis crimen devenire, quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo quoties persona talis inciderit, sollicita primum examinatione discutite, et longo tempore, nisi forte supremus hos immineat, indagate, utrum nemo sit penitus qui testimonio suo jurare possit ignorantiam nescientis. Et cum constiterit hunc qui baptismatis inter sacramento, sola inaniter suspicione prohibeat accedat intrepidus ad consequendam gratiam, ejus in se nullum scit esse vestigium. Nec venetur huic salutis januam aperire, quam nunquam docetur ingressus, quod si ab hæreticis baptizatum nempiam fuisse constiterit, erga hunc nullatenus sacramentum regenerationis iteretur, sed hoc tantum quod ibi defuit, conferatur, ut per episcopalem manus impositionem

virtutem sancti Spiritus consequatur. Quam rem, A frater charissime, ideo generaliter ad omnium vestrum volumus pervenire notitiam, ne dum plus justo metuitur misericordia Dei salvari cupientibus denegetur. Data nono Kalendas Novembris, consulatu Martiani Augusti.

LXV. — *Ad episcopos Africæ.*

Leo universis episcopis per Africam constitutis in Domino salutem.

Cum in ordinationibus sacerdotum quædam apud vos illicite usurpata crebrior fama narraret, ratio pietatis exegit, ut pro sollicitudine quam universæ Ecclesiæ ex divina institutione dependimus, rerum fidem studeremus agnoscere, vicem curæ nostræ proficiscenti a nobis fratri et consacerdoti nostro Potentio injungentes, qui secundum scripta quæ B per ipsum ad vos direximus de episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quod veritas haberet inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret. Unde quia idem plenissime notitiæ nostræ cuncta reseravit, et sub quibus qualibusque rectoribus quædam Christi plebes in partibus provinciæ Cæsariensis habeatur, sincera nobis relatione patefecit, necessarium fuit ut dolorem cordis nostri quo pro Dominicorum gregum periculis æstuamus, datis ad vos litteris promeremus. Mirantes tantum apud vos per occasionem temporis impacati aut ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, ut indignis quibusque, et longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium, et guber- C natio Ecclesiæ crederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præsidentium salus est subditorum et ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiam si moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo, et difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Quod si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus providenter scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum, quanto magis elaborandum est, ut in electione ejus qui super omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini status et D ordo nutabit, si quod sequitur in corpore non inveniatur in capite. Ubi est beati Pauli apostoli per spiritum Dei emissa præceptio, quia in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, et perinde unicuique nostrum dicitur : « Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis? » (*I Tim.* v, 22.) Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem qualis ille est qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum sectatur in eligendo sacerdote judicium, ita gravi semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. **217** Non enim in cujusquam persona prætermittendum est quod institutis generalibus continetur, nec putandus est honor ille legitimus qui fuerit de prævaricatione collatus, dicente enim Apostolo : Ut inter electionis regulas, is episcopus ordinetur, quem « unius uxoris virum (*I Tim.* III, 2) » fuisse, aut esse constiterit. Tam sacra semper habita est ista præceptio, ut etiam de muliere sacerdotis eligendi eadem intelligatur servanda conditio, ne forte illa priusquam in matrimonium ejus veniret qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri esset experta conjugium. Quis ergo dissimulare audeat quod in tanti sacramenti perpetratur injuriam? Cum huic magno venerandoque mysterio ne legis quidem statuta defuerint, quibus evidenter est definitum, ut virginem sacerdos accipiat et alterius torum nesciat conjugis quæ uxor est futura pontificis? Jam tunc enim in sacerdotibus figurabatur Christi et Ecclesiæ spirituale conjugium, ut quoniam vir caput est mulieris, discat sponsa Verbi non alium virum nosse Christum, qui eam unam quam legit, unam diligit, et aliam præter ipsam suo consortio non adjungit. Si ergo etiam in Veteri Testamento hæc sacerdotalium conjugiorum forma servata est, quanto magis sub revelata jam gratia constituti apostolicis debemus servire præceptis, ut quomodolibet quis bonis moribus præditus, et sanctis operibus inveniatur ornatus, nequaquam tamen vel ad diaconii gradum, vel ad presbyterii honorem, vel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse claruerit, monente vero Apostolo atque dicente : « Et hi aut probentur primum, et sic ministrent (*I Tim.* III, 10). »

Quid aliud intelligendum putemus, nisi ut in his provectionibus non solum matrimoniorum privilegia, sed etiam laborum merita cogitemus, ne aut a baptismo rudibus, aut a sæculari actu repente conversis officium pastorale credatur, cum omnis gradus militiæ Christianæ de incrementis profectuum debeat æstimari, an possint cuiquam majora committi? Merito sanctorum Patrum venerabiles sanctiones cum de sacerdotum electione loquerentur eos demum idoneos sacris administrationibus censuere, quorum omnis ætas a puerilibus exordiis usque ad provectiores annos per disciplinæ ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, ut unicuique testimonium prior vita præberet, nec posset de ejus provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci præmium deberetur. Si enim ad honorem mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est pervenire, et notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adjuvant, quam diligens, et quam prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, et cœlestium dignitatum, ne in aliquo apostolica, et canonica decreta violentur, et his

Ecclesia Domini regenda credatur qui legitimarum institutionum nescii, et totius humilitatis ignari non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium? cum valde iniquum sit et absurdum ut imperiti magistris, novi antiquis, et rudes præferantur emeritis. « In domo quidem magna necesse est, sicut Apostolus ait, vasa diversa sint, quædam aurea, argentea, quædam vero lignea et fictilia (*II Tim.* II, 20), » sed horum ministerium pro materiæ qualitate discernitur, nec qui est pretiosorum, idem usus est vilium. Nam inordinata sunt omnia si fictilia aureis, et lignea præferantur argenteis. Sicut autem ligneis et fictilibus eorum omnium species figuratur, qui nullis adhuc virtutibus nitent, ita in aureis et argenteis, hi sine dubio declarantur, qui per longum eruditionis ignem, et per fornacem diuturni laboris excocti, aurum probatum et argentum purum esse meruere. Quibus si merces pro devotione non redditur, omnis ecclesiastica disciplina resolvitur, omnis ordo turbatur, dum in Ecclesia, qui nullum subiere ministerium perverso eligentium judicio debitum obtinent principatum. Cum ergo inter vos tantum valuerint, aut studia popularium, aut ambitus superborum, ut non solum laicos, sed etiam secundarum uxorum viros, aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale provectos, nonne aptissime exigunt causæ, ut ecclesiæ in quibus ista commissa sunt, judicio severiore purgentur, et non solum in tales præsules, sed etiam in ordinatores eorum ultio competens proferatur? Sed circumstant nos hinc mansuetudo clementiæ, hinc censura justitiæ? Et quia « universæ viæ Domini misericordia et veritas (*Psal.* XXIV, 10), » cogimur secundum sedis apostolicæ pietatem, ita nostram temperare sententiam, ut trutinato pondere delictorum, quæ constat non unius esse mensuræ quædam definiamus utcunque toleranda, quædam vero penitus amputanda. Eos enim qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarum se conjugio sociarunt, nec apostolica nec legalis auctoritas sacerdotum obtinere permittit, et multo magis illum, si fuerit vestro judicio confutatus, qui, sicut ad nos relatum est, duarum simul est maritus uxorum, vel illum qui a prima uxore dimissus, alteram duxisse perhibetur. Cæteros vero quorum provectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium episcopale delecti sunt, neque ex hoc quod uxores habeant, possunt esse culpabiles, susceptum sacerdotium tenere permittimus, non præjudicantes apostolicæ sedis statutis, nec præcessorum nostrorum nostrisque decretis quibus salubriter statutum est, ne primum vel secundum, aut tertium in ecclesia gradum quisquam laicorum quibuslibet suffragiis fultus ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat, quod enim utrumque patimur esse veniale multum postmodum esse non poterit, si quisquam omnino id quod interdicimus usurpare præsumpserit, quia remissio peccati non *dat licentiam delinquendi*, nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi. Donatum autem Salicinensem ex Novatiano cum sua (ut comperimus) plebe conversum, ita Dominico volumus gregi præsidere, ut libellum fidei suæ ad nos meminerit dirigendum, quod et Novatiani dogmatis damnet errorem et plenissime confiteatur catholicam veritatem. Maximum quoque ex laico licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista jam non est, et a spiritu schismaticæ pravitatis alienus, ab episcopali quam quoquomodo adeptus est non repellamus dignitate, ita ut et ipse libello ad nos edito catholicum se esse manifestet. De Aggaro et Tyberiano, quorum a cæteris qui ex laicis ordinati sunt in hoc causa diversa est, quod eorum ordinationi atroces tumultus, et sævæ seditiones memorantur esse famulatæ, vestro judicio cuncta commisimus, ut relata habiti apud vos examinis fide quid de supradictis statuendum sit, scire possimus. Illæ autem famulæ Dei quæ integritatem pudoris oppressione barbarica perdidere, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, et potuerit corruptione carnis mens invita non pollui, minus tamen eisdem oberit, si quod potuerint animo non amittere doleant se vel corpore perdidisse. Cum itaque de omnibus fere quæ fratris nostri Potentii relatio continebat plenissime dilectionem vestram per David fratrem et coepiscopum nostrum, qui et sacerdotii merito nobis est probatus, et moribus videatis instructam. Superest, fratres, ut concordi obedientia salubres suscipiatis hortatus, et nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus pareatis, et in nullo patiamini pia canonum decreta violari. Quæ enim nunc certarum remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, justa post hæc ultione plectamus.

LXVI. *Leo papa de privilegio episcoporum sive presbyterorum ad universos Germaniæ atque Galliæ ecclesiarum episcopos.*

Cum in Dei nomine in Romana Ecclesia synodum episcoporum sive cæterorum consacerdotum Christique fidelium coadunatum habuissemus, et de ordinationibus illicitis, super quibus crebrior ad nos illarum partium commeantium sermo pervenerat, atque de aliis necessitatibus ecclesiasticis negotiis tractantes, sacrosque canones relegentes solerter egissemus, a multis lacrymabili vultu relatum est nobis, quod quidam Germaniarum ac Galliarum urbium episcopi frequenter coepiscopos, qui juxta canones Neocæsarienses, sive secundum aliorum decreta Patrum iidem sunt qui et presbyteri vel presbyteros destinarent, qui absente pontifice altaria erigerent, basilicasque consecrarent. Quod quidem non est mirum id præcepisse viros ecclesiasticæ disciplinæ ignaros quod est canonicæ regulæ contrarium, et statim a sæculari militia in sacerdotale

ministerium delegatos atque promotos. Ergo ne ultra talis a vobis licentia usurpetur communi sententia, statuendum oportuit scientes quia, sicut coepiscopo vel presbytero illicita consecratio est altaris, ita et constitutio. In divinis enim litteris præcipiente Domino, solus Moyses in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse unxit, qui utique summus sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo : « Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus (*Psal.* XCVIII, 6). » Ideoque id quod tantum facere principibus sacerdotum jussum est, quorum typum Moyses et Aaron tenuerunt, omnino decretum est ut coepiscopi vel presbyteri qui filiorum Aaron gestant figuram arripere non præsumant. Nam quamvis cum episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quadam tamen auctoritate veteris legis, quædam novæ etiam ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint, sicut presbyterorum et diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris ac benedictio vel unctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec ecclesias vel altaria consecrare licet, nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis vel conversis, vel ex hæresi paracletum Spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc enim omnia illicita sunt coepiscopis, qui ad exemplum et formam septuaginta discipulorum esse noscuntur, vel presbyteris qui eamdem gestant figuram. Quoniam quanquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent. Quæ omnia solis debere summis pontificibus auctoritate canonum præcipitur, ut per hoc et discretio graduum, et dignitatis fastigium summi pontificis demonstretur. Sed neque coram episcopo licet presbyteris in baptisterium introire, nec præsente antistite infantem tingere, aut signare, nec pœnitentem sine præceptione episcopi sui reconciliare, nec eo præsente, nisi illo jubente sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere, vel benedicere aut salutare, nec plebem utique exhortari, in eos specialius et propensius commovendi qui in episcopis ordinandis sanctorum Patrum statuta neglexerint, et quos refutare debuerant, consecrarint. Unde si qui episcopi talem consecraverint sacerdotem, qualem non liceat, etiamsi aliquo modo damnum proprii honoris evaserint, ordinationis tamen jus ulterius non habebunt, nec ei sacramento interesse, quod neglecto divino judicio immerito præstitere. Illud sane quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta servari. Cum ubi minores sunt plebes, minoresque conventus, presbyterorum cura sufficiat. Episcopalia autem gubernacula non nisi majoribus populis, et frequentioribus civitatibus oporteat præsidere, ne quod sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta vetuere vinculis, et possessionibus vel obscuris et solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium, et **218** honor cui debent excellentiora committi, ipse sui numerositate vilescat. Quod nunc in sua diœcesi restitutus episcopus factum esse causatus est, et rationabiliter postulavit, ut episcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari humana conditione decesserint, loca ipsa ad jus ejus antistitis redigantur. Cujus ante fuerant ante priora. Et inutile est ut sacerdotalis dignitas inconsiderata ordinantis facilitate et superflua multiplicatione minuatur. De his autem quæ in sacro virginitatis proposito constitutæ barbaricam pertulere violentiam, et integritatem pudoris, non animo, sed corpore perdidere, ea nobis servanda videtur moderatio, ut neque in viduarum dejiciantur gradum, nec in sacrarum et perseverantium virginum numero censeantur. Quibus si in omnibus virginalibus perseverant et castimoniæ soliditatem mente custodiunt sacramentorum non est neganda communio, quia injustum est eas in eo argui, vel notari, quod non voluntas admisit, sed vis hostilis eripuit. Causam quoque Lupicini episcopi illic jubemus audiri. Cui multum et sæpius postulanti communionem hac ratione reddidimus, quoniam ad nostrum judicium provocasset immerito eum pendente negotio a communione videbamus fuisse suspensum. Adjectum etiam illud est quod huic temere superordinatus esse cognoscitur, qui non debuit ordinari antequam Lupicinus in præsenti positus, aut confutatus, aut certe confessus, justæ posset subjacere sententiæ, ut vacantem locum, quemadmodum disciplina ecclesiastica exigit, is qui consecrabatur, exciperet. Sive vero aliæ emerserint causæ quæ ad statum ecclesiarum, et ad concordiam pertineant sacerdotum, illic sub timore Domini volumus ventulentur, et de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea quæ juxta ecclesiasticum morem juste et rationabiliter fuerint definita, mea quoque sententia roborentur. Data quarto Idus Augusti.

LXVII. — *Ad episcopos per Viennensem provinciam constitutos.*

Leo dilectissimis fratribus universis episcopis per Viennensem provinciam constitutis.

Divinæ cultum religionis, quem in omnes gentes, omnesque nationes Dei voluit gratia coruscare, ita Dominus noster Jesus Christus humani generis Salvator instituit, ut veritas quæ antea legis et prophetarum præconio continebatur, per apostolicam tubam in salutem universitatis exiret, sicut scripum est : « In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum (*Psal.* XVIII, 3). » Sed hujus muneris sacramentum ita Dominus ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, ut exsortem se mysterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium individuæ unitatis assumptum id quod ipse erat, voluit dominari, di-

cendo : « Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam (*Matth.* XVI, 18), » ut æterni ædificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret. Hac Ecclesiam suam firmitate corroborans ut illam, nec humana temeritas posset appetere, nec portæ contra illam inferi prævalerent. Verum hanc petræ istius sacratissimam firmitatem, Deo, ut diximus, ædificante, constructam nimis impia vult præsumptione violare quisquis ejus potestatem tentat infringere, favendo cupiditatibus suis, et id quod accepit a veteribus non sequendo, cum nulli se subditum legi, nullis institutionis Dominicæ credit regulis contineri, a vestro nostroque per novæ usurpationis ambitum more desciscens, præsumendo illicita, et quæ custodire debuit negligendo. Verum hæc nos Deo, ut credimus, aspirante servata circa vos nostræ charitatis gratia quam sanctitati vestræ apostolica semper sedes, ut meministis impendit, nitimur consilio maturiore corrigere, et vestrarum Ecclesiarum statum communicato vobiscum labore componere, non nova instituentes, sed vetera renovantes, ut in status consuetudine quæ nobis a nostris Patribus est tradita perduremus, et de nostro per boni operis ministerium, remotis perturbationum scandalis, placeamus. Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscat apostolicam sedem pro sui reverentia a vestræ etiam provinciæ sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, et pro diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellatione causarum, aut retractata aut confirmata fuisse judicia, adeo ut servata unitate spiritus in vinculo pacis commeantibus, hinc inde litteris quo sanctæ agebatur perpetuæ proficeret charitati. Quam sollicitudo nostra non sua quærens, sed quæ sunt Christi, dignitatem divinitus datam, nec ecclesiis nec ecclesiarum sacerdotibus arrogabat. Sed hunc tramitem semper inter majores nostros et bene tentum et salubriter constitutum, Hilarius ecclesiarum statum et concordiam sacerdotum novis præsumptionibus turbaturus excessit, iterum suæ vos cupientes subdere potestati, ut se beato apostolo Petro non patiatur esse subjectum, ordinationes sibi omnium per Gallias ecclesiarum vindicans, et debitam metropolitanis sacerdotibus in suum jus transferens dignitatem, ipsius quoque beatissimi Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo, cui cum præ cæteris solvendi, et ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ovium cura specialis mandata est. Cui quisquis principatum æstimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem, sed inflatus spiritu superbiæ suæ semetipsum in inferna demergit. Quæ igitur apud nos in causa Celedonii episcopi gesta confecta sint et quæ Hilarius dixerit dum cum eodem præsente supradicto episcopo audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat. Ubi postquam Hilarius rationabile quod in sanctorum concilio sacerdotum posset respondere non habuit, ad ea se occulta cor*dis ipsius translulerunt*, quæ nullus laicorum dicere, A nullus sacerdotum posset audire. Doluimus, fateor, fratres, et hunc ejus meritis timorem medelis patientiæ nostræ curare tentavimus. Nolebamus enim ea illi exacerbare vulnera quæ suæ animæ insolentibus subinde sermonibus infligebat, et quem susceperamus ut fratrem, delinire magis ipsum, quamvis ipse suis responsionibus invitaret, quam contristare interlocutionibus nitebamur. Absolutus est Celedonius episcopus, quoniam se injuste sacerdotio fuisse dejectum manifeste testium responsione ipso etiam præsente monstraverat, ita ut quod Hilarius nobiscum residens posset opponere non haberet. Remotum est ergo judicium quod prolatum in hac sententia legebatur, quo tanquam viduæ maritus sacerdotium tenere non posset. Quod nos quidem servantes B legalia constituta sollicitius voluimus custodiri non solum circa sacerdotes, sed circa clericos quoque minoris officii, ne ad sacram militiam hi permittantur accedere, quibus sit tale conjugium, vel contra apostolicam disciplinam non unius tantum uxoris viri fuisse monstrentur. Sed sicut eos quod factum suum non potest excusare, aut non admittendos, aut si fuerint decernimus removendos, ita quibus hoc falsum objicit, ab ea necesse est examinatione purgemus, et suum officium perdere non sinamus. Mansisset namque in illum prolata sententia, si objectorum veritas exstitisset. Redditus itaque est ecclesiæ suæ, et huic quam amittere non debuit dignitati coepiscopus noster Celedonius, sicut gestorum series et post decursam cognitionem sententia C quæ a nobis est prolata testatur. Huic negotio sic finito fratris et coepiscopi nostri projecti querela successit. Cujus ad nos litteræ lacrymabiles et dolendæ desuper ordinato sibi episcopo sunt directæ. Epistola quoque ingesta est civium ipsius et numerosa subscriptione singulorum firmata invidiosissimis contra Hilarium plena querimoniis, quo projecto episcopo suo ægrotare liberum non fuisset, ejusque sacerdotium in alium præter suam notitiam esse translatum, et tam qui in vacuam possessionem ab Hilario perversore hæredem viventis inductum. Quid hic fraternitas vestra sentiat cuperemus audire, quanquam de vestris animis nostra non debeat sententia dubitare, cum fratrem in lectulo D constitutum, non tam infirmitate corporis aggravari, quam alio videatis dolore torqueri, quæ spes illi de vita relinquitur, cui de sacerdotio suo, dum illi aliter substituitur, irrogatur desperatio? Apparet ergo quam mitis sit corde Hilarius, qui obesse præsumptioni suæ fraternæ mortis credidit tarditatem. Quantum enim in se fuit, illi subtraxit lucem, abstulit vitam, quæ hunc dolorem in locum ejus, alterum subrogando, ne ad salutem illi recursus esset, injecit. Esto ut brevis fratri evenerit humanæ conditionis consueta migratio, quid sibi Hilarius quærit in aliena provincia, et id quod nullus decessorum ipsius aut Patroclus habuerit cur usurpat, cum et ipsum quod Patroclo a sede apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit senten-

tia meliore sublatum? Exspectaretur certe vota civium, testimonia populorum, quæreretur honoratorum arbitrium, electio clericorum, qui in sacerdotum solent ordinationibus ab his quæ norunt Patrum regulas custodiri, ut apostolicæ auctoritatis norma in omnibus servaretur, quæ præcipit ut sacerdos ecclesiæ præfuturus non solum attestatione fidelium, sed etiam eorum qui foris sunt testimonio, muniatur neque ullius scandali relinquatur occasio, cum per pacem et Deo placitam concordiam consonis omnium studiis, qui doctor pacis futurus est, ordinatur. Sed insperatus nescientibus supervenit et improvisus abscessit, cursu, ut didicimus, celeri, itinera multa conficiens, et per longinquas provincias tanta immaturitate discurrens ut videatur gloriam de scurrili velocitate potius quam sacerdotali moderatione captasse. Hæc enim directarum ad nos civium verba sunt litterarum. Ante abscessit quam eum venisse nossemus. Non est hoc redire, sed fugere, nec salubritatem impendere diligentiæ pastoralis, sed vim inferre latronis et furis, dicente Domino : « Qui non intrat per januam in curtem ovium, sed ascendit aliunde, hic fur et latro est (*Joan.* x, 1). » Non ergo Hilarius tam studuit episcopum consecrare, quam eum potius qui ægrotabat occidere, et ipsum quem superposuit male ordinando decipere. Non tamen quod vobis credimus Deo judice placiturum, in communione cunctis fratribus consulentes, et male ordinatum submoveri et episcopum et projectum in suo sacerdotio permanere debere decrevimus. Id statuentes, ut si quisquam fratrum nostrorum in quacunque provincia decesserit, is sibi ordinatione vindicet sacerdotis, quem illius provinciæ metropolitanum esse constiterit, quia, ut videmus, causæ transactæ sunt, in quibus enim multa sunt, quæ præter rationem ecclesiasticam videantur esse commissa, et justi judicii debeant exspectare censuram. Sed nos diutius hic non possumus immorari, cum ad alia quæ nobiscum vestra sanctitate conferenda sunt, provocemur. Militaris manus, ut didicimus, per provincias sequitur sacerdotem, et armatis præsumptione suffultum ad invadendas famulatus ecclesias quæ proprios amiserint. Trahuntur ordinandi ante hoc officium his quibus præficiendi sunt civitatibus ignorati. Ut enim notus qui fuerit probatus per pacem petitur, ita per vim necesse est qui ignotus adducitur, imponatur. Obtestor et obsecro, et sub Dei vos invocatione convenio, prohibere, fratres, talia, et omnem dissensionis materiam de vestris provinciis removere. Certe nos ante Deum absolvimus, qui vos ne permittatis ultra hæc fieri convenimus. Per pacem et quietem sacerdotes, qui futuri sunt postulentur. Teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus et plebis. Qui præfuturus est omnibus ab omnibus eligatur. Ordinationem sibi, ut ante jam diximus, singuli metropolitani suarum provinciarum cum his qui cæteros sacerdotii antiquitate præveniunt, restituto sibi jure defendant. Alienum jus alter sibi non audeat vindicare. Suis limitibus, suis terminis, sit unusquisque contentus. Et privilegium sibi debitum in alium transferre se nosse noverit non licere. Quod si quis negligens apostolicas sanctiones, plus gratiæ tribuens personali, sui honoris desertor esse voluerit, privilegium suum in alium transferre posse se credens, non is cui cesserit, sed is qui intra provinciam antiquitate episcopali cæteros **219** prævenit sacerdotes ordinandi sibi vindicet potestatem, non quæ passim, sed die legitimo celebretur. Nec sibi constare status sui noverit firmitatem, qui non die sabbati vespere, quod lucescit in primam sabbati vel ipso Dominico die fuerit ordinatus. Solum enim majores nostri resurrectionis Dominicæ diem honore dignum judicavere, ut sacerdotes qui sumuntur hoc die potissimum tribuantur. Suis una, quæque provincia sit contenta consiliis, nec ultra Hilarius audeat conventus indicere synodales, et sacerdotum Domini judicia se interserendo turbare, qui non tantum noverit se ab alieno jure depulsum, sed etiam Viennensis provinciæ quam male usurpaverat potestate privatum. Dignum est enim, fratres, antiquitatis statuta reparari, cum is qui sibi ordinationem provinciæ indebitæ vindicabat, talis in præsenti etiam probatus fuerit, ut cum ipse frequentius temerariis et insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret, suæ tantum civitatis illi sacerdotium pro sedis apostolicæ pietate præceptio nostra servaverit. Non ergo sit illi ordinationi non ordini, qui meriti sui conscius cum quæreretur ad accusandum, turpi fuga se credidit subtrahendum ex oris apostolicæ communionis, cujus particeps esse non meruit, Deo, ut credimus, hoc agente, qui illum opinantibus nobis et ad judicia nostra pertraxit, et inter examinationes habitas, ne communionis nostræ consors fieret, ut abscederet latenter effecit, nulli Christianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium sacerdotis quid in magni reatus ultionem invitus et dolens quodammodo debet animus vindicantis. Cognovimus enim pro commissis et levibus verbis quosdam a gratia communionis exclusos, et animam pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam sævi supplicii sauciatam, et inermem quodammodo, exutamque omni munimine diabolicis incursibus, ut facile caperetur, objectam. Certe si quando causa talis emerserit, ut pro commissi criminis qualitate aliquem juste faciat communione privari, is tantum pene subdendus est, quem reatus involvit, nec particeps esse supplicii, qui consors non docetur commissi. Sed quid mirum eum in laicos talem existere, qui soleat sacerdotum dominatione gaudere? Unde quia nostra longe alia videtur intentio, nam omnium ecclesiarum statum et concordiam custodiri cupimus sacerdotum, ad unitatem vos vinculo charitatis hortantes obtestamur, et affectione congrua commonemus, ut ea quæ a nobis Deo inspirante et beatissimo Petro apostolo discussis probatisque nunc om-

nibus causis decreta sunt, pro vestra pace et dignitate servetis, certi non tam nostro honori proficere quod talia statuisse cognoscimur. Non enim nobis ordinationes vestrarum provinciarum defendimus quod potest forsitan ad depravandos vestræ sanctitatis animos Hilarius pro suo more mentiri, sed per vestram sollicitudinem vindicamus, ne quid ulterius liceat novitati, nec præsumptori locus ultra jam pateat privilegia nostra cassandi. Nostræ enim gratulationi hoc solum crescere profitemur, si apostolicæ sedis diligentia apud vos illibata servetur, et per sacerdotalis disciplinæ custodiam ori vestro perire quod suum est pro novis usurpationibus non sinamus. Et quoniam honoranda est semper antiquitas, fratrem et coepiscopum nostrum Leontium probabilem sacerdotem, hac, si vobis placet, dignitate volumus decorari, ut præter ejus consensum alterius provinciæ non indicatur a vestra sanctitate concilium, et a vobis omnibus, quemadmodum vetustas ejus et probitas exigit, honoretur metropolitanis privilegii sui dignitate servata. Æquum est enim nec ulli fratribus fieri videtur injuria, si his qui vetustate præcedunt, pro ætatis suæ merito in suis provinciis a sacerdotibus cæteris deferatur. Deus vos incolumes custodiat, fratres mei,

LXVIII.— *Ad Ravennium Arelatensem archiepiscopum.*

Provectionem dilectionis tuæ quæ summi sacerdotii adepta est dignitate ita nobis placere cognosce, ut non solum tibi de honoris augmento, sed etiam Arelatensi Ecclesiæ, cui te Dominus præposuit, gaudeamus. Ad omnium enim fidelium decus atque utilitatem redundat cum talis habetur antistes, cujus plurimi et adjuventur præsidio, et incitentur exemplo. Unde quia non ignoras quid de sinceritate animi tui secundum præsentem notitiam senserimus justitiæ nos agnoscitis exigere, ut quod præsumimus hoc probemus, frater charissime. Modestiæ igitur tuæ non auctoritas constantiam, sed mansuetudo commendet, justitiam lenitas temperet, patientia contineat libertatem, et declinata superbia cui proximum est, ut decidat, ametur humilitas cui semper debetur ut crescat, ecclesiasticarum legum non ignara est dilectio tua, ut intra earum regulas atque mensuras omnia potestatis tuæ jura contineas. « Justo » tamen dicitur, « lex non est posita (*I Tim.* I, 9), » quia normam præceptionis implet judicio voluntatis, cum verus recti amor in semetipso habet et apostolicas auctoritates et canonicas sanctiones. Quarum devotus sectator et diligens exsecutor in eorum procul dubio consortio gloriaberis, qui de creditorum sibi profectibus talentorum audire meruerunt : « Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam : intra in gaudium Domini tui (*Matth.* XXVII, 21). » Ut autem fiduciam dilectionis erga te nostræ habere non dubites, sæpius nos de processu actuum tuorum facias certiores, quoniam judicii nostri memores cupimus semper de tuis profectibus in Domino gloriari. Deus te *incolumen custodiat, frater charissime.*

LXIX. — *Ad Theodorum Forojuliensem episcopum.*

Leo Theodoro episcopo Forojuliensi.

Sollicitudinis quidem tuæ is ordo esse debuerat, ut cum metropolitano tuo primitus, de eo quod quærendum videbatur esse, conferres, ac si id quod ignorabat dilectio tua, etiam ipse nesciret, instrui vos pariter posceretis, quia in causis quæ ad generalem observantiam pertinent omnium Domini sacerdotum sine primatibus oportet inquiri. Sed, ut quoquo modo instruatur ambiguitas consulentis, quid de pœnitentium statu ecclesiastica habeat regula non tacebo. Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternæ, et qui regenerationis donum violasset proprio se judicio condemnantes ad remissionem criminum pervenirent, sic divinæ bonitatis præsidiis ordinatis, ut indulgentia Dei, nisi supplicatione sacerdotum nequeat obtineri. Mediatorem enim Dei et hominum, homo Christus Jesus, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut et confitentibus actionem pœnitentiæ darent, et salubri satisfactione purgatos communionem sacramentorum per januam reconciliationis admitterent. Cui utique operi ipse Salvator intervenit, nec unquam ab his abest quæ ministris suis exsequenda commisit, dicens : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi (*Matth.* XXVIII, 20). » ut si quid per servitutem nostram bono ordine et gratulando impletur effectu, non ambigamus per Spiritum sanctum fuisse donatum. Si autem aliquis eorum pro quibus Domino supplicamus quocunque interceptus obstaculo a munere indulgentiæ præsentis exciderit, et priusquam ad constituta remedia perveniret, temporalem vitam humana conditione finierit, quod manens in corpore, non receperit consequi, exutus carne non poterit. Nec necesse est nobis eorum qui sic obierint merita actusque discutere, cum Dominus Deus noster, cujus judicia nequeunt comprehendi, quod sacerdotale ministerium implere non potuit suæ justitiæ reservaverit. Ita potestatem suam timeri volens ut hic terror omnibus prosit, et quod quibusdam tepidis aut negligentibus accidit, nemo non metuat, multum enim utile ac necessarium est, ut peccatorum reatus ante ultimum diem sacerdotali supplicatione solvatur. His autem qui in tempore necessitatis et in periculi urgentis instantia præsidium pœnitentiæ et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda, quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur venire moras conversio, dicente Spiritu Dei per prophetam : « Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris (*Ezech.* III, 21). » Et alibi : « Dic tu iniquitates tuas ut justificeris (*Psal.* XXXI, 5) ; » et iterum : « Quia apud Dominum misericordia est, et copiosa apud eum redemptio (*Psal.* CXXIX, 7). » In dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium

se lacrymas gemitusque negligere, cum ipsam pœnitentiam ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente Apostolo : « Ne forte det illis Deus pœnitentiam ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem (*II Tim.* II, 26). » Unde oportet unumquemque Christianum conscientiæ suæ habere judicium, ne converti ad Dominum de die in diem differat, nec satisfactionis sibi tempus in fine vitæ suæ constituat, quem periculose ignorantia humana concludit, ut ad paucarum horarum se reservet incertum, et cum possit pleniore satisfactione indulgentiam promereri, illius temporis angustias eligat, quo vix inveniat spatium vel confessio pœnitentis vel reconciliatio sacerdotis. Verum, ut dixi, etiam talium necessitati ita auxiliandum est, ut nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio per judicium integri sensus quærere comprobentur, quod si aliqua in ægritudine ita fuerint aggravati, ut quod paulo ante poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, ut simul et pœnitentiæ et reconciliationis beneficium consequantur, servata tamen regula canonum paternorum circa eorum personas qui in Deum a fide discedendo peccarunt. Hæc autem, frater, quæ ad interrogationem dilectionis tuæ, ideo respondi, ne aliquid contrarium sub ignorantiæ excusatione gereretur in metropolitani tui notitiam facies pervenire, ut si qui forte sunt fratrum qui de his antea putaverant ambigendum, per ipsum de omnibus quæ ad te scripta sunt, instruantur.

LXX. — *Ad Rusticum Narbonensem episcopum.*

Leo episcopus, Rustico Narbonensi episcopo.

Epistolas fraternitatis tuæ quas Hermes archidiaconus tuus detulit libenter accepi, diversarum quidem causarum connexione multiplices, sed non ita patientiæ onerosas ut aliquid earum per incurrentes undique sollicitudines fuerit prætermissum. Unde totius sermonis tui allegatione comperta et gestis quæ in episcoporum honoratorumque examine confecta sunt recensitis, Saviniano et Leoni presbyteris actionis suæ intelleximus fiduciam defuisse, nec eis justam superesse querimoniam qui se ab inchoatis disceptationibus sponte subduxerint. Circa quos quam formam quamve mensuram debeas tenere justitiæ tuo relinquo moderamini, suadens tamen charitatis hortatu ut sanandis ægris spiritualem adhibere debeas medicinam, et dicente Scriptura : « Noli esse nimium justus (*Eccli.* XXI, 20) » mitius agas cum eis qui impudicitiæ zelo videntur modum excessisse vindictæ, ne diabolus qui decepit adulteros de adulterii exsultet ultoribus. Miror autem dilectionem tuam in tantum scandalorum quacunque occasione noscentium adversitate turbari, ut vacationem ab episcopatus laboribus optare te dicas, et male in silentio atque otio vitam degere, quam in his quæ tibi commissa sunt permanere. Dicente vero Domino : « Beatus qui perseveraverit usque in finem (*Matth.* XXIV, 13). » Unde beata erit perseverantia, nisi de virtute patientiæ? Nam secundum apostolicam prædicationem, « omnis qui voluerit pie vivere in Christo Jesu persecutionem patietur (*II Tim.* III, 12). **220** Quæ non in eo tantum computando, quod contra Christianam pietatem aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscunque suppliciis, cum persecutionum sævitiam suppleant et dissimilitudines morum, et contumaciæ inobedientia, et malignarum tela linguarum, quibus conflictationibus cum omnia semper Ecclesiæ membra pulsentur, et nulla piorum portio hic a tentatione sit libera, ita ut periculis nec otia careant, nec labores. Quis inter fluctus maris naves dirigit, si gubernator abscedat? Quis ab insidiis luporum oves custodiet, si pastoris cura non vigilet? Quis denique latronibus obsistet et furibus si speculatorem in conspectu explorationis locatum, ab intentione sollicitudinis amor quietis abducat? Permanendum ergo in opere est credito et in labore suscepto. Constanter tenenda est justitia, et benigne præstanda clementia. Odio habeantur peccata non homines. Nunc corripiantur timidi, nunc tolerentur infirmi et quod in peccatis severius castigare necesse est, non sævientis plectatur animo sed medentis. At si vehementior tribulatio incubuerit, non ita expavescamus quasi illi adversitati propriis sit viribus resistendum, cum et consilium nostrum et fortitudo sit Christus, ut, sine quo nihil possumus, per ipsum cuncta possimus, quia confirmans prædicatores Evangelii, et sacramentorum ministros. « Ecce ego, inquit, vobiscum sum usque ad consummationem sæculi (*Matth.* XXVIII, 20). » Et iterum : « Hæc, inquit, locutus sum vobis ut in me pacem habeatis. In mundo autem tribulationes habebitis, sed bono animo estote, quia ego vici mundum (*Joan.* XVI, 33). » Quæ pollicitationes quia sine dubitatione manifestæ sunt, nullis debemus scandalis infirmari ne electioni Dei videamur ingrati, cujus tam potentia sunt adjutoria quam vera promissa. De consultationibus autem dilectionis tuæ quas separatim conscriptas archidiaconus tuus detulit, quid sentiendum sit inter præsentes opportunius quæreretur si nobis tui conspectus copia proveniret. Nam cum quædam interrogationes modum diligentiæ videantur excedere, intelligo eas colloquiis aptiores esse quam scriptis. Quia sicut quædam sunt quæ nulla possunt traditione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitudine rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his quæ vel dubia fuerint aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inveniatur adversum.

INCIPIUNT AD INQUISITIONEM EJUSDEM EPISCOPI SUBJECTA RESPONSA.

Quod non habeantur episcopi, quos nec clerus elegit, nec populus exquisivit, nec provinciales episcopi consecrarunt.

Nulla ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui

nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a provincialibus episcopis cum metropolitani judicio consecrati. Unde cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non doceatur fuisse collatum? Si qui autem clerici ab istis pseudoepiscopis in eis ecclesiis ordinati sunt, quæ ad proprios episcopos pertinebant, et ordinatio eorum consensu et judicio præsidentium facta est prout rata haberi, ita ut in ipsis Ecclesiis perseverent. Aliter autem vana est habenda ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec auctore munita.

Quod presbyteri aut diaconi, si in aliquo crimine dilapsi fuerint, non possunt per manus impositionem pœnitendi remedium consequi.

Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut qui presbyteralem honorem aut diaconi gradum fuerint consecuti, hi qui pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi, quod sine apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est : « Sacerdos si peccaverit quis orabit pro eo (*Levit.* v, 18). » Unde hujusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei privata est exspectanda secessio, ubi illis satisfactio digna sit etiam fructuosa.

Quod diaconus sicut episcopus et presbyter cessare debet ab opere conjugali, non tamen repudiare conjugia.

Lex continentiæ eadem est ministris altaris quæ episcopis atque presbyteris. Qui cum essent laici sive lectores, licite et uxores ducere et filios procreare potuerunt. Sed cum ad prædictos pervenerint gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Unde ut de carnali fiat spirituale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores et quasi non habeant sic habere, quod et salva sit charitas conjugiorum, et cessent opera nuptiarum.

Quod aliud sit uxor, aliud concubina, nec erret quisquam si filiam suam in matrimonium concubinam habenti tradiderit.

Non omnis mulier juncta viro uxor est viri, quia nec omnis filius hæres est patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima et inter æquales, multo prius hoc ipsum Domino constituente quam initium Romani juris exstiterit. Itaque aliud uxor, aliud concubina, sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apostolus ad manifestandarum harum personarum discretionem testimonium ponit ex Genesi ubi dicitur Abrahæ : « Ejice ancillam et filium ejus. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ (*Gen.* xxi, 10). » Unde societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter servum conjunctionem haberent in se Christi et Ecclesiæ sacramentum, dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium in quo non docetur nuptiale fuisse mysterium. Igitur cujuslibet loci clericus, si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est quasi de conjugato eam dederit, nisi forte illa mulier ingenua facta et dotata legitime et publicis nuptiis honestata videatur. Paterno arbitrio viris junctæ carent culpa si mulieres quæ a viris habebantur in matrimonio non fuerunt, quia aliud est nupta aliud concubina.

Quod non sit conjugii duplicatio, quando ancilla rejecta assumitur uxor.

Ancillam a toro abjicere et uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis. Culpanda est talium negligentia, sed non penitus discutienda, ut crebris cohortationibus incitati quod necessarie expetierunt fideliter et exsequantur. Nemo enim desperandus est dum in corpore constituitur : quia nonnunquam quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

De communione privatis, et vita defunctis.

Horum causa Dei judicio reservanda est, in cujus manu fuit, ut talium obitus usque ad communionis remedium differretur. Nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.

De his qui pœnitentiam agere differunt.

Dissimulatio hæc potest non de contemptu esse remedii, sed de modo gravius delinquendi, ut pœnitentia quæ dilata est cum studiosius petita fuerit non negetur, ut quoquo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat.

Quod oporteat eum qui pro illicitis veniam poscit, etiam a multis licitis abstinere.

Aliud quidem est debita juste reposcere, aliud propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet multis etiam licitis abstinere, dicente Apostolo : « Omnia licent, sed non omnia expediunt (*I Cor.* vi, 12). » Unde si pœnitens habet causam quam negligere non debeat, melius exigit ecclesiasticum quam forense judicium.

Quod pœnitenti nulla lucra negotiationis exercere conveniat.

Qualitas lucri negotiantem aut excusat aut arguit, quia est honestus quæstus et turpis. Verumtamen pœnitenti melius est dispendia pati, quam periculis negotiationis obstringi, quia difficile est inter mentis vendentisque commercium non intervenire peccatum.

Quod ad militiam sæcularem post pœnitentiam redire non debeat.

Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis post pœnitentiæ actionem redire ad militiam sæcularem, cum Apostolus dicat : « Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus (*II Tim.* ii, 4), » unde non est liber laqueis qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.

Quod adolescens se urgente quocunque periculo pœnitentiam gessit, et non se contineat ab uxoris amplexu, potest remedium sustinere.

In adolescentia constitutus, si urgente aut metu, aut captivitatis periculo pœnitentiam gessit, et postea timens lapsum incontinentiæ juvenis copulam uxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur fecisse venialem, si propter conjugem nullam

ognoverit. In quo tamen non regulam con- A
, sed quid sit tolerabilius, æstimamus. Nam
a veram cognitionem nihil magis ei congruit
tentiam gessit, quam castitas perseverans
et corporis.

uis propositum monachi deseruerit, publica sit satisfactione purgandus.

itum monachi proprio arbitrio aut volun-
ɔptum, deseri non potest absque peccato.
m quis vovit Deo, debet et reddere. Unde
a singularitatis professione ad militiam, vel
s devolutus est, publicæ pœnitentiæ satis-
ɔurgandus est, quia etsi innocens militia, et
ı potest esse conjugium, electionem melio-
ruisse, transgressio est.

llæ quæ non coactæ, sed voluntate propria B
atis propositum susceperunt, delinquunt cum
nt, et si nondum fuerint consecratæ.

quæ non coactæ parentum imperio, sed
ɔ judicio virginitatis propositum atque habi-
ɛperunt, si postea nuptias eligunt prævari-
t si consecratio non accessit, cujus utique
larentur munere, si in proposito perma-

bus dubium est, utrum baptisma receperint,
necesse est ut renascantur.

a existant judicia inter propinquos aut fa-
nulla inter clericos atque vicinos, quibus
ɔus quæritur, baptizati fuissent, doceantur,
est ut renascantur, ne manifeste pereant.
quod non ostenditur gestum, ratio non sinit C
ır iteratum. Qui autem possunt reminisci,
ecclesiam veniebant cum parentibus suis,
ecordari an quod eorum parentibus daba-
ɛerint. Sed si hoc etiam ab eorum memoria
ɛst, conferendum eis videtur quod collatum
tur. Quia non temeritas intervenit præsum-
bi est diligentia pietatis.

qui se baptizatos agnoscunt, sed in qua fide
per manus impositionem suscipi conveniat.

ɛm de quibus scripsisti non se baptizatos
sed cujus fidei fuerint qui eos baptizavere
ɛ profitentur, quolibet modo formam ba-
acceperint, baptizandi non sunt, sed per
ıpositionem invocata virtute Spiritus sancti
ıæreticis accipere non potuerunt, catholicis D
ı sunt.

conviviis gentilium et escis immolatitiis usi
sunt.

ivio solo gentilium et escis immolatitiis usi
ɜunt jejuniis et manus impositione purgari,
ɛps ab idololatitiis abstinentes, sacrorum
ssunt esse participes. Si autem idola adora-
homicidiis vel fornicationibus contaminati
communionem eos, nisi per pœnitentiam
, non oportet admitti.

— Ad Tornulum episcopum Astorigensem.

RNULO episcopo Astorigensi.

audabiliter pro catholicæ fidei veritate mo-
quam sollicite Dominico gregi devotionem

officii pastoralis impendas tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrant, quibus lætitiæ nostræ insinuare curasti, qualis in regionibus vestris de antiquis pestilentiæ reliquiis error ac morbus exarserit. Nam et epistolæ sermo et commonitorii **221** series et libelli tui textus demonstrat, Priscillianistarum fetidissimam apud vos recaluisse sentinam. Nihil est enim sordium in quorumque sensibus impiorum quod in hoc dogmate non confluxerit, quoniam de omnium terrenarum opinionum luto multiplicem sibi fecem commiscuerunt, ut soli totum biberent quidquid alii ex parte gustassent. Denique, si universæ hæreses quæ ante Priscilliani tempus exortæ sunt diligentius retractentur, nullus pene invenietur error, de quo non traxerit impietas ista contagium, quæ non commenta eorum receperit falsitas qui ab Evangelio Christi sub Christi nomine deviaverunt tenebris etiam paganitatis immersi, ut per magicarum artium profana secreta, et mathematicorum vana mendacia religionis fidem, morumque rationem in potestate dæmonum et effectu siderum collocarent. Quod si credi liceat et doceri, nec virtutibus præmium, nec vitiis pœna debetur, omniaque non solum humanarum legum, sed etiam divinarum constitutionem decreta solventur, quia neque de bonis neque de malis actibus ullum poterit esse judicium, si in utramque partem fatalis necessitas motum mentis impellit, et quidquid ab hominibus agitur non est hominum, sed astrorum. Ac hanc insaniam pertinet prodigiosa illa totius humani corporis per duodecim cœli signa distinctio, ut diversis partibus diversæ præsideant potestates, et creatura, quam Deus ad imaginem suam fecit, in tanta sit obligatione siderum in quanta est connexione membrorum. Merito patres nostri, sub quorum temporibus hæresis hæc nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, ut impius furor ab universa Ecclesia pelleretur. Quando etiam principes mundi ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, ut auctorem ejus ac plerosque discipulos legum publicarum ense prosternerent. Videbant enim omnem curam honestatis auferri, omnem conjugiorum copulam solvi, simulque divinum jus humanumque subverti, si hujusmodi hominibus usquam vivere cum tali professione licuisset. Et profuit diu ista districtio ecclesiasticæ lenitatis, quæ et si sacerdotali contenta judicio cruentas refugit ultiones, severis tamen Christianorum principum constitutionibus adjuvatur, dum ad spiritale nonnunquam recurrunt remedium qui timent corporale supplicium. Ex quo autem multas provincias hostilis occupavit irruptio, et exsecutionem legum tempestates interdixere bellorum; ex quo inter sacerdotes Dei difficiles commeatus et rari cœperunt esse conventus, invenit ad publicam perturbationem secreta perfidia libertatem, et ad multarum mentium subversionem his malis est incitata quibus debuit esse correcta. Quæ vero illic aut quanta pars plebium pestis hujus aliena est, ubi, sicut charitas tua indicat, lethali morbo etiam quo-

rumdam sacerdotum corda corrupta sunt, et per quos opprimenda falsitas et defendenda veritas fuerat per ipsos doctrinæ Priscilliani Evangelium subditur Christi, ut ad profanos sensus pietate sanctorum voluminum depravata, sub nominibus prophetarum et apostolorum non hoc prædicetur, quod Spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli minister inseruit. Quia ergo dilectio tuæ fidei quantum potuit diligentia damnatas olim opiniones decem et septem capitulis comprehendit, nos quoque strictim omnia retractemus, ne aliquid harum blasphemiarum aut tolerabile videatur aut dubium.

I. Primo itaque capitulo demonstratur quam impie sentiunt de Trinitate divina, qui et Patris, et Filii, et Spiritus sancti unam atque eamdem asserunt esse personam, tanquam idem Deus, nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur, nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de utroque processit, sed singularis unitas in tribus quidem vocabulis, sed non tribus sit accipienda personis. Quod blasphemiæ genus de Sabellii opinione sumpserunt, cujus discipuli etiam Patripassiani merito nuncupantur, quia si ipse est Filius qui et Pater, crux Filii Patris est passio, et quidquid in forma servi Filius Patri obediendo sustinuit, totum in se Pater ipse suscepit. Quod catholicæ fidei sine ambiguitate contrarium est, quæ Trinitatem unitatis sic ὁμούσιον confitetur, ut Patrem et Filium et Spiritum sine confusione indivisos, sine tempore sempiternos, sine differentia credat æquales, quia unitate in Trinitatem non ex eadem persona, sed eadem implent essentia.

II. In secundo capitulo ostendit ineptum vanumque commentum de processionibus quarumdam virtutum ex Deo quas habere cœperit, et quas essentia sua ipse præcesserit. In quo Arianorum suffragantur errori dicentium quod Pater Filio prior sit, quia fuerit aliquando sine Filio, et tunc Pater esse cœperit, quando Filium genuerit. Sed sicut illos catholica Ecclesia detestatur, ita et istos qui putant unquam Deo id quod ejusdem est essentiæ defuisse. Quem sicut mutabilem ita proficientem dicere nefas est. Quam enim mutatur quod minuitur, tam mutatur etiam quod augetur.

III. Tertii vero capituli sermo designat, quod idem impii asserant, ideo unigenitum dici Filium Dei, quia solus sit natus ex Virgine. Quod utique non auderent dicere, nisi Pauli Samosateni et Photini virus hausissent, qui dixere Dominum nostrum Jesum Christum, antequam nasceretur ex virgine Maria non fuisse. Si autem isti aliud de suo sensu intelligi volunt atque principium de matre dant Christo, asserant necesse est non unum esse Filium Dei, sed alios quoque ex summo Patre progenitos, quorum hic unus sit natus ex femina, et hic ob hoc appellatur unigenitus, quia hanc nascendi conditionem alius filiorum Dei nemo susceperit. Quoquo versum igitur se contulerint, in magnæ ten*dunt impietatis* abruptum, si Christum Deum, vel *ex matre volunt habere* principium, vel Patris Dei *unigenitum diffitentur*, cum et de matre is natus sit qui erat Deus Verbum, et de Patre nemo sit genitus præter Verbum.

IV. Quarto autem capitulo continetur quod natalem Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica Ecclesia veneratur, quia « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (*Joan.* I, 14), » non vere isti honorent, sed honorare se simulent, jejunantes eodem die sicut et die Dominico, qui est dies resurrectionis Christi. Quod utique ideo faciunt, quia Christum Dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quamdam illusionem ostentata videri volunt, quæ vera non fuerint, sequentes dogma Cerdonis atque Marcionis, et cognatis suis Manichæis per omnia concordantes. Qui sicut in nostro examine detecti atque convicti sunt, Dominicum diem quem nobis Salvatoris nostri resurrectio consecravit, exigunt in mœrore jejunii, soli, ut proditum est, reverentiæ hanc continentiam devoventes, ut per omnia sint a nostræ fidei unitate discordes, et dies qui a nobis cum lætitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Unde dignum est ut inimici crucis Christi et resurrectionis talem accipiant sententiam qualem elegere doctrinam.

V. Quinto autem capitulo refertur quod animam hominis divinæ asserant esse substantiæ, nec a natura Creatoris sui conditionis nostræ distare naturam. Quam impietatem ex philosophorum quorumdam et Manichæorum opinione manantem catholica fides damnat, sciens nullam tam sublimem tamque præcipuam esse facturam cui Deus ipse natura sit. Quod enim de seipso est, id est, quod ipse. Nec id aliud est quam Filius et Spiritus sanctus. Præter hanc autem summæ Trinitatis, unam consubstantialem et sempiternam atque incommutabilem deitatem, nihil omnium creaturarum est, quod non in exordio sui ex nihilo creatum sit. Non autem quidquid inter creaturas eminet Deus est, nec si quid magnum est atque mirabile hoc est quod ille « qui facit mirabilia magna solus (*Psal.* LXXI, 18). » Nemo hominum veritas, nemo justitia est, sed multi participes sunt veritatis et sapientiæ atque justitiæ. Solus autem Deus nullius participationis dignus est. De quo quidquid digne utcunque sentitur, non qualitas est sed essentia. Incommutabili enim nihil accedit, nihil deperit, quia esse illi quod est sempiternum semper est proprium. Unde in se manens innovat omnia, et nihil accipit quod ipse non dedit. Nimium igitur superbi, nimiumque sunt cæci, qui cum dicunt humanam animam divinam esse substantiam, non intelligunt nihil se aliud dicere quam Deum esse mutabilem, et ipsum perpeti quidquid potest naturæ ejus inferri.

VI. Sexta annotatio indicat eos dicere, quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura ejus opificium Dei sit, sed eum ex chao et tenebris emersisse, quia scilicet nullum sui habeat auctorem, sed omnis mali ipse sit principium atque substantia, cum fides vera quæ est catholica omnium creaturarum, sive spiritualium, sive corporalium, bonam confiteatur substantiam, et mali nullam esse naturam, quia Deus, qui universitatis est conditor, nihil non bonum

Unde et diabolus bonus esset, si in eo quod est permaneret. Sed quia naturali excellentia usus est, et in veritate non stetit, non in conm transiit substantiam, sed a summo bono cui t adhærere descivit, sicut ipsi qui talia asserunt s in falsa proruunt, et naturam in eo arguunt, o sponte delinquunt, ac pro sua voluntaria rsitate damnantur. Quod utique in ipsis marit, et ipsum malum non erit substantia, sed substantiæ.

Septimo loco sequitur quod nuptias damnant creationem nascentium perhorrescunt. In quo pene in omnibus cum Manichæorum profanioncordant. Ideo sicut ipsorum mores probant galem copulam detestantes; quia non est illic as turpitudinis ubi pudor matrimonii servatur olis.

. Octavum eorum est plasmationem humanocorporum diaboli dicere esse figmentum, et a conceptionum opere dæmonum in mulieris figurari. Propterea resurrectionem carnis non redendam, quia concreatio corporis non sit uens animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio liaboli est, et talia prodigia opinionum figmenta læmonum, qui non in feminarum ventribus nt homines, sed in hæreticorum cordibus tales antur errores, Quod immundissimum virus de hæc impietatis specialiter fonte procedens, ides catholica deprehendit atque damnavit.

Nona autem adnotatio manifestat quod filios issionis ex mulieribus quidem natos, sed ex u sancto dicant esse conceptos, ne illa soboles le carnis semine nascitur ad Dei conditionem iere videatur. Quod catholicæ fidei repugnans contrarium est, quæ omnem hominem et corpoimæque substantiam a Conditore universitatis ri atque animari intra materna viscera confitenente quidem illo peccati mortalitatisque conquod in prolem a primo parente transcurrit, sed erationis sacramento subveniente, quo ex Spiancto promissionis filii renascuntur, non in carnis, sed in virtute baptismatis. Unde et quod utique erat promissionis filius dicit ad : « Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt *Psal.* CXVIII, 73); » et ad Jeremiam Dominus Priusquam te formarem in utero novi te, et in matris tuæ sanctificavi te (*Jer.* I, 5). »

Decimo autem capitulo referuntur asserere aniquæ humanis corporibus inseruntur fuisse in re, et in cœlesti habitatione peccasse atque a nibus ad inferiora dilapsas in diversæ qualitatis ipes incidisse, et per aerias ac sidereas potestatias duriores, alias mitiores corporibus nclusas a sorte diversa et conditione dissimili, idquid in hac vita varie et inæqualiter provenit ædentibus causis videatur accidere. Quam tatis fabulam ex multorum sibi erroribus texued omnes eos catholica fides a corpore suæ lis abscidit constanter prædicans atque veraciter quod animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus non fuere nec ab ullo incorporantur nisi ab opifice Deo, qui et ipsarum est creator et corporum. Et, quia per primi hominis prævaricationem, tota humani generis propago vitiata sit, neminem posse a conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum, dicente Apostolo : « Quicunque enim in Christo baptizati estis Christum induistis. Non est Judæus neque Græcus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina; omnes enim unum estis in Christo Jesu (*Gal.* III, 27, 28). » Quid enim agunt cursus siderum, quid figmenta fatorum, quid mundanarum rerum mobilis status, inquieta diversitas? Ecce tot impares gratia Dei facit æquales, qui inter quoslibet vitæ hujus labores si fideles permanent, miseri esse non possunt, apostolicum illud in tentatione dicentes : « Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est, quia propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus in eo qui nos dilexit (*Rom.* VIII, 35, 36). » Et ideo Ecclesia, quæ corpus est Christi, nihil de mundi inæqualitatibus metuit, quæ nihil de bonis corporalibus concupiscit. Nec timetur inani strepitu fatorum gravari, quæ patientia tribulationum novit augeri.

XI. Undecima ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis et animas hominum et corpora opinantur astringi, per quam amentiam necesse est, ut omnibus paganorum erroribus implicati et faventia sibi (ut putant) sidera colere, et adversantia studeant mitigare. Verum ista sectantibus nullus in Ecclesia catholica locus est, quoniam qui se talibus persuasionibus dedit, a Christi corpore totus abscessit.

XII. Duodecimum inter hæc illud quod est sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt et qualitates interiorum præsulum in patriarcharum nominibus statuunt, quibus e diverso signa siderea, quorum virtuti corpora subjiciantur opponunt. Et in his omnibus inextricabili se errore præpediunt, non audientes dicentem Apostolum : « Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis (*Coloss.* II, 8-10). » Et iterum : « Nemo vos seducat, volens in humilitate et religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, non tenens caput, ex quo totum corpus pernexum et conjunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei (*Coloss.* II, 18, 19). » Quid ergo opus est in cor admittere, quod lex non docuit, quod prophetia non cecinit, quod Evangelii veritas non prædicavit, quod apostolica doctrina non tradidit? Sed hæc operta sunt eorum mentibus de

quibus Apostolus dicit : « Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur (*II Tim.* IV, 3, 4).» Nihil itaque nobiscum commune habeant, qui talia audent vel docere, vel credere, et quibuslibet modis nituntur astruere quod substantia carnis ab spe resurrectionis aliena sit, atque ita omne sacramentum incarnationis Christi resolvunt. Quia indignum fuit integrum hominem suscipi, si indignum erat integrum liberari.

XIII. Tertio decimo loco positum est eosdem dicere, quod omne corpus Scripturarum canonicarum sub patriarcharum nominibus accipiendum sit, quia ille duodecim virtutes quæ reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis indicentur, sine qua scientia nullam animam posse assequi, ut in eam substantiam, de qua prodiit reformetur. Sed hanc impiam vanitatem despectui habet Christiana sapientia, quæ novit vere deitatis inviolabilem et inconvertibilem esse naturam, animam autem sive in corpore viventem, sive a corpore separatam multis passionibus subjacere. Quæ utique si divinæ esset essentiæ, nihil adversi posset incidere. Et ideo incorporaliter aliud Creator est, aliud creatura. Ille enim semper idem est, et nulla varietate mutatur, hæc autem mutabilis est etiam non mutata, quia ut non mutetur datum poterit habere non proprium.

XIV. Sub quarto decimo vero capitulo de statu corporis sentire dicuntur, quod sub potestate siderum atque signorum pro terrena qualitate teneatur, et ideo multo in sanctis libris, quæ ad exteriorem hominem pertineant reperiri, ut in ipsis Scripturis inter divinam terrenamque naturam quædam sibi repugnet adversitas, et aliud sit quod sibi vindicent animæ præsules, et aliud quod corporis conditores. Quæ fabulæ ideo disseruntur, ut et animæ divinæ affirmentur esse substantiæ et caro credatur malæ esse naturæ, quoniam et ipsum mundum cum elementis suis non opus Dei boni, sed conditionem mali profitentur auctoris, atque ut hæc mendaciorum suorum sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia pene divina eloquia sensuum nefandorum immissione violarunt.

XV. De qua re quinti decimi capituli sermo conqueritur et præsumptionem diabolicam merito detestatur, quia et nos istud vera cum testimoniorum relatione comperimus, et multos corruptissimos eorum codices qui canonici titulantur invenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne usquequaque sentirentur insuavia quæ essent futura mortifera. Curandum ergo est, et sacerdotali diligentia maxime providendum, ut falsati codices et a sincera veritate discordes in ullo usu lectionis habeantur. Apocryphæ autem Scripturæ, quæ sub nominibus apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non *solum intercidendæ*, sed etiam penitus auferendæ sunt atque ignibus concremandæ. Quamvis enim sint in illis quædam, quæ videantur speciem habere pietis, nunquam tamen vacua sunt venenis, et per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos laqueis cujuscunque erroris involvant. Unde si quis episcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices permiserit legere, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticum se noverit judicandum. Quoniam qui alium ab errore non revocat seipsum errare demonstrat.

XVI. Postremo autem capitulo hoc prodidit justa querimonia, quod Dicticinii tractus, quos secundum Priscilliani dogma conscripsit, a multis cum veneratione legerentur, cum, si aliquid memoriæ Dicticinio tribuendum putant, reparationem ejus magis debeant amare quam lapsum. Non ergo Dicticinium, sed Priscillianum legunt; et illud probant quod errans docuit, non quod correctus elegit. Sed nemo hoc impune præsumat, nec inter catholicos censeatur, quisquis utitur Scripturis, non ab Ecclesia solummodo catholica, sed a suo auctore damnatis. Non sit perversis liberum simulare quod fingunt, nec sub velamine nominis Christiani, decretorum imperialium statuta declinent. Ideo enim ad Ecclesiam catholicam cum tanta cordis diversitate conveniunt, ut et quos possunt suos faciant, et legum severitatem, dum se nostros mentiuntur, effugiant. Faciunt hoc Priscillianistæ, faciunt hoc Manichæi, quorum cum istis tam fœderata sunt corda, ut solis nominibus discreti, sacrilegiis autem suis inveniantur uniti. Quia etsi Vetus Testamentum, quod isti se suscipere simulant, Manichæi refutant, ad unum tamen finem utrorumque tendit intentio, cum isti recipiendo corrumpunt, illi abdicando impugnant. In exsecrabilibus autem mysteriis eorum, quæ quanto immundiora sunt, tanto diligentius occultantur, unum prorsus nefas est, una est obscenitas, et similis turpitudo. Quæ, si eloqui erubescimus, sollicitissimis tamen inquisitionibus judicata, et Manichæorum, qui comprehensi sunt, confessionibus detecta, ad publicam fecimus pervenire notitiam, ne ullo modo possit dubium videri, quod in judicio nostro, cui non solum frequentissima præsentia sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas, et pars quædam senatus ac plebis interfuit, ipsorum, qui omne facinus perpetrarant, ore reseratum est, sicut ea quæ ad dilectionem tuam nunc direximus gesta demonstrant. Quod autem de Manichæorum fœdissimo scelere, hoc etiam de Priscillianistarum incertissima consuetudine olim compertum, multumque vulgatum est. Qui enim per omnia sunt impietate sensuum pares, non possunt in sacris suis esse dissimiles. Decursis itaque omnibus, quæ libelli series comprehendit, et a quibus commonitorii forma non discrepet, sufficienter (ut opinor) ostendimus, quid de his, quæ ad nos fraternitas tua retulit, censeamus, et quam non sit ferendum, si tam pro-

s erroribus etiam quorumdam sacerdotum corda entiunt; vel, ut mitius dixerim, non resistunt, conscientia honorem sibi debitum vindicant, pro animabus sibi creditis non laborant. Bestiæ unt, et ovium septa non claudunt; fures insitur, et excubias non prætendunt; morbi crecunt, et remedia nulla conficiunt. Cum autem n illud addunt, ut his qui sollicitius agunt, conire detrectent, et impietates olim toto orbe natas subscriptionibus suis se anathematizare mulent, quid de se intelligi volunt, nisi quod de ero fratrum non sunt, sed de parte hostium.

VII. In eo vero quod in extrema familiaris epie tuæ parte posuisti, miror cujusquam catholici ligentiam laborare, tanquam incertum sit, an, endente ad inferna Christo, caro ejus requieverit pulcro. Quæ sicut vere et mortua est et sepulta, ere est die tertia resuscitata. Hoc enim ipse inus denuntiaverat, dicens ad Judæos : « Solvite lum hoc, et in triduo resuscitabo illud (*Joan.* 9). » Ubi evangelista subjungit : « hoc autem bat de templo corporis sui (*Ibid.*, 21). » Cujus eritatem etiam David propheta prædixerat, lois sub persona Domini Salvatoris dicens : « Insuet caro mea requiescet in spe. Quoniam non linques animam meam in inferno, nec dabis tum tuum videre corruptionem (*Psal.* xv, 10). » us utique verbis manifestum est, quod caro ini, et vere sepulta, requievit, et corruptionem subiit, quia, celeriter vivificata reditu animæ, rrexit. Quod non credere satis impium est, et anichæi Priscillianique doctrinam pertinere non um est; qui sacrilego sensu, ita se Christum lant confiteri, ut incarnationis et mortis et rectionis auferant veritatem. Habeatur ergo inter piscopale concilium, et ad eum locum qui oms opportunus sit, vicinarum provinciarum conant sacerdotes, ut secundum ea quæ ad tua ulta respondimus plenissimo exquiratur exa, an sint aliqui inter episcopos, qui hujus hærecontagio polluantur a communione sine dubio randi, si nefandissimam sectam per omnium sen pravitates damnare noluerint. Nulla enim ne tolerandum est ut, qui prædicandæ fidei pit officium, is contra evangelium Christi, a apostolicam doctrinam, contra universalis siæ symbolum audeat disputare. Quales illic t discipuli, ubi tales docebunt magistri ? Quæ religio populi ? quæ salus plebis ? ubi contra anam societatem **223** pudoris scissi verecunollitur, conjugiorum fœdera auferuntur, propagenerationis inhibetur, carnis natura damnatur, a verum autem Dei cultum Trinitas deitatis tur, personarum proprietas confunditur, anima nis divina essentia prædicatur, et eadem ad li arbitrium carne concluditur; Dei Filius per od ex Virgine ortus, non per id quod ex Patre est, unigenitus prædicatur, idemque nec vera proles, nec verus Filius Virginis asserit, ut A per falsam passionem, mortemque non veram mendax etiam resurrectio resumptæ de sepulcro carnis habeatur. Frustra autem utuntur catholico nomine, qui istis impietatibus non resistunt, possunt hæc credere, qui possunt talia patienter audire. Dedimus itaque litteras ad fratres et coepiscopos nostros Tarragonenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicos, eisque concilium synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem pertinebit, ut nostræ ordinationis auctoritas, ad prædictarum provinciarum episcopos deferatur. Si autem aliquid (quod absit) obstiterit, quominus possit celebrari generale concilium, Galliciæ saltem in uno conveniant sacerdotes, quibus congregatis, fratres nostri, Hydacius et Ceponius imminebunt conjuncta cum eis instantia B tua, quatenus de provinciali conventu remedium tantis vulneribus afferatur.

Epistola Aurelii Carthaginensis episcopi ad omnes episcopos per Bizanzenam et Arzignitanam provinciam constitutos de damnatione Pelagii atque Cœlestii hæreticorum.

Dilectissimis, ac desiderabilibus et consacerdotibus, PRIMIANO, GAIANO, et alii GAIANO, JANUARIO, et VICTORINO, cæteris per tractum provinciæ Bizanzenæ et Arzignitanæ constitutis, AURELIUS episcopus.

Super Cœlestii et Pelagii damnatione eorumque dogmatibus participem sanctam dilectionem vestram in plenario concilio fuisse cognovi, dilectissimi et desiderabiles fratres. Sed quoniam pro honore Dei, in cujus manu cor regis est constitutum gloriosissimorum principum Christianorum fidem rectam et catholicam custodientium accessit auctoritas, quam per humilitatem meam universis episcopis meis vo- C lui intimare; idcirco honorabilem fraternitatem vestram missis exemplaribus instruere curavi, ne in aliqua parte provinciæ supradictorum serpentina persuasio ab universali Ecclesia totius orbis exclusa fortasse subrepat. Ob hoc ergo tam necessaria constitutio principum Christianorum charitatem vestram latere non debuit, et ad me ab eis datæ litteræ quarum simul exemplaribus lectis (quemadmodum subscribere unusquisque vestrum debeat) dilectio vestra cognoscet, sive quorum synodalibus gestis subscriptio jam tenetur, sive qui non potuistis eidem plenario totius Africæ interesse concilio, quod cum in supra dictorum hæreticorum damnatione omnium vestrum fuerit integrata subscriptio, nihil omnino unde illis dissimulationis vel negligentiæ, vel occultatæ forsitan pravitatis, aliqua videatur merito remansisse suspicio. Alia manu. Opto, fratres, bene vivatis, mei memores. Data Kalendas Augusti, Carthagine, Monaxio et Pluita, consu- D libus.

Excerpta ex gestis habitis contra Pelagium hæreticum, et alia de libellis ejusdem, quæ in Palæstina sibi objecta damnare compulsus est.

Quod ad Hierusalem nolentem colligi filios suos Dominus clamabat, hoc nos clamamus adversus eos qui filios Ecclesiæ colligi nolunt, Nec saltem post judicium, quod de ipso Pelagio in Palæstina factum est, corriguntur, de quo damnatus exisset, nisi objecta sibi contra gratiam Dei dicta, quæ obscurare non potuit, ipse damnasset. Præter illa quæ quomodo potuit, ausus est qualicunque ratione defendere, objecta sunt quædam, quæ nisi remota omni tergiversatione anathematizasset, ipse anathema factus fuisset.

Dogma Pelagii hæretici.

Cum diceret Adam mortalem factum, qui sive

peccasset, sive non peccasset, moriturus esset; et quod peccatum ipsius ipsum solum læserit, non genus humanum; et quod infantes, nuper nati, in illo statu sunt, in quo Adam fuit ante prævaricationem; et quod neque per mortem, vel prævaricationem Adæ, omne genus moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat; infantes enim, si non baptizentur habere vitam æternam, et divites baptizatos, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni visi sunt facere, non reportare illos, nec eos habere posse regnum Dei, et gratiam Dei, atque adjutorium, non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina; et Dei gratiam secundum merita nostra dari; et filios Dei non posse vocari, nisi omnimodo absque peccato fuerint effecti; et non esse liberum arbitrium, si Dei eget auxilio, quoniam in propria voluntate habet unusquisque facere aliquid, aut non facere; et victoriam nostram non esse ex Dei adjutorio, sed ex libero arbitrio; et quod pœnitentibus venia non detur secundum gratiam et misericordiam Dei, sed secundum meritum et laborem eorum, qui per pœnitentiam digni fuerint misericordia. Hæc omnia Pelagius sic anathematizavit. Quod satis gesta ipsa testantur, ut nihil ad ea quoquomodo defendenda disputationis attulerit. Unde fit consequens, ut quisquis secutor illius fuerit episcopalis auctoritate judicii, et ipsius Pelagii confessione, hæc tenere debeat, quæ semper tenuit catholica Ecclesia.

Dogma catholicorum contra Pelagium.

Quod Adam, nisi peccasset, moriturus non fuisset. Secundo, quod peccatum ejus non ipsum solum læserit, sed et genus humanum. Tertio, quod infantes nuper nati non sunt in illo statu, in quo Adam fuit ante prævaricationem. Quarto, ut ab ipsos etiam pertineat, quod breviter ait Apostolus : « Per unum hominem mors et per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur (*I Cor.* xv, 21, 22). » Unde fit, ut infantes non baptizati, non solum regnum cœlorum, verum etiam vitam æternam habere non possunt. Quinto, ut confiteatur divites baptizatos, etiam si divitiis suis non careant, et sint tales quales ad Timotheum describit Apostolus, dicens : « Præcipe divitibus hujus sæculi non superbe sapere, neque sperare in incerto divitiarum suarum, sed in Deum vivum, qui præstat nobis abundanter ad fruendum, divites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam (*I Tim.* vi, 17-19), » non eos regno Dei posse privari. Sexto, ut confiteatur gratiam Dei, et adjutorivm etiam ad singulos actus dari, eamque non secundum merita nostra, ut vera sit gratia, id est, gratis data per ejus misericordiam, qui dixit : « Miserebor cui miseratus fuero, et misericordiam præstabo, cui misericors fuero (*Exod.* xxxiii, 19). » Septimo, ut filios Dei fateatur illos posse vocari, qui quotidie dicunt : « Dimitte nobis debita nostra (*Matth.* vi, 12), » quod utique veraciter non dicerent, si essent omnino absque peccato. Octavo, ut fateatur esse liberum arbitrium, etiam si divino indiget adjutorio. Nono, ut fateatur quando contra tentationes concupiscentiasque illicitas dimicamus, quamvis illic habeamus et propriam voluntatem, non tamen ex illa, sed ex Dei misericordia nostram salutem, quia non aliter verum erit quod Apostolus dicit : « Non volentis, neque currentis, sed ut salvemur, miserentis est Dei (*Rom.* ix, 16). » Decimo, ut fateatur secundum gratiam et misericordiam Dei, veniam petentibus dari, non secundum meritum eorum, quandoquidem ipsam pœnitentiam, donum Dei, dixit Apostolus, ubi ait de quibusdam : « *Ne forte* det illis Deus pœnitentiam. » Hæc omnia *simpliciter sine ullis* fateatur ambagibus. Si quis in auctoritatem catholicam, et ipsius Pelagii expressa ecclesiasticis gestis verba consentit, neque enim illa quæ his sunt contraria, veraciter anathematizata esse credendum est, nisi hæc quibus sunt contraria fide et corde teneantur, et aperta confessione promantur.

LXXII. — *Ad Rusticum, Ravennium, Venerium, et cæteros episcopos Galliarum.*

Impletis per misericordiam Dei communibus votis, dignum est fraternitatem vestram sanctorum gaudiorum habere consortium. Nam fratres mei, qui vice mea Orientali synodo præsederunt, quæ vota retulere significo confirmata catholica fide, et glorificato apostolicæ prædicationis triumpho. Quod etiam hi qui ad deviandum, vel seducti fuerant, vel impulsi, recepta veritatis luce lætantur. Siquidem, omnes Domini sacerdotes in una sententia sancto Spiritu docente consensere, et de sacramento Dominicæ incarnationis in qua multorum intelligentia caligabat, ita tenebræ erroris ablatæ sunt, ut in uno Domino nostro, vero Dei et hominis Filio, nec de humanitatis ambigatur natura, nec de deitatis essentia. In impios autem nefandi erroris auctores qui indignos se Dei gratia judicantes correctionis uti remediis noluere, qualis sit lata sententia exemplaria quæ misimus edocebunt, ut agnoscat vestra dilectio, fratres charissimi, in sancto examine divinum non defuisse judicium, quo et vindicta tributa est obduratis, et pax impensa correctis. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

LXXIII. — *Ad Julianum episcopum.*

Litteræ dilectionis tuæ quæ mihi nuper sunt redditæ, quam spirituali catholicæ fidei vigeas amore demonstrant, et multum gaudere me faciunt, quod in eadem sententia pia corda concurrunt ut secundum doctrinam Spiritus sancti impleatur in nobis quod Apostolus ait : « Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia (*I Cor.* i, 10), » cujus unitatis nimium se Eutiches fecit extraneum, si in sua perversitate veterascit, nec adhuc quibus vinculis a Domino sit obligatus, intelligit. Et quanquam sacerdotem Domini reperiendum putat, qui ejus imperitiæ, amentiæque consentiat, diu apud nos incertum fuit, quid in ipso catholicis displiceret, et cum fratris nostri Flaviani nullas litteras sumeremus, ipse autem scriptis suis Nestorianam hæresim repullulare quereretur, non plene potuimus discere, unde procederet, vel quo tenderet tam dolosa causatio. Sed posteaquam gestorum ad nos episcopalium documenta perlata sunt, omnia illa quæ fallacium querelarum velamine tegebantur, quæ essent detestanda patuerunt. Et quia clementissimus imperator, pro benevolentia ac pietate animi sui, de statu hujus qui ante honorabilis videbatur, diligentius voluit judicari, atque ob hoc indicendum credidit episcopale concilium, per fratres nostros Julianum episcopum et Renatum presbyterum, sed et filium meum dia-

m Hilarium, et quos ex latere meo vice mea ad fratrem nostrum Flavianum sufficientia pro tate causæ scripta direxi, quibus et vestra di- et Ecclesia universa cognoscat de antiqua et ılari fide, quam indoctus impugnator incessit, divinitus traditum teneamus, et quid incom- ıbiliter prædicemus. Quia tamen non debemus s miserationis omittere, congua moderatione dimus sanciendum, ut si condemnatus presbyter ı satisfactione corrigitur, sententia qua obstri- est, relaxetur. Si vero in eodem insipientiæ suæ jacere delegerit, statuta permaneant, et cum ıabeat sortem quorum est secutus errorem. Idus Junii, Asturio et Protogene consulibus.

24 LXXIV. — *Item ad Flavianum Constantinopolitanum.*

teras tuæ dilectionis accepi, cum gestis quæ vos fidei quæstione confecta sunt. Et quia cle- issimus imperator, pro Ecclesiæ pace sollicitius dum voluit congregari, quamvis evidenter ap- ıt rem, de qua agitur nequaquam synodali in- e tractatu, tamen, frater charissime, subsecu- sse significo, quos in hac re placuit destinare. ıecessarium fuit nunc amplius scribi, cum pro- de his quæ causæ credidimus convenire, per ea ipsi portabunt scripta, sis plenius instruendus. XV Kalendas Julii, Austurio et Protogene con- us.

I. — *Item ejusdem ad Theodosium Augustum.*

ceptis clementiæ vestræ litteris, et multum uni- li Ecclesiæ gaudendum esse prospexi, quod ıtianam fidem qua divinitas honoratur, et colin nullo dissimilem, in nullo vult esse discordem. enim rebus humanis ad exorandam misericor- Dei efficacius suffragetur, quam si una gratia- ıctio, et unius confessionis sacrificium majestati ab omnibus offeratur? In quo et sacerdotum, nctorum fidelium, ita demum erit plena devo- i in his quæ per unicum Dei Filium Deum Ver- pro nostra redemptione sunt gesta, nihil aliud atur, quam quod ipse prædicari de se jussit, et . Unde quamvis ad diem concilii episcopalis ı pietas vestra constituit occurrere me ratio permittat, cum nec aliqua ex hoc exempla esserint, et temporalis necessitas me non pa- r deserere civitatem, præsertim cum tam evi- fidei causa sit, ut rationalibus causis ab indi- a synodo fuisset abstinendum, tamen inquantum inus juvare dignatur meum studium commodavi, ementiæ vestræ statutis aliquatenus pareatur, ıatis hinc fratribus meis quæ amputandis scan- , pro causæ æquitate sufficiant, quique præ- æ meæ impleant vicem, quia non talis quæstio est, unde aut possit, aut debeat dubitari. Data alendas Julii, Asturio et Protogene consulibus.

XVI. — *Ejusdem ad Flavianum episcopum.*

ɔfectis jam nostris, quos ad vos in fidei causa imus, per filium nostrum diaconum scripta tuæ tionis accepimus, quibus merito parum de negotio communis sollicitudinis indidisses, quoniam et gesta ante delata de omnibus nos sufficienter instruxerant, et ad familiarem interrogationem idoneus erat sermo prædicti per quem nunc alloquia reddentes dilectionem tuam per Dei gratiam, in qua fidimus, cohortamur utentes verbis apostolicis atque dicentes : « In nullo terreamini ab adversariis, quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis (*Phil.* I, 28). » Quid enim tam exitiabile quam negata veritate incarnationis Christi, omnem spem salutis humanæ velle dissolvere, et Apostolo contraire dicenti manifeste : « Magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne (*I Tim.* III, 16) » Quid tam gloriosum quam contra inimicos nativitatis et crucis Christi pro fide Evangelica dimicare? De cujus purissimo lumine invictaque virtute datis jam ad tuam dilectionem litteris, quid in nostro esset corde patefecimus, ne de illis quæ secuudum doctrinam catholicam didicimus, et docemus, aliquid inter nos videri possit ambiguum. Quia vero tam valida, et tam clara sunt testimonia veritatis, ut nimis cæcus nimisque obduratus habendus sit, qui ad coruscationem lucis atque rationis non confestim se a tenebris falsitatis excusserit, ad curandam imperitorum insaniam, etiam patientiæ volumus adhibere medicinam, ut paternas increpationes hi qui in senectute carnis suæ mente sunt parvuli, discant obedire majoribus, ac si deposita imperitiæ suæ vanitate resipiscunt, omnique errore damnato fidem, veram singularemque suscipiunt, misericordia eisdem episcopalis benevolentiæ non negetur, mansuro judicio quod præcessit, si impietas merito condemnata in sua pravitate perstiterit. Data X Kalendas Augusti, Asturio et Protogene consulibus.

LXXVII. — *Iterum ad eumdem Constantinopolitanum episcopum.*

Auget sollicitudinem nostram taciturnitas tua, qui jamdiu nulla dilectionis tuæ scripta suscepimus, cum nos curarum tuarum participes pro fidei defensione solliciti frequenter per occasiones idoneas ad dilectionem tuam litteras miserimus, ut adhortationum nostrarum consolationibus te juvaremus, ut adversariorum stimulis pro fidei defensione non cederes, cum laboris tui participes nos probares. Olim ad fraternitatem tuam nostros credimus pervenisse, per quos plenius scriptis, mandatisque nostris instructum te esse retines, et Basilium ad te (ut volueras) ipsi remisimus. Nunc ne aliqua prætermissum occasione te crederes, per filium nostrum honorabilem et amabilem nobis virum Esitium hanc paginam dedimus, ut tota celeritate ad scripta nostra respondeas, nosque subinde de tuis actibus, nostrorumque, et de totius causæ absolutione facias certiores, ut sollicitudinem quam nunc pro fidei defensione gerimus, prosperioribus nuntiis molliamus. Data III Idus Augusti, Asturio et Protogene consulibus.

LXXVIII. — *Ad clerum et plebem CP.*

Leo et sancta synodus quæ in Urbe convenit, cleris honoratis, et plebi Constantinopolitanæ.

In notitiam nostram, quæ Ephesi contra opinionem omnium sunt acta, prælatis, magno animum nostrum fatemur mœrore confusum, nec tantum licuisse iniquitati facile potuissemus credere, nisi filius noster Hilarius diaconus, qui a nobis vice nostra cum aliis, ut interesset synodo, missus fuerat, fugiens revertisset, declinans injuste particeps esse sententiæ. Quippe cum vox illic a nostris contradictionis emissa sit, quam Alexandrinus antistes, qui totum solus potentiæ suæ vindicavit, audire contempsit, in consortium suæ voluntatis invitos protrahens sacerdotes, ut per vim coacti subscriberent, qui nullam damnationis causam idoneæ reperissent. Sed hos ausus pio et Christianissimo principi confidimus, minime placituros. Nunc quia Ecclesiam vestram hac ratione cognovimus dissipatam, consolandos adhortandosque vos esse credimus nostris epistolis, ut pro catholicæ fidei defensione perfidorum nequitiæ resistatis. Nolumus enim dilectionem vestram hoc mœrore percelli, cum major gloria vestra subsecutura constantiam si a probabili sacerdote vestro nullæ minæ vos nulla formido divulserit. Quisquis enim incolumi atque superstite Flaviano episcopo vestro sacerdotium ejus fuerit ausus invadere, nunquam in communione nostra habebitur, nec inter episcopos poterit numerari. Nos enim sicut Nestorium in sua perversitate anathematizavimus, ita eos qui veritatem carnis nostræ in Domino Jesu Christo denegant, pari exsecratione damnamus. State igitur in spiritu catholicæ veritatis, et apostolicam cohortationem ministerio vestri oris accipite, « quia vobis donatum est, pro Christo non solum, ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini (*Phil.* I, 29). » Nolite arbitrari, dilectissimi, quod sanctæ Ecclesiæ suæ desit, aut defutura sit divina protectio. Splendescit enim fidei puritas, cum ab ea sordes separantur errorum. Unde iterum iterumque vos ante conspectum Domini obtestamur pariter et monemus, ut a fide in qua fundati estis, et in qua Christianissimum principem novimus permanere, non insidiis, nón cujusquam persuasionibus moveamini, sed in personam episcopi vestri illum in cordis oculis habeatis, pro quo idem omnia pati quæ fuerint illata, non metuit; cujus per omnia imitatores vos esse cupimus, ut commune cum ipso præmium fidei habere possitis. Data Idus Octobris, Asturio et Protogene consulibus.

LXXIX. — *Item Leo papa ad Anastasium episcopum Thessalonicensem.*

Quantum relatione Hilarii diaconi nostri cognovimus, magnum facinus Alexandrino episcopo auctore vel exsecutore commissum est, ut dum in fratrem nostrum Flavianum, veteres æmulationes, et odia privata desæviunt, nec innocentiæ probatissimi sacerdotis, nec Christianæ fidei parceretur. Unde multum dilectioni tuæ congratulamur, quod te ad illam synodum ire cupientem opportunis obstaculis manus divina obtinuit. Ne abstenturus procul dubio a tanto scelere indignis injuriis subjaceres, et furori impio militibus quantum didicimus armisque suffulto contraire non posses. Quia ergo prorupit in aptum perfidia quæ latebat, et in nefandissimam hæresim unius imperitissimi senis asseclæ transierunt, tempus probationis nostræ debemus agnoscere, et contra impetus adversantium munitionibus cœlestibus freti incommutabiliter animis constantiam præparare. Scimus, frater charissime, quia sacramento magnæ pietatis suæ aderit divina protectio. Si quid igitur fraternitati tuæ de impiis constitutionibus fuerit ingestum, protestamur pariter ac monemus, ne vel in damnatione fratris insontis, vel in receptione nefarii dogmatis consensum tui cordis immisceas. Major est enim qui in nobis est, quam qui adversus nos. Annitere potius quantum te ipse naturæ nostræ susceptor et glorificator adjuverit, ut omnium fratrum nostrorum corda confirmes. Nobis enim ab Evangelio generationis et mortis ac resurrectionis Domini Jesu Christi nullatenus recedentibus, diffinitissimum est in nostræ communionis numero non futuros eos qui conantur antiquæ catholicæ fidei fundamenta convellere. Data III Idus Octobris, Asturio et Protogene consulibus.

LXXX. — *Item ejusdem ad Theodosium Augustum.*

Pro integritate fidei catholicæ Christianissimum principem convenit esse sollicitum, et hoc indefessis precibus divinam misericordiam posco, ut cordi vestro id quod est veritatis inspiret, neque falli vos in aliquo humanarum calliditatum æmulatione patiatur. A me autem atque ab omnibus catholicis sacerdotibus quæ angelicæ fidei pietas defendat, satis plene ac lucide litteris meis quas clementiam vestram jamdudum per famulum vestrum Epiphanium tribunum, qui pro hac causa missus est, arbitror accepisse. Ratum est, nec ambigi potest hoc nos purissime credere, hoc constanter asserere quod etiam venerandi patres quondam apud Nicæam congregati secundum fidem symboli credendum et confitendum sacratissima auctoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis imperator, sicut Nestorii dogma perversum merito anathematizavimus, ita juste etiam horum impietatem qui veritatem carnis nostræ negant a Domino Jesu Christo susceptam esse damnamus. Unde si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostræ dignetur annuere, ut intra Italiam haberi jubeatis episcopale concilium, cito (auxiliante Deo) poterunt omnia scandala quæ in perturbationem totius Ecclesiæ sunt commota resecari, ut per universum regnum vestrum catholicæ fidei integritate servata, et pacem Christianam manere, et vestram apud Deum crescere gloriam gaudeamus. Data VIII Kalendas Junias, Asturio et Protogene consulibus.

LXXXI. — *Ejusdem ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum.*

Quæ et quanta dilectio tua pro catholicæ fidei defensione patiatur, per diaconum qui ab Epheso furtim est lapsus, cognovimus. Et licet magnificemus Deum qui te gratiæ suæ virtute 225 confor-

tat, necesse est tamen nos dolere eorum ruinas, per quos veritas impugnatur, et ipsa totius Ecclesiæ fundamenta quatiuntur. Quia vero providentia Dei semper suis necessarium præstat auxilium, scire debet fraternitas tua nos pro communi causa nihil eorum quæ agenda sunt præterire, ut primitus ad ea quæ universitati fidelium prosint, pervenire mereamur. Sin est ut fortiter interim dilectio tua toleret, quæ sibi ad æternam gloriam non dubitat profutura. Perlator sane brevis hujus epistolæ fidei sermone poterit enarrare quidquid illud est, ad quod adjuvante Domino, studio fidei et charitatis intendimus. Data III Kalendas Octobris, Asturio et Protogene consulibus.

LXXXII. — *Cujus superior ad Julianum episcopum.*

Cognitis quæ apud Ephesum unius hominis præsumptione sunt gesta, magno quidem dolore affecti sumus, de his quæ impie furioseque commissa sunt; sed ad Dominum nostrum animos dirigentes, multam fiduciam ab ipsa quam sequimur veritate concipimus, non omittentes omnia agere, quæ auxiliante Dei gratia, credimus profutura. Tenendum ergo nobis est quod tenemus, et sæviente unius turbinis procella, serenissima fidei est amplectenda tranquillitas, donec radios suos veritas per universa diffundat, et caliginem infidelitatis consumat. Quæ autem disposita sunt per latoris sermonem agnosces. Data III Idus Octobris, Asturio et Protogene consulibus.

LXXXIII. — *Ad Faustum et cæteros Archimandritas Constantinopolitanos.*

Leo et sancta synodus quæ in urbe Roma convenit, Fausto, Martino, Petro, Magno, et Eliæ presbyteris, et Archimandritis Constantinopolitanis, dilectissimis filiis, in Domino salutem.

Quamvis ea quæ ad Constantinopolitanam Ecclesiam scripsimus, sollicitudinem devotionis vestræ latere non possunt, tamen etiam specialibus dilectionem vestram litteris cohortandam esse credidimus, ut memores sanctæ professionis vestræ quæ proprie in fide et charitate consistit, omnia scandala quæ contra pacem Ecclesiæ orta sunt, a vestris cordibus repellatis beati Apostoli sententiam pia mente retinentes : « Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit (*Gal.* I, 8), » custodientes unitatem cum fratre nostro Flaviano, episcopo, quem ad tempus Dominus permisit impiorum factione tentari, ut probatum sibi sacerdotem suum perseverantiæ merito faceret clariorem. Hæ autem perturbationes, necesse est, auxiliante Dei gratia, celeriter destruantur, et omne quod reprobum est ab Ecclesiæ puritate, quæ nec maculam, nec rugam recipit, respuatur, maxime cum ab insana imperitia in hoc usque præruptum sit, ut contra sacramentum salutis humanæ incarnationis Domini nostri Jesu Christi veritas denegetur, atque antiquæ fidei prædicator atque defensor, quia non acquievit blasphemiis, quas olim sancti Patres nostri in multis hæreticis damnavere, subjiciatur injuriis. In qua utique omnium Domini sacerdotum reverentia ceditur, et universa corporis Christi membra pulsantur. Sed quia gloriosum nobis est, quidquid nos pati Deus voluerit, pro veritate tolerare, in consortium vos patientiæ paternis exhortationibus advocamus, ut per dilectionem vestram, omnibus Deo servientibus, quæ scripsimus innotescant, et inimicis Evangelii resistentes, nec pastoris vestri dilectionem, nec unitatem catholicæ fidei deseratis. Quoniam ea quæ in Epheso nuper contra justitiam vel canonum disciplinam per unius hominis impudentiam gesta sunt, nulla catholicæ fidei ratio rata esse permittit. Data VIII Idus Octobris, Asturio et Protogene consulibus.

LXXXIV. — *Item Leonis ad Martinum presbyterum.*

Gratias agimus Deo, et multam fiduciam piæ exsultationis accepimus, cum dilectionem tuam et catholicam fraternitatem, ita spiritum fidei vigere cognoscimus, ut cordibus vestris nihil infirmitatis hæretica possit inferre tentatio, ad quam divinitus destruendam, nec defuit, (ut scitis) sollicitudo nostra, nec deerit, donec Omnipotens dextera omnia diaboli arma confringat. Cui ob hoc aliquid audere permittitur, ut a fidelibus Christi gloria majore vincatur. Sed quid autem difficultatum intervenit, aut morarum, cum æquanimitate tolerandum est, quoniam ubi veritas est magistra, nunquam desunt divina solatia, fratres charissimi. Quamvis ergo magna locorum intervalla nos dividant, unitate tamen fidei vobiscum sumus, et toto corde Jesum Christum Dominum nostrum verum Deum, et verum hominem confitentes, nulla in vobis detrimenta perpetimur, cum de vestræ professionis concordia gloriamur, tantum ut sit, (auxiliante Domino), constantia perseverans, dicente Apostolo : « Vobis enim datum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini (*Philip.* I, 29). » Ad quam fortitudinem sanctarum mentium roborandam, fratres nostros atque legatos, quos pro apostolicæ fidei libertate direximus, et quos dudum apud vos esse confidimus, plurimum credimus profuturos, cum totius actionis nostræ didicerctis affectum, et curam vestram atque consilium operi junxeritis, de qua re non necesse est nunc latius scribere, cum jam per supradictos sufficientes epistolas miserimus, quibus abundantissime omnis catholica fraternitas instruatur, divinæ erit virtutis et gratiæ, ut Dei Filius, qui naturam humani generis suam fecit, amplius quam videmus, aut sapimus, magnum pietatis suæ asserat sacramentum, quod impia temeritas sibi quidem fraudavit, sed rectis cordibus non potuit. Data Idus Septembris, Valentiniano et Avennio consulibus.

LXXXV. — *Ejusdem ad Martianum Augustum.*

Litteras pietatis vestræ accepisse me gaudeo, et ad significationem totius prosperitatis pertinere cognosco, cum sermones vestri vos faciant integritate securos. Quantas itaque clementiæ vestræ gratias referamus, non ex verbis nostris, sed ex beneficiis

vestris, quæ Ecclesiæ contulistis, agnoscite, non ambigentes qualem illum retributorem in omnibus habeatis, pro cujus estis tam pia religione sollicitus, et qui vos (ut res ipsa demonstrat) ad hoc ut fides catholica ab insidiis inimicorum suorum defenderetur, elegit. Hæc a me nunc breviter per fratris mei Anatolii clericos pietas vestra dignanter accipiat. Pleniora autem de omnibus quæ ad curam meam pro statu ecclesiarum et concordia pertinent Domini sacerdotum, per legatos nostros scripta direximus. Data Idus Aprilis, Adelphio consule.

LXXXVI. — *Cujus supra ad Julianum episcopum.*

Litteras fraternitatis tuæ per filios nostros Constantinopolitanos clericos nuntias tuæ salutis accepi, quibus te magnis tribulationibus gravatum fuisse significas, cum utique non defuerit materia sollicitudini et laboribus, quæ inter procaces catholicæ fidei adversarios inhærentem veritati animum fatigarent, idque, ut scribis, fuerit animo ut per occasionem necessitatis et nobis te et patriæ præsentares. Quod vero futurum speraveram, ut aptius omnium hæreticorum ambages tuo ore cognoscerem. Sed gratias ago Deo, quod ita incolumitas tua et Ecclesiæ causa perfecit, ut liberum tibi fuerit apud eos interim degere, quorum nobis parabolis consensus innotuit, sicut et fratris Anatholii scripta profitentur, et gesta quæ apud ipsum coram nostris sunt confecta demonstrant fratribus remeantibus. Ergo prædictis salutationibus vicissitudinem reddo; et ut contra falsitatis astutias perseverantem diligentiam teneas fidenter exhortor, cum tibi ad hoc et tuus animus et nostra auctoritas suffragetur. Quoniam licet de multis meliora indicata sunt, quod scilicet doleant se deceptos, et damnata perfidia cum auctoribus suis gratiam nostræ communionis exposcant, quod nos adeo libenter accepimus, reddituri his hanc quam desiderant communionem, cum promissa compleverint, quosdam persistere in sua obduratione cognovimus, quos oportet districtius comprimi, si nequeunt benignitate sanari. Ad quam rem nostros post diem venerabilem dirigemus, qui tecum participato consilio ea quæ a nobis constituta fuerint exsequantur. Data Idus Aprilis, Adelphio, viro clarissimo, consule.

LXXXVII. — *Leo ad Pulcheriam Augustam.*

Religiosam pietatis vestræ sollicitudinem, qua universo mundo, Deo inspirante, consulitis crebrioribus alloquiis incitare præsumo, ut operum vestrorum profectum necessaria perfectio subsequatur, ac sicut de statu Constantinopolitanæ Ecclesiæ gratulamur, cujus et sacerdos et populus catholicæ puritatis fidem jam tenere cognoscitur, ita etiam aliorum concors nobiscum sit de verbi incarnatione confessio. Unde quod facturum me aliis litteris indicaveram Lucensem episcopum, et Basilium presbyterum fratres meos dirigere præparavi, qui dispositiones meas fratris mei Anatolii devotione sociata secundum eas quas acceperunt regulas exse*quantur. Sicut enim* prædicti episcopi scriptis, et clericorum ejus suggestiones patefactum est, multa sunt, quæ indulgentius sunt curanda, multa quæ justius coercenda, ut in causa tantæ perturbationis, nec districtio nimis sit aspera, nec remissio parum cauta, cum aliud satisfacientibus, aliud pertinacibus debeatur. Offertur ergo pietati vestræ digna materia, quæ placitam Domino curam sancti cordis exerceat, et præcedentium meritorum coronas etiam de præsentis erroris abolitione multiplicet. Sicut Nestoriana impietas ita et Eutichiana blasphemia ab omnium est catholicorum eliminanda consortio. Quia tam impium est consubstantialem et consempiternam Patri Filii deitatem etiam ex utero Virginis matris partu editam negare corporeo, quam unam in Dei Filio post incarnationis sacramentum affirmare naturam, ut scilicet aut humanitas ejus refutetur, aut deitas cum unione utriusque essentiæ, nec altera sit in alterutram versa, nec assumpta in assumentè finita. Sed et Verbi incommutabilitas, et carnis atque animæ veritas maneant inseparabiliter in unitate personæ, quod qui, testificante lege, credentibus patriarchis, annuentibus prophetis, prædicante Evangelio, docentibus apostolis, et toto mundo confitente, non credunt, extra sacramentum corporis Christi, extra unitatem sunt nominis Christiani. Quorum sicut ruinam dolemus, ita perfidiam detestamur. Ut autem circa talium personas sincerum servetur ubique judicium, et aliud correctis, et aliud pertinacibus rependatur, vestra pietas nostros, qui ab apostolica sede sunt missi, fovere dignetur, eorumque omnes quas injunximus adjuvet actiones, quæ citius ac facilius, auxiliante Domino, quæ ad vestram gloriam, et ad totius Ecclesiæ pacem proficiant, exsequantur. De Eutiche autem totius scandali et pravitatis auctore, hoc clementia vestra præcipiat, ut ab eo loco qui Constantinopolitanæ urbi nimis vicinus est, longius transferatur, ne frequentioribus solatiis eorum quos ad impietatem suam traxit, utatur. Monasterio quoque ipsius cui perniciose indigneque præsedit, catholicum abbatem jubete præponi, qui illam servorum Dei congregationem, et a pravo dogmate liberare, et institutis veritatis possit imbuere. Data Idus Junii, Adelphio, viro clarissimo, consule.

LXXXVIII. — *Item ejusdem ad Anatolium episcopum.*

226 Ad declinandam erroris maculam, qua nonnullos aut Nestoriana impietas, aut Eutichiana labefactavit insania, laudabilem curam filii nostri Basilius et Joannes presbyteri, suæ æstimationis habuerunt, ut inter pugnantia dogmata falsitatis, vera catholicæ fidei pace gauderent. Si quidem longinquo peregrinationis labore suscepto, sensum cordis sui in apostolica sede patefecere, damnantes utramque hæresim, quarum supra fecimus mentionem, et de incarnatione Domini nostri Jesu Christi non aliud recipientes quam quod instruente sancto Spiritu, et didicimus et docemus. Per hos ergo, frater charissime, cum testimonio nostro ad propria revertentes, dilectioni tuæ nostra scripta direximus, fidenter orantes ut qui gratia apostolicæ communionis ornantur,

etiam tuo favore per omnia se gaudeant adjuvari. Data XIII Kalendas Julii, Adelphio, viro clarissimo, consule.

LXXXIX. — *Cujus supra ad Martianum Augustum.*

Credebamus clementiam vestram id desiderio nostro posse præstare, ut, præsenti necessitate respecta differri ad opportunius tempus sacerdotalem synodum juberetis, ut vocatis de cunctis provinciis sacerdotibus vere posset esse universale concilium. Sed, quia vos amore catholicæ fidei congregationem nunc fieri voluistis, ne devoto obviare viderer arbitrio, fratrem et coepiscopum meum Paschasium de eadem provincia quæ videtur esse securior, evocatum, qui vicem præsentiæ meæ possit implere direxi, Bonifacio, fratre nostro compresbytero sociato, et his quos antea miseramus adjunctis, consortem illis fratrem quoque meum Julianum addentes episcopum. Quos ea moderatione universa, Domino auxiliante, credimus esse gesturos ut quæcunque in querelam perturbationemque venerunt ad unitatem pacis et fidei, compressa omni dissensione revocentur, nec ullum in aliquorum cordibus sacerdotum, vel Nestorianæ, vel Eutichianæ impietatis vestigium relinquatur, quoniam catholica fides quam instruente nos Spiritu Dei per sanctos Patres a beatis apostolis didicimus, et docemus, neutrum subrepere permittat errorem. Si quid ergo morborum, si quod est vulnerum, quid sincera possit correctione curari, ut ad veram sanitatem revocetur, optamus. Quæ nunc utique non erant dubia, nec cujusquam simplicitati deinceps nocitura, si nullis se excusationibus voluerit obumbrare, cum absolutionem peccati non obtineat, nisi vera confessio. Quia vero quidam de fratribus (quod sine dolore non dicimus) contra turbines falsitatis non valuere catholicam tenere constantiam, prædictum fratrem et coepiscopum meum vice mea synodo convenit præsidere, certus quod absque odio et gratia ibidem ab his, quibus hoc commisimus, laboretur, ut cum solius hæreticæ impietatis excidio in omnibus Ecclesiis Dei veritas regnet et charitas. Data VI Kalendas Julii, Adelphio viro clarissimo consule.

XC. — *Cujus supra ad Pulcheriam Augustam.*

Quamvis nullas nunc litteras tuæ pietatis acceperim, scribente tamen gloriosissimo principe, non aliter dignatione ipsius sum gavisus, quam si etiam tuæ serenitatis redderentur alloquia. Unde consuetudinem me debitam mei officii oportuit custodire, per quam significarem clementiæ vestræ absolute me gaudere, et incessabilibus a Deo precibus postulare, ut vos et Romanæ reipublicæ catholicæ Ecclesiæ in omni prosperitate conservet. De vigore autem fidei vestræ quod indesinenter Domino sacrificium laudis offertis, quantas Deo gratias agam enarrare non valeo, quantum principibus temporis nostri non solum potentiam regiam, sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam. Judicante enim fratre meo Juliano episcopo, pervenerunt ad nos in exemplaribus perceptionum vestrarum salu-

A berrimæ sanctiones quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere, et docendo punire, ut si eos ad pœnitentiam miseratio divina converterit, multis lacrymis, et a nefandis cædibus, et ab hæreticorum blasphemiis diluantur. Quod vero piissimus imperator ad omnes episcopos qui Chalcedonensi synodo interfuere, voluit me scripta dirigere, quibus quæ illic de fidei sunt regula definita firmarem, libenter implevi, nec fallax quisquam simulatio sententiam meam haberi vellet incertam, cum per Constantinopolitanum episcopum, cui lætitiam meam largiter indicavi, in omnium potuerit notitiam pervenire quod scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere quam repulsam sui ambitus publicare, fratri et coepiscopo meo Juliano cui sollicitudinem meam
B in causam fidei delegavi, rogo ut eam fiduciam præbere dignemini qua pietati vestræ possit quæ universali Ecclesiæ sint profutura suggerere. Data XII Kalendas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

XCI. — *Ad Maximum Antiochenum episcopum.*

Quantum dilectioni tuæ placeat communis fidei sacratissima unitas, et pacis ecclesiasticæ tranquilla concordia, litterarum tuarum textus ostendit, quas ad nos filii nostri Martianus presbyter, et Olympius diaconus detulere, eo nobis gratiores quid per ipsas alloquia alterna miscemus, et magis magisque innotescere gratiam Dei, qua fit ut per totum mundum de manifesto catholicæ veritatis lumine gaudeatur. Quamvis (quod multum dolemus) quidam adhuc
C sicut sermo indicat nuntiorum, tenebras suas diligant, et cum ubique diei splendor exortus sit, etiam nunc cæcitatis suæ delectentur obscuro, et perdita fide solo et vacuo remanserint nomine Christiani, non habentes intelligentiam, qua errorem ab errore discernant, et blasphemiam Nestorii ab Eutichis impietate distinguant. Nec enim ideo excusabilis videri aliqua eorum falsitas potest, quia ipsi sunt in sua perversitate contrarii. Nam cum Nestorium Eutichetis discipuli detestentur, et Eutichen anathematizent Nestorii sectatores, catholicorum judicio pars utraque damnatur, et ambæ simul hæreses a corpore Ecclesiæ resecantur, quia neutra falsitas nobiscum potest habere concordiam. Nec
D interest quo sacrilegio ab incarnationis Dominicæ veritate discordent, dum id quod pravissime sentiunt, nec auctoritas Evangelii, nec ratio recipiat sacramenti. Et ideo, frater charissime, oportet dilectionem tuam toto corde perspicere, cujus Ecclesiæ gubernaculis te Dominus voluerit præsidere, et ejus meminisse doctrinæ, quam præcipuus apostolorum omnium beatissimus Petrus per totum mundum quidem uniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena et Romana urbe fundavit, ut illum in suæ glorificationis domicilio præeminentem, ea intelligas reposcere instituta quæ tradidit, sicut ab ipsa quam confessus est veritate suscepit. Neque ullo modo sinas in Orientalibus Ecclesiis maximeque in his quas Antiochenæ sedi sacratissimorum Petrum

Nicæni canones deputare ab improbis hæreticis Evangelio resultari, et vel Nestorii, vel Eutichetis a quoquam dogma defendi. Quoniam (sicut dixi) catholicæ fidei petra, cujus cognomen beatus apostolus Petrus sumpsit, a Domino nullum recipit ab utraque impietate vestigium, sed evidenter atque perspicue et Nestorium anathematizat, qui verbi carnisque naturam in beatæ Virginis conjunctione sejungens, unumque Christum in duos dividens, aliam deitatis, et aliam humanitatis voluit esse personam, cum omnino unus idemque sit, qui et secundum sempiternam deitatem de Patre est natus sine tempore, et de matre natus in tempore. Et Eutichen similiter exsecratur, qui in Domino Jesu Christo veritatem humanæ carnis evacuans ipsum Verbum in carnem asserit transformatum, ut nasci, nutriri, perficere, pati, mori, atque sepeliri, et die tertio suscitari, solius fuerit deitatis, quæ servilis formæ non veritatem susceperit, sed figuram. Summa itaque vigilantia cautum te esse convenit, ne quid sibi hæretica pravitas audeat vindicare, cum te deceat his sacerdotali auctoritate resistere, nosque sæpius de profectu Ecclesiarum tuis relationibus quid agatur instruere. Dignum est enim te apostolicæ sedis in hac sollicitudine consortem, et ad augendam fiduciam privilegia tertiæ sedis agnoscere, in nullo cujusquam ambitione minuantur, quia tanta apud me est Nicænorum canonum reverentia, ut ea quæ sunt a sanctis Patribus constituta, nec permiserim, nec patiar aliqua novitate violari. Et si enim diversa nonnunquam sunt merita præsulum, tamen jura permanent sedium quibus possunt æmuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem. Unde cum aliquid pro Antiochenæ Ecclesiæ privilegiis dilectio tua agendum esse crediderit propriis litteris studeat explicare, et ut nos consultationi tuæ absolute et congrue respondere possimus. Nunc autem ad omnia generaliter pronuntiare sufficiat, quod si quid a quoquam contra Nicænorum canonum statuta in quacunque synodo vel tentatum est, vel ad tempus videtur exortum, nihil præjudicii potest inviolabilibus inferre decretis, et facilius erit quarumlibet consensionum pactum dissolvi quam prædictorum canonum regulas ex ulla parte corrumpi. Subrependi enim occasiones non prætermittit ambitio, et quoties ob incurrentes causas generalis congregatio facta fuerit sacerdotum, difficile est ut cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suam moliatur appetere. Sicut etiam de Ephesina synodo, quæ impium Nestorium cum dogmate suo pertulit, Juvenalis episcopus ad obtinendum Palæstinæ provinciæ principatum credidit se posse sufficere, et insolentes ausus per commentitia scripta firmare, quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus episcopus merito perhorrescens scriptis suis mihi quid prædicta cupiditas ausa sit, indicavit, et sollicita pace multum poposcit, ut nulla illicitis conatibus præberetur assensio. Nam cujus epistolæ ad nos exemplaria direxisti sanctæ *memoriæ Cyrilli eam in* nostro scrinio requisitam nos authenticam noveris reperisse, hoc tamen proprium diffinitionis meæ est, ut quantumlibet numerus sacerdotum amplior aliquid per quorumdam subreptionem decernat, quod illis trecentorum decem et octo constitutionibus inveniatur adversum, id justitiæ consideratione cassetur, quoniam universæ pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reverentia intemerata servetur. Si quid sane ab his fratribus, quod ad sanctam synodum vice mea, nisi præter id quod ad causam fidei pertinebat gestum fuisse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantum ab apostolica sede sunt directi, ut excussis hæresibus catholicæ essent fidei defensores. Quidquid enim præter speciales causas synodalium conciliorum ad examen episcopale defertur, potest aliquam dijudicandi habere rationem, si nihil de eo est a sanctis Patribus apud Nicæam definitum. Nam quod ab illorum regulis constitutioneque discordat, apostolicæ sedis nunquam obtinebit consensum. Quanta vero hoc diligentia custodiatur a nobis exemplaribus ejus epistolæ quam ad Constantinopolitanum episcopum refrenantes ipsius cupiditatem direximus instrueris, quam in omnium fratrum et sacerdotum nostrorum facias notitiam pervenire, ut noverint pacem ecclesiasticam per concordiam Deo placitam debere servari. Illud quoque dilectionem tuam convenit præcavere, ut præter eos qui sunt Domini sacerdotes, nullus sibi jus docendi, et prædicandi audeat vindicare, sive sit ille monachus, sive sit laicus, qui alicujus scientiæ nomine glorietur. Quia et si optandum est, ut omnes Ecclesiæ filii quæ recta et sana sunt sapiant, non tamen permittendum est, ut quisquam extra sacerdotalem ordinem constitutus gradum prædicatoris assumat, cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conveniat, ut in uno Christi corpore, et excellentiora membra suum officium impleant, et inferiora superioribus non resultent. Data III Idus Junii, Opilione viro clarissimo consule.

227 XCII. — *Cujus supra ad Leonem Augustum.*

Officiis quæ ad gratulationem imperii vestri pertinent persolutis, etiam hanc paginam necessariæ supplicationis adjeci, qua catholicæ fidei divinitus præparatum favoris vestri posco præsidium. Nam talia in Alexandrina Ecclesia perpetrata fratris et coepiscopi mei Anatolii relatione cognovi, ut omnis Christiana religio sentiat se impeti, atque violari, nisi universali fidei vestra devotione prospiciatur, et memoratæ Ecclesiæ quæ antea catholicis fuit clara doctoribus reddatur Christiana libertas, ut cessantibus hæreticorum impugnationibus, evangelica doctrina quæ illic ante Dioscorum viguit, unita cum totius Ecclesiæ pace reparetur. Quod opus virtutibus vestris gloriæque conveniens, celerem et Deo placitum habebit effectum, si apud sanctam Chalcedonensem synodum de Domini Christi Incarnatione firmata nulla permiseritis retractatione pulsari. Quia in illo concilio per Spiritum sanctum congregato, plenis atque perfectis diffinitionibus cuncta firmata

sunt, ut nihil ei regulæ quæ ex divina inspiratione prolata est, aut addi possit, aut minui. Hoc autem etiam apud clementiæ vestræ scientiam non ambigimus esse perspicuum, siquidem ut multorum ante relationem comperimus, molitiones hæreticorum quæ contra prædictæ synodi auctoritatem conabantur assurgere, nihil ex hoc permiseritis audere. Unde quod negandum illis sponte vidistis gloriosum vobis est universali Ecclesiæ me suspicante concedere, et incommutabiliter perpetueque præstare, ut quæ secundum Evangelium Christi et prædicationis evangelicæ veritatem omnibus retro sæculis, una fide, unaque intelligentia roborata sunt, nulla ulterius possint actione convelli. Prout ergo misericordia Dei concilio Spiritus sui mentem vestræ pietatis instruxerit, sanctæ primitus Alexandrinæ Ecclesiæ pacis reparationi consulite, et per catholicos sacerdotes talem provideri jubete pontificem, in quo et in actuum probitate, et in fidei perfectione nihil possit reprehensibile reperiri, ut omnibus rite compositis, eadem utique servetur prædicatio veritatis. Data quinto Idus Junii, Constante et Rufo consulibus.

XCIII. — *Ejusdem ad Leonem Augustum.*

Licet proxime ad clementiam vestram gemina scripta direxerim, quorum unum debitum salutationis impleret, aliud pro statu Ecclesiæ supplicaret, tamen occasione quæ Deo providente se præbuit iterari utrumque convenit. Secundum ergo fiduciam illam quam ex Dei inspiratione universali Ecclesiæ præstitistis ante cujusquam preces constituendo quod maxime ab omnibus fuerat expetendum, non desinimus gratias agere, et providentiam Dei in fidei vestræ fervore benedicere, qui sancto et catholico spiritu, sicut fratris et coepiscopi mei Anatolii sermone cognovi. Ita hæreticorum impudentiæ restitistis, ut profiteremini totius mundi pacem Chalcedonensis synodi vos esse custodem. Quod cum ex vestræ fidei sententia saluberrime definitum sit, quanto studiosius universali Ecclesiæ est conferendum, ut tranquillitas fidei Christianæ etiam vestro prosit imperio, nec improbitas hæretica in aliquo suo molimine glorietur. Cujus pertinax insidiosa contentio illico conquiescet si imperiali potestate frenetur. Data Kalendas Septembris, Constantio et Rufo consulibus.

XCIV. — *Item, ejusdem ad eumdem.*

Litteras clementiæ tuæ plenas virtute fidei et lumine veritatis veneranter accepi, quibus cuperem etiam in eo quod præsentiam meam pietas vestra necessarium existimat obedire, ut majori fructu conspectum vestri splendoris assequerer, sed magis id vobis arbitror placiturum quod eligendum ratio demonstravit. Nam cum sancto spiritualique studio universam pacem Ecclesiæ muniatis, nihilque sit convenientius fidei defendendæ, quam his quæ per omnia instruente Spiritu sancto irreprehensibiliter definita sunt inhærere, ipsi bene videbimur statuta convellere, et auctoritates quas Ecclesia universalis amplexa est ad arbitrium hæreticæ petitionis infringere, atque ita nullum colligendis Ecclesiis modum ponere, sed data licentia debellandi dilatare magis quam sopire certamina. Unde quia post illas Ephesinæ synodi impietates, quibus Dioscori scelere fides catholica refutata perversitas Eutichiana suscepta est, nihil ad confirmationem fidei Christianæ utilius potuit ordinari, quam ut prædicti facinus sancta synodus Chalcedonensis aboleret, et tanta illic haberetur cœlestis cura doctrinæ, ut nihil cujusquam opinione resideret quod a prædicationibus vel propheticis et apostolicis dissonaret, ea scilicet moderatione servata, ut rebellibus tantum ac pertinacibus ab Ecclesiæ unitate rejectis, nulli correcto venia negaretur, quid probabilius, quid religiosius poterit pietas vestra decernere quam ut quæ non tam humanis quam divinis sunt statuta decretis, nullus ultra sinatur impetere, ne vere digni sint Dei munus amittere qui de veritate ipsius ausi fuerint dubitare. Cum ergo universalis Ecclesia per illius principalis petræ ædificationem facta sit petra, et primus apostolorum beatissimus Petrus voce Domini audierit : « Tu es Petrus et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam (*Matth.* XVI, 16). » Quis est nisi aut Antichristus, aut diabolus qui pulsare audeat inexpugnabilem veritatem, qui in malitia sua inconvertibilis perseverans, per vasa iræ et suæ apta fallaciæ falso diligentiæ nomine dum veritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare, atque contemnenda et vitanda merito sibi incontinens furor et impietas cæca præscripsit, ut diabolico instructu quod in sanctam Alexandrinam sævit Ecclesiam, quales essent qui Chalcedonensem synodum retractati cupiunt disceretur, in qua nullo modo accedere potuit, ut a vobis contra sanctam Nicænam synodum sentiretur, quod hæretici mentiuntur, qui se fidem Nicæni concilii tenere confingunt, in quo sancti et venerabiles Patres nostri conta Arium congregati, non carnem Domini, sed deitatem filii omousion Patri esse firmavere? In Chalcedonensi autem concilio adversum Eutychianam impietatem definitum est, de substantia Virginis matris Dominum Jesum Christum sumpsisse nostri corporis veritatem. Apud Christianissimum principem igitur et inter Christi prædicatores digno honore numerandum utor catholicæ fidei libertate, et ad consortium te apostolorum ac prophetarum securus exhortor, ut constanter despicias ac repellas eos qui se Christiano nomine privavere, nec patiaris impios parricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos constat a fide deviare. Cum enim clementiam tuam Dominus tanto sacramenti sui illuminatione ditaverit, debes incunctanter advertere regiam potestatem non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo, et quæ bene sunt statuta defendas, et veram pacem his quæ sunt turbata restituas, depellendo scilicet pervasores juris alieni, et antiquæ fidei sedem Alexandrinæ Ecclesiæ reformando, ut correctionibus tuis Dei iracundia mitigata, regiæ antea civitati non retribuat

quæ admissa sunt sed remittat. Constitue ante oculos cordis tui, venerabilis imperator, omnes qui per totum orbem sunt Domini sacerdotes pro ea tibi fide, in qua totius mundi est redemptio supplicare, in qua re specialius ambiunt, qui apostolicæ fidei sectatores Alexandrinæ Ecclesiæ præsidere, agentes apud pietatem tuam ne hæreticos homines et merito pro sua perversitate damnatos, uti sua persuasione patiamini, cum sive impietatem errorum aspicias, sive opus perpetrati furoris attendas, non solum ad sacerdotii honorem admitti nequeant, sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscindi. Nam quod exorata pietatis vestræ venia dixerim, quodam contagio splendorem vestræ serenitatis offuscant, cum sacrilegi parricidæ id audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere. Oblatæ sunt pietati vestræ preces, quarum exempla vestris litteris subdidistis, sed in his quæ catholicorum sunt deplorantium subscriptio continetur, et quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum, et dignitas sui honoris aperitur. In illis autem quas orthodoxo principi hæretica porrigere non formidavit obreptio, sub incerto confusæ unitatis vocabulo, ideo certum nomen retrahitur, ne non solum paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur. Latere enim sibi utile æstimat eorum quantitas, quorum est qualitas judicata, nec incongrue cujus loci homines sunt, profiteri metuunt, qui meruere damnari. In una ergo catholicorum supplicatione continetur, in alia hæreticorum commenta panduntur. Hic sacerdotum Domini, et totius Christiani populi ac monasteriorum defletur eversio, ibi immanium scelerum continuatio demonstratur, ut quod non licuit audiri, liceat dilatari. Nonne perspicuum est quibus pietas vestra succurrere, et quibus debeat obviare, ne Alexandrina Ecclesia, quæ semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum. Manifestum quippe est per crudelissimam insanissimamque sævitiam, omne illic cœlestium sacramentorum lumen exstinctum. Intercepta est sacrificii oblatio, defecit chrismatis sanctificatio et parricidalibus manibus impiorum omnia se substraxere mysteria. Nec ullo modo ambigi potest, quid de his decernendum sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi sacerdotis effusum, et concremati corporis cinerem in contumeliam aeris cœlique dispersum audent sibi jus pervasæ dignitatis expetere, et apostolicæ doctrinæ inviolabilem fidem ad concilia provocare. Magnum ergo vobis est, ut diademate vestro de manu Domini etiam fidei addatur corona, et de hostibus Ecclesiæ triumphetis, quia si laudabile vobis est adversarum gentium arma conterere, quanta erit gloria ab insanissimo tyranno Alexandrinam Ecclesiam, in cujus contritione omnium Christianorum est injuria liberare? Ut autem litteræ meæ pietati tuæ colloquium quasi præsentis exhibeant, quidquid de communi fide fueram suggesturus, scriptis prosequentibus insinuandum esse perspexi, *ac ne hujus epistolæ pagina* in nimiam longitudinem tenderetur, aliis litteris quæ assertioni catholicæ fidei congruunt, comprehendi, ut licet ea quæ a sede apostolica sunt prædicata sufficerent, insidias tamen hæreticorum, etiam hæc quæ sunt adjecta reserarent. Sacerdotalem namque et apostolicum tuæ pietatis animum, etiam hoc malum ad justitiam ultionis debet accedere, quod Constantinopolitanæ Ecclesiæ puritatem pestilenter obscurat, in qua inveniuntur quidam hæreticorum clerici sensui consonantes, et intra ipsa catholicorum viscera, assertionibus suis hæreticorum adjuvantes. In quibus deturbandis frater meus Anatholius, cum nimis benigne parcit, segnior invenitur. Dignamini pro fide vestra etiam Ecclesiæ istam præstare medicinam, ut tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab urbis habitatione pellantur, ne ulterius sanctus Dei populus perversorum hominum contagio polluatur. Cultores autem pietatis tuæ Julianum episcopum et Eutichium presbyterum mea petitione commendo, ut suggestiones eorum pro catholicæ defensione fidei placide digneris audire, quia vere sunt ejusmodi, ut fidei vestræ possint per omnia utiles inveniri. Data Kalendas Novembris, Constantino et Rufo viris clarissimis consulibus.

XCV. — *Ad Pulcheriam Augustam.*

228 Quantum sibi fiduciæ de fide vestræ clementiæ Ecclesia Dei debeat polliceri, multis probavimus sæpe documentis, dum sicut Spiritu sancto docente didicistis, illi per omnia potestatem vestram subjicitis, cujus munère et protectione regnatis. Unde quia contra integritatem fidei Christianæ dissensionem quamdam Constantinopolitana Ecclesia Eutiche auctore generatam fratris et coepiscopi mei relatione cognovi, ut totius causæ speciem synodalium gestorum textus ostenderet, dignum gloriæ vestræ est, ut error qui de imperitia magis quam de versutia natus est auferatur, priusquam ullas vires de consensu imprudentium pertinacia pravitatis acquirat. Nam quantum Nestorius a veritate excidit, dum Dominum Jesum Christum de matre Virgine hominem solum asserit natum, tantum etiam hic a catholico tramite deviavit, qui de eadem virgine editum non nostræ credidit esse naturæ, ut quod formam servi gessit, quod nostri similis fuit atque conformis, quædam nostræ carnis fuerit imago non veritas. Nihil autem prodest Dominum nostrum beatæ Mariæ virginis filium hominem dicere, si non illius generis atque seminis homo creditur, cujus in ipso Evangelii exordio prædicatur. Unde multum doleo, multumque contristor, quod hic qui ante de humilitatis proposito laudabilis videbatur, contra unicam spem nostram, patrumque nostrorum, vana et nimis perversa audet astruere, qui cum videret insipientiæ suæ sensum catholicis auribus displicere, revocare se a sua opinione debuerat, ne ita Ecclesiæ præsules commoveret, ut sententiam damnationis exciperet. Quam utique si in suo sensu voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim apostolicæ moderatio hanc tem-

perantiam servat, ut et severius agat cum obduratis et veniam cupiat præstare correctis. Quia ergo mihi multa fiducia est de pietatis vestræ sincerissima fide, obsecro clementiam vestram, ut sicut sancto studio tuo catholica prædicatio semper adjuta est, ita nunc quoque ejusdem libertati faveas. Non enim portiuncula aliqua fidei nostræ quæ minus lucide sit clara pulsatur. Sed hoc imperta resultatio audet incessere, quod Dominus in Ecclesia sua neminem voluit ignorare. Et ideo pro vestræ pietatis consuetudine elaborare dignemini, ut contra singulare sacramentum salutis humanæ, quod blasphema insipientia protulit, ab omnium animis repellatur, ac si ipse qui in hac tentatione incidit, resipiscat, ita ut quod male senserat propria voce et subscriptione condemnet, communioni illi sui ordinis reformetur. Quod etiam fratri et coepiscopo meo Faviano me clementia vestra cognoscat, et his quos misimus delegasse, ut venia concedatur, si error aboletur. Ne autem piissimi principis dispositioni quæ episcopale concilium voluit congregari, nostra videretur præsentia defuisse, fratres meos Julianum episcopum, Renatum presbyterum, et filium meum Hilarium diaconum misi, qui vicem præsentiæ meæ implere sufficerent. Sed ei qui in errore est melius consuletur, si ibi ubi desipuit, ibidem resipiscat, et ubi damnationem meruit, illic indulgentiam consequatur. Data Idus Junii, Asturio et Protogene viris claris. cons.

XCVI. — *Ad universos episcopos per Galliam et Hispaniam constitutos.*

Leo dilectissimis fratribus universis episcopis catholicis per Galliam et Hispaniam constitutis de Pascha.

Cum in omnibus divinorum præceptorum regulis exsequendis, sacerdotalem observantiam oporteat esse concordem, maxime nobis et principaliter providendum est, ne in paschalis festi die vel ignorantia vel præsumptio peccatum diversitatis incurrat. Unde quia tempus sacratissimæ solemnitatis ita dispositos habet limites suos, ut salutare sacramentum nunc citius, nunc tardius oporteat celebrari, non desinit apostolicæ sedis sollicitudo prospicere, ne devotio ecclesiastica aliquo turbetur incerto. Cum igitur in quibusdam ascriptionibus Patrum futurum proxime Pascha Domini ab aliis in diem quintumdecimum Kalendas Maii, ab aliis in diem octavum Kalendarum earumdem inveniretur ascriptum, tantum me diversitas ista permovit, ut clementissimo principi Marciano curam de hac re animi mei panderem, ut præcipiente ipso ab his qui habent hujus supputationis peritiam, diligentius illi discussa ratione, quæreretur quo die posset veneranda solemnitas rectius celebrari. Quo rescribente, octavo Kalendas Maii definitus est dies. Quia ergo studio unitatis et pacis malui Orientalium definitioni acquiescere, quam in tantæ festivitatis observantia dissidere, noverit fraternitas vestra die octavo Kalendarum Maiarum ab omnibus resurrectionem Dominicam celebrandam, et hoc ipsum per vos aliis esse fratribus intimandum, ut divinæ pacis consortio, sicut una fide jungimur, ita una solemnitate feriemur.

XCVII. — *Ad Samartionem, Carathonem,* etc.

Dominis fratribus merito beatissimis in Christo venerabilibus, Samartioni, Carathoni, Desiderio, episcopis et presbyteris omnium ecclesiarum quæ sunt intra provinciam Thraciam constitutæ, Leo, Victorius, Eustatius episcopi.

Tanta sæculi potestates circa sacerdotalem ordinem reverentia pervaluere, etiam hi quos sub imperiali nomine terris divina potentia præesse præcepit, ut jus distringendorum negotiorum episcopis sanctis, juxta divalia constituta permiserint. Quod cum et juris antiqui formulis et illatis frequentius sit et legibus confirmatum, præsertim tempore a plerisque invenimus fuisse calcatum. Nam prætermisso sacerdotali judicio passim ad examen sæculare transire. Quocirca nobis visum est, ut hanc et sacræ legis et nostri ordinis contumeliam et ad præsens ulcisceretur plena districtio, et observandam formulam constitueret in futurum. Censemus itaque ut quicunque prætermisso sacerdote ecclesiæ suæ ad disceptationem venerit sæcularium, sacris liminibus expulsus a cœlesti arceatur altario. Neque ullus post hanc definitionem qui communi sedit arbitrio quidquam sibi ultra præscriptum vindicare nitatur. Ita fieri, ut hi qui ante erravere congrua emendatione se corrigant, et qui sub observatione clericali cœlesti probatur servire officio, ex clero abjiciendum, si prætermisso sacerdotum judicio sæcularem adierit potestatem. Quod ideo singulos universosque volumus agnoscere, ut quod pleno justitiæ et juris ordine constitutum est, effectum totius firmitatis in omnibus clericorum negotiis sortiatur. Sane si clericus laicum pulset, prius se audiri ab episcopis poscat, tum si petitioni suæ laicum viderit obviare ex permissu episcopi sui in sæculi moderatores disceptatione confligat. Leo episcopus scribit; Victorius episcopus scribit; Eustatius episcopus scribit.

INCIPIUNT DECRETA HILARII PAPÆ.

INCIPIUNT CAPITULA.

1. Ut canones Nicæni vel apostolicæ sedis decreta custodiantur.

2. Ut bigami, aut viduæ, aut corruptæ mariti ad ecclesiasticos gradus non accedant.

3. Ut pœnitentes aut inscii litterarum sive defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habentes ad superiorem ordinem non veniant.

4. Ut ea quæ illicite episcopus vel decessor ejus ordinavit, ab eo qui superest emendentur.

5. Ut nullus episcopus, sibi eligat successorem,

Cap. I. Flavio Basilico, et Herminerico viris clarissimis consulibus, sub die decimo sexto Kalendarum Decembrium. In basilica sanctæ Mariæ residente venerabili papa Hilario una cum episcopis, numero quinquaginta, residentibus etiam universis presbyteris, astantibus quoque diaconibus, Hilarius episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ synodo præsidens, dixit: Quoniam religiosus sancto Spiritu congregante conventus hortatur, ut quædam quæ pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt, cura diligentiore tractemus, si placet, fratres, ea quæ ad ordinationis tenorem pertinent, juxta divinæ legis præcepta, et Nicænorum canonum constituta, juvante Domino in omne ævum mansura solidemus, ut nulli fas sit sine status sui periculo, vel divinas constitutiones, vel apostolicæ sedis decreta temerare, quia nos qui potentissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi, quia meminimus quod timere debemus qualiter comminetur Dominus negligentiæ sacerdotum. Siquidem reatu majore delinquit qui potiori honore fruitur, et graviora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum.

II. Cavendum ergo in primis ne ad sacratos gradus, sicut gestis prioribus ante scriptum est, quisquam qui uxorem virginem non duxit, aspiret. Repellendi sunt etiam quicunque in secundæ uxoris nuptias contra apostolica præcepta convenerunt.

III. Ut pœnitentes vel inscii litterarum, aut aliqua membrorum defectu damna perpessi, vel hi qui ex pœnitentibus sunt, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisque talium consecrator exstiterit factum suum ipse dissolvet.

IV. Sed quodcunque quis commisit illicite, aut a decessoribus suis invenit admissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit; nos enim in nullo volumus severitatem ultionis exercere. Sed qui in causis Dei vel contumacia vel in aliquo decessu deliquerit, aut ipse quod proprius prædecessor ejus fecit, abolere noluerit in se quidquid in alio non resecaverit, inveniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodiri (si placet sententias omnes, et subscriptiones proprias commodatæ) ut synodali judicio aditus claudatur illicitis. Ab universis episcopis, et presbyteris acclamatum est. Exaudi, Christe, Hilario vita, dictum est sexies. Hoc confirmamus et docemus, dictum est octies. Hæc tenenda sunt, hæc servanda sunt, dictum est quinquies. Doctrinæ vestræ gratias agimus, dictum est quindecies. Ista in perpetuum serventur rogamus, dictum est quindecies. Ista per sanctum Petrum ut in perpetuum serventur aptamus, dictum est octies. Hæc præsumptio nunquam fiat, dictum est decies. Qui hæc violaverit, in se inveniet. Et facto silentio, Hilarius episcopus dixit:

V. Præterea, fratres, nova et inaudita, sicut ad nos missis de Hispaniis epistolis sub certa relatione pervenit, in quibusdam locis perversitatum semina subinde nascuntur. Denique nonnulli episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non divinum munus, sed hæreditarium putant esse compendium. Et credunt sicut res caducas atque mortales, ita sacerdotium velut legatorio aut testamentario jure posse dimitti. Nam plerique sacerdotes, et in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, ut, scilicet non legitima exspectatur electio, sed defuncti gratificatio, pro populi habeatur assensu. Quod quam grave sit existimate. Atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de Ecclesiis auferamus, ne (quod turpe dictu est) homini quisquam putet deberi, quod Dei est. Ut autem quod ad nos perlatum est, ad vestram etiam possit pervenire notitiam, Hispanorum fratrum et coepiscoporum nostrorum scripta legantur. Paulus notarius recitavit. Et statutum est, ne quid ultra hujusmodi a sacerdotibus præsumatur.

229 *Epistola ejusdem Hilarii papæ ad Tarraconenses episcopos.*

1. Ut nullus sine consensu episcopi metropolitani episcopus ordinetur.

2. Ut nullus episcoporum relicta propria Ecclesia, ad aliam transeat.

3. Ut Hireneus remotus ab Artimoniensi ad propria revertatur.

4. De removendis episcopis qui illicite ordinati sunt et ne in una Ecclesia duo episcopi habeantur.

5. De damnatione Hirenei, si ad suam Ecclesiam non revertitur.

Dilectissimis fratribus Ascanio et universis episcopis Tarraconensis provinciæ, Hilarius episcopus.

Postquam litteras vestræ dilectionis accepimus, quibus præsumptiones Silvani episcopi Calagurensium Ecclesiæ retundi petistis, et rursum Barcinonensium quæritis nimis illicita vota firmari honoratorum et possessorum, Tyriasonensium, Castanensium, Calagurtanorum, Virigensium, Triciensium civitatis cum scriptionibus diversorum litteras nobis constat ingestas, per quas id quod de Silvano querela vestra deprompserat, excusabant. Sed reprehensione justissima eorum pariter allegatio non carebat, quia præter conscientiam metropolitani fratris et coepiscopi nostri Ascanii nonnullis civitatibus ordinatos claruit sacerdotes. Unde quoniam quidquid ab alterutra parte est indicatum omni videmus perversitate confusum, temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere quod gestum est, ut nihil deinceps contra præcepta beati apostoli, nihil contra Nicænorum canonum constituta tentetur.

Cap. I. Hoc autem primum juxta eorumdem Patrum regulas volumus custodiri, ut nullus præter notitiam atque consensum fratris Ascanii metropolitani aliquatenus consecretur antistes, quia hoc vetus ordo tenuit. Hoc trecentorum decem et octo san-

ctorum Patrum definivit auctoritas, cui quisquis obvias tetenderit manus, eorum se consortio fatetur indignum, quorum præceptionibus resultat.

II. In quorum contumeliam superbo spiritu etiam pars illa contemnitur quæ veretur, ne quis relicta Ecclesia sua, ad alteram transire præsumat. Quod nimis improbe conniventibus, et ut doleatur gravius vobis asserentibus, Hireneus episcopus conatur admittere. Quod nostra auctoritate roborare cupitis, quos maxime de rebus illicitis magna indignatione probatis accendi, lectis ergo in conventu fratrum, quos natalis mei festivitas congregarat litteris vestris quæ de ordinandis episcopis secundum statuta canonum vel prædecessorum meorum decreta fuerit probata sententia gestorum quæ pariter direximus tenore discetis.

III. Unde remoto ab Ecclesia Barcinonensi, atque ad suam remisso Hireneo episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant. Quod non licet obtinere talem protinus de clero proprio Barcinonensibus episcopus ordinetur, qualem te præcipue, frater Ascani, oporteat eligere, et deceat consecrare, ne si aliter forte factum fuerit, non sine objurgatione, maxime tui nominis retundat nostra præceptio, quod in injuriam Dei, a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum didicerimus admissum. Nec episcopalis honor hæreditarium jus putetur, quod nobis sola Dei nostri benignitate confertur.

IV. Ordinatos nunc ergo episcopos, qui licet dum te ignorante provecti sunt cum suis auctoribus meruerint submoveri hac ratione firmamus, si nec viduæ maritus fuerit quisquam, nec in secundæ conjugio nuptias ac vota convenerit, sicut et legalia constituta præcipiunt, dicendo : Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, non repudiatam, secundum quod etiam beatus Apostolus magister gentium de his qui fieri desiderant sacerdotes propria institutione non tacuit dicens, unius uxoris virum cujus tenore sane ita informati esse debetis, fratres charissimi, ut inter cætera quæ cavenda sunt hæc studeatis præcipue custodiri, quæ noscitis ante universa mandari. In quibus etiam perspiciendum est, ne duo simul sint unius Eccesiæ sacerdotes, aut litterarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, aut etiam ex pœnitentibus aliquis ad sacrum ministerium prorsus sinatur accedere. Nec tantum putetis petitiones valere populorum, ut cum his parere cupitis voluntatem Dei nostri, quæ nos peccare prohibet deseratis. Cujus indignatio ex hoc gravius commovetur, quia benignitas ejus, dum fiunt, illicita per eos qui sunt interpretes placationis offenditur.

V. Ut autem omnia secundum hæc quæ scripsimus corrigantur præsentes litteras Trajano subdiacono nostro veniente direximus. Quod si Hireneus episcopo ad Ecclesiam suam deposito, improbitatis ambitu redire neglexerit, quod ei non judicio, sed humanitate præstabitur removendum se ab episcopali consortio esse cognoscat. Deus incolumes vos custodiat.

Item epistola Hilarii ad Ascanium, de his quæ sunt scripta superius.

Dilectissimo fratri Ascanio, Hilarius episcopus.

Divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, et in quadam sacerdotii ejus specula constituti prohibeamus illicita, et sequenda doceamus. Unde directis per Trajanum subdiaconum nostrum litteris admonemus, ut qui male facta sunt, corrigantur. Et miramur admodum dilectionem tuam Barcinonensium petitiones non solum nulla auctoritate retulisse, verum etiam directis ad nos litteris, consummationem pravi desiderii postulasse adhibendo in epistolarum procemio concilii mentionem, tanquam culpæ minuerentur excessus, per multitudinem imperitorum, cum etiam sub significatione unusquisque sui nominis tecum pariter retulisset, et subscriptiones proprias factas singuli commodassent, dilectionem tamen tuam rei de qua displicet summa tangebat, quia pro loco et honore tibi debito cæteri sacerdotes docendi fuerant, non sequendi. Unde sicut in generalibus litteris indicavi, Hireneus ad propriam revertatur Ecclesiam, et Barcinonensibus de suo clero protinus consecretur antistes, cui tamen statuta canonum, et apostolica præcepta concordent. Et licet hi qui propter notitiam atque consensum tuæ dilectionis ordinati sunt sacerdotes, cum suis debuerint auctoribus submoveri, ne quid tamen in tanta necessitate decernamus austerum, eos qui episcopi facti suat ita volumus permanere, si apostolicis præceptionibus et statutis sanctorum Patrum non reperiantur obnoxii, ac deinceps nihil quod contra disciplinam ecclesiasticam veniat, sicut hactenus factum est perpetretur, tuæ sollicitudinis est, frater charissime, debitam tibi auctoritatem tueri, et illicitis non modo non præbere assensum, sed etiam cuncta quæ contra regulam facta repereris coercere, atque ante omnia quæ sola unitate decernimus, Hireneum ad Ecclesiam suam redire compelle. Ad quam sponte potius redire debebit, si a sacerdotali consortio meruit separari, nec unus Ecclesiæ duo esse permittantur antistites, quod opportunius supradicti subdiaconi fieri delegamus, instantia quam etiam pro conservanda Ecclesiæ disciplina commeare ad Hispanias dispositionis nostræ fecit auctoritas. Deus autem incolume tem custodiat, frater charissime.

Epistola Hilarii papæ, ad Leontium, Veranum, Victurium, episcopos.

Dilectissimis fratribus Verano, Leontio, Victurio, episcopis, Hilarius papa.

Movemur ratione justitiæ, quæ licet ab omnibus qui recta sapiunt, debeat custodiri, cum precipue Domini sacerdotibus non est temere negligenda, quorum cæteros informari convenit institutis. Frater igitur et coepiscopus noster Ingenuus Ebredunensis Alpium maritimarum pro-

vinciæ metropolitani semper honore subnixus in præjudicium suum, sicut annexa declaravit quædam nos petente fratre et coepiscopo nostro Auxamio statuisse commemorat, quæ universis in hac eadem causa defensionibus contrairent. Si quidem relationibus in nostro judicio recensitis, quas frater et coepiscopus noster Veranus ad sanctæ memoriæ decessorem meum cum cæteris provinciæ sacerdotibus misit, et apostolicæ sedis, quæ tunc directa fuerat patefacta, responsione manifestatum est, nihil postea debuisse tentari, nec ad injuriam synodalium regularum quidquam per obreptionem, quæ proxime facta est, oportere constitui. Nam licet ex hoc etiam quod a nobis est elicitum, censeatur infirmum, quia ex ipso insinuatum est, exsequi voluisse qui meruit, tamen ne odio vel gratia moveamur, quæ in causarum disceptationibus esse non debet, ita vestræ charitati cognitionem annexæ querimoniæ delegamus, ut nihil adversum venerandos canones, nihil contra sanctæ memoriæ decessoris mei judicium valeat quidquid obreptum nobis esse constiterit. Nolumus namque, fratres charissimi, Ecclesiarum privilegia quæ semper sunt servanda confundi, nec in alterius provincia sacerdotis alterum jus habere permittimus, quia per hoc non minus in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones, quam in injuriam ipsius Domini prosilitur, cujus exspectatio fructus nostri ministerii non in latitudine regionuum, sed in acquisitione ponitur animarum. Habeat itaque pontificium frater et coepiscopus noster Ingenuus provinciæ suæ, de cujus dudum ab apostolica sede est illicita cessione culpatus, et custoditis omnibus, quæ super Ecclesiis Ceruelenensis civitatis, vel castelli Nicensis, sicut diximus sanctæ memoriæ decessoris mei definivit auctoritas, nihil Ecclesiarum juri noceat, quod in alterum memoratorum a prædicto fratre ad excludendam cupiditatem, quemadmodum prohibuit ambitionis alienæ proxime est episcopus consecratus, sed statutæ correctionis forma permaneat, ut ad unius antistitis prædicta loca regimen revertantur, quæ in duos dividi non decuit sacerdotes. Dominus vos incolumes custodiat, dilectissimi fratres.

Epistola Tarraconensium episcoporum ad Hilarium papam.

Beatissimo et et apostolica reverentia a nobis in Christo colendo papæ Hilario, Ascanius et universi episcopi Tarraconensis provinciæ. Quoniam curam apostolatus vester provinciarum suarum sacerdotibus gerat filio nostro illustri Vincentio duce provinciæ nostræ referente cognovimus. Cujus impulsu votum nostrum in ausu scribendi prona devotione surrexit. Ergo provinciales litterario sermone debita coronæ vestræ obsequia deferentes, his quæsumus ut dignatione qua cæteros etiam humilitatem vestram in orationibus vestris, in mente habere dignemini, beatissime, et apostolica reverentia in Christo a nobis, colende Pater. Illud specialius deprecantes, ut *factam nostrum quod* tamen voto pene omnes provinciæ quam exemplo vetustatis in notitiam nostram defertur propensis assertionibus nostris roborare dignemini. Et cum legerent ab universis episcopis et presbyteris exclamatum **230** est. Exaudi, Christe, Hilario vita, dictum est decies. Hæc præsumptio nunquam fiat, dictum est sexies. Quæ Dei sunt ab homine dari non possunt, dictum est sexies. Per dominum Petrum rogamus ut in perpetuum serventur, dictum est sexies. Hæc ut reserventur rogamus.

Hilarius episcopus dixit : Lege. Paulus notarius recitavit. Episcopus Varohiensium civitatis, sanctus Nundinarius sortem explevit conditionis humanæ. Hic episcopo venerabili fratri nostro Hireneo quem ipse antea in diœcesi sua nobis volentibus constituerat, relinquens ei quod potuit habere paupertas supremæ voluntatis arbitrio in locum suum, ut substitueretur optavit. Sed defuncti judicium in ejus meritum non vacillat. Et cum legeret Probus episcopus e confessu surgens dixit : Illud licuit. Hoc non licuit : Successores Deus dat. Auctoritate vestra resistite huic rei per apostolatum vestrum.

Hilarius episcopus dixit : Percurre quod cœperas. Paulus notarius recitavit. Si quidem omnis clerus et plebs ejusdem civitatis et optimi et plurimi provinciales, ut idem ejus locum observaret a nobis speraverunt dato consensu. Nos cogitantes defuncti judicium et probantes ejus vitam, et eorum nobilitatem atque multitudinem qui petebant simul et utilitatem Ecclesiæ memoratæ optimum duximus, ut tanto sacerdoti qui ad divina migraverat, non minoris meriti substitueretur antistes, præsertim cum ecclesia illius municipii in qua ante fuerat ordinatus semper hujus civitatis Ecclesiæ fuisse diœcesis constet. Ergo suppliciter precamur apostolatum vestrum, ut humilitatis nostræ quod juste a nobis videtur factum vestra auctoritate firmetis. Jamdudum sane questi fueramus litteris vestris de præsumptione Salvini episcopi, et miramur quod nulla epistolatus vestri responsa suscepimus. Nunc hæc eadem suggerenles petimus, ut quid super his rebus observandum sit apostolicis sermonibus, nos dignemini informare. Et ne forsitan per negligentiam portitoris, aut longinqui itineris difficultatem humilitatis nostræ ad vos scripta non potuerit ex hoc negotio pervenire, etiam suggestionem nostram maluimus iterare. Et subscriptio : Ora pro nobis. Sanctum apostolatum vestrum jugi ævo divina conservet æternitas nobis omnibus et Ecclesiæ suæ, domine vere noster apostolice papa.

Epistola episcoporum Tarraconensium ad Hilarium papam.

Domino beatissimo et apostolica reverentia a nobis in Christo colendo papæ Hilario, Ascanius et universi episcopi Tarraconensis provinciæ.

Etiamsi nulla dictaret necessitas ecclesiasticæ disciplinæ, expetendum revera nobis fuerat illud privilegium sedis vestræ, quo susceptis regni clavibus post

resurrectionem Salvatoris per totum orbem beatissimi Petri singularis prædicatio universorum illuminatione prospexit. Cujus vicarii principatus sicut eminet, ita metuendus est ab omnibus et amandus. Proinde nos Deum in nobis primitus adorantes, cui sine querela servitis, ad fidem recurrimus apostolico ore laudatam, inde responsa quærentes unde nihil errore, nihil præsumptione, sed pontificali totum deliberatione præcipitur. Cum hæc ita se habeant, est tamen inter nos falsus frater, cujus præsumptionem sicut diutius tacere non licuit, ita et loqui futuri judicii necessitas imperavit. Silvanus quidam episcopus Calagurre, in ultima parte vestræ provinciæ constitutus, divinationes sibi indebitas usurpando, humilitatem nostram ad hoc usque perduxit, ut contra ejus vanissimam superstitionem sedis vestræ unicum remedium flagitemus. Hic namque jam ante octo aut septem amplius annos postponens Patrum regulas, et vestra instituta despiciens, nullis petentibus populis episcopum ordinavit. Cujus præproperum factum existimantes fraterna et pacifica posse admonitione sanari perfecit in pejus. Denique cum contra vetustatem canonum, contra synodi constituta alterius fratris nostri presbyteri spiritu tantum præsumptionis accensus, in eodem loco qui illi fuerat destinatus cui invito et repugnanti imposuerat manus, et qui nostro jam cœtui fuerat aggregatus, episcopum fecit. Hinc factum est, ut de ejus miserrima temeritate ad nos Cæsaraugustanæ urbis frater noster universa referret, cujus diligentia et sollicitudo admodum prospexerat, si in aliquo profuisset. Siquidem cunctis in vicinia positis episcopis ne se schismatico adjungerent frequentissime contradixit; sed obstinatione damnabili totum quod erat illicitum, et quod nobis pudor est dicere, non erubuit ille solus committere. Proinde quia his præsumptionibus quæ unitatem dividunt, quæ schisma faciunt, velociter debet occurri, quæsumus sedem vestram, ut quid super hanc partem observare velitis apostolicis affatibus instruamur, quatenus fraternitate collecta, prolatis in medium venerandis synodi constitutis, contra rebellionis spiritum vestra auctoritate subnixi, quod oporteat et de ordinatione et de ordinato fieri intelligere (Deo juvante) possimus. Erit profecto vester triumphus apostolatus vestri temporibus si quod sancti Petri cathedra obtinet catholica audiat Ecclesia, si novella zizaniorum semina fuerint exstirpata. Et subscriptio. Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrum jugi ævo divina conservet æternitas. Ut hæc emendentur rogamus, dictum sexies. Ut hæc recidantur rogamus, dictum septies. Ut disciplina servetur rogamus, dictum quinquies. Ut canones custodiantur, rogamus, dictum septies. Ut in præsumptionibus vindicetur, rogamus, dictum septies. Ordinatio apostolica illibata servetur, dictum septies. Exaudi, Christe, Hilario vita, dictum quinquies. Dignus papa, dignus doctor, dictum est octavies. Ut antiquitas servetur, rogamus, dictum septies. Ut disciplina servetur rogamus. Hilarius episcopus dixit : Acceptis quæ recitata sunt de omnibus, nunc, fratres, speciales sententias, Deo vobis inspirante, depromite. Maximius episcopus Ecclesiæ Tauritanis dixit : In custodiendis omnibus quæ ad sacras ordinationes pertinent disciplinis, melius sententiæ meæ, professione denuntio, nihil a me unquam eorum quæ prohibita sunt esse facienda. De reliquis censeo, ut quisquis talia fecerit, aut detecta in ecclesiis resecare noluerit, noverit se graves causas apostolicæ in sedis judicio reddituram. In quo illi necesse erit subire sententiam. Ingenuus episcopus Ebredunensis dixit : Mihi quoque eadem de omnibus partibus sententia est, qua me ipse constringo, ne quid a me unquam de his quæ sunt interdicta tentetur, quia novi statum et professionem meam; de cæteris etiam censeo, ut quisquis transgressor exstiterit, sciat se ecclesiasticæ regulæ laqueis innodari, et reatum apostolicæ sedis incurrere. Paulus episcopus Aquæ Vivæ dixit : Ego quoque simili me lege constringo. Et de cæteris quæ transgressores fuerint pariter censeo, nec eis sine periculo sui quidquam tale tentare liceat, quod merito debeat vindicari. Primus episcopus Ecclesiæ Atellanæ dixit : Hoc et ego censeo esse observandum. Pallidius episcopus Ecclesiæ Salpinæ dixit : Nihil me contra disciplinam ecclesiasticam vel statuta sanctorum canonum facturum esse polliceor. Tyberius episcopus Ecclesiæ Sabinensis dixit : Profiteor me statuta sedis apostolicæ in omnibus custodire. Et si in Ecclesia mea clericorum aliquem contra præcepta sanctorum canonum deprehendero, aut mulierem duxisse, aut duas habere uxores, ab ecclesiastico officio separare. Ab universis dictum est episcopis : Sententias fratrum omnes sequimur, omnes confirmamus, et observandas esse decernimus. Exaudi, Christe, Hilario vita, dictum sexies. Quæ male admissa sunt, per te corrigantur, dictum octavies. Quod non licet, non fiat, dictum octavies. Hilarius episcopus Ecclesiæ urbis Romæ synodo præsidens dixit : Quoniam præsentis definitionis, formam quæ secundum sanctorum statuta est sententiam, in omnium Ecclesiarum notitiam pervenire decrevimus, ne cuiquam pro sui possit ignoratione licere quod non licet edere, gesta notariorum sollicitudo curabit.

INCIPIUNT DECRETA SIMPLICII PAPÆ.

Ad Zenonem Spalensem episcopum de commissa vice apostolicæ sedis.

Dilectissimo fratri Zenoni, Simplicius. Plurimorum relatu comperimus dilectionem tuam fervore et spiritus sanctitate Ecclesiæ gubernatorem existere, ut naufragii detrimenta Deo auctore non

sentiat. Talibus idcirco gloriantes judiciis congruum duximus vicaria sedis nostræ te auctoritate fulciri, cujus vigore munitus, apostolicæ institutionis decreta vel sanctorum terminos Patrum nullo modo transcendi permittas, quoniam digna honoris remuneratione cumulandus es, per quem et in his regionibus divinitus crescere innotuit cultus. Deus te incolumen custodiat, frater charissime.

Epistola Simplicii papæ ad Joannem Ravennatem episcopum.

Si quis esset intuitus ecclesiasticæ disciplinæ, vel si quid apud te sacerdotalis modestiæ teneretur, nunquam plectibiles perpetrarentur excessus, a quibus si nullo te paternarum regularum poteras continere præcepto, saltem sanctæ memoriæ prædecessoris tui fueras revocandus exemplo. Qui cum faciendo presbyterum minus deliquisset invitum, senserat tamen dignum pro tali usurpatione judicium. Ubi ista didicisti, quæ in fratrem et coepiscopum nostrum Gregorium, non electione sed invidia perpetrasti, quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es atque vexari, ut ei honorem tantum non per animi tranquillitatem, sed per amentiam sicut dicendum est irrogares? Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur judicare quod dignum est. Nam privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Sed una nos ratio facit esse sententiæ mollioris, quam maluimus te fratre et coepiscopo nostro Projecto referente cognoscere, non nostris litteris propter opprobrium publicare. Nam scandala, cujus auctor agnosceris, ita moderatio nostra compescuit, ut frater et coepiscopus meus Greg. quem non provectum constat esse, sed pulsum, nullam causam, sicut petiit, tecum habiturus, Mucirensem gubernet Ecclesiam, et contubernium spiritale quod sortiri non oportebat invitum, non recuset amplecti. Cui si quid negotii forsitan emerserit, nostrum ex eo vel contra eum petatur examen. Necessitatibus etiam, quas faciente te compellitur sustinere, hac definitione consulimus, ut refuso prædio quod ante annum sibi datum esse commemorat, atque ad Ecclesiam Ravennatem reverso possessio in Bononiensi triginta solidorum redditus liberorum sine dubitatione tradatur in diem scilicet vitæ ejus, salvo proprietatis jure Ravennatis Ecclesiæ, ad quam post prædicti obitum revertetur. Quod si non fuerit nostris partium constitutis quid post transgressionem maneat, contumacem ipse perpendis. Denuntiamus autem, quod si posthac quidquam tale præsumpseris, et aliquem, seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconum invitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ravennatis Ecclesiæ vel Emiliensis noveris auferendas. Data III Kalendas Junii, Severiano viro clarissimo consule.

Epistola Simplicii papæ ad Florentium, Equitium, et Severum, episcopis.

Simplicius episcopus Florentio, Equitio, et Severo episcopis. Relatio nos vestræ dilectionis instruxit, et gestorum serie intimavit, Gaudentium Aufuniensis Ecclesiæ sacerdotem contra statuta canonum ac nostra præcepta ordinationes illicitas perpetrasse, quarum illi totam penitus auferri præcipimus potestatem. Scripsimus enim ad Severum fratrem et coepiscopum nostrum, ut si necesse fuerit, ipse in supradicta Ecclesia, consideratis Patrum regulis, hoc fungatur officio, quo ille abusus esse convictus est, ita ut hi qui illicite ab eo sunt provecti, ab ecclesiasticis ministeriis sint remoti. Simul etiam de redditibus Ecclesiæ vel oblatione fidelium quid deceat nescienti nihil licere permittat, sed sola ei ex his quarta portio remittatur; duæ ecclesiasticis fabricis, et erogationi peregrinorum et pauperum profuturæ ab Ovagio presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur; ultima inter se clericis pro singulorum meritis dividatur. At vero ministeria Ecclesiæ quæ alienata comperimus reparare præsumptor prædicti fratris compellatur instantia, cui etiam in hoc specialiter præcipimus imminere, ut tres illas portiones quas per triennium dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituat. Data XIII Kalendas Decembris, post consulatum Leonis Augusti.

231 *Simplicius Acacio.*

Dilectissimo fratri Acacio Simplicius. Cogitationum ferias non habemus, nec enim quiescere nos causa permittit, quam si relinquamus, Christo Domino nostro cujus interest, inexcusabiles sumus. Et mirum est dilectionem tuam tot emensis temporibus, et tot opportunitatibus inde venientibus, nihil nos de Alexandrina Ecclesia, quæ tam graviter quatitur, instruere voluisse, cum monere te, nec increpatio nostra destiterit, ut participata sollicitudine litteras meas apud Christianissimum principem, præsentibus tuæ dilectionis prosequeris alloquiis, et instituti veteris memor in orthodoxorum defensionem nobiscum, sicut semper incumberes, ne quisquam nostrum Christiana plebe pereunte reatum deditionis incurrat. Unde hortamur dilectionem tuam, ut opportune atque importune piis auribus insinuare non desinat, quatenus Alexandrinæ Ecclesiæ pax optata reddatur, et celeriter vigilantiæ tuæ proventus indicatur. Data VIII Idus Novemb., Severino cons., directa per Restitutum.

Rescriptum Acacii ad Simplicium urbis Romæ archiepiscopum.

Domino sancto patri archiepiscopo Simplicio Acacius. Sollicitudinem omnium Ecclesiarum secundum Apostolum circumferentes nos indesinenter hortamini, quamvis sponte vigilantes ac præcurrentes, sed vos divino zelo sollicitos demonstratis, statum Alexandrinæ Ecclesiæ certius requirentes, ut pro paternis canonibus suscipiatis laborem piissimo stillantes sudore pro his, sicut semper est approbatum; sed Christus Deus noster qui diligentibus se in bonum cooperatur, nostris cogitationibus insidens, et unam nobis in his mentem atque eam-

dem gloriam esse cognoscens, omnem victoriam ipse perfecit, consortes nos cum tranquillissimo principe faciens. Et Timotheum quidem decessorem spirantem procellas et ecclesiasticam tranquillitatem, sicut apparuit conturbantem, vitæ subtraxit humanæ, dicens ei : Tace et obmutesce : Petrum quoque qui ab Alexandria more similis procellæ surrexerat, dissipavit atque in æternam fugam sancto Spiritu flante convertit, unum ex his qui olim fuerant damnati. Sicut enim in nostris archivis vel conciliis inventum est, et de nostris scriniis, si dignamini requirere, poteritis agnoscere quæ de eodem subsecuta ab Alexandrino episcopo ad Romam alterutrum sint relata. Qui Petrus noctis existens filius, et operum diei lucentium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium congruas peragendum earum cooperator inveniens, media nocte adhuc jacente cadavere illius qui paternos canones subverterat insepulto, subripuit in sedem, sicut ipse arbitratus est uno et solo præsente et eo qui consors illius insistebat insaniæ, qui nusquam penitus omnino postea comparuit. Timotheus autem qui Davidicæ mansuetudinis exemplo subditur et usque in finem patiens, atque potestati propriæ restitutus a Christo propriæ sedis honore lætatur, et spiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis exspectat, multiplicato in se honore a Christo principe sacerdotum, propter quem et tolerantiæ coronam sibimet religavit. Attentius igitur oret vestra beatitudo pro Christianissimo imperatore et pro nobis ipsis. Universam fraternitatem quæ vobiscum est in Christo, ego et qui mecum sunt, salutamus. *Et alia manu* : In Domino ora pro nobis, justissime pater.

INCIPIUNT DECRETA FELICIS PAPÆ.

Ad Siculos episcopos.

1. De his qui baptizati doluerunt, et postea pœnitere noluerunt.

2. De presbyteris vel diaconibus qui in lapsu hæreticorum se baptismati dederunt.

3. De his qui se rebaptizandos impie dederunt.

4. De his qui per ignorantiam ætatis rebaptizati sunt.

5. De his qui ab hæreticis baptizati, aut rebaptizati sunt, ut ad ecclesiasticam militiam non perveniant.

6. De pœnitentibus ut ab aliis episcopis non suscipiantur.

Flavio, Boetio, viris clarissimis consulibus, sub die nu Iduum Martiarum, in basilica Constantiniani, residente venerabili viro papa Felice, una cum quadraginta episcopis considentibus universis presbyteris, astantibus etiam diaconibus, Felix episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ synodo præsidens, dixit : Communis dolor et generalis est gemitus quod intra Africam rebaptizatos, etiam episcopos, presbyteros, diaconosque cognovimus. Quæ res sine dubio ad nostræ quoque pervenit normam sanctitatis, de quo quid observari debeat, ordinare nos convenit. Proinde ut manifesta sit super hoc nostra sententia, quæ nobis sunt visa, recitentur. Astasius diaconus recitavit.

Dilectissimis in Christo Jesu fratribus universis episcopis per diversas provincias constitutis. Qualiter in Africanis regionibus astutia diaboli sævierit in populum Christianum atque id multiplici deceptione proruperit, ut non modo vulgus incautum, sed ipsos in mortis profunda demerserit sacerdotes, nullus orbis non gemuit, nulla terra nescivit. Unde in grandi mœrore positi dissimulare non possumus pereuntium atque a nobis exigendarum discrimen animarum. Quapropter competens adhibenda talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera capitis peste nihil prosit : sed segnius tracta pernicies reatu non legitimæ curationis involvat pariter saucios et medentes.

Cap. I. In primis itaque venientis ad vos et remedium postulantis sollicite discutienda est professio, et persona decepti, ut medela possit congruens exhiberi. Et qui satisfacturus Deo per pœnitentiam se rebaptizatum legitime doluerit, utrum ad hoc facinus occurrerit an impulsus accesserit requiratur sciens quod se decipiat ipse qui fallit, nihilque per nostram facilitatem tribunalis excelsi judicio derogari, cui illa sunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ justa sunt, et aliter necessitatis, aliter tranctanda est ratio voluntatis. Deterior est autem causa illius, qui forte pretio sollicitatus est, ut periret. Nihil enim intentatum reliquit inimicus, cui, ne de sua liceat gaudere captura, succurrendum est irretitis, et conterendus est venantis laqueus, ut infucatum lamentantibus lapsum tam justitiæ moderatione, quam compunctione pietatis ad aulam quam reliquerant sit regressus, nec pudeat forsitan, aut pigeat indictis jejuniorum gemituumque temporibus obedire, aut aliis observantiæ salubrioris obtemperare præceptis, quia humilibus datur gratia, non superbis. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus quisquis in Christo fieri quærit electus, et per dispositionis nostræ mysterium, quod vestram sequi convenit charitatem, nec alicui fas est vel velle vel posse transcendere causas ejus, qui contra apostolicam doctrinam ad iterationem se baptismatis nimis infaustam dedit, vel ejus qui aliquibus argumentis excusandum callide proprium putaverit esse consensum. Sacerdotali vigore et humanitate in eis fides, quæ nisi est una jam nulla est, adjutorio Domini judicis ad salutem, sine nostræ operationis offensione reparetur, quia cum peccatoris a nobis satisfactio protrahatur, non prater laudem nostram

atque lætitiam mens ejus ad veniam purgatior invenitur. Et ideo memineritis hanc super his nos habere sententiam, ut, servata discretione peccantium, non eadem cuncti qui lapsi sunt lance pensentur, quoniam majoris castigationis exigendus est usura, cui domus Domini commissa fuerit disciplina.

II. Ut ergo ab Ecclesiæ summitatibus inchoemus, eos quos episcopos, presbyteros vel diaconos fuisse constiterit, et se optantes forsitan, seu coactos lavacri illius unici salutarisque claruerit fecisse jacturam, et Christum quem non solum dono regenerationis, verum etiam gratiam præcepti honoris induerant exuisse cum constet, neminem ad secundam tinctionem venire potuisse, nisi se palam Christianum negaverit, et professus fuerit se esse paganum. Quod cum generaliter sit in omnibus exsecrandum, multo magis in episcopis, presbyteris, diaconibus auditum saltem dictoque probatur horrendum. Sed quia idem Dominus atque Salvator clementissimus est et neminem vult perire, usque ad exitus sui diem in pœnitentia si resipiscunt jacere conveniet, nec orationi non modo fidelium, sed nec catechumenorum omnimodis interesse. Quibus communio laica in morte redhibenda est. Quam rem diligentius explorare vel facere probatissimi sacerdotis cura debebit.

III. De clericis autem et monachis, aut puellis Dei, aut sæcularibus, præcipimus, hunc tenorem quem Nicæna synodus circa eos qui lapsi sunt vel fuerint servandum esse constituit, ut scilicet qui nulla necessitate, nullius rei timore aut periculo, se ut rebaptizentur hæreticis impie dederunt, si tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes sint. Septem autem annis subjaceant inter pœnitentes manibus sacerdotum, duobus autem oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo sæcularibus in oratione socientur. Nec confundatur Deo colla submittere, qui non eum timuit abnegare. Quod si utpote mortales intra metas præscripti temporis cœperit vitæ finis urgere, subveniendum est imploranti, et seu ab episcopo qui pœnitentiam dederit, seu ab alio qui tamen datam esse probaverit, aut similiter presbytero viaticum abeunti de sæculo non negetur.

IV. Pueris autem quibus quod adhuc imberbes sunt a pubertate vocabulum est, seu clericis sive laicis etiam similibus puellis, qulbus ignorantia suffragatur ætatis, aliquandiu sub manus impositione detentis reddenda communio est, nec eorum exspectanda pœnitentia, quos excipit a coercitione censura. Quod est a nobis provide constitutum, ne hi quibus in terreni labe contagii plus minusve restat ad vitam, dum adhuc in pœnitentia sunt, pœnitenda committant. Quod si ante præfinitum pœnitentiæ tempus despectus a medicis, aut evidentibus mortis pressus indiciis recepta quisquam communionis gratia convalescat, servemus in eo *quod Nicæni canones* ordinaverunt, ut habeatur inter eos qui oratione sola communicant, donec impleatur spatium temporis eidem præstitutum. Nec catechumenos nostros, qui sub tali professione baptizati sunt prætermittimus, quia non est causa dissimilis : sicut iidem sancti canones ordinaverunt ejus qui quolibet modo Christum quem semel confessus abjurarit. Tribus annis inter audientes sint, et postea cum cathechumenis permittantur orare, per manus impositionem communionis catholicæ gratiam percepturi, exceptis sane tantummodo episcopis, presbyteris et diaconibus quos solo mortis suæ tempore reconciliandos esse jam duximus. Cæteros, id est seu clericos, sive monachos, seu laicos utriusque sexus personas, quos violentia periculis coactos iterationem baptismatis subisse constiterit, vel qui aliquo commento hujus se facinoris piaculo dixerint non teneri, his pœnitentiam per triennium durare decrevimus, et per manus impositionem ad societatem recipi eos sacramenti.

V. Illo per omnia custodito, ne ex eis unquam qui in qualibet ætate alibi quam in Ecclesia catholica, aut 232 baptizati, aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam prorsus permittantur accedere. Quibus satis esse debet, quod in catholicorum numero sunt recepti, quoniam de suo ordine et communione videbitur ferre judicium, quisquis hoc violaverit antistitum, vel qui non removerit eum quem ex eis ad ministerium clericale obrepsisse cognoverit.

VI. Curandum vero maxime et omni cautela est providendum, ne quis fratrum coepiscoporumque nostrorum, aut etiam presbyterorum in alterius civitate vel diœcesi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio, et litteris, aut in parochia presbyter, aut episcopus in civitate suscipiat. Quod si aliqua dissimulatione negligitur, culpa tangit etiam clerum qui in locis in quibus hoc minus curatum fuerit, commoratur. His itaque rite dispositis et Ecclesiarum vestrarum ad notitiam nostra deliberatione perlatis, parere vos convenit quibus licet ad animarum reparationem nihil deesse videatur, tamen si cui novi aliquid et quod præterire nos potuit, fuerit revelatum, secundum beatum apostolum Paulum, tacente priore fideliter insinuet, quia Spiritus ubi vult spirat, maxime cum sua causa tractatur, nec nos pigebit audire. Et si quæ sunt omissa, non arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare. Deus custodiat vos, dilectissimi fratres. Data Idus Martii, Divanio et Sinidio IV cc. consulibus.

Epistola ejusdem ad Acacium Constantinopolitanum episcopum, qua eum condemnat propter Euthyciano-rum communionem.

Felix episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ Acacio.

Multarum transgresssionum reperiris obnoxius, et in venerabilis conciiii Nicæni contumelia sæpe versatus, alienarum tibi provinciarum jura te-

merarie vindicasti, hæreticos et pervasores, atque ab hæreticis ordinatos, et quos ipse damnaveras, atque ab apostolica sede petisti damnari, non modo communioni tuæ recipiendos putasti, verum etiam aliis Ecclesiis, quod nec de catholicis fieri poterat, præsidere fecisti, atque etiam honoribus quod non merebantur, auxisti. Testatur hoc Joannes, quem a catholicis Apamiæ non receptum, pulsumque de Antiochia. Tyriis præfecisti, et Humerius tunc de diacono ejectus atque Christiani nominis appellatione privatus, a te etiam in presbyterii provectus officium; et quasi hæc minora tibi viderentur, in ipsam doctrinæ apostolicæ veritatem ausus tuos et superbiam tetendisti, ut Petrus quem damnatum a sanctæ memoriæ decessore meo ipse retuleras, sicut testantur annexa, beati Evangelistæ sedem te jubente rursus invaderet, et fugatis orthodoxis episcopis, et clericis suis procul dubio similes ordinaret, pulsoque eo qui illic fuerat regulariter constitutus, captivam teneret Ecclesiam. Cujus tibi adeo grata persona est, et ministerium ejus acceptum, ut episcopos et clericos plurimos orthodoxos tunc Constantinopolim venientes detegaris affligere, et apocrisiarios ejus confovere, atque anathematizantem eumdem Petrum Chalcedonensis decreta concilii, et violantem sanctæ memoriæ Timothei sepulturam, sicut ad nos certiores nunc quoque nuntii detulerunt, per Messenum et Vitalem crederes excusandum, nec eum laudare desineres, et multis efferre præconiis, ita ut damnationem ipsius quam ante retuleras, veram non fuisse jactares. Tantum autem perseveras in hominis defensione perversi, ut quondam episcopos, nunc vero honore et communione privatos, Vitalem atque Messenum, quos ad ejus expulsionem specialiter miseramus, sublatos custodiæ passus fueris mancipari, et ad processionem quæ tibi cum hæreticis habetur, exinde productos, sicut eorum professionibus patefactum est ad hæreticorum tuamque communionem contempta, quæ vel gentium jure servari debuit, legatione pertraheres, præmiisque corrumperes, et in læsionem beati Petri apostoli, a cujus sede profecti fuerant, non solum inefficaces redire faceres, sed etiam impugnatores omnium quæ fuerant mandata monstrares. In quorum deceptionem tuam nequitiam prodidisti, et a libello fratris et coepiscopi mei Joannis, qui te gravissimis objectionibus impetivit, in apostolica secundum canones respondere diffidens, abjecta firmasti; Felicem quoque defensorem fidelissimum nobis necessitate faciente servis subsecutum indignum tuis censuisti oculis. Eos quoque tecum litteris communicare testatus quos constat hæreticos. Quid enim sunt aliud qui post obitum sanctæ memoriæ Timothei ad Ecclesiam sub Petro redeunt, vel qui se ex catholica eidem tradiderunt, nisi quod Petrus qui ab universa Ecclesia, atque a te fuerat judicatus? Habe ergo cum his quos libenter amplecteris portionem, et sententia præsenti quam per tuæ tibi direximus Ecclesiæ defensorem, sacerdotali honore et communione catholica, necnon etiam a fidelium numero segregatus, sublatum tibi nomen et munus ministerii sacerdotalis agnosce sancti Spiritus judicio, et apostolica per nos auctoritate damnatus, nec jam anathematis vinculis eruendus.

Felix papa Zenoni.

Dilectissimo fratri Zenoni Felix episcopus. Filius meus, vir clarissimus Terentianus ad Italiam dudum veniens dilectionis tuæ singularis exstitit prædicator talemque te esse vulgavit, qui ita Christi gratia redundares, ut inter mundi turbines gubernator Ecclesiæ præcipuus appareres. Quapropter, frater charissime, cum ad provinciam commearet, seduleque deposceret nostras ad dilectionem tuam litteras destinare, gratanter annuimus, quia et dignum Deo sermone complecti cuperemus antistitem, et per eum maxime vellemus id fieri cujus nobis fuerat laudibus intimatus. Quamvis ergo sanctis operibus ex omni parte prædictam fraternitatem tuam vir præfatus astruxerit, multumque fiduciæ de tua benevolentia teneret, tamen æquum est, ut quod desiderabat magnopere consequatur, quatenus qui tuis olim gratus est animis, contemplatione nostri reddatur acceptior, simulque materna et sacerdotali consolatione foveatur, peregrinationisque præsidium pastorali pietate reperiat, ut vestræ dignitatis affectu appareat apud sinceritatem vestram, nostram quoque, non minimum salutaris valuisse colloquium, Deus te incolumen custodiat, frater charissime. Celius felix episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ subscripsi. Data v Kalendarum Augusti, Venantio II consule. Simul septem et sexaginta episcopi absque papa subscripserunt.

EPISTOLA GELASII PAPÆ.

Epistola Gelasii papæ ad episcopos per Lucaniam et Brutios et Siciliam constitutos.

1. De institutis ecclesiasticis moderate pro temporum qualitate dispositis.

2. Ut ubi nulla perurget necessitas, constituta Patrum inviolata serventur.

3. Ut cum defuerint clerici, de monachis eligantur.

4. Ut si de laicis eligantur ad clerum, quantum temporis observatur.

5. De bigamis aliisque personis quæ ad ministerium clericatus nullatenus applicantur.

6. Ut sine præceptione papæ novæ basilicæ non dedicentur.

7. Ut nulla pretia de baptizandis consignandisque fidelibus exigantur.

8. De presbyteris, ut nihil de his quæ episcoporum sunt præsumant.

9. Ut diaconos mensuram propriam juxta Patrum decreta custodiant.

10. Quod diaconi in presbyterio residere non possint.

11. Quod apostolica sedes paternos canones pio studio devotoque custodiat.

12. Ut præter paschale tempus et Pentecosten, nemo baptizare præsumat, nisi eos tamen quos ægritudo extrema compulerit.

13. De presbyterorum et diaconum ordinationibus certis celebrandis temporibus.

14. De virginibus sacris quando velentur.

15. Ut viduæ non velentur.

16. Ut servi sub obtentu religionis non suscipiantur in clerum vel in monasterium.

17. Ut clerici nullas negotiationes inhonestas et turpia lucra sectentur.

18. Ut nemo illiteratus, vel aliqua parte corporis imminutus, ad clerum promoveatur.

19. De his qui seipsos abscindunt.

20. De criminosis ut ad clerum non promoveantur.

21. Quod dæmoniis aliisque passionibus irretitis ministeria sancta tractare non liceat.

22. Quod hi qui sacris virginibus se sociant, et fœdera incesta commiscent communicare non possint, nisi publicam pœnitentiam gesserint.

23. Quod viduæ, ut supra dictum est, non velentur, sed si professam continentiam proposito mutato calcaverint, ipsæ pro se rationem reddant.

24. Quod secunda conjugia sæcularibus non negentur, quibus tamen ad clerum minime venire conceditur.

25. Ut si quis susceperit Ecclesiæ propriæ desertorem, et in aliqua provexerit dignitate, utrique subjaceant sententiæ quam canones præfixerunt.

26. De laicis vel monachis, qui per præmium ordinantur, ut dantem et accipientem Simonis Magi crimen involvat.

27. Ut nulla basilica sub defunctorum constituta nomine dedicetur.

28. De feminis ut sacris altaribus non ministrent, vel aliquid ex his quæ virorum sunt officiis deputata præsumant.

29. De redditibus Ecclesiæ vel oblationibus fidelium quod in quatuor portiones fieri debeant.

30. Ut episcopus, presbyter et diaconus, qui contra hæc statuta fecerit sui honoris periculum sit subiturus.

CAP. I. Dilectissimis fratribus universis episcopis per Lucaniam, Brutios et Siciliam constitutis, GELASIUS.

Necessaria rerum dispositione perstringimur, et apostolicæ sedis moderamine convenimur, sic canonum paternorum decreta librare, et retro præsulum decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis *Ecclesiis relaxanda* deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus, quo nec in totam formam veterum videamur excedere regularum, et reparandis militiæ clericalis officiis quæ per diversas Italiæ partes, ita belli famisque consumpsit incursio, ut in multis Ecclesiis sicut fratris et coepiscopi nostri Joannis Ravanensis Ecclesiæ sacerdotis frequenti relatione comperimus, usquequaque deficiente servitio ministrorum, nisi remittendo paulisper ecclesiasticis promotionibus antiquitus intervalla præfixa remaneant, sine quibus administrari nequeunt sacris ordinibus Ecclesiæ funditus destitutæ; atque in plurimis locis per inopiam competentis auxilii salutare subsidium redimendarum desit animarum, nosque magno reatu si tanto coarctante periculo non aliquatenus consulamus innecti.

II. Priscis igitur pro sua reverentia manentibus constitutis, quæ ubi nulla vel rerum vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodiri, eatenus Ecclesiis quæ vel cunctis sunt privatæ ministris vel sufficientibus usque adeo despoliatæ servitiis, ut plebibus ad se pertinentibus **233** divina munera supplere non valeant, tam instituendi quam providendi clericalis obsequii sic spatia dispensanda concedimus.

III. Ut si quis etiam de religioso proposito et disciplinis monasterialibus eruditus, ad clericale munus accedat, imprimis ejus vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortasse uxorem, nec a marito rejectam sortitus ostenditur, si pœnitentiam publicam non gessit, nec ulla parte corporis vitiatus apparet, si servilis aut originariæ non est conditionis obnoxius, si curiæ etiam probatur nexibus absolutus, si assecutus est litteras sine quibus vix fortassis ostiarium possit implere. Et si is in omnibus quæ sunt prædicta fulcitur, continuo lector vel notarius, aut certe defensor effectus post tres menses existat acolythus. Maxime si huic ætas etiam suffragatur, sexto mense subdiaconi nomen accipiat. Ac si modestæ conversationis honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno fit presbyter. Cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta docetur præstitisse devotio.

IV. Si vero laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitius in singulis quæ superius comprehensa sunt, hujusmodi decet examinare personam, quantum inter mundanam religiosamque vitam constat esse discriminis, quia utique convenientia Ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda, tantoque magis quod sacris aptum possit esse servitiis in eorum quærendum est institutis, quantum de tempore quo fuerant hæc assequenda decerpitur, ut morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit, nec per occasionem supplendæ penuriæ clericalis vitia potius divinis cultibus intulisse, non legitimæ familiæ computemur procurasse

compendia. Quorum promotionibus super anni metas sex menses nihilominus subrogamus, quoniam, sicut dictum est, distare convenit inter personam divino cultui deditam, et de laicorum conversatione venientem. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus, ut illis Ecclesiis quibus infestatione bellorum vel nulla penitus vel exigua remanserunt ministeria renoventur, quatenus his Deo propitio restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma servetur. Nec contra eos ulla ratione prævaleat, quod pro accidentis remedio defectus providetur, non adversus scita majorum nova lege proponitur : cæteris Ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas pristinam faciendis ordinationibus convenit tenere sententiam. Quo magis hac opportunitate commoniti observantiam venerandorum canonum propensius delegamus, singulorum graduum conscientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur excessus.

V. Nec fas esse confidat quisquis pontificum bigamos, aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, sive quoslibet post pœnitentiam vel sine litteris, vel corpore vitiatos, vel conditionarios, aut curiæ publicarumque rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis exspectatione discussos, divinis serviturus applicare ministeriis, neque pro suo libitu jura studeant aliena pervadere, absque sedis apostolicæ justa dispositione mandante.

VI. Basilicas noviter institutas non petitis ex more præceptionibus dedicare nemo audeat, nec ambiant sibimet episcopi vindicare clericos potestatis aliæ.

VII. Baptizandis consignandisque fidelibus pretia nulla præfigantur, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes, quoniam quæ gratis accipimus, gratis dare mandamur, et ideo nihil a prædictis prorsus exigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione revocati, redemptionis causas suæ audire despiciant; certum habentes quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprii sint honoris.

VIII. Nec minus etiam presbyteros ultra modum suum tendere prohibemus, nec episcopali fastigio indebita sibimet audacter assumere, non conficiendi chrismatis, non consignationis pontificalis adhibendæ sibimet accipere facultatem, non præsente quolibet antistite, nisi fortasse jubeantur, vel orationis, vel actionis sacræ suppetere sibi præsumant esse licentiam, neque sub ejus aspectu, nisi jubeantur, aut sedere præsumant, aut veneranda tractare mysteria; nec sibi meminerint ulla ratione concedi, sine summo pontifice subdiaconum, aut acolythum jus habere faciendi, nec prorsus id dubitent, si quidquam ad episcopale ministerium specialiter pertinens suo motu putaverint exsequendum, continuo se presbyterii dignitate, et sacra communione privari. Quod fieri necesse est censeamus, si eorum præsule deferente hujusmodi fuerit prævaricatio comprobata, nec ipso eorum episcopo a culpa conniventiæ, et ultione vacaturo si immoderata facientes dissimulaverit vindicare.

IX. Diaconos quoque propriam constitutionis servare mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quidpiam tentare, nihil eorum suo ministerio permittimus applicare quæ primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Absque episcopo vel presbytero baptizare non præsumantur, nisi prædictis fortassis officiis longius constitutis necessitas extrema compellat. Quod et laicis Christianis facere plerumque conceditur.

X. Eos non in presbyterio insidere cum divina celebrantur, vel ecclesiasticus habetur quicunque tractatus. Sacri corporis prærogationem sub conspectu pontificis seu presbyteri, nisi his absentibus jus non habeant exercendi. Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magnopere custodire nitamur, ac sine eorum dispendio etiam illa quæ pro alicujus utilitatis fortasse compendio videantur laxanda cedamus.

XI. Cumque nobis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nihil licere, et cum sedes apostolica superior his omnibus, favente Domino, quæ paternis canonibus sunt præfixa, pio devotoque animo studeat tenere proposito, satis indignum est quemquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc observantiam refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere, satisque conveniens sit, ut totum corpus Ecclesiæ in hac sibimet observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum dicente Scriptura : « Ordinate in me charitatem (*Cant.* II, 4). » Et iterum : « Omnia certo ordine fiant (*Gen.* XLI, 18). » Atque iterum Psalmista prædicante : « Circumdate Sion et complectimini eam narrate in turribus ejus. Ponite corda vestra in virtute ejus, et distribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera, quoniam hic est Deus noster in æternum, et ipse reget nos in sæcula (*Psal.* XLVII, 13-15). » Hic procul dubio qui in ecclesiasticarum narratur altitudine dignitatum, et in cujus virtute bonis operibus corda ponenda sunt, gradibus utique distributis, cunctis Deus noster et rector populi prædicandus est Christianis, ubi nemo sibimet aliquo jam existimet imminutum, cum et uniuscujusque gradus profectione nil deperit, et convenienter retinendo, quod cœlesti dispensatione donatum est, pariter nobis, et cognoscibilem Deum fieri tribuit esse et rectorem. Nam et si quid indulgetur de temporum quantitate moribus aggregata strenuitate pensatur : si vitæ etiam proposito continetur, quod pro relata fuerit ætate curandum, dummodo illa nullatenus dissimulata subrepant, quorum quodlibet, si inesse claruerit, merito clericalibus infulis reprobabilem convincat esse personam. Etsi illa nonnunquam sinenda sunt, quæ, si cæterorum constet integritas, sola nocere non valeant; illa tamen sunt magnopere præcavenda, quæ recipi nisi manifesta decoloratione non possint. Ac si ea ipsa quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel re-

rum temporumquo cogit intuitus, vel accelerate provisionis respectus excusat : quanto magis illa nullatenus mutilanda sunt quæ nec ulla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas ?

XII. Baptizandi sibi quispiam passim quocunque tempore nullam credat inesse fiduciam. Præter paschale festum et Pentecostes venerabile sacramentum, excepto duntaxat gravissimi languoris incursu, in quo verendum est ne, morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortassis ægrotans, exitio præventus abscedat.

XIII. Ordinationes etiam presbyterorum, et diaconorum nisi certis temporibus et diebus exercere non debeant. Id est quarti mensis jejunio septimi et decimi, sed et etiam quadragesimalis initii, ac mediana Quadragesimæ die Sabbati jejunio circa Vesperas noverint celebrandas. Nec cujuslibet utilitatis, seu presbyterum, seu diaconum, his præferre qui ante ipsos fuerint ordinati.

XIV. Devotis quoque virginibus nisi aut in Epiphaniorum, aut in albis paschalibus, aut apostolorum natalitiis sacrum minime velamen imponant, nisi forsitan, sicut de baptismate dictum est, gravi languore correptis, ne sine hoc munere de sæculo excant, implorantibus non negetur.

XV. Viduas autem velare pontificum nullus attentet, quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præstituit. Non est ergo penitus usurpandum eis, quia sic ecclesiastica sunt conferenda præsidia, ut nihil committatur illicitum.

XVI. Generalis etiam querelæ vitanda præsumptio est, qua propemodum causantur universi, passim servos et originarios dominorum jura, possessionumque fugientes, sub religiosæ conversationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conniventibus quoque præsulibus indifferenter admitti, quæ modis omnibus est amovenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum, aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti, præcipue cum nunc ipsam ministerii clericalis hanc obligationem suspicari conveniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi conditioneque jurgari, aut videri, quod absit, obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione prohibitis quisque episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum qui monasteriis præesse noscuntur, hujusmodi personas apud se tenentes non restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ servituti, vel religiosis congregationibus putaverint applicandas, non voluntate forsitan dominorum, sub Scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se honoris proprii non ambigant communionisque subituros, si super hac re cujusquam verax nos querela pulsaverit. Magnis quippe studiis secundum beatum Apostolum præcavendum est, ne fides et disciplina Domini blasphemetur.

XVII. Consequens fuit, ut illa quoque quæ de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiavit *nec nunc prætereunda* putaremus, id est, plurimos clericorum negotiationibus inhonestis et lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes evangelicam lectionem, quæ ipse Dominus negotiatores e templo verberatos flagellis asseritur expulisse, nec Apostoli verba recolentes quibus ait : « Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus (*II Tim.* II, 4). » Psalmista quoque David surda dissimulantes aure cantantem : « Quoniam non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini (*Psal.* LXX, 16). » Proinde hujusmodi et ab indignis **234** postea quæstibus noverit abstinendum, et ab omni cujuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum, aut in quocunque gradu sint positi mox a clericalibus officiis abstinere cogantur, quoniam domus Dei, quæ domus orationis et esse debet et dici, ne officina negotiationis et spelunca potius sit latronum.

XVIII. Illitteratos quoque et nonnulla parte corporis imminutos sine ullo respectu ad ecclesiasticum venire servitium didicimus. Quod simul antiqua traditio et apostolicæ sedis vetus forma non recipit, quia nec litteris carens sacris esse potest aptus officiis et vitiosum nihil prorsus Deo offerri legalia præcepta sanxerunt. Itaque de cætero modis omnibus hæc vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum. Si qui vero vel temeritatem propria vel incuria præsidentium tales ante suscepti sunt, in his in quibus constituti sunt locis eatenus perseverent, ut nihil unquam promotionis arripiant, satisque habeant, hoc ipsum sibi pro nimia miseratione permissum.

XIX. De his autem qui seipsos abscindunt, paterni canones evidenter sequenda posuerunt, quorum tenorem sufficiat indidisse, dicunt enim talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere eos secludi, quod modis omnibus custodire nos convenit, quia fas esse nulli suppeditat quidquam præter illa quæ memorabilis decrevit forma censere.

XX. Comperimus etiam horrendis quibusdam criminibus implicatos tota discretione submota non solum de factis atrocibus necessariam pœnitudinem non habere, sed nec aliquem correctione penitus succedente ad divinum ministerium honoremque contendere. Nonnullos autem in ipsis ordinibus constitutos gravibus delinquentes facinoribus non repelli, cum mandet Apostolus nemini cito manus imponendas neque communicandum peccatis alienis, et majorum veneranda constituta pronuntiant. Hujusmodi etiam si forte subrepserint, tam qui ante peccaverunt detectos oportere repelli quam sacræ professionis oblitos prævaricatoresque sancti propositi procul dubio submovendos.

XXI. Usque adeo sane comperimus illicita quæque prorumpere, ut dæmoniis aliisque passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si in hoc opere positis aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis de sua ac fidelium salute confidat. Ubi ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari ? Atque ideo ne cessario removendi sunt, ne quibuslibet quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis

Postremo si corpore sauciatum fortassis aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina permittit, quanto magis doni dispensatores esse non convenit, quod est deterius mente percussos.

XXII. Virginibus, autem sacris temere se quosdam sociare cognovimus, et post dedicatum Deo propositum incesta fœdera sacrilegaque miscere. Quos protinus æquum est a sancta communione detrudi, et nisi per publicam probatamque pœnitentiam omnino non recipi, aut his certe viaticum de sæculo transeuntibus, si tamen pœnituerint, non negari.

XXIII. Nam de viduis sub nulla benedictione velandis superius late sufficienterque prædiximus, quæ si propria voluntate professam pristini conjugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi ejus intererit, quali Deum debeant satisfactione placare, quia juxta Apostolum primam fidem irritam fecerunt: sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiæ fidem debent custodire. Nos autem talibus nullum laqueum debemus injicere, sed solum adhortationes præmii sempiterni, pœnasque proponere divini judicii, ut et nostra sit absoluta conscientia et illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cavendum est quippe quæ de earum moribus actibusque beatus Paulus apostolus testatur, quod plenius exponere præterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri quam admoneri videatur.

XXIV. Secundas nuptias sicut sæcularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale sinitur venire collegium. Alia est enim humanæ fragilitati generaliter concessa licentia, alia debet esse vita divinarum rerum servitio dedicata.

XXV. Quisquis proprie desertor Ecclesiæ nullis exstantibus causis ad aliam putaverit transeundum, temereque susceptus fuerit, et promotus, reverendorum canonum vel ipse, vel receptor ejus atque provector constituta non effugiet, quæ de hujusmodi præsumptoribus præfixere servanda.

XXVI. De monachis laicisque in prima copiosius præceptionis hujus parte digestum est, vel quæ quatenus his pro rerum temporumque necessitate concessa sint, vel quemadmodum ubi nullius necessitatis interesse probatur, non nisi vetus institutio debeat custodiri. Quos vero constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem, convictos oportet arceri, non nisi periculo facinus tale perpetrantes, quia dantem pariter et accipientem damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, involvit.

XXVII. De locorum consecratione sanctorum quamvis superius strictim fuerit comprehensum, nobis quoque patefactum est, quod absque præcepto sedis apostolicæ nonnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare præsumant; hoc sumus tamen judicio detestabiliore permoti, quod in quocunque nomine defunctorum et quantum dicitur, non omnino fidelium constructiones ædificatas sacris professionibus audacter instituere memorantur. Quæ quoniam tam acerba, tam dura sunt, ut eadem vix noster ferre possit auditus, si vere Christianitatis affectus in illis regionibus certus, et fixus est, et districtius ista quærantur, et a quibus fuerint gesta, prodantur, quoniam sicut latentibus in hac atrocitate nominibus non exstat in quem sententia debita proferatur, ita cum manifestis fuerit documentis expositus, quem tanti sceleris poscit immanitas, non vitabit ullatenus ultionem.

XXVIII. Nihilominus impatienter audivimus tantum divinarum rerum subisse despectum, ut feminæ sacris altaribus ministrare firmentur, cunctaque quæ non nisi virorum famulatui deputata, sexum cui non competit exhibere, nisi quod omnium delictorum quæ sigillatim perstrinximus noxa omnis et crimen eos respicit sacerdotes qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando pravis excessibus se favere significant, si tamen sacerdotum jam sint vocabulo nuncupandi qui delegatum sibi religionis officium sic prosternere moliuntur, ut in perversa quæque profanaque proclives sine ullo respectu regulæ Christianæ præcipitia funesta sectantur. Cumque scriptum sit: « Minima qui spernit paulatim decidit (*Eccli.* XIX, 1), » quid est de talibus existimandum qui immensis ac multiplicibus pravitatum molibus ingente ruinam multimodis impulsionibus ediderint? Non ambigant qui hæc ausi sunt exercere, sed etiam qui hactenus cognita siluerint sub honoris proprii se jacere dispendio, si non quanta possint, celeritatem festinent, ut lethalia vulnera competenti medicina sanentur. Quo enim more teneant jura pontificum qui pontificalibus excubiis eatenus injuncta dissimulant, ut contraria domui Dei cui præsident potius operantur quantumque apud Dominum possent, si ei convenientia procurarent, tamen quid mereantur aspiciant, cum exsecrabili studio sectentur adversa. Et quasi magis hæc regula sit qua Ecclesiæ debeant gubernari si quidquid ecclesiasticis inimicum regulis perpetratur, cum et si cognitos habeat canones unusquisque pontificum intemerata debuerit tenere custodia.

XXIX. Quatuor autem tam de redditu quam de oblatione fidelium convenit fieri portiones. Quarum sit una pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda. De quibus, sicut sacerdotis intererit, integram ministris Ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic clericus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter noverit expetendum. Ea vero quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum, ipsam nihilominus ascriptam pauperibus portionem quamvis divinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen juxta quod scriptum est: « Ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est (*Matth.* v, 16), » opus etiam in præsenti testificatione prædicari, et bonæ famæ præconiis non taceri.

XXX. Quapropter nec clericorum qui sapientia se hujus offensæ futurum confidat immunem, si in his quæ salubriter sequenda deprompsimus, sive episcopum, sive presbyterum, sive diaconum viderit

excedentem, non protinus ad aures nostras deferre curaverit. Sic vero modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis et honoris elisor, si cuiquam clericorum vel Ecclesiæ totius auditui hæc putaverit supprimenda. Data v Idus Martii, Asterio et Præsidio IV consulibus.

Epistola Gelasii ad Siculos.

1. De bene regendis rebus Ecclesiæ ab episcopis.
2. De tricenali præscriptione.

Gelasius Romanæ Ecclesiæ episcopus dilectissimis et in Christo charitate unanimiter connexis fratribus episcopis qui in Sicilia sunt constituti.

Cap. I. Præsulum auctoritas nostrorum emanavit, ut facultates Ecclesiæ Christi ad regendum habeant potestatem. Ita tamen ut viduarum, pupillorum, atque pauperum, necnon et clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis statuimus dari quod hactenus decretum est. Reliquum sibi vindicent, ut, sicut ante diximus, peregrinorum atque captivorum largitores esse possint.

II. Illud annecti placuit ut si, quod absit, facultatum Ecclesiæ, necnon et diœceses quæ ab aliquibus possidentur episcopis jure sibi vindicent, quia tricenalis lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat appellare quos legum tempus exclusit. Data Idus Maii, Asterio et Præsidio IV consulibus.

Incipit tomus de anathematis vinculo Gelasii papæ.

Ne forte quod solent, dicant, quod si synodus Chalcedonensis admittitur, omnia constare debeant, quæ illic videntur esse deprompta, aut enim ex toto eam admitti oportere, aut ex parte si repudiabilis est, firmam ex toto constare non posse. Cognoscant igitur quoniam illud secundum Scripturas sanctas traditionemque majorum secundum canones regulasque Ecclesiæ pro fide communi et veritate catholica et apostolica, pro qua hanc fieri sedes apostolica delegavit, factamque firmavit, a tota Ecclesia indubitanter admitti. Alia autem quæ per incompetentem præsumptionem illic prolata sunt, vel potius ventilata, quæ sedes apostolica gerenda delegavit, quæ mox a vicariis sedis apostolicæ contradicta manifestum est; quæ sedes apostolica, etiam petente Martiano principe, nullatenus approbavit; quæ præsul Ecclesiæ Constantinopolitanæ tunc Anatholius, nec se præsumpsisse professus est, et in apostolicæ sedis antistitis non negavit, posita potestate. Quod ideo sic (ut dictum est) sedes apostolica non recepit, quia quæ privilegiis venerabilis Ecclesiæ contraria probantur, nulla ratione sustinet. Quid enim? Quia in libris sanctis quos utique veneramur et sequimur, quoniam quorumdam illic et profanitates esse feruntur, et scelera gesta narrantur. Ideo nobis pariter, aut veneranda sunt, aut sequenda quia in illis sanctis libris et venerabilibus continentur. Sanctus Petrus primus apostolorum, sic existimans Novi Testamenti gratiam prædicandam, ut a legis veteris non recederet institutis, quædam per simulationem legitur inter Judæos gentilesque gessisse. Nunquid ideo aut illa ejus redarguit, et postea consequenter vitavit, pariterque assumenda sunt, cum his quæ utpote primus apostolus salubria prædicavit? Nunquidnam aut ejus recta doctrina cum his quæ humanitus accesserant repudianda est, aut illa adhuc imbecillis inscitia, cum perfecta ejus suscipienda est doctrina? Nunquidnam in ipsorum hæreticorum libris non multa quæ ad veritatem pertineant posita releguntur? Nunquidnam ideo veritas refutanda est, quia libri, ubi pravitas interest, refutantur? Aut ideo pravi libri suscipiendi sunt eorum, quia veritas quæ illic inserta est non negatur? Ait Apostolus : « Omnia probate, quæ bona sunt tenete (*I Thess.* v, 21). » Scimus Apostolum etiam de paganorum libris aliqua posuisse. Nunquid ideo et cuncta recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prolata? Ipse Apostolus ait : Multos prædicatores aliter atque aliter Christum prædicare, ubi tamen licet quocunque modo Christum prædicatum oportet admitti. Tamen non ideo illum morem quo non recte prædicatum est admonet evitare. Malos operarios ipse conqueritur, quorum alia refutanda, alia docet esse sectanda. Hæc et hujusmodi exempla nos docent et testimonia divina confirmant, non omnia pessime a quocunque dicta vel ubicunque scripta indifferenter accipere, sed retentis bonis quæ noceant refutare. Peccatori homini mors illata est, et tamen homini Jesu Christo mors illata reum fecit esse diabolum, quia ubi causa mortis non erat, ibi peccati non debebatur et pœna. Sententia præfigitur vel præfixa est semper errori. Quæ sententia huic errori præfixa nunquam omnino resolvetur, sicut enim in quantum est ipse error, nunquam error esse desistit, sic a sententia nunquam præfixa resolvetur, quia error qui agnoscitur esse damnatus, eadem quandiu manet error probatur astrictus. Itaque qui in eo errore sunt sententia erroris obstricti sunt, et quandiu in eo manent nullatenus absoluti sunt, sicut nec ipse in quo sunt error absolvitur. Error enim ipse nunquam veniam promeretur, sed qui in eo veraciter caruerit, atque ab ejus participatione discedit. Quandiu ergo in eis est error damnationem suam tenet, nunquam resolvitur, quia error semper pœnam meretur. Participes vero ejus sunt semper et ejus pœnæ participes, si in eodem perstare non desinant, aut si ab eodem recesserint quam alieni facti sunt ab errore, et ab ejus participatione discreti, tam et pœnæ ejus erunt consequenter alieni. Cum erranti pœna præfigitur quandiu manet errans, eadem pœna constringitur; quia errans esse non potest sine pœna erratis. Hæc eadem pœna perpetua est nunquamque solvenda quandiu errans esse perstiterit. Qui si errans esse destiterit, pœna quæ erranti est præfixa perpetua, non erranti, id est alteri effecto, quam cui præfixa est, non solum non potest esse perpetua, sed nec etiam jam pœna. Non est enim ipse cui præfixa est. Erranti enim præfixa est, nec non erranti. Quæ enim erranti præfixa est, perpetua est, et perpetuo constringit errantem, non errantem non potest jam tenere. Sit erranti dicta fore perpetua, sit

235 *ejus sequenda* sunt, quæ merito et coapostolus

erranti dicta nunquam esse solvenda. Manet omnino et vere, certumque est quod in ea præfixum est, nec potest prorsus absolvi, quandiu manenti præfixa, debetur erranti. Non erranti autem nec pœna potest esse, quæ non erranti non debet inferri. Nec mutatur illa omnino nec solvitur quæ debetur erranti. In suo ergo tenore illa præfixa est, in suo jure non potest omnino resolvi; in non suo tenore quæ esse non potest jam docetur esse vacuata, et jus illic penitus non habere, ubi causam non habet existendi. Plenæ sunt sanctæ Scripturæ tali forma justitiæ. Dicitur : « Pereant peccatores a terra, ita ut non sint (*Psal.* LXVII, 3), » ut non sint peccatores, ut desistant esse peccatores : secundum Prophetæ sententiam usquequaque deperirent, ut substantialiter non subessent, qui salvari potuissent a Redemptore nostro qui venit non justos vocare sed peccatores, vel de quibus dicit Apostolus : « Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum, et cum peccatores essemus misit Deus Filium suum (*I Tim.* I, 15; *Gal.* IV, 4), » et cætera hujusmodi. Hic revera plurimi etiam substantialiter perierunt peccatores, in peccatis suis utique permanentes, veraque in eis sententia dicta permansit, nunquamque resoluta est, et tamen eadem in talibus, quibus præfixa est, permanente perpetua, quodam genere factum est, ut in talibus non usquequaque manentibus et in peccatis suis, non usquequaque durantibus sententia tamen præfixa talibus permaneret. Nam ipsi pereunt, sed esse peccatores, ut dictum est, non pœnaliter, sed remedialiter quodam et ipsi genere perierunt. Quodam genere et in ipsis mansit præfixa sententia, donec permanens eos efficeret non esse peccatores, vel peccatores non esse perficeret. Completa est in eis sententia, nec quo tenore peracto permanens illa sententia pereuntibus peccatoribus, ita ut non essent utique peccatores. Ea jam in non peccatoribus manere non potuit, quia in eis in quibus inflicta non fuerat, jus manendi penitus non habebat. Ita nunc in suo jure vel tramite ullatenus sententia resoluta est, et eadem in his in quibus inflicta est permanente, ab his qui ab ejus jure discreti sunt, aliena prorsus effecta est, ne in his salva sui conditione fas haberet manendi quibus inflicta non erat. Dixit Dominus quod in Spiritum sanctum peccantibus nec hic esset nec in futuro sæculo remittendum. Quantos autem cognoscimus in Spiritum sanctum delinquentes sicut hæreticos diversos, Arianos, Macedonianos, ad fidem catholicam revertentes, et hic remissionem suæ percepisse blasphemiæ et in futurum spem sumpsisse indulgentiæ consequendæ? Nec ideo non vera est Domini sententia, aut putabitur esse ullatenus resoluta, cum circa tales, si hoc esse permaneant, nunquam omnino solvenda persistat, effectis autem non talibus non irrogata. Sicut etiam consequenter et illud beati Joannis apostoli : Est peccatum ad mortem, non dico ut oretur pro eo. Est peccatum non ad mortem, dico ut oretur pro eo. Est peccatum ad mortem in eodem peccato manentibus. Nullum est quippe peccatum pro quo aut non oret Ecclesia remittendum, aut quod, data sibi divinitus potestate, desistentibus ab eodem non possit absolvere, vel pœnitentibus relaxare, cui dicitur : « Quæcunque dimiseritis super terram dimissa erunt et in cœlis, et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta et in cœlis (*Matth.* XVI, 18).« In quibuscunque omnia sunt quantacunque sint et qualiacunque sint : veraci nihilominus manente sententia, quæ nunquam solvenda esse denuntiatur; in eorum tenore consistens in Acacii sententia rationabiliter intuendum est, in qua non etiam ab eodem post recedens. Quod etiam si ei dictum est nunquamque solvendus, non est adjectum tamen etiamsi resipueris, etiamsi ab errore discesseris, etiamsi prævaricator esse destiteris. Quapropter in aperto est ita dictum, nunquam solvendus si talis scilicet, qualis est et ligatus, non autem talis effectus sicut ligandus non erat, sic absolutus esse docebatur. Sicut carebat obligatione cum obligationis causa caruisset, sic utique absolutus existeret, quatenus et ipse non necessitate dictæ sententiæ videretur non posse quodammodo jam solvi, nisi talis effectus et obligatione carens fieret absolutus, et circa tales præfixa sententia nullomodo solubilis redderetur. Nunquid enim misit, quæsivit, expetiit et abjectus est, itaque ipse in se insolubilem fecit esse sententiam qui talis permanere delegit, qualis veraciter non possit absolvi, et voluit talis effici, circa qualem, permanente sententia circa talem, effectum non talem insolubilis sententia non permaneret, quæ circa effectum non talem non haberet licentiam permanendi. Quo magis ut dictum est exemplo atque periculo moniti qui eodem tenore sunt constricti festinare debent, ut non tales esse permaneant, quibus sententia illa non solvenda præfixa est, et esse tales incipiant, qualibus non insolubilis præfixa sententia possit esse solubilis. Quoniam autem effecto non tali quali non solvenda præfixa sententia est, effecto, inquam, non tali, potest solubilis esse sententia; quia jam Acacio non volenti non talem esse sicut tali usque in finem permanenti permansit in absoluta sententia, ita jam non tali effici non volenti solubilis non potest esse sententia. Nonne tantos habebat Acacius, quorum exemplum sequi potuisset antistites qui in Ephesino prolapsi latrocinio, quolibet modo in consensione reciderent pravitatis? Utique tamen et si dictum non erat, et perpetuam damnationem ferre potuissent, nisi resipiscentes non tales effici quales illic facti fuerant, damnationemque perpetuam merebantur, resolvi circa se damnationem recedentes a perpetuæ damnationis causa meruerunt, quam qui perstitere circa se insolubilem reddiderunt. Nihil interest igitur, nihil differt, utrum dicatur quia ecclesiastica sententia reos et prævaricatores obligat. Quia sicut ei non potest quod non est suffragari, quod non est dictus nunquam solvendus, sed si in errore permanserit insolubilis modis omnibus perseverat, nec potest inde nisi non talis effectus absolvi : sic cuiquam præjudi-

care non potest : tametsi dictum est nunquam esse solvendum manifesta ratione monstrante quia nunquam sit omnino solvendus, si talis qualis ligatus esse persistat, vel talis utique nunquam solvendus qualis est obligatus. Non abjecto autem etiam si resipiscat et corrigat, patere prorsus et liberum non dubium sit, ut non talis effectus qualis nunquam dictus, nunquam esse solvendus, sed talis qualis non est dictus nunquam esse solvendus, id est correctus et emendatus consequenter correctus et possit solvi. Notandum quod quolibet genere blasphemantibus in Spiritum sanctum si resipiscant et corrigant, et hic eis et in futuro sæculo remittatur, nec inde possit Domini mutari sententia, quæ circa tales utique permanentes permanere dicta est, non circa non tales effectos. Quandiu autem in hoc manent, tales sunt, qualibus non remittendum esse præfixum est. Cum autem ab hoc recesserint, non tales efficiuntur, qualibus non remittendum esse præfixum est. Et ideo non talibus effectis potest et hic et in futuro sæculo jam dimitti. Alioquin, quod absit, frustra videtur Ecclesia hujusmodi sua reconciliatione suscipere. Quia autem frustrari non potest, hoc intellectum modis omnibus, salva Domini sententia, prædicandum est quantum ad nos pertinet, omnino non posse. Talis igitur dictus est Acacius qualis ligatus est nunquam esse solvendus. Talis usque in finem permansit, talis esse non destitit, ita talis est hodie qualis est dictus. Non talis esse jam non potest, nunquam igitur talis permanendo solvendus est, quia si talis esse desisteret non in non tali permansisset, et nunquam esse solvendum, quia non talis qualis dictus est, nunquam esse possit absolvi, et non tali nunquam solvi recederet, et ideo ut solvi posset accederet. Quod sedes apostolica non consensit, nunc imperator imposuit, nec Anatolius usurpavit. Totumque, ut dictum est, in sedis apostolicæ potestate. Ita quod firmavit in synodo sedes apostolica, hoc robur obtinuit, quod refutavit habere non potuit firmitatem, et sola rescindit, quod præter ordinem congregatio synodica putaverat usurpandum. Non promulgatrix iteratæ sententiæ, sed cum apostolica sede veteris exsecutrix. Hoc tamen quod de uno eodemque homine dictum est, sive tali persistente qualis sententiam competenter accepit, sive non tali effecto et ab illa sententia quæ non tali non dicta est absoluto, et in unaquaque civitate legitur, similiter esse præfixum, et in populo ac simul gente depromptum potius, quæ in toto orbe portio est. Idem enim mundus est qui et periturus est dictus, et sermo Dei non potest excidere, et in ipso mundo nihilominus a pravis intentionibus recedente non promitur. Sic Tyrus et Beriton gaza, et Ægyptus pronuntiatæ sunt perituræ quas postea per Evangelium novimus esse salvatas. Perierunt itaque duplici modo : aut permanentes in eo quod talem sententiam susceperunt, aut deficientes ab eo quo tales fuerant; quibus est illa sententia ut *consequenter* ad non tales non pertineret illa sententia *quæ non talibus* præfixa non fuerat. Sic etiam de gente Judæorum adeo etiam per Isaiam prophetam peremptorie vetuti pronuntiatum est: **236** « Claude oculos eorum, et obtura aures eorum, et videntes non videant, et audientes non audiant (*Isai.* VI, 10), » ne quando intelligant, et obdura cor populi hujus, ne unquam convertantur, et sanem illos. Hic etiam correctio et emendatio interdicta monstratur, et resipiscendi quoque spes prorsus abscinditur. De quo inde populo apostolos et Ecclesiam primitivam novimus processisse, et tot millia hominum una die de baptismate fuisse salvata. Ecce et in persistentibus qualis est illa sententia promulgata permansit, nec ad correctionem prorsus venire sanitatis admissi sunt, sed adjudicati sunt in sua nequitia deperire, et, manente divina sententia, non per ipsorum propriam emendationem suoque intellectu vel motu, suaque virtute vel possibilitate conversi sunt, ut sanarentur, sed per gratiam sanati sunt, ut converterentur : Ne convertantur, inquit, et sanem eos, ne sua sponte, ne suis operibus quibus utique confidebant, ne suam justitiam sectantes, justitiæ Dei non debeant esse subjecti, de suis viribus confidentes, non divinæ se misericordia illuminationique subdentes. Et ideo inhibetur eis superbæ præsumptionis effectus, ne convertantur suis intentionibus, suis nisibus, ut putarant, et sanem eos, ne eorum quasi ex meritis, ex propria facultate venientibus salvatrix gratia daretur, atque ita gratia jam non esset gratia, si non gratis dare esset immeritis, sed merces tanquam meritis restituta. Non ergo ipsi convertantur, et sanem eos, sed sanati per gratiam qualiter ad humilitatem Christi convertantur, agnoscant. Ita in utrisque, hoc est, et in eo permanentibus in quo talem sententiam perceperunt, et in salvatis exinde sententia Dominica fixa permansit, et tamen cum permanente sic eis miro genere sanitas introducta est, ut illa sententia non mutata videretur, sed eadem perdurante sanitas non eorum confidentia, sed divino munere proveniret. Quod si hæc tentare formidant, nec ad suæ pertinere cognoscunt modulum potestatis, cui tantum de humanis rebus permissum est, non etiam eam præesse divinis, quomodo de his per quos divina ministrantur judicare præsumunt? Fuerint hæc ante adventum Christi, ut quidem figuraliter, adhuc tamen in carnalibus actibus constituti, pariter reges existerent, et pariter sacerdotes. Quod sanctum Melchisedech fuisse sacra prodit historia. Quod in suis quoque diabolus imitatus est, utpote qui semper quæ divino cultui convenirent sibimet tyrannico spiritui vindicare contendit, ut pagani imperatores iidem et maximi pontifices dicerentur.

Sed cum ad verum ventum est, eumdem regem atque pontificem ultra sibi nec imperator pontificis nomen imposuit, nec pontifex regale fastigium vendicavit. Quamvis enim membra ipsius, id est, veri regis atque pontificis secundum participationem magnifice utrumque in sacra generositate sumpsisse dicantur, ut simul regale genus et sacerdotale subsistant, quoniam Christus memor fragilitatis huma-

næ, quod suorum saluti congrueret dispensatione magnifica temperavit, sic actionibus propriis dignitatibusque distinctis officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humana superbia rursus intercipi, ita ut et Christiani imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, et pontifices pro temporalium cursu rerum imperialibus dispositionibus uterentur, quatenus spiritalis actio a carnalibus distaret incursibus; et ideo militans Deo minime se negotiis sæcularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus, ut et modestia utriusque ordinis curaretur, ne extolleretur utroque suffultus; et competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Quibus omnibus rite collectis satis evidenter ostenditur a sæculari potestate, nec ligari prorsus, nec solvi posse pontificem. Quo manifestius approbatur Alexandrinum Petrum per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus absolvi; ubi si pontificum quoque sociatur assensus, quærimus utrum processerit, an fuerit subsecutus. Si subsecutus est nihilominus ad id redditur, ut absolutio sæculari potestate præcepta et principaliter inchoata valere non possit, pontificumque secutus assensus adulationis potius fuerit, quam legitimæ sanctionis. Si præcessit, doceatur a quibus et ubi ille sit gestus, si secundum Ecclesiæ regulam celebratus, si paterna traditione profectus, si majorum more prolatus, si competenti examinatione depromptus. Ubi procul dubio requirendum est, si synodali congregatione celebratus, quod in receptione damnari, et depulsione catholici, quia nova est causa, fieri certissimum est; si ad primam sedem, cujus intererat sententiæ, qua Petrus tenebatur, obstrictus, et secundum regulas est relatum; si eadem quæ ligavit, absolvit; si illa quæ non ligaverat resolvente, imo etiam nesciente potuisset dissolvi. Si hæc gesta non sunt, quo more, quo ritu Alexandrinus Petrus prætenditur absolutus, cum nec a pontificibus legitime, et ecclesiasticis legibus fuerit expeditus, nec a sæculari potestate potuerit præter Ecclesiæ tramitem prorsus absolvi? Tanto magis poscenti imperatori a pontificibus fuerat suggerendum, ut si eum legitime vellet absolvi legitima ecclesiastici tenoris absolutio proveniret, et hæc omnia quæ superius dicta sunt secundum Ecclesiæ tramitem servarentur: præcipue cum de secundæ sedis ageretur antistite, nec ab inferiore qualibet, sed a prima sede jure possit absolvi. Inferior quippe potiorem absolvere non potest, sola ergo potior inferiorem convenienter absolvit. Proinde inferioris loci pontifices qui nullatenus se noverant potiorem sibi sine prima sede posse resolvere, præcipue quem ejus sententia noverant obligatum, prævaricatoria absolutione potius non illum penitus exuerunt, sed prævaricatione potius nexuerunt. Ita Petri absolutio ex utroque non constat, quia nec prævaricatoria absolutione rei reum absolvere potuerunt, et depulsis undique pontificibus catholicis hæreticisque suppositis, vel his qui hæreticorum tenebantur communione polluti, etiam sacræ religionis in sinceritate polluti, participem suum, tam absolvere nequiverunt, quam ipsi non erant absoluti. Ac proinde tam ecclesiasticæ regulæ prævaricatores quam sacrosanctæ communionis integritatem maculantes consortio perfidorum, quod de reo simillimo potuerunt ferre judicium. De catholicis enim pontificibus per totum Orientem, aut quicunque perstitit, est ejectus, aut ille restitit qui consensit errori, et se ab errantium contagione retraxit. Quod igitur eorum potuit de cujusquam errore esse judicium, qui nunquam non errasse monstrantur, sed hæreticorum similiter catholicorumque confessione permista cunctas religionis veræ et sincerae sedes turbasse, catholicam apostolicamque confudisse puritatem. Ecce qui reum absolvere, qui rei præ omnibus docebantur effecti. Ecce cum quibus de absolvendo reo synodus fuerat ineunda. Si fides et communio catholica retinebatur, cur catholici pellebantur antistites, quomodo tantummodo hæretici servabantur?

Item epistola Gelasii papæ ad Faustum magistrum fungentem legationis officio Constantinopoli.

Ego quoque mente percepi Græcos in sua obstinatione mansuros, ne cui velut insperatum videri potest, quod est in ante prægnitum. Quapropter non tam propter legationis causas student dispositionibus publicis obviare, sed potius per occasionem legationis regiæ catholicam fidem moliuntur evertere, et tali commento nituntur sperata præstare. Quid sibi vult autem quod dixerit imperator, a nobis se in religione damnatum, cum super hac parte et prædecessor meus non solum minime nomen ejus attigerit, sed insuper quando principia adeptus regiæ potestatis exercuit, in ejus se rescripsit imperii promotione gaudere, et ego nulla ipsius unquam scripta percipiens honorificis nostris eum litteris salutare curaverim? Prædecessores mei sacerdotes qui prævaricatoribus se communicasse propria voce confessi sunt, a communione eos apostolica submoverunt. Si ita placet se miscere damnatis, nobis non potest imputari si ab eis velit abscedere, tanto magis a nobis non potest esse damnatus, sed potius ad gratiam sinceræ communionis admissus. Ad senatum pertinet Romanum, ut memor fidei quam a parentibus se suscepisse meminit, contagia vitet communionis externæ, neque ob hoc communionis sedis apostolicæ (quob absit) reddatur externus, et veniam sibi dari debere præponat. Legatur, ex quo est religio Christiana, vel certe detur exemplum in Ecclesia Dei a quibuslibet pontificibus, aut ab ipsis apostolis, ab ipso denique Salvatore veniam non corrigentibus fuisse concessam. Auditum autem sub ipso cœlo, nec legitur omnino nec dicitur, quod eorum voce depromitur, Date nobis veniam, ut tantum nos in errore duremus. Id quoque parum est. Ostendant qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quove documento, sive a majoribus

nostris, sive ab ipsis apostolis quos potiores merito fuisse non dubium est, seu ab ipso Domino Salvatore qui judicaturus creditur vivos et mortuos, sive factum est unquam vel faciendum esse mandatur. Mortuos suscitasse legimus Christum. In errore mortuos absolvisse non legimus. Et qui hoc certam faciendi solus habuit potestatem, beato Petro principaliter mandat apostolo : « Quæ ligaveris super terram, ligata erunt et in cœlo, et quæ solveris super terram erunt soluta et in cœlo (*Matth.* XVI, 18). » Super terram, inquit, nam in hac ligatione defunctum nunquam dicit absolvi. Quod ergo nunquam factum est vel mente conspicere formidamus, scientes in divino judicio non posse penitus excusari. Si autem, quod nunc prætendunt, a Romana Ecclesia se divisuri sunt, id jamdudum fecisse monstrantur, eo minus vere miror si ignorantiam suam ipse non perspicit qui dicit Acacium ab uno non potuisse damnari. Itane non perspicit secundum formam synodi Chalcedonensis Acacium fuisse damnatum, nec novit aut se nosse dissimulat, quantos utique per numerosam sententiam sacerdotes erroris hujus auctores constat fuisse damnatos, sicut in unaquaque hæresi a principio Christianæ religionis et factum fuisse et fieri manifesta rerum ratione monstratur, prædecessoremque meum exsecutorem fuisse veteris constituti, non novæ constitutionis auctorem. Quod non solum præsuli apostolico facere licet, scilicet cuicunque pontifici, ut quoslibet et quemlibet locum, secundum regulam hæreseos ipsius ante damnatæ a catholica communione discernant.

Acacius quippe non fuit novi vel proprii inventor erroris, ut in eum nova scita procederent, sed aliorum facinori suam communionem miscuit. Itaque necesse est ut in illam recideret justa lanice sententiam quam cum suis successoribus per conniventiam synodalem susceperat auctor erroris. Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipsi venire se produnt quod primæ sedi sana rectaque suadenti parere fugiunt; ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad hujus sedis examen voluere deferri. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt, ac per hoc illam de tota Ecclesia judicare, ipsam ad nullius commeare judicium, nec de ejus unquam præceperunt judicio judicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolvi, cujus potius decreta sequenda mandarunt. In hac ipsa causa Timotheus Alexandrinus, et Petrus Antiochænus, Petrus, Paulus, Joannes, et cæteri non solum unus, sed plures nomen sacerdotii præferentes, sola sedis apostolicæ sunt auctoritate dejecti, cujus rei testis etiam docetur ipse Acacius qui præceptionis hujus exstitit exsecutor. Quod utique sicut apostolicam sedem juxta formam synodicam fecisse manifestum est, sic neminem resultare potuisse certissimum. Hoc igitur modo recidens in consortium damnatorum est damnatus Acacius, qui eorum damna*tionem antequam* prævaricator existeret, fuerat exsecutus. Nobis ausi sunt facere canonum mentionem, contra quos vos semper ambitionibus illicitis tenendi esse monstrantur. Qua in synodo vel secundum cujus synodi formam Alexandrinum Joannem de Ecclesia cui ordinatus fuerat expulerunt? Qui nullis causis evidentibus, nec ante conventus, nec postea provocatus, etiam in judicio competenti potuit accusari. Quod si dicunt : Imperator hoc fecit, hoc ipsum quibus canonibus, quibus regulis est præceptum? Cur huic tam pravo facto consensit Acacius cum auctoritas divina dicat : **237** Non solum qui faciunt prava reos esse, sed etiam qui consentiunt facientibus. Quibus canonibus, quibusve regulis Calendion exclusus est, vel primi urbium diversarum catholici sacerdotes? qua traditione majorum apostolicam sedem in judicio vocant? An secundæ sedis antistites, et tertiæ cæterique bene sibi conscii sacerdotes debuerunt, et qui religionis existit inimicus, depelli non debuit? Viderint ergo si alios habent canones, quibus suas ineptias exsequantur. Cæterum isti qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, non solum sedem apostolicam ad judicium vocare non possunt; et Constantinopolitanæ civitatis episcopus, quæ utique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum non debuit submoveri? An qui homini mentitus dicitur imperatori, et imperatorem læsisse perhibentur depelli debuerunt, et in Deum qui summus est imperator Acacium delinquentem sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum infidis, secundum synodum qua est damnata perfidia non oportebat excludi? Sed velint nolint ipsius judicio antiqua canonum constitutione firmabuntur. Sed religiosi viri atque perfecti secundum canones concessam sedi apostolicæ potestatem nimirum conantur eripere, et sibimet eam contra canones usurpare contendunt? O canonum magistros atque custodes, nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis alienæ, divina Scriptura prædicante, hominem hæreticum post primam et secundam correptionem devita. Sciens quod hujusmodi delinquat proprio judicio condemnatus. Ecce cognoscant, quia non solum ab alio, sed a se proprie quoque damnetur hæreticus, illud autem nimis est impudens, quod Acacium veniam postulasse confingunt, et nos exstitisse difficiles.

Testis est frater vester vir illustris filius meus Andromachus, qui et a nobis abundanter instructus est, ut cohortaretur Acacium deposita obstinatione resipiscere, et ad sedis apostolicæ remeare consortium, quippe se sub jurejurando magnis cum eodem molitionibus egisse testatur, nec ad ea quæ recta sunt potuisse deflecti, sicut rerum probatur effectu. Certe proferatur judicium quando miserit, quando veniam postularit correptionemque suam nobis promiserit exhibendam, nisi forte hunc animum gessit quem successores ejus habere perspicimus. Ut tamen si veniam postularet impendi, sic sibi vellet, ut ni-

hilominus in errore persisteret; ubi utique non tam a nobis recipi videretur, quam nos potius in suam traducere pravitatem. Quem reatum se confessurum asseruit ante certamen? Si reatus est, utique corripiendus est. Si corrigendum non putant, fallaciter se reatum perhibent profiteri; nisi quod est infelicius, cum et fatentur reatum, et non æstimant corrigendum. Illud quoque me ridere libuit, quod ait: Si necesse fuerit veniam postulare, et existimans nimirum tunc se peccati veniam necessario postulare, si ei concedamus ne peccare desistat, imo etiam (quod absit) certe cum eodem consentiamus nos quoque peccare. Nescio inter quæ mundi prodigia hæc vox possit admitti. Remitti culpa de præterito potest correctione sine dubio subsequente. Nam si deinceps sinitur mansura perversitas, non est benignitas remittentis, sed consentientis assensio. Non mirum si isti sedem beati Petri apostoli blasphemare præsumunt, qui talia portenta vel corde gerunt, vel ore diffundunt, et nos insuper superbos esse pronuntiant, cum eis prima sedes, quidquid est pietatis, non desistat offerre, illi eam ipso protervo spiritu subjugare posse confidant. Sed captos mente facere ista non mirum est. Si phrenetici solent medicantes quoque velut hostes putare vel cædere. Quæro tamen judicium ab his quod prætendunt, ubi nam possit agitari: an apud ipsos ut iidem sint inimici et testes et judices? Sed tali judicio nec humana debent committi negotia, nedum divinæ legis integritas. Si quantum ad religionem pertinet, non nisi apostolicæ sedi juxta canones debetur summa judicii totius. Si quantum ad sæculi potestatem ille a pontificibus, et præcipue a beati Petri vicario debet cognoscere quæ divina sunt, non potest ipse eadem judicare, nec sibi hoc quisquam potentissimus sæculi, qui tamen Christianus est, vindicare præsumat, nisi religionem forsitan persequentes. Quid tamen diceret, si non chartis suis in omnibus vincerentur? Ineptias utique suas sibi servent, nisi resipiscant, potius cogitantes Christi vocem non esse superfluam quæ confessione beati Petri apostoli inferni portas nunquid prævalituras asseruit. Quapropter non veremur, ne apostolica sententia resolvatur, quam et vox Christi, et majorum traditio, et canonum fulcit auctoritas, ut totam potius Ecclesiam semper ipsa dijudicet. Sed cogitent magis, si quis in ejus religionis est sensus, ne pravitatem suam nullatenus deponentes apud Deum hominesque sedis apostolicæ perpetua constitutione damnentur. Sic autem dicitur fuisse definitum, ut deinceps de negotio nihil dicatur quasi vel nunc eos (quemadmodum nostis) meo duxerim nomine specialiter alloquendos. Neque plane cum istis non corrigentibus ineunda congressio, quemadmodum cum aliarum quoque hæresium sectatoribus dimicatio renuenda. Vos autem salvos et sospites quantocitius huc reverti, continuis divinitatem votis expetimus.

Epistola Gelasii ad Anastasium Augustum.

Famuli vestræ pietatis, filii mei, Faustinus magister et Hirenæus viri consulares atque eorum comites publica legatione, fungentes ad Urbem reversi, clementiam vestram quæsisse dicuntur, cur ad vos meæ salutationis scripta non miserim. Non meo fateor instituto. Sed cum directi dudum de partibus Orientis vel videndi me licentiam sibi vestris præceptionibus abnegatam, tota Urbe disperserint a litteris credidi temperandum ne onerosus potius quam officiosus existerem. Videtis igitur non mea dissimulatione provenisse, sed competentis fuisse cautelæ, ne respuentibus animis molestiam irrogarem. Sed ubi serenitatis tuæ benevolentia comperi, præfatis indicantibus, humilitatis meæ clementer expetisse sermonem jam revera perpendi imputandum non immerito mihi si tacerem, quia, gloriose fili, te sicut Romæ natus Romanum principem, amo, colo, suscipio, et sicut Christianus cum eo qui zelum Dei habet, secundum scientiam veritatis habere desidero, et qualiscunque apostolicæ sedis vicarius, quodcunque plenæ fidei catholicæ deesse comperero, pro meo modulo suggestionibus opportunis supplere contendo. Dispensatio etenim mihi divini sermonis injuncta: Væ mihi est, si non evangelizavero. Quod cum vas electionis beatus Paulus apostolus formidet, clamet, multo magis mihi exiguo metuendum est si divinitus inspiratum, et paterna devotione transmissum subtraxero ministerium prædicandi. Pietatem tuam precor, ne arrogantiam judices divinæ rationis officium. Absit, quæso, a Romano principe, ut intimatam suis sedibus veritatem arbitretur injuriam.

Duo quippe sunt, imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra pontificum, et regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominem in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti etenim, fili clementissime, quod licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen præsulibus divinarum devotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis expectas, inque sumendis cœlestibus sacramentis, eisque, ut competit, disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius quam præesse. Itaque inter hæc illorum te pendere judicio. Non illos ad tuam velle redigi voluntatem. Si enim quantum ad ordinem pertinet publicæ disciplinæ, cognoscentes imperium tibi superna dispositione collatum legibus tuis, ipsi quoque parent religionis antistites, ne vel in rebus humanis exclusæ videantur obviare sententiæ, quo rogo te decet affectu eis obedire, qui prorogandis venerabilibus sunt attributi mysteriis? Proinde sicut non leve discrimen incumbit pontificibus siluisse pro divinitatis cultu quæ congruit, ita his (quod absit) non mediocre periculum qui cum parere debeant, despiciunt. Et si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium convenit corda submitti, quanto potius sedis illius præsuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et divinitas summa voluit pervenire, et subsequens Ecclesiæ generalis

giter pietas celebravit? Ubi pietas tua evidenter advertit nunquam quolibet et penitus humano consilio elevare se quemquam posse illius privilegio vel confessioni quem Christi vox prætulit universis. Quæ Ecclesia veneranda confessa superest, et habet devota primatum. Impeti non possunt humanis præsumptionibus quæ divino sunt judicio constituta. Vinci aut quorumlibet potestate non possunt. Atque utinam sic contra nitentibus perniciosa non sit audacia, quemadmodum quod ab ipso sacræ religionis auctore præfixum est, non potest ulla virtute convelli. Firmamentum enim Dei stat. Nunquidnam cum aliquibus infesta religio est, quantacunque potuit novitate superari, et non magis hæc invicta permansit, quo æstimata est posse succumbere? Desinant ergo, quæso te, temporibus tuis quidam per occasionem perturbationum ecclesiastica præcipitanter ambire quæ non licet, ne et illa quæ male appetunt nullatenus apprehendant, et modum suum apud Deum et homines non teneant. Quapropter sub conspectu Dei sincere pietatem tuam deprecor, obtestor, et exhortor, ut petitionem meam non indignanter accipias; rogo inquam ut me in hac vita potius audias deprecantem, quam (quod absit) in divino judicio sentias accusantem. Nec me latet, imperator Auguste, quod pietatis tuæ studium fuerit in privata vita. Optasti semper fieri particeps promissionis æternæ.

Quapropter noli irasci, si te tamen diligo, ut regnum quod temporaliter assecutus es, velim te habere perpetuum, et qui imperas sæculo, possis regnare cum Christo. Tuis certe legibus, imperator, pateris nihil perire; Romano nomini nulli admittis ingerere detrimentum, itane verum est, princeps egregie, quod non solum præsentia Christi beneficia, sed desideras et futura, ut religioni, ut veritati, ut sinceritati catholicæ communionis et fidei temporibus tuis non patiaris quemquam inferre dispendium? Qua fiducia, rogo te, illic ejus præmia petiturus est, cujus hic damna non prohibes? Non sint gravia, quæso te, quæ pro tuæ salutis æternitate dicuntur. Scriptum legisti : Meliora sunt vulnera amici quam oscula inimici. Quæso pietatem tuam, ut quo affectu dicuntur a me, eo tuis sensibus intimentur. Nemo pietatem tuam fallat, verum est quod singulariter per prophetam Scriptura testatur : « Una est columba mea, una est perfecta mea (*Cant.* VI, 8), » una est Christiana fides, quam veneratur universa Ecclesia catholica; catholica autem veraciter illa est, quæ ab omnium perfidorum atque ab eorum successoribus atque consortibus, sincera, pura, immaculata communione divisa est. Alioquin non erit divinitus mandata discretio, sed miseranda confusio. Nec ulla causa jam superest, si hoc in quolibet contagio voluerimus admittere, ne cunctis hæresibus aditum januamque pandamus. « Qui enim in uno offenderit, omnium reus est, et qui minima spernit, paulatim decidit (*Jac.* II, 10; *Eccli.* XIX, 1), » hoc est, quod sedes apostolica magno prætaxavit, ut *quia mundo radix* est Apostoli gloriosa confessio, nulla rima pravitatis, nulla prorsus contagione maculetur. Nam si, quod Deus avertat, quod fieri non posse confidimus, tale aliquid proveniret, vel unde cuiquam resistere auderemus errori, vel unde correptionem errantibus posceremus? Proinde si pietas tua unius civitatis populum negat posse pace componi, quod nos de totius orbis terrarum sumus universitate facturi, si (quod absit) nostra fuerit prævaricatione deceptus? Si totus correctus est mundus, profana primum suorum traditione despecta, quomodo non corrigatur unius civitatis populus, si prædicatio fidei succedat? Ergo, gloriose imperator, nolo ego Ecclesiarum pacem, quam etiamsi cum mei sanguinis impendio provenisse posset, amplector. Sed precor cujusmodi debeat esse pax ipsa, non utcunque scilicet veraciter Christiana mente libremus. Quod enim potest esse pax vera, cui charitas intemerata defuerit? Charitas autem qualiter esse debeat nobis evidenter Apostolus prædicat, qui ait : « Charitas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta (*I Tim.* I, 5). » Quomodo, quæso te, de corde **238** erit puro, si contagio inficiatur externo? Quomodo de conscientia bona si pravis fuerit malisque commista? Quemadmodum fide non ficta si maneat sociata cum perfidis? Quæ cum a nobis sæpe jam dicta sint, necesse est tamen incessabiliter iterari, et tandiu non tacere quandiu nomen pacis obtenditur, ut nostrum non sit, ut, invidiose jactatur, facere pacem. Sed talem velle doceamus qualis et sola pax esse, et præterquam pax nulla esse monstratur. Euthycianum dogma contra apostolicæ sedis cautelam pervigilat, si creditur salva fidei catholicæ posse veritate constare, promatur, asseratur, et quantislibet viribus astruatur, ut non solum per seipsum quam inimicum sit fidei Christianæ possit ostendi, sed quantæ et quam lethales hæreses in sua contineat colluvione monstrari. Si autem, ut magis confidimus, a catholicis judicatis mentibus excludendum, quæso te, cur non contagia simul eorum qui hac probantur esse polluti, decernitis refutanda, cum dicat Apostolus : Qui non solum non facienda faciunt reos videri, sed etiam qui consentiunt facientibus. Proinde sicut non potest perversitatis communicatore suscepto non pariter perversitas approbari, sic non potest refutari perversitas, complice perversitatis admisso. Legibus certe, fratres, criminum conscii susceptoresque latrocinantium pari judiciorum pœna constringuntur, nec expers facinoris æstimatur, qui, licet ipse non fecerit, facientes tamen familiaritatem fœdusque receperit.

Proinde cum Chalcedonense concilium pro fidei catholicæ atque apostolicæ veritate communioneque celebratum damnaverat Eutychem detestandi furoris auctorem, non satis habuit, nisi ut pariter ejus quoque consortem Dioscorum cæterosque propelleret. Hoc igitur modo sicut in unaquaque hæresi vel factum semper vel fieri non habetur ambiguum, successores eorum Timotheum, Petrum, atque alterum Antiochenum Petrum non viritim propter singulos quosquis rursus facto concilio, sed synodi semel

jacta regula consequenter elisit. Quemadmodum ergo non evidenter apparet etiam cunctos simili tenore constringi, et qui eorum communicatores et complices exstiterunt, atque omnes omnino a catholica atque apostolica merito communione discerni. Hinc Acacium quoque jure dicimus a nostro consortio submovendum qui maluit in sortem transire perfidiæ quam in catholicæ atque apostolicæ communionis sinceritate constare, cum fere triennium ne id veniret apostolicæ sedis epistolis doceatur competenter instructus. Postquam vero communionis est factus alienæ, non potuit non catholicæ et apostolicæ mox societate præcidi, ne per eum si vel paululum cessaremus, nos quoque videremur subisse contagia perfidorum. Sed revera vel tali percussus pœna resipuit, correctionem promisit, emendavit errorem. Aut ille tractatus lenius valeat coerceri, qui etiam verbera dura non sensit? Quo in sua perfidia et damnatione manente, tam ejus in ecclesiastica recitatione non potest nomen ascribi, quam externæ contagium communionis admitti. Quapropter aut doceatur ab hæretica participatione sincerus, quorum si ille communioni permiscuit, aut cum iisdem non potest non repelli. Si aut susurrant Orientis episcopi ad eos sedes apostolica non ista conscripserit, quasi vel ipsi de recipiendo legitime Petro sedem apostolicam suis litteris fecerint certiorem, vel hujus receptionis inconditæ non jam pariter complices exstitissent, quem sicut vere non possunt docere ab hæretica pravitate fuisse purgatum, ita se hæreticorum nullatenus poterunt excusare consortes. Quod si fortassis astruxerint quod ad apostolicam sedem de susceptione Petri per Acacium cuncta consona voce retulerint per eumdem sibimet omnes pari vice sentiunt fuisse rescriptum, apostolicæ vero sedis auctoritas, quod cunctis secundis Christianis et Ecclesiæ prælata sit universæ et canonum series paternorum et multiplici traditione firmatur. Sed licet hinc vel utrum sibi quisque contra Nicænæ synodi constituta quippiam valeat usurpare, collegio potest unus communionis ostendi non mentibus externæ societatis aperiri. Apud illos si quis confidit egrediatur in medio, et apostolicam sedem de utraque parte revincat et instruat. Tollatur ergo nomen e medio quod Ecclesiarum discretione procul a catholica communione operatur, ut sincera pax fidei communionisque reparetur, et unitas. Et tunc quisquis nostrum contra venerandam vel insurrexit, vel nitatur insurgere vetustatem, competenter et legitime perquiratur. Et illic apparebit quis modesto proposito custodiat formam traditionemque majorum, quis supra hæc irreverenter insiliens, quis rapinam æqualem posse fieri arbitretur. Quod si mihi populi Constantinopolitani persona proponitur, per quam dicatur nomen scandali, id est Acacii non posse removeri, id est, taceo quia et hæretico quodam Macedonio pulso, et Nestorio nuper ejecto plebs Constantinopolitana catholica permanere delegerit, quam majorum præsulum damnatorum affectione retineri. Taceo quos ab eisdem ipsis damnatis præsulibus, quibus baptizati fuerant in fide catholica manentes nulla sint exagitatione turbati. Taceo quod rebus ludicris populares tumultus, nunc est vestræ pietatis auctoritas refrenarit, atque ideo multo magis pro salute animarum suarum necessario nobis Constantinopolitanæ civitatis obtemperare multitudo, si eam ad catholicam et apostolicam communionem vos principes reducatis. Etenim, imperator Auguste, si contra leges publicas aliquid (quod absit) quispiam fortasse tentaret, nulla pati ratione potuisses ad unitatis puram sinceramque devotionem. Ut tibi plebs subdita redigatur conscientiæ tuæ non putas interesse. Postremo, si unus populi civitatis animus non putatur offendi, ne divina, ut res postulat, corrigantur, quanto magis ne divina offendantur catholici nominis universi piam fidem, nec lædere debemus omnino, nec possumus? Et tamen idem nostra se poscunt voluntate sanari. Competentibus ergo sinant curari se posse remediis. Alioquin (quod absit) in eorum transeundo perniciem cum illis perire possumus; ipsos vero salvare non possumus. Jam hic quid sit magis sequendum sub divino judicio vestræ conscientiæ derelinquo utrum sicut nos optamus similiter omnes certam redeamus ad vitam, an sicut illi poscunt, manifestam redeamus ad mortem. Sed adhuc apostolicam fidem sibi medicinalia suggerentem, superbam vocare arrogantemque contendunt. Habet hoc qualitas sæpe languentium, ut accusent medicos congruis observationibus ad salubria revocantes, quam ut ipsi suos noxios appetitus depromere vel reprobare consentiant. Si nos superbi sumus qui animarum remedia convenientia ministramus, quid vocandi sunt qui resultant? Si nos superbi sumus qui obediendum paternis dicimus institutis, qui refragantur quo appellandi sunt nomine? Si nos elati sumus, qui divinum cultum puro atque illibato cupimus tenore servare, qui contra divinitatem quoque sentiunt, dicant qualiter nuncupentur? Sic et nos cæterique qui in errore sunt, æstimant quod eorum non consentiamus insaniæ, ubi tamen Spiritus superbiæ veraciter consistat et pugnet, veritas ipsa dicat.

Item Gelasius ad episcopos Dardaniæ Acacium a sede apostolica competenter fuisse damnatum.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius.

Valde mirati sumus, quod vestra dilectio quasi novam et veluti difficilem quæstionem, et adhuc tanquam inauditum quidpiam nosse desideratis, quod Eutichianæ pestilentiæ communicatores, non habentes quod pro suæ perditionis observatione respondeant frequenti jam ratione convicti sola contentione submurmurant, non quia sit alicujus momenti quod garriunt, nec inveniant penitus quid loquantur, ubi magis eos qui catholicis sensibus instituti sunt, adhuc hærere miramur, quam illos qui a veritate exciderunt, et ab antiqua Ecclesiæ traditione sunt devii, profanas vocum novitates et ineptas caducæ perversitatis obtendere qui-

bus eos retulit vestra dilectio jactare. Ideo Acacium non putare jure damnatum, quod non speciali synodo videatur fuisse dejectus, et insuper dementiam suæ vanitatis accumulatur pueriliter dicentes, præcipue pontificem regiæ civitatis. Quapropter stultitiam respuentes inanium querelarum, percurrere vos oportet, ab ipsis beatis apostolis et considerare prudenter, quoniam Patres nostri catholici, videlicet docti pontifices in unaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quidquid pro fide, pro veritate, pro communione catholica atque apostolica secundum Scripturarum tramitem prædicationemque majorum facta semel congregatione sanxerunt, inconvulsum voluerunt deinceps firmum constare; nec in eadem hac causa denuo quæ præfixa fuerant, retractari qualibet recenti præsumptione permiserint, sapientissime providentes, quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret Ecclesiæ constitutum, ac super iisdem furoribus recidivis omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam prælixis positarum semel synodalium regularum non essent elisæ pestes resumptis certaminibus contra fundamentum sese veritatis attollere, et simplicia quæque corda percutere. Quid fieret, si subinde fas esset perfidis inire concilium? Cum quælibet illi manifesta sit veritas, nunquam desit quod perniciosa depromat falsitas tametsi ratione vel auctoritate deficiens, sola tamen intentione non cædens. Quæ majores nostri divina inspiratione cernentes, necessarie præcaverunt, ne contra unamquamque hæresim quod acta semel synodus pro fide, communione, et veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sinerent novis post hæc recitationibus mutari, ne pravis occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta pulsandi, sed auctore cujuslibet insaniæ ac pariter errore damnato sufficere judicarunt, ut quisquis aliquando hujus erroris communicator existeret, principali sententia damnationis ejus esset obstrictus, quoniam manifeste quilibet vel professione sua vel communione possit cognosci. Et ut brevitatis causa priora taceamus, quæ diligens inquisitor facile poterit investigare Sabellium damnavit synodus, nunc fuit necesse, ut ejus sectatores postea damnarentur, singulas viritim synodos celebrari, sed pro tenore constitutionis antiquæ, cunctos qui vel pravitatis illius vel communionis exstitere participes, universalis Ecclesia dixit esse refutandos. Sic propter blasphemias Arii forma fidei communionisque catholicæ Nicæno prolata conventu, Arianos omnes, vel quisquis in hanc pestem sive consensu, sive communione deciderit sine retractatione conclusit. Sic Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condemnans ulterius ad nova concilia veniri non sinat, sed universos quocunque modo in has blasphemias recidentes tradito sibi limite synodali, refutavit Ecclesia nec unquam recte cessisse manifestum est, qualibet necessitate *cogente novis ausibus* quæ fuerant salubriter constituta temerasse. Non autem nos latet in tempestate persecutionis Arianæ plurimos pontifices de exsiliis, pace reddita, respirantes per certas provincias congregatis secum fratribus Ecclesias composuisse turbatas. Non tamen utilius synodi Nicænæ quidquid de fide et communione catholica definierant, immutarent, nec nova quemquam prolapsum damnatione percellerent. Sed illius terrore decreti, nisi resipuissent, judicarent damnatos esse, quibus convenienter, ut dictum est, ex paterna traditione perpensis, confidimus quod nullus jam veraciter Christianus ignoret uniuscujusque synodi constitutum, quid universalis Ecclesiæ probavit assensus, nullam magis assequi sedem præ cæteris oportere quam primam, quæ et unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, et continuata moderatione custodit, pro suo scilicet principatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce præceptum. Ecclesia nihilominus subsequente, et tenuit semper, et retinet. Hæc dum Acacius certis comperisset incidiis a veritate apostolica deviasse diutius ista non credens, quippe quem noverat exsecutorem sæpe necessariæ dispositionis se contra hæreticos exstitisse, per triennium fere litteris destinatus eumdem monere non destitit, sicut per diversos missa familiariter scripta testantur. Quibus ille dum primum tanquam debito silentio, nihil respondere proponeret, tandem aliquando missis litteris profitetur, sed Alexandrino Petro quem expetita apostolicæ Sedis auctoritate exsecutor ipse quoque damnaverat, absque Sedis apostolicæ notitia communione permistum, beati autem Petri sedes quæ Alexandrinum Petrum se tantummodo damnasse non etiam solvisse noverat, non recepit, atque ideo ne per **239** Acacium in Petri consortium duceretur, ipsum quoque a sua communione submovit et multis modis transgressionem a sua societate fecit alienum. Hic si examinatio quæritur jam judicio non erit opus, postquam litteris suis ipse confessus est. Si auctoritatis pondus inquiritur Chalcedonensis synodi tenore illius definitionis exsecutio reperitur, quo damnati illic erroris communicator effectus, præfixe nihilominus particeps damnationis existeret, quoniam idem ipse error qui semel est cum suo auctore damnatus in participe quolibet pravæ communionis effectum, et exsecrationem sui gestat et pœnam. Quo tenore Timotheus etiam atque ipse Alexandrinus Petrus, qui secundam certe sedem tenuisse videbant, non repetit a synodo, sed auctoritate tantummodo sedis apostolicæ, ipso quoque Acacio postulante vel exsequente probantur esse damnati. Quod si utrum errori vel prævaricationi communicarent, Acacius forsitan dicatur oportuisse constare, breviter præbemus ad ista responsum. Aut enim ipsi docebant Petrum legitime veraciterque purgatum, et ab omni contagione hæreticorum rite discretum, cum ei communicavit Acacius, si ejus communicatorem putant Acacium aliquatenus excusandum, aut si ut magis est verum convenienter atque legitime Petrum non probaverint expiatum.

Restat ut ejus inexpiatione fuerit, et qui ei communicavit infectus. Nec plane tacemus, quod cuncta per mundum novit Ecclesia, quoniam non quorumlibet sententia ligata pontificum sede beati Petri apostoli vis habeat resolvi, utpote quæ de omni Ecclesia fas habeat judicandi, neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellare voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permissus. Quapropter satis constet Acacium nullum pontificium habuisse sententias sedis apostolicæ sine ulla ejus notione solvendi. Qua certe synodo hoc ille præsumpsit, quod nec sit ab apostolica sede fas quidem haberet efficere, cujus sedis episcopus, cujus metropolitanæ civitatis antistes. Nonne parochiæ Erraclensis Ecclesiæ? Si illi certe licuit sine synodo sententiam apostolicæ Sedis abrumpere, nulla citius consultatione quæsita, ita ne vero non licuit primæ sedi Chalcedonensi synodi constituta, sicut decuit exsequendi hujusmodi prævaricatorem se auctoritatem detrudere? Sed nec illa præterimus quod apostolicæ Sedi frequenter datum est more majorum, etiam sine ulla synodo præcidente exsolvendi quod synodus iniqua damnaverat, et damnandi nulla existenti synodo, quos oportuit, habuerit facultatem, sanctæ memoriæ quippe Athanasium synodus Orientalis addixerat. Quem tamen exceptum sedes apostolica, quia damnationi Græcorum non consensit, absolvit. Sanctæ memoriæ nihilominus Joannem Constantinopolitanum synodus etiam catholicorum præsulum certe damnaverat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit. Item sanctum Flavianum, pontificem Græcorum, congregatione damnatum pari tenore, quoniam sola sedes apostolica non consensit, absolvit potius quam illic receptus fuerat. Dioscorum secundæ sedis præsulem sua auctoritate damnavit, et impiam synodum non consentiendo submovit sola et auctoritate ut synodus Chalcedonensis fieret sola decrevit. In qua ergo ut sola vis habuit absolvendi eos quos synodica decreta protulerant, sic etiam sine synodo in hac eadem causa plurimos etiam metropolitanos damnasse cognoscitur. Quod si quis hæc ab apostolica sede, ut sancta synodo acta reprehendit, præter quod prisca rerum probatione convincitur. Iterum multo magis Acacium non licuisse fatebitur. Dicat ergo qua ipse synodo secundæ sedis antistitem, qualemcunque certe catholicum et a catholicis ordinatum, nec de catholica fide et communione aliquatenus impetitum duxerit excludendum, et hæreticum manifestum Petrum sua quoque exsecutione damnatum, pontifici catholico permisit subrogandum. Qua synodo tertiæ sedis apostolicæ episcopum sanctum Calendionem fecit expelli, ac nihilominus eidem Petrum tam hæreticum manifestum, ut eidem palam nec se communione prætenderet sua passis dispositione substitui. Qua denique per totum Orientem synodo ejectis orthodoxis, nullo crimine maculatis, pravos quosque et criminibus involutos sua provi- A sione supposuit? Qua synodo tot aliena privilegia nefandus populator invaserit? Sed libri non sufficerent, si tragœdias ejus quas per Ecclesias totius Orientis exercuit sigillatim describere moliamur. An illud ipsius argumentum nobis æstimavit opponendum, quo facinora sua in imperialem visus est jactare personam. Cur igitur, quando voluit, obsistit Basilisco tyranno certe et hæretico vehementer infesto? Cur ipsi imperatori Zenoni, quia palam Antiocheno Petro communicare noluit, suam nimirum subdidit voluntatem. Ecce potuit in aliis resultare, sed noluit. Annon Apostolus dixit: « Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus (*Rom.* I, 32) » reatu pariter sunt irretiti. Sed ut ea quæ latius explicanda sunt omittamus, quidquid ipse B Zeno imperator suis litteris profitetur cuncta se ex Acacii gessisse concilio, nec hoc enim litteris suis fallere ipse quoque testatur Acacius. Qui et eum nihilominus universa recta gessisse conscripsit, et suo concilio hæc eadem gesta non tacuit. Quasi vero tantum in Alexandrini Petri communione Acacius prævaricator exstiterit, et non in omnibus quos fecit, vel depulsis catholicis pontificibus, unquam tyrannos Ecclesiis præponi ut taliter præpositis perversa communione permistus est. Qui hoc ipso secundum canones fuerant ab ecclesiastica communione pellendi quod se passi sunt successores vivis sacerdotibus adhiberi. Qui autem non perspiciat Christianos qui, catholicis pontificibus propria sede dejectis, nonnisi hæretici potuerunt introduci? Quibus tamen C cunctis vel auctor fuit Acacius, subrogandis vel subrogatis communicator accessit; his itaque, quia communione hæreticorum nullatenus discrepabant. Cur igitur vel cum hæc fieri viderit, non sicut sub Basilisco jam fecerat, ad apostolicam Sedem referre curavit, ut si solus ipse non poterat conjunctis cum eodem consiliis atque tractatibus apud imperatorem, quæ regioni competerent, allegaret. Nam si Basiliscus (ut dictum est) tyrannus hæreticus, scriptis apostolicæ Sedis vehementer infestus, a pluribus revocatus ad eum accessibus, quanto magis legitimus imperator qui se catholicum videri volebat, potuit cum apostolica sede cunctorum quoque pontificum moderata suggestione mitigeri, præcipue cum ejus- D dem Acacii esset specialis fautor et amator, et qui litteris suis, tam ipsum Acacium quam sanctum papam Simplicium magnis laudibus extulisset, quod hæreticis constantissime restitissent. Cur tanto tempore Acacius inter ista conticuit, nisi quia prohibere nolebat ullatenus quæ desiderabat expleri. Paremus tamen etiam, si nulla synodus præcessisset, cujus apostolica sedes recte fieret exsecutrix. Cum quibus erat de Acacio synodus ineunda? Nunquid cum his qui jam participes tenebantur Acacio, et per Orientem totum catholicos sacerdotes violenter exclusissent. Per exsilia diversa relegatis sociis evidenter existebant communionis æternæ, nec prius se ad hæc consortia transferentes, quam sedis apostolicæ scita consulerent. Cum quibus ergo erat synodus in-

eunda? Catholici pontifices fuerant undique jam depulsi, solique remanserant socii perfidorum, cum quibus nec licebat habere conventum, dicente Psalmista : « Non sedi in concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo (*Psal.* xxv, 4), » nec ecclesiastici moris est cum his qui pollutam habent communionem permistamque, cum perfidis miscere concilium. Recte igitur per Chalcedonensis synodi formam hujusmodi prævaricatio repulsa est potius quam ad concilium, quod nec opus erat post primam synodum, nec cum talibus habere licebat. Nam et quid ageretur de fide catholica intelligere, si vellent ignorare, non poterant, cum viderent catholicos pontifices nulla synodi discussione, nullo concilio, præcipue cum novas causas esse perpenderent, toto Oriente depelli, et cæteri quid caverent ex illorum discere qualitate potuissent. Restat igitur ut illius partis illos fuisse hæreseos sit clarum, cui se post tot experimenta dederunt, meritoque apostolica sede cæterisque catholicis non jam consulendi erunt, sed potius notandi. Risimus autem quod prærogativam volunt Acacio comparari, quod episcopus fuerit regiæ civitatis. Nunquid apud Mediolanum, apud Ravennam, apud Firmium, apud Treveros multis temporibus non constitit imperator. Nunquid harum urbium sacerdotes ultra mensuram sibimet antiquitus deputatam quidpiam suis dignitatibus usurparunt. Nunquid Acacius ut Joannem quantumlibet hominem catholicum, tamen a catholicis ordinatum de Alexendria excuteret Petrumque in hæresim jam dejectum atque damnatum absque sedis apostolicæ consultatione reciperet. Aliqua synodo saltem illic habita hoc audacter arripuit. Ut Calendionem de Antiochia depelleret, hæreticumque Petrum ipse damnaverat, absque notitia sedis apostolicæ rursus admitteret aliqua synodo id fecisse monstratur.

Si certe de dignitate agitur civitatum, secundæ sedis et tertiæ major est dignitas sacerdotum, quam ejus civitas quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter metropolitanorum jura censetur. Nam quod dicitis regiæ civitatis, alia potestas est regni sæcularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum. Sicut enim, quamvis parva civitas, prærogativam præsentis regni non minuit, sic imperialis præsentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat. Sic clara urbs illa potestate præsentis imperii religiosa sub eodem tunc firma, tunc libera, tunc provecta consistit, si potius hoc præsente propriam teneat sine ulla perturbatione mensuram. Sed dicatur forsitan de Alexandrino et Antiocheno, certis ex causis principem magis illa quæ gesta sunt non Acacium præcepisse. Sed principi Christiano decuerat suggerere sacerdotem, maxime cujus familiaritate et favore fruebatur, salvam fore de ejus injuria contumeliaque vindiciam, tantum ut Ecclesiæ sineret Christianus princeps regulas custodiri, quia et nova in utroque pontifice causa esset exorta, et novam *discussionem* consequenter inquireret, et sicut semper *esset effectum* sacerdotali concilio de sacerdotibus judicia provenirent, non a sæculari viderentur qualescunque pontifices, etsi errore humanitatis accidente, non tamen contra religionem ullatenus excedentes potestate procelli. Aut et hæc juxta rationem principis suggerenda non erant. Regiæ civitatis honore sublimis, si factus erat regia civitate sublimior, tanto magis in his suggerendis debuit esse constantior. Si autem in his quæ pro religione fuerant exerenda exstitit contemptibilis, aut despectus, aut segnis, aut fiduciam non habens intimandi, in quo per regiam civitatem major effectus est. Nathan prophetam palam publiceque in faciem regi David et commissum pronuntiavit errorem, et ipsum commisisse non tacuit, et confessione correctum consequenter absolvit (*II Reg.* xii). Hic autem vir bonus et sacerdos egregius in tantum se et suggerere potuisse monstravit et noluisse deprompsit, imo fuisse patefecit, ut et imperator cuncta se ex ejus concilio gessisse taceret, et ipse imperatorem magnis præconiis elevaret ista facientem, seseque proderet his agendis rebus fuisse participem. Sed esto Calendion nomen imperatoris abstulerit Joannis principi mentitus fuisse jactetur. Quæ tamen cum novæ essent causæ, nova debuerit ecclesiastica pervenire discussio, qui in hominem imperatorem peccasse dicebantur, nullatenus venientes synodo dejici debuerunt, et in Deum, qui summus et verus est imperator, Acacium delinquentem sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum perfidis sancta synodo qua hæc est damnata perfidia; non oportebat excludi? Quid per totum Orientem de innumeris urbibus pulsi catholici sacerdotes et hæretici subrogati? Nonne certe erant causæ, et his consequenter una synodus debebatur. Cur tamen non venit in mentem, ut in talibus causis peteret a principe saltem qualemcunque synodum celebrandam, ut quocunque colorato judicio traditionis ecclesiasticæ passim pontifices viderentur exclusi, non solum quarumcunque urbium sacerdotes, sed metropolitani incunctanter antistites. His omnibus cum non restitit suggestione qua potuit consensit Acacius communicando cnnctis qui catholicorum in locum hæretici fuerunt subrogati. Apostolus autem dicit, non solum « qui faciunt, **240** sed qui consentiunt facientibus (*Rom.* i, 32), » reos indubitanter ascribi. An hæc licuit sæculari potestati et actis talibus Acacio consentiente absque ulla synodo, quam ipsa rerum novitas exigebat absque sedis apostolicæ consultatione perficere, et sedi apostolicæ non licuit, secundum tenorem synodi Chalcedonensis, in veteri utique causa et veteri constituto justa utique definitione damnatum inimicis synodi Chalcedonensis Acacium communicantem a sna communione depellere. Sed, inquiunt, Acacius principibus obviare non potuit, cur Basilisco, quia voluit obviavit. Cur ipsi Zenoni, ne palam Petro Antiocheno, quamvis latenter hoc fecerit, communicare videretur, non communicavit assensum. Ecce resultanti non restitit imperator. Ecce vim nolenti non intulit. Ecce fugienti contagia manifesta con-

cessit. Postremo cur tanto tempore cum ista gererentur, lex gerenda cognosceret, et non ad sedem apostolicam, a qua sibi curam illarum regionum noverat delegatam referre curaverit. Sed prius laudator factus est ipse gestorum, quia lex præmoneret talia non esse tentanda vel ne tentarentur obsisteret, sicut sub Basilisco jam fecerat. Cur illis cæteris communicare consensit, qui depulsis catholicis sacerdotibus indubitanter hæretici singulis urbibus fuerant substituti. Postremo, si ille defuit suis partibus, et quæ sacerdoti catholico competerent, agere non curavit, ideo sedes apostolica quod ad eam pertinebat non potuit, nec debuit præterire. Quolibet modo hæreticorum complicem refutavit et consortem communionis externæ a sua communione dimovit.

Nec opus fuit nova synodo cum veteris constituti sufficienter hæc forma præscriberet, nec opus fuit hæc facienda episcopis Orientis intimare, quos et expulsione catholicorum, quæ agebantur in causa fidei non ignorasse manifestum sit, et communicando hæreticis subrogatis facto tali consensisse non dubium est, etiam externæ communionis effectos, atque ideo cum eis nec jam potuisse, nec debuisse sedis apostolicæ scita tractari. Ecce agnoverunt in eorum professione, qui constantissime perdurarunt, quid fidei communionique catholicæ deberetur. Ecce agnoverunt, quemadmodum a talibus recedendo, imo talibus contraria moliendo, a fide et communione catholica atque apostolica deviarit Acacius, seque cum eodem pariter errori subdiderunt. Ecce agnoverunt quam justis ex causis pro fide et communione catholica atque apostolica, cui et illi qui in ea perstiterant, congruebant, et illi qui perstantibus obviabant ab eadem docebantur alieni sedis apostolicæ auctoritate sit remotus Acacius, ejusque pariter quicunque complices exstiterit, atque ab illorum merito cum his communione discretus, a qua se ipse primum cum suis consortibus catholicis pontificibus discrepando cognoscitur separasse, jureque sententiam ille damnationis excepit cæteris consortibus promulgandam qui solus pro omnibus suis consortibus in communione se recidisse perfidiæ ad apostolicam sedem missis est professus. Cui si communicaverant Orientales episcopi antequam referretur huc, pari utique reatu sine dubio probabantur involvi, jureque per illum trangressionis sententiam susceperunt, tanquam facti cum eodem communionis externæ. Qui utique non consuli tanquam nostræ communionis homines jam deberent. Sed tanquam in contrario positi consortio refutari. Si vero non communicaverant antequam Acacius huc referretur, et communicantem notare debuerant, ipse de eodem potius huc referre, atque apostolicæ sedis vigore perculsum merito comprobare. Cumque sede apostolica tantisque illis pontificibus magis tenere concordiam. Sed quia ab eorum societate desciverant, et eorum successoribus communicare delegarant, ideo cum sede apostolica minime congruebant, quia in sectam residerant prævaricatoris Acacii illius sine dubio providebant sententia consequenter constringi, et ob hoc videri eum nolebant damnatum, quia se cognoscebant in eadem prævaricatione damnatos, in qua hodie manere persistunt. Sed sicut hi simili conditione constricti complicem suum non possunt judicare, non jure damnatum, neque rei reum possunt competenter absolvere sic ille jure prævaricatore damnato, isti quoque pari jacent damnatione prostrati, neque nisi resipiscentes inde poterunt prorsus absolvi, quia sicut per unum scribentem eorum omnium vulgata transgressio est qui in eadem perfidiæ reciderant actionem, sic in unum eumdemque qui pro omnibus scripserat vel scribendo prodiderat voluntates transgressione punita cunctorum quæ ad instructionem vestræ dilectionis fas satis abundeque sufficere judicamus, quamvis eadem latius, si Dominus concesserit facultatem studeamus exponere, quatenus et fidelium quisque cognoscat, nihil apostolicam sedem, quod absit, propere censuisse. Quæ tamen sententia in Acacio destinata, et si nomine tantummodo præsulis apostolici cujus erat utroque potestatis legitime probatus esse deprompta præcipue cum secretim dirigenda videretur, ne ostensa ubique præsentis dispositio salutaris quibuslibet difficultatibus impedita necessarium habere non posset effectum, tamen quia orthodoxis ubique disjectis et hæreticis tantummodo, eorumque consortibus jam relictis in Oriente catholici pontifices aut residui omnino non essent, aut nullam gererent libertatem plurimorum in Italia catholicorum congregatio sacerdotum rationabiliter cognovit in Acacium fuisse prolatam. Quæ congregatio facta pontificum non contra Chalcedonensem, non tanquam nova synodus contra veterem primamque convenit, sed potius secundum tenorem veteris constituti particeps apostolicæ exsecutionis effecta est, ut satis appareat Ecclesiam sedemque apostolicam, quia alibi jam omnino non posset ubi potuit, et cum quibus potuit nihil penitus omisisse quod ad fraternum pertineret pro intemerata fide et sincera communione tractatum. Quid ergo isti prudentes viri et argutis mentibus totius regionis interna rimantes in Orientis partibus constituti, si cognoverunt hujusmodi personam in Antiochena Ecclesia constitutam. Cur communicandum talibus præbuere consensum. Cur non illico reclamaverunt? Cur non se tali contagio submoverunt, cum evidenter adverterent ideo Calendionem depulsum, ut hæreticis panderetur introitus. Quare hic nihil de synodo, nihil de re, nihil de fide Christiana, nihil de personarum examinatione tractarunt. Si vero illi se communioni voluntarie subdiderunt, ab apostolica sede certe separati sunt cum talibus, et apud tales si esset necessarie fieri nulla posset omnino synodus provenire. Quod si ignorasse se dixerint, qualis in Antiochia post Calendionem successit antistes, quid mirum, si qui in Oriente positi, quæ in regione sua contigerint scire nequiverunt ea quæ apud apostolicam sedem gesta fuerant scire ignorarent. Cur tamen postquam ad eorum notitiam pervenit, qualis esset sacerdos apud Antiochiam consti-

tutus, non ejus consortia respuerunt continuo. Cur excusationem de ignorantiæ colore prætendunt, cum hodie et manifesta contagio perfidorum, et a nobis sæpius exprobrata sectantur. Quo satis apparet, quia nec tunc quidem, etiam si cognoscerent, refutarent, quando nunc etiam publicata non renuunt, prorsus in quamlibet se partem excusationemque convertant, manifeste veritati, si talia quæ eis suffocantur, ut suis ipsi verbis possint actibusque concludi, nec nisi solam perniciem obstinatæ perfidiæ residuum ventilare.

Hæc autem quæ de Calendione venerabili dicta sunt, et in Joannis Alexandrini conveniunt certa ratione personam, imo si causa eadem latius inquiratur, tantæ illic tragœdiæ, tanti reperiuntur errores, ut si ipsi sunt judices qui hæc perpetrarunt, cum evidenter fuerint confutati, a sua damnatione non enim temperent. Talem enim illic antequam monstratur nihil aliud quam quæsitam causam quemadmodum catholico qualicunque deposito pontifice, hæretico Petro reseraretur accessus. Nunc istud nemo discutiebat synodum nemo poscebat, passim omnia licito fieri a quibuscunque videbantur, nullum discrimen rerum, nulla examinatio postulabatur Ecclesiæ, sed prout unicuique venisset in mentem, de filiis urbibus catholicis pellebatur episcopus, non solum metropolitanus, sed etiam tertiæ et secundæ sedis antistes. In his nulla rerum investigatio quærebatur, nulla facienda consilia tractabantur, subrogabantur hæretici, nemo resultabat, sed velut muta pecora in captionem ducta, subditis voluntatibus perfidiam sectabantur, non mirum quidem, si nunc eos defendere moliantur, quorum indiscussam a sanctis mentibus secuti sunt vilitatem. Sed miramur cur eos non pudeat in istorum damnatione de synodo non facta causari, cum sciant tot tantosque pontifices nulla synodo fuisse depulsos, in istorum rejectionem si de non inito concilio conquerentur cognoscant se, cur non et hoc in aliorum rejectione quæsiverunt accusari. Si vero in cæterorum rejectione concilia necessaria non fuerunt, nec in istis necessaria fuisse cognoscant. An in catholicorum dejectione non fuit opus, et fuit magnopere congregandi in prævaricatoris damnatione confessi. Quid igitur restat, nisi ut dicant hæreticos non fuisse. Non ergo de synodo conquerantur, qui se palam communionis externæ perhibent sectatores. Cur ergo eis synodus necessaria fuisse videatur, qui se contra Chalcedonensem synodum venire cognoscunt. Quid Eutichianus error cum suis auctoribus generalis Ecclesiæ voce damnatus est. Nec dubium quod sicut in unaquaque hæresi, quod incessabiliter repetendum est, quia firmum esse nullus ambigit Christianus, omnes complices sectatores communicatores damnatæ semel pravitatis pari sorte censentur. Ideoque sit consequens, ut sicut Timotheus atque Petrus talium sectatores secundum illius synodi tenorem nulla recenti facta pontificum congregatione damnati sunt, sic et Petro quia communicavit Acacius, ut criminis particeps, ita consors sit factus et pœnæ. Quid igitur ambagibus et nebulis ista prætexunt, ut impudentiam suam mentemque vesanam inanibus potius fabulis celare letaliter quam perdendo medicinaliter sanare contendant? Nihil enim vobis commune cum hominibus communionis externæ. Ideo vocatur ad judicium certum quæcunque persona, ut aut fateatur objecta, aut convincatur objectis. Post confessionem porro litterarum tenore deprompto, cur ad judicium vocaretur Acacius qui se confessus est Petro, quem petit a sedis apostolicæ præceptione damnari communione sociasse, nec ei jam credi externæ communionis effecto, vel pro sua, vel pro eorum, vel pro Petri defensione jam posset, cujus se superius miscuerat nefando consortio. Feceratque se cum ejus causa sine dubitatione communem, cui examinatione præmissa et legitima esset, si ita purgatione suscepta regulariter misceretur. Sed cum eodem non legitime discusso atque purgato communione sociatus, quam adhuc reo se miscuit, tam pro eodem non habuit loquendi fiduciam. Nam Acacius cum nullo privilegio fulciretur, ut de secunda sede posset ferre judicium, potuit jure damnari simili modo, nisi primæ sedis auctoritate percepta, nec examinandi Petri jus habuit, nec recipiendi penitus potestatem. Quia regulariter constitit, nec apud nos Petro ullatenus absoluto quem damnasse nos novimus examinasse vel absolvisse nescimus. Restat ut illud demonstremus eumdem Petrum quem se purgatum communione recepisse prætendit Acacius, nunquam ab hæreticæ communionis contagione cessasse, nec non solum ipso tempore quo communicavit ei Acacius semper Alexandrinum Petrum, et in hæreticorum collegio perdurasse atque ita et per hunc Acacium perfidæ communionis suscepisse contagium, et per eamdem illis hæreticis, quibus Petrus communicabat eadem peste convictum. Qui præsumpsit non servato ordine Petrum suscipere nec examinatum eum, nec agnoscitur recepisse purgatum, et ideo præter sedis apostolicæ licentiam, non legitimam sibi ejus receptionem usurpare voluisse, ut examinationem ejus et purgationem posset pro sua voluntate mentiri, atque eum nec examinatum, nec reciperet omnino purgatum. Quem si revera vellet examinatum purgatumque recipere, ordinem in ejus examinatione ac receptione potius custodisset, sed ut videretur magis quam veraciter esset jure prorogari. Sicut ergo ante non prius damnavit, quam et referret et posceret ab apostolica potestate damnandum, sic et recipiendo modum servare debuisset, ut priusquam se ei communioni misceret per sedem apostolicam posceret examinari eum, et legitima ratione purgari, cum nec examinandi aut recipiendi eum haberet ipse pontificium, et nonnisi per illius sedis auctoritatem

241

consensumque hoc posset implere, sine cujus auctoritate eum non poterat ipse damnare, et cum principali diligentia, et discuti potuit, et purgari, et ad communionem convenientem admitti. Cum enim constet super auctoritate sedis apostolicæ hujusmodi personas, aut discussas vel esse purgatas, aut sic ab aliis quibus competebat episcopis absolutas, ut

tamen absolutio earum ex sedis apostolicæ consensione penderet, ubi utrumque defuit, nec discussionem legitimam, nec purgationem firmam, ac per hanc receptionem fuisse constat indebitam. Si tu absque mea communione Petrum judicasti esse catholicum, meque despecto tuo eum jure recepisti, quod causaris, si illum ego a communione mea quam tu voluisti contemptam, tanquam absque tua notitia vel consultatione repellerem. Vis acquiescere, meus es : non vis acquiescere, meus non es. « Qui enim mecum non est, contra me est, et qui mecum non colligit, spargit (*Matth.* XII, 30). » Quæro abs te, Petrum hæreticum fuisse putes, an catholicum, an ab hæresi postea esse correctum? Si hæreticum, nullatenus ei communicare debuisti, et eidem communicando, hæretici te manifestum est factum fuisse participem, et ejus consequenter ex synodi tenore venientem damnatione constringi. Si catholicum, palam totius dogmatis es defensor, quod catholicum, pronuntias ac nihilominus illius erroris censeris, si hæreticum fuisse definias, ac postea correxisse prætendas, eique te purgato communicasse pronuntias. Interim cujus persona me negligendum esse credidisti? Causari non potes quod in hac eadem neglexerim, deinde quod sine me jus non habueris vel absolvendi vel recipiendi hujusmodi rite personam. Hanc enim personam nec purgatam legaliter, nec regulariter constat esse receptam, quam regulariter non receptam tam legaliter non constat esse purgatam. Et ideo non jure purgatam, quia legaliter non receptam. Mea enim in illum mea manente sententia, tu sine pontificio meo, ut meam sententiam resolveres jus non habens, qua potestate vel discussus est vel qua auctoritate receptus asseritur. Ecce interim in his causis vestra nutat et labitur auctoritas, et si hæc sola sit prorsus tota subruetur. Sed adducite adhuc aliud quod ad cumulum vestræ commotionis accedat. Quid enim si doceatur non solum priusquam in ejus communionem veniretis, neque tantummodo cum ad ejus communionem venistis, postea in hæreticorum nihilominus communione durasse, nonne aut per illum apud vos communio perveniebat hæretica, aut in hæreticorum communionem vos ejus commercio transibatis. Docete igitur Petrum Alexandrinum ab Antiocheni Petri unquam communione descisse, et non usque ad diem cum Antiochenus Petrus in hac luce versatus est individuum utriusque fuisse consortium. An dicturi estis, et Antiochenum Petrum fuisse correctum. Cur isti usque in finem non communicasse gloriabatur Acacius. Sed quid profuit quod per seipsum communicare non voluit, cum eidem per Alexandrinum Petrum sine ulla se communicare putaret invidia. Quid facimus de tot tantisque civitatibus ex quibus catholici pontifices sunt expulsi. Si catholici subrogati sunt, cur catholici sunt rejecti? Si evidenter apparet, quia cum catholici sunt rejecti, non catholici fuerunt subrogati, restat ut catholici non sunt, sed hæretici quicunque successerunt. Cur eis temere communicastis?

A Cur non ut ista nova facies rerum, et tanta tragœdia de pontificum successione viventium synodo discuteretur, egistis? An de uno dolent Acacio, quod speciali synodo non fuerit confutatus, cum proprium crimen litteris suis ipse detexerit, nec audiri debuerit, jam sponte confessus, et de tantis pontificibus catholicis non dolent, sine ulla discussione seclusis. Si catholicos nossent eos, quorum communionem vitaverant, his potius communicare maluissent quam non communicantes eis dura persecutione depelli. Ecce catholici tanti sacerdotes hoc ipso se judicant, quid apostolica sedes censuerit cognovisse, constanterque probasse retinendum, qui communionem catholicam resonantes, et eos qui apostolicæ sedi communicarent, usque ad persecutionis B incursus tenuere consortes. Certe quæ sedes apostolica decreverat orientalibus episcopis non innotuisse jactatur. Unde ergo tot tantique pontifices unum idemque cum sede apostolica sentientes, eamque probantes aperte religione sacrosanctam, veraque sanxisse quæ non solum sequenda sibi judicaverunt, sed etiam usque ad persecutionem viriliter exercenda. Ecce habuistis qui apostolicæ constitutionis et notitiam vobis ingererent et retinendi constantiam ministrarent. Si apostolica sedes misisse, vix duos aut tres dirigere potuisset. Ecce tot pontifices apostolicæ sedis scita sectantes, ingerunt nobis notitiam, et præbent servandæ veritatis exempla qui contra tantos clausistis oculos ibidem constitutos, quomodo C duos vel tres audire possetis. Hoc ipso sine dubio cognovistis, illos apostolicæ sedi placere, quo vobis displicere videbatis. Aut illos ergo sectamini per quos intelligebatis sedis apostolicæ voluntatem, aut ad nihilum quidem de ignorantia velitis obtendere, cum judiciis tantis et talibus abutentes sedis apostolicæ constituta testimoniis prædicantibus respuere potius quam recipere maluistis. Nunquid omnes isti quos memoravimus episcopi imperatori mentiti sunt? Nunquid omnes imperatoris nomen ex dipticis abstulerunt? Cumque pellerentur et vivis pontificibus catholicis, successores hæretici, et non de inferioribus quibusque civitatibus, sed etiam metropolitani pontifices in catholica communione jugiter durantes, cur igitur compassi non estis tantis fratribus vestris, D cur non adiistis imperatorem? Cur non Ecclesiæ causam et sacerdotii miserabilem decolorationem continuatis vocibus deflevistis, allegantes nunquam de pontificibus, nisi Ecclesiam judicasse non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam absque Ecclesiæ principaliter constitutis, obsequi solere principes Christianos decretis Ecclesiæ non suam proponere potestatem, episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus judicare, quibus Ecclesiæ consiliis, qua synodo pellerentur, quid denique commisissent, ut sine ulla discussione rerum tot ecclesiarum præsules pro humano libitu et sæcularis potestatis arbitrio pellerentur, inauditos, indiscussos, inconvocatos non debere percelli, maxime cum novæ causæ et nova rerum facies appa-

reret, ut rectores ipsi plebium repentinis incursionibus pro mundanæ potentiæ voluntate sacris dignitatibus privarentur ex nulla veteri causa, ex nullo collegio reatus nec participatione cujuslibet erroris jam ante damnatos teneri eos convincique consortes, ut tanquam ex præterita definitione judicarentur obstricti. Et ideo quia nullus ante præcedentibus causis recentes essent, cur ejicerentur incursus qui illi essent debent monstrari, et ecclesiasticis legibus ut semper oportere constare saltem vel pro vestro loco illorum duceretis miseriis consulendum, formidantes in vobis quod in aliis cernitis, præter illum morem violenter admitti, si crimine respersi erant. Aliquid de ecclesiastica debuit examinatione cognosci, taceo, et ad sedem apostolicam ex more referri, ne nostra privilegia curare videamur. Satis sit ostendere quid secundum regulas Patrum et canones facere deberetis, præcipue cum etiam ipsæ leges publice ecclesiasticam regulam sequentes, tales personas non nisi ab episcopis sanxerunt judicari. Si vero de qualibet hæresi fuerint impetiti, tanto magis eos decuit ista cognoscere, qui et secundum religionis tenorem possent ista discutere, et haberent pristinum, ex quo est christiana religio, pontificium judicandi, aut catholici enim erant, aut hæretici, de quibus passim illa ludibria gerebantur et latrocinia detestanda sæviebant; si hæretici prodi, discuti, et legitime convinci modis omnibus debuerant, vel suis confessionibus, vel aliorum vocibus confutari, taceo quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum, tantumque commoneo quid fieri ecclesiastico jure convenerat, si vero catholici probantur vos qui non solum in eorum depulsione cessatis, sed etiam subrogatis communicare delegistis indubitanter hæreticis, quibus depulsis catholicis succedentibus non ignorastis causam fidei, communionisque catholicæ per tantos antistites toto orbe patefactos. Sed plane scientes volentesque sine ulla discussione rerum, sine ulla synodali examinatione, sine ulla sedis apostolicæ reverentia et assensistis hæreticis libenter habentes, patienterque sinentes catholicos antistites inaudita prius et miserabili sorte detrudi. Quos si a fide integra communioneque catholica putaretis errare ad apostolicam sedem secundum scita majorum, et sicut semper est factum referre debuistis, sicut de Petro Alexandrino vel Antiocheno Petro de Joanne Pauloque fecisse monstratur Acacius. Sed quia noveratis eos cum apostolica sede sentire, et quid sedes apostolica sua definitione censeret, per illos tantos ac tales episcopos constat Orientales antistites nullatenus ignorasse, et per illos catholicæ atque apostolicæ communioni prodiisse contrarios, et ab eadem defecisse cum non illis estis passione conjuncti, sed potius persecutoribus eorum societate connexi. Hic vobis synodus nunquam venit in mentem, et certe de personis (ut dictum est) nulla veteri lege constrictis. Hic nullo concilio, non unius urbis vel unius episcopi, *sed totius orientis* Ecclesiam subiit animum vestrum facto sacerdotali concilio, debere curari. Sed homines qui in contrariam partem toto proposito et toto recideratis affectu, concilia potius necessaria etiam studio declinastis, ne per eadem tale aliquid censeretur, quo vobis rebus evidenter offensis et legitime confutatis, in hæreticorum non licere venire consortium. Quid ergo de ignorantia prætenditis, cum per totum Orientem catholicam fidem communionemque sinceram sedi apostolicæ congruentem non solum cognovisse tot pontifices videbatis, etiam usque ad extremum constantissime defendisse. Si vos non audieratis quid de fide et communione catholica atque apostolica censeremus, illos aspicere debuistis et aut sequi si credebatis esse catholicos, aut apud apostolicam sedem potius accusare, si credebatis errasse quid illos aut suo proposito illam tenuisse sententiam, aut cognoscendo quid sedes apostolica definiret, et aut igitur collegas et fratres de proximo in conspectu vestro vel catholicos sequi debuistis, vel impetere si credebatis errare; nec illos a quibus nullo discrimine vexabantur præbere consensum, donec veritas ex omnibus patefacta constaret, et regulariter de eis ecclesiastici judicii forma procederet. Sin vero sedis apostolicæ regulam subsequendo perspiciebatis illos hanc tenere constantiam, consequenter per illos, et quid nostra definitio contineret, non habuistis incertum, et illorum persecutoribus annuendo a sedis apostolicæ non ignorantes ejus sententiam consortio retraxistis, et adhuc dicitis ignorare vos quid sedes apostolica censuisset. Cum illis sacerdotibus catholica fide et communione nolentibus non verbis aut litteris, sed personis præsentibus didiceritis universa, et ab eadem vos proprio judicio separasse videamini, et adhuc dicitis synodum in unius hominis personam debuisse tractari, quam in damnandis totis pontificibus catholicis non quæsistis. Quibus autem vultis ut de talium causarum relatione credamus catholicis an hæreticis ab omni contagione hæreticorum discretis, an hæreticorum communione pollutis? Quis autem non videat illos Ecclesiæ catholicos, et ab omni hæretica peste, prorsus alienos, qui propriis urbibus detrusi, et in exsilium sunt redacti, et eos qui superstitibus catholicis successores fieri ausi sunt, catholicos omnino non esse, sed aut Eutichiani manifesti, aut eorum sectatoribus communicantes hæc pestis apud eos hodieque perdurat. Siquidem et cum Petro Alexandrino et cum Antiocheno Petro indifferenter hi qui catholicis successerant, communione permisti sunt, et successoribus utriusque Petri hodieque miscentur. His adde etiam illos qui catholicis, licet non successerunt, sed cum catholici pontifices haberentur talium se communioni junxerunt, hæc illa mistura. Hæc est illa confusio quæ per Orientem totum inter catholicam, hæreticamque, communionemque nulla discretio est. Imo qui discerni tentaverit potius hæreticus habetur, persecutione percellitur, exsiliis et afflictione multatur.

Restat ergo ut in hac colluvione cunctorum, sicut

quisquis ab eadem separatus comprobatur, ita quisquis sinceræ est communionis, et ideo catholicus, ita quisquis illius detestandi, commercii particeps invenietur, quantum a sincera communione, tantum a catholica atque apostolica sit remotus. Nec prætendat quisquis quod alicui forsitan evidentiori non communicasset **242** vel non communicare videatur hæretico. Quid enim juvat, si illi non communicet, et his tamen communione jungantur qui ab illius non sunt communione diversi? Quid si eorum nulli communicavit vel omnino non communicat? Hic erit ille sinceræ, catholicæque, apostolicæque communionis et fidei, alioquin nullo modo poterit indiscretæ illius mistionis insincerum vitare contagium. Hoc modo etiam ille vir bonus Acacius Antiocheno Petro, cui se palam non communicare jactabat per alios sine ambiguo communicasse detegitur. Neque enim ab omnium qui Antiocheno Petro communicabant, semet Acacius communione suspendit, ac per hoc quid profuit quod videri volebat. Illi palam non communicare, cui per suos complices sub signo communionis nectebatur, Alexandrino Petro communicavit Acacius. Sed donec advixit Antiochenus Petrus, qui utique post Acacianum cum Petro Alexandrino fœdus initum defunctus ostenditur nunquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare desinit. Quod catholicorum continet relatio sacerdotum sanctorumque in catholica fide durantium. Nec conscientiam latere potest totius Orientis. Et ut taceam quod per ipsum Zenonem imperatorem, qui utique Antiocheno Petro quem introduxerat, et cujus sacerdotium comprobaverat, sine dubio communione permistus communicabat Acacius. Plurimos diversarum urbium præsules possumus demonstrare, quibus cum Antiocheno Petro communicantibus, nihilominus communicabat Acacius, et per illos Antiochenos communicabat consequenter et Petro. Sed hæc apud Græcos facilis et inculpabilis putatur esse permistio, apud quos nulla est veri falsique discretio. Et cum omnibus reprobis volunt esse communes, in nulla monstrantur probitate constare. Hic autem ille est Petrus Antiochenus, quem nec per pœnitentiam, aut communionem catholicam recipi, etiam a sede apostolica poposcit Acacius, ac per hoc quod queruntur a nobis Acacium fuisse damnatum cum hac professione præmissa, et per anfractus Antiocheni petitur recepta communione se doceatur ipse damnasse. Ubi tamen non solum reus tenetur Acacius, sed omnes pontifices Orientis, qui pari modo in hæc recidere contagia, meritoque simili damnatione tenentur obstricti. Nec inde possunt ullatenus expediri, nisi, dum supersunt, a talibus abstinendo. Nec nos oportet in talibus causis, nisi illis credere qui aut omnino se sciant ab hujus perfidiæ nexibus divino beneficio servare discretos, aut ab his qui a perfidorum consortio recesserunt. Nam in perfidorum contagio constitutis, quam fidem pro sinceræ communionis testificatione possumus adhibere, qui in sincera communione sunt positi, nec eorum testimoniis inniti pro veritate poterimus qui impugnare nituntur falsitatibus veritatem. Restat, ut non nisi illis credere debeamus qui ab omni contagione sunt liberi.

Epistola Gelasii papæ ad Eunifimium,

Dilectissimo fratri Eunifimio, Gelasius.

Quod plane cupimus atque sincera fidei communionisque catholicæ reintegratione firmari, asserit tua dilectio. Quod alteri solus non sufficiat auditus, nisi per litteras spectaverit significant provocantem, de his quæ circa nos dispensatio divina perfecit, ut si in secundis vicem salutationis impenderem. Non arbitramur vel dilectionem tuam vel aliquam se hoc sperare potuisse, ut putaret nos vel aliquempiam potiorem quæ sunt gesta referentes debuisse responsa promereri, qua nimis judicaretur arrogans, si de prima sede taliter existimasset. Quod si magis opinamur, quasi sociis, quibus præesse Christi munere delegata est, apostolicam sedem institutum sibi noviter sacerdotem præeuntibus oportuisse, dixisti litteris indicare. Fuit quondam ecclesiastica vetus hæc regula apud Patres nostros quibus una catholica, apostolicaque communio ab omni prævaricatorum libera pollutione constabat. Nunc autem cum societatem præferre malitis extraneam quam ad beati Petri purum redire illibatumque consortium. « Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena (*Psal.* CXXXVI, 4). Quomodo dispositionis apostolicæ antiqua fœdera præbeamus hominibus communionis extraneæ? Quemadmodum nobis ordinationem renuntiatura est, cui vestro etiam testimonio hæreticos damnationemque præponitis. Dicat forsitan tua dilectio hæreticos damnatos dici Acacium et Petrum. Cur, si fas non est, præsentibus saltem litteris colloquantur? Quia aliter appellamus Dominicæ mensæ participes, aliter qui in ejus nobiscum societate dissentiunt, quia ipse Dominus alio modo verba faciebat a sua prædicatione discretis, alio discipulis regni cœlestis secreta pandebat. Consequenter quoque Apostoli non ita a suo collegio separatis, quemadmodum fidei domesticis consortibusque loquebantur. Sed ait dilectio tua tantum circa me sese charitatis habuisse, ut non solum ad scribendum fueris contentus affectu audire, lege sententiam : « Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei (*Rom.* X, 17), » illud scilicet Verbum quod confessioni beati apostoli Petri « portas inferni nunquam prævalituras esse promisit (*Matth.* XVI, 18). » Atque ideo rationabiliter existimasti, quia fidelis Deus in verbis suis non nisi aliquid tale promisisset, institueret, unam sponsionis suæ promissionem impleret. Ait denique nos divinæ providentiæ gratia tua dilectio quod ille monstraverit sanctarum Ecclesiarum se non deserere charitatem quia me in pontificali sede locaverit non indigentem, sicut ait doceri, sed intendentem omnia necessaria ad ecclesiastici corporis unitatem. Ego quidem sum omnium hominum minimus satis immeritus tamen

sedis officium, nisi quod superna gratia semper operatur magna de parvis. « Quid enim de me sentiam cum hoc ipse id de se magistro gentium ille testetur, qui se ultimum, et non vocari dignum apostolum profitetur? » (*I Cor.* xv, 9). Verumtamen ut ad dilectionis tuæ verba redeamus, si veraciter exsecutus es hæc divinitus mihi fuisse collata, quæ et profecto quæcunque sunt bona dona sunt Dei, sequere ergo hortamenta non indigentis doceri, et secundum supernam dispositionem universa cuncta inspicientis quæ ad Ecclesiarum pertinent unitatem. Et adversus diabolum conturbatorem vere pacis atque compagis, ut asseris, fortiter resistentem. Si ergo de me ista pronuntias, aut sectanda tibi sunt quæ a Christo, ut prohibes, constituta sunt, aut palam te quod Christi dispositionibus obviare depromis, aut ad veniam luxuriæ de me cognosceris ista jactare. Sed consequenter adnectis condescendibilem me, et optima dispositione revocare posse concordiam. Proinde quoniam isto verbo frequenter utimini, quid sibi velit explorem. Optima enim illa est Ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ dispositio quæ ad meliora proficiendo conscendere non ad inferiora descendendo deficere. Cum autem dicis conscendere nos debere vobiscum. Interim jam vos, aut descendere aut descendisse monstratis. Unde, quæso, vel quo ista descensio est? Utique ex superiori quodam loco ad inferiora quæque deponitis a catholica apostolicaque communione ad hæreticam damnatamque prolapsos videtis, cognoscitis, non negatis, et non solum vos in infirmis jacere delectat, sed etiam in superiore manentes sede vultis impelli. Condescendere nos vobiscum invitatis, ad ima de summis nos coascendere vos nobiscum rogamus ad summa de imis. Nunc igitur conspectu illius excelsæ justitiæ judicet genus humanum, quis nostrum debeat alteri obedire. An dicis ut cætera nunc omittam, descendit Dominus ipse de cœlo? Descendit plane, sed ut hominem ab errore liberaret, non ut ejus misceretur errori. Nonne ipse præmonuit, ut qui in tecto consisterent non descenderent, nec ad ea quæ in domo videntur esse tollenda? Nonne pro omnibus Apostolus « clamat unus, qui, plus omnibus laboravit (*I Cor.* xv, 10), » cum de custodia veritatis ageretur, quibus nec ad horam cessimus subjectionis gratia et veritas Evangelii permaneret apud vos? Videtis cœlestem Magistrum condescendere noxiis recusantem? Postremo faciamus aliquem corruisse ad quem benignissimæ sublevandum paululum quispiam velit inflecti. Ergo ut erigatur jacens miserantem convenit inclinari non ut cum eodem præcipitetur in foveam. Igitur per litteras, quos per Sinelicium diaconem destinastis de his quos baptizavit, quos ordinavit Acacius majorum traditione confectam, et vera præcipue religionum sollicitudini vestræ congruam præbemus sine difficultate medicinam. Quo nos vultis ultra descendere? Quid tacetis? Quid verecundamini *verbis exprimere quod* corde gestatis? Ipsa vos saltem verecundia quod nonnunquam sit debuit commonere. An forsitan ut hæreticorum damnatorumque, et his vel eorum successoribus communicantium nomina consentiamus admitti? Hoc non est condescendere ad subveniendum, sed evidenter in inferna demergi. Parcite, quæso, et nobis et vobis. Quod si curam vestri adeo non habetis, date veniam nobis. Dolere et flere possumus et debemus, in hæc abrupta deduci nec possumus, nec debemus, qui, præstante Deo nostro, sinceram puramque paternæ traditionis fidem communionemque retinere, et ab omni prævaricatorum contagione discretam etiam intentato periculo mortis optamus eligentes (si velit Deus) quælibet illa perpeti, quam causas incidere damnationis æternæ. Date, inquam, veniam, si cum vos propter amorem cujuslibet hominis, vel timorem hæc libenter incurritis. Nos propter amorem Dei, et timorem gehennæ talia refutamus. Nec vos credatis dissimulando causas atque personas cujuslibet amicitiis posse subripere, quia neque vos ita subtiles estis, qui non possitis intelligi, et nos præstante Deo nostro non reperitis incautos.

Nonne missis huc sæpe litteris indicastis eum cæteris hæreticis vos Eutichen quoque respuere. Hoc si verum, aut eos qui communicaverunt Eutichetis successoribus pariter abdicate, aut aliorum quoque hæreticorum successoribus communicantes admittite. Sed Acacius, inquis, nihil contra fidem sicut Eutiches et successor ejus legitur ubicunque dixisse, quasi non sit deterius, et non ignorasse veritatem, et tamen communicasse veritatis inimicis. Si enim cum aliquis recte sapiens de fide catholica communicet illis hæreticis inter quos Euticheten posuistis, vel successoribus eorum, non est fas eos inter catholicorum altaria nominare. Ita ne ergo illius Eutichetis successoribus communicando simili sorte tenetur obnoxius. De talibus quippe convenienter dicitur : « Descendant in infernum viventes (*Psal.* liv, 16), » qui dum illa vita, qua justus vivit, vera atque catholica putantur vivere, repente aut in prona pravitatis, aut in hæreticæ communionis inferna vergunt. Ecce quales Christo dicitis esse præponendos. Cum ille nec animas nostras sibimet præcipit anteponi. Imo et adhuc quæritis quando fuerit damnatus Acacius, quasi revera etiamsi eum nullus ante damnasset non fuerit orthodoxæ et apostolicæ communionis, cujus prævaricator exstitit et desertor participatione secludi. Sicut etiam quilibet qui fuerit ante catholicus, cuicunque hæresi communicans merito judicatur a nostra societate removendus, aut in tali sorte defunctus inter catholicorum nomina nullatenus computari. Miramur tamen quomodo ista profertis, hoc est ut et synodum Chalcedonensem vos suscipere pro fide catholica profitemini, et eos quos damnavit sectantium communicatores non pariter generaliterque putetis fuisse damnatos. Ostendite ergo quæ synodus in unaquaque hæresi cum erroribus successores eorum his communicantes simulque omnes non dam-

net, et complices. Itaque ille vester Acacius qui Eutichianis hæresibus detestabili communione factus est particeps ab eadem synodo sine dubitatione damnatus est. Quæ Eutichen Dioscorumque cum successoribus eorum hisque communicantes synodico tenore prostravit. Sic vos sequaces quoque eorum Timotheum Petrumque simili definitione **243** dejecit. Proinde si ea quæ in synodo Chalcedonensi pro fide et communione catholica lege apostolica definita sunt, vere certeque sectamini, sicut vestra professione multiplici continetur, aut successores ab illa synodo damnatorum hisque communicantes abjicite, aut si istos admittitis ea quæ nulla synodo pro fide, et communione catholica et apostolica sunt perplexa, non solum falso vos retinere perpenditis, sed insuper labefactare conamini, et in Eutichianam hæresim sine retractatione reciditis meritoque a catholicis probamini esse vitandi, quia, ut talem pestilentiam perpetuo possemus evadere, ea quæ contra ipsam ab illa congregatione sanctorum Patrum salubriter decreta leguntur nullatenus mutilanda, non solum sedis apostolicæ præsules, sed etiam Orientalium regionum catholice censuere pontifices. An Petrum dicitis fuisse purgatum, cui communicavit Acacius, verum assertionibus edocete. Hoc ostendite, hoc probate. Quibus ille modis. Quibus ille regulis ab Eutichiana fuerit professione vel communione mundatus, ut cum id nihilominus evidenti rerum claruerit demonstratione convictum, palam aperteque possitis advertere, aut vos debere cedere veritati, aut adversus hanc manifesta dimicatione confligere, nec vobis blandiamini, quia fidem catholicam profitemini vos tenere qui Euthicis nomen adjuvistis, quia ea veluti prædicare videamini quæ orthodoxa prædicavit antiquitas. Clamat enim vobis illa evangelica sententia : « Aut facite arborem bonam et fructus ejus bonos, aut facite arborem malam, et fructus ejus malos (*Matth.* XII, 33). » A fructibus enim arbor cognoscitur, id est, si voce, si fide, si professione catholica et apostolica fideliter veraciterque gloriamini hujus et communionem recipite. Si vero hæreticorum scilicet damnatorumque vel his aut successoribus eorum communicantium communio vobis placet. Quid statis? Quid circumspicitis simul et eorum aperte manifesteque remotis obstaculis dogma defendite. Quid enim juvat? Imo et satis gravat dictis polliceri, quod factis negatur ut non solum ipsa per se hæresis Eutichiana, quam sit funesta Christiano sacramento possitis agnoscere, sed quanta et quam gravia hæresis in sui definitione contineat. Ecce ad quæ nos præcipitia condescendere provocatis, atque nos vitæ æternæ pericula cupitis inclinare, hoc descensu salvare est ægrotantem, an cum languente consumi? Hæc erit optima dispositio illa quam memoras reparandæ concordiæ. An illa potius, ut rejectis contagiis perfidorum integra fide sincera sui communione potiatur communio catholica atque apostolica hæreticorum tabe depulsa, intemeratam suæ fidei confessionem nitatur astruere, atque invicem sibimet congruentis orthodoxæ professionis communionisque sit unitas? Hanc sicut dilectionis tuæ litteræ cohortantur, meis quoque temporibus custodiri, qua valeo, prece deposco quæ per tot annos ab illis Patribus gloriosis illibata intactaque servata est. Hæc enim est, sicut ipse dicis, quam Deus noster de omnibus bene futuram, et secundum suam veritatem, et regulam gubernandam, et præscius ante constituit, et singulis quibusque temporibus sua dispositione convenienter aptavit. Hæc est voluntas Dei, cujus tu ingeris mentionem quam ego quoque pro meo modulo, quem Dominus donare dignetur, cupio prorsus implere, ut non reus de hujus talenti cœlestis diminutione reperiar, in hoc talento, sicut ipse quoque nos admones, incrementum Christi postulo consequi, et nullum prorsus incidere detrimentum. Hinc est quod prioribus dilectionis tuæ litteris, sicut tua quoque pagina designavit, pro vestra sumpsi salute tristitiam, ubi comperi quod erat vobis noxium, et veræ pacis contrarium reperi. Contristatur enim Apostolus de errore deviantium, et lætitiam recipit de eisdem sua prædicatione correctis, si autem tua charitas, ut dixit, nescio quorum necessitate constringitur, quod pace tua dixerim, sacerdos pro veritate promenda, nec facere deberet omnino non dicere, ignoscite nobis hominibus timidissimis, si cohortante nos terribili, et divini judicii grandi necessitate constringimur, sicut qualescunque ministros Christi decet, nos animas nostras ponere pro veritate salvandas, quam eas lucrari velle veritatis diminutione perdendas, ut non dicam cujuslibet contra fidem libitis abdicandas. Istæ mihi sunt quas dilectio tua commendat certæ fidei perpetuæ cum eo quicunque voluit in Christi visceribus amicitiæ. Hic non tam optamus præponi aliis, sicut prædicis, quam cum fidelibus cunctis sanctum et Deo placitum habere consortium.

Hæc mihi, quam mandat dilectio tua, pax solida. Inconvulsa et perennis hoc unum vinculum, sicut etiam ipse desideras salutare, quo cuncta uniri possit Ecclesia. Hoc quibus est creditum, sicut et ipse deprecaris, protectio divina perficiat. Hæc est quæ « Deus est charitas (*I Joan.* IV, 8), » qua poscis « de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta (*I Tim.* I, 5). » Quomodo ergo de corde puro, si hæreticorum fuerit participatio polluta? Quomodo conscientia bona, si malorum fuerit confusione permista? Quomodo fide non ficta, si fuerit mista cum perfidis? Quæ si prudentia tua, sicut Deum prædicamus, diligenter advertat, perspicit apostolicam sedem non vitare pacem, sed hæreticorum damnatorumque vitare vestigia. Quæ etiam vos rationabiliter intuentes creditis componendum populum Constantinopolitanum, non permittere submoveri nomine perfidorum. Quisnam hoc in Ecclesia Dei, quæso te, possit audire, cum utique pastorem sequi grex debeat ad pascua salutaria revocantem, non per devia gregem pastor errantem. Dic mihi, rogo te, grex,

pro te, an te pro grege redditurus es rationem? Certe, si vobis hoc placet, multo magis causa nobis est justior, qui populum Romanum a fide illa sua laudabili, majorum traditione percepta declinare nos penitus non sinentem libenter audivimus, si vos Constantinopolitanam plebem ab hæretica communione discedere, recusantem non vultis offendere, sed nos dicitis debere dirigere qui eam valeant mitigare. Quomodo me auditura est quem videtur habere suspectum, si præsules suos despicit admonentes, nonne ipsis apostolis est præceptum in aliquibus regionibus verbi prædicatione non uti? Hi quippe, inquis, non fuerant audiendi, veniemus, frater Eunifimi, sine dubitatione veniemus ad illud pavendum tribunal Christi, ut taceam quia ex hoc sit metuenda vindicta, et circumstantibus illis a quibus fides ipsa defensa est. Non illic inficiationibus, non dilationibus, non inclusionibus est agendum, sed manifestissime comprobandum, utrum beati Petri gloriosa confessio cuiquam eorum quos regendos accepit, quidquam subtraxerit ad salutem. An eam occultare nollet, etiam cum suo periculo rebellis exstiterit obstinata pernicies. Ibi certe dilucidabitur utrum ego, sicut putatis, acerbus, asper, et nimis durus difficilisque sim vobis qui cum ratione vestram salutem parturio, qui clamo etiam, si austerum videtur antidotum, accipite, quæso, bibite, vivite, nolo moriamini. An vos qui a noxiis prohibiti medicos ducitis exsecrandos, imo qui vultis vobiscum medicos ægrotare quam vos recipere sanitatem. Et alia manu. Dominus te incolumen custodiat.

Ordo Veteris Testamenti, quem sancta et catholica Romana suscipit et veneratur Ecclesia, digestus a Gelasio papa, cum LXX *episcopis.*

Genesis liber unus. Exodi liber unus. Levitici liber unus. Numeri liber unus. Deuteronomii liber unus. Jesu Nave liber unus. Judicum liber unus. Ruth liber unus. Regnorum liber unus. Paralipomenon libri duo. Psalmorum CL liber unus. Salomonis libri III. Proverbiorum, Ecclesiastes et Cantica canticorum. Item, Sapientiæ liber unus. Ecclesiasticus liber unus. Item, ordo prophetarum. Isaiæ liber unus. Jeremiæ liber unus. Emoch, id est, de lamentationibus suis. Ezechielis liber unus. Danielis liber unus. Osee liber unus. Amos liber unus. Michææ liber unus. Joel liber unus. Abdiæ liber unus. Jonæ liber unus. Nahum liber unus. Habacuc liber unus. Sophoniæ liber unus. Aggæi liber unus. Zachariæ liber unus. Malachiæ liber unus. Item, ordo historiarum. Job liber unus. Tobiæ liber unus. Esdra liber unus. Esther liber unus. Judith liber unus. Machabæorum liber unus. Item, ordo Scripturarum Novi et æterni Testamenti. Evangeliorum libri IV. Secundum Matthæum liber unus, secundum Marcum liber unus, secundum Lucam liber unus, secundum Joannem liber unus. Actuum apostolorum liber unus. Epistolæ Pauli apostoli, numero XIV. Ad Romanos epistola una. Ad Corinthios epistolæ duæ. Ad *Ephesios epistola una.* Ad Thessalonicenses epistolæ duæ. Ad Galathas epistola una. Ad Philippenses epistola una. Ad Timotheum epistolæ duæ. Ad Titum epistola una. Ad Philemonem epistola una. Ad Hebræos epistola una. Item, Apocalypsis Joannis liber unus. Item, canonicæ epistolæ, numero VII; Petri apostoli epistolæ duæ. Jacobi apostoli epistola una. Joannis apostoli epistolæ tres. Judæ Zelotis apostoli epistola una.

Incipiunt decreta Gelasii papæ. Decretum cum LXX *episcopis habitum de apocryphis Scripturis.*

Post propheticas, evangelicas atque apostolicas Scripturas, quibus Ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, illud etiam intimandum putamus, quod quamvis universæ per orbem catholicæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sit. Sancta tamen Romana, catholica et apostolica Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est. Sed evangelica voce Domini et Salvatoris nostri primatum obtinuit : « Tu es Petrus, inquiens, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni cœlorum, et quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlo; et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlo (*Matth.* XVI, 18, 19). » Cui data est etiam societas beatissimi Pauli apostoli vasis electionis, qui non diverso, sicut hæretici garriunt sed uno tempore, uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma, sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est, et pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecraverunt, talesque omnibus urbibus in universo mundo sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana Ecclesia non habens maculam neque rugam, nec aliquid hujusmodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco ejus discipulo, et evangelista consecrata est. Ipseque a Petro apostolo in Ægypto directus, verbum veritatis prædicavit, et gloriosum consummavit martyrium. Tertia vero sedes apud Antiochiam ejusdem beatissimi Petri apostoli habetur honorabilis, eo quod illic, priusquam Romam venisset, habitavit. Et illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est. Et quamvis « aliud fundamentum nullus possit ponere præter id quod positum est, qui est Christus Jesus (*I Cor.* III, 11), » tamen ad ædificationem nostram eadem sancta Romana Ecclesia post illas Veteris et Novi Testamenti quas regulariter suscepimus, etiam suscipi non prohibet Scripturas, id est, sanctam synodum Nicænam trecentorum decem et octo Patrum, mediante Maximo Constantino Augusto. Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius condemnatus est, consensu beatissimi Cœlestini papæ, mediante Cyrillo Alexandriæ sedis antistite, et Arcadio ab Italia destinato. Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto et Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Euthiciana similiter cum Discoro ejusque complicibus damnatæ sunt, et si quæ sunt concilia a sancti-

Patribus instituta. Post horum auctoritatem, et custodienda, et recipienda mandamus. Item opuscula beati Cyrilli, Cypriani martyris, et Carthaginensis episcopi. **244** Item, opuscula beati Gregorii Nazianzeni episcopi. Item, opuscula beati Basilii Cappadociæ episcopi. Item, opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi. Item, opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi. Item, opuscula beati Joannis Constantinopolitani episcopi. Item, opuscula beati Theophili Alexandrini episcopi. Item, opuscula beati Hilarii Pictavensis episcopi. Item, opuscula beati Ambrosii Mediolanensis episcopi. Item, opuscula beati Augustini Hipponensis episcopi. Item, opuscula beati Hieronymi presbyteri. Item, opuscula Prosperi viri religiosissimi. Item, epistola Leonis papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinata. Cujus textum quispiam, si usque ad unum Iota disputaverit, et non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Item, opuscula atque tractatus omnium orthodoxorum Patrum qui in nullo a sanctæ Ecclesiæ Romanæ consortio deviarunt, nec ab ejus fide vel prædicatione sejuncti sunt, sed ipsius communionis per gratiam Dei usque in ultimum diem vitæ suæ fuere participes legendos decernimus. Item, decretales epistolas quas beatissimi papæ diversis temporibus ab nrbe Romana pro diversorum Patrum consolatione dederunt venerabiliter recipiendas. Item, gesta sanctorum martyrum qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, et mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ista catholicorum dubitet, et majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus sed gratia Dei et adjutorio universa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia et eorum qui conscripsere nomina penitus ignorantur, et ab infidelibus idiotis superflua, aut minus apta quam rei ordo fuerit esse putantur, sicut cujusdem Cyrici et Julitæ, sicut Georgii aliorumque hujusmodi passiones quæ ab hæreticis perhibentur compositæ, propter quod, ut dictum est, ne vel levis subsannandi oriretur occasio in sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta Ecclesia omnes martyres, et eorum gloriosos agones qui eis magis quam hominibus noti sunt omni devotione veneramur. Item, vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, et omnium eremitarum eas tamen, quas vir beatissimus descripsit Hieronymus cum omni honore suscipimus. Item actus beati Silvestri apostolicæ sedis præsulis. Licet ejus qui conscripsit nomen ignoretur, a multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognovimus, et pro antiquo usu multa hæc mutantur Ecclesiæ. Item, scripturam de inventione crucis Dominicæ, et aliam scripturam de inventione capitis Joannis Baptistæ novellæ quædam relationes sunt et nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hæc ad catholicorum manus adveniunt beati Pauli apostoli præcedat sententia. Omnia probate, quod bonum est tenete. Item, Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatus Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit. Illa sentimus quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus, et non solum de Rufino, sed etiam de diversis quos vir sæpius memoratus zelo Dei, et fidei religione reprehendit. Item, Origenis nonnulla opuscula quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat legenda suscepimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda, Chronica Eusebii Cæsariensis et ejusdem ecclesiasticæ Historiæ liber quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit. Et postea in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum, propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent usquequaque non dicimus renuendos. Item, Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam adversus paganorum calumnias dignam ordinavit historiam, miraque brevitate contexuit. Item, veneramur Sedulii Paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, et insigni laude præferimus. Item, Juvenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur.

Cætera quæ ab hæreticis sive schismaticis conscripta vel prædicata sunt nullatenus recipit catholica et apostolica Romana Ecclesia, e quibus pauca quæ ad memoriam veniunt, et a catholicis vitanda sunt credimus esse subdenda. Item, notitia librorum apocryphorum qui non recipiuntur. Armunensem synodum a Constantio Cæsare Constantini filio congregatam, mediante Tauro præfecto, ex tunc et nunc, et usque in æternum confitetur esse damnatam. Itinerarium nomine Petri apostoli quod appellatur sancti Clementis libri numero decem apocryphi. Actus nomine Andreæ apostoli apoc. Actus nomine Thomæ apostoli apoc. Actus nomine Philippi apoc. Evangelium nomine Matthiæ apoc. Evangelium nomine Petri apostoli apoc. Evangelium nomine Jacobi apoc. Evangelium nomine Barnabæ apoc. Evangelium nomine Thomæ, quo utuntur Manichæi apoc. Evangelium nomine Bartholomæi apostoli apoc. Evangelia quæ falsavit Lucianus apoc. Liber de infantia Salvatoris apoc. Evangelia quæ falsavit Esitius apoc. Liber de nativitate Salvatoris et de Maria et obstetricæ apoc. Liber qui appellatur Pastoris apoc. Libri omnes quos fecit Lucius discipulus diaboli apoc. Liber qui appellatur Fundamentum apoc. Liber qui appellatur Thesaurus apoc. Liber de filiabus Adæ Geneseos apoc. Liber qui appellatur actus Teclæ et Pauli apostoli apoc. Liber qui appellatur Nepotis apoc. Liber Proverbiorum qui ab hæreticis conscriptus et sancti Syrti nomine prænotatus est apoc. Revelatio quæ appellatur Thomæ apostoli apoc. Revelatio quæ appellatur Stephani apoc. Revelatio quæ appellatur Pauli apoc. Liber qui appellatur Transitus, id est, assumptio sanctæ Mariæ apoc. Liber qui appellatur Pœnitentia Adæ apoc. Liber Ogiæ nomine gigantis qui cum dracone post diluvium pugnasse perhibetur apoc. Liber qui appellatur Testamentum Job, apoc. Liber qui appellatur pœnitentia S. Cy-

priani, apoc. Liber qui appellatur pœnitentia Januæ et Mambræ, apoc. Liber qui appellatur Sortes apostolorum, apoc. Liber qui appellatur Laus apostolorum, apoc. Liber Phisiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, et beati Ambrosii nomine signatus, apoc. Historia Eusebii Pamphili apoc. Opuscula Tertulliani apoc. Opuscula Lactantii apoc. Opuscula Africani apoc. Opuscula Postumani et Galli apoc. Opuscula Montani, Priscillæ, et Maximillæ apoc. Opuscula omnia Fausti Manichæi apoc. Opuscula Commodini apoc. Opuscula alterius Clementis Alexandrini apoc. Opuscula Tascii Cypriani apoc. Opuscula Arnobii apoc. Opuscula Tyconii apoc. Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum apoc. Opuscula Victorini Pitabionensis apoc. Opuscula Fausti Regensis Galliarum apoc. Opuscula Frumenti ceci Centon de Christo Virgilianis compactum versibus, apoc. Epistola Jesu ad Abagarum regem apoc. Epistola Abagari ad Jesum apoc. Passio Cyrici et Julitæ apoc. Passio Georgii apoc. Scriptura quæ appellatur Contradictio Salomonis apoc. Philacteria omnia quæ non angelorum, ut illi confingunt, sed dæmonum magis arte conscripta sunt, apoc. Hæc et omnia similia Simon Magus, Nicolaus Cerintus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosathænus, Photinus, et Bonosus, et qui simili errore defecerunt. Montanus quoque cum suis obscenissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Novatus, Sabbatius, Cœlestius, Donatus, Eustathius, Jovinianus, Pelagius, Julianus Celanensis, Cœlestius, Maximinus, Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus unicus, Lampetius, Dioscorus, Eutichius, Petrus et alius Petrus, e quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit, Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis, necnon et omnes hæresei hæreseorumque discipuli sive schismatici docuerunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, sed ab omni Romana, catholica et apostolica Ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathemate insolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.

INCIPIUNT DECRETA ANASTASII PAPÆ.

1. Quod pro Christo fungatur legatione, dum pro pace precatur Ecclesiæ.

2. Quod non sit temere judicandum de his qui ad Dominum migraverunt.

3. Ut specialiter in ecclesia nomen taceatur Acacii.

4. Quod magnopere contentio sit cavenda.

5. Ut Alexandrinus imperator admoneat ad fidem sinceram, et ad pacem redire catholicam.

6. Admonet imperatorem ut constitutis apostolicæ sedis obtemperet.

7. Quod eos quos post damnationem suam vel baptizavit vel ordinavit Acacius, nulla portio læsionis attingat.

8. Quod mali bona ministrando sibi tantummodo noceant, nec Ecclesiæ sacramenta commaculent.

Ad Anastasium Augustum.

Gloriosissimo et clementissimo filio Anastasio Augusto, Anastasius episcopus.

Exordium pontificatus mei primitus oblata populis pace pronuntio, confidenter pro fide catholicæ humilis pietati vestræ peccator occurro, in quo primum mihi divinum favorem propinquasse confido, quod nunc consonantia in me augustissimi nominis tui non dubium præstat auxilium, ut sicut præcelsum vocabulum pietatis tuæ per universas gentes toto orbe præfulget, ita per ministerium humilitatis meæ, sicut semper est, sedes beatissimi Petri in universa Ecclesia assignatum sibi a Domino Deo teneat principatum. Nec propter *unum mortuum* diutius tunica illa Salvatoris desuper contexta per totum malæ sortis patiatur incertum, quæ sola in discussionem pro firmitate sui venire non potuit, serenitate tua præcipue rempub. gubernante. Cui etiam in privata vita tamen circa sinceræ religionis studium fuit, ut sicut fama certissime celebravit, nemo magis vel inter præcipuos sacerdotes præfixas a sanctis Patribus regulas Ecclesiæ custodisse dicatur. Quod sanctum studium cum majestate imperii crevisse confidimus.

Cap. I. Legatione itaque fungimur pro Christo, nec eos propter offensionem vel scandalum patiamini publice nominari, quorum merita vel actus illum judicem latere non possunt, in cujus jam sunt judicio constituti. Nec illic se præest interserere in corpore mortali adhuc temeraria præsumptio, in quo non solum confessio facit aperta merita singulorum, sed etiam silentii ipsius non potest latere secretum. Namque et prædecessor noster papa Felix et etiam Acacius illic procul dubio sunt ubi unusquisque sub tanto judice non potest perdere sui meriti qualitatem.

II. Itaque monente nos beatissimo Apostolo, neque sit in hoc offendiculum in Ecclesia, dum quod facere non possumus de his qui jam transierunt judicare conemur, observandum esse tranquillitas tua cognoscat. Ait enim de his qui de rebus ad Deum solum pertinentibus judicare præsumunt : « Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo nostrum sibi moritur. Sive enim vivimus sive morimur, Domini sumus, in hoc enim Christus resurrexit a mortuis, ut et vivo-

rum et mortuorum dominetur. Tu autem quid judicas fratrem tuum, aut quare spernis fratrem tuum? Omnes 245 stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim : « Vivo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu et omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque pro se ratione reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum (*Rom.* XIV, 7-14). » Monet igitur beatus Apostolus ne de his nobis præsumamus judicium de quibus nemo potest melius vel verius judicare quam Deus, sibi in hoc quispiam temerarios ausus usurpet, et propter hoc pax atque unitas Ecclesiæ dissipetur. Nam et in Regnorum libro dicitur : « Non quomodo videt homo, videt et Deus, quia homo videt in facie, Deus autem videt in corde (*I Reg.* XVI, 7). » Item in Paralipomenon libro primo : « Et nunc, o Salomon scito Deum Patrum tuorum, et servi illi in corde perfecto et in animo perfecto, et in animo volente, quoniam omnia corda scrutatur Deus et omnem cogitationem novit (*I Par.* XXVIII, 9). » Item in Ezechiele hæc dicit Dominus Deus : « Si dixistis, domus Israël, et cogitationes spiritus vestri, ego novi (*Ezech.* XI, 5). » Unde et de Domino judice dicitur in Evangelio : « Sciens autem Jesus cogitationes eorum dixit : Quid cogitatis mala in cordibus vestris (*Matth.* IX, 4). »

III. Precamur itaque dilectionem vestram, ut specialiter nomen taceatur Acacii, ut quod multis ex causis scandalum vel offendiculum Ecclesiæ concitavit, speciali appellatione taceatur, cum, sicut diximus, in generalitate sacerdotum uniuscujusque meritum illum latere non possit, qui novit quid cuique tribuendum sit, pro æstimata dispensatione meritorum, cui soli cogitationes quoque manifestæ sunt. Quantos vero excessus atque peæsumptiones habuerit Acacius ne clementiæ tuæ suggerere per singula fortasse videatur onerosum, Cresconio vel etiam Germano fratribus et coepiscopis meis, quos misimus ad serenitatem tuam de causis singulis Acacii qualis fuerit instructionem plenissimam dedimus clementiæ vestræ, specialius recensendam, si hoc pietati tuæ placuerit curiosius indagare, ne in aliquo suggestionis nostræ veritas, defuisse videatur, ut pro divina sapientia vestra perspicue videre possitis non superbia vel elatione sedis apostolicæ in Acacium talem processisse sententiam, sed facinoribus certis quantum nos illud judicium quod solum falli non potest æstimamus zelo magis divinitatis extortam.

IV. Nos vero humiliter supplicantes controversiam in Ecclesia remanere nolumus, cum magis vitanda contentio sit sicut dicitur in proverbiis : « Odium suscitat contentio (*Prov.* X, 12). » Omnes autem qui non contendunt, protegit anima mea amicitia. Nam et Apostolus ad Corinthios : « Cum enim sint inter vos æmulationes et contentiones, nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis (*II Cor.* XII, 20). » Item ad Philippenses : « Si qua ergo consolatio in Christo, si qua allocutio charitatis. Si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis implete gaudium meum, ut idipsum dicatis omnes eamdem charitatem habentes nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis invicem æstimantes semetipsis superiores non sua singuli respicientes, sed aliorum (*Phil.* II, 1-5). »

V. Hoc tamen præcipue insinuo serenitati tuæ gloriosissimæ, et clementissimæ, fili Auguste, ut cum causæ Alexandrinorum patuerint piissimis auribus vestris, ad catholicam et sinceram fidem eos auctoritate, sapientia, divinisque vestris monitis redire faciatis : nam quid tenendum sit in religione catholica secundum definita Patrum et prædicationem omnium sacerdotum qui in Ecclesia floruerunt, si hoc quoque præceperitis scientibus in memoriam transmittendo renovabimus ignorantibus ad discendum pro officio nostræ instructionis offeremus, ut nulla extra hæc ingeniorum jactantia vel pravitas audiatur.

VI. Illud vero peculiaribus pro amore imperii vestri et beatitudine quæ consequi potuerit regimen pro apostolico beneficio prædicamus, ut sicut decet et Spiritus sanctus dictat monitis nostris obedientia præbeatur, ut bona omnia vestram rempublicam consequantur, sicut in Exodo promittitur : « Si audieris vocem Domini Dei tui, et quæ placent ei feceris coram ipso, et obedieris præceptis ejus et custodieris omnem justitiam ejus, omnem infirmitatem quam importavi Ægyptiis non importabo in te. Ego enim Dominus sum, qui salvum facio te (*Exod.* XV, 27). » Et illic iterum tuba potentissima canitur. « Nunc, Israel, quid Dominus Deus tuus postulat a te aliud, quam ut timeas Dominum tuum, et ambules in omnibus viis ejus, et diligas eum, et servias Domino Deo tuo ex toto corde et ex tota anima tua custodire præcepta Domini Dei tui et justitias, quas ego mando tibi (*Deut.* X, 12, 13). » Hæc suggerentem frequentius non spernat pietas tua. Ante oculos tuos habens Domini in Evangelio verbum : « Qui audit vos, me audit. Et qui vos spernit, me spernit ; et qui me spernit, spernit eum qui me misit (Luc. X, 16). » Nam et Apostolus concinens Salvatori nostro ita loquitur : « Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Dominum qui dedit Spiritum sanctum suum in vobis (*I Thess.* IV, 8). » Pectus clementiæ vestræ sacrarium est publicæ felicitatis, ut præstantia vestra, qua velut vicarium præsidere jussit in terris, evangeliis apostolicisque præceptis non dura superbia resistat, sed per obedientiam quæ sunt salutifera, compleantur.

VII. Jam secundum Ecclesiæ catholicæ consuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat, quod nullum de his vel quos baptizavit Acacius, vel quos sacerdos, seu levitas secundum canones ordinavit ulla eos ex nomine Acacii portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam et baptismum quod procul fit ab Ecclesia sive ab adultero vel a fure fuerit datum ad percipientem munus pervehit illibatum, quia vox illa quæ per columbam venit,

omnem maculam humanæ pollutionis exclusit, qua declaratur ac dicitur : « Hic est qui baptizat in Spiritu et igne (*Joan.* I, 33). » Nam si visibilis solis istius radii cum per loca fœtidissima transeunt nulla contactus inquinatione maculantur, multo magis illius qui istum visibilem fecit virtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam et Judas cum fuerit sacrilegus atque fur, quidquid egit inter apostolos pro dignitate commissa beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce : « Scribæ, inquit, et Pharisei super cathedram Moysi sedent; quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere, dicunt enim et non faciunt (*Matth.* XXIII, 3). » Quidquid ergo ad hominem perfectum quilibet in ecclesia minister officio suo videtur operari, hoc totum contineri implendo divinitatis affectum. Ita ille per quem Christus loquitur Paulus affirmat : « Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit, itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus (*I Cor.* 6, 7). » A Deo autem non quæritur, quis vel qualia prædicet, sed quem prædicet et ut invidos esse bene prædicare Christum confirmet quo malo diabolus ipse dejectus et hoc ipso prædicare non desinit.

VIII. Ideo ergo et hic cujus nomen dicimus retinendum male bona ministrando sibi quantum nocuit. Nam inviolabile sacramentum quod per illum datum est aliis perfectionem suæ virtutis obtinuit. Quod cum ita sit aliquorum in tantum se extendit curiosa suspicio, ut imaginetur prolato a papa Felice judicio postea inefficaciter in sacramentis quæ Acacius usurpavit egisse, ac proinde eos metuere qui vel in consecrationibus vel in baptismate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia divina videantur. Meminerint in hac quoque parte similiter tractatum prævalere superiorem, quia non sine usurpatione nominis sacerdotii adjudicatus hoc egit, in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis. In hoc quoque rea sibi persona non nocuit. Nam ad illum pertinuit, quod tuba Davidica canitur : « Verumtamen Deus conquassabit capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis (*Psal.* LXVII, 24). » Nam superbia semper sibi non aliis facit ruinam, quod universa Scripturarum cœlestium testatur auctoritas, sicut etiam per Spiritum sanctum dicitur in prophetico : « Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam (*Psal.* c. 7). Unde cum sibi sacerdotis nomen vindicaverit damnatus in ipsius verticem superbiæ tumor inflictus est, quia non populus qui in ministeriis domus ipsius sitiebat exclusus est, sed anima sola illa quæ peccaverat, justo judicio propriæ culpæ erat obnoxia. Quid ubique numerosa Scripturarum testatur instructio, unde remotis hominem studiis sive versutiis, in hac adhuc præsenti fragilitate positorum secundum preces nostras annisu et auctoritate imperiali offerte Deo nostro unam catholicam Ecclesiam et apostolicam, quia hoc solum est in quo non solum in terris, sed etiam in cœlo triumphare sine fine possitis. Subscripto, omnipotens Deus regnum et salutem tuam perpetua protectione custodiat, gloriosissime et clementissime, semper Auguste.

INCIPIUNT DECRETA SYMMACHI PAPÆ.

1. Ut res ecclesiæ non alienentur, sed clericis vel monachis aut peregrinis in usum tantummodo largiantur.

2. Ut nullus honorem præmiis accipiat.

3. Ut raptores viduarum vel virginum ab ecclesiæ communione pellantur.

4. Ut viduæ vel virgines professæ continentiam, ultra non nubant.

5. Ut nullus per ambitum ad episcopatum accedat.

Dilectissimo fratri CÆSARIO SYMMACHUS.

Hortatur nos æquitas postulationis desiderio tuæ fraternitatis gratanter annuere, quia de singulis quæ ab apostolica sede concedere supplicas quod a Patrum cautela et provisione non discrepat. Et quamvis ecclesiasticæ pœnæ regulæ omnia conprehendant, tamen superfluum esse non credimus, nunc quæ sunt sæpius interdicta repetere.

CAP. I. Possessionee igitur, quas unusquisque ecclesiæ propriæ dedit aut reliquit arbitrio, alienare *quibuslibet titulis atque* distractionibus vel sub quocunque argumento non patimur, nisi forsitan aut clericis honorum meritis, aut monasteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis si necessitas largiri suaserit, sic tamen ut hæc ipsa non perpetuo sed temporaliter perfruantur.

II. Illud magnopere commonens ut hi qui non Dei gratia, sed promissione rerum ecclesiasticarum præmissa ad sacerdotium conantur accedere desideriorum talium reprimantur effectus. Qui autem ab hujusmodi se intentione non cohibent vindictis canonum sciant se sine dubitatione subjiciendos, ne facile ad sacerdotium permittantur accedere, quibus et gradus et tempora constituta sunt, per quæ ad hanc dignitatem debeant aspirare, quia quicunque sine statuto promovetur non facile caret offensa, et sine experimento non posset quis electionis obtinere sententiam.

III. Raptores igitur vel viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur, illos vehementius persequendo qui sacras virgines vel volentes vel invitas matrimonio sociare tentaverunt. Quos

pro ea nefandissimi criminis atrocitate a communione suspendi præcipimus.

IV. Neque viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito diurna observatione permanserunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis ætatem peregisse contigerit.'

246 V. Nullus itaque per ambitum ad episcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic excessus in laica conversatione culpetur, quis dubitat quod religiosis et Deo servientibus incurrat opprobrium? Si quis episcopatum desiderans, data pecunia potentes personas minime suffragatrices adhibeat, nec ad decretum sibi faciendum clericos vel cives subscribere, adhibito cujuslibet generis timore, compellat, vel præmiis aliquibus hortetur. Decretum sine visitatoris præsentia nemo conficiat, cujus testimonio clericorum ac civium possit unanimitas declarari. Hortamur itaque ut pro catholicæ religionis intuitu Ecclesiarum pace hæc universa fideles devota mente custodiant, quia non est dubium prævaricatores interdictorum talium juxta venerandos canones propriæ communionis subire jacturam, hoc tamen ad omnium episcoporum volumus efferri notitiam. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data VIII Idus Januarii, Probo C. consule.

Incipiunt capitula primæ synodi Romanæ sub Symmacho papa.

1. Suggestio Fulgentii archidiaconi Ecclesiæ Romanæ de congregata synodo ex præcepto papæ Symmachi.

2. Interlocutio Symmachi ut episcopalis ambitus radicibus amputetur.

3. Sententia synodi ut si quis papa superstite pro Romano pontificatu cuiquam quolibet modo favorem præstare convincitur, loci sui ordine vel communione privetur.

4. Ut papa præventus morte non potuerit ante de sui successoris electione decernere, is ordinetur antistes quem cunctus clerus, aut certe pars major elegerit.

5. Ut si quis ambientes, vel fautores ambientium conjuratoresque prodiderit, non solum purgatus videatur esse, si fuerit particeps, verum etiam remuneratione dignissimus æstimetur.

Post consulatum Paulini, viri clarissimi, Kalendas Martii in basilica beati Petri apostoli, synodo præsidente beatissimo papa Symmacho, Fulgentius archidiaconus dixit :

CAP. I. Beatitudo vestra directis antehac per provincias auctoritatibus frequenter Italiæ sacerdotum synodum convocavit, quorum præsentia in vestris videtur oculis constituta. Nunc beatitudo vestra quæ ad ecclesiasticas indemnitates vel ad pacem totius Ecclesiæ pertinent, sive concordiam dignetur tractabiliter ordinare. Acclamatum est ab omnibus episcopis et presbyteris : Exaudi, Christe, Symmacho vita. Dictum decies. Cujus sedem et annos, dictum est nonies. Ut facias rogamus, dictum est decies.

II. Symmachus, episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, dixit : Concilium dilectionis vestræ neglecta hiemis asperitate, sollicitudo vestra pro ecclesiastica indemnitate specialiter congregavit, ut episcopalem ambitum et confusionis incertum, vel popularem tumultum quem per subreptionem diaboli usurpatione aliquorum tempore ordinationis meæ constat exortum, communicato pariter tractatu in futurum possimus robuste ac vivaciter amputare. Atque ideo caveamus in posterum, ne subversio disciplinæ, aut audacia præsumentium gestiat tentare similia, et pari adjuvatione tractemus expressis, scilicet sententiis sancientes quid circa Romani episcopi ordinationem debeat custodiri. Universi episcopi vel presbyteri dixerunt, ut fiat rogamus, dictum est decies ; ut scandala amputentur rogamus, dictum est nonies ; ut ambitus exstinguatur rogamus, dictum est decies ; exaudi, Christe, Symmacho vita, dictum est septies. Cujus sedem et annos, dictum est quinquies ; ut de præsenti fiat, dictum est decies. Symmachus episcopus dixit : Quoniam fraternitas vestra curam provisionis nostræ suis exhortationibus incitavit, et parilem circa Ecclesiæ tranquillitatem Dei nostri contemplatio animum præstat, sicut præfati sumus, de liberatione in præsenti habita quid placeat ex omnibus vestris informate in sententiis quæ in hoc venerabili concilio per ecclesiastica recitentur officia. Cumque surrexissent, et paulo post iterum consedissent, Emilianus notarius synodi decreta vulgavit.

III. Propter frequentes ambitus quorumdam et Ecclesiæ nuditatem, vel populi collisionem quæ moleste et incompetenter episcopatum desiderantium generavit aviditas, ut exstinguatur futuris præsumptio, tam perniciosa temporibus constituit sancta synodus, ut si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus papa incolumi, et eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pretia promittere, aut sacramentum præbere tentaverit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare, aut decernere, loci sui dignitate atque communione privetur, universa synodus surgens, acclamavit : Exaudi, Christe, Symmacho vita, dictum est decies ; hic pax cum Symmacho, dictum est quindecies ; cujus sedem et annos, dictum est octies. Pari severitate feriendo eo qui hoc vivo sicut dictum est pontifice quolibet modo fuerit convictus, aut certe tentasse omnibus pariter hujus culpæ reis anathematis pœna plectendis. Symmachus episcopus dixit. Ergo universitati placet, et omnibus recognoscitur vel probatur ista sententia. Universa synodus dixit : Placet, et quod omnibus placet, fiat.

IV. Si, quod absit, transitus papæ inopinatus evenerit, ut de sui electione successoris (ut supra placuit) non possit ante decernere, siquidem in unum totius inclinaverit ecclesiastici ordinis electio con-

secretur electus episcopus. Si enim, ut fieri solet, studia cœperint esse diversa eorum de quibus certamen emerserit, vincat sententia plurimorum. Synodus dixit, placeat, dictum est decies.

V. Propter occultas autem fraudes quas hujus sententia districtionis consequitur. Si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum qui contra hanc synodum de pontificatus egerint ambitu, et rationabili probatione convicerit particeps actionis hujusmodi, non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione quæ non indigna sit, sublevetur, universa synodus dixit : Placent omnia. Et adjecit : Exaudi, Christe, Symmacho vita dictum est tredecies ; ut ista serventur rogamus, dictum est decies. Symmachus episcopus catholicæ Ecclesiæ urbis Romæ dixit, acclamationes vestras synodique indicium præsentia gesta suscipient. Et adjecit : Ea quæ ad sopiendos veternosæ præsumptionis errores vel infensæ rebus ecclesiasticis ægritudinis morbos quibus universalis inficiebatur Ecclesia, deliberatio religioni congrua pacique restituit firmitatem perpetim sortiantur, ut præstante Deo quem custodem rerum constat esse bonarum synodalis ordinatio vigeat, atque omnis qui sine personæ alicujus distinctione venire præsumpserit, indicta superius districtione plectetur. Et subscripserunt Celius Symmachus, episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, his synodalibus constitutis a me probatis atque firmatis consentiens subscripsi. Celius rusticus episcopus civitatis Minturnensis subscripsi et consensi synodalibus constitutis, atque in hac profiteor me manere sententia. Celius Bonifacius episcopus Ecclesiæ Beliternensis subscripsi et consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia. Mesenus, Humanus, Rufinus Camisinus, Cresconius Tudertinus, Clarus Allifanis, Basilius Toletanus, Vitalis Fundanus, Decius Trincabernus, Innocentius Nubanatis, Vitalianus Rosellanus, Maximus Bresanus, Constantius Capuanus, Benignus Aquieninensis, Fortunatus Suesanus, Palladius Sulmontinus, Vindemius Anteatinus, Constantius Utriculanus, Joannes Ariminensis, Germanus Pisaurensis, Martinus Terracinensis, Candidus Tiburtinus, Laurentius Tribensis, Titalianus Narmiensis, Pachasius Vultinuensis, Fortunatus episcopus Ecclesiæ Anagninæ pro sanctulo episcopo civitatis Signinæ, quia subscribere non potuit pro eodem subscripsi ; Valerius Calenotanus, Felicissimus Forosumpromensis, Valentinus Amiterninuas pro Romano episcopo Ecclesiæ Pitanitium subscripsi ; Colonius Foroliviensis, Epiphanius Beneventanus, Joannes Spoletinus, Constantius Benefranus, Maximianus Perusinus, Salustius Camenus, Lucianus Tarquinensis, Molensis Centumcellensis, Florentius Plestanus, Maximianus Subaugustanus, Fortunatus Fulgentanus, Joannes Linonensis, Gaudentius Tadinatis, Mercurius Surtinus, Serenus Murnentanus, Justus Acerontinus, *Adeodatus Ceronsis*, Stephanus Mirsinensi, Dulcitius *Sabinensis*, Fortunatus Anagninus, Felix Nepesinus, Serenus Nolanus, Ancilpius Puteolanus, Timotheus Abellinaris, Rosarius Surrentinus, Stephanus Neapolitanus, Rosarius episcopus pro fratre meo Urso episcopo subscripsi Bellator Ostiensis, Gaudentius Vulcinensis, Marius Tisernitius. Item Gaudentius episcopus Dulcinensis, Lampadius pro Projecto episcopo Forononano, Adeodatus Formensis, Quintus Theanensis, Ursus Stabianus Gaudentius Salernitanus, Saturninus Herdonitanus. Subscripserunt episcopi numero septuaginta tres, Celius, Laurentius archipresbyter tituli Lixidæ, hic subscripsi et consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia. Januarius presbyter tit. Vestinæ, Sebastianus pr. tit. Equitii, Martianus pr. tit. sanctæ Ceciliæ, Valentinus pr. tit. Eusebii, Gordianús pr. tit. Pammachi, Anastasius pr. tit. Anastasiæ, Petrus, pr. tit, sancti Clementis, Genasius pr. tit. Nichomedis, Urbicus, pr. tit. sancti Clementis, Dionisius pr. tit. Emilianæ, Paulirius pr. tit. sancti Julii, Epiphanius pr. tit. apostolorum, Valens pr. tit. sanctæ Sabinæ, Aceritus pr. tit. Faciolæ, Agapitus pr. tit. apostolorum, Adeodatus pr. tit. Equitii, Petrus pr. tit. Grisogonii, Benedictus pr. tit. Gaii, Sopanus pr. tit. Vestinæ, Dominicus pr. tit. Priscæ, Isterius pr. tit. Pudentis, Redemptus pr. tit. Trigidæ, Felix pr. tit. Equitii, Severus pr. tit. Gaii, Redemptus pr. tit. Grisogoni, Stephanus pr. tit. Marcelli, Prorecticius pr. tit. Damasci, Crescentius pr. tit. apostolorum, Jovinus pr. tit. Emilianæ. Julianus pr. tit. Anastasiæ, Bonus pr. tit. Crescentianæ, Septimus pr. tit. Julii, Paschasius pr. tit. Eusebii, Ciprianus pr. tit. Marci, Joannes pr. tit. Pammachii, Epiphanius pr. tit. Faciolæ, Sebastianus pr. tit. Nichomedis, Bonefacius pr. tit. Ceciliæ, Martinus pr. tit. Ciriaci, Petrus pr. tit. Praxedis, Andreas pr. tit. sancti Timothei, Timotheus pr. tit. Marcelli, Epiphanius pr. tit. Ciriaci, Hilarius pr. tit. Lucinæ, Servusdei pr. tit. sancti Clementis, Victorius pr. tit. Sabinæ, Opilio pr. tit. Vestinæ, Laurentius pr. tit. sancti Laurentii. Petrus pr. tit. Grisogoni, Eutices pr. tit. Emilianæ, Romanus pr. tit. Trigildiæ, Julianus pr. tit. Anastasiæ, Marcellinus pr. tit. Julii. Marcus pr. tit. Lucinæ, Dominicus pr. tit. Crescentianæ, Vicemalus pr. tit. Crescentii, Abundantius pr. tit. Sabinæ, Abundius pr. tit. Marci, Marcellus pr. tit. Romalii. Venantius pr. tit. Marcelli, Asellus pr. tit. Vitantii, Stephanus pr. tit. Eusebii, Agatho pr. tit. Vizantis. Paulinus pr. tit. sancti Laurentii. Subscripserunt episcopi [forte presbyteri] numero sexaginta tres.

Cyprianus diaconus sanctæ Ecclesiæ Romanæ regionis septimæ his subscripsi et consensi synodalibus constitutis, atque in hac me profiteor manere sententia. Anastasius diaconus regionis primæ subscripsi, Citonatus diaconus quintæ regionis subscripsi, Joannes diaconus regionis secundæ subscripsi, Tarensis diaconus regionis primæ subscripsi. Tertullus diaconus regionis quartæ subscripsi.

Exemplar constituti facti a Domino Symmacho papa de rebus ecclesiæ conservandis.

rio, viro clarissimo juniore consule, sub die
) Iduum Novembrium in basilica beati Petri
li, residente venerabili viro papa Symmacho,
im venerabilibus viris Laurentio, Maximo re-
ibus episcopis, etiam Petro, Laurentio, Emi-
Trigidio, Felice Bassiano, Cresconio, Pacatia-
enigno, Rusentio, Innocentio, Joanne, Maxi-
tephano, Joanne, Sereno, Eulalio, Proculeio,
nato, Laurentio, Eustachio, Martiano, Jocun-
andido, Fortunato, Felice, Euticio, Helpidio,
, Innocentio, Mercurio, Hilario, Fortunato,
rdio, Asello, Innocentio, Stephano, Gerontio,
asio, Vitale, Memore, Severino, Hilario, Vene-
Innocentio, Casto, Colonico, Silvino, Maxi-
io, Arestone, Severio, Propinquo, Martino,
ino, Sebastiano, Romano, Vindemio, Dulcitio
e, Urso, Mercurio, Asello, Servodei, Adeoda-
terio, Martiniano, Felice, Eusebio, Augusto,
ticio, Crisogono, Venantio, Rustico, Salustio,
, Amando, Basilio et Florentio episcopis; resi-
ius etiam. Projecto, Martino, Ephiphanio, Se-
no, Servodei, Octaviano, Epiphanio, Anasta-
bundantio, Vicomalo, Paulino, Juliano, Mar-
Agathone, Benedicto, Crescentiano, Paschasio,
o, Severo, Paulino, Adeodato, Joanne, Timo-
Laurentio, Hilario, Marco, Stephano, Binantio,
, Petro Crisogono, Littorio et Crisogono, Ti-
vel Maximino, Fortunato presbyteris, astanti-
uoque diaconibus, Anastasio, Hormisda, Joan-
Agapito, Symmachus, episcopus Ecclesiæ
Romæ dixit :

e quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legi-
bsecuta. Sub divini timore judicii, quæ erant
ienda diffinivit, et ad justitiæ cumulum perdu-
fficienter dum universa complectitur, nec ad-
ne indiget plenitudo, maxime de clericis quos
damnationis invasit, et jugum disciplinæ eccle-
æ fecit respuere, quos propterea schisma fecis-
id vos constitit, quibus misericordiam tamen
Deus mandat universis impendi, ut oportuit
egastis, si duritia cordis eorum non sibi acqui-
enam dum contemnit oblata remedia. Quorum
ius ad enarrandum difficile est, unum tamen
occurrit venerando ordini vestro intimare non
o. Dixerunt inter alia scripturam quamdam il-
s memoriæ Basilium quasi per ecclesiasticæ
e substantiæ conscripsisse, in qua nullus Ro-
: Ecclesiæ nec interfuit, nec subscripsit antistes
uem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Ne
nde disputem, unde potest vestrum judicare
lium requiratur et deferatur in medium, ut
ne agnoscatis cujusmodi possit habere constan-
Sancta synodus respondit : Deferatur in me-
, ut cujusmodi sit possit agnosci. Et dum dice-
ormisda diaconus recitavit.

n in unum apud beatum Petrum apostolum
isset, sublimis et eminentissimus vir præfectus
A prætorio atque patricius agens etiam vices præcel-
lentissimi regis Odoacris Basilius dixit : Quanquam
studii nostri et religionis intersit, ut in episcopatus
electione concordia principaliter servetur Ecclesiæ,
nec per occasionem seditionis status civilitatis voce-
tur in dubium, tamen admonitione beatissimi viri
papæ nostri Simplicii quem ante oculos semper
habere debemus, hoc nobis meministis sub obtesta-
tione fuisse mandatum, ut præter ullum strepitum et
venerabilis Ecclesiæ detrimentum, si eum de hac
luce transire contigerit, non sine nostra consulta-
tione cujuslibet celebretur electio. Et cum legeret,
Cresconius episcopus civitatis Tudertinæ Ecclesiæ
surgens e consessu dixit : Hic perpendat sancta
synodus, ut prætermissis religiosis personis, quibus
B maxime cura est, de tanto pontifice in suam redi-
geret potestatem, quod contra canones esse mani-
festum est. Item Hormisda diaconus legit, ne quid
confusionis atque dispendii venerabilis Ecclesia su-
stineret, miramur prætermissis nobis quidquam
fuisse tentatum cum sacerdote nostro superstite
nihil debuisset assumere. Quare si amplitudini ve-
stræ vel sanctitati placet incolumia omnia quæ ad
futuri antistitis electionem respiciunt, religiosa ho-
noratione servemus. Hanc legem specialiter præfe-
rentes, quam nobis hæredibus pro nostris Christianæ
mentis devotione sancimus, ne unquam prædium,
seu rusticum sive urbanum, vel ornamenta, aut mi-
nisteria ecclesiarum, quæ nunc sunt vel ex quibus-
libet titulis ad ecclesiarum jura pervenerunt, ab eo
C qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordi-
nandus et illis qui futuris sæculis sequentur, quo-
cunque titulo atque commento alienare voluerit,
inefficax atque irritum judicetur, sitque facienti,
consentienti, accipientique anathema. Maximus epi-
scopus Pledanæ Ecclesiæ dixit : Modo sancta syno-
dus dignetur edicere, licuit laico homini anathema
in ordine ecclesiastico dictare, aut si potuit laicus
sacerdoti anathema dicere, et contra canones quod
ei non competebat constituere. Dicite nobis quid
videtur de me licuit laico legem dare. Sancta syno-
dus dixit, non licuit. Et adjecit, lege sequentia.
Hormisda diaconus legit. Et his qui prædium rusti-
cum vel urbanum juris ecclesiastici fuerit consecu-
D tus, noverit se nulla lege vel præscriptione munitum,
sed sive is qui alienaverit, sive eum qui frequenter
et voluntate contraria prædium hujusmodi alienatum
revocare tentaverit, id cum fructibus restituat, qui
illud fuerit consecutus. Et cum legeret Stephanus
episcopus Venusinus Ecclesiæ surgens, e consessu,
dixit, perlegatur. Hormisda diaconus legit : Quam
etiam pœnam placuit accipientis hæredes prohæ-
redesque respicere, in qua re cuilibet clericorum
contradicendi libera sit facultas; iniquum est enim
et sacrilegii instar, ut quæ vel pro salute, vel pro
requie animarum suarum unusquisque venerabili
Ecclesiæ pauperum causa contulerit, aut certe re-
liquerit, ab his quos maxime servare conveneral in
alienitatem transferantur. Plane quæcunque in

gemmis auro vel argento, necnon et vestibus minus apta usibus vel ornatui ecclesiæ videbuntur, quæ servari ac diu manere non possunt, sub justa æstimatione vendantur, et erogationi religiosæ proficiant. Cumque lecta fuissent Laurentius, Mediolanensis Eeclesiæ episcopus, dixit. Ista scriptura nullum Romanæ civitatis potuit obligare pontificem, quia non licuit laico statuenti in Ecclesia præter papam Romanum habere aliquam potestatem, cui obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, maxime cum nec papa Romanus subscripserit, nec alicujus secundum canones metropolitani assensus legatur. Petrus episcopus Ravennatis Ecclesiæ dixit. Scripturam quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis etiam viribus sustineri manifestum est, quia nec canonibus convenit et a laicali concepta persona videtur, maxime quia in ea nullus præsul sedis apostolicæ interfuisse, vel propria subscriptione firmasse monstratur. Eulalius episcopus Siracusanæ Ecclesiæ dixit : Scriptura quæ in sacerdotali concilio recitata est evidentissimis documentis constat invalida. Primum quod contra Patrum regulas a laicis quamvis religiosis quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas factam videtur. Deinde quod nullius præsulis apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quod si cujuslibet provinciæ sacerdos intra suos terminos concilio habito, quidquid sine metropolitani suive antistitis auctoritate testatus fuerit irritum esse debere Patres sancti sanxerunt, quanto magis quod in apostolica sede non existente præsule qui per prærogativam meriti beati Petri apostoli per universum orbem primatum obtinens sacerdotii statutis synodalibus consuevit tribuere firmitatem a laicis illis consentientibus aliquantis episcopis, qui tamen pontificio quo consecrari probantur præjudicium inferre non potuerunt præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri ?

Sancta synodus dixit, licet secundum prosecutiones venerabilium fratrum nostrorum Laurentii, Petri, Eulalii, Cresconii, Maximi, vel Stephani, nec apud nos incertum habetur hanc ipsam scripturam nullius esse momenti, quam etiam, si aliqua possit subsistere ratione, modis omnibus in synodali conventu provida beatitudinis vestræ sententia enervari conveniebat, et in irritum deduci, nec in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamvis religiosis vel potentibus, in quacunque civitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a Deo cura commissa docetur. Symmachus episcopus dixit : Modo quia Deus præsentiam vestram votivam mihi sub qualibet occasione concessit, volo, si placet, rem fieri firmam quam credo ecclesiasticis facultatibus convenire, ut *noscant omnes quos* in me vanus furor excitavit *nihil me magis studere* quam ut salvum esse possit quod mihi est a Deo sub dispositione commissum, sed etiam quibuslibet Dominum timentibus gratum esse debeat, et ad ecclesiastici custodiam patrimonii pertinere. Sancta synodus dixit : Scimus provisionem tuam necessariis studere, et ideo in vestra est potestate sequenda disponere. Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit : Magna quidem veneranda et sacerdotali debetur cura proposito cui imminet de studio quæ recta sunt non de necessitate disponere. Sed quoniam in aliquibus, in aliena postulantibus vitiorum mater avaritia repudiatis honestatis repagulis, totum putat expedire quodlibet, et ita dum præda inhiat patientia supernæ pietatis abutitur exspectantibus correctionem cœlo moderante judiciis se existimant non teneri, cum clarum sit quod apud certos in occasionem rapiendi procedat divinæ mora sententiæ. Sed nobis quos pastoralis cura et ecclesiasticæ astringit pro dispensatione credita ratio reddenda substantiæ opus est, ut sollicitudinem nostram non solum ad præsentia, sed etiam ad secutura sæcula porrigamus, ne ad animæ nostræ detrimenta contingat; sed hi qui possunt statutis debere innocentiam præsumentes de libertate deliquerant, cum religiosa possint et nostra et successoris nostri potestate fulciri, legibus ecclesiasticis servientes.

His ergo perpensis mansuro cum Dei nostri divina consideratione decreto, sanximus ut nulli apostolicæ sedis præsuli a præsenti die donec disponente Domino catholicæ fidei manserit doctrina Salvatoris liceat prædium rusticum quantæcunque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis, sub alienatione perpetua vel commutatione ad cujuslibet jura transferre. Nec cujusquam excusentur necessitatis obtentu, quippe cum non sit personale quod loquimur, nec aliquis clericorum vel laicorum sub hac occasione accepta tueatur, sed nec in usu fructuario aliquibus dare liceat, nec data retinere præter clericos et captivos et peregrinos, nec male tractationis ministretur occasio cum liberalitate illi alia itinera reserventur.

Sane tantum domus cujuslibet et urbibus constitutæ quarum statum necesse est expensa non modica sustentari acceptis offerri si contigerit sub justa æstimatione redditibus et divini timore judicii commutentur.

Pari etiam Ecclesiarum per omnes Romanæ civitatis titulos qui sunt presbyteri vel quicunque fuerint astringi volumus lege custodes, quia nefas dictum est obligationem quam se per charitatem Christi connectit summus pontifex, ea hominem secundi in ecclesia ordinis non teneri. Quicunque tamen oblitus Dei et decreti hujus immemor cujus Romanæ civitatis sacerdotes volumus religionis nexibus devinciri, in constitutum præsens committens quidquam de jure titulorum vel Ecclesias superius præfatas quolibet modo præter aurum, argentum vel gemmas, vestes quoque si sunt vel si accesserint aliqua mobilia ad ornamenta divina minime pertinentia per

jure exceptis duntaxat sub præfata conditione us alienare tentaverit donator, alienator, ac or honoris sui amissione multetur.

terea qui petierit aut acceperit, aut qui pres- ırum, aut diaconorum seu defensorum danti ipserit, 248 quo iratus Deus animas percutit ımate feriatur, sitque accipienti vel subscri- de personis superius comprehensis, id est, ınathemate feriri censuimus, instituta pœna ɔernalium servata, quam præmisimus in alie- ı vindicta, nisi forte et alienator sibi dum ;, et qui acceperit celeri restitutione prospe-

d si minore animæ suæ cura quisquam reme- ɔblatum forte neglexerit, supra ea pœnarum ı quæ superius tenentur ascripta contra fas, d conceptum fuerit documentum universis ı quamvis ab initio nullas habuerint, effere- ɔd etiam liceat quibuscunque ecclesiasticis is vocem contradictionis offerre, et ecclesia- auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus alienata reposcere, ne aliquo se ante tribunal ı obstaculo muniat, quia religiosis animabus ɔstantiam pauperum derelicta contra fas sine pietatis consideratione dispergit. Hujus autem ınti legem in apostolica tantum sede volumus i, universis ecclesiis per provincias secundum rum considerationem quem proposito religio- ıvenire rectores earum viderint more servato. ɔscripserunt. Celius Symmachus episcopus iæ Romanæ huic constituto a nobis facto ipsi. Celius Laurentius episcopus sanctæ Me- ensis Ecclesiæ huic constituto a venerabili ymmacho sancto subscripsi. Petrus episcopus iæ catholicæ Ravennatis, huic constituto a bili papa Symmacho sancto subscripsi. Eula- ıiscopus Ecclesiæ Syracusanæ huic constituto a bili papa Symmacho sancto subscripsi. Felix onensis, Chrysogonus Tudertinus, Emilianus lensis, Jocundus Augustanus, Tigridus Tauri- Vitalis Fundanus, Bassus Mutinensis, Paca- Colaminensis, Maximus Bleranus, Martyrius ıensis, Rufentius Signinus, Vindemius Antea- Candidus Tiburtinus, Fortunatus Fuligenatis, eianus Sepinatis, Fortunatus Anagninus, ısius Vulturnensis, Martianus Ecamensis, ianus Perusinus, Chrysogonus Albanensis ıs Tranensis, Laurentius Vobianensis, Marcus nus, Aprilis Micernius, Memor Canusinus, ıntius Forosimpromensis, Florentinus Plesti- , Felix Nepesinus, Concordius Mesenatis, ius Potenninus, Ansellus Plommensis, Basilius tinus, Martianus Ostensis, Benignus Aquimi- , Fortunatus Vessaniensis, Severinus Lundar- ɜ, Eucarpius Messanensis, Joannes Spoleti- tephanus Venusinus, Valentinus Amiterninus, lus Prænestinus, Probus Carmeniensis, Colo- Foroclodiensis, Helpidus Voliterninus, Proje- Formovi, Veneriosus Pellensis, Bonefacius Foroflaminensis, Sebastianus Siranus, Rusticus Buxantinus, Venantius Sinogalliensis, Victor Dunen- sis, Innocentius Tifernantius Tybernorum, Sylvinus Veliterninus Justus Simensis, Arestonius Ostensis, Augustus Liparitanus, Felix Nepessinus pro Urso, Asterius Quinatis, Propinquus Trebiatis, Eusebius Favestris, Romanus Numentanus.

Incipit synodus quarta romana sub Theodorico rege ex diversis regionibus congregata.

Rufo magno, Fausto, Ameno, viris clarissimis consulibus sub die Kalendarum Novembrium sancta synodus apud urbem Romam ex præcepto glorio- sissimi regis Theodorici ex diversis regionibus congregata in Christi nomine dixit : Cum ex diver- sis provinciis ad urbem Romam convenire sacerdotes regia præcepisset auctoritas, ut de his quæ venera- bili papæ Symmacho apostolicæ sedis præsuli ab adversariis ipsius dicebantur impingi sanctum concilium judicaret, Liguriæ, Emiliæ, vel Venetia- rum episcopos quos ad præsentiam principis spe itineris ductos attraxit consulimus regem incubuit necessitas consulendi, qua nos voluisset ætate fractos, debilitate et impotentia corporis invalidos congregari, respondit præfatus rex piissimus bonæ conversationis affectu plura ad se de papæ Symmachi actibus, horrenda fuisse perlata, et in synodi opor- tet, si vera esset inimicorum ejus objectio, indica- tione constare. Memorati pontifices quibus allegandi imminebat occasio, suggesserunt ipsum qui judica- batur impetitus debuisse synodum convocare, scientes, quia ejus sedes primum Petri apostoli meritum vel principatus. Deinde secuta jussione Domini, conciliorum venerandorum auctoritas sin- gularem in Ecclesiis tradidit potestatem, nec ante- dictæ sedis antistitem inimicorum subjacuisse judicio in propositione facile simili forma aliqua testaretur, sed piissimus princeps ipsum quoque papam in colligenda synodo voluntate sua litteris demonstrasse significavit. Unde a mansuetudine ejus paginæ postulatæ sunt, quas ab eo directas constabat. Has dari sacerdotibus sine tarditate constituit, vel quidquid in eodem negotio actum scriptis Romam ex diversis terrarum vel regionum partibus Dei prosecutione perventum est. Et dum venerabili collectione, de incipiendo haberetur ne- gotio, prout poscebat causa tractatus. Sanctus papa Symmachus basilicam Julii in qua pontificum erat congregatio, prout habuit cura cœlestis ingressus est, et de evocatione synodali clementissimo regi gratias tulit, et rem desiderii sui evenisse testatus est. Causa ergo de sacerdotum animis quæ de con- cilio nondum firmato tristitiam ministrabat abscissa est. Auctoritatem ordini colligendo sicut poscebant ecclesiastica statuta in omnium qui ibidem conve- nerant episcopi, præsentia se dare professus est, sperans, ut visitator qui contra religionem, contra statuta veterum, vel contra regulas majorum a parte cleri vel ab aliquibus laicis fuerat postulatus, ex ordinatione antistitum sicut dicebat sanctum

propositum firma fronte cæderet, et omnia quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat potestati ejus ab honorabili concilio redderentur, et tanti loci præsul legaliter prius statui pristino redderetur, et tunc non ante veniret ad causam, et si ita recte videretur, accusantium propositionibus responderet. Digna res visa est maximo sacerdotum numero, atque mereretur; effectum decernere tamen aliquid synodus sine regia notitia non præsumpsit, sed suggestio justa per legatorum negligentiam non meruit, secundum vota responsum jussus est regis præceptionibus papa Symmachus ante patrimonii vel Ecclesiarum quas amiserat receptionem cum impugnatoribus suis in disceptatione confligere. Qui potestatis suæ privilegia, et quæ pro conscientiæ quantum juste æstimamus emundatione submiserat, ne hac voluit vice resumere.

Sed dum esset synodus in Hierusalem basilica Sessoria palatii constituta, aliquibus sacerdotibus visum est, ut libellus quem accusatores paraverant qui quotidie seditionibus appellabant, susciperetur a synodo; in quo suscepto, duo erant quæ vel veritati inimica essent, vel ipsi quantum ostenditur ecclesiastico proposito repugnarent. Unum, quia dicebant crimina memorati superius Symmachi papæ apud regiam constitisse notitiam : quod falsum esse declaravit. Non enim quasi novam causam audientiæ commisisset, si ejus conscientia convicta de errore solam se sciret exspectare sententiam. Aliud quod per servos de his quæ objiciebant se cum loquebantur posse convincere, addentes quod ipse mancipia traderet, quibus quantum ille asserebant, possit in indicatione superari. Quæ res canonibus et ipsis publicis erat legibus inimica, cum Patrum statuta sanxissent, ut quos ad accusationem leges sæculi non admittunt, his dicendi in cognitione vel assequendi aliquid denegandam esse licentiam. Et dum inter ista quæ essent facienda tractabatur, præfatus papa, ut causam diceret, occurrebat. Qui veniens ab irruentibus turbis æmulorum suorum ita tractatus est, ut multis presbyteris qui cum ipso erant per cædem ipsam mortis fuisset occasio, et recentium adhuc vestigia vulnerum illustris vir comes Aligenius, et sublimes viri Gudila, et Vedeulfus majores domus regiæ perspexissent, quos secum unde egressus fuerat, ad beati Petri apostoli septa convexerit. His ita actis, et rebus varia confusione turbatis, iterum nos ad justitiam contulimus principalem, scientes divinitate propria regere Dominum, quem ad Italiæ gubernacula provideret ipse. Cujus mansuetudini omnia per relationis seriem, sicut res poscebat, ingessimus, intimantes etiam sæpe nominatum papam per sedem, cui subjacuerat cum suis, si voluntatem rursus haberet exeundi, ad judicium fuisse commonitum, sed allegasse eum per directos episcopos mandatis canonibus sibi concessisse affectu purgationis suæ culmen humiliat quantis periculis pene oppressus dominum *regem habere quod* vellet faciendi se interim justitiæ renitentem statutis canonicis non posse compelli. Ad hæc serenissimus rex taliter Deo aspirante, respondit in synodali esse arbitrio in tanto negotio sequenda perscribere, ne aliquid ad se præter reverentiam de ecclesiasticis negotiis pertinere, committens etiam potestati pontificum ut sive præpositum vellent audire negotium, sive nollent, quod magis putarent utile, deliberarent, dummodo venerandi provisione concilii pax in civitate Romana Christianis omnibus redderetur. Quæ cum juste offertur mandata Dei complentur Italiæ suæ dare rectorem. Agnoscentes nullum nobis laborem remansisse, nisi ut dissidentes cum humilitate propositi nostri ad concordiam hortaremur, quia unum tantæ rei restabat, unde Deo pareremus, ut sanctæ principis voluntati invitemus senatum amplissimum, quali oportuit legatione destinata monentes, et instruentes causas Dei ipsius judicio esse committendas, qui valet corpus occidere, et animam mittere in gehennam, qui dixit mihi vindictam, et ego retribuam, apud quem conscientia nuda est, cui non absconduntur occulta. Cogitare prudentes viros oportere, quanta inconvenienter, et præjudicialiter in hujus negotiis principis contigissent, et nos viam per hanc quam ipsi vocabant remissionem peccatis non aperire sed claudere, qui quod dicebatur majoris judicii servamus instruentes eos, quia per nos illius Christus innotuit, non esse ovium lupi insidias prævidere sed pastoris. Maxime quia in causa præfata multos qui se dedignabantur cognoscere, et Deo satisfacere error involverat, et quia non poterant plura sub hac occasione Ecclesiæ membra dispergi, sed magis per mansuetudinem sustineri. Sicut boni nos operis Paulus magister instruxerat, dicens : Sanandos esse plurimos per patientiam et doctrinam; et quicunque putantur rei, et gravibus peccatis involuti, quamvis nullus sit qui delicto careat, sicut Joannes testatur apostolus : Si dicam quoniam peccatum non habeo, mendax sum, eos tamen magis pressuris hominem sustentari et præterreri, hasque passiones judicio divino suspendi. Maxime cum illa quæ præmisimus inter alia de auctoritate sedis obstarent, quia quod possessor ejus quondam beatus Petrus meruit in nobilitate possessionis accessit, et claritatem veterem vobis dat, det Christi rectoribus devote clamantibus; scriptum esse per prophetam ex persona Dei : Nunquid non valet manus mea ad consumendum eos qui erraverunt? Hæc eadem sæpissime ut oportuit commonentes ut habita intentione discederent, et factum nostrum quod Deus inspiraverat juxta mandatum principis non discuterent, sed sequerentur, sicut decebat filios Ecclesiæ, nec sub hac intermissione contenderent, et crescerent Ecclesiæ detrimenta quæ res poscebat cum festinatione succurri, et nobis hujus celeritatis, et illius obedientiæ necessitas imminebat. Maxime cum omnem pene plebem cernimus ejus communioni indissociabiliter adhæsisse, cujus nos non modica quidem cura stimulabat, ne in ali-

aberetur errore. Quibus allegatis Dei nostri atione decernimus, harum necessitatum vel onum consideratione astricti, et cœlesti per- omnibus quæ in causa erant inspiratione se- Symmachus papa sedis apostolicæ præsul ab modi propositionibus impetitus quantum ad ies respicit, quia totum causis obsistentibus ius designatis, constat 249 arbitrio divino dimissum, sit immunis, et liber, et Christia- bi sine aliqua de objectis oblationem in omni- clesiis suis ad jus sedis suæ pertinentibus tra- vina mysteria, quia eum ab impugnatorum n petitione, et propter superius designatas obligari non potuisse cognovimus unde se- m principalia præcepta quæ nostræ huic tri- potestati, ei quidquid ecclesiastici intra sa- B rbem Romam, vel foris est juris reformamus causam Dei judicio reservantes universos hor- , ut sacram communionem sicut res postulat percipiant, et Dei animarum suarum memi- , quia et ipse amator pacis est, et ipse pax est onet : « Pacem meam do vobis, pacem relin- bis (*Joan.* XIV, 27). » Et in quacunque civitate esse confirmandam affirmant beatos esse os. Hæc quicunque ex instructione nostra non æstimamus, vel non admitti, vel detre- osse, crediderit, videat, quia in divino judicio aptus sui rationem est (sicut de Deo confidi- edditurus. De clericis memorati papæ qui ab po suo ante tempus alicujus, contra regulas erint, et schisma fecerint, hoc fieri decerni- t eos satisfacientes episcopo, sua misericor- sequatur, et officiis ecclesiasticis se gaudeant i, quia Dominus et redemptor noster erditas ab errore lætatur inventas, et super um filium paternam liberalitatem cœlestis or accommodat. Quisquis vero clericorum anc formam a nobis probatam, quocunque Deo loco in Ecclesiam Romanam missam re præsumpserit præter conscientiam papæ achi, dum vivit statutis canonicis, velut schi- us percellatur. Ista sufficiant, nunc cum Dei sincere protulisse. Laurentius episcopus Ec- Mediolanensis, huic statuto nostro in quo causam Dei judicio commisimus, subscripsi. D episcopus Ravennanus huic statuto nostro in tam Dei judicio commisimus, sub. Felix Ter- isis, Bonificius Aquemuensis, Maximus Ble- , Emilianus Furanus, Maximus Ticinensis, ius Mutinensis, Gerontius Fidudensis, Ste- s Venusinus, Laurentius Boensis, Fortunatus ensis, Mercurius Sutrinus, Stephanus Nea- us, Hilarius Tensanus, Maximilianus Peru- Innocentius Fortunatus, Concordius Mesina- talis Fundanus, Castus Portuensis, Aristus is, Martyrius Terracinensis, Victor Lunensis, is Aquinatis, Chrysogonus Albanensis, Aman- tentinus, Romanus Numentanus, Ursus Rea- Paschasius Vulternensis, Innocentius For- A simpromensis, Felix Nepesinus, Hilarius Tempranen- sis, Innocentius Tarentinus, Tyberniorum, Severi- nus Tundaritanus, Sylvanus Veliternus, Sebastianus Suranus, Mercurius Gavinati, Felix Atellanus, Rusti- cus Bruxantinus, Propinquus Tribensis, Adeodatus Fornitanus, Bonefacius Cameritanus, Justus Signa- tinus, Vindemius Anteatinus, Augustus Liparitanus, Valentinus Amiterninus, Fortunatus Suestanus, Jo- cundus Augustanus, Tigidius Taurigranus, Viticanus Celunensis, Joannes Ariminensis, Porculeianus Sep- niatis, Candidus Triportinus, Cresconius Tudertin- nus, Innocentius Binatis, Joannes Spoletinus, Eusta- sius Cremonensis, Laurentius Verginatis, Eucarpius Meresapæ, Rufentius Agnatinus, Serenus Nolanus, Martianus Acanus, Euticius Tranensis, Fortunatus Anagninus, Aprilis Laterianensis, Asellus Popolo- niensis, Memor Canusinus, Adrudatus Silvæ Candi- dæ, Venerius Pallensis, Rogatus Taurominitanus, Servusdei Ferensis, Probus Carmeianensis, Dulcitius Sancti Antimi.

Incipit præfatio Ennodii in librum sequentem.

Solet dicendi affectum multarum rerum ardor exigere. Si autem avarus laudis avidus est, et favo- rem desiderat sudore mercari, aut per blandimenta gloriæ crucem narrantis ignorat, aut lucri astrictus compedibus linguæ vendit obsequium, ut dum ani- mus habendi cupidine subjugatus præsumptum æsti- mat jam tenere compendium, sic ingruentia per styli exercitium nescit timere discrimina, aut neces- C sitate conclusus profert eloquium sine quacunque lima captivum, et nesciam pudoris frontem monstrat in medium, ut dum intentioni famulatur, diligen- tiam decoris aburat, quia dicendi ornamenta non sunt intentionis negotii, sed quietis, nec militiæ sunt picta verba, sed otii. Campus fortem postulat, pax profunda redimit ornatum, qui profutura asse- rit, loquelam quæ periculo artis est colorata con- temnit. His ergo ita se habentibus causam narrationis insinuo, et coactam vocem pravorum latratu religio- sis mentibus commendo, scriptum esse reminiscens « tempus tacendi, et tempus loquendi (*Eccle.* III. 7), » vel post fidem prophetici oraculi cujusdam oratoris exemplum qui refert, nisi cum necessarium dicendi nimis ineptam esse conditionem. Oris ergo ministe- rium pro valitudine ingenii sacerdotibus dedi, ad- versus quos sibilantium effusa sunt venena linguа- rum, licet scuto munita fidei spiculorum imbrem patientia religiosa non timeat, et ad auctorem re- deant tela, quæ sine bellandi arte diriguntur. Qui- bus enim pro lorica Christus est, vim non metuunt, et inimicos longa exspectatione prosternunt. Quis- quam ne tamen in hac acie prælium putet esse for- midini, in qua Deo et pontificibus infertur sine vi- rium æstimatione certamen. Quisquam ne fluxum et lacessentem hostem videat, et prœliorum causis ad- versarium debilem expavescat? Invidet ipse sibi vi- ctoriam qui conscientia vulneratum aggredi cessat inimicum. Ad lucrum hostis sui procedit, qui in con- flictibus non prius causas quam aliud expedit. Dat vires jaculis innocentia, et mucronem acuunt ex æquo venientia vota bellandi. Percutiendi impetum plus justum dolorem scimus dedisse quam brachia, inde paucorum telis multitudo non subsistit. Dicen- te ergo mecum propheta plures nobiscum sunt quam cum illius, placiturum bonis, quantum æstimo opus, incipiam.

Incipit liber Ennodii sanctæ Ecclesiæ Romanæ diaconi contra obtrectationes quartæ synodi habitæ Romæ palmari a Symmacho papa sub Theodorico rege.

Sufficeret quidem schismaticam imperitiam propositione cecidisse, maxime cum secum habeant objecta responsum, et mereatur titulus sine lectionis discussione cum auctoritate damnari, cum in prænotatione ipsa significantia operis innotescat immundi dicentium adversus synodum absolutionis incongruæ. Ego tamen nunc agam quasi opus sit alieno ense perire mala proponentem. Istud proloquium potest clementissimo homini tantum inscitie ascribi. Et ne aliquis præter vos sicut inter oves ulcerosas deputandus et erraticas, qui magnum gregem potuisset lacessere, pastorum dicente propheta : « Filios nutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me (*Isa.* I, 2). » Et Domino de apostolis. « Qui vos spernit, me spernit (*Luc.* X, 16). » Quos episcopos fuisse propheta testatur de Juda dicendo, « et episcopatum ejus accipiat alter (*Psal.* CVIII, 8), et apostolo æque Paulo proclamante, « obedite præpositis vestris, quoniam ipsi exorabunt pro vobis (*Hebr.* XVI, 17). » Nec hic immoremur, sed redeamus ad gravem et venerabilem non solum ex alia productam, sed mysticam propositionem. Non omnes (inquiunt) sacerdotes regis ad concilium ascivit auctoritas, nec omnes in judicatione senserunt. Mancipia tartari, et liquido Satanæ ministri, quoscunque non evocavit scriptum principis novis nexibus et actuum vestrorum in volutionibus serpentis spiris cauda pertraxit. Nolo dicere in quo fuerint voto, in qua deliberatione discedentes, quibus tædium illa peperit exspectatio. Cum viderent venerabilem papam longas in vita contra fas suum inducias accepisse. Videbant æthera tantum directis a se jaculis verberari. His ne liceret infelicibus in malorum actibus consolatione secreto delitescere? Libris vestris nudantur absconditi, et per vos in turpi facto habere solitudinem non sinuntur, dicente Domino in Evangelio : « Omnis malus odit lucem (*Joan.* III, 20). » Post hæc absentis adversarios papæ Romani dici non debuisse qui prædictis prolatis petitionibus accusabant dolose videlicet hoc agentes eo quod adversarios suspectosque canonica synodalibus clamante in decretis auctoritate, in suam recipi accusationem episcopos minime oportuisse, vos non latuisset, ad assertiones fidem jungentes quod eos isto nomine præcepta regia non vocassent. O homines omni artis lima compositos, et caminis fabrilibus excoctos, qui ad stipulationem doctorum desudata invenire testimonia! Amamus reverendi viri sententiam veram, et (ut aiunt) in ipsam pedibus imus. Cognoscimus errata quæ dicitis; inimicum vocet aliquis accusantem, et tragico nomine appellet contumeliam non merentem. Dehinc subjunctam quæstionem rhetorica argumentatione fibula momordistis, addendo, allegando : Testis est Romana civitas. Si omnes episcopi senes et debiles convenerunt, ecce orationem veri nervis nitentem, et ipsi Cepasio præferendum nitore sermonum. Ergo qui se ætate valentes, et corpore imbecilles esse dixerunt, ipsi se ineptos judicio esse testantur, quoniam membrorum se dixerunt jam sustinere dispendia, maxime si hoc ingerere clementissimi Domini auribus præsumpserunt. Vos putatis ab universis Dei conspectibus pulsi illorum virorum more congressuum ubique narranda confundi, et apud principem de collectione pontificum alios prætulisse sermonem, nisi quos ætatis maturitas eruditendæ loquelæ fecit auctores, quibus anni veteres reverentiam contulerunt, qui putabantur bonorum meritorum suffragio in longum fuisse servati. Ipsos ergo de gravidæ ætatis fatigationibus queri decuit, quos ætas jusserat allegare. Viri optimi, subditis ex præceptis regiis evocationis causam fuisse jam cognitam, et Italiæ summa moderantem non *fuisse, quasi* de novo negotio consulendum, plus A chartæ scriptioni religionis debitum quam præsentiæ principali. Nullus ergo in prædicto negotio titulus remanserat, ad cujus inquisitionem pergentes iliud jure præloquerenter exordium. Ex hinc digressi bonarum rerum in rege laudatis affectum, et colitis verbis innocentiam quam actibus ignoratis. Si tamen cultus est in loquela vestra, quam scabroso vomere velut agentes per devium arata proscinditis macenti solo zizania et lolia commendantes, recepturi pro tali impendio paleas quibus gehennæ in perniciem vestram animetur ignis. Sed nunc ut quidam fertur dixisse, quæ quibus anteferam ? Contra Apostolum dicitis impugnatores summi pontificis non auditos, qui cœlestis mandati memores partem suam a consortio adulteri subduxerunt. Hic non incesso ignorantiam rimosam memoriam non accuso. Nolo dicere quod prophetæ verba Apostolo contulistis, quia novi et ipsos apostolos recte vocari, quos missos esse non nescio. David enim dicit : « Furem videbas, B et currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas (*Psal.* XLIX, 18). » Deinde quis se de illa vestra enodem faciat quæstionem qua dicitis in criminibus objectis quod non excluditur, approbatur? Et vocem Romanæ Ecclesiæ militibus congruentem, in qua nescias, utrum prius nitorem prædices, an saporem. Putasne audistis legi, quod justum est juste exsequeris ? Audistis de malefactis hominum, si tamen aliquando conversatio humana vos tenuit, quidquid non suis ordinibus approbatur excludi ? Ubi est illud prophetæ ? « Dominus ad judicium veniet cum senibus populi sui (*Isa.* III, 14), » et de vobis dictum : peccatum suum quasi Sodoma **250** prædicaverunt : væ animabus eorum ? Sed quid facto opus est, quoties desperatis nulla medela succurrit, nisi implorandus est Dominus qui promisit per prophetam futurum se super omnem superbum et excelsum, et super arrogantem, ut humilietur? Sed fetidum opus vestigiis insequar et ferrata si possum, calce contundam. Ut vere dicam res cum re, C causa cum causa, ratio cum ea quam putant ratione pugnabit. Oblocutos sacerdotes præceptionibus regiis allegatis, et quoddam sacrilegium creditis, mali aliquid cum cœlestem nesciatis de terreni Domini jussione sentiri, opponendo quis regi debuit dicere, papam synodum oportuisse convocare? Certe quod in hac parte constat exemplum illum præcipue qui criminosis multorum propositionibus jam jacebat, quem hoc fuerat damnare, quod argui, cui prærogativam cœlitus ascriptam hostium suorum jam oblocutio tulisset. Ad hanc vos clementiam malorum actuum per gradus suos incrementa traxerunt, ut hoc credatis esse lacessere quod convincere, nec apud vos habeant a veritate doctrinam, odia quæ plerunque contra meritum impediti studiis, non rationi obsequentia vota concinnant. Ubi est illud : « Priusquam agnoscas ne adjudices quemquam (*Eccli.* XI, 7). » Olim vos accepit grex positus in sinistra collegas, apud quos ex præjudicio excepisse sententiam creditur, qui meruit ad D examen adduci et hoc est reum existere quod libram disceptationis intrare. Prælocutioni tamen optime divinum subdidistis exemplum, quod ita quadratis constat alloquiis, ut ipsum in eo Chrysippum tenere lineam putes. Peccatori dicit Deus : « Quare tu enarras justitias meas? » (*Psal.* XLIX, 16.) Huic dicto conserentes quasi ad sacerdotis apostrophen, qui beati Petri apostoli vicarius æstimatur : prohibetis archiatrum ejus corpori afferre medicinam. Quomodo vos animæ ejus curationem exhibere renuitis? Magnum per divina ridiculum, an maxima lamenta sint nescio. Vos alienæ febri curam quæritis, vos fatiscenti animæ medelam adhibere cupitis, et in lethi proximitate positi, vestri immemores, de alterius salute tractatis ; quid si illud vere vobis a propheta dictum sit : « Nunquid parum vobis est quod molesti estis hominibus : quia molesti estis et Deo meo (*Isa.* VII, 13). » Et iterum : « Medice, cura teipsum (*Luc.* IV, 23). » Sed hinc alias novimus, quia sanari non

potest, conclamatus et improbus in profundum deveniens mira temeritate contemnit. Sed credo vivit in istis, et in malæ conversationis suæ morte concilium, et potest optare quis alteri, quod ipse jam perdidit. Nunc recte vobis cum propheta dicimus : Omnia quæ loquitur populus iste juratio est, et timorem ejus ne timeatis, neque formidetis. Procul sit a nobis, facessat a nobis qui in nobis est pruritus iste linguarum quos vere idem propheta arguit : Scribentes injustitiam scripserunt. Non nos beatum Petrum sicut dicitis a Domino cum sedis privilegiis, vel successores ejus peccandi judicamus licentiam suscepisse, ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum sufficiunt quæ a loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur, illustrat. Prænoscit enim quid ecclesiarum fundamento sit habile, super quod ipsa moles innititur. Sed hinc actibus nostris cœlestem potentiam putatis esse suffragio, quod ad præsidium beati Petri apostoli adjutricem, ut dicitis, dexteram commodatis. Nescitis solem facibus non adjuvari, nec ad præsidium diurnæ lucis lychnos accendi. Scriptum est enim : « Scrutatur renes et corda Deus (*Psal.* VII, 10). » Sed in illa potestate quis argumentis audeat vestris respondere, nisi quia sine arte dicitur verum et fides mendacio sermonum technis assuitur? Cur (inquiunt) ad principem convenistis, si audiri non licebat impetitum? Sic vos in stuporem pecualem peccati nebula, aut divinus horror oblimat, ut verecundam excusationem, aut fraude mens vestra transeat, aut belluarum pressa hebetudine non agnoscat. An forte aliud putatis fuisse quod dictum est ipsum debuisse synodum convocare, cujus opus erat officio ut vos videlicet per pontificale examen divina sententia præcelleret, et quos a capitis sui compage in salutis detrimento insanus furor absciderat. Post Esau mentionem operi vestro nescio verbis an latratibus indidistis, comparantes ei antistitem vestrum qui senioris naturæ beneficium unius cibi commutatione perdiderit, et primogeniti canam dignitatem amiserit faucibus obsequendo. Ad ista quid referam, qui ex omni objectorum parte concludor? Quis, rogo, vestrum Symmacho benedictionem, dum patri plus deservit, eripuit? Cui tantorum munerum Jacob vice est collata nobilitas? Quis ex vobis cæci parentis desideriis pariturus occurrit? Quis vestrum devotione sua genitorem venerabilem captum oculis nulla fecit lucis damna sentire? Nonne collatione tenebrarum vestrarum nox putatur per sudum rutilans jubar ostendere? Et omnis obscuritas actibus vestris collata decorem solis assumit. Præterea tunc Jacob quamvis congruentem moribus filii benedictionem tamen contulit jam promissam. Nunc quid his longius immoramur, cum docendi non sint, qui calces stimulis intulerunt? Credite mihi, pacis inimica sunt, impugnationi non sunt idonea quæ profertis. Sed sequitur vinculum cum ænigmate quod nescio, qua replicationis arte solvamus. Tullianæ enim profunditatis pelagus ingressi cymbulam nostræ sterilitatis quæstionem flatibus per littorum incerta transmittunt. In qua tamen Christo clavum tenente portum ingrediar, et sigillatim de turbinibus vestris universa discutiam, habiturus in ductu illorum facultatem, non meam. Aiunt enim : Si vera episcoporum assertio est, sedis apostolicæ præsulem minorum nunquam subjacuisse sententiæ, cur ad judicium districta conventione perductus est. Multum quidem annosa hic in vobis laborat infantia. Cui ille advocandus est, qui incluctatæ nobiscum semper pondus propositionis exsuperat, cum manifeste pro sacerdotibus cum propheta clamitem : « Nunquid gladiabitur securis contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum qui trahit eam (*Isa.* X, 15), » ut sit mihi illud suffragio divinum oraculum. Quomodo si cessavit exactor, tributum quiescit, ita contrivit Dominus baculum impiorum. Tribue, Domine, quod prædixisti in illum, ut sicut errat ebrius et vomens, ita pereat incredulus, qui infideliter agit. Propter hoc propheta vobis insultans vociferatur : « Audite verbum Domini, viri illusores (*Isa.* XXVIII, 14), » quisquam ne causarum ex præcognitione sancit eventum, et rabidis terminum positura conflictibus sic metitur, ut pernix decisio dum inquisitione esse senior innotescit, anticipet, favorem censentis accuset. Nunc paulisper ore actibus annis indignus, pontificali voce vos arguam. Nos qui statuta nostra non una apud vos volumus lance constare, quibus de impugnatorum qualitate lati sunt canones, apud quos nefas est cana Patrum definita transcendere, quibus scriptum est in Carthaginensi concilio. Quod apostolicæ sedis per Faustum episcopum qui tunc ab ea missus interfuit, probavit auctoritas; accusatoribus de inimici domo prodeuntibus non credendum, in quibus odio succensa vicinitas, per nutrimenta arida flammam persecutionum exsuscitat, et universam doli fabricam sumptu, et machinis cohærentibus secreta dispositione componit. Istos quæ domus evomeret, qui scire potuisset nostra collectio, nisi præsentes? et impugnationis qualitatem, unde nisi ex scripta propositione didicisset? in quibus sentinam criminum, dum simulato fuerunt persecutionem se debere criminibus agnovisset.

Post illa quæ de accusatoribus prolata sunt, addidistis : Cur personæ jussæ sunt præsentari quas sæpe imperialis flagitasset auctoritas. Ad defraudationem ingenii pertinere ejus qui nunc in sede apostolica quasi in quadam arce consistit. Vere vobis dicit Sapientia : « Homo infirmus et exigui temporis ad intellectum non perveniet, sed laboret ut sciat quod acceptum sit apud Dominum (*Sap.* IX, 5). » Et iterum dicunt Proverbia : Odit se qui negligit studia. Imperitis enim obviat mors. Quid enim illam quæ in pervia scientia descendit, ignorantiam fingitis? Quid adhibetis mira latrocinandi arte falsitatem, vel dolositatum præstigia, simplicitatem fronte monstrando? De vobis nunc dictum est : Qui loquitur mendacium, ex propriis loquitur. Istam lætitiæ faciem, ex judiciorum censura venientem callida provisione sacerdotis vestri oculis abstulistis, ut eum talibus adversus acies vestras instructum munitionibus et innocentiæ in testimonio orbis tela deferentem ab ipsis judiciorum adytis pelleretis, providentes ut nec sine impugnatione insons viveret, nec haberet solatium de incorrupta judicum inquisitione pulsatus. Vos præfato et dedistis et invidistis examen, cum uno eodemque itinere a vobis disceptationum dubia subire, et prohibetur, et cogitur, et per singularem callem, ad causam arcendus evocatur, non manifestam salutem, aut non lacessitus obtineret, aut subriperet absolutus. Adolescentiæ meæ memini me legisse temporibus de quodam dictum : Exsuli exsilium imperas, nec das. Vos prophetæ impetit sententia : « isti sunt viri qui conturbaverunt terram, et qui concusserunt regna (*Isa.* XIV, 16). » Et iterum : « Excidentur ramusculi eorum falcibus, et quæ derelicta fuerint, abscindentur (*Isa.* XVIII, 5). » Et rursus : « Dum non speratis veniet contritio vestra, et comminuetur sicut lagena figuli multitudo vestra (*Isa.* XXX, 13, 14). » Nec non propheta ad hanc causam specialiter locutus intonuit : « Dominus inclinavit manum suam, et corruet qui fert malis auxilium, et cadet, cui præstat auxilium, simulque omnes consumentur (*Isa.* XXXI, 3). » Redeo tamen post multa exemplorum suffragia ad novellas canonum definitiones. Clamat in alio loco Carthaginense concilium, quascunque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt his impugnandi alterum, et nos licentiam submovemus, et nullæ accusationes a judicibus audiantur ecclesiasticis quæ legibus sæculi prohibentur. Quæro a vobis viri quibus indita est ad unguem

posita polita perfectio, cujus conditionis fuerint ista mancipia quæ postulata scriptis principalibus intimastis, si ea servilis adhuc in potestate alterius catena retinebat, et nulla obscenæ obligationis compedibus vestigia in libertatem missa laxabant vel vobis disceptantibus fidem aliquam prædictorum verba portassent? Sed, credo, replicabitis veritatem quæ sponte prolata in illis vox habere non poterat, hanc diversis cruciatibus est latebris suis religiosus tortor exegerat, ut dum pœnis corpora solverentur, quæ gesta fuisse noverat, anima non celaret. Sed, quæso, primum ad leges publicas deinde ad judices ora convertite, qui possunt in defensione sua sic eloqui, nos quos Dei servitium pro istarum rerum abjectione fecit ingenuos, qui servulorum insultantium contumelias aut despicimus, aut ridemus; quibus scriptum est de famulis per Apostolum : « Mementote quia vester et illorum Dominus in cœlis est (*Ephes.* VI, 9). » Ad hæc sæculi mala revocabimur, faciendum a nobis est, quod facientem alterum profanum esse contendimus, quod per ministerium jussionis, et manus alienæ incestaret aspectum vestrum nostro peragetur imperio. Nolite hanc ad universas Ecclesias mentem rapacium luporum more et natura servare, quia postquam nos maculasset forte pro desideriis vestris cruenta discussio effectum in his quo tenditis non haberet. Sed dicente vobis Propheta : « Ponamus circulum in naribus vestris, et frenum in labiis, et reducamus vos in viam qua venistis (*IV Reg.* XIX, 28). » Qui eodem propheta asserente impugnamini qui dicit : « Erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt vobis (*Isa.* XLI, 11). »

Hoc etiam novo adversum nos subdidistis invento ipsum Dominum, et redemptorem nostrum servorum subisse judicio, et cœli operatorem particulæ cuidam sponte subjacuisse terrenæ, dum testatur, et loquitur : « O Juda et Hierusalem, judicate inter me, et inter vineam meam (*Isa.* V, 3), » hoc etiam beatum Petrum, hoc Paulum apostolum non horruisse narratis, et illam vestram elegantiam ad jus pertrahitis exemplorum **251** nexibus præcedentem quasi vobis in hac parte remanserit, cum renitente contentio, et validis facundiæ vestræ digitis exigantur oblata. Samuelem etiam prophetam mirificum de conscientiæ suæ serenitate vulgi dicitis implorasse testimonium. Quid enim Samuel dixit? Scire Dominum quod nullius unquam substantiam, nullius pecus abegisset, adversatum se muneribus et quod est supra hominem sponte venientia dona vitasse, providens scilicet ne pro suspicionum præjudicio (3) Homirius damna pateretur. Postremum sub divina attestatione patefecit innocentiam, ne humanum subiret examen. Redemptoris nostri judicium quod inter se et vineam suam optat evenire, dum vestra in præsenti negotio mala respicit, magis implorat S. Athanasius Alexandrinæ urbis episcopus, dum participum vestrorum argueret invidia agnoscens sibi per contumeliarum multitudinem exercitium contingere non timorem, vere ad coronæ pretium junxit, quod de dignitate submisit, et ante cœlestem de absolutione sententiam personam rei innocentiæ bonus æstimator implevit, sic enim milites Christi sudore suo honorum sibi incrementa parturiunt, dum concessa fastigia celsiore humilitate castigant, inde laudum cumulos mercaturi, unde indepta culmina sublimi parcitate moderantur. Sed quamvis beatum Athanasium Romano antistiti quantum nosse datur imparem, locus ostendat? Facto tamen in negotiis comparantur; ille præsto fuit judicibus, iste quantum et vos dicitis advocavit, ille intentatam discussionem ut Dei famulus non refugit, iste triumphum suum in discussorum collectione constituit. Sed quid his longis collationibus immoramur? judicia et iste voluit, amavit, attraxit, ingressus est, et quod posset fidelium corda doloris justi aculeis excitare venerando concilio, auctoritatem etiam contra se, si mereretur, indulsit. Quis in hac allegationis ipsius fronte nesciret, fultum ad coepiscopos puritatis testimoniis convenisse, qui hoc quod districtionem eorum minus licebat, exhorruit, æstimans illud magis quolibet modo labefactandum quod statuisset censor invalidus. Quid præfatum incessistis canina loquacitate? Quid læditis non mœrentem? Votum ejus est, quod vestrum putatis esse terrorem. Sed astutior in vobis quam in Athanasii adversariis novelli virus serpentis insibilat. Illi nescierunt quod optime calletis qualiter triumphus tolleretur impetito; illi provocatum : Ne audiendus occurreret formidabant. Vos morem quem habebant examinari non ferentes, venientes jaculis repulistis, et tædium vobis de sententia præparatum, ultricium armorum assumptione commutastis. O malorum commemoratio, quæ vocem et præstat et subruit, dum illos quos in clamorem coegerit, eorum etiam gravitate facti verba confundit! Quis patiatur vos æquo animo garrientes? Ergo nos secundum assertionem vestram novellæ utilitatis commoda non amamus, dum definitis senioribus præstare obsequium. Hic tota ingenii vela suspenditis, hic resupinæ cervicis ex secessu pectoris quidquid habuit spiritus flaminis ructus evomuit. Aiunt enim : Moysi a vobis jejunia et Elisæi miracula, quæ egit dum mortuum suscitavit, si annosa tantum sectamini, confundantur. Quid hic rationis invenit scrutator idoneus? Non si auri pallidus inquisitor occurrat in sensibus vestris latentium venarum motus inveniet, et insuetis lucem latebris sermonum fossor admittet. Idcirco ergo cana miracula non probamus, si juvenilibus consensum non præbemus excessibus. Si servum Domino discipulum magistro evangelii memores subjungamus, quidquid potuit prodesse negligimus. Alia sunt improbissimis hominum quæ ad usum recentem sine injuria vetustatis adhibemus. Novam deinde culpam, et quam investigatio nostra transierat, reclusistis : quare papa sine exempli instituto præcedentis synodum convocavit, ut de criminum ejus objectione cognosceret.

Post hæc nos falsitatis arguitis coram principe. Quæ in præfato negotio scripta sunt, didicimus postulata. Præsta, Domine, ut labyrinthi hujus sine errore sinuosos superemus anfractus; dirige semitam quam flexibilis coluber juxta fabricam proprii corporis aut mentis operatur, ut vere dicamus : Dominus virtutum nobiscum, adjutor noster Deus Jacob (*Psal.* XLV, 8). Et cum Salomone exsultemus dicente : « Equus paratur ad diem belli, apud Dominum autem est omne præsidium (*Prov.* XXI, 31). » Supervacuum quidem est absurdis respondere propositionibus, dicente propheta : « Ne respondeas imprudenti ad imprudentiam ejus (*Prov.* XXVI, 4). » Sed si quod contemptus transierit, vereor ne quasi validus putetur; non tetigisse formido. Melius nobis est cum beato Paulo insultationis causas incidere, et plena voce testari : « Factus sum insipens, vos me coegistis (*II Cor.* XII, 11). » Hoccine ergo nullo constabat exemplo, ut sacerdotum papa concilium convocaret, cujus arbitrium est collectio synodalis, aut parva erant quæ de vestris cum hac multitudine facinoribus damnarentur? Nonne directa sunt verba canonum? Quicunque clericorum ab episcopo suo ante sententiæ tempus pro dubia suspicione discesserit, manifestam in eum manere censuram. Hujus rei ad ministerium devotum Deo oportuit agmen occurrere, ut perditi et profligati gregis ulceribus medicorum exercitus subveniret, quia quoties morborum violentia celeri gressu ad animæ secreta festinat, obvias manus afferre non potest salutare consilium, nisi ex collatione multorum. Nam et hoc a rege vestra poposcit allegatio, ut abscissis clericorum præjudiciis de accusatorum papa merito per humanum os supernum judicaret imperium.

Videamus tamen, si placet, et illas disputatoris didascalici libelli vestri relegamus argutias. Habenti-

(3) *Sic ed. Merlini*; alias, *opinionis*.

bus etiam nobis ante oculos Patrum sanctiones, quibus excessuum vestrorum sentina ponderetur, lex ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum priusquam sub luce objecta constiterint, exigit non relinqui. Vos divini vero utputa juris memores, quia levia errata despicitis qui peccati nobilitate gaudetis ne una vos ex desertione sacerdotis culpa respiceret, accusatis cum incrementis delictorum. Ad hanc vos valetudinem, ille qui est prævius vester adduxit, ut post desolatum, post impetitum pontificem, sine ullius rigore sententiæ totius pene Italiæ improbandam antistitum crederetis esse censuram. Quomodo quidam dixit de cohorte vestra : festinantem animam morti credidit vestri. Potestne mens indocilis criminum jam ditata successibus et detestabili proposito velut effeta feriari? Ille vos his locupletes malis effecit cui elationum copiæ opes angelicas sustulerunt, et divinum censum nocendi quod exuberat thesaurus invidit. Sed promissionis memores universa quæ operi ipsorum recolimus, inserta tangamus. Arguitur stylo splendidissimo papa Symmachus, quare conventionem præveniens, cum populorum cœtibus examen intravit, et post judicia cum evocatus quater fuisset, spreverit. Sic a vobis veri discessit affectio, ut mendaciorum nebulis urbis testimonium putetis involvi, et fallaciæ periculo depicta verba, plus virium credatis habere quam veritatem Roma, quam retinet. Ergone ille disceptationem vel importunus adiit, vel exspectatus aufugit? Ergone illam multitudinem devotæ plebis non pro fidei diligentia Christiana magis exspectatio, quam furor evocavit? Quisquam ne ad inferendam violentiam currens lacrymas comites habet, et qui studet esse formidini vultum timentis ostendit? Multitudo illa vincta sacerdotis officiis attulit ad nos lamenta, non jacula, nec venit telorum minax, sed fletibus miserabilis, una tantum intentionem vestra ostentatione gravatura, quia uberibus oculorum fluminibus demonstrabat quam esset per acerbitatem vestram conditione dolenda pulsati et in sobrietate venerandi examinis, afflictione propria commendabat, quem voce non poterat. Sed habetis manifestum ex hac re qui bilem furor accendat, qui pene absolutus ad judicia venit, pro quo orbis illacrymat, et dum rebus extraneam in prædictum invidiam sermone colligitis, paulisper reverentiæ vestræ diu cervix superba submittitur. Sacram enim congregationem tunc vocatis, quando exstinctorem nostrum Symmachum vultis asserere, et crudeli pietate honori nostro putatis accrescere, quod residens in ecclesiarum arce perdiderit. Nos ita non solum non sensimus, sed diversa sentimus. Ad alios magis tutelæ vestræ venena convertite. Non habet testimonium defensoris, qui repugnanti impendit oris obsequium. Perdit quam esse putat beneficii gratiam, qui aliquid præstat invito, quia non est munus, nisi quod velis accipere. Nunc longa non opus est admonitione jam perditis; odium debemus operi de cujus jam non superest quod damnetur auctoribus. Mulierum turbas asseritis urbanis coloribus cum præfato ad judicia convenisse et illa vestra subtilitate ostenditur sexus qui majorem antistiti debuisset affectum; profanissimi hominum scriptum retineo : Aliud est dicere male, aliud accusare. Et prophetam dixisse : Reprobantes verbum sperastis in calumnia, et in tumultu, et estis in eo. Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio, quia pro nobis dicit Deus (*Isa.* xxx, 12, 13). Eos qui judicant vos judicabo. Et iterum ad servos suos dicit : Nolite timere opprobrium hominum, et blasphemiam eorum ne metuatis (*Matth.* x, 26). Rursum etiam vobis clamat : Accedite huc semen adulterii et fornicarii, super quem lusistis, super quem dilatastis os, et ejecistis linguam? Nunquid non vos filii scelesti estis semen mendax? (*Isa.* lvii, 3-4.) Quæ quibus copulatis advertite. Dicatis in dicta causa defensoribus papa discessit; fori vobis in præsenti negotio et platearum quarum estis hypocritæ exempla proponentes : Nobis scriptum est, per Paulum apostolum : « Quibus crucifixus est mundus (*Gal.* vi, 14). » Quid illis cum foro? Sed ista nescitis, aut quod est gravius nota contemnitis. Peregrinum credo aliquid, et a ratione separatum postulans papa discessit. Nonne hoc speraverit pro statu labentis Ecclesiæ pastorali cura constrictus, quod et religiosa providentia, et causæ ipsius ordo flagitabat? Quæ enim judiciorum forma præcesserat ut vobis hostiliter disruptis etiam per suggestionem vestram, sublatis Ecclesiæ opibus, qui diu fuerat cibus esurientium, famis mancipium videretur affectus, dum alimentis distributor egebat, ut fieret in dominatu servitus, et in servitute dominatus; usque hoc qualitas præcedentis ævi per memoriam in medium transacta redibat, qualiter habuit effici ex censura convictus indicatio in quo causam adjudicatur, præcedebat. Non fuit privilegium, quo spoliari potuit jam nudatus; unum vobis putatis residere in sacra collectione subsidium, ut ad tuendorum immanitatem criminum sacerdotes vobis comites jungeritis, et fieret impunitum facinus pollutione multorum; nusquam convenienti tempore censor asciscitur, quia ad decisum pene negotium convocantur criminosi. Et si est meritum, tollit accusator, qui in eo plus furori suo vult licere quam judici. Dicit enim vobis impetens propheta : « Hæc est pars eorum qui vastaverunt nos, et sors diripientium nos (*Isa.* xvii, 14); » — « item angeli veloces ad gregem convulsum et dilaceratum ad populum terribilem (*Isa.* xviii, 2). » Ad vos angelus missus est, scilicet per sacerdotes, quorum voce ac merito proferenda Christo dona suscipiunt, et placato dominante impetrata a mortalibus vota concedunt, per quos vobis oblata sunt munera repudiata concordiæ, qui pœnam mœrentibus delectationis præmia detulerunt, qui dum se considerant in nullo quod merebamini respexerunt. Quis enim (inquit) vidit cum accusatoribus suis aperta (ut aiunt) pugna confligere? Imprudentissimi omnium qui cum quibus vultis decertare, respicite, et utriusque partis si quid salutis in vobis resedit, loca, tempora, et personas attendite, et si vos nefarie congesta cordis adhuc pravi non subegit opulentia, oculos ad Dominum paulisper attollite, et vel brevi tempore sinistri monitoris jussa contemnite. Agnoscite

252 summi regis præceptionibus vos in his quæ merito plectenda sunt non muniri, quia quamvis responsi qualitatem dictent dogmata postulata et petitio, dum existit, prævia quæ sunt secutura describat. Nunquam tamen casibus vestris libera regnantis verba cepistis, nunquam desideriis per aucupiam calliditatis imperialia vobis scripta militarunt. Quoties vanis hiatibus nocendi inefficax morsus increpuit, toties de accusato quidquid spe tenuistis effugit, et vacuos imago præsumptione occupata deseruit. Deo gratias quæ hanc providentiam indidit ei cui rerum humanarum summam commisit. Spes certa quietis est, et salutis, perfecta in gubernatore sapientia. Puppis, cujus magister ad clavi regimen intellectus dote præparatur, ubique stationem ubique portum habet in fluctibus. Certa generalitatis securitas quando rempublicam nobilibus regit artibus institutus. Sit imperatoris nostri cœlo infusa dispensatio obviam manum famosis in fallendo ingeniis exhibere. Labore apud eum non opus est, quem sortita est nuda veritas defensorem. Cessent impia commentitia apud illum simplicitatem fraude mentiri, quidquid sit, dum justitiam noverit, mox tenetur. Nihil apud prædictum tutius innocentia est; lectione valida utitur quia æquitati res congruenter insinuat. Quæ gravis est plerumque principibus impugnatio minus fidelium blanditiis non ligatur. Sed hæc Deo narrantur melius a quo frugis hujus planta descendit.

Ad vos me reducit propositi operis non amica conditio, quam melioribus hactenus operam volui pervagari sermonibus, dum captivam orationem exigit imperiosa necessitas. Dixistis enim : Quomodo de ea vel qualitate ejus primitus tractabitis, etiam

nunc dum haberet synodus firmitatem. O frontem dictionis immundæ, et faciem libelli, quam non sola maculavit imperitia. Tractatus nostri provinciam et narratis et quæritis. Hinc eramus nempe dubii, quia quemadmodum loquimini, non habebat synodus firmitatem. Transibat negotii qualitas audituros et plus adhuc remanserat in reverentia pulsati, quam esset in integritate collegii. Deinde post quæstionum tormenti venerabilem Laurentium, et Petrum episcopos a communione papæ se suspendisse replicatis, et quidquid providit cautio convocatorum ducitis ad crimen impetiti. Ullone ergo tempore dum celebrarentur ab his sacra missarum a nominis ejus commemoratione cessatum est? Unquam pro desideriis vestris sine ritu catholico et cano more semiplenas nominati antistites hostias obtulerunt. Aliquando quod capiti vestro ascribatur, facta est apud Dominum offensa per gratiam, et exstitit nutrix peccati veniæ mater oblatio; fuerunt quædam corporis tantum conventione separati, quos loqueris, animarum tamen præsentiam non vitarunt. Si eo putas a consortio motu dissociatos quos fibula religionis pia mordente conjungit procul te ab æstimatione catholica culparum duxit affectus. Mandati cœlestis obauditio nos aut miscet, aut separat, Non interest quæ intervalla nos congregent, si uno in superna mansione conclavi retinemur. Vere hinc convincimus esse servos vos ventris et corporis, et per hanc sententiæ vestræ vilitatem declaratis mancipia vos esse terrena. Scriptum est enim : « Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus (*I Cor.* II, 14). » Post hæc versis in fugam ordinibus lymphatici more sermones addidistis : Ergo concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias, quia præsentiam papæ non habent valitudinem, perdiderunt. Legite, insanissimi, aliquando in illis præter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum, et non de majoribus negotiis ad collationem, si quid occurrerit, præfatæ sedis arbitrio fuisse servatum. Sic enim habes : Si quis episcoporum judicio provinciali depositus fuerit, Romanum papam, si placet, rursus appellet, et ipse, si videtur, reparet judicia in opitulatione damnati. Ecce enode est quod ad laqueum præparastis, nisi forte arctissimis in illa parte nexibus astringamur, et replicationum nobis itinera non patescant, dum callis ante prævius idem et his novella interclusione vestitur, his enim nos eloquii vepribus dum gradimur, per plana retinetis, cum dicitis Jesum principem, quare attributum visitatorem contra ecclesiasticas regulas prima voluimus fronte discedere, et nihil amplius liceret hunc vitiis ne duresceret lolium, ne profana messis nulla disciplinæ ante maturitatem succisa falce decumberet, et putaretur non licere quod judices non vetabant. Unde ex aperto constat nulla vos extra præstantiam piissimi regis quam frustra desideratis noxæ copulari, exemplorum auctoritate fulciri.

Superest ut et ipsum doceam in his excessibus quod bono universitatis contigit non teneri, quia directum non occasionem litis, nec fomitem jurgii, sed causam voluit esse concordiæ, prævidens scilicet quod nisi simplicem jussionum suarum tutelam vallaret, cito in escam dissidii toxica vestra subriperent. Scriptum est enim : Vir simplex credit omni verbo, idcirco mandati limitem fixit, quem nulla liceret transgressione violari, præfatum ad beati Petri basilicam mox Romam fuisset perductus, mandavit occurrere faciens de sacerdotis voto regis imperium. Quis enim non putaret pontificem sponte pariturum, in ea parte quam licere sibi princeps non credidit, etiam si vetaret, ibique papam ab eo salutatum ore jussit affari, ut traderet coepiscopus mancipia nullis subdenda tormentis; servanda profecto ad disceptationem synodalis examinis. O castitatem præcepti quæ dum faciem præsentibus præferret temporibus, in umbram cogit antiquam quæ rapit lumen *veteribus* in auspicato splendore novitatis. Quis hoc lingua dives, quanquam merito pauper vel opinionis fabricator adjunxit quis taliter commendatitiis laudibus locupletavit fama Dominum actuum suorum veritate mendicum? Non derogo vobis descriptoribus, quorum beneficio contigit ornata ad nos majorum gesta perduci, sed Dei beneficia non tacebo, quia princeps noster rebus superat decora sermonum obnoxiam linguis gloriam munerabilis causarum trutinator inspexerit, ut cum petitioni vestræ effectus artifex præstaretur, in omnibus tamen jura ecclesiastica custodiret. Quæ ad hanc æstimationem, quamvis acutiora cæteris corda sufficiunt uno tempore, una scriptione, sine æquitatis detrimento desideria vestra supplentur, et eadem charta ad ministerium religionis, et vestrum destinatur ad gaudium, boni enim prævidit principis inquisitio servilem assertionem innocenti examine non probandam. In electione enim venerandorum judicum ipse accusantes extra ordinem repulit, ipse ad spem retulit accusatum. Videamus tamen ista si facta sunt, si Dei inimici, etiam terreni Domini non fuistis, dum Christum et regem parili temeritate despicitis, et unus vobis ad utramque contumeliam ductus est criminum. Destinatus antistes ab ipso complendæ jussionis confinio oris vestri spiritus abripitur, et ad incentivam confusionis aptatur. Qui paci militaturus advenerat, invisis beati apostoli liminibus, ad usum furoris vestri jam nescius sui advocatur, et illud quod ex omnibus orbis cardinibus devotos attrahit positum in vicinitate transitur, ecclesiarum fundamentum adire non permittitur, structuram mediocris tunc spem bonorum fructuum perdidit a radice separatus. Dicatis forsitan apostoli genio decerpi, si putatur cœli civis terrarum locis includi. Tamen quamvis benedictio poscentibus ubique præstetur, et exigat præsentiam martyris fides, et devotio supplicantis, negari non potest diligentiæ natali solo suo plus tribui, et majorem affectum loca impetrare, de quibus ad superna transitur. Quam fidem allegationi curationum multitudo jam præstitit, et utitur post obsidionem diabolicam, testibus jam sanatis. Hæc licet per redemptorem nostrum in toto orbe celebrentur, est tamen non modica monumenti illius per frequentiam comparata nobilitas, quia per eum qui hominem mutavit in angelum, illustrari potuit natura telluris. Hanc visitatori vestro invidistis gratiam, æstimantes quia errorum vestrorum sectator esse desisteret, si reverendæ passionis penetralia contigisset. Ecce non habetis in regia auctoritate subsidium. Ecce post cœlestem commotionem juste vos et principalis, quam sperni fecistis, censura percellit.

Videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio. Visitatores inquiunt, et aliis episcopis dedit ipse, et justum est, ut facti sui lege teneatur, non vos in hoc titulo falsitatis incesso, et diu mendaciis adhærentia verba non arguo. Dico tamen latorem juris diffinitionis suæ, nisi velit terminis non includi, et nisi princeps fastigii summa moderetur, frustra ad illud de clericis quod dederit, jus vocatur. Lex probitatis et mentis est quæ hominem viventem sine lege castigat, proprie moribus impendit, quia necessitati non debet disciplinam. Aliorum forte hominum causas Deus voluerit per homines terminare, sed istius præsulis suo sine quæstione reservavit arbitrio, voluit beati Petri apostoli successores cœlo tantum debere innocentiam, et subtilissimam discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam. Nolite æstimare eas animas de inquisitoribus non habere formidinem quas Deus præ cæteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipso factorum utitur teste; quo judice, dicas forsitan, omnium animarum talis erat in illa disceptatione conditio. Replicabo uni dictum : Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlo (*Matth.* XVI, 18, 19). Et rursus sanctorum voce pontificum di-

gnitatem sedis ejus factam toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium est, ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur, de qua mihi videtur dictum per prophetam : Si hic humiliatur, ad cujus confugietis auxilium, et ubi relinquetis gloriam vestram? Quid si immunda mihi labia habenti, et nullis succensa carbonibus, ut Isaiæ concessum est, ut his ablutis ipsum ad possessionis suæ tuenda privilegia Petrum apostolum liceret evocare, quod ait precibus humana voce loqueretur? Quem si audiretis, hæc diceret : « Filii hominum usquequo graves corde, ut quid diligitis vanitatem et quæritis mendacium. Scitote quoniam mirificavit Dominus Sanctum suum (*Psal.* IV, 3-4). » Quid stabilita Christi manibus cupitis fundamenta subruere ? Dehonestat venerandi reverentiam nominis, qui adjutorem se in his quæ Deum jactat commissa pollicetur. Contumeliæ genus est quasi in solatio adesse sublimi, juxta Apostolum : « Tu quis es, qui judicas alienum servum (*Rom.* XIV, 4). Quid auribus imperitis illuditis, et graviorem vindictæ speciem facitis esse quam culpæ? Si odium debetis excessibus vos mundate. Cur liberius condemnatis scelera quam vitetis? Sui impugnator est, qui fornicationis officiis urget adulteria, et per animarum stupra carnis accusat. Scriptum nempe retinetis : « Maledicti omnes qui fornicantur abs te (*Psal.* LXXII, 27). » Fœdera ergo a nitore Domini sui obligatione dissolvitur, qui statutis cœlestibus minus mera fidei dependit officia; possessionis vestræ, vobis ut video claritas movit invidiam quam simulata in mali possessoris indignatione transfertis, dum desudatis impendiis. Arcem qua fuistis conspicui, crebris labefactatam ictibus, nisi obsisterem, proposuistis subruere et cœlo stabilitam machinam quanta sit obtendere per ruinam. Nolite præstolari de clade vestram victoriam; nolite triumphum superando perdere meis laboribus, meo sudore quæsitum; quidquid ad triumphum ducit, obtinui, quidquid vos illustres faceret in sede congessi. Vobis tribuit claritatem fax ista quam viperino liquore putatis exstingui. In perniciem propriam accenditur, qui sic sævit in gratiæ suæ germina ut plantas abscidat, liberior justo iracundia plus quam alios lacessit auctorem. Symmachi quos vocatis excessus si sunt illa qua et vos exspectatione sustineo nefas est peccantem patientiam judicis non amare. Quid nisi ultionem flagitat qui dum reus et ipse sit, vindictæ in alterum moras accusat?

253 Hæc illis a me vox debetur studiis, quoniam Deum dixisse teneo pronum hominem esse in malitiam, et omnem carnem amicam esse peccatis. Nolo occasione personæ innumeris datura dignitatem, fiat in abjectione possessio, ne dum homo incessitur lex divina frangatur; mihi credite, si sunt ista quæ dicitis. Respicio quia et in illis quibus nil tale dicebatur quid fuisset, inspexi. Errat qui falli Deo proximum credit : « Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus (*Hebr.* XII, 19), » vos potius olim filii, de quibus spiritalis ventrem partus onerabat ad adjuratam concordiam redite. Pio vos sinu, sicut habuerit hactenus Ecclesia mater accipiat, nunquam est sera correctio. Scit diu exspectare immodico labore quæsitos, nescit pro viribus despicere magno pretio comparatos; multis gradibus recursus est ad salutem. Præter desperantem nullus excluditur, fructus veniæ proximus est coronæ. Nolite Symmachum papam pressuris vestris juvare. Si reus est, mihi credite, cum cessaverit humanæ impugnationis ministerium, divinum mox succedet arbitrium. Nonne splendidissimi cognitoris lance prædicto aut pœna debetur, aut præmium. Syllogismos a me sermonum et schemata non quæratis. Antiquo adhuc utor reti post hominem, et irrisam a sapientibus sæculi cymbulam non reliqui. Illa me per mundi freta sustentat, ditat probatum in captionem hominum recte quod cernitis; redite ergo quia fuga vos nec dum essetis, agrestes eripuit; currite ad ovile, nec luporum vos exponatis insidiis, ne per moram amittatis gratiam sponte venientium, quia comtemptam invitationem gehenna subsequitur. Ergo si quid dulcedinis ut patet, debui, si quid districtionis ut attributus adeo magister implevi, providete ne diutius qualemcunque crucis meæ angulum rara levitarum corona circumdet, ne dolenda etiam extraneis in longum solitudo dominetur, ne labor uteri mei sterilitatis in te hostilem peperisset familiam, et numerosa proles per sinistros actus infecunditatem parentis ostendat.

Pauca sunt quæ asserui, sed quanta ex eis pendeant æstimate : « Venite, filii, audite, me timorem Domini docui vos (*Psal.* XXXIII, 12) ; » Romam respicite quam ab idolorum servitute sine auri, sine argenti pretio liberam sanguinis Christi fecit effusio, cui etiam meam servuli sui mortem jussit impendi, quæ per multa tempora famosis cultum delubris exhibuit, quæ diu venerata est in imaginibus dæmonum, quæ in laborante censu indiderat manus magistra terrorem, quæ suspexit potestatem numinum emptam pretio metallorum, cui sublimiores deos peperit exercitatior manus artificis, et divinitatem quam homo per fabricam contulit apud homines Dei habuerit formam majorem. Ecce jam Christo propitio ad novas fornaces simulacra redierunt. Ecce jam de obsoleta superstitione usus vester accepit quod lætetur. Dum de veteri Tonante nova merito vascula præparantur. Quid hanc adnitimini interrumpere quietem ? Quid ludere vanis intentionibus felicitatem ? Excusationem non habet furor iste si creditis. Non interest quibus itineribus ad mundi principem tendat, qui a sancta unitate discordat. Pingues hostias litat diabolo qui contristat Ecclesiam. Vanas ergo repudiate tendiculas, simplicem habet defensionem pacis affectus. Nimis armatus est qui illa quæ adversarius concordiæ ministrat tela contemnit. Sufficit contra omnia jacula jurgiorum fidei nuda oppositio. Quid Eulalii et Bonifacii tempora, dum malorum solatia quæritis revocatis in medium? Quid incrementis excessuum præsentatis vetusta contagia, et per iniquam voluntatem senectuti in operiendis delictis facitis nil licere? Alia tunc fuit causa discordiæ, et ubi narrando cogeret sustinere transacta, ostendere vobis nullum evenire solatium de comparatione factorum, quia illos quos ad pontificale fastigium intentioni obsequens fervor exerat, utrosque repuli. Hunc elegi, quia ex illis teste exitu nemo mihi placuit de istis contra regulas nitentem profugum feci; provectum legitime mundo impugnante servavi. Scitis ista, nec nova sunt, quia dum ille truditur, iste firmatur, vester mihi militavit assensus. Deinde cur in perniciem vestram læditis sacerdotale concilium ? Cur laceratis sententiam, in qua inspirante Christo oracula superna patuerunt, et inter Deum atque homines interpres exstitit lingua pontificum ? Quid generalis Ecclesiæ dolorem facitis, quamvis in principali, tamen in una commissum ? Illa enim cœli curia variorum dotibus aucta curalium, et multo Redemptoris nostri auro, ostroque decorata, nihil in illa discussione auctore se protulit, sed per humanæ linguæ ministerium divino militavit imperio, intellexit non esse suum quidquid impulsa constituit, nihil habet in illa sententia, nisi unde solata devotione gratuletur, peregrinum stylus sensit eloquium, inde sumens gloriam solam, quod infusa sibi et servavit et coluit. Quod his de exemplis evangelicis præparasti calumniam, sicut de vobis scriptum est : « erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium (*Isai.* XXVIII, 7). » Nam profanis memoratos verbis cæditis, et inscitiam proditis et livorem. Isti ergo resurrectionem corporis quam prædicant non credentes, hæreticis miscuere contagiis; isti quidquid abjurant linguis corde sectantur. Ergo quia dixerunt eum timendum esse qui potest occidere, et animam mittere in gehennam, ideo a fide aliena texuerunt. Ecce profundam imperitiam. En beatum Lucam cujus potestis assertione convinci, quid clamat : Timete eum qui post

quam occiderit corpus, habet potestatem animam mittere in gehennam. Quis locus hic erroris, nisi congruentia pari dictu exempli et historiæ verba concurrunt, nec diversum est ab intellectu catholico et lectionibus quod profertur? Nunquam bene nodus in scirpo quæritur, non involvit nebula prædicatæ lucis auctores. Resurrectionem ergo carnis non credunt, quia posse confitentur corpus occidi, quia peccatricem animam gehenna mancipari, densis cor vestrum vepribus suffocatur, interna vitia aliis certat ascribere, Joannis etiam apostoli jactatis scripta violari, quia ejus verbis dictum est : « Si dicamus quia peccatum non habuerimus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est (*I Joan.* I, 8). » De codicum diversitate nihil quæror, ideo ergo corrupta sunt apostoli monita, quia non junxerunt mendaces sumus, et quia non junxerunt, nos ipsos decipimus, non solum divinæ, sed etiam humanæ rationis ignari. Qui veritatem non habet, timendus recte censetur, nec alia re, nisi falsitate plenus est, qui integritate vacuus innotescit. Sed hæc in vobis non curanda sunt linguæ oratione, sed gemituum, nec magis sunt vobis exhibenda verba quam lacrymæ, quia liquidó nocens est qui insontibus, aut meritum culpabilis, aut nomen opponit.

Reliqua objectionum vestrarum capita non revolvam, præstat silentio damnanda sepeliri; nobilitatem dat facinoribus qui ventilationem ipsorum multiplici ad aures posteras relatione transmittit, beati Pauli est sequendam sententia qui monet per discipulum cunctos, et clamat : inanes quæstiones evita multa enim sunt in vestris propositionibus quæ ita feculentis ulnis peccandi amor amplectitur, ut fiant indigna memoratu. Plura levitas dehonestat dum subductis eviscerantur verba vestra ponderibus, et de religionis causis elocutio ventosa componitur. Auris congruenter sortita gravitatem quæ in palearum abundantia nihil est horreis illatura de tritico, dum infecundam frugibus culmorum parturit ubertatem, et spem de herbæ luxuria mentitur agricolis. De quibus nihil lucri ventilabra reperiunt igni debita incendioque peritura. De his scriptum est : « dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt (*Psal.* LXXV, 6). » Nihil est, charissimi, pace dulcius, si tamen saporem ejus non plenum amaritudine pectus excludat, breviorem quidem admonitionem debueram quam prolixam non parva vestri consideratio, et divini vobis jurgiis excitata fons protulit, usus est multa peccantium stricta allocutione non corrigi, et effusionem plurimi quam in delictis habuerunt, in monitoriis sermonibus hanc requirunt. Me satis est, et diligentiæ vestræ, et jussis cœlestibus obsecutum in his quæ secuta sunt locum sermonibus non relinquam, quia hæc refero mundi caput Romam per vestras intentiones esse prostratam, et nutricem pontificis cathedram quasi ultimum videre sedile despectam. Cujus vocem beatus Paulus excepit, et illa qua semper usus est eloquii intonuit libertate. Apostolorum principem lenitatis incessitis quod fluxis et profligatis mentibus parentis adhuc servaret affectum, ne in profundum ductis ulceribus ferro medicante succurreret, rescindenda docens lacrymis secreta morborum, et manifeste desperationi salutiferum esse vulnus adhibendum, ne dum manus medici per impietatem a sectione corruptæ carnis suspenditur, de abstinentia teli invitetur exitium, quia dum parcit ægris dextera curandos interficit. Nec grandis est differentia utrum lethum inferas, an admittas, mortem languentibus qui cum possit non excludit, inflixit. His ergo adversus eos oris januam patefecit aliquis. Omnis qui judicas in quo alium judicas teipsum condemnas. Eadem enim quæ judicas agis. Scimus quia judicium Dei est secundum veritatem in his qui talia agunt. Et iterum : « Beatus qui non judicat in quo probat seipsum (*Rom.* XIV, 22). » Quænam est ratio, ut prædicet non furandum qui furatur, et prodigam verecundiæ frontem nube vestiat impugnationis alienæ. Nemo recte monitoris personam accipit, nisi qui actibus suis errata condemnat. Et amorem innocentiæ conversatione demonstrat. Nam adjacet etiam publicanis amica moribus vitia damnare sermone, et sceleratoribus linguæ officiis punire quod diligunt, quasi non quoddam genus sit majorum excessuum dare rei affectum labiis quam mente despicias et ingenii virus colloquii melle vestire. Hæc si ago quasi vobis pudor, pudicitia, venustas aspectui liceret accusare doctorem, et adversus electum oris lividi morsus aptare, cum ante futura præscius per epistolam ad vos datam plena voce monuissem. « Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat. Quis est qui condemnetur?» (*Rom.* VIII, 33.)» Et iterum : « O homo qui judicas eos qui talia agunt, et facis illa, putas quoniam effugies judicium Dei? (*Rom.* II, 3.) » An divitias bonitatis ejus, et patientiæ et longanimitatis contemnis? Accusatis malitiam repleti iniquitate, fornicatione, immunditia, avaritia, nequitia, invidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, superbi, elati, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositi, sine affectione, sine misericordia, docetis fornicatoribus neminem esse miscendum adulterii Laurentii, aut sequaces, aut prævii per quos ille aut exercuit quæ habebat toxica, aut effundens monstravit quæ accepit. Post illam illecebrosæ communionis maculam, et pestem toto orbe exsecrabilem sacerdotes Dei quasi obsoleta comparatos communione culpatis, reos putatis esse qui subiere consortium nullo teste convicti, et sectamini hominem toto ecclesiasticæ inscriptionis, non dicam stylo, sed ense perfossum. Quod licet, non licet; et quod non licet, licet. « Quemadmodum Jamnes et Mambres restiterunt veritati (*II Tim.* III, 8), sic et vos mentem reprobi circa fidem proditores protervi, inflati, amantes voluptatem magis quam Deum habentes, speciem quidem pietatis, virtutem autem ipsius abnegantes. O vim doloris interni qui nequit expedire quod concepit, qui profundis ingestum visceribus loquendi affectum quem imperat vi irrumpit.

Nihil vobis ultra plus eloquar quod de oratione remanet, lamenta supplebunt. Post hæc si inter manus medicorum curatione ægrescitis, nunc aliqua cœpto salutis consideratio vos reducit saltem orbis parentem urbem vestram respicite. Ipsa vos post defensores suos apostolos mœrens aggreditur. Ipsa compellat, et si quid est pietatis, in reliquum orditur impetratura sermonem. Me quam Dei summi templa repudiatis favorum cultibus et novæ lucis nitore gaudente fecerunt esse conspicuam, quam post sacella sordentia, et multo pecudum tabo polluta ab hostiarum cruore Dominici et apostolici sanguinis effusione purgavit, quam reducta post longum sanitas febrium fecit delubra contemnere, quam a victimis 254 liberavit oblatio, quæ pacem Christi post idolorum inimicitias acquisivi, cui non fuerunt pene numerosiora dona quam numina, quam religio sua reddebat varia devotione mendicam, quam egestas oppresserat frequentia a diis suis beneficia postulantem, quæ Curios, Torquatos, Camillos quos Ecclesia irregeneravit et reliquos misi plurimæ prolis infecunda mater ad tartarum dum exhaustis emarcui male feta visceribus; quia Fabios servata patria non redemit decus multo sudore gloria parta nihil restitit, profugata est operum sine fide innocentia criminosis junctus est equi observantissimus, qui Christum ignoravit Scipio. Per totam veliem stylum ducere non orbate pectus sustinere pateretur infantiam. Sed quisquis lamentationis transacta relegit, lacrymarum tempora videtur optare, nemo creditur non odisse quorum relatione non læditur, quia siccam faciem de filiorum funeribus referens servat certo teste crudelitatis arguitur. Illa posteritas plus

mœroris attulit perdita, quam jucunditatis acquisita, relegamus, tamen quibus mutata sunt ista successibus. Ecce jam in illo sacrario libertatis nihil servile de idolorum cultibus invenitur. Ecce bonorum corona, orbis genius, flos Romanus qui diu veneratus est plenus sanctitate calcat altaria. Ecce jam curia mea ad cœlum vocatur, laudatur, accipitur. Nec possum dicere perdidisse me sobolem post gratiam baptismi quam repentina mors abstulit. Multos trabearum, et curulium possessores supremus regnator sine dispendio cultus, aut dignitatis amplectitur. Pene jam terreni munificentia triumphi divinum mereamur affectum, et ad Christi gloriam proficit quod mundo studetis esse venerabiles, mentior nisi egena agmina consulatus nostri in subsidio miseriarum præstolatur adventum, et enim purpura vestra quo anni vocabulum nobilitatis subripientem miseris vestimentorum largitate pellit algorem, prope jam iterum necessitatibus fuerunt auxilium decora fastorum, et in veteri infidelitate deposita in tali præparatione census dispendia efficiuntur lucra animarum. Ecce nunc ad gestatoriam sellam apostolicæ confessionis uda mittunt lumina candidatos, et uberibus gaudio exactore fletibus collata Dei beneficio dona geminantur. Quis tempore quo pretiosis verba partibus quo prolem nostram æterna genitrix rursus paritura nunc suscipit, cujus post primam nativitatem grandævis fletibus alvus impletur, quæ mihi prolem regenerando dulcem fecit esse quam peperi, quæ ad se venientes senium facit exuere et ad vitæ principia redire confractos? Quis hanc felicitatem, rogo, interpellatione committat? Quis per discordiam viperina mente compositam aure mihi sæculi jubet perire beneficia? Quis in renovatione mea occasum clandestinus inspirat, et per blandæ frontis speciem inimicitiis vires acquirit, generosam in tali negotio prosapiam non agnosco? Si qui sunt tamen summorum quos vilibus tempestatis hujus procella sociavit aliis auctoribus facinorum participatione maculantur. Splendor sanguinis, et si communionem criminum incurrit, nescit tamen ducem se præbere peccantibus. Habet forsitan reatum de neglecta cautione, non habet dignum supplicium de scelerum principatu. Sub quadam verecundia jungitur delinquentibus qui ad adulta jurgia convocatur. Non meretur desperationem perditi, in quo facilis tantum crudelitas improbatur. Vos potius video triviorum germina. Vos agnosco in quibus naturæ vilitas convenientes sibi mores peperit, quos degenerasse claritas fuerat, qui per mentitæ titulum religionis gaudetis impunitate vitiorum, quorum labia nunquam aut honorum sapor tetigit, aut quietis, qui fas omne origini parendo violatis, quos de latebris et specubus productos præsens causa monstravit. Quis ante concinnationem mali hujus qui cæteris agnovit diu favistis secreta quibus vos nox generationis abdiderat. Redite potius ad amicam cæcitatem, nobis serenam et diurnam lucem relinquite. Concordiam Ecclesiæ, aut absentia, aut correctione præstate. Si tamen vultis vos numerari inter splendidas prosapias actuum emendatione cognoscant.

Incipit actio quintæ synodi CCXVIII *episcoporum sub Symmacho papa, tempore Theodorici regis.*

Post consulatum Ameni cum in unum annuente Domino ante confessionem beati Petri apostolorum principis resedissemus, sancta synodus dixit, libellus qui synodali auctoritate contra eos qui adversus quartam nostram synodum quæ habita est Romæ palmari mutire præsumpserunt ab Ennodio conscriptus est coram omnibus deferatur, et in præsentia omnium legatur atque roboretur. Quo recitato, et ab omnibus consona voce roborato sancta synodus dixit : hæc futuris temporibus conserventur atque ab omnibus teneatur et in omnibus serventur. Hic libellus integerrime synodaliter ab omnibus teneatur atque inter quartæ et quintæ synodorum nostrorum actiones interponatur, et ita sicut harum synodorum decreta habeatur, quia synodali auctoritate conscriptus est, et roboratus. Ad quæ beatissimus papa respondit juxta vestram omnium fiat voluntatem, et ut judicatus apostolica habeatur auctoritas et inter apostolica quod dicitis interponatur decreta, et sicut cætera apostolica ab omnibus teneatur decreta. Ad quæ omnes ter una voce responderunt dicentes, ut fiat rogamus. Post quæ acclamatum est ab omnibus episcopis et presbyteris. Illi qui papam Symmachum accusaverunt, et damnationem ei inferre tentaverunt, et illi qui eum judicaverunt, aut contra nostram synodum garrire, aut scribere præsumpserunt, ut damnentur rogamus. Et paulo post omnes episcopi et presbyteri voce magna clamantes dixerunt : Exaudi, Christe, Symmacho papæ vita; dictum est octies. Cujus sedem et annos, dictum est decies; ut fiat rogamus, dictum est duodecies. Quibus cessatis, Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit : Quoniam fraternitas vestra singulari charitatis studio, pio ac vigilanti affectu, indefessis laboribus ac spiritu vivaci studuistis, venerandi patres, tutelam rerum ecclesiasticarum fovere, sedem apostolicam (quæ solida Petri confessione stabilita est) tueri viriliter, cui licet indigni Domino sic disponente præsumus, ac pravitatem nostram jamdudum multis afflictionibus impulsam virili protectione defendistis oblocutoribus et susurrantibus resistendo, qui novis semper insidiis, semper aliquid adversum nos et famam nostram moliuntur, quos spiritus ille divisionis, continuis exagitat aculeis, quibus est pax inimica, et discordia placens. Et quia vestra bonitas curam provisionis nostræ suis exhortationibus incitavit, et parilem circa Ecclesiæ tranquillitatem, Domini nostri contemplationem animi præstet flagitamus, ut circa insidiatores, et persecutores nostros mitius agatis, et licet juste damnentur propter misericordiam tamen conserventur ut in nobis illa Domini declaretur sententia, qua præcipitur, ita fratribus dimitti, sicut sibi a Domino cupiunt dimitti. De cætero vero ne unquam talia, non solummodo in apostolicæ sedis præsule a quoquam præsumantur, sed nec in ullo Christianorum episcopo usurpentur. Non ergo necesse est super his nova cudere, sed vetera recitare atque firmare. Est enim a multis antecessoribus nostris synodaliter decretum atque firmatum ut oves quæ pastori suo commissæ fuerunt eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, præsumant, nec ullatenus pro quacunque re alia, nisi pro sua injustitia accusare audeant, quoniam pastoris actus gladio oris non sunt feriendi, quanquam rite reprehendendi æstimentur, nec ullos episcopos suis rebus exspoliatos, vel a sedibus vi aut dolo, aut quocunque ingenio pulsos, sicut et vos de nobis judicastis, aut ad syno-

dum tam provincialem quam generalem posse convocare, aut in aliquo judicare antequam cuncta quæ eis ablata sunt legibus potestati eorum pacifice per omnia reintegrentur, decernimus. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, et Ecclesias quæ sublatæ sibi sunt cum omni privilegio suo restitui, et postmodum non sub angusto temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum exspoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum convocentur, et ab omnibus quisque provinciæ suæ episcopis audiatur. Nam nec convocari ad causam, nec dijudicari potest, exspoliatus vel expulsus, quia non est privilegium quo exspoliari possit jam nudatus. Unde et antiquitus decretum est omnes possessiones et omnia sibi sublata atque fructus cunctos ante contestatam litem præceptor, aut primas, possessori restituat. Et alibi scriptum habetur : ille qui violentiam pertulit, universa in statu quo fuerant recipiat, et quæ possedit securus teneat. Et alibi in synodalibus Patrum decretis, et regum edictis legitur statutum, redintegranda sunt omnia exspoliatis, vel ejectis episcopis præsentialiter ordinatione pontificum, et in eorum unde abscesserunt potestate funditus revocanda quæcunque conditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut virtute majorum, aut per quascunque injustas causas res ecclesiæ vel proprias aut substantias perdidisse suas noscuntur, ante accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum, et reliqua. Est etiam in antiquis Ecclesiæ statutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde et in Evangelio scriptum est : « Quod si aliquid defraudavi, reddo quadruplum (*Luc.* XIX, 8). » Et in legibus sæculi cautum habetur : Qui rem subripit alienam, illi cujus res direpta et in undecuplum quæ sublata sunt, restituat. Et in lege divina legitur : « Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui ; et dicit omnis populus : Amen (*Deut.* XXVII, 17). » Talia ergo non præsumantur absque ulla ultione, nec exerceantur absque sua damnatione. Accusatoribus vero inimicis vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis immorantur aut suspecti sunt ne credatur, ne irati nocere cupiant, ne læsi ulcisci se velint.

Quid ad hæc vobis, charissimi fratres, videntur prudentia vestra pro ecclesiastica quiete vel indemnitate universi edicite. Universa synodus dixit : Episcopalem persecutionem et ecclesiarum vel vastationem atque servorum Dei insectationem fulti prædicta auctoritate et omnium sanctorum Patrum prohibitione, vestraque consolatione communi tractatu pariter in futurum robuste ac veraciter amputantes sanctorumque Patrum statuta firmantes expressis sententiis sancimus, ne unquam talia a quoquam nostris, aut futuris temporibus præsumantur. Et silentio facto, Symmachus episcopus Ecclesiæ urbis Romæ dixit : Quod si aliqui hæc transgressi fuerint, et talia præsumpserint, quid super his vobis videtur pari adunatione manifestate. Cumque surrexissent, et paulo post iterum consedissent una voce dixerunt : Si quis hæc quæ hodie in hac sancta synodo prohibita sunt infringere præsumpserit, aut voluntarie transgredi tentaverit, si clericus est, gradu proprio penitus careat, si vero monachus aut laicus fuerit, communione privetur, et si non emendaverit, vicino anathemate feriatur. Secretas vero insidias vel manifestas pontificibus a quibuscunque illatas, vel ea quæ hujus sanctæ synodi sententia complectitur, si quis ad Ecclesiæ pertulerit notitiam, ponatur honore, et hi qui adversa eis moliuntur, sicut a sanctis Patribus dudum statutum est, et hodie synodali et apostolica auctoritate firmatur, penitus abjicientur, et exsilio suis omnibus sublatus perpetuo tradantur, hæc vero quæ in hac sancta synodo statuta sunt, et ea quæ in libello quem Ennodius nostra auctoritate conscripsit, sicut in præsentia nostra relecta sunt, ut propriis manibus roborentur, rogamus atque in perpetuum conserventur, sicut prædictum est, vestra apostolica auctoritate firmentur. Sed Symmachus Ecclesiæ urbis Romæ catholicæ episcopus dixit : Acclamationes vestras synodique judicium præsentia suscipient gesta. Adjecitque et dixit : Ea quæ ad suscipiendos veternosæ præsumptionis errores vel infensæ **255** pontificibus præsumptionis morbos quibus status affligi solet Ecclesiæ servorumque ejus deliberatio religioni congrua pacique constituit, perpetua sortientur firmitate, ut annuente Domino quem custodem rerum constat esse bonarum synodalis ordinatio vigeat, atque omnis qui sine personæ alicujus distinctione venire præsumpserit, imposita superius districtione plectetur, universa synodus dixit : Ut fiat rogamus, dictum est decies ; ut scandala amputentur et insidiæ atque detractiones erga episcopos vitentur rogamus, dictum est duodecies. Et facto silentio universi in sancta synodo congregati clamantes dixerunt : Exaudi, Christe, Symmacho vita, dictum est octies ; hic est pax cum Symmacho. dictum est novies. Cujus sedem et annos, dictum est decies ; ut de præsenti fiat, dictum est duodecies. Et paulo post cum resedissent, facto silentio universa synodus dixit : Quisquis clericorum aut monachorum, aut laicorum tam majoris ordinis quam etiam inferioris, post hanc formam nobis prolatam his decretis contraire præsumpserit, statutis canonicis velut schismaticus percellatur. Et subscripserunt : Celius Symmachus, episcopus sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ huic statuto a nobis inspirante Domino pacto subscripsi ; Laurentius episcopus Ecclesiæ Mediolanensis huic statuto a nobis inspirante Domino peracto subscripsi. Petrus Ecclesiæ Ravennatis huic statuto a nobis inspirante Domino peracto subscripsi. Eulalius episcopus Ecclesiæ Syracusanæ huic statuto a nobis inspirante Domino peracto subscripsi. Felix episcopus Terracinensis subscripsi. Stephanus episcopus Ecclesiæ Cordubensis subscripsi. Fortunatus episcopus Ecclesiæ Valensis subscripsi. Benignus Equivensis, Joannes Spolitanus,

lus Prænestinus, Stephanus Venusinus, Can- A Alexander Seleucensis, Valerianus Aphrus, Epafro-
Tudertinus, Valentinus Amiterninus, Fortu- dius Camesensis, Barrachos Nazensis, Charis Dio-
Fulgenatus, Grisogonus Albanensis, Euticius nysiopolitanus, Eusebius Clazomenus, et Baventia
nsis, Amandus Poturanus, Laurentius Bobia- Mipolitanus, Thomas Arliocomenus, Eliodorus Ame-
, Clorensis Calestinensis, Eusebius Fanestis, timos, Pergamius Atticenus, Eutropius Adadomen-
nus Numentanus, Propinquus Trebiatis, Aste- sis, Paulus Philodemensis, Longinus Apapermenus,
quinatis, Sylvanus Voliterninus, Epafroditus Theocustus Tyreu, Forticius Metropolitanus, Ciros
senus, Cintus Gerohensis, Helias Benedicanus, Simondensis, Libanus Palatonensis, Dolestos Se-
Tripolitanus, Polycarpus Gabalensis, Patri- bastensis, Danielus Cadolensis, Munichеus Lardicias,
rassensis, Menecratis Carosensis, Florentius Trunitanus ....., Strategius Pilobatensis, Aquila
nensis, Julianus Ipepotanus, Paulinus Perpe- Antodenus, Basilius Nacoriensis, Eustochius Docu-
us, Noenius Insenius, Petronius Martineus, nius, Quiriacus Eucarpensis, Abircitius Hieropoli-
ros Epitanensis, Isaias Cleas, Olimpius Evaci- tanus, Epiphanius Mardagensis, Philippus Liciados,
us, Rufinus Brionolitanus, Philippus Neasle- Mocinius Ephesinus, Mauros Baladensis, Eusebius
Basilicus Peleasicanus, Didimus Lampidensis, Dorileu, Martianus Sinalidensis, Calandion Alacar-
Firmiensis, Areton Ostiensis, Augustus Lipa- B nensis, Joannes Enidensis, Theodoretus Alabaudeu-
, Rusticus Bersentinus, Venantius Sinago- sis, Tigamus Appollonensis, Joannes Amizonensis,
, Victor Dunensis, Innocentius Tifernatius, Empitius Staconensis, Menandros Eracleos, Dinisius
cius Foroflammiensis, Sebastianus Siraninus, Latomenus, Panias Eristodensis, Placalus Lassu,
s Populonitanus, Emplius Voliterninus, Pro- Joannes Alinsdonensis, Dioffisius Antiochenus, Cre-
Forinovi, Venerius Pellensis, Colonius Foro- tomanus Afrondisius, Etherius Sinirnensis, Stepha-
nsis, Probus Carmamelensis, Vindemius Aventi- nus Ephesinus, Patricius Aidonopolites, Daniel Lam-
roculeianus Sepniatios, Fortunatus Abenignus, psacenus, Firmas Abidensis, Theusebius Ilui, Ste-
ius Vulternensis, Martianus Ecamensis, Bas- phanus Pinameni, Pionius Trodensis, Eulalius
itinensis, Pacatianus Coraliensis, Meras Corlo- Pianensis, David Ardimensis, Thalasius Panus,
, Macedam Maidonensis, Marcellinus Illidonen- Petrus Dardanensis, Diogenis Geticonos, Olimpius
ulus Progloriensis, Diodorus Listiniensis, Ne- Prudisiadensis, Theophilusadeo Adriopolites, Apra-
Musii, Theodorus Adria, Epiphanius Pergensis, monus Titanos, Theodorus Eradensis, Caligonus
sa Amphorensis, Alcimedescides Contraconi- Cladipotus, Theodorus Serunensis, Polichonus Dipo-
, Dionysius Ananensis, Andreas Satalenus, dinensis, Renos Juliolpoltus, Etherius Papiu, Petrus
us Salconensis, Croton Parsidonensis, Phi- C Gagrotanus, Antiochus Sinoponus, Atticus Lanensis,
Barbarensis, Theodorus Antipolleus, Leontius Uranius Iborensis, Paralius Adriponensis, Lucadius
nus, Antipatros Canimenos, Gratinus Panor- Minzitanius, Eustasius Galatinensis, Ministerus
is, Andreas Tholantanus, Nichilo Sacrafura- Amorrui, Aquilas Eudoxiados, Quiriacus Troano-
Romanus Bobonensis, Oniforus Iconiensis, densis, Pios Prothenissensis.
lensis Chronensis, Paulus Dernensis, Pathar- Explicit quinta synodus Romana sub Symmacho
istronensis, Eugenius Careufossides, Tyran- papa, indictione nona.
iadianensis, Ascolias Lalandenus, Steros Pro-
sis, Predialis Gizonus, Quintinus Focensis, *Incipit sexta synodus Romana sub Symmacho papa habita, tempore Theodorici regis, die Kalendas Octobris.*
ius Magnisias, Manias Amitii, Quiriacus Eleæ,
anus Bossionensis, Fominus Zitrenus, Feri- Cum in unum apud beatum Petrum apostolum
Archodonensis, Didimus Lapitensis, Steros sancta sexta synodus canonice a beato Symmacho
ianensis, Fnodorus Ametimos, Epafroditus Romæ congregata resedisset, Symmachus prædictus
enus, Olimpius Canensis, Didimus Lapicensis, episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ eidem
ios Laxs, Efrontius Bui, Florentius Motilensis, D synodo præsidens dixit. Quoniam religiosus sancto
s Rodensis, Genadius Mosonensis, Evandros Spiritu congregante conventus hortatur, ut quæcun-
eos, Joannes Trapotutanus, Philippus Agere- que pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt cura
s, Thomas Tilensis, Genadius Amonensis, diligentiore tractemus? Nos enim et apostolicæ sedis
Diapolitanus, Paulus Aristensis, Mathias The- moderamine compellimur, et ecclesiasticarum dis-
nensis, Eulalius Fibriensis, Amphilotius Fi- positione constringimur, sic canonum paternorum
is, Gaius Suetranensis, Eudoxius Eletensis, decreta liberare et retro præsulum antecessorumque
nus Corallensis, Eusebius Coctinensis, Obre- nostrorum decreta metiri, ut quæ præsentium
oracesiensis, Romanus Mirrensis, Aristoditos necessitas temporum restauranda sunt Ecclesiæ re-
onensis, Eudoxius Cotuatensis, Palladius Ca- laxanda exposcit, adhibita diligenti consideratione
nsis, Cirinus Patarensis, Stephamus Limiren- quantum fieri potest auxiliante Domino temperemus,
nodotius Telmisu, Maximus Zetilonensis, Mu- quia nos qui potissimi sacerdotis administramus
Lunensis, Florentinus Adrianopolitanus, officia transgressionum culpa respiciet, si in causis
es Neaspilitanius, Mesalimus Laudicensis, Dei desides fuerimus inventi, quia meminimus quod
us Salagessunensis, Olimpius Sozopolites, timere debemus et qualiter comminetur Dominus

negligentiæ sacerdotum. Sane reatu majore delinquit qui potiore honore perfruitur et graviora facit vitia peccaminum sublimitas dignitatum. Ideo tacere non debemus sed ea quæ necessaria fore agnoverimus, viriliter corrigere et emendare satagamus, et ea quæ nociva sunt exstirpare, prout Dominus dederit, non negligamus. Ab universis episcopis et presbyteris acclamatum est : Exaudi, Christe, Symmacho papæ vita; dictum est septies. Hæc confirmamus, et hæc docemus; dictum est octies. Doctrinæ vestræ gratias agimus ingentes; dictum est decies. Ista teneantur et ista observentur rogamus; dictum est duodecies. Dignus papa, dignus doctor. Et facto silentio, Symmachus episcopus dixit : Communis dolor et generalis est gemitus, quod intra Ecclesiam nostris et retroactis temporibus de invasione rerum ecclesiasticarum et vexatione sacerdotum cognovimus, quæ res non nos solos, sed omnes Domini tangit sacerdotes. Et, licet hæc a prædecessoribus nostris jam prohibita sunt, et tales præsumptores damnati, et a sanctis canonibus anathematizati, ne tamen denuo præsumantur, est etiam super his promenda sententia, ut qui eorum casum non timent, timeant saltem eorum perpetuam damnationem, et quod sæpe præsumitur, sæpius ut inhibeatur necesse est. Sancta synodus dixit : Hæc ne fiant denuo synodali conventu provida beatudini vestræ sententia enervari convenit, et ne in exemplum remaneat præsumendi funditus exstirpari. Symmachus episcopus dixit : Modo quia Deus præsentiam vestram votivam mihi concessit, necesse est rem fieri firmam, quam credo ecclesiasticis facultatibus convenire, ut agnoscant omnes quos vanus furor et avaritia excitavit, talia absque ultione non posse præsumi. Sancta synodus dixit : Scimus provisionem vestram necessariis studere. Et ideo in vestra est potestate sequenda disponere. Symmachus episcopus catholicæ Ecclesiæ urbis Romæ dixit : Magna quidem venerando et sacerdotali debetur cultura proposito cum imminet de studio quæ recta sunt non de necessitate disponere. Sed quoniam in aliquibus aliena postulantibus, vitiorum mater avaritia, repudiatis honestatis repagulis, totum putat expedire quodlibet; et ita dum prædæ inhiat, patientia supernæ civitatis abutitur exspectantibus correctionem cœlo moderante judiciis se existimant non teneri, cum clarum sit quod apud certos in occasione rapiendi procedat divinæ mora sententiæ. Sed nobis quos pastoralis cura et ecclesiastica astringit, pro dispensatione certa ratio reddenda substantiæ opus est, ut sollicitudinem nostram non solum ad præsentia, sed etiam ad futura sæcula porrigamus, ne ad animæ nostræ detrimenta contingat, si hi qui possunt statutis debere innocentiam præsumentes de libertate deliquerunt, cum religiosa possunt et nostra successores nostri potestate fulciri, legibus ecclesiasticis servientes. Sancta synodus dixit : Scimus spiritum Dei cor vestrum esse succensum, et instinctu Dei vos ita loqui. Quapropter omnibus summopere convenit observare ut oblationes fidelium a nemine præsumantur, et absque consensu et voluntate episcopi in cujus dignoscuntur esse parochia et potestate possidere vel dominari tententur; quoniam nonnulli memores sui pro remissione peccaminum suorum et paternæ, vitæ in creatione de facultatibus suis tam rerum immobilium quædam vero per scripturas Ecclesiis tradiderunt et Deo creatori suo perpetualiter habenda dederunt; quo contra adversis Deum minus timentibus, eatenus mortifera calliditate tenentur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam. Nec intueri corde possunt diem judicii, dum nimiæ cupiditatis delectantur ardore. Unde precamur ut antiquorum Patrum regulas quæ modo propter injuriam quorumdam quasi oblitæ habentur, renovetis, ut tale judicium super eis fiat, ut 256 aut manifeste hæretici qui Ecclesiam Dei scindunt, et anathematizati atque ab Ecclesia Dei extorres habeantur, aut per satisfactionem Ecclesiæ ad pœnitentiam, et demum juxta regulas ecclesiasticas ad reconciliationem recipiantur.

Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit : His ergo rite perpensis, ne illi in ruinam incidant et perpetuo damnentur exitio, et sancta Ecclesia pretioso Christi sanguine redempta restauretur, eique pie famulantes non opprimantur. Sed releventur mensura cum Dei nostri consideratione una cum nostro judicio sancimus, ut quicunque immemor aut memor interitus sui res ecclesiæ delegatas et Domino oblatas, absque proprii episcopi jussu possidens præsumpserit deinceps tenere, quocunque in loco et veritate comperta res Dei servis suis dissimulaverit, aut renuerit reformare, liminibus ecclesiæ ab episcopo ejusdem loci prius arceatur; indigne enim ad altare Dei properare permittitur qui res ecclesiasticas audet invadere, aut injuste, id est, sine licentia episcopi possidere, aut iniqua vel injusta defensione in eis perduret. Necatores enim pauperum judicandi sunt præfixo tenore, et si non emendaverint vitium exstirpandi. Debet tamen esse provisio ut vindictam admonitio manifeste præcedat et res usurpatas injuste qui abstulit aut injuste ablatas retinet, æquitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit, et necessitas compulerit demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat, neque quisquam per internas res Deum defensare nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit. Quod si præsumpserit et ipsius offensam et prædictæ damnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam hujuscemodi frena districtionis imponimus qui facultates ecclesiæ sub specie largitatis regiæ vel cujuscunque potestatis improba subreptione pervaserint. Sera namque de his rebus pœnitudine commovemur, cum jam transactis temporibus contra hujusmodi personas canonum suffulti præsidio se sacerdotes Domini erigere debuissent, ut non mansuetudo indulgentiæ ad similia perpetranda improborum audacia adhuc

quotidie provocaret. Nunc tarde injuriarum mole depressi damnis quoque compellentibus excitamur. Quod si is qui res Domini competit in aliis quam nisi res agitur maxime solet territoriis commorari sacerdotem loci ipsius ubi habebat episcopus hujusmodi pravitate contentus, neglectu personæ litteris instructum reddat. Tunc antistes, ipsius fratris anxietate comperta, aut pervasorem rerum Dominicarum admonitione corrigat, aut prætaxata canonica districtione condemnetur. Unde et in canonibus in Gangrensi Ecclesia apostolica auctoritate conditis, de fructuum oblationibus quæ ministris ecclesiæ debentur, et de his quæ in usus pauperum conferuntur, scriptum habetur.

Si quis oblationes ecclesiæ accipere vel dare voluerit præter episcopi conscientiam vel ejus cui hujusmodi sunt officia commissa, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit. Et iterum in eodem consilio : Si quis oblata Deo dederit vel acceperit præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit, anathema sit. Valde iniquum ergo et ingens sacrilegium ut quicunque vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit ab his quibus hæc maxime servari convenit, id est, Christianis et Deum timentibus hominibus, et super omnia a principibus est primis regionum in aliud transferri vel converti. Propterea qui hæc non præviderit et aliter quam scriptum est prædia ecclesiis tradita petierit, vel acceperit aut possederit, vel injuste defenderit aut retinuerit, nisi cito se correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur, sitque accipienti et danti et possidenti anathema, et institutæ pœnæ contubernium assiduum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui a religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit. Ab universis episcopis et presbyteris acclamatum est : Ut hæc penitus abscindantur, rogamus. Dictum est quinquies : Ut hæc amputentur precamur. Dictum est septies : Ut res ecclesiæ quibus traditæ sunt, intemerato jure serventur, rogamus. Dictum est septies : Ut se dum hoc quod persecutus est synodali conventu per omnia fiant unanimiter deprecantes rogamus. Dictum est octies : Ut in præsumptoribus vindicetur rogamus. Dictum est decies : Ut disciplina servetur rogamus. Dictum est undecies : Quæ male admissa sunt, per vos corrigantur. Dictum est duodecies : Ut illicita facta amputentur, ita ut deinceps non fiant rogamus. Dictum est tredecies : Ut apostolica ordinatio illibata servetur. Dictum est quatuordecies : Dignus papa quod non licet non fiat. Dictum est quindecies : Exaudi, Christe, Symmacho vita. Dictum est sexdecies : Ut canones custodiantur rogamus. Dictum quindecies : Ut ordinatio apostolica servetur. Diguus papa, dignus doctor, dictum est novemdecies. Hæc omnes unanimiter confirmamus, et ut unanimiter serventur rogamus, dictum vigesies. Per dominum Petrum ut perpetuo serventur rogamus, dictum vigesies. Qui hæc violarit, in se juxta in prætaxatum modum inveniat, dictum est vigesies.

Et facto silentio, Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit : Præsentis diffinitionis formam quæ juxta sanctorum Patrum est statuta sententias in omnium Ecclesiarum notitiam pervenire decernimus, ne cuiquam possit pro sua ignoratione licere quod non licet, et qui talia præsumpserint, sciant se prætaxato condemnatos esse modo. Similiter et hoc ad Ecclesiarum notitiam vestra cunctorum exhortatione et judicio censemus pervenire, et ab omnibus firmiter teneri, quia episcoporum res ecclesiæ uon dubitantur esse, si in eorum faculatibus simili fuerit crudelitate pervasores rerum memoratarum prædictæ canonum districtionis feriantur vindicta, ut qui majoribus propriis ac nulla conscientiæ castigatione corriguntur, saltem ecclesiasticæ et canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis; generaliter vero quicunque res ecclesiæ confiscare aut impetere, aut pervadere periculosa aut sua infestatione præsumpserit, nisi se citissime per ecclesiæ, de qua agitur, satisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter et hi qui res ecclesiæ jussu vel largitione principum, vel quorumdam potentum, aut quadam invasione aut tyrannica potestate retinuerint, et filiis vel hæredibus suis, ut a quibusdam jam factum audivimus, quasi hæreditarias reliquerint, nisi cito res Dei admoniti a pontifice, agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, ut potius custodes chartarum quam defensores rerum creditarum, ut præceptum est, judicemur. Sanandum est ergo celerius, ne longius exsecrandus animi morbus inserpat, ut si medicus, cum viderit hujus terreni corporis aliquem esse languorem, magnum suæ artis æstimat documentum, si cito quis illius interventu desperatus evadat, vel cum posse vulnus aspexeris adhibet fomenta, vel cætera quibus illud posset quod natum fuerat vulnus obduci, ac si id manens sanari non poterit ne corpus reliquum sua tabe corrumpat, ferro amputet quod nocebat, quo reliquum integrum et servet intactum. Præcidendum id ergo est quod velut puro sanoque nimium corporis vulnus obrepsit : ne cum tardius abstergitur, in ipsis pœnæ visceribus hujus mali non haurienda sentina confidat. Ferro enim abscidenda sunt vulnera quæ fomenta non sentiunt. Similiter et illi extorres debent fieri ab Ecclesia qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino : « Auferte malum a vobis (*Deut.* XIX, 19). » Universa synodus acclamavit : Ut ista fiant rogamus; dictum est octies. Ista serventur precamur, dictum est decies. Ut in perpetuum maneant et vestra auctoritate firmentur, dictum est duodecies. Exaudi, Christe, Symmacho papæ vita, dictum est duodecies. Et facto silentio, Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, synodo præsidens dixit : In hoc cognoscimus omnes quia Deum diliga-

mus, mandata ejus faciamus minus. Hæc enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus, et mandata ejus gravia non sunt. Justus est enim Dominus, et omnia judicia ejus justa sunt, atque omnes viæ ejus misericordia et veritas et judicium, in manu Dei potestas terræ, cui exsecrabilis est omnis iniquitas, in manu Dei potestas hominis, et super faciem scribæ imponet honorem suum. Perdit Deus memoriam superborum et iniqua gerentium, et relinquit memoriam humilium et bonorum hominum; hoc autem pro certo habet omnis qui recte colit Deum, quia vita ejus si in probatione fuerit, coronabitur, et si in tribulatione, liberabitur. Si vero in correctione fuerit, ad misericordiam perveniet. Omne quod irreprehensibile est catholica defendit Ecclesia. Non licet ergo imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata divina præsumere, nec quidquam quod evangelicis propheticisque et apostolicis regulis obviat agere, injustum enim judicium et definitio injusta regio metu vel jussu a judicibus ordinata non valeat, nec quidquam quod contra evangelicæ vel propheticæ aut apostolicæ doctrinæ constitutionem eorum, sive sanctorum Patrum actum fuerit, stabit, et quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit omnino cassabitur.

Nociva ergo sancti prædecessores mei damnare confidenter studuerunt, quorum et pusillitas mea, licet impar et minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio pedissequi cupit existere; væ enim erit nobis qui hujus ministerii opus susceptum habemus veritatem Salvatoris nostri Jesu Christi quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus; væ enim erit nobis si silentio veritatem oppresserimus qui erogare nummulariis jubemur, id est, Christianos populos imbuere et docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum ejus veritatem confundimur, prædicare? Quid erit de nobis cum commissis nobis animabus et de officio suscepto rationem justus judex Deus noster districtim exegerit? Ideo nos oportet semper nociva resecare, et, auxiliante Domino, profutura erigere. Unde objurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consulendo, prodesse quibus possumus festinemus; lingua nostra bonis fomentum sit, pravis aculeus, timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortando succendat, refugientibus suadeat; asperis blandiatur, desperatos consoletur, ut quia doctores dicimur viam salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditus contra hostis insidias solliciti muniamus, et si quando ovem perditam de commissis gregibus error abduxerit, toto illam adnisu ad caulas revocare Dominicas contendamus, ut de pastoris nomine, quod habemus, non supplicium, sed præmium consequamur. Quia ergo in his omnibus divinæ gratiæ adjutorio opus est omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoremus, quatenus ad hæc nobis operanda, et velle tribuat, et posse concedat, atque in ea nos via cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est dirigat, ut sine quo nihil possumus per ipsum omnia implere valeamus. Universa synodus surgens acclamavit : Placent omnia ; ut perpetua stabilitate firmentur rogamus; dictum est octies. Et adjecit : Exaudi, Christe, Symmacho vita, dictum est octies. Ut hæc intemerata serventur, dictum est decies. Ut ista intemerato jure custodiantur precamur, dictum est duodecies. Qui hæc sponte violaverit, perpetuo anathemate feriatur rogamus, dictum est quindecies. Ut decreta nostra confirmes precamur, dictum est decies et octies. Et facto silentio, Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ dixit : Acclamationes vestras synodique judicium præsentia gesta suscipiunt, et adjecit : Ea quæ ad sopien-

257 dos veternosæ præsumptionis errores vel infensæ rebus ecclesiasticis ægritudinis morbos, quibus universalis afficiebatur Ecclesia deliberatio religioni congrua pacique constituit firmitate perpete socientur, ut præstante Deo quem custodem rerum constat esse bonarum synodalis ordinatio vigeat, atque omnis qui sine personæ alicujus districtione venire præsumpserit, indita superius districtione plectatur. Et subscripserunt : Celius Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ his constitutis synodalibus a me probatis atque firmatis annuens sub.; Petrus episcopus Ravennatis Ecclesiæ his constitutis synodalibus a nobis probatis atque firmatis annuens sub.; Innocentius Direntium Tiberinorum, Felix Trarvensis, Severinus Tundaritanus, Bonefacius Aquileianensis; Silianus Veliternius, Maximus Bleranus, Sebastianus Furanus, Emilianus Furanus, Mercurius Ganinati, Maximus Ticinensis, Felix Atellanus, Cassianus Mutinensis, Rusticus Fuxentinus, Cerentius Siculensis, Propinquus Tabensis, Stephanus Venusinus, Adeodatus Formianus, Laurentius Benensis, Bonifacius Cameritanus, Fortunatus Fulginensis, Justus Signatinus, Mercurius Siviternus, Vindemius Anteatinus, Stephanus Neapolitanus, Augustus Liparitanus, Hilarius Teusanus, Valentinus Amiternus, Maximilianus Perusinus, Fortunatus Suestanus, Innocentius Ferentinatis, Jocundus Augustanus, Concordius Mesitanus, Trigidius Tauriganus, Vitalis Fundanus, Viticanus Celemensis, Castus Portuensis, Joannes Ariminensis, Aristus Ostiensis, Proculeianus Sepinatis, Martirius Traconensis, Candidus Tiburtinus, Victor Lunensis, Aprilis Laterianensis, Asterius Aquinatis, Asellus Populoniensis, Crisogonus Albanensis, Memor Cassinuus, Amadus Potentinus, Colonius Foroclodiensis, Romanus Numentanus, Helpidius Voliternus, Ursus Reatinus, Joannes Turritanus, Cresconius Tudertinus, Adeodatus Silvæ candidæ, Innocentius Navenatis, Venerius Pallensis, Joannes Spolitanus, Rogatus Tauromenitanus, Eustasius Cremonensis, Servusdei Forevensis, Laurus Vergomatis, Probus Carcimeianensis, Euscarpius Meresarpæ, Dulcius sancti Autimi, Rufertius Agnatinus, Leucadius Injuricanus, Serenus Nolanus, Eufradius Galatinensis, Martianus Acanus, Theotistos Pessimitos, Euticius Tranensis, Helpidius

enenterius, Fortunatus Anagninus, Misterius rius, Paschasius Vulternensis, Aquilas Eudoxia- nnocentius Forosimproniensis, Quiriacus Troo- asis, Felix Nepesinus, Pios Petenissensis, Hila- 'empranensis, Longinus Ortissu, Joannes Nea- inus, Talasius Cæsariensis, Constantinus Militi- s, Musonius Hissenus, Acasius Arimatheus, Fir- s Termus, Adonius Gravissu, Patricius Tianen- annes Artis, Theodotius Naciazensis, Dorocheus sariensis, Aristomachus Colenensis, Ciros Ci- nensis, Joannes Sebastensis, Ceccupius Se- nopolis, Joannes Polemnacus, Grandus Cerasa- s, Atarbius Talebuntis, Seleuco Amassenus, nius Amissenus.

cit sexta synodus Romana sub Symmacho papa.

tola ejusdem ad Laurentium Mediolanensem archiepiscopum.

ectissimo atque charissimo fratri Laurentio lanensis Ecclesiæ archiepiscopo Symmachus pus in Domino salutem. Prodit religiosæ vo- conscientiæ mens laudibus devota pontificum io ingenii est Deo obsequentibus mancipare loquimur, in quorum præconiis forte augustus præfulget imperitiam manifestat, tamen si eatur infantia quis mendicam narrationem et quam vota locupletant? Sæpe in facundiæ do- pauper invenitur vena prædicantis, et e diverso rus cordis irradiat in egestate verborum. Qui Dei judicat non desiderat picta alloquia, sed ufucatus commendat nitor ingenii, quia in his sine amore blanditur eloquentia in illis splen- n suum veritas nuda commendat. Sive falleris, nne quod dictat affectio ad unguem fabricatur uæ volumus non tam speciem recti habere similitudinem. Ad te, venerabilis mihi anti- maxime sermo est cui immeritorum testimonio cepit vocabulo in quo actus eloquitur vel quod omen appellat. Provida parentum diligentia m, prius te eligi voluit quam probari. Te olim aribus inhærentem titulis castrensis sudor uit. Et ad Ecclesiæ gubernacula pars adver- idavit, sicut Dominus loquitur per prophetam: in minimo fidelis, et in magno fidelis est (*Luc.* 0). » Te sacrum judex et consilii comitem me- t laboris. Bene initiandus altaribus et in laica rsatione quod sacrum esset elegisti. Tu pudici- n illa ætate custos inventus es. In qua et lex uitur desideriis. Satis est enim pueritiæ ambi- quam licentia fulcit horreri, Christus milites quos in personam dulcis attollat inter acies, it hostiles. Ascitus Ecclesiæ pontificem actibus sti ante tempora dignitatis. Non advena beni- s fuit quæ naturæ innixa radicibus de cano flore en ostendit. Temporale enim est omne quod ur, perpetuum quod cum ætate maturescit. tibi sacerdotium rem doni credimus evenisse ræmii. Alii vulgari gratia lenocinante commen- ur, tibi rigida circa culpabiles districtio dedit um. Manet de singularis sapientia, quæ licet generaliter optanda est, tamen existit in magistro necessari frustra monitoris personam suscipit, qui impacti non prævalet æstimare pondus officii vilissimus comparandus est, nisi præcellat scientia, qui est honore præstantior. Dedit tibi apicem res judicii non favoris dignus pontifice est amor, quem censura conciliat. Devenustat institutoris genium, qui per solam gratiam vult placere. Tu his eruditus et formatus cœli beneficiis plus agendo populum instituis quam docendo. Illa monita discipulorum conscientiam erudiunt quæ probantur exemplo. Sine pudore invitat ad innocentiam, qui illam fuerit ipse sectatus. Te inter secreta penetralium quo si testem metuunt qui peccare disponunt. Nascentibus culpis metus, et reverentia tua negat effectum. Qui inter exordia occurrit vitiis, et occasionem lapsuum adimit, et concupiscentiæ purgat auctorem, hæc beatitudini tuæ quasi strictim pro linguæ meæ commendatione dedicavi, si precibus vitæ successus arriserit gestorum tuorum plena me relatione consecrabo, ut quæ universis nota sunt mansuris in posterum litteris quatenus gaudeat acta secutura serventur.

Item epistola ejusdem ad Liberium patricium.

Symmachus episcopus Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ Liberio patricio salutem. Cum pro veneranda religione conscientiæ verba dirigitis in Aquileiensis electione pontificis et divinis initiata lingua cultibus militat consecrando in ignoti nos diligentia sermonum vincula tenuerunt, quia nihil superat divitiis, quoties aliquid probatus extulerit. Qai enim sententiæ sequacium derelinquat quando justitiæ obsequitur, cujus in examen definitio non vocatur. Agitis bono conscientiæ quod vestro vix negatur imperio. Exivit inter arbitros Marcellini venerabilis collega, maximus hominum humilitate sublimior, et ne potestati favor pro aliquos ascriberetur interpretes, quod de proprio decerpsit ingenio, laudati junxit ad pretium. Egistis mediocrem, ne præcelsi esset suscepta prædicatio, clarissimorum testimonia ut vires accipiant culmina castigantur, felix sacerdotium cui faciem prætulit plena mens luminis. Beata conversatio, quæ idcirco in discussionem deducta est, ut tanto viro affabulante superaret. Quæ non didicisset saporem victoriæ, nisi subjacuisset incertis. Semper innocentibus gloriam adversa pepererunt, providet defensores fortissimos mediocris inpugnatio. Sed quid epistolæ terminos loquacitate produxi, coactas lege paginas in humana concinnatione transgressus. Jungo et ego amplissimis partibus pro modulo exiguitatis proprie vobis cœlo obsequente consensum, et quod mirabile inter homines habetur consideratione vestri attrahor ad amorem, inspirata mihi per alterum placere affectio, dum manet charitas imis inserta visceribus, peregrinante persona comitem se tamen cœlestis gratia desideriis jungat, et dum cupitis datur affectus, aut veniat bonum pontificatus aut faciat. Data XVIII Kalend. die, indictione VIII.

INCIPIUNT DECRETA HORMISDÆ PAPÆ.

1. Adversus Nestorii et Eutichetis blasphemias.

2. De mysterio Trinitatis, quid personæ, quid designent substantiæ.

3. De divinitate et humanitate Domini Jesu Christi.

Gloriosissimo atque clementissimo filio JUSTINO, AUGUSTO, HORMISDA episcopus.

Inter ea quæ ad unitatem Ecclesiæ pertinent, propter quam Deus clementiæ vestræ elegit imperium, in litteris contulistis, hoc quoque venerabilis imperator cura fidei, cui multipliciter vos studere declaratis, adjecit, ut aliquorum preces perferendæ ad humilitatis meæ notitiam jungerentur; quibus vel quid quæstionis oriretur agnoscerem, vel ad submovendum propositæ consultationis ambiguum responsum a me religiosæ sententiæ conveniens redderetur, legi omnia sollicitudine quam decebat; et licet ad responsi plenitudinem sufficere potuisset, si illa tantum quæ ab auctoribus sunt definita subscriberem, tamen, ut religiosi propositi vestri remunerarem affectum, non subtrahendum credidi mihi quoque sermonis obsequium.

CAP. I. Quid enim est quod emergentibus Nestorii et Eutichetis venenis paterna omisit instructio? Pene omnes impietates cum inventoribus tam nefandorum dogmatum convenientia in unum synodica decreta presserunt, nec ulterius remansit locus ullus tam diris perfidiæ seminibus amputatis, aut Christum Dominum credere sine carnis fuisse veritate, aut eumdem non et Deum et hominem de materni uteri intemerata fecunditate prodiisse, cum alter eorum dispensationem, qua salvati sumus negando quantum in ipso est irritam faceret, alter opinione contraria sed impietate consimili in eodem Domino nostro Jesu Christo potestatem divinam a vera humanitate secluderet; neque ille recordatus, quia palpandam carnem suam Christus ostenderit, neque ille Evangelii memor verbum carnem factum esse dicentis, cui vox Domini indeficienter insonare debuerat, quia dixit et docuit: « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo (*Joan.* III, 13). » Sæpe hæc et multis precedentium sunt comprehensa sententiis. Sed nec clementia vestra, licet jam dicta sint, fastidiose poterit repetita cognoscere, nec nobis pudor ea quæ sunt a prædecessoribus nostris prædicata revolvere. Neque enim possibile est, ut sit diversitas prædicationis ubi est una forma veritatis; nec ab re judicabitur alienum si cum his cum quibus convenimus fide congruamus et dogmate. Revolvantur piis mansuetudinis vestræ auribus decreta synodica. Et beatæ papæ Leonis convenientia sacræ fidei constituta. Eadem invenietis in illis quæ recensueretis in nostris. Quid ergo est post illum fontem fidelium statuendum? Quid amplius si tamen fidei terminos servat, quilibet curiosus scrutator inquirat. **258** Non opus adjectione plebis, aut instructione perfectis, nisi forte mavult quisquam dubitare quam credere, certare quam nosse, sequi dubia quam servare decreta.

II. Nam si Trinitas Deus, hoc est, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Deus autem unus specialiter legislatore dicente: « Audi, Israel, Dominus Deus tuus unus est (*Deut.* VI, 3), » qui aliter habet, necesse est, aut divinitatem in multa dividat, aut specialiter passionem ipsi essentiæ Trinitatis impingat, et quod absit a fidelium mentibus, hoc est, aut plures deos more profanæ gentilitatis inducere, aut sensibilem pœnam ad eam naturam quæ aliena est ab omni passione transferre. Unum est sancta Trinitas, non multiplicatur numero, nec crescit augmento, nec potest aut intelligentia comprehendi, aut hoc quod Deus est discretione sejungi. Quis ergo illi secreto æternæ impenetrabilisque substantiæ, quod neque ulla visibilium vel invisibilium creaturarum potuit investigare natura profanam divisionem tentet ingerere, et divini arcani mysterium revocare ad calculum moris humani? Adoramus Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, indistinctam distincte, incomprehensibilem et inenarrabilem substantiam Trinitatis, ubi et si admittit numerum ratio personarum, unitas tamen non admittit essentiæ separationem. Ita tamen ut servemus divinæ propria naturæ, servemus propria unicuique personæ: ut nec personis divinitatis singularitas denegetur, nec ad essentiam hoc quod est proprium nominum transferatur. Magnum est sanctæ et incomprehensibile mysterium Trinitatis. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, Trinitas indivisa. Et tamen notum est, quia proprium est Patris ut generaret Filium, proprium Filii Dei, ut ex Patre Patri nasceretur æqualis, proprium Spiritus sancti, ut de Patre et Filio procederet sub una substantia deitatis.

III. Proprium quoque Filii Dei, ut juxta id quod scriptum est, in novissimis temporibus Verbum caro fieret, et habitaret in nobis, ita intra viscera sanctæ Mariæ virginis genitricis Dei unitis utriusque sine aliqua confusione naturis, ut qui ante tempora erat Filius Dei, fieret filius hominis, et nasceretur in tempore, hominis matris vulvam non aperiens, et virginitatem matris deitatis virtute non solvens. Dignum plane Deo nascente mysterium, ut servaret partum sine corruptione, qui conceptum fecit esse sine semine servans quod ex Patre erat et repræsentans quod ex matre suscepit. Nam jacens in præsepio videbatur in cœlo; involutis pannis adoratur a magis, inter animalia editus ab angelis nuntiatur, vix ingressus infantiam annuntians mysticam sine instituente doctrinam; inter rudimenta annorum puerilium edens cœlestium signa virtutum. Idem enim

Deus et homo non ut ab infidelibus dicitur sub quarta introductione personæ, sed ipse Dei Filius Deus et homo idem virtus et infirmitas, humilitas, et majestas, redimens, et venditus, in cruce positus, et cœli regna largitus. Ita nostræ infirmitatis particeps ut possit interimi, ita ingenitæ potentiæ Dominus ne possit morte consumi. Sepultus est juxta id quod homo voluit nasci; et juxta id quod Patri erat similis, resurrexit, patiens vulnerum et Salvator ægrorum unus defunctorum, et vivificator obeuntium, ad inferna descendens, et a Patris gremio non recedens. Unde et animam quam pro communi conditione posuit, pro singulari virtute et admirabili potentia mox resumpsit. Hæc ita esse, nec ullam dubitationem oportere recipere, id est, ne Dominus noster Jesus Christus aut inter corporis passiones Deus non esse crederetur, aut ne Deus tantum non etiam homo inter opera mirabilium stupenda virtutum proposito nos duorum apostolorum informavit exemplo Deum esse se Christum Dominum nostrum Petri fide, hominem Thomæ dubitatione declarans. Quid intererat, ut quem se homines dicerent discipulos vellet inquærere, nisi ut respondente Petro : « Tu es Christus Filius Dei vivi (*Joan.* XI, 27), » fateretur non hoc de carne et sanguine proditum, sed Patre Deo inspirante revelatum, ut per testimonium laudare responsionis fides patefieret veritatis? Quid etiam intererat, ut apparente post resurrectionem Domino, Thomas tantum abesset cæteris, ut solus ambigeret, ut dum unius manibus se pateretur tangi, ab universitate fidelium quis esset, possit agnosci? Non ergo ad explorandum discipulum interposita est dubitatio sed quæsita prosperitatis instructio. An ne aliud exspectat quod se idem Dominus Cleophæ cum alio discipulo, cum ad Emmaus tendentes de se loquerentur, inseruit. Et quanquam de resurrectione Domini per mulieres quæ primæ ad monumentum convenerant, agnovissent, tamen ut per eorum dubitationem daret futuris sæculis credendi firmitatem incipiens a Moyse et omnibus prophetis « oportuisse Christum pati, et ita intrare in gloriam suam (*Luc.* XXIV, 26), » interpretatur. Ostendit per passionem humanam naturam et divinam in eo esse per gloriam multiplicibus hæc sanctarum Scripturarum insinuantur exemplis. Nec apud religiosam conscientiam tuam, venerabilis imperator, tanquam ignota dicuntur, fides enim ipsa quam a te constanter asseritur tibi, reddit hoc muneris, ut sensibus tuis et affectum sui inferat, et scientiam per quam diligentius asseratur, infundat. Et tamen interest dispensationis mihi creditæ, ut ego quoque vel apud scientes nota, non taceam, ut succedente sibi per vices temporum catholicorum prædicatione sensuum, quod indeficienter asseritur, sine fine credatur, latius hæc quæ ad deitatem humanitatemque Domini nostri Jesu Christi pertinent, et in eo unitas sine confusione naturas potui, secundum veterum definita disserere, si esset adversus eos qui his discutiunt disputandum. Sed cum in manibus omnia sint, et synodica constituta, et beati papæ Leonis dogmata, perstrinxisse, potius pauca quam evolvere credidi convenientius universa. Nunc vero agnoscere satis est et cavere, ita proprietate et essentiam cogitandam ut sciatur quod personæ, quod nos oporteat deferre substantiæ. Quæ qui indecenter ignorant, aut callida impietate dissimulant, dum omittunt quod sit proprium Filii in Trinitate tendunt insidias unitati. Sed si quæ prædicata sunt, validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione receditur, et constanter quæstionibus obviatur.

Sacra Justini imperatoris ad Hormisdam papam.

Sacratissimo ac beatissimo archiepiscopo almæ urbis Romæ et patriarchæ HORMISDÆ, JUSTINUS imperator.

Scias nobis, Pater religiosissime, quod diu summis studiis quærebatur patefactum, et antequam advenerint, qui a nobis destinati sunt, quod Joannes vir beatissimus antistes novæ Romæ noster, una cum clero vobis consentiunt, nullis variantes ambiguitatibus, nullis divisi discordiis. Scias libellum ab eo subscriptum quem offerendum indicaveras sanctissimorum Patrum concilio congruentem, quo omnes concurrunt alacri opere suscipienda vota, tam nostræ quam Constantinopolitanæ sedis quos veritatis coruscus fulgor illuminat. Omnes acceleranti libentissime quos oblectat via dilucida, ut sequantur scita Patrum sanctissimas leges probatissimasque, et consiliis quorumdam firmatis, qui rectum tenebant tramitem aliorum correctis qui vagabantur, incerti in eos res colligitur, ut unitatem individuæ Trinitatis ipsi quoque in unitate colant mentium, negatum est inter divina mysteria memoriam in posterum fieri libelli quem diximus Acacii prævaricatoris quondam regiæ hujus urbis episcopi, necnon et aliorum sacerdotium qui vel primi contra constituta venerunt apostolica, vel successores erroris facti sunt, et nulla usque ad ultimum diem sunt pœnitentia correcti. Et quoniam omnes nostræ religionis admonendi sunt, ut exemplum imitentur civitatis regiæ, destinanda ubique principalia præcepta ediximus. Tanto flagramus religionis officio, tanto affectamus studio pacem catholicæ fidei pro remuneranda celeriter pacem, nostræ reipublicæ pro conciliando subjectis meis superno præsidio. Quid enim gratius reperiri potest, quid justius, quid illustrius, quam quis idem regnum continet idemque fidei cultus irradiat, eos non diversa contendere, sed collectis in eisdem sensibus instituta venerari non humana mente illata, sed in divinæ providentiæ spiritum? Oret igitur vestræ religionis sanctitas, ut quod pervigili studio pro concordia Ecclesiarum catholicæ fidei procuratur, divini muneris opitulatio jugi perpetuitate servari annuat. Data decimo Kalendas Maii, Constantinopoli.

Libellus fidei Joannis Constantinopolitani episcopi directus ad sanctum Hormisdam papam, in quo anathematizat Nestorii et Eutichetis et reliquorum hæreticorum blasphemias.

Redditis mihi litteris vestræ sanctitatis in Christo,

frater charissime, per Gratum charissimum comitem, et nunc per Germanum et Joannem reverendissimos episcopos et Felicem et Dioscorum sanctissimos diaconos, et Blandum presbyterum lætatus sum de speciali charitatis vestræ sanctitate quod unitatem sanctissimarum Dei Ecclesiarum secundum veterum Patrum requiris traditionem, et dilaceratores rationabilis gregis Christi amore pulsare festinas. Certus igitur scito per omnia, sanctissime, quia secundum quod vobis scripsi tecum cum veritate sentiens omnes a te repudiatos hæreticos renuo, et ego pacem diligens sanctissimas Dei Ecclesias, id est, superioris vestræ et novellæ istius Romæ unam esse accipio illam sedem apostoli Petri et istius augustæ civitatis unam esse definio. Omnibus actis a sanctissimis quatuor synodis, id est, Nicæna, Constantinopoli et Ephesi et Chalcedonæ, de confirmatione fidei instituta esse Ecclesiæ assentio, et nihil titubare de bene judicatis patior. Sed et conantes aut nisos usque ad unum apicem placitorum perturbare lapsos esse a sancta Dei generali et apostolica Ecclesia scio, et tuis verbis recte dictis evidenter utens per præsentia scripta hæc dico, quia prima salus est recte fidei regulam custodire, et a Patrum traditione nullatenus deviare; quia non potest Domini nostri Jesu prætermitti sententia dicentis : « Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam (*Matth.* XVI, 18), » hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica inviolabilis semper catholica custoditur religio : hæc igitur fides. Nec cadere cupientes, sed Patrum sequentes in omnibus constituta anathematizantes omnes hæreses et præcipue Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ urbis fuit episcopus, damnatum in concilio Ephesino a beato Cœlestino papa urbis Romæ, et a venerabili viro Cyrillo episcopo Alexandrinæ civitatis et una cum illo anathematizamus, et Eutichem, et Dioscorum Alexandrinæ civitatis episcopum, damnatum in sancta synodo Chalcedonensi quam venerantes sequimur et amplectimur. Quæ sequens sanctam synodum Nicænam apostolicam fidem prædicavit; his conjungentes Timotheum parricidam, Hellurum cognominatum, anathematizamus, et hujus discipulum et sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum similiter condemnantes. Anathematizamus similiter Acacium quondam Constantinopolitanæ urbis episcopum, complicem eorum et sequacem factum, nec non et perseverantem eorum communioni et participationi. Quorum enim quis communionem amplectitur eorum similem adjudicationem in condemnatione consequitur. Simili modo et Petrum Antiochenum condemnantes anathematizamus cum sequacibus suis, et omnibus suprascriptis : unde probamus et amplectimur epistolas omnes beati Leonis papæ urbis Romæ quas conscripsit de recta fide. Quapropter, sicut prædiximus sequentes in omnibus sedem apostolicam, et prædicamus omnia quæ ab ipsa decreta sunt et propterea spero in una communicatione vobiscum quam apostolica sedes prædicat me futurum, in qua est integra devotio Christianæ religionis et perfecta soliditas, promittens in sequenti tempore sequestratos a communione Ecclesiæ catholicæ id est in omnibus nos consentientes sedi apostolicæ earum nomen inter sacra non recitandum esse mysteria. Quod si in aliqua professione mea deviare tentavero, his quos condemnavi et per condemnationem propriam consortem **259** me esse profiteor. Huic vero professioni subscripsi manu mea et direxi per scripta tibi Hormisdæ sancto et beatissimo fratri et papæ magnæ Romæ per supradictos Germanum et Joannem venerabiles episcopos, Felicem et Dioscorum diaconos, et Blandum presbyterum. Et alia manu : Joannes, misericordia Dei episcopus Constantinopolitanæ novellæ Romæ huic me professioni consentiens omnibus supradictis subscripsi sanus in Domino. Ora pro nobis, sanctissime et beatissime frater. Data mense Martio, die XXVIII, indictione XI, consulibus Domino Justino imperatore Augusto et Heradio IV CC. æra DC.

Epistola Hormisdæ papæ ad Joannem eptscopum Militanæ Ecclesiæ de communione Constantinopolitanæ Ecclesiæ.

Vota nostra charitatem tuam latere nolumus, ne qui particeps fuit sollicitudinis gaudiorum fructu reddatur extorris, et ideo Constantinopolitanam Ecclesiam ad communionem nostram rediisse Domino propitiante tradentibus significamus alloquiis, et mandatorum quæ legatis nostris dedimus in omnibus seriem fuisse completam, de qua parte, ut ad dilectionem tuam plenius perfectæ gaudium perveniret, libelli Joannis fratris et consacerdotis nostri episcopi Constantinopolitani et Justini clementissimi principis Orientis sacrarum litterarum exemplaria pariter credidimus destinanda, judicantes nihilominus per Orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Superest ut a nobis competentibus precibus divinitas exorata concedat, quatenus de aliarum quoque Ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea vero quæ significare curavimus, in eorum sacerdotum qui fraternitati tuæ vicini sunt curabis perferre notitiam ut et ipsi de effectu tantæ rei gratias nobiscum cœlestis misericordiæ beneficiis referre non cessent. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.

Item ad Joannem episcopum de directis institutis et vice commissa.

Dilectissimo fratri JOANNI HORMISDA.

Fecit dilectio tua rem charitati et fidei congruentem ut adventum suum ad Italiam nobis directis litteris indicaret, et quæ in te sit summa religiosæ voluntatis ostenderet. Atque utinam ad plenioris affectus satietatem præsentiæ tuæ nobis gaudia contigissent, ut gratularemur nos et colloquio et pœnitentia frui, quam summus ante per scripta complexi, verumtamen probasti, dilectissime frater, quo Christianam fidem veneraris affectu. Dum ea quæ ad regulas Patrum pertinent, et ad mandata catholica sine aliqua cupis transgressione servare sperans, ut prorogatis generalibus ad

Hispanienses Ecclesias constitutis super quæ aut negligentius aut irreligiosius fiunt ecclesiasticis disciplinis congruentia sanciamus quod amplexi sumus. Quid enim aut nobis dulcius quam cum fidelibus loqui, aut Deo aptius quam deviantes ab errore revocare? Salutantes igitur charitatem qua jungimur per Cassianum diaconum tuum significamus nos direxisse generalia constituta, quibus vel ea quæ juxta canones servari debeant competenter ediximus, vel circa eos qui ex clero Græcorum veniunt, quam habere oporteat cautionem, sufficienter instruximus. Sed causæ ipsius ordinem instructionemque abunde decretis ecclesiasticis vos docebunt, ut agnoscentes et impiorum transgressionem et apostolicæ sedis curam pro Patrum regulis excubantem, ostendatis vos perosos damnatorum consortia, et amare fidelium. Et quia per insinuationem dilectionis tuæ hujus nobis est viæ patefacta prudentia, remuneramus sollicitudinem tuam, et servatis privilegiis metropolitanorum vices vobis apostolicæ sedis eatenus delegamus, ut inspectis istis sive ea quæ ad canones pertinent, sive ea quæ a nobis sunt nuper mandata serventur, sive quæ de ecclesiasticis causis tuæ revelationi contigerunt sub tua nobis insinuatione pandantur. Erit hic studii ac sollicitudinis tuæ, ut talem te in his quæ injunguntur exhibeas, ut fidem integritatemque ejus cujusque curam suscipis inviteris. Data IV Nonas Aprilis Agapito II consule, æra DCXLVIII.

Item epistola Hormisdæ ad episcopos Hispaniæ.

1. De sacerdotibus juxta instituta canonum ordinandis.

2. Ut pro episcopatu præmium non accipiatur.

3. De concilio per annos singulos celebrando.

Dilectissimis fratribus episcopis per Hispaniam constitutis HORMISDA.

Benedicta Trinitas Deus noster qui per misericordiam suam Romanæ reipublicæ per universas partes suæ pacis tranquillitate diffusa, nobis quoque viam demonstrandæ circa nos charitatis indulsit, ut qui cohæremus firmitate fidei, jungamur quoque votiva jocunditate colloquii, quo facilius dum per litterarum ministeria ad vos usque pertendimus, etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitemus; et dum dilectionis pignus nostræ reddidimus, velut quoddam debitum plenum circa Dominum monstremus affectum. Jungamus igitur, dilectissimi fratres, continuas et humiles preces, et Dominum nostrum oris et cordis lacrymis supplicantes jugi deprecatione poscamus, ut et institutione et opere illi cujus esse membra cupimus hæreamus, nec unquam ab illa via quæ Christus est devio tramite declinemus, ne ab eo juste quem nos impie relinquimus deseramur. Quod cum superni favoris auxilio ea nobis potest ratione contingere, si apostolica dogmata, si Patrum mandata servemus. Dixit enim Dominus noster: « Qui diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus (*Joan.* XIV, 23). » Et licet hæc possint generaliter dicta sufficere, ut declinemus errata, vel custodiamus catholica constituta, tamen quia Joannis fratris, et coepiscopi nostri nobis insinuatione vulgatum est contra canonum reverentiam nonnulla præsumi, periculum quod doctoribus imminet de taciturnitate declinans, et prophetica voce compunctus qua dicit, loquere ne taceas, generalibus edicendum credidi constitutis.

CAP. I. Ut in sacerdotibus ordinandis quæ sunt a Patribus præscripta, et definita cogitetis, quia sicut est caput Ecclesiæ Christus, Christi autem vicarii sacerdotes, sic et in eligendis his curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit quos præesse necesse est corrigendis, nec quidquid illi deesse personæ penes quam est religionis summa, et substantia disciplinæ. Æstimet quis pretium Dominici gregis, ut sciat quod meritum constituendi deceat esse pastoris; hoc fiet ita, si non sacerdotii gradus saltu quodam passim laicis transferantur. Longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur Ecclesiæ. Non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelia. Discere quisque debet antequam doceat, et exemplum religiosæ conversationis de se potius aliis præstare quam præsumere. Emendatiorem esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo; longa observatione religiosus cultus tradatur ut liceat, et clericalibus obsequiis erudiendus inserviat, ut ad venerandi gradus summa perductus, qui sit fructus humilitatis ostendit. Nec leve nec vacuum fuit, quod nec apud veteres quidem nisi levitici generis viri ad sancta admittebantur altaria, ne pessime meritis aut pretio aut præsumptione contemptis ad sacros cultus impar accederet. Tunc, migrabant prærogativa familiarum ad instituta cultorum : nunc est doctrina pro genere. Quod illis fuit nasci, hoc nobis imbui. Illos tabernaculo dabat natura, nos altaribus parturit disciplina; nec tantum de laicis consecrari inhibemus, sed ne de pœnitentibus quisquam quidem ad hujusmodi gradum profanus temerator aspiret. Satis illi postulanti sit venia. Qua conscientia absolvat reum qui se peccata sua populo scit teste confessum. Quis enim quem paulo ante vidit jacentem veneretur antistitem? præferens miserandi criminis labem non habet lucidam sacerdotii dignitatem.

II. Hoc quoque ad præmissa conjungimus ne benedictionem per impositionem manus quæ divina esse creditur, quis pretio comparet, quoniam ante oculos esse convenit, quod Simon Spiritum sanctum volens redemptione mercari, Apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde quis non vile putat esse quod venditur? Istam sacerdotibus ordinandis reverentiam servet electio, ut in gravi murmure populorum divinum credatur esse judicium. Ibi enim Deus ubi simplex sine pravitate consensus; verum ne hanc quidem partem sollicitudinis et admonitionis omittimus, ne vel ille se a culpa æstimet alienum, qui et ipse quidem a redemptione liber initiaverit benedictione mystica sacerdotem, et tamen ad alterius

redempti voluntatem, vel sponte in hoc vel necessitate consenserit. Quid prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? Procul dubio contra mandata committit, et qui habet peccatum proprium, et qui peccatum sequitur alienum incassum animus resistit cupiditati, si non resistit et timori. Adversus hæc facilius Deo adjuvante providebitur, si circa metropolitanos privilegia a sanctis Patribus constituta permaneant, si metropolitani circa parochias suas ordinem suum, ea qua decet veneratione custodiant, ut nec electio præsulis empta detur pretiis, et nec obsequentis sit quæsita operibus, sed ita fixa habeantur in cordibus quemadmodum relegnntur in Scripturis. Si nulla sint in templis emptionum semina, nulla erunt fomenta discordiæ, sed regnante charitate sub illa quam nobis promisit Deus, et retribuit, pace vivatur.

III. Ob hoc Patres providentia qua Spiritus sanctus cultores suos compungere dignatus est incitati, bis in anno per parochias singulas concilia haberi docuerunt, ut in unum juxta salubris institutionis dogmata congregati, pro ecclesiasticis causis tractandis libere convenirent, ut si juxta votum universa consistunt, Deum junctis vocibus qui præstat desiderata collaudent. Difficile est enim ut cujusquam cor pravis sic cogitationibus induretur, ut a se patiatur culpanda fieri, cum noverit se judicium futurum esse concilii. Præcinctos ad hanc viam semper lumbos habeant, scientes rationem actuum suorum esse reddendam. Suspendantur ab illicitis per formidinem, et qui nequiverint per pudorem. De conveniendo notum est canones sanctos in anno constituisse, et præfinitum quidem si possibile est, inviolabiliter convenit custodiri. Sed si aut temporum necessitas, aut emergentes causæ hoc non patiuntur impleri, semel saltem quamvis non licuerit sine ulla excusatione, præcipimus convenire. Hæc, fratres charissimi, et alia quæ Patrum regulis continentur, in labiis et in cordibus nostris indivisa retractatione meditemur, et sicut scriptum est, narremus ea filiis nostris, ut ea meditentur in cordibus suis, sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque surgentes, quia « beatus in Domino qui in lege ejus meditabitur die ac nocte (*Psal.* I, 2). » Hoc et magister gentium discipulum suum secutus instituit admonens : hæc meditare, in his esto, subjiciens plenitudinem : attende tibi et doctrinæ, quia, si fidelibus sine intermissione incumbimus institutis, separabimur a vitiis, dum impensa cura divino operi humano locum non reliquit errori. Data IV Nonas Aprilis, Agapeto II consule.

Item epistola Hormisdæ papæ ad episcopos Hispaniæ, in qua eis Joannis Constantinopolitani episcopi professionem dirigit, propter orientales clericos qui eorum communionem poposcerant.

260 Dilectissimis fratribus episcopis per Hispaniam constitutis HORMISDA.

Interea quæ notitiæ nostræ Joannes frater et coepiscopus noster studio Ecclesiasticæ utilitatis ingessit, hoc quoque pro affectu catholicæ fidei, et apostolicæ sedis veneratione consuluit, quo ordine ex clero Græcorum venientibus tribui deberet sancta commnnio, propter causam scilicet Acacii a prædecessoribus nostris pro hæreticorum communione damnati, in qua qui se ab ejus contagione non dividunt, a nostra communione habeantur excepti. Laudo propositum viri hoc zelo circa fidem, et apostolica instituta ferventis, ut neque per ignorantiam quidem quanquam cœno erroris alieni pateretur, immergit. Digna hæc cura fidelibus ut sollicito studio semper invigilent, et inculpatos se ab omni perversitate conservent. Ipsa est enim fidei innocentia ut prævideat, ne vel casu possit errare. Satisfacientes igitur et laudabilibus desideriis memorati viri, et memores nostri sicut oportet officii documenta quæque de Ecclesiæ scriniis assumentes ad concilium vestrum pro generalitatis instructione direximus, ut ex illis plenius quæ sunt acta discentes, ab omni vos errantium communione separetis, neque enim est personalis odii causa in impios transgressores dicta, Deo inspirante sententia, in qua quidem causa, nequaquam a prædicatione cessavimus, et principes supplicando, et sacerdotes, et populos et admonendo, ut transgressores absoluti ad rectam fidem affectu Dei, et judicii timore converterent. Sed obstinatio miseranda eo perduxerat illos, ut nullis modis mortifera venena vincantur, sed mala semina fixis in deterius pullulent radicibus. Ergo dilectissimi fratres ad omnia competentes instructi, servare vos et Ecclesiam Dei Apostoli exhortatione compuncti. Nos autem libellum misimus, sub quo si quis communionem vestram de orientalibus clericis poposcerit, ad eam possit admitti, secundum quam et de Thraciæ et Scythiæ, Illyricique partibus vel Epiri veteris, sed et secundum quam de Syriæ multos jam constat esse susceptos, gaudentes ad recta confluere, et devia declinasse. Unde pro subreptione mandamus ut omnis cura et sollicitudo omnis invigilet, jam nullus si ignorantiæ locus, nullus utatur simplicitatis excusatione præterita. Scienti peccare necessaria confessio est. Necesse est ut errorem sibi scribat qui monstratur institisse pravo itineri. Bonefacius notarius sanctæ Ecclesiæ Romanæ ex scrinio editi exemplaria libelli exsequitur.

Prima salus est rectæ fidei regulam custodire, et a constitutis Patrum nullatenus deviare; et quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia, dicentis : « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam (*Matth.* XVI 18), » etc., hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica extra maculam semper est catholica servata religio. De qua spe, et fide minime separari cupientes, et Patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes hæreses, præcipue Nestorium hæreticum, qui quondam Constantinopolitanæ fuit urbis episcopus, damnatum in concilio Ephesino a beato Cœlestino papa urbis Romæ, et a venerabili viro Cyrillo Alexandrinæ civitatis antistite. Similiter anathematizamus Eutichem, et Dioscorum

Alexandrinum in sancta synodo quam sequimur et amplectimur Chalcedonensi damnatum, quæ secuta sanctum concilium Nicænum fidem apostolicam prædicavit. Detestamur et Timotheum parricidam Hellurum cognomento, discipulum quoque ipsius et sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum condemnamus. Etiam anathematizamus Acacium Constantinopolitanum quondam episcopum, ab apostolica sede damnatum, eorum complicem et sequacem, vel qui in eorum communione permanserint. Qui Acacius, quorum se communioni miscuit ipsorum similem habere meruit in damnatione sententiam. Petrum nihilominus Antiochenum damnamus cum sequacibus suis, et omnibus suprascriptis. Suscipimus autem et probamus epistolas beati Leonis papæ universas quas de religione Christiana conscripsit, sicut prædiximus sequentes in omnibus apostolicam sedem, et prædicantes omnia ejus constituta. Et per omnia spero ut in una communione vobiscum quam sedes apostolica prædicat, esse merear, in qua est integra et vera Christianæ religionis, et perfecta soliditas, promittens sequestratos a communione Ecclesiæ catholicæ, id est, non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a mea professione deviare tentavero, his quos damnavi, complicem me mea sententia esse profiteor. Hanc autem professionem meam ego manu mea subscripsi, et Hormisdæ sancto ac venerabili papæ urbis Romæ direxi.

De reconciliatione Romanæ et Constantinopolitanæ Ecclesiæ.

Dilectissimo fratri Epiphanio Hormisda.

Multo gaudio sum repletus quod circa Ecclesiæ pacem, et sanctissimi imperatoris, et dilectionis tuæ, tale studium litteris indicasti, quod legatorum quoque meorum assertione cognovi manifestum. Hinc enim supernæ misericordiæ documentum perdocetur, quando et mundani principes causas fidei cum reipublicæ ordinatione conjungunt, et Ecclesiarum præsules quod ad dispensationem sui pertinet officii memores exsequuntur. Talibus enim indigebat post discordiæ procellas religio Christiana rectoribus qui, compressis provida dispensatione turbinibus, diu peregrinatam pacem depulsa tempestate reducerent, ut in futura post sæcula ad propositi sui exempla tendentes, sibi ad scribendum indubitanter ostenderent, quidquid Deo placitum posteris pro sua imitatione fecissent. Benedicamus Dominum, fratres charissimi, hoc diebus nostris fuisse concessum, et totis orationum, et curarum viribus adnitamur, ut quæ Dei opere bene cœpta sunt, ipso adjuvante per omnia compleantur. Sperandum enim est, ut ad compagem corporis sui reliqua quæ adhuc desunt, membra, festinent, et a potioribus minora non discrepant. Ad quod me cum dilectio tua Christianæ studio charitatis hortatur, debet quod invitat sequi, et quod amandum suadet amplecti. Similem enim jam fidei curam gerentes per religiosam patientiam par etiam præmium de boni operis speramus affectu. Neque enim difficultatibus est cedendum. Non enim fatigatur asperis fides, nec ad cœlorum ardua per proclive contenditur, nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur. Unde ne facientes bona deficiamus, specialiter admonemur, etiam teste Psalmista : « Beati qui custodiunt judicium, et faciunt justitiam in omni tempore (*Psalm.* CV, 3), » quia non initium laboris remunerationem præmii consuevit invenire, sed terminus. Ergo studium sollicitudinis assumite, quibus est una in communione societas et credulitas quemadmodum de unitate sedis apostolicæ, et Constantinopolitanæ Ecclesiæ pariter exsultamus in Domino; ita de reliquorum quoque sicut affectione admones reintegratione lætemur, et curemus primum ut fidem integritatemque nostram immaculatam ab omni contagione servemus; nosti enim, frater charissime, ac sanctissime, quia Ecclesiastica servant vincula concordiam quæ nos ab hæreticorum tueantur insidiis, per quæ etiam canonum custoditur integritas. His in robore suo omni circumspectione servatis, remedia sperantibus conferuntur. Habet enim ecclesiasticarum ordo regularum, et ipsius forma justitiæ ut medicina rationabilis benignæ, et fideliter sperantibus non negetur, nec quisquam ita est ab humanitate discretus, quem non a rigore discretionis inclinet cauta simplicitas. Sed ut caute hoc cæterasque querelas, aut errores alicujus eo valeas expedire, dilectissime frater, personam meam te in hoc oportet induere, scientem in hujusmodi causis, sicut prædictum est, quid cavendum sit; ita omnia prævidendum, ut non ambigas te rationem dispensationis hujus Deo esse reddendam, ita tamen ut eos qui vobis fuerint communione sociati, vel per vos sedi apostolicæ vestra nobis scripta declarent, quibus etiam et qui continentiam libellorum obtulerint, inseratur. Sic enim et Severi vel Sulpicii vel complicum, aut similium absolvemus errores. Nec eorum qui sanari potuerint, dispendia patiamur. Quod ideo vobis specialiter credidimus imponendum ad diligentiam vestram a nostro onere transferentes, quia non parva jam documenta resistentes hæreticis reddidistis, nec debet de eo ambigi, quem bene contigerit explorari. Simul assume medelam medicinæ, simul accingere auctoritate justitiæ. Et sic circa simplices humanitate mollire, ut in hæreticorum contagione perdurantes, aut eos qui innocentiam simulant, et cum nostris sola voce consentiunt, ab his quibus pro Ecclesiæ reintegratione consulitur et providetur, excludantur. Nec enim expedit circa eos ecclesiasticam temperare censuram. Non enim erunt jam miserationes bonæ pro eorum quibus consuli oportet necessitate collatæ, et si indiscrete fuerint bonis malisque communes. Et quia Hierosolymitanorum faciendam credidit in litteris tua dilectio mentionem, quorum etiam ad nos quædam delata professio est, necessarium diximus respondere quæ congrua sunt, his qui sanctorum Patrum constituta custodiunt. Si illa fidei fundamenta venerantur, ab his quoque qui per eos Spiritu sancto

componente definita sunt, non removeantur. Aut enim perfecta sunt, et adjectione non indigent : aut bene valida, et ideo non mutanda, quando per ea omnia hæreticorum venena compressa sunt; nec quidquam Chalcedonensis synodus quod utile qualibet diligentia potuisset exercitare præteriit, quæ præcedentium quoque dogmata, vel clarius manifestavit vel repetita auctoritate firmavit speciale quoddam adversus Nestorium, et Eutichem aggressa certamen, et alterum deitatem Domini nostri Jesu Christi a carne separatam, et ideo sanctam Mariam Dei genitricem pronuntiare vitantem, alterum veritatem carnis in Domino renuentem. Quando Dominus noster Jesus Christus idem Filius Dei, idem filius hominis, una in duabus naturis persona divinitatis, et carnis nec naturis ad unitatem confusis, ne velut quarta persona addita Trinitati, « sed ipse Filius Dei exinanivit semetipsum formam servi accipiens (*Philipp.* II, 7) ; » propter quod et unam nec divisibilem profitemur essentiam Trinitatis, et proprietatem tamen suam scimus inesse personis : unam enim Patris profitemur esse personam, unam Filii Dei eum assumpta carne, unam Spiritus sancti, et personas proprietatibus designantes, et per unitatem essentiæ inseparabile Trinitatis mysterium confitentes; neque enim ambigi potest verbum Dei inter virginis viscera per carnem humanam assumpsisse naturam, nec ab obstetrice factum intra vulvam naturarum munitione divisum. Nam sicut non est in eo humanitas sine Deo edita, sic in crucem non est impassibilis divinitas a carnis passione divisa, quod virginis partus, et intemerata fecunditas, et singularis a mortuis resurrectio, et ad cœlos declarat ascensio. Hæc si quemadmodum a Patribus constituta sunt, servata credant, nec definita transcendant a quo tramite qui declinant ipsi sibi nebulam dubitationis obtendunt. Nos autem illud apostolicum contemplantes contentiosis respondere non necesse est; et nos hanc consuetudinem non habemns, et nec Ecclesia Dei. Hæc ideo breviter definivi, quia nec ambigi convenit de rebus, ita per fidem definitis sæpius, et pene supervacua est allegatio quæ adhibetur instructis, cum super hæc ad clementissimum principem non parva jam perstrinxerimus. Ut quia de Hierosolymitanorum professione respondimus. Hoc quoque æstimavimus salutis eorum causa competenter addendum, ut si communionis apostolicæ se dederint unitati, et professionem suam scripto **261** indicent, quam legetis vestris apud Constantinopolim positis offerant, aut per suos ad nos dirigant, aut fraternitati vestræ tradant, eodem tamen sicut diximus, tenore conscriptam, quæ ad nos modis omnibus sub nostra ordinatione deferatur. De Thessalonicensibus quorum ad nos legati per clementissimi et fidelissimi principis filii nostri ordinationem venerunt, ne quid omisisse credamur, nosse vos volumus secundum hoc quod Domino nostro Jesu Christo inspirante placuerit omnem causam nostra dispositione tractandam, et sicut oportet impleri ordinandam, hæc per fratrem et coepiscopum nostrum venerabilem virum Joannem, sed et filios nostros Heraclium, Probum et Constantinum diacones ecclesiastico honore dignissimos ad causam pertinentia rescripsisse contenti, gratulati sumus in viro ordinis nostri, et meritum, et religiosum nos invenisse propositum et cum legationis mandato sapientia, et moribus congruens votiva eorum res et plena gaudii est ut sunt juxta æstimationem probabiles, et quos sancti communionis officii contigerit esse consortes.

Item Hormisdæ ad Salustium Hispal. episc. de commissa vice per Bæticam et Lusitaniam provincias.

Charissimo fratri Salustio Hormisda. Suscipientes plena fraternitatis tuæ votiva gratulatione colloquia quæ nos geminæ salutis tuæ lætificaverunt indicio, siquidem retulerunt te corporali cum spiritualibus officiis incolumitate subnixum, congruum esse perspeximus hanc ipsam quam mente gerimus verbis expedire lætitiam. Edidisti enim boni documenta pontificis dum et prædicanda facis, et ea suadere non differs. Prærogativam de nostri sumpsimus electione judicii, quando id te sponte amplecti didicimus quod cæteris imperamus. Oramus siquidem divinam clementiam cunctos agnoscere, et hæc ad studia ecclesiasticæ pacis instrumenta transmisimus. Tu vota nostra, et fideli intelligentia percepisti, et officii protinus devotione complesti, cunctis fratribus innotescens, quæ per cœlestem gratiam cunctis profutura cognoveras. Suffragantibus igitur tibi tot meritis piæ sollicitudinis et laboris, certe jam delectat injungere, quæ ad nostri curam constat officii pertinere, ut provinciis tanta longinquitate disjunctis, et nostram possis exhibere personam, et Patrum regulis adhibere custodiam. Vices itaque nostras per Bæticam Lusitaniamque provincias salvis privilegiis quæ metropolitanis episcopis decrevit antiquitas, præsenti auctoritate committimus, augentes tuam hujus participatione ministerii dignitatem, relevantes nostras ejusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri quem jam probavimus cautius universa servare, gratius tamen esse solet, si iterum trames ostendatur, et laboris injunctio superius formata monstretur. Paternas igitur regulas et decreta a sanctis definita conciliis ab omnibus servanda mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam fraternæ monitu exhortationis extendimus. His ea qua dignum est reverentia custoditis, nullum relinquit culpæ locum, nec sanctæ observationis obstaculum. Ibi fas nefasque præscriptum est, ibi prohibitum ad quod nullus audeat aspirare, ibi concessum quid debeat mens Deo placitura præsumere. Quoties universalis poscit religionis causa ad concilium te cuncti fratres evocante conveniant, et si quos eorum spiritalis negotii pulsat intentio, jurgia inter eos orta compesce, discussa sacris legibus determinando certamina. Quidquid autem illi pro fide veteribus constitutis vel provida dispositione præcipies, vel persona auctoritate nostræ formabis, totum ad scientiam nostram instructæ relationis attestatione perveniat. Eo fit

ut noster animus officii charitate dati, et tuus securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.

Rescriptum Hormisdæ papæ ad episcopos Bæticæ provinciæ de congratulatione pacis.

Fratribus dilectissimis universis episcopis per Bæticam provinciam constitutis HORMISDA episcopus.

Quid tam dulce sollicito, quam quod mihi de vobis innotescunt illa quæ cupio? Quid tam religiosis conveniens institutis quam ut inter se sacerdotes pacem quam eos est necesse aliis pro officio annuntiare conservent? Plenam fateor gratulationem suscepi quod votiva mihi de charitate quæ inter vos est, et Ecclesiarum pace litteris indicastis; sponte mihi quidquid hortari poterant, quidquid monere delatum est. « Confirmet hoc Deus quod est operatus in vobis, » et quæ præcepit pro animarum salute facienda, hæc ipse quæ præcepit pro ea qua nos redemit, pietate faciat, et in istam boni nuntii nos quoque religiosorum vicem reddidimus nuntiorum. Quidquid cum orientalibus quos ad Ecclesiæ corpus unitatemque revocatos Dei nostri ope litteris significavimus destinatis, denuo cum aptum fuerit repetitis vobiscum participabimus indiciis. Mox post nostrorum reditum ab orientalibus missa legatio est; certa speravit, certa consuluit, sed facimus de his quæ fuerant dicenda compendium, ipsa potius ad instruendam notitiam vestram quæ a nobis sunt responsa dirigentes, ne quid sibi sub spatio prolixiore terrarum, aut opinio vindicet, aut error assumat, cum ad rerum fidem ipsam teneri sufficit veritatem. Quod autem ad continentiam vestrarum pertinet litterarum, oportuit quidem desideria plenius expedire, ut æstimatis omnibus responsum rationi congruum redderetur. Sed quia privilegiorum veterum, et statutorum paternorum indidistis iisdem litteris mentionem ad Salustium fratrem, et coepiscopum nostrum sub hac parte rescripsimus, vobis quoque strictim quæ dicta sunt illis latius indicantes, ne privilegia nos indulta convellerent, et nihil tam conveniens fidei judicare, quam ut in honore suo a Patribus decreta serventur. Deus autem vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

Justinus imperator Hormisdæ papæ.

Quo fuimus nuper et quo sumus studio pro conciliandis sententiis catholicam fidem colentium ut eodem animo cuncti venerentur numen individuum Trinitatis palam fecisse dignoscitur; nunc legatum ad vestram beatitudinem ultro ob hoc ipsum dirigentes Gratum virum magistrum scrinii, quo remedium tandem reperiatur discordiis varia certantium nunc prono libentique suscipientes affectu viros religiosissimos, quos interventores unitatis vestra sedes apostolica credidit destinandos. Profecto etenim tanquam ipsam pacem, et jocundis eos oculis aspeximus, et extensis manibus duximus amplectendos, quin etiam omni intentione ordinavimus, ut venerabilis Ecclesia Constantinopolitana, necnon complures aliæ vota suscipiant vestra, non solum in cæteris, sed in auferendis etiam nominibus ex sacris diptichis quæ removenda maxime postulastis, verum nonnullæ fuerunt urbes, et Ecclesiæ tam Ponti quam Asiæ, ac præcipue orientales, quarum clerici vel populi omnibus pertentati minis atque persuasionibus, tamen nequaquam flexi sunt, ut tollant antistitum, et repellant nomina quorum apud eos opinio floruit, sed morte vitam duriorem æstimant, si mortuos condemnaverint, quorum gloriabantur jura superstitum. Quid igitur faciamus hujusmodi pertinaciæ, quæ nec Deum audiens existit, et tormenta in tantum despicit, ut amplum sibi ac festivum judicet, si corpore priusquam religioso desistat consilio? Nobis quidem videtur opus esse mollius agendi, et clementius. Quæ si non in tua sanctitudine jam nec in alio poterunt inveniri. Nam neque sanguinis, et suppliciorum cupidi, quod dictum etiam grave est, libellum, suscepimus, neque ut parvo discrimine remaneant imperfecta concordiæ desideria, sed ad propagandam quo possumus ordine conjunctionem membrorum Ecclesiæ. Utrum itaque præstantius erit minorum gratia in totum esse nobis acceptas tantas multitudines, an concessis exiguis et remissis majora, et omni ratione quærenda corrigi, ut quæ non licuit per omnia saltem ex necessariis partibus allegentur, veniam itaque nominum postulamus, non Acacii, non utriusque Petri, non Dioscori vel Timothei, quorum vocabula ad nos datæ sanctitatis tuæ epistolæ continebant, sed quos in aliis celebravit civitatibus episcoporum reverentia, et hoc exceptis urbibus ubi vestræ beatitudinis libellis jam in plenum admissus est, nisi hanc quoque partem benevolentia statuerit vestra mitius corrigendam. Verum nec judicio caret res sedis apostolicæ, ut non magis venia dicenda sit, quam deliberata jam ac perspecta definitio. Anastasius siquidem religiosissimæ memoriæ vestræ culmen Ecclesiæ palam aperteque constituit, cum hoc idem scriberet, negotium decessori nostro satis esse pacem affectantibus, si nomen tantum reticeatur Acacii. Ergo priora vestræ sedis constituta sequitur, qui non omnes memorias mortuorum judicat contemnendas, ut indignum habeatur et incongruum, si non placidior omnibus non solum defunctis, sed etiam superstitibus vestra divulgetur in omni fine terrarum lenitas. Et hoc quidem non dubitaverimus, ita gratiosum vobis futurum ut pacifico statim responso lætior mundus reddatur; retineat autem vestra sanctitas quod dudum scripsimus ex Oriente supplicationes nobis esse destinatas, voluntatem ipsorum continentes, et arbitrium in quo se duraturos ostendunt firmiter, et quo nulla ratione desistendum æstimant. Hanc itaque chartulam secundum nostra

promissa, per Joannem virum reverendissimum episcopum dirigendam vobis in præsenti merito credidimus, ut a vestra sede etiam tenor ejus admissus ad colligendas proficiat, et adunandas ubique venerabiles Ecclesias, et Hierosolymitanam præcipue, cui tantum omnes favorem impendunt quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea sese discernere. Consensum itaque proprium tuam sanctitatem epistolari quoque pagina convenit declarare, ut cognito omnibus atque patefacto tenorem ejusdem chartulæ a vobis etiam laudari, et tenaciter custodiri, lætior mundus existat. Data v Idus Septembris Chalcedone, Rustico consule, accepta pridie Kalendas Decemb. cons. s.

Exemplar precum.

Deo amabili ac piissimo imperatori ex Deo Augusto, et principi Justino Christianissimo, deprecatio, et supplicatio ab Hierosolymitanis, et Antiochænis, et secundæ Syriæ clericis, et abbatibus et possessoribus provinciæ Syriæ : « Haurite aquam cum lætitia ex fontibus salutis (*Isa.* XII, 3), » vociferator Isaias propheta exclamat, fontes salutis evangelicæ, veritatis prædicationes manifeste ostendens, ex quibus beati Apostoli, et eorum qui per ordinem fuerunt discipuli, et sapientes Ecclesiæ doctores salutarem aquam fidei haurientes, omnem sanctam Dei Ecclesiam irrigaverunt, quæ in petra summi apostolorum subnixa, rectam et inflexibilem confessionem custodiens, fiducialiter cum eo ad unigenitum Filium Dei omni tempore exclamat, dicens : « Tu es Christus Filius Dei vivi (*Joan.* XI, 27). » Hanc salutarem confessionem a sanctis quatuor synodis quæ evangelicis præceptis sunt honoratæ suscipientes, nunquam per Christi gratiam a traditis nobis rectis dogmatibus deviavimus, sicut rerum testatur probatio, et tempore necessitatis fidei constantia demonstrat. Si igitur ut Christiani rationis fidei sumus participes, domine piissime, et ad communem pacem, et ad unitatem festinamus, nostram fidem quam ab initio suscepimus, per hanc satisfactionem nostram manifestam vestræ facimus pietati, ut notum sit, quia et paci concurrimus, et a recta cum Dei juvamine non divertimus fide, sed omnem ex æquo hæresim exsecramur non solum et Eutichianistas, et Acephalos, sed et Nestorianos, et hominem colentes toto animo **262** odientes anathematizamus ; nos autem, Christianissime imperator, sicut superius dictum est, in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum ab initio baptizati quoque et credentes, unam essentiam Dei in tribus subsistentiis adoramus, et secundum sanctorum Patrum mathema, et symbolum credentes, in unum Dominum Patrem omnipotentem, et in unum Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dominum Verbum similiter, et unum Spiritum sanctum, et secundum hoc divinum mathema definitionem a sancta Chalcedonensi synodo promulgatam. Intelligimus quoque et suscipimus confidentes, et confitentes quia unam substantiam vel personam quod idem ipsa sancta synodus in duabus naturis, id est deitate, et humanitate indivise et inconfuse prædicavit, Deum verbum ; et Dominus noster Jesus Christus unus est ex sancta, unius essentiæ Trinitate. Sic enim Dominum in tribus substantiis, sicut dictum est, accepimus ; Pater autem non est incarnatus, nec Spiritus sanctus ; Deus Verbum incarnatus, et homo factus est unus ex sancta, et unius essentiæ Trinitate, secundum filiationis proprietatem. Sic itaque secundum prædictas sanctas quatuor synodos credentes, et secundam Dei Verbi nativitatem, secundum carnem confiteri non renuimus. Unde proprie Dei genitrix sancta Virgo esse creditur, tanquam quæ natura, et veritate unius essentiæ Patris Filium Dominum Verbum per naturam immutabilem ex ipsa factum hominem enixa est ; et duas naturas in Christo, per essentiam vel substantiam unitas confitentes, sicut in unius persona vel substantia. Neque harum diversitatem, vel proprietatem post unitionem auferimus, et nec eas dividere in duabus personis et substantiis per unitionem sumus edocti ; eumdemque scimus unigenitum Filium Dei, et ante incarnationem ejus, et post Deum similiter et hominem passibilem carne, impassibilem deitate, circumscriptum corpore, non conscriptum spiritu, id est, terrenum et cœlestem, quem mundus ut hominem cepit, et Dominum continere non potuit, et mortalem, et immortalem nusquam naturarum diversitate sublata, neque dividentes per essentiam unitionem. Hoc enim vere magnum pietatis mysterium, quia unus ex sancta, et unius essentia Trinitatis incarnatus, et homo factus Deus Verbum in utraque natura deitatis, et humanitatis, et indivise et inconfuse cognoscitur, et adoratur, non conversionem vel mutationem sustinens, sed proprietatem utriusque naturæ in una persona in semetipso conservans. Ob hanc igitur fidem prædictas sanctas synodos suscipientes et custodientes, anathematizamus omnes qui adversus eas, quocunque tempore vel modo aliquid conscripserunt, præcipue Joannem Egotam, qui adversus memoratam sanctam Chalcedonensem synodum multas ut Nestorianus blasphemias evomuit ; similiter condemnantes Timotheum Hellurum cognominatum, sicut Eutichianistam, adversus eam cum suis latrantem sequacibus. Ita ergo cum Dei juvamine semper sensimus, et jam nunc sentimus exponere ; quia quidam hæretici dum suam malam fidem occultare festinant, nostram in Christo libertatem, et rectam fidem detrectare conantur. Supplicamus igitur vestram clementiam sollicitudinemque de perfecta Ecclesiarum unitione sanctarum habere debere, ut unitas quæ cum Dei facta fuerit juvamine, nec ullo deinceps rationabili, aut irrationabili occasionis fomite inquietari pax possit ; Deus autem omnium vestrum pium adimpleat desiderium in gloriam sui et reipublicæ disciplinam.

INCIPIUNT DECRETA JOANNIS PAPÆ.

JOANNES urbis Romæ episcopus ZACHARIÆ archiepiscopo salutem.

Exigit dilectio tua, frater charissime, præceptum apostolicæ sedis, in quo Patrum decreta consentiunt, quod nec tibi, nec ulli recte viventium, et credentium sacerdotum negare fas esse credimus. Et licet tibi pro merito et honore sacerdotii quo plurimum polles vivendi, et docendi ecclesiasticæ regulæ nota sint omnia, tamen quia Romanæ Ecclesiæ normam atque auctoritatem magnopere postulasti scriptis tuis breviter respondere curavimus. De occultis enim cordis alieni temere judicare iniquum est : etenim cujus non videntur opera nisi bona peccatorum est ex suspicione reprehendere. Oves ergo quæ pastori suo commissæ fuerunt, eum nec reprehendere nisi a recta fide exorbitaverit, debent, et nullatenus accusare possunt; quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quanquam recte reprehendenda videantur. Ideo ista dicimus, quia in scriptis vestris reperimus quosdam episcopos vestris in partibus a propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione, et aliquos ex certa ratione : et idcirco quosdam suis esse rebus exspoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Quos scias nec ad synodum comprovincialem, nec ad generalem posse convocare, nec aliquid judicare antequam cuncta quæ eis ablata sunt legibus potestati eorum reintegrentur. Prius ergo oportet omnia illa legibus reintegrari, et ecclesias quæ sibi sublatæ sunt, cum omni privilegio suo restitui; et postmodum non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur quantum exspoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum convocentur, et ab omnibus quisque suæ provinciæ episcopis audiatur. Nam nec convocari ad causam, nec dijudicari potest exspoliatus vel expulsus, quia non est privilegium quo exspoliari possit nudatus; unde et antiquitus decretum est omnes possessiones, et omnia sibi sublata atque fructus cunctos ante litem contestatam, præceptor vel primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur : Ille qui violentiam pertulit universa in statu quo fuerant, recipiat, et quæ possedit securus teneat. Et alibi in synodalibus Patrum decretis, et regum edictis legitur statutum : Reintegranda sunt omnia exspoliatis vel ejectis episcopis, præsentialiter ordinatione pontificum, et in eorum unde abscesserunt potestatem funditus revocanda, quacunque conditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut virtute majorum, aut per quascunque injustas causas, res Ecclesiæ vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur, ante accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum, et reliqua. Est etiam in antiquis Ecclesiæ statutis decretum, ut qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat; unde et in Evangelio scriptum est : « Quod si aliquid defraudavi, reddo quadruplum (*Luc.* XIX, 8). » Et in legibus sæculi cautum habetur : Qui rem subripit alienam, illi cujus res direpta est, in undecuplum quæ sublata sunt, restituat, Et in lege divina legitur : « Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui. Et dicet populus, Amen (*Deut.* XXVII, 17). » Talia ergo non præsumantur absque ultione, nec exerceantur absque sua damnatione. Tu vero, frater charissime, hæc vide ne transgrediaris, et reliquos episcopos tam tuæ curæ commissos, et alios firmiter tenere doceto, quia transgredi apostolica statuta absque transgressoris gradus periculo nullatenus possunt. Inimicis vero accusatoribus, vel de inimici domo prodeuntibus, seu qui cum inimicis morantur non credatur, ne irati nocere cupiant, ne læsi se velint ulcisci hi quoque rejiciendi sunt, non approbandi. Hæc, charissime, tene, et prohibita semper cave. Illud adimplere stude, quod bene ad Jesum filium Syrach dictum est : Usque ad mortem certa pro veritate, et semper Dominus Deus tuus pugnabit pro te. Hujus ergo rei gratia vobis et nobis sancta commissa est Ecclesia, ut pro omnibus laboribus et cunctis opem ferre non negligamus; quoniam dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Ideoque tanta urgente necessitate summopere vestra apostolicaque auctoritate, et reliquos episcopos oportet reprimere infestos, relevare oppressos, ut absque gravi Domino auxiliante difficultate, ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur illæsi. Ad vos quoque me reverti cogit propositi operis amica conditio, qui melioribus hactenus opera volui novare sermonibus, dum talem rationem exigit toxicata necessitas, mandati cœlestis habitatio nos aut miscet, aut separat; nec interest quæ intervalla nos segregent, si una in supernæ mansionis clave retinentur; nec vobis tales nocere maluerint, si invicem adjutorium facere non distuleritis : inauditum enim genus sacrilegii est quod mentitæ religionis honorem præfixi æmuli colorant. Dehonestat enim venerandi reverentiam nominis qui adjutorem se in his quæ in Deum jactat, commissa pollicetur. Contumeliæ genus est quasi in solatio esse sublimi juxta Apostolum : « Tu qui es qui judicas alienum servum? » Quid auribus imperitis illudunt et graviorem vindictæ speciem faciunt esse quam culpæ? Si odium habent, excessibus emendent. Cur ergo liberius condemnant scelera quam vitent? Sui profecto impugnator est omnis qui Patres insequitur, aut detrahere non formidat. Nihil est enim inimicorum in quo tela Domino opem ferente non

superare valeatis, si juxta veritatis vocem talem qualem Dominus præcepit, habueritis dilectionem ad invicem. Data XV Kalendas Novembris, Maximo et Olibrio IV consulibus.

Ad episcopos Italiæ de Theodorico rege.

Joannes episcopus omnibus per provincias Italiæ constitutis episcopis in Domino salutem.

Sæpissime multo jam experimento didici sanctum pietatis vestræ studium circa religionem Christianam gloriosis crescere, et dilatari augmentis; et fides recta quæ non solum me, sed omnes Domini sacerdotes consolatur et roborat, vestris in mentibus et operibus per sacerdotale agnoscitur opus, et dilatatur. Quapropter, fratres, hortor vos, et moneo contra Arianam perfidiam quæ olim non semel, sed sæpe damnata est, et modo in quibusdam reviviscit armari gladio Spiritus sancti, ut eam adminiculante divina gratia, opprimere et exstirpare valeamus, ut nec radix ejus in posterum inveniatur. Ecclesias vero Arianorum ubicunque inveneritis catholicas eas divinis precibus et operibus absque ulla mora consecrate, quia et nos quando fuimus Constantinopoli tam religione catholica quam et regis Theodorici causa suadente atque hortante Arianosque exstirpante piissimo atque Christianissimo justissimo Justino orthodoxo imperatore, quascunque in partibus Ecclesias reperire potuimus catholicas, eas Domino opem ferente consecravimus. Et quanquam prædictus Theodoricus rex eorum peste tactus intrinsecus et obvolutus, extrinsecus nos et omnem regionem nostram perdere et gladio et igne consumere minetur. Nolite tamen propterea deficere, sed viriliter in agro Dominico elaborare studete, et, juxta Veritatis vocem, « nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete qui potest animam et corpus mittere in gehennam (*Matth.* x, 28), » et egregius gentium Apostolus inquit : Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum : nos autem servos vestros per Jesum, quoniam Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in faciem Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum, in vasis fictilibus ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, adorimur, et non destituimur. Persecutionem patimur, et non derelinquimur. Dejicimur, et non perimus. Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes ut et vita Jesu in corporibus nostris manifestetur. Semper enim nos qui vivimus in mortem tradimur propter Jesum, ut et vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis, habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est : « Credidi propter quod locutus sum, » et nos credimus propter quod et loquimur, scientes, quoniam qui suscitavit Jesum et nos cum Jesu suscitabit et constituet vobiscum. Omnia enim propter vos ut gratia abundans per multas gratiarum actiones, abundet in gloriam **263** Dei. Propter quod non deficimus, sed licet is qui foris est, noster homo corrumpat, tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem, id enim quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ videntur enim, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna sunt (*II Cor.* IV, 1-18). » « Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ex Deo ædificationem habemus, domum non manufactam æternam in cœlis. Nam et in hoc ingemiscimus habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes : si tamen vestiti et non nudi inveniamur. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eo quod nolumus spoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est, a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper et scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur a Domino. Per fidem enim ambulamus, et non per speciem. Audemus autem et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, et præsentes esse ad Deum; et ideo contendimus, sive absentes, sive præsentes placere ei. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum, sive malum. Scientes ergo timorem Domini hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse. Non iterum nos commendamus vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, et non in corde; sive enim mente excedimus, Deo, sive sobrii sumus, vobis. Charitas enim Christi urget nos, æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit. Itaque nos ex hoc neminem jam novimus secundum carnem, et si agnovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus. Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia vera. Omnia autem ex Deo qui reconciliavit nos sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliamini Deo. Eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso (*II Cor.* V, 1-21). » « Adjuvantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omni-

bus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei; per arma justitiæ a dextris et a sinistris, per gratiam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, ut seductores et veraces, sicut ignoti et cogniti, quasi morientes, et ecce vivimus, ut castigati, et non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, et omnia possidentes (*II Cor.* VI, 1-10). » « De cætero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, pacem habete, ut Deus pacis et dilectionis sit semper vobiscum (*II Cor.* XIII, 11). » Amen. Data III Idus Junii, Maximo et Olibrio viris clarissimis consulibus.

INCIPIUNT DECRETA FELICIS PAPÆ.

1. Quod missarum celebratio, alibi quam in Deo dicatis locis, non debeat fieri, nisi magna compulerit necessitas.

2. De ecclesiarum sacrationum dubitatione. Quid sit agendum.

Dilectissimis fratribus, omnibus episcopis per diversas provincias constitutis FELIX episcopus, in Domino salutem.

Magno munere misericordiæ Dei totius Ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum Ecclesiarum status eo viget ordine, quo apostolorum successores illum statuerunt. Et, cum antiqui hostis astutia eum turbari agnoscimus, non modice contristamur mœrore. Quam ob causam, fratres, hortamur vos, monemus, et flagitamus, ut a tramite apostolicæ institutionis nequaquam recedatis; nec a Capite dissidatis, sed fidem et ordinem, quem apostoli et apostolici viri statuerunt absque ulla hæsitatione teneatis. Nam si columnæ alicujus magnæ domus ruerint, ipsa postea domus minime stabit; sic et vos columnæ Ecclesiæ estis, si labefactari cœperitis, sancta Ecclesia, quæ per vos regitur, tabescit et labitur. Hæc, fratres, quæ dico valde timenda sunt, et summo moderamine pensanda, atque ne fiant cavenda. Ipsa enim per se Veritas ait: « Vos estis sal terræ; quod si sal evanuerit, in quo salietur? (*Matth.* V, 13.) » Ecce terra, ideo, charissimi, vos moneo, quia debitor sum vobis, et valde vos diligo, et quando bona audio de vobis nimis sum gavisus; et e contra, quando mala, nimis conturbatus. Ego vero quamvis a vobis per longa terrarum atque maris intervalla disjunctus sim, sum tamen omnino vobis corde conjunctus, idque de beatitudine vestra erga me modis omnibus confido, quia, cum me vicissim diligitis, a me non estis longe. Unde gratias referimus illi grano sinapis, quod ex modici despicabilisque seminis specie, ita ramis ex eadem radice surgentibus atque se distendentibus, usquequaque diffusis (diffusus sit), ut in [illis] volatilia cœli cuncta nidificent (*Matth.* XIII, 31, 32), gratiaque sit fermento illi quod tribus farinæ satis (*Ibid.*, 33), totius humani generis massam in unitate conspersit, atque parvo lapidi, qui abscissus est de monte sine manibus, et occupavit universam faciem orbis terræ (*Dan.* II, 34, 35); qui ad hæc se usquequaque distendit, ut omni humano genere in unitate redacto, totius corpus perficeret Ecclesiæ, atque ita ad totius compagis pertineret commodum membrorum participalis ista distinctio. Unde nos quoque a vobis non longe sumus, quia in illo qui ubique est, unum sumus. Agamus ergo ei gratias, qui solutis inimicitiis in carne sua (*Ephes.* II, 14) fecit, ut in omni orbe terrarum unus esset grex, et unum ovile sub se uno pastore, semper memores quod egregius Prædicator admoneat, dicens: « Solliciti servate unitatem Spiritus in vinculo pacis (*Ephes.* IV, 3). » Sanctitatis vestræ scripta, quæ ad sedem apostolicam misistis super quibusdam consultis, quasi ad caput ut inde acciperetis responsa, unde omnis Ecclesia totius religionis sumpsit exordium, gratanter suscepi et breviter vobis respondere curavi.

CAP. I. De ecclesiarum enim consecratione, et de missarum celebrationibus, non alicubi quam in sacratis Domino locis absque magna necessitate fieri debere liquet omnibus quibus sunt nota Novi ac Veteris Testamenti præcepta. Tabernaculum vero Moysen, Domino præcipiente, fecisse, et sacrasse cum mensa et altari ejus, et cæteris vasis utensilibus ad divinum cultum explendum legimus: et non solum divinis precibus ea sacrasse, sed etiam sancti olei unctione, Domino jubente, perlinisse novimus. Qualiter autem hæc facta sint, et non alii ipsa sacra quam sacerdotes sacra unctione delibuti, Dominoque cum vestibus sanctis sacrati, et levitæ tractabant, ferebant, erigebant, et deponebant, in ipsis institutionibus quæ, Domino jubente, per Moysen conscriptæ sunt, reperitur. Qualiter ergo David, regum piissimus, amplificaverit cultum Dei, et templum Domini ædificare voluit, sed propter multum sanguinem quem effuderat prohibitus est, et ipse collegerat expensas; Salomonque filius ejus idipsum quod ipse facere optaverat, jubente et auxiliante Deo, perfecit, et templum cum altari, et reliqua ad divinum cultum peragendum consecravit in libro tertio Regum inter cætera legitur ita: « Ædificans, »

inquit, Salomon, « Domino ædificavi habitaculum tuum fortissimum, solium tuum sempiternum, » convertitque rex faciem suam et benedixit omni Ecclesiæ Israel. Omnis enim Ecclesia Israel stabat. Et ait : « Benedictus Dominus Deus Israel, qui locutus est ore suo ad David patrem meum, et in manibus meis perfecit dicens : A die, qua eduxi populum meum Israel de Ægypto, non elegi civitatem de universis tribubus Israel ; ut ædificaretur domus, et esset nomen meum ibi, sed elegi David ut esset super populum meum Israel, voluitque David pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Israel, et ait Dominus ad David patrem meum : Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, benefecisti, hoc ipsum mente tractans. Verumtamen tu non ædificabis domum, sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis ipse ædificabit domum nomini meo. Confirmavit Dominus sermonem suum quem locutus est, stetique pro David patre meo, et sedi super thronum Israel sicut locutus est Dominus. Et ædificavi domum nomini Domini Dei Israel, et constitui ibi locum arcæ, in qua fœdus Domini est quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Ægypti. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu Ecclesiæ Israel et expandit manus suas in cœlum, et ait : Domine Deus Israel, non est similis tui in cœlo desuper, et super terram deorsum, qui custodis pactum et misericordiam servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo, qui custodisti David patri meo quæ locutus es eis ; ore locutus es, et manibus perfecisti, ut hæc dies probat. Nunc igitur, Domine Deus Israel, et conserva David famulo tuo patri meo quæ locutus es ei, dicens : Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamen si custodierint filii tui viam suam, ut ambulent coram me sicut ambulasti in conspectu meo. Et nunc, Domine Deus Israel, firmentur verba tua quæ locutus es David servo tuo patri meo. Ergone putandum est quod vere Deus habitet super terram ? Si enim cœlum et cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hæc quam ædificavi ! Sed respice ad orationem servi tui, et ad preces ejus, Domine Deus meus. Audi, Domine, hymnum et orationem quam servus tuus orat coram te hodie, ut sicut oculi tui aperti sunt super domum hanc nocte et die, super domum, de qua dixisti : Erit nomen meum ibi, ut exaudias deprecationem servi tui, et populi tui Israel, quodcunque oraverit in loco isto, et exaudias in loco habitaculi tui in cœlo, et cum exaudieris, propitius eris. Si peccaverit homo in proximum suum, et habuerit aliquod juramentum quo teneatur astrictus, et venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in cœlo, et facies, et judicabis servos tuos condemnans impium, et reddens viam suam super caput ejus, justificansque justum et retribuens ei secundum justitiam suam. Si fugerit populus tuus super inimicos suos, (quia peccaturus est tibi), et agentes pœnitentiam, et confitentes nomini tuo venerint, et oraverint, et deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo et dimitte peccatum populi tui Israel, et reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cœlum et non pluerit propter peccatum eorum, et orantes in loco isto, pœnitentiam egerint nomini tuo, et a peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam, exaudies eos in cœlo ; et dimitte peccata servorum tuorum et populi tui Israel, et ostende eis viam bonam, per quam ambulent, et da pluviam super terram, quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, locusta, rubigo : et afflixerit eum inimicus ejus, portas obsidens, omnis plaga, universa infirmitas, cunctaque devoratio et imprecatio, quæ acciderit **264** omni homini de populo tuo Israel ; si quis agnoverit plagam cordis sui et expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ et repropitiaberis et facies ut des unicuique secundum vias suas, sicut videris cor ejus (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum), ut timeant te cunctis diebus quibus vivunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris. Insuper et alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, et manus tua fortis, et brachium tuum extensum ubique), cum venerit ergo et oraverit in loco hoc, tu exaudies in cœlo, in firmamento habitaculi tui, et facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena, ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, et probent, quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam ædificavi. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos per viam quocunque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis quam elegisti, et contra domum quam ædificavi nomini tuo, et exaudies in cœlo orationem eorum, et preces eorum, et facies judicium eorum. Quod si peccaverint tibi (non est enim homo qui non peccet), et iratus tradideris eos inimicis suis et captivi ducti fuerint in terram inimicorum longe vel prope, et egerint pœnitentiam in corde suo, in loco captivitatis, et conversi deprecati fuerint te in captivitate sua dicentes : Peccavimus, inique egimus, impie gessimus ; et reversi fuerint ad te in universo corde suo, et tota anima sua, in terra inimicorum suorum ad quam captivi ducti fuerant, et oraverint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, et civitatis quam elegisti, et templi quod ædificavi nomini tuo, exaudies in cœlo, in firmamento solii tui, orationem et preces eorum, et facies judicium eorum, et propitiaberis populo tuo qui peccavit tibi, et omnibus iniquitatibus eorum quibus prævaricati sunt in te, et dabis misericordiam coram eis qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis. Populus enim tuus est et hæreditas tua, quos eduxisti de terra Ægypti, de medio fornacis ferreæ, ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui et populi tui Israel, et exaudies eos in universis pro

quibus invocabunt te. Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de universis populis terræ, sicut locutus es per Moysen, servum tuum, quando eduxisti patres nostros de terra Ægypti, Domine Deus. Factum est autem, cum complesset Salomon, orans Dominum orationem et deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini. Utrumque enim genu in terra fixerat, et manus expanderat ad cœlum. Stetit ergo et benedixit omni Ecclesiæ Israel voce magna dicens : Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo suo Israel, juxta omnia quæ locutus est; non cecidit ne unus quidem sermo in omnibus quæ locutus est per Moysen servum suum. Sit Dominus Deus nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos neque projiciens, sed inclinet corda nostra ad se, ut ambulemus in universis viis ejus, et custodiamus mandata ejus et cæremonias et judicia quæcunque mandavit patribus nostris, et sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram Domino appropinquantes Domino Deo nostro die ac nocte, ut faciat judicium servo suo et populo suo Israel per singulos dies, ut sciant omnes populi terræ, quia Dominus ipse est Deus, et non est alius absque eo. Sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis ejus, et custodiamus mandata ejus sicut et hodie. Igitur rex et omnis Israel cum eo immolabant victimas coram Domino. Mactavitque hostias pacificas quas immolavit Domino, boum viginti duo millia, ovium centum viginti millia, et dedicaverunt templum Domino rex et filii Israel. In die illa sanctificavit rex medium atrii quod erat ante domum Domini. Fecit autem ibi holocaustum et sacrificium et adipem pacificorum, quia altare æneum quod erat coram Domino minus erat, et capere non poterat holocaustum et sacrificium et adipem pacificorum. Fecit autem Salomon in tempore illo festivitatem celebrem, et omnis Israel cum eo multitudo magna, et introitu Emath usque ad rivum Ægypti, coram Domino Deo nostro septem diebus et septem diebus, id est quatuordecim diebus et in die octava dimisit populos (*III Reg.* VIII, 13-66). » Judæi ergo loca, in quibus Domino sacrificabant, divinis habebant supplicationibus consecrata, nec in aliis quam in Deo dicatis locis munera Domino offerebant. Si enim Judæi qui umbræ legis deserviebant, hæc faciebant, multo magis quibus veritas patefacta est, et gratia et veritas per Jesum Christum data est, templa Domino ædificare, et, prout melius possumus, ornare, eaque divinis precibus et sanctis unctionibus suis cum altaribus, et vasis, vestibus quoque et reliquis ad divinum cultum explendum utensilibus devote et solemniter sacrare, et non in aliis quam in Domino sacratis ab episcopis, et non a corepiscopis, qui sæpe prohibiti sunt, nisi (ut prædictum est) summa exigente necessitate missas celebrare, nec sacrificia Domino offerre debemus. Et hoc si summa necessitas agere compulerit, non in domibus, quia in sacris canonibus sacrificia in domibus offerri prohibita sunt, sed in tabernaculis divinis precibus a pontificibus dicatis et in mensis Domino sacratis, et sacra unctione a pontificibus delibutis pro summa (ut præfixum est) necessitate, et non pro libito cujusquam et pigritia agatur. Satius ergo est missam non cantare, aut non audire, quam in illis locis ubi fieri non oportet, nisi (ut sæpe dictum est) pro summa contingat necessitate, quoniam necessitas non habet legem. Unde scriptum est : « Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus (*Deut.* XII, 13). » Et in Exodo legitur : « Vos vidistis, quia de cœlo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, et offeretis super illud holocausta et pacifica vestra. Oves vestras et boves in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei (*Exod.* XX, 22-24). » Et sicut non alii quam sacrati Domino sacerdotes debent missas cantare, nec sacrificia offerre, sic nec in aliis quam in præfatis Domino sacratis locis missas cantare, aut sacrificia offerre licebit. Si autem ut legitur in concilio Laodicensi, cap. 26, quod hi, qui non sunt ab episcopis ordinati tam in ecclesiis, quam in domibus exorcizare non possunt; multo magis majoris gradus ministeria, nisi ab episcopis, qui ad eos gradus sunt sacrati, quibus fungi debent officia agi, vel sacrificia offerri licet. Quod autem (ut paulo superius prælibatum est) oblationes in domibus offerri non debent, in eodem concilio cap. 59, prohibitum habet ita : Non oportet in domibus oblationes celebrari ab episcopis et presbyteris : solemnitates vero dedicationum ecclesiarum et sacerdotum per singulos annos sunt celebrandæ, ipso Domino exempla dante, qui ad festum dedicationis templi omnibus id faciendum dans formam, cum reliquis populis eamdem festivitatem celebraturus venit, sicut scriptum est : « Facta sunt encænia in Hierosolymis et hiems erat. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis (*Joan.* x, 28). » Quod autem octo dierum sint encænia celebranda, in libro Regum peracta dedicatione templi reperies.

II. De ecclesiarum consecratione quoties dubitatur, et nec certa scriptura, nec certi testes existunt. a quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse consecrandas, nec talis trepidatio faciat deteriorationem, quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum. His, fratres, testimoniis Scripturarum apostolica auctoritate consultis vestris breviter respondisse sufficiat. Vobis tamen prævidendum est et omnibus prædicandum ut illicita non agantur, et Domini præcepta conserventur et fideliter peragantur. Rogamus autem vos, fratres, ut dicta Apostoli replicemus : « Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini in invicem, et in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis. Spiritum nolite

exstinguere; prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, et anima et corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur (*I Thess.* v, 14). » Data Kalendas Martii, Lampadio et Oreste IV consulibus.

Epistola ejusdem exhortatoria ad Sabinam.

Singulare membrum Ecclesiæ tuæ religionis amplitudinem existere, et a nobis reverendissime coli satis est omnibus manifestum; in ipso enim apice nobilitatis multo nobiliorem Ecclesiæ devotionem impendis, et magis læta Christi agnitione præceptis ejus obtemperas, et in fide potius exsultas quam tanti generis flore jactaris. Summa virtus est vicisse gloriam carnis, et magna est Christi gratia nobilitatem moribus superasse, domina filia merito illustris. Certa igitur existens, dilectissima, vitæ hujus quæcunque sunt spatia æternis divinisque officiis illustrare contende, ut qui insignem te præstitit, reddat sibi per sæcula clariorem. Quapropter tuam hortamur dilectionem ut bonum quod cœpisti semper impleri non differas, quia non laudatur initium sed finis. Sapientiam enim te hortamur diligere et scrutari, ut rationabiliter et sapienter disponas et judices ea quæ tibi commissa sunt, dicente Domino per Prophetam : « Erudimini qui judicatis terram (*Psal.* II, 10). » Time ergo Dominum, et mandata ejus serva, et dilige eum totis visceribus, et proximum tuum sicut teipsum. « Deus altissimus creavit sapientiam in Spiritu sancto, et vidit et dinumeravit eam, et mensus est, et effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem secundum datum suum, et præbuit illam diligentibus se. Timor Domini gloria et gloriatio, et lætitia, et corona exsultationis. Timor Domini delectabit cor, et dabit lætitiam et gaudium in longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio Dei honorabilis sapientia : quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione et in agnitione magnalium suorum. Initium sapientiæ timor Domini, et cum fidelibus in vulva concreatus est, et cum electis feminis graditur, et cum justis et fidelibus agnoscitur. Timor Domini scientiæ religiositas. Religiositas custodiet et justificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit. Timenti Dominum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est timere Dominum, et plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implebit a generationibus, et receptacula a thesauris illius. Corona sapientiæ timor Domini, replens pacem et salutis fructum. Et vidit, et dinumeravit eam. Utraque autem sunt dona Dei. Scientiam et intellectum prudentiæ Sapientia comparat, et gloriam timentium se exaltat. Radix sapientiæ est timere Dominum. Rami A enim illius longævi. In thesauris sapientiæ intellectus et scientiæ religiositas, exsecratio autem peccatoribus sapientia. Timor Domini expellit peccatum; nam qui sine timore est, non poterit justificari : iracundia enim animositatis illius, subversio illius est. Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio jucunditatis. Bonus sensus usque ad tempus abscondet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ; exsecratio autem peccatori cultura Dei. Fili, concupiscens sapientiam, serva justitiam, et Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim et disciplina timor Domini, et hoc quod beneplacitum est illi fides et mansuetudo, et adimplebit thesauros illius. Contumax non sis et incredibilis timori Domini, B et ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, et non scandalizeris 265 in labiis tuis. Attende in illis ne forte cadas et ponas scandalum animæ tuæ, et adducas inhonorationem tibi, et revelet Deus absconsa tua (*Eccli.* I, 9-40). Pro fide et justitia ac pro salute animæ certa semper et pro adjutorio fratrum viriliter age, ut a Domino recipias remunerationem. Scriptum est enim : « Fili, conserva tempus et devita a malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gratiam et gloriam. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Non reverearis proximum tuum in casu tuo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non C abscondas sapientiam tuam in decore ejus. In lingua enim agnoscitur sapientia, et sensus, et scientia, et doctrina in verbis veritatis, et firmamentum in operibus justitiæ. Non contradicas veritati ullo modo, et de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, et ne subjicias te homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluminis. Pro justitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua, et inutilis et remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens subjectos tibi. Non sit manus tua porrecta ad D accipiendum et ad dandum collecta (*Eccli.* IV, 23-36). » His fulta Scripturarum auctoritatibus semper sta recta, et a via veritatis ne avertaris, ut gratiam Dei acquiras et honorem, hominum amicitia fruaris, tantoque tua voluntas facilius ab amore hujus sæculi exeat, quanto et impellitur dum vocatur. Nam nos et præsentes vos videre cupimus et absentibus per epistolam saltem colloqui desideramus. Unde et optamus ut vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in Omnipotentis gratia perfrui vestra præsentia mereamur. Data XII Kalend. Novem. Lampadio et Oreste IV consulibus.

INCIPIUNT DECRETA BONIFACII PAPÆ.

ı ejusdem ad Eulalium Alexandrinum epi-
ım, de reconciliatione Carthaginensis Eccle-
siæ, directa.

'ACIUS episcopus EULALIO coepiscopo salu-

et ab initio tantam percepimus a beato Pe-
ıstolorum principe fiduciam, ut habeamus
tatem universali Ecclesiæ, auxiliante Do-
ıbvenire, et quidquid nocivum est auctori-
ostolica corrigere et emendare. Ad hoc enim
dispositionis provisio gradus diversos con-
esse distinctos, ut dum reverentiam minores
ous exhiberent, et potiores minoribus dile-
ı impenderent, una concordiæ fieret ex di-
e contexio, et recte officiorum generaretur
stratio singulorum, neque universitas alia po-
tione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam
itiæ ordo servaret. Quia vero creatura in
lemque æqualitate gubernari vel vivere non
cœlestium militiarum exempla nos instruunt,
ım sint angeli, sint archangeli, liquet quia
quales sunt, sed in potestate et ordine,
ostis, differt alter ab altero. Si ergo inter
sine peccato sunt constat ista esse distinctio,
minum abnuat se libenter dispositioni sub-
? Hinc enim pax et charitas mutua se vice
ctuntur, et manet firma concordia in alterna
placita dilectionis sinceritate. Quia igitur
uodque salubriter tunc completur officium,
ırit unus ad quem possit recurri præpositus,
ostra charitatem tuam latere nolumus, ne
ticeps fuit sollicitudinis, gaudiorum fructus
ır extorris. Et ideo Carthaginensem Eccle-
ı communionem nostram rediisse Domino
ınte tradentibus significamus alloquiis, et
orum quæ legatis nostris dedimus seriem
ibus fuisse completam. De qua parte, ut ad
nem tuam plenius perfecte gaudium perve-
bellum Eulalii fratris et consacerdotis nostri,
ginensis episcopi, et Justini clementissimi
is Orientis sacrarum litterarum exemplaria
credidimus destinanda, judicantes nihilomi-
Orientis partes plurimos episcopos sic fe-
Superest ut a nobis competentibus precibus
ıs exorata concedat, quatenus de aliarum
Ecclesiarum redintegratione gratulemur.
ı quæ significare curavimus, in eorum sacer-
qui fraternitati tuæ vicini sunt, curabis pro-
otitiam, ut et ipsi de effectu tantæ rei gra-
biscum cœlestis misericordiæ beneficiis re-
ɔn cessent. Aurelius enim perfecte Carthagi-
Ecclesiæ olim episcopus, cum collegis suis,
nte diabolo, superbire temporibus prædecessorum nostrorum Bonifacii atque Cœlestini contra Romanam Ecclesiam cœpit; sed videns se modo peccatis Aurelii Eulalius a Romanæ Ecclesiæ communione segregatum, humilians recognovit se, pacem et communionem Romanæ Ecclesiæ petens subscribendo una cum collegis suis damnavit apostolica auctoritate omnes scripturas quæ adversus Romanæ Ecclesiæ privilegia factæ quoquo ingenio fuerint.

Exemplar precum ejus et Justini prædicti principis.

« Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire, et a constitutis Patrum nullatenus deviare, et quia non potest Domini nostri Jesu Christi prætermitti sententia dicentis : « Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam (*Matth.* XVI, 18). » Et hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica extra maculam semper est catholica servata religio. De qua spe et fide minime separari cupientes, et Patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes qui contra sanctam Romanam et apostolicam Ecclesiam superbiendo suas erigunt cervices, sequentes in omnibus apostolicam sedem et prædicantes ejus omnia constituta; et per omnia spero ut in una communione vobiscum, quam sedes apostolica prædicat, esse merear, in quo est integra et vera Christianæ religionis et perfecta soliditas, promittens sequestratos a communione Ecclesiæ catholicæ, id est non consentientes sedi apostolicæ, eorum nomina sacra inter non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a professione mea deviare tentavero, his quos damnavi complicem mea sententia me esse profiteor, hanc autem professionem meam manu mea subscripsi, et Bonifacio sancto et venerabili papæ urbis Romæ direxi, damnans et antecessores et successores meos, et omnes qui sanctæ Romanæ et apostolicæ Ecclesiæ privilegia cassare nituntur. »

Hinc enim supernæ misericordiæ documentum perdocetur quoniam et mundani principes causas fidei cum reipublicæ ordinatione conjungunt, et ecclesiarum præsules quod ad dispensationem suam pertinet officii memores exsequuntur. Talibus enim indigebat post discordiæ procellas religio Christiana rectoribus, qui, compressis provida dispensatione turbinibus, diu peregrinatam pacem depulsa tempestate reducerent, ut in futura post sæcula ad propositi sui exempla tendentes sibi ascribendum indubitanter ostenderent quidquid Domino placitum posteris pro sua imitatione fecissent. Benedicamus Dominum, fratres charissimi, nostris hoc diebus fuisse concessum, et totis orationum et curarum viribus annitamur ut, quæ Dei opere bene cœpta sunt, ipso adjuvante per omnia compleantur. Sperandum enim est

ut ad compagem corporis sui reliqua quæ adhuc divisa sunt membra festinent, et a potioribus minora non discrepent. Ad quod cum me dilectio tua Christianæ studio charitatis hortatur, debet quod invitat sequi, et quod amandum suadet amplecti. Similem enim jam fidei curam gerentes per religiosam patientiam, per etiam præmium de boni operis speramus effectu. Neque enim difficultatibus est cedendum. Non enim fatigatur asperis fides, nec ad cœlorum ardua per proclive tenditur; nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur. Unde ne facientes bona deficiamus specialiter admonemur, etiam teste Psalmista : « Beati qui custodiunt judicium, et faciunt justitiam in omni tempore (*Psal.* VIII, 32), » quia non initium laboris remunerationem præmii consuevit invenire, sed terminus. Ergo studium sollicitudinis assumentes, quibus est una in communione societas et credulitas, quemadmodum de unitate sedis apostolicæ et Constantinopolitanæ Ecclesiæ pariter exsultamus in Domino, ita de reliquorum quoque sicut affectione admones, redintegratione lætemur, et curemus præmium, ut fidem integritatemque nostram immaculatam ab omni contagione servemus. Nosti enim, frater charissime ac sanctissime, quia ecclesiastica servant vincula concordiam quæ nos ab hæreticorum tueatur insidiis, per quam etiam canonum custoditur integritas. His in robore suo omni circumspectione servatis remedia sperantibus conservantur. Habet enim ecclesiasticarum ordo regularum, et ipsius forma justitiæ, ut medicina rationabilis benigne et fideliter sperantibus non negetur, nec quisquam est ita ab humanitate discretus, quem non a rigore districtionis inclinet cauta simplicitas. Sed ut caute hoc cæterasque querelas aut errores alicujus ævi valeas expedire, dilectissime frater, personam meam te in hoc oportet induere, scientem in hujusmodi causis, sicut prædictum est, quid cavendum sit, et ita omnia providendum, ut te non ambigas rationem dispensationis hujus Deo esse reddendam : ita tamen ut eos qui vobis fuerunt communione sociati, vel per vos sedi apostolicæ vestra nobis scripta declarent, quibus etiam et quam continentiam libellorum obtulerint inseratur. Sic quoque humilitatem debemus tenere in mente, ut inde ordinis nostri dignitatem servemus in honore, quatenus in nobis, nec humilitas timenda, nec ratio sit superba. Omnipotens Deus, charissime, sua te protectione custodiat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ multiplici animarum fructu perducat. Deus te incolumen custodiat, reverendissime frater. Amen. Data octavo Kalend. Octobris, Valentiniano II et Oreste IV consulibus.

INCIPIUNT DECRETA JOANNIS PAPÆ

Reverendissimo fratri VALERIO episcopo JOANNES.

Scripta tuæ sanctitatis suscipiens plena ea fidei regula qua primum polles inveni, et Deo gratias retuli quod anima et corpore te bene vigere didici. Sane ea quæ significasti quosdam dicere quod non sit Filius æqualis Patri, et quod in Evangelio scriptum sit : « Pater major me est, » scias non recte intelligere tales fidei regulas, nec rectam fidem penes se habere. Paulus apostolus non secundum deitatis naturam Christum creatum insinuat, sed secundum humanæ naturæ substantiam eumdem creatum affirmat, ipso Ephesiis conscribente : « Renovamini, inquit, spiritu mentis vestræ et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis (*Ephes.* IV, 23). » Et ad Hebræos : « In eo enim in quo passus est ille et tentatus, etiam potest his qui tentantur auxiliari. Unde sanctæ vocationis participes, considerate apostolum et pontificem confessionis nostræ Jesum, fidelem existentem ei qui creavit eum (*Hebr.* II, 18). » Et ad Colossenses : « Nunc autem deponite et vos universa : iram, indignationem, malitiam, blasphemiam ; turpiaque ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri invicem, exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum cum eo qui renovatur in agnitione secundum imaginem ejus qui creavit eum (*Col.* III, 8). » Nunquid is qui universam creaturam, visibilia et invisibilia a propria potestatis virtute procreavit ac fecit, seipsum antea vel postmodum, quod dicere nefas est, creavit vel facere potuit. Filius minor est Patre in assumpti hominis forma, æqualis vero Patri est in deitatis naturæ substantia ; eodem protestante : « Ego et Pater unum sumus **266** (*Joan.* X, 30). » Et iterum : « Qui me videt, videt et Patrem (*Joan.* XIV, 9). » Et iterum : « Qui odit me, odit et Patrem (*Joan.* XV, 23). » Et iterum : « Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificavit Patrem (*Joan.* V, 23). » Et iterum : « Ut sint in nobis unum, sicut et nos sumus unum (*Joan.* XV, 21). » Et iterum : « Tu in me et ego in eis (*Ibid.*). » Et iterum : « Omnia mea tua sunt (*Ibid.*, 10). » Et iterum : « Ego in Patre, et Pater in me (*Ibid.*). » Et iterum : « Pater in me manens, facit opera hæc (*Joan.* XIV, 10). » Et Joannes evangelista ait : « In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (*Joan.* I, 1). » Et iterum ipse ad Parthos : « Tres sunt, inquit, qui testimonium perhibent in terra ; aqua, sanguis et spiritus. Tres in nobis sunt, et tres qui testimonium perhibent in

cœlo, Pater, Verbum et Spiritus. Et hi tres unum sunt. » Nos itaque in natura deitatis, quia unum sunt Pater et Filius, nec Patrem credimus aliquo tempore præcessisse, ne major sit Filio, nec Filium postea natum esse, ut deitate Patris minoretur. Si æqualis Patri Filius non est, cur ita de illo Joannes evangelista testatus est : Propterea, inquit, persequebantur Judæi Jesum et quærebant eum occidere, quia non solum solvebat Sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Et Paulus apostolus : « Hoc sentite in vobis, inquit, quod et in Christo Jesu. Qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens (*Philipp.* II, 5). » Et in Salomone : « Qui genuit me requievit in tabernaculo meo (*Eccli.* XXIV, 12). » Et Isaias : Sicut est ab initio, ita usque in sæculum, neque adjectus est ei, neque minuetur illi; ipse est enim dominus creaturæ suæ, qui nihil eguit ab aliquo. Et in psal. LXXII : « Quid enim mihi est in cœlo, et ad te quid volui super terram. » Hæc omnia Filium non inferiorem natura demonstrant, sed æqualitatem deitatis annuntiant, quoniam qui utraque locutus est, verum dixit, quia Veritas mentiri non potuit. Taliter, frater charissime, semper age, cæterosque omnes agere mone, ut abolito hoc qui natus videbatur errore, in laudem et gloriam Dei per totum mundum una fides sit et una eademque confessio, « ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris (*Philipp.* II, 10). » Data ..... Nonas Augusti, Justiniano et Athalarico IV consulibus.

INCIPIT EPISTOLA AGAPITI PAPÆ

Ad Antemium Constantinopolitanum episcopum de duabus naturis in uno Christo.

AGAPITUS ANTEMIO episcopo salutem.

Multo gaudio essem repletus, si te talem circa Ecclesiæ pacem et gloriosissimi imperatoris atque populi doctrinam reperissem, qualem te in primordio esse audivi. Sed nunc quia didicimus a reverendissimis fratribus te contra statuta Patrum imperatorem et reliquos populos docere, ita ut negata humanæ carnis atque animæ veritate tantum Dominum nostrum Jesum Christum unius asseras esse naturæ, tanquam Verbi deitas ipsa se in carnem animamque verterit, et tanquam concipi ac nasci, nutriri et crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, et ascendere in cœlum, sedere ad dexteram Patris, venire ad judicandos vivos et mortuos, divinæ tantum voluntatis fuerit quæ nihil horum in se sine carnis recepit veritate, quæ natura unita naturæ Patris natura est Spiritus sancti simulque impassibilis, simulque incommutabilis sempiternæ Trinitatis indivisa unitas, et unius voluntatis æqualitas, unde si aliquis malæ voluntatis hoc, aut infidelis quisque desciscit ne convincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, et tamen Verbi incarnati, id est Verbi et carnis unam ausus fuerit pronuntiare naturam, manifeste in apertam et ideo odibilem transit insaniam, qui mediatorem Dei et hominum Jesum Christum simulatorie credit omnia egisse, nec verum in Christo corpus, sed phantasma ejus corporis speciem oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur, et talia assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum Patrum dudum sunt damnata sententiis, non dubium est eam nos fidem prædicare atque defendere quam sancti apostoli docuerunt, et hactenus eorum suorumque successorum sequens, sancta hæc Romana et apostolica Ecclesia doctrinam tenuit ac tenet, docuit et docet. Siquidem enim ita sunt obcæcati, et a lumine veritatis alieni, ut Verbi Dei a tempore incarnationis denegent veritatem, ostendant in quo sibi Christianum nomen usurpent, et cum Evangelio veritatis qua ratione concordent, si per Virginis partum, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest (evangelista dicente) quod Verbum caro factum est et habitavit in nobis, ita negari non potest (beato apostolo Paulo prædicante) quod Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quæ autem reconciliatio esse posset qua humano generi repropitiaretur Deus, si hominis causam mediator Dei et hominum non susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris implet, nisi qui in forma Dei æqualis est Patri, in forma servi particeps esset et nostri, ut mortis vinculum unius prævaricatione contractum unius morte, qui solus morti nihil debuit, solveretur? Effusio enim justi sanguinis Christi tam fuit dives ad pretium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vinculum retineret; quoniam sicut Apostolus ait : « Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia (*I Tim.* I, 14). » Et cum sub peccati præjudicio nati potestatem acceperint ad justitiam renascendi, validius factum est donum libertatis quam debitum servitutis. Quam itaque sibi in hujus sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in Salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, quo sanguine sunt redempti? « Quis est, ut Apostolus ait, qui tra-

didit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis; » aut quod unquam sacrificium fuit sacratius quam quod verus et æternus Pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit? In conspectu Domini pretiosa mors justorum fuit, nullius tamen insontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt justi, non dederunt coronas. De fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona justitiæ. Singulares quippe singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit, cum filius hominis, unus solus Dominus noster Jesus Christus, qui vere agnus erat immaculatus, exstiterit. In quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati, de quibus ipse dicebat : « Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum (*Joan.* XII, 32), » fides etenim justificans impios et creans justos ad humilitatis retracta participium, in illo acquirit salutem in quo solo homo se invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno Domino nostro Jesu Christo vero Dei atque hominis Filio, Verbi et carnis una persona sit, quæ inseparabiliter atque indivise habeat actiones communes, intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, et sic veræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ provehatur humilitas carnis, et ad quæ inclinetur altitudo deitatis; quid sit quod caro sine Verbo non agit, et quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet Virgo nec pareret, et sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine Verbi potentia non adorarent magi puerum, stella indice declaratum, sine veritate carnis non juberetur transferri in Ægyptum puer, et ab Herodis persecutione subduci. Sine Verbi potentia non diceret vox Patris missa de cœlo : « Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite (*Matth.* III, 17); » et sine veritate carnis non protestaretur Joannes : « Ecce Agnus Dei. Ecce qui tollit peccata mundi (*Joan.* I, 29). » Sine Verbi potentia reintegratio non fieret debilium et vivificatio mortuorum; et sine veritate carnis, nec cibus jejuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur æqualem; et sine veritate carnis non idem diceret Patre se esse minorem, cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quæ secundum confessionem beati Petri apostoli unum Christum Dei vivi Filium et hominem credit et verum, Christus Deus noster verus ita inter Deum et hominem mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utramque naturam, et solita sublimaret insolitis, et insolita solitis temperaret. Quid igitur? Cum Christus sit Deus et homo, loquitur homo, et calumniaris Deo? Ille in se naturam commendat humanam, in illo audes deformare divinam? Gemina ergo est substantia Christi, divina scilicet, qua æqualis est Patri, humana vero qua minor est Patre : utrumque autem simul non duo, sed unus Christus, ne sit quaternitas Deus. Sicut enim unus est homo in anima rationali et carne, sic unus est Christus Deus et homo, et per hoc Christus Deus anima rationalis et caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Deus te convertat in bonum, frater, et rectæ fidei normam te in omnibus tenere et docere concedat. Amen. Data Kalen. Maii, Justiniano quarto et Theodato IV consulibus.

INCIPIUNT DECRETA SILVERII PAPÆ.

Epistola Amatoris episcopi ad eumdem.

Beatissimo SILVERIO AMATOR episcopus.

A quibusdam, Pater dilectissime, illic a Patribus adventantibus audivimus vos a sede sancti Petri injuste pulsum exsilio destinatum. Quod nimis grave ferentes misimus parva munuscula id est argenti libras XXX, ad vestram vestrorumque sustentationem, quæ petimus ut ita grato animo suscipiatis sicut grata mittuntur intentione. Precamur quoque ut per vestram epistolam nobis remendare non dedignemini qualiter circa vos sit actum vel modo agitur, ut certam rationem de vobis scire et fratribus valeam nuntiare. Quid enim putas de nobis fieri, Pater summe, cum de summo pastore et vicario sancti Petri talia fiunt? Vos tamen nolite multum tristari, sed confortamini semper in Domino, quoniam potens est divinitas immensæ tempestatis incerta bono serenitatis amovere. Ora pro nobis, beatissime papa.

Rescriptum ejusdem ad Amatorem episcopum.

Dilectissimo atque amantissimo AMATORI episcopo, SILVERIUS.

O quam bona est charitas quæ absentia per imaginem præsentia sibimetipsi exhibet per amorem. Divisa tangit, confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta perficit. Quam recte prædicator egregius vinculum perfectionis vocat, quia virtutes quidem cæteræ perfectionem generant, sed tamen eas charitas ligat, ut ab amantis mente dissolvi jam nequeant. Hac itaque virtute, frater charissime, plenum te reperio dum non solum de me suscitando et visitando curam habes, sed etiam bonis tuis me fulcire et sustentare non desinis. Quanta autem mala in me peracta sunt, nec enarrare, nec scribere

tibi per omnia possum. Ante omnia vero patricia infesta mihi erat, eo quod non restituebam Antemium dudum patriarcham Constantinopolitanum, quem sanctæ memoriæ Agapitus prædecessor meus suis meritis damnavit. Urgente quoque ejus jussione exierunt quidam falsi testes dicentes adversum me crimina, quorum particeps non fui. **267** Sed dum multi in eadem accusatione persisterent, timuit Julisarius patricius noster, et mandavit me ad se venire pacifice pro quibusdam ecclesiasticis dispositionibus in palatium principis et ad primum et secundum velum retinuit omnem clerum et populum qui mecum veniebat, et nullum permisit introire, nisi me solum et Vigilium diaconem meum. Me vero vi retento, et ante prædictam patriciam deducto miserunt in exsilium, in quo modo sustentor pane tribulationis et aqua angustiæ. Ego tamen propterea non dimisi nec dimitto officium meum, sed cum episcopis quos congregare potui, eos qui talia erga me egerunt anathematizavi; et una cum illis apostolica synodali auctoritate statui nullum unquam taliter decipiendum sicut deceptus sum, et si aliquis deinceps ullum unquam episcoporum ita deciperet, anathema maranatha fieret in conspectu Dei et sanctorum angelorum. Similiter sanctorum Patrum roborantes decreta statuimus, licet sæpissime jam statutum fuerit, nec falsos, nec inimicos suspectos accusatores vel testes unquam super episcopos suscipi, eisque nocere nullatenus posse, quia falsam aut odiosam vocem aut funestam potius interdici quam audiri sanctis Patribus placuit. Summopere, charissime, tales cavendi sunt, et avertendi atque rejiciendi, si nocentes apparuerint, quia non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi leges tales non suscipiunt, sed repellunt; unde scriptum est : « Os impiorum devorat iniquitatem (*Prov.* XIX, 28); » et Dominus per prophetam loquitur dicens : « Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocenter agis. Cum electo electus eris, et cum perverso perverteris (*II Reg.* XXII, 26); et Apostolus inquit : « Pervertunt mores bonos colloquia mala (*I Cor.* XV, 33); » idcirco, ut jam prælibatum est, mali semper cavendi, et bonis atque benevolis est inhærendum, ut periculum desidiæ, quantum possumus, devitemus; et ne pestis hæc latius divulgetur, severitate qua possumus abscindamus, quoniam non temeritas intervenit præsumptionis ubi est diligentia pietatis. Agat semper unusquisque vestrum hac informatione apostolica fultus juxta vires suas, et fraterna dilectione a sancta religione mores proprios conservare et in communione alterutrum adjuvare, et in charitate permanere, et Dei voluntati indesinenter studeant inhærere, ut simul laudantes Dominum indefessas illi gratias semper agamus. Vale in Christo semper, et prædicta prout melius poteris, Domino ope ferente, adimplere, et reliquos fratres apostolica auctoritate informare studeto. Data IX Kalend. Decembris, Justiniano V et Julisano IV consulibus.

Epistola Silverii papæ ad Vigilium papam.

SILVERIUS episcopus VIGILIO.

Multis te transgressionibus irretitum sacerdotalis jamdudum novit generalitas. Et quia cruciatus [cruentis] humano sanguine manibus decessoribus nostris pervicacia tua subripiens leviticis præsumpseris excubare mysteriis, plerique noverint fidelium. Nam quia contra jura canonica temporibus sanctæ memoriæ Bonifacii papæ, ipso vivente successor ejus designari conabaris, nisi tibi amplissimi senatus obviasset justitia, tunc providentia pastorali auspicia tua pontificali auctoritate exsecranda jam debuerant detruncari. Sed dum parvum vulnus in te neglectum est, insanabile accrevit apostema, quod nisi ferro altius abscindatur, fomentorum sentire non potest medicinam : quippe qui nequissimi spiritus audacia, ambitionis frenesim concipiens, in illius apostolici medici cui animas ligandi solvendique collata et concessa potestas est, versaris contumeliam, novumque scelus in apostolica sede rursus nitaris inducere et in more Simonis, cujus discipulum te ostendis operibus, data pecunia, * neque repulso qui favente Domino tribus jam jugiter emensis temporibus ei præsidio tempora mea nitaris invadere. Habe ergo cum his qui tibi consentiunt pœnæ damnationisque sententiam, sublatumque tibi nomen et munus ministerii sacerdotalis agnosce sancti Spiritus judicio, et apostolica a nobis auctoritate damnatus. Sic enim decet fidem sanctorum Patrum in Ecclesia servari catholica, ut quod habuit amittat, qui improbabili temeritate quod non accepit assumpserit. Data octavo Kalend. Julii principii Basilii. Cælius Silverius papa urbis æternæ huic decreto anathematis in Vigilio pervasore facto, ad omnia statuta consensum præbens subscripsi pariter, et quatuor episcopi subscripserunt, id est, Terrocinensis, Fundanus, Firmensis et Meterrensis. Data ista chartula per Anastasium subdiaconum.

INCIPIUNT DECRETA VIGILII PAPÆ.

1. De Priscillianistis qui ab esu carnium se subtrahunt.
2. De trina mersione.
3. De his qui ab Arianis iterum baptizantur.
4. De ecclesiarum restauratione in fabricis vel dedicatione quid sit observandum.
5. De Paschæ festivitate et precum ordine ac missarum solemniis.

6. Quod in nomine Trinitatis debeat baptizari.

7. Quod beati apostoli Petri Romanæ scilicet Ecclesiæ sedes sacerdotalis mater sit dignitatis, atque ecclesiasticæ magistra rationis.

CAP. I. Dilectissimo fratris EUTERO VIGILIUS.

Directas ad nos tuæ charitatis epistolas plenas catholicæ inquisitionis sollicitudine gratanter accipimus, benedicentes Dei nostri clementiam, quia tales extremis mundi partibus dignatur suis ovibus providere pastores, per quos et pascuis valeant salutaribus abundare, et ab antiqui hostis rapacitate servari, ut insidias nequeant ejus subreptionis incurrere. Unde certum est quia promissæ vos beatitudinis gratia subsequatur, quando a vobis cœlestium perfectio doctrinarum tanta votiva suscitatione perquiritur. Scriptum est enim : « Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum (*Psal.* CXVIII, 2). » Hoc igitur, frater charissime, propositum tuæ consultationis tota mente tractantes, de te quoque provenire contendimus, qui regulam catholicæ fidei iisdem studes tenere vestigiis quibus eam apostolica fide cognoscis esse fundatam. Et quamvis sonus eorum toto orbe diffusus et usque ad fines orbis terræ verba eorum distensa, dilectionis tuæ corda Christo probaverint esse fidelia; tamen si quid ex his in Ecclesia, quæ tuæ gubernationi Deo auxiliante commissa est, necdum plena luce claruerit, ad eumdem fontem de quo illa salutaris manarat lympha, recurritis, id est quod debita charitate sumus amplexi, quia fiducialiter de his, unde apud eos observantiam esse dixistis ambiguam, nostra voluistis responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in Domino salutantes de singulis quid juxta catholicam disciplinam teneat apostolicæ sedis auctoritas, subjectis aliquibus etiam sanctarum capitulis regularum, te credimus instruendum. Ac primum his quos Priscillianæ hæresis indicasti vitiis inquinari sancta et convenienti religioni catholicæ eos detestatione judicas arguendos, qui ita se sub abstinentiæ simulatæ prætextu ab escis videntur carnium submovere, ut hoc exsecrationis potius animo quam devotionis probentur efficere : in qua re quia nefandissimis Manichæis esse consimiles approbantur, juste Patrum venerabilium constitutis ab hac superstitione sub anathematis sunt interminatione prohibiti, quando aliquid ciborum contagione carnium creditur esse pollutum, quia de his omnibus quæ ad humanum victum misericordia Dei contulit, nihil catholicis esse videatur immundum. Sic enim Titum doctor gentium Paulus monet apostolus dicens : « Omnia munda mundis : coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum mens et conscientia. Deum confitentur se nosse, factis autem negant, abominabiles et increduli, et ad omne opus bonum reprobi (*Tit.* I, 15). » Similiter et alio in loco ad Timotheum de hujusmodi cavendis erroribus prædicavit dicens : « In novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum ; in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam conscientiam; prohibentes nubere, et abstinentes a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognoverunt veritatem, quia omnis creatura Dei bona est, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur (*I Tim.* IV, 1). » Hæc igitur sequentia Patrum venerabilium constituta, specialiter eos censuerunt esse damnandos, qui cum carnibus abstinerent, ea quoque credebant esse vitanda quæ carnibus fuisse videbantur admista. Nam et ipse Dominus noster Jesus Christus ita præmonuit dicens : « Non quod intrat in os coinquinat homines, sed quæ procedunt de ore, hæc sunt quæ coinquinant hominem (*Matth.* XV, 11). » Quapropter nec abstinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos qui exsecrantur Domini creaturam recipimus in nostra societate.

De renascentium trina mersione.

II. De baptismo quoque solemniter adimplendo, similiter quid apostolica, vel sanxerit vel conservet auctoritas, in subjectis tua charitas evidenter agnoscet; illud autem novelli esse judicamus erroris, quod cum in fine psalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur : « Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, » aliqui sicut indicas, subducta syllaba conjunctiva, perfectum conantur minuere vocabulum Trinitatis, « gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto. » Quamvis ergo ipsa nos ratio evidenter edoceat, quia subducta una syllaba, personam Filii et Spiritus sancti unam quodammodo esse designant, tamen ad errorem talium convincendum sufficit, quod Dominus Jesus Christus designans in invocatione Trinitatis credentium debere baptisma celebrari, dixit : « Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti (*Matth.* XXVIII, 19). » Ergo cum non dixerit, In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sed æqualibus distinctionibus, Patrem et Filium et Spiritum sanctum jusserit nominari, constat illos omnino a Deo doctrina deviare, qui aliquid huic voluerint confessioni derogare. Qui si in errore permanserint, socii nobis esse non possunt.

III. De his etiam qui baptismatis gratia salutaris accepta, apud Arianos iterum baptizati, profundæ voraginis sunt morte demersi, quid per singulos ordines vel ætates antecessorum nostrorum decreta censuerunt, quæ multiplici sunt digesta ratione, et nostro scrinio relevata capitula his subjecta direximus, in quibus tamen illud speciali charitate etiam convenit observari; ut quia pro peccatis plurimis in gentibus iniquitas ipsa surrexit in æstimatione fraternitatis tuæ aliorumque pontificum per suas diœceses relinquatur, ut si qualitas et pœnitentis devotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio sit vicina. Quorum tamen reconciliatio non per illam impositionem manus quæ per invocationem sancti Spiritus operatur, sed per illam qua pœnitentiæ fructus acquiritur, et sanctæ communionis restitutio perficitur.

IV. De fabrica vero cujuslibet ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda, et si in eo loco consecrationis solemnitas debeat iterari. In quo sanctuaria non fuerint, nihil judicamus efficere, sed per eam minime aqua benedicta jactetur, quia consecrationem cujuslibet ecclesiæ in qua Spiritus sancti ara non ponitur, celebritatem tantum scimus esse missarum, et ideo si qua sanctorum basilica a fundamentis etiam fuerit innovata, sine aliqua dubitatione cum in ea missarum fuerit celebrata solemnitas, totius sanctificatio consecrationis **268** implebitur. Si vero sanctuaria quæ habebat ablata sunt, rursus earum depositione et missarum solemnitate reverentiam sanctificationis accipiet.

De Paschæ solemnitate et precum ordine.

V. Pascha vero futurum nos, si Deus voluerit XI Kalendarum Maiarum die celebraturos esse cognoscite. Ordinem quoque precum in celebritate missarum nullo nos tempore, nulla festivitate significamus habere divisum, sed semper eodem tenore oblata Deo munera consecrare. Quoties vero paschalis, aut ascensionis Domini vel Pentecostes, et Epiphaniæ sanctorumque Dei fuerit agenda festivitas, singula capitula diebus apta subjungimus, quibus commemorationem sanctæ solemnitatis, aut eorum faciamus, quorum natalitia celebramus, cætera vero ordine consueto persequimur. Quapropter et ipsius canonicæ precis textum direximus subter adjectum, quem Deo propitio ex apostolica traditione suscepimus; et ut charitas tua cognoscat quibus locis aliqua festivitatibus apta connectas, paschalis diei preces simul adjecimus. His igitur fraternitatis tuæ inquisitioni responsis, Dominum nostrum quantum possumus exoramus, ut omnibus catholicæ religionis Ecclesiis circa universos quos fideles sibi efficit, gratiæ suæ dona multiplicet, et ab omnibus insidiis spiritualis hostis atque carnalis cunctos populos suos redigere dignetur immunes. Significatur etiam beatorum apostolorum vel martyrum sicut speramus sancto nos affectui tuo direxisse reliquias, præsumentes fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adjuvandam.

VI. Si quis episcopus aut presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sed in una persona Trinitatis, aut duabus, aut in tribus patribus, aut in tribus filiis, aut tribus paracletis, projiciatur de Ecclesia Dei.

VII. Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod Ecclesia Romana fundamentum et forma sit Ecclesiarum, a qua omnes ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignorat : quoniam licet omnium apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est, ut cæteris præemineret, unde et Cephas vocatur, quia caput est et primus omnium apostolorum. Et quod in capite præcessit, in membris sequi necesse est. Quamobrem sancta Romana Ecclesia ejus merito Domini voce consecrata, et sanctorum Patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium Ecclesiarum, ad quam tam summa episcoporum negotia et judicia atque querelæ, quam et majores ecclesiarum quæstiones, quasi ad caput semper referenda sunt. Nam et qui se scit aliis esse præpositum, non moleste ferat aliquem esse sibi prælatum. Ipsa namque Ecclesia quæ prima est ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in parte sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudine potestatis, unde omnium appellantium apostolicam sedem episcoporum judicia et cunctarum majorum negotia causarum eidem sanctæ sedi reservata esse liquet, præsertim cum in his omnibus ejus semper sit exspectandum consultum : cujus tramiti si quis obviare tentaverit, sacerdotum causas se non sine honoris sui periculo apud eamdem sanctam sedem noverit redditurum. Data Kalend. Martii, Wisiliano et Johanne IV consulibus.

INCIPIUNT DECRETA PELAGII PAPÆ.

Epistola Pelagii papæ ad Vigilium.

PELAGIUS episcopus VIGILIO coepiscopo salutem.

Gaudeo fidei devotione tuæ quod religiosum studium et divinum officium dignanter impendis, et maxime quod fidei inimicos æmularis apostolicæ sedis quærens exempla. Didici sane tam per latorem tuarum quam et per litteras tuas quod sint quidam penes vos qui dicentes garriunt : Qualiter Pater et Filius unus potest esse Deus, cum præter Patrem alius non sit Deus, qui dicatur ingenitus atque invisibilis? Hi sane si scirent donum Dei, et veræ fidei regulas intelligerent, nequaquam talia mussitarent; sed quia non habentes munda corda quæ videre secreta Dei et intelligere mysteria valeant divina, et mundanda sunt prius corda eorum per pœnitentiam ut intelligere postmodum, et capere lumen veritatis possint. Quibus tamen ad eorum ac multorum illuminationem corrigendo talium errorem apostolica auctoritate respondendum est ita : Quomodo vos Patrem et Filium unum profiteri non vultis? Eos etiam nos unum et verum Deum a prophetis et apostolis ostendimus prædicatum, a quibus etiam Spiritum credimus sanctum non esse discretum, Isaia propheta dicente : « Ego sum Deus, et non est alius præter me. Et per memetipsum juro, quia exivit ex ore meo veritas, et sermo

meus non avertitur, quia mihi inclinabitur omne genu, et omnis lingua jurabit per Dominum dicens : Justitia et gloria ad eum veniet (*Isa.* XLV, 21-25). » Et ut hoc in testimonio Patrem simul et Filium cognoscas fuisse, Paulum audi dicentem, « ut in nomine, inquit, Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris omnipotentis (*Philipp.* II, 11). » Quod si iste Filius minor est Patre suo, ergo minorata est gloria Patris in Filio. Et ubi est quod in Salomone Scriptura loquitur dicens : « Sicut etiam in conspectu eorum, inquit, magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognoscant te sicut et nos cognovimus, quoniam non est Deus præter te, Domine (*Eccli.* XXXVI, 4). » Diligenter attende et agnosce Filium esse, qui magnificabitur in judicio dum venerit vivos et mortuos judicare. Item Isaias : Audite me, domus Jacob et residuum domus Israel, qui egredimini ex utero meo, et erudimini a puero usque ad senectutem. Ab initio ego sum, et quousque senescatis ego sum. Ego vos feci, et ego sustineo. Ego remittam, et ego suscipiam, dicit Dominus. Et iterum : Ego sum Dominus Deus, et præter me non est alius Deus, annuntians novissima priusquam fiant, et statim consummata sunt. Item alibi. Audi me, Jacob et Israel, quem ego feci. Ego sum Dominus Deus tuus, et non est alius præter me. Item alibi : Ego sum Dominus Deus tuus, primus et ego novissimus, et in ea quæ superventura sunt in novissimo ego sum. Item alibi : Ego sum Deus qui te creavi, qui te adivi, et communivi dextera mea. Et unitatem Patris et Filii assignans loquitur dicens : Ego testis vester, dicit Dominus Deus, et puer meus tu quem ego elegi, ut sciatis et credatis quia ego sum, ante me non fuit alius Deus, et post me non erit. Unum, hæretice, elige e duobus : aut fatere Patrem et Filium unum Deum; aut si solum Patrem Deum esse contendis, ergo tibi Dominus Deus Jesus Christus Dei Filius non erit Deus, quia scriptum est : « Ante me non fuit alius Deus, et post me non erit. » Si secundum te ita est, cur Apostolus talia prædicat et eumdem Filium Deum super omnia benedictum insinuat? « Quorum patres, inquit, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula (*Rom.* IX, 5). » Item Isaias dicit : Dominus Deus Israel, qui liberabit eum Ægypto. Ego sum primus et ego post hæc, et præter me non est Deus sicut ego sum qui stet, et vocet et præparet mihi ex quo hominem feci in sæculum. Item ibi : Iste est Deus et nesciebamus, Deus, et non est alius deus præter te. Tu enim es Deus et nesciebamus, Deus Israel salvator unus Deus. Non sunt Pater et Filius dii, quia est Deus in quo esse dicitur Deus; præter alium Deum non esse propheta sæpenumero protestatur. Et Jeremias : « Hic Deus noster, ait, et non applicabitur alter ad eum, qui invenit omnem scientiæ viam, et dedit eam Jacob puero suo et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et inter homines conversatus est (*Baruch* III, 36). » Et in Salomone : « Miserere nobis, Deus omnium, et ostende nobis lumen miserationis, et immitte timorem tuum super gentes quæ non exquisierunt te, ut cognoscant quia non est alius Deus, nisi tu (*Eccli.* XXXVI, 1). » Item ibi : « Domine Deus Israel, non est tibi similis in cœlo sursum, neque in terra deorsum (*Deut.* IV, 39). » Et in psalmo XVII : « Quoniam quis deus præter Dominum, aut quis deus præter Deum nostrum? » Et in Genesi : « Et pluit Dominus a Domino ignem et sulphur super Sodomam et Gomorrham, et evertit civitates illas (*Gen.* XIX, 24). » Si solus Pater Deus est, quis pluit ignem et sulphur a Domino, vel supradictas civitates evertit? Quæso, responde. Et Deuteronomium : Dominus solus deducebat eos, et non fuit cum illis deus alienus. Et Paulus apostolus : « Unus Deus qui justificat circumcisionem ex fide et præputium per fidem (*Rom.* III, 30). » Et ad Corinthios : « Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi (*II Cor.* V, 19). » Et iterum : « Non est Deus, nisi unus. » Et ad Galatas : « Mediator autem unius non est, Deus autem unus est (*Gal.* III, 30). » Et unitatem Patris et Filii et Spiritus sancti demonstrans, Ephesiis scribens, ita confirmat : « Sufferentes invicem in charitate solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus (*Ephes.* IV, 3). » Si enim prædicti hæretici unitatem fidei voluerint simplici corde recipere, ex hoc jam testimonio in uno spiritu possunt simul Patris et Filii unitatem condiscere. Patrem igitur ut ipsi se dicunt invenisse in divinis litteris ingenitum proprie positum nec legere possunt penitus, nec probare : sed quia idipsum fides exigit Christiana absque ulla dubitatione ingenitus creditur, qui tamen secundum seriem Scripturarum in Filio a se genito visus esse monstratur. Apostolus vero Paulus missionem Filii Dei in Spiritu sancto longe ante conspiciens, Romanæ Ecclesiæ scribens hæc testatus est dicens : « Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne, ut justitia legis impleretur (*Rom.* VIII, 3). » Cernisne quoniam Filius non secundum deitatem a Patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer et pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod semetipsum exinanita majestatis suæ potentia, idem se Filius miserit, Apostolus contestatur dicens : « Semetipsum exinanivit formam servi accipiens, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis (*Philipp.* II, 7). » Et Isaias : Non legatus, neque angelus, sed ipse Dominus veniet, et salvabit eos. Item ibi : Palam apparui non quærentibus me. Et in Jeremia : Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, et

veni, et factus sum illis in opprobrium. Et in Michæa : Ecce Dominus veniet, et commovebuntur montes sub eo. Et in Zacharia : Gaude et exsulta, filia Sion, quia ecce ego venio, et commorabor in medio tui, dicit Dominus. Et Apostolus ad Timotheum : « Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia Jesus Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere (*I Tim.* I, 15). » Et Malachias : « Ecce subito veniet in templo suo Dominus, quem vos quæritis, et angelus testamenti, quem vos vultis (*Malach.* III, 1). » Et in Evangelio : Non veni vocare justos, sed peccatores in pœnitentia. Iterum ibi : « Quid nobis et quid tibi, Jesu Fili Dei, venisti ante tempus perdere nos? (*Matth.* VIII, 29.) » Item ibi : « Venit filius hominis quærere et salvum facere quod perierat (*Luc.* XIX, 10). » Item ibi : Ego veni ut vitam habeant, et ut abundantius habeant. Item ibi : « Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo (*Joan.* III, 13). » Nunquid in his tantis ac talibus testimoniis, quibus se Filius Dei a semetipso venisse testatus est, poteris dicere ab alio et non a semetipso venisse. Dum manifestum est eum qui carnem nostram dignanter assumpsit voluntarie et non ab alio missus advenerit. Nam qui in Patre manens, ubique potentia sua consistit, ubi a Patre mitteretur omnino non habuit. Scimus enim quoniam nulla pars cœlorum ac terræ a conspectu Patris excipitur, ubi secundum eos a Patre Filius mitteretur. **269** Interim vero det operam, quantum fieri potest, tua dilectio, ut omnibus Ecclesiæ filiis innotescat, quid contra impium sensum secundum Evangelicam doctrinam et apostolicam prædicemus, quia licet plene quæ semper fuisset atque esset catholicorum sententia scripserimus, tamen nunc quoque ad confirmandas omnium mentes non parum exhortationis addimus. Memor enim sum me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cujus a Domino Jesu Christo est glorificata confessio, et cujus fides omnes quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat; et intelligo aliter mihi non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ in qua universalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. Ne autem alicujus negligentiæ occasione scripta nostra ad vos non potuerint pervenire, et exemplaria eorum nunc mittenda credimus, ut nullomodo fidei quam defendimus prædicatio vestræ doctrinæ notitiæ subtrahatur. Data v Non. Maii, Joanne Narsete IV consulibus.

INCIPIUNT DECRETA JOANNIS PAPÆ.

Joannes episcopus, universis episcopis per Germaniæ et Galliæ provincias constitutis, in Domino salutem. Optaveram siquidem, charissimi, pro nostri charitate collegii omnes Domini sacerdotes in una devotione persistere, nec quemquam, prohibita gratia, aut favore sacerdotum sectari, aut a via recta discedere; et quanquam credamus dilectionem vestram ad omne opus bonum esse paratam, ut tamen efficacior fiat, congruum nobis visum est, litteris sedis apostolicæ, ut antecessorum quoque nostrorum vestigia imitemur, vos monere præcepta divina et apostolicæ sedis instituta viriliter peragere, et prohibita non tangere, sed cavere; nec cuiquam liceat unquam doctrinam Patrum deserere, et sacerdotali honore gaudere. Perlatum est ad sedem apostolicam emersisse, et denuo reviviscere prohibitum, et funditus exstirpandum, tam a sancto Damaso quam a sancto Leone, viris apostolicis atque ab universis synodali auctoritate episcopis reprehensibilem atque oppido insolitum usum, eo quod quidam corepiscopi, qui et a prædictorum antecessorum sanctorum apostolicorum Patribus et viris apostolicis, et ab ipsis sive a nobis sunt prohibiti, sicut eorum hactenus testantur decreta ultra modum suum progredientes, donum sancti Spiritus per impositionem manuum tradant, et alia quæ solum pontificibus debentur contra fas peragant; præsertim cum ex septuaginta discipulis quorum speciem in Ecclesia gerunt legatur nullus donum Spiritus sancti per manus impositionem tradidisse. Quod autem solis apostolis eorumque successoribus proprii sit officii tradere Spiritum sanctum, liber Actuum apostolorum docet. In concilio vero Cæsariensi ita de corepiscopis habetur scriptum : Corepiscopi quoque ad exemplum et formam septuaginta videntur esse, ut comministri autem propter studium quod erga pauperes exhibent honorentur. Si enim meliores sanctioresque sanctis apostolis esse putatis, facite quæ illi non fecerunt, et superextollite vos illis. Si enim ejusdem ordinis estis et æquiparare vos vultis illis, nolite agere quæ illi non egerunt, sed imitamini, prout melius potestis, exempla et vestigia eorum : illis autem præcipiente Domino, illisque denuntiante, ut illi et successores eorum tantummodo per manus impositionem tradcrent Spiritum sanctum, et nullum unquam ex septuaginta scientes eis illicitum fore, quorum typum (ut prædictum est) corepiscopi, antequam prohibiti essent, in Ecclesia gerebant, tradere per manus impositionem Spiritum sanctum permiserunt, dantes successoribus eorum exemplum, ne unquam talia præsumerent. Unde in Actibus apostolorum scriptum est : « Cum audissent apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem. Qui cum venissent oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum. Necdum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati

tantum in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum sanctum (*Act.* VIII, 14-17). » Non ergo, ut jam dictum est, aliquem ex septuaginta, licet pauci essent apostoli ad hoc opus perficiendum, direxerunt, sed Petrum et Joannem apostolos per manus impositionem tradere Spiritum sanctum miserunt, quorum vicem episcopi in Ecclesia gerunt, et non corepiscopi, qui septuaginta discipulorum formam ante prohibitionem eorum gerebant. Quod illi non fecerunt vos facere nolite, ne dissimiles eis, et indigni eorum successione et ministerio esse videamini, quia ut ait Dominus in Evangelio : « Qui non est mecum adversum me est, et qui non colligit mecum dispergit (*Luc.* XI, 23). » Sic autem Petrus, princeps apostolorum, adjutores sibi ascivit Linum et Cletum, non tamen potestate pontificii, aut ligandi vel solvendi eis normam tradidit, sed successori suo sancto Clementi qui sedem apostolicam post eum, et potestatem pontificalem, tradente sibi beato Petro, tenere promeruit. Linus vero et Cletus ministrabant exteriora, princeps autem apostolorum, Petrus verbo et orationi insistebat, et quæ non incongrue ad traditionem Spiritus sancti per manus impositionem pertinent. Unde et in Actibus apostolorum scriptum habetur. « Non est æquum nos relinquere verbum Dei et ministrare mensis (*Act.* VI, 2). » Quapropter septuaginta electi sunt discipuli qui exteriora peragerent, ipsi vero apostoli verbo et orationi insisterent, inde et in Evangelio secundum Lucam scriptum est ita : « Posthæc autem designavit Dominus et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis : Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calciamenta, et neminem per viam salutaveritis. In quamcunque domum intraveritis, primum dicite : Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. Sin autem ad vos revertetur. In eadem autem domo manete edentes et bibentes quæ apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcunque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis, et curate infirmos qui in illa sunt, et dicite illis : Appropinquabit in vos regnum Dei. In quamcunque civitatem intraveritis, et non receperint vos, exeuntes in plateis ejus dicite : Etiam pulverem qui adhæsit nobis de civitate vestra extergimus in vos; tamen hæc scitote; Quia appropinquabit regnum Dei. Dico vobis quia Sodomis in illa die remissius erit quam illi civitati (*Luc.* X, 1-12). » Et in Matthæo evangelista scriptum est : « Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ. Cavete autem ab hominibus, tradent enim vos in conciliis, et in Synagogis suis flagellabunt vos, et ante reges et præsides ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim in illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium, et exsurgent filii in parentes et morte eos afficient, et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (*Matth.* X, 16-27). » Linum namque et Cletum nihil legitur unquam ex pontificali ministerio egisse potestative, sed quantum eis a beato Petro præcipiebatur, tantum solummodo agebant. Nam et in canone legitur Nicæno : Episcopum namque convenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, a tribus tamen omnimodis in idipsum convenientibus, et absentibus quoque pari modo decernentibus, et per scripta consentientibus tunc ordinatio celebretur, firmitas autem eorum qui geruntur per unamquamque provinciam metropolitano tribuatur episcopo. Omnia quoque maxima concilia affirmant eum non esse episcopum, qui minus quam a Patribus episcopis auctoritate etiam metropolitani fuerit factus episcopus; ideoque illos quos corepiscopos vocatis, quia ab uno ut audivimus fiunt episcopo episcopos non esse, nec aliquid de pontificali privilegio agere debere perspicuum est, quoniam si nomen non habent, quomodo officium possunt habere ? Si ergo episcopi non sunt, et presbyteri quorum vicem gerunt, quia ad exemplum et formam septuaginta olim fiebant esse despiciunt, quid erunt ? Profecto quod ratione caret, aut nihil, aut parum provectum est. Si quis de his amplius, et quod fieri non debet voluerit scire, legat prædictorum apostolicorum decreta, et ibi reperiet. De quibus aliqua et hic inserere dignum duximus. Si Domini desideramus esse discipuli ipsius imitemur vestigia, ut de nobis dicatur : « Ego sum pastor bonus et agnosco oves meas, et voco eas nominatim, et cognoscunt me meæ (*Luc.* X, 14), » etc. Et iterum monente Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, ut Christi oves qui Christum amat, diligenter et cum magna cura pascat, quoniam ipsius sanctæ sedis, cui per abundantiam divinæ gratiæ præsumus, ipsius amore et reverentia cohortamur, ut tantæ superstitionis quæ nullius (ut sæpe dictum est) fulcitur auctoritate, periculum, quantum possumus, declinemus, ne beati magistri nostri Petri, summi apostoli dilectio, qua se amatorem Dei esse testatus est, vana inveniatur in nobis; quoniam omnis negligenter pascens, toties commendatum sibi Dominicum gregem, convincitur summum non amare Pastorem, nec ejus velle se discipulum fieri, cujus exempla negligit imitari. Nam gratia prorsus major acquiritur, si de commissis ovibus lucrum offerat Deo sollicitudo pastoris. Nam

et beatum Jacob, qui pro uxoribus diu servierat dixisse meminimus : « Viginti annis fui tecum, oves tuæ et capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia ostenditur; ego damnum omne reddebam, et quidquid furto perierat a me exigebas. Die noctuque æstu urebar et gelu, fugiebat somnus ab oculis meis (*Gen.* XXXI, 38-40). » Si igitur laborat et vigilat qui pascit oves Laban, quanto labore quantisque vigiliis debet intendere qui pascit oves Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ovibus animam, et adjuvet nos, ut de his, qui nobis commissi sunt, fructum multiplicem, et mensuram supereffluentem ad æterna gaudia reportare concedat, tantusque nos beati Petri, apostolorum principis, amor accendat, ut in ovili ipsius, cui omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes, et illicita atque prohibita præsumentes, sanctis vestris studiis summo redintegrare cum desiderio festinetis, qualiter animæ, pretioso Christi sanguine redemptæ eorum non depereant deceptione. Restat etiam quod per ostium hi nequaquam subintrarunt, qui non habebant ostium per quod ingrederentur, quia, ut dictum est, si nec episcopi sunt, et plusquam presbyteri esse ambiunt, per quod ostium intrabunt, cum hi tamen ordines in Ecclesia legantur, nec amplius ad pastorale officium aliquod patet ostium per quod pastor intret? Audite, fratres, non me, sed ipsam dicentem Veritatem : « Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro (*Joan.* X, 1), » etc. Cum etiam egregius prædicator dicat : « Fundamentum aliud nemo potest ponere præter quod positum est (*I Cor.* III, 11). » Cum prædicta duo fundamenta in Ecclesia tantummodo inveniuntur posita, quidquid amplius positum in his inveniatur, stare nullatenus poterit. Et ideo, cum omnibus suis fundamentis et actionibus atque radicibus ut evellatur, necesse est. Ita ut amplius pullulare, nec germinare valeat. Non ergo generet et non faciat vobis, fratres, toties repetita locutio fastidium; et quia summa necessitas est sæpius prohiberi, quod toties illicite usurpatur, et quoniam veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem, et quod toties repetendo admonetur minus usurpatur. Super his enim multa jam ab antecessoribus nostris dicta sunt, a quibus ipsi sicut nunc a nobis, ita olim ab ipsis damnati et prohibiti sunt. Ideo sæpius repetentes omnes monemus, ut vitentur hujusmodi et a talibus se **270** abstineant, qui noluerint, una cum eis a sacerdotali ministerio, ut rebelles, fieri alieni. Quod ita demum probare poterimus, si tales exstirpare, et non eis favere decertaveritis, et ita postmodum de tali re querela cessabit, quia contumeliæ studio fit quidquid interdictum toties usurpatur. Omnia hæc decretalia, et cunctorum decessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus et canonum promulgata sunt disciplinis, ita vobis et omnibus episcopis ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, ut si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari : quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et merito nos qui summa Ecclesiæ tenere debemus gubernacula, causa respicit, si silentio faveamus errori. Data XIV Kal. Augusti, Justiniano VI et Narsete IV cc. consulibus.

INCIPIUNT DECRETA BENEDICTI PAPÆ.

Reverendissimo fratri episcopo David, Benedictus salutem in Domino.

Respondere litteris vestris plenius cogitavi, sed, cum hoc meditarer, tantus me dolor tetigit, ut magis flere quam aliquid dicere delectatus sim. Sed ne funditus remaneret, pauca vobis rescribere curavi, ad potiora vos tempora congrue invitans. Quod autem litteræ tuæ testes sunt quosdam intra provinciam Bæticam esse, qui dicerent neminem veraciter posse probare Trinitatem unitatem fieri; cum neque tres unum, neque unum in tribus posse quemquam proprie approbari : quas ob causas, dilectissime fili, consulta ibi apostolicæ sedis misimus, ut aut eos ad rectam fidem converti facias, aut ab Ecclesia, antequam pestis hæc latius divulgetur, repellas. His, frater, Scripturarum testimoniis unitatem Trinitatis agnosce, et desine Arianorum pravitatem sequi, ut ab eadem possis peccatorum indulgentia promereri, Isaia propheta dicente : « Vidi Dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum, et Seraphim stabant in circuitu ejus, sex alæ uni, et sex alæ alteri; duabus velabant faciem, duabus autem velabant pedes; et duabus volabant et clamabant ad alterutrum, dicentes : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth (*Isa.* VI, 1-2). » Si trinitas non est, quare tertio « sanctus » dixerunt? Et si unitas non est, quare sub trina repetitione unum Deum ac Dominum intimarunt? Si trinitas non est, cur in Geneseos dicitur : « Dixit Deus, fecit Deus, et benedixit Deus (*Gen.* I, 24, 27). » Si vero unitas non est, quare tertio dixit : « Deus, » et non tertio « deos » plurali numero commendavit? Et si trinitas non est, quare in Exodo dictum est tertio : « Domine, Domine, Domine, miserator et misericors (*Exod.* XXXIV, 6). » Si unitas non est, quare dum tertio diceret Domine, postea « miserator » singulariter dicit, et non miseratores, ut plures ostenderet, intimavit? Si trinitas non est, cur Abraham ad ilicem Membre sedens, tribusque occurrens, uni « Domine » (*Gen.* XVII, 3) dixit, et non ut viderat tribus salutationis obsequium

reddit? Si unitas non est, quare cum Moysi « Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, » tertio diceret, unitatem ostendens, « hoc mihi nomen est (*Exod.* III, 15) » dixit: Nonne hæc sunt quæ nostra nomina designavit? Si trinitas non est, quare David tertio dixit : « Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus (*Psal.* LXVIII, 8). » Si unitas non est, quare cum « Deus » tertio nominasset, « benedicat » et non benedicant adjunxit? Si trinitas non est, cur Isaias denuo dixit : « Domine, Deus sabaoth, Deus Israel, qui sedes super Cherubim? » (*Isa.* XXXVII, 16.) Si unitas non est, quare qui « sedes » dixit, et non qui sedetis adjunxit? Si trinitas non est, quare in Regnorum libro dicitur : « Domine, Deus omnipotens, Deus Israel, sermones tui fideles sunt? » (*II Reg.* XXII, 3.) Si unitas non est, quare « tui » dicitur, et non vestri potius intimatur? Si trinitas non est, cur in psalmo quinquagesimo octavo cantatur : « Domine virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes? » Si unitas non est, quare « intende » posuit et non intendite, ut prædicatus est, intimavit? Si trinitas non est, quare in Apocalypsi tertio dixit : « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus, Deus omnipotens, qui est et qui erat? » (*Apoc.* IV, 8.) Si unitas non est, quare non qui sunt pluraliter, sed qui « erat » designavit? Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dictum est : « Dominus Deus tuus, Deus misericors est, et audiet vocem tuam (*Deut.* IV, 31). » Si unitas non est, quare « audiet » posuit, et non audient intimavit? Si trinitas non est, quare in Jesu Nave dicitur libro : « Dominus Deus deorum est (*Deut.* X 17). » Si unitas non est, quare « est » dixit, et non sunt, more locutionis, induxit? Si trinitas non est, quare Elias hortando : « Domine, Domine, Domine, Deus Israel, ostende quia tu es Deus meus (*III Reg.* XVIII, 36), » dixit? Si unitas non est, quare « ostende » et non ostendite posuit? Si trinitas non est, cur Mardochæus orando : « Domine, Deus omnipotens, omnia in potestate tua sunt (*Esth.* XIV, 12) » dixit? Si unitas non est, quare in « tua » posuit, et non in vestra signavit? Si trinitas non est, cur etiam Judith orando dixit : « Domine, Domine, Deus omnium virtutum, respice in orationem meam? » (*Judith.* IX, 3.) Si unitas non est, quare « respice » posuit, et non respicite designavit? Si trinitas non est, quare in Jeremia dicitur : « Dominus Deus vester Deus verax est? » (*Jerem.* X, 10.) Si unitas non est, quare in Apocalypsi scriptum est : « Dominus, Deus, et Spiritus prophetatum misit angelum suum ostendere servis suis quæ oportet fieri cito? » (*Apoc.* XXII, 6.) Si unitas non est, quare cum Patrem et Filium et Spiritum sanctum nominasset, « misit » Dominus dixit, et non miserunt, sub prætextu trium personarum et nomen introduxit? Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dicitur : « Dominus Deus vester, hic est Deus? » (*Deut.* I, 30). Si unitas non est, quare « hic est » dixit, et non hi sunt plurali numero designavit? Si trinitas non est, quare in eodem dicitur libro : « Dominus Deus tuus, Deus magnus et potens est? » (*Deut.* X, 17.) Si unitas non est, quare « magnus et potens » non pluraliter nominatur? Si trinitas non est, cur Tobias filium suum cum in Rages civitatem cum Raphaele angelo mitteret, benedicens eos, ita dixisse docetur : « Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, ipse impleat benedictionem suam in vobis? » (*Tob.* VII, 15.) Si unitas non est, quare « ipse impleat » dixit, et non ipsi impleant intimavit? Postremo si trinitas non est, quare Dominus discipulos suos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti universas gentes posuit baptizare? (*Matth.* XXVIII, 19.) Si unitas non est, quare « in nomine » dixit, et non in nominibus præcipiendo perdocuit? Si trinitas non est, quare apostolus Paulus ait : « Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia? (*Rom.* XI, 36.) » Si unitas non est, quare « ex ipso » posuit, et non ex ipsis astruxit? Si enim certo certius volueris unitatem Trinitatis agnoscere a sæpedicto doctore gentium apostolo, poteris universa condiscere, et sequi catholicam fidem et Arianorum pravitatem respuere; gratia Domini nostri Jesu Christi, inquit, et charitas Dei et communicatio sancti Spiritus (*III Cor.* XIII, 13), ipsa est Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Quomodo in Trinitate unum sunt, quia natura atque ab invicem separari non possunt?

Cæterum, frater charissime, quæ tua continebant scripta ex subjectis sententiis maxime omnia poteris colligere. Necesse est, frater charissime, adesse divinum, ubi humanum cessat auxilium. Et ut juxta Apostolum dicamus, licet verba replicemus quæ ipse Timotheo scribit, dicens : « Ecclesia Dei vivi columna et firmamentum est veritatis. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria (*I Tim.* III, 15, 16). » « Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, et cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus et his qui cognoverunt veritatem, quia omnis creatura Dei bona, et nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum Dei et orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Jesu, enutritus verbo fidei et bonæ doctrinæ, quam assecutus es. Ineptas autem et inanes fabulas devita, et exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est et futuræ. Fidelis sermo et omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus et maledicimur, quia speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maximeque fidelium. Præcipe hæc et doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat; sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conversatione, in chari-

tate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyteri. Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinæ, insta in illis ; hoc enim faciens et teipsum salvum facies, et eos qui te audiunt (*1 Tim.* IV, 1-16). » Fame enim nimis affligitur quam clade atque aliis anxietatibus vexatus, longam epistolam minime scribere valui. Tempore congruo denuo, si necesse fuerit, mitte, et ea quæ desideraveris sume. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Amen.

Data IV Nonas Aprilis, Justiniano et Libio IV consulibus.

INCIPIUNT DECRETA SECUNDI PELAGII PAPÆ.

Dilectissimis fratribus, universis episcopis, qui, illicita vocatione Joannis Constantinopolitani episcopi, ad synodum Constantinopolim convenerunt, PELAGIUS.

Manifesto, sicut optavimus, per gratiam Dei lumine evangelicæ veritatis ab universali Ecclesia perniciosissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in Domino, sed non modico contristamur mœrore, quia ea quæ olim calcata fuerant et funditus damnata, nec unquam fieri debuerant, redivivis radicibus germinant atque pullulant. Et quoniam multa, quæ pœnitudinem possunt generare proveniunt, necesse est accusare quæ contra ordinem et omnem auctoritatem facta esse noscuntur. Unde, fratres, relicta penitus audacia, quæ contra apostolicam sedem, contra ipsam Domini Salvatoris vocem, qua dictum est : « Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam (*Matth.* XVI, 18) ; » sumpta est disputandi contra Domini præcepta, vana errantium corda conquiescant, nec liceat defendi quod non liceat agere. Relatum est ergo ad apostolicam sedem Joannem Constantinopolitanum episcopum, universalem se subscribere, vosque ex hac sua præsumptione ad synodum convocare generalem, cum generalium synodorum convocandi auctoritas apostolicæ sedi beati Petri singulari privilegio sit tradita, et nulla unquam synodus rata legatur quæ apostolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter quidquid in prædicto vestro conventiculo, quia synodus taliter præsumpta esse non potuit, statuistis ex auctoritate sancti Petri apostolorum principis, et Domini Salvatoris voce, qua beato Petro potestatem ligandi atque absolvendi ipse Salvator dedit, quæ etiam potestas in successoribus ejus indubitanter transivit, præcipio omnia quæ ibi statuistis et vana et cassata esse, ita ut deinceps nunquam appareant nec ventilentur. Ait enim ipse Salvator beato Petro, sicut ipse per se Veritas loquitur, dicens : « Quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlo, et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlo (*Ibid.*, 19). » Multis denuo apostolicis et canonicis atque ecclesiasticis instruimur regulis non debere absque sententia Romanorum pontificum concilia celebrari, quapropter, ut jam dictum est recte, non concilium, sed vestrum conventiculum vel conciliabulum cassatur, et quidquid in eo actum est irritum habetur et vacuum. Vos quoque deinceps videte, ut nullius hortatu talia præsumatis, si apostolicæ sedis communione carere non vultis. Modo vero ideo suspenditur ultio, ut locum possit habere correctio. **271** Prædecessores vero Joannis, et ipse Joannes, non semel, sed sæpissime, epistolas atque libellos propria manu subscriptos sanctis antecessoribus nostris miserunt, quibus coram Domino protestati sunt nihil nunquam proterve contra apostolicam sedem agere, nec de illius aut aliorum privilegiis quidquam usurpare, qui hactenus in archivo sanctæ Romanæ Ecclesiæ sub sigillis chirographis eorum roborati habentur integri. In ipsis enim epistolis vel libellis, anathematis vinculo se et successores eorum constrinxerunt, si unquam aliquod contra eos præsumpsissent, aut contra apostolicam vel ullius alterius episcopi sedem quidquam adversi quoquo modo essent moliti. Idcirco eos non est necesse excommunicare aut anathematizare, quia ipsi anathematis vinculo, propriis manibus professiones suas, suaque scripta roboranda constrinxerunt ; sciat se tamen et ipse Joannes, nisi errorem suum cito correxerit, a nobis excommunicandum fore, et apostolicæ sedis atque omnium sanctorum episcoporum communione carere ; universitatis quoque nomen, quod sibi illicite usurpavit, nolite attendere, nec vocatione ejus ad synodum absque auctoritate sedis apostolicæ unquam venire, si apostolicæ sedis et cæterorum episcoporum communione vultis frui ; nullus enim patriarcharum hoc tam profano vocabulo unquam utatur, quia si unus patriarcha universalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc a fidelis cujusquam mente, hoc sibi vel velle quempiam arripere ut honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacunque parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem unquam suis epistolis universalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum. « Adversarius namque diabolus, » qui contra humiles sæviens « sicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret (*I Petr.* V, 8), » non jam, ut cernimus, caulas circuit, sed ita valide in quibusdam Ecclesiæ necessariis membris dentem figit, ut nulli sit dubium, quia nisi unanimiter favente Domino cunctorum provida pastorum turba concurrat, omne (quod absit)

citius ovile dilaniet. Perpenditis, fratres charissimi, quid et vicinio subsequitur, cum et in sacerdotibus erumpunt tam perversa primordia, quia enim juxta est ille de quo scriptum est : « Ipse est rex super universos filios superbiæ (*Job* XLI, 25), » quod non sine gravi dolore dicere compellor, dum frater et coepiscopus noster Joannes mandata Dominica et apostolica præcepta, regulasque Patrum despiciens, eum per elationem percurrere conatur in nomine. Vestræ autem beatitudini indicet omnipotens Deus quam gravi considerationis hujus gemitu torqueor, quod ille quondam mihi notissimus, ille omnibus dilectus, orationibus atque jejuniis videbatur occupatus, et ex eo quo fœtebat cinere, ex ea quam prætendebat humilitate jactantiam sumpsit, ita universa sibi tentet ascribere, et omnia quæ soli uni capiti cohærent videlicet Christo, per electionem pompatici sermonis ejusdem Christi sibi studeant membra subjugare. Nec mirum quod ille tentator, qui « initium omnis peccati scit esse superbiam (*Eccli.* X, 15), » et tunc ea in primo homine ante omnia usus est, et nunc eam in quibusdam hominibus ponit in fine virtutum ; et, qui aliquatenus bonis vitæ studiis videbatur crudelissimas manus ejus effugere, eis in ipsis mentis boni operis, et in ipsa quodammodo apponat perfectionis conclusione tendiculum. Unde magnopere orandum est et omnipotens Deus assiduis precibus implorandus, ut hunc a mente illius avertat errorem, hoc ab unitate atque humilitate Ecclesiæ malum superbiæ et confusionis amoveat, et favente Deo omnibus viribus concurrendum atque providendum, ne in unius veneno sermonis viventia in Christi corpore membra moriantur. Si enim dici hoc licenter permittitur, honor patriarcharum omnium negatur, et fortasse is in errore perit qui universalis dicitur, et nullus jam episcopus remansisse in statu veritatis invenitur. Oportet ergo ut constanter ac sine præjudicio servetis, sicut accepistis Ecclesias, et nihil sibi in vobis hæc tentatio diabolicæ usurpationis ascribat. State fortes, state securi, scriptaque universalis nominis falsa nec dare unquam, nec accipere præsumatis. Omnes episcopos curæ vestræ subjectos ab hujus adulationis inquinatione prohibete, ut universa vos Ecclesia patriarchas, non solum in bonis operibus, sed etiam in veritatis auctoritate cognoscat. Si qua autem forsitan adversa subsequantur, unanimiter persistentes etiam moriendo debemus ostendere, quia in damno generalitatis nostrum specialiter aliquod non amamus ; dicamus cum Paulo : « Mihi vivere Christus est, et mori lucrum (*Philip.* I, 21). » Audiamus quod primus omnium apostolorum dicit : « Si quid patimini propter justitiam, beati eritis (*I Petr.* III, 14). » Mihi enim credite, quia honorem quem pro prædicanda suscepimus veritate, si necessitatis causa exigat, securius pro eadem veritate relinquimus quam tenemus. Orate, fratres, ut honor ecclesiasticus nostris diebus non evacuetur, nec unquam Romana sedes qui instituente Domino caput est omnium Ecclesiarum, privilegiis suis usquam careat aut exspolietur. « Confidimus autem de vobis, charissimi, meliora atque viciniora saluti (*Hebr.* VI, 9), » quia « neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, « magistro gentium docente, poterit nos separare a charitate Domini nostri Jesu Christi, et quæ in ipso est recta fide (*Rom.* VIII, 38, 39). » « Nolite itaque amittere confidentiam vestram quæ magnam habet remunerationem. » Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes adversariorum, quatenus fidem intemeratam usque in finem conservantes, repromissionem percipiamus quam repromisit his qui legitime certare deproperant. « Adhuc enim modicum quantulum qui venturus est veniet, et non tardabit (*Hebr.* X, 37). » « Ecce enim judex ante januam assistit (*Jac.* V, 9), » coronas hilariter promittens his qui pro eo passionibus submittuntur ; quod si quis se subtraxerit non placebit animæ meæ, sed cadet de promissione propter negationem. « Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ (*Hebr.* X, 39). » « Propter quod assumite arma Dei, ut possitis resistere in die malo (*Ephes.* VI, 13) » adversus omnes inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ et vestros, « et induite loricam justitiæ, calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei in quo possitis omnia jacula nequissimi ignea exstinguere, et galeam salutis accipite, et gladium Spiritus sancti, quod est verbum Dei, per omnem orationem et obsecrationem (*Ibid.*, 14-18) » « radicati, et fundati (*Ephes.* III, 17) » in solatio fratrum pro Christo Jesu Domino nostro.

Sed et nunc, fratres, commendamus vos omnes in Domino, et verbo gratiæ ejus qui potest perficere, et dare hæreditatem vobis cum omnibus sanctis. « Ipse autem Deus pacis et consolationis det vobis idipsum sapere in alterutrum (*Rom.* XV, 5), » ut vobis invicem succurratis, et non sitis divisi, ut unanimes, uno ore, et uno corde honorificemus eum in concordiam et consolationem fratrum, qui potens est confirmare vos secundum Evangelium ejus, et juxta revelationem mysterii æternis temporibus scilicet perpetuis quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summopere etiam considerare debetis quod hi qui fratribus invident, eosque damnare aut perdere cupiunt per se, et sua dogmata destruuntur. Dicit enim Dominus : « Omne regnum in se divisum non stabit (*Matth.* XII, 25), » et omnis scientia et lex adversum se divisa non stabit. Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis hortatus, et nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus pareatis, et in nulla patiamini providentissima canonum decreta violari, quatenus et Nicænorum canonum constituta, quæ a nobis, vel a prædecessoribus nostris sunt provide et salubriter decreta, intemerata permaneant in futuro. Et in Apocalypsi Dominus per Joannem loquitur, dicens : « Noli timere, ego sum primus, et novissimus, et vivus, et fui

mortuus, et ecce sum vivens in sæcula sæculorum, et habeo claves mortis, et inferni (*Apoc.* I, 17, 18). » Et paulo post : « Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradiso Dei mei (*Apoc.* II, 7). » Item idem : « Esto fidelis usque ad mortem. Et dato tibi coronam vitæ (*Ibid.*, 10). » Et iterum : « Qui vicerit, et custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, et reget illas in virga ferrea, et tanquam vas figuli confringentur (*Ibid.*, 26, 27). » Item idem : « Ecce sto ad ostium et pulso. Si quis audierit vocem meam, et aperuerit januam, introibo ad illum, et cœnabo cum illo, et ipse mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut et ego vici, et sedeo cum Patre meo in throno ejus (*Apoc.* III, 20, 21). » « Vos, fratres, si non vultis cum eo damnari, quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus (*Rom.* I, 32) » rei sunt, hortamini eum, et monete recedere a præfatis illicitis, et memor sit unde exciderit et agat pœnitentiam, et prima opera faciat (*Apoc.* II, 5). Si minus non mea loquor verba, sed ipsa Domini salvatoris quæ per prædictum Joannem in jam dicto libro locutus est, replicans aio : « Veniam et movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris (*Ibid.*). » Ipse enim magis tenet doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel (*Num.* XXII, 7), sicut iste docet vos scandalizare sanctam matrem Ecclesiam, et universum cœtum sacerdotum, unde et in supradicto libro continetur ita : Semper enim potius vos verbis Domini salvatoris ferire, et instrui cupio quam meis, licet et ipsa apostolica auctoritate sint ponderibus plena : « Novi opera tua novissima pejora prioribus, sed habeo adversus te, quia præmittis mulierem Jezabel quæ se dicit prophetam docere et seducere servos meos, fornicari et manducare et idolothytis, et dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret, et non vult pœnitere a fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum, et qui mœchantur cum ea in tribulationem maximam, nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis, et filios ejus interficiam in mortem. Et scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans corda et renes, et dabo unicuique vestrum secundum opera vestra (*Apoc.* II, 19-23). » Hæc, fratres, valde cavenda sunt, et præcepta Domini, atque sanctæ sedis apostolicæ quæ vice Domini salvatoris legatione fungitur, fideliter amplectenda et peragenda. De cætero, fratres, super provinciæ causa unde sedem apostolicam dudum consulere voluistis, videtur nobis sufficienter tractatum a sanctis prædecessoribus nostris. Sed quia denuo nostram mediocritatem de eadem re interrogare diguum duxistis, scitote certam provinciam esse, quæ habet decem vel undecim civitates, et unum regem, et totidem minores potestates sub se, et unum episcopum aliosque suffragatores decem vel undecim episcopos judices, ad quorum judicium omnes causæ episcoporum, et reliquorum sacerdotum ac civitatum causæ referantur, ut ab his omnibus juste consona voce discernantur, nisi ad majorem auctoritatem fuerit ab his qui judicandi sunt appellatum, unde non oportet ut degradetur, vel dehonoretur unaquæque provincia, sed apud semetipsam habeat judices, sacerdotes, et episcopos singulos, videlicet juxta ordines suos; et quicunque causam habuerit a suis judicibus judicetur, et non ab alienis, id est, a suæ justis judicibus provinciæ, et non ab externis, nisi ut jam prælibatum est, a judicatis fuerit appellatum. Si vero in qualibet provincia ortæ fuerint quæstiones, et inter ipsius provinciæ episcopos discrepare cœperit ratio, atque inter episcopos dissidentes non conveniat, ad majorem tunc sedem referantur. Et si illic facile et juste non discernuntur, ubi fuerit synodus regulariter congregata, canonice et juste judicentur. Majores vero et difficiles quæstiones ut sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur. Cæterum sanctorum Patrum statuta sequentes synodali auctoritate omnes qui adversus Patres armantur, ut Patrum invasores et mactatores infames esse censemus, quoniam ea vulnera quæ fomentis non sanantur, ferro abscindi vel curari necesse est. Unde, fratres, cessent injustæ æmulationes, cessent insidiæ, cessent falsæ crimina tiones, ne infirmus quisquam propter quem Christus mortuus est, talibus laceretur insidiis, ne ovis pretio Christi redempta lupinis a fratre saucietur morsibus. Merito ergo causa nos respicit, si talibus favere cœperimus. Corripiantur semper talia nec illis qui hæc exercere conantur, aut 272 Patribus vel fratribus insidiantur libere loqui concedatur, aut pro voluntate sermo proferri permittatur. Liquet omnino quod conniveant illis qui talia eos loqui permittunt, quoniam occurreret veritas, si falsitas et calumnia displiceret, vel odium. Desinat igitur falsitas incessere veritatem; desinat suspicio quæ juste repellitur insidiari, desinat odium et inimicitia persequi Patres vel fratres; desinat conspiratio, quæ ab omnibus est repudianda, infestare magistros. Horum igitur vitiorum auctores vel patratores non sunt in accusatione pontificum recipiendi, sed penitus repellendi; quoniam jubent canonica decreta Patrum ut accusatio vel testimonium eorum qui odio quoslibet insequuntur, vel qui inimici aut suspecti habentur, nullo modo recipiantur. Quorum statuta et nos firmantes eadem omnibus inviolabiliter futuris temporibus tenere censemus. Quidquid autem super hac causa Patres nostri decernendum duxere dignum ut condecet, necesse est, cum labefactari, vel infirmari cœperit apostolica denuo auctoritate firmari ac renovari fratribusque dari. Data Kalend. Martii, indictione 15.

Item, epistola secundi Pelagii papæ Benigno archiepiscopo, de mutatione episcoporum.

Dilectissimo fratri Benigno archiepiscopo Pelagius episcopus.

Lectis fraternitatis tuæ litteris, vigorem fidei tuæ, quem dudum noveramus, agnovimus, congratulantes dilectioni tuæ quod, ad custodiendum gregem Christi, pastoralem curam vigilanter impendis, et pro tibi subditis sollicitus existis. Ad nostram

enim lætitiam et benefacta perveniunt, et si aliqua secus quam oportet provenerint, non modico nos mœrore conturbant. Magnam enim gratulationem divina concedit gratia, quando tribuit inter nos salutaris disciplinæ normam litteris conferre, et provenire ad pacificorum studia facit præoptata. Exigit ergo dilectio tua consulta sedis apostolicæ, si licitum foret episcopum transire aut mutari de civitate ad civitatem, dum quidam canones, ut tibi videtur, hoc fieri prohibeant. Significasti etiam litteris tuis quemdam fratrum, nomine et actu Dei Servum causa utilitatis te velle mutare in locum et civitatem defuncti, licet quidam dicant hoc fieri non licere nisi consensum apostolicæ sedis habuisses. Quapropter scias, frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis et utilitatis, et aliud causam præsumptionis et propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, id est, qui non causa avaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel suæ electionis migrat de civitate ad civitatem, sed causa necessitatis aut utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas unius utilitati aut voluntati præferenda est. Aliud est enim mutare, aliud mutari, sicut aliud est ministrare, et aliud ministrari. Unde Dominus in Evangelio loquitur, dicens : « Non veni ministrari sed ministrare (*Matth.* xx, 28). » Quod enim in canonibus legitur non debere episcopum de civitate ad civitatem transire vel transferri, non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, aut auctoritate majorum hoc agunt, sed de his, qui avaritiæ ardore inflammati sponte sua prosiliunt, et potius ambitioni quam utilitati Ecclesiæ servire, et ut dominationem agant, insistere cupiunt. Unde et in subjectis canonibus continetur : Si aliquis exstiterit temerarius, qui forsitan excusationem afferat quod populi litteras acceperit, et ideo migraverit, dum manifestum sit præmio et mercede paucos qui sinceram fidem non habent, potuisse corrumpi, ut clamarent in Ecclesia, et ipsum petere viderentur, omnino has fraudes removendas esse censemus. His verbis et aliis multis exemplis liquet non de his dicere, ut paulo superius prælibatum est, qui pulsi aut non recepti a civibus, vel a quibuscunque, aut necessitate cogente, vel auctoritate majorum transeunt de civitate ad civitatem, sed de his qui sponte prosiliunt, aut temeritatis aut ambitionis causa hoc faciunt. Nam et aliud est coacte aut necessitate venire; unde non isti mutant civitates, sed mutantur, quia non sponte sed coacte hoc agunt. Quis enim unquam audet dicere sanctum Petrum apostolorum principem non bene egisse, quando mutavit sedem de Antiochia in Romam? Aut quis eum negat ob id sanctum non esse, aut dignitatem, aut meritum unquam apostolatus tam in cœlis quam in terris perdidisse? Aut quis negat sanctos non esse multos alios episcopos, qui de civitatibus ad civitates translati sunt, aut meritum pontificatus perdidisse? Quorum nomina si cœperim enumerare, ante dies pertransiet quam hæc omnia conscribere possem, et prolixior erit epistola quam necesse sit.

Aut quis unquam potest approbare sanctum non esse Alexandrum, qui Hierosolymam de altera civitate translatus est; aut sanctum Gregorium Nazianzenum, qui in Nazianzo constitutus est, aut sanctum Proclum qui de Cyzico translatus et Constantinopolim intronizatus est? Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas qui hoc negant causa utilitatis aut necessitatis fieri posse, quoties communis utilitas aut necessitas persuaserit. Nullum enim ex his, aut ex aliis, qui meliori consilio mutaverunt civitates necessitate quadam vel utilitate ecclesiastica, aut laica communione, carere reperimus; nec ullatenus unquam fieri debet. Sententia vero, quæ in Antiocheno concilio habetur, ut episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, tota atque omnes sententiæ de ea re vim superius comprehensam retinent, et nihil prætaxato modo translationibus episcoporum actis, aut agendis nocent, sed magis robur eis ac donum Salvatoris quæ omnes canonicos superexaltat libros, auctoritatem præstant. Tales autem quæstiones magis ex invidia quam ex charitate aut utilitate nasci videntur, cum ipsa per se Veritas dicat : « Si vos persecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam (*Matth.* x, 23), » et reliqua. Huic ergo sententiæ nullus catholicorum usquam contradicere potest, quæ non alterius sed ipsius proprio Domini ore prolata, et firmata esse dignoscitur. Cui si aliquis contradixerit, non solum extorris, sed etiam anathematizatus ab Ecclesia pellatur. Et Dominus in Evangelio alias dicit : « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam (*Matth.* v, 10). » Si eos Dominus beatos dicit, qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quis eos damnare potest? Et si ipse de civitate ad civitatem, propter persecutionem fugere præcepit, quis eos detrahere aut damnare propterea audet vel potest, quod verbis Dominicis obtemperant? Profecto his qui contradicit aut resistit, seipsum damnat, quia ori Domini contumax, et inobediens exsistit. Unde et ipsa per se Veritas dicit : « Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis (*Joann.* viii, 46, 47). » Omnino « oportet Deo obedire plus quam hominibus (*Act.* v, 29); » et idcirco quod Deo obedimus, de civitate ad civitatem, ipso præcipiente, persecutionis causa, id est, necessitatis, aut utilitatis transimus, damnandi sumus? Non omnino, sed potius venerandi atque portandi, quoniam nec ipsis episcopis hoc imputari potest. « Qui his resistit, profecto Dei ordinationi resistit (*Rom.* xiii, 2), » et « est infideli deterior (*I Tim.* v, 8), » quia melius est non cognoscere viam veritatis, quam post agnitionem retrorsum abire. Nam et ipse Dominus de loco ad locum recessit, id est, transivit, Judæis illum quærentibus. « Fugiens ille quærentes et persequentes se (*Joan.* viii, 59), » et de civitate ad civitatem transire præcepit, dicens : « Si vos persecuti fuerint in civitatem istam, fugite in aliam (*Matth.* x, 23), » et cætera talia

his similia. Nam si fugere malum est, persequi multo deterius. Hic quidem ne moriatur, absconditur; Hic tamen persequitur ut occidat, et ut fugiatur præcipitur, et quia qui quærit occidere prævaricatur legem, et magis fugiendi præbet occasionem. Si fugam improperant persequentes, erubescant potius semetipsos, et quiescant insidiari, et quiescent continuo fugientes. Nemo enim mitem fugit aliquando, sed magis ferocem simul et callidum. Omnis enim qui gemebat et vexabatur a Saul fugiebat et veniebat ad David (*Reg.* XXXI, 7). Si ergo piissimus atque justissimus David sciret peccatum esse persecutionem fugientes, et transeuntes de loco ad locum, et de civitate ad civitatem, tales nequaquam reciperet, nec secum teneret, nec in aliis civitatibus eos collocaret. Qui enim persequuntur Domini episcopos, eosque de civitatibus ad civitates transire compellunt, non eos tantum persequuntur, quantum Dominum nostrum Jesum Christum, « cujus legatione funguntur (*II Cor.* v, 20), nec ipsi in hoc peccant episcopi, quoniam non sponte sed coacte hoc agunt, sed illi a quibus persequuntur, nec ipsis episcopis hoc imputari potest, sed illis qui eos hoc agere cogunt. Sanctus enim protomartyr Stephanus lapidabatur, sed Jesus suscipiebat plagas (*Act.* VII, 58), ideoque unicuique prævidendum est, ne aliquem injuste persequatur, judicet vel puniat, ne Jesum persequatur, judicet et puniat. Qui autem negant misericordiam faciendam fugientibus ac necessitatem patientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia et veritas, et omnibus necessitatem patientibus subvenire jubet. Pauca sunt, frater, quæ asserui, sed quanta ex his pendeant tua providentia poteris æstimare. Quare hanc annituntur malevoli interrumpere misericordiam? Cur lædere vanis intentionibus felicitatem? Excusationem jam non habet furor iste credentibus, nec interest quibus itineribus « ad mundi principem (*Joan.* XII, 31) » currat, qui a benevolentia fratrum delitescit, aut necessitatem patientibus misericordiam negat. Negat misericordiam patientibus qui populis indigentibus divinis mysteriis, et non habentibus proprium episcopum, qui eos instruat causa utilitatis atque necessitatis, aut ex alia civitate, licet minor sit, in eam quæ non habet episcopum, doctiorem vel utiliorem, meliori consilio non sponte transeuntem, sed majorum exhortatione mutare, aut episcopum ejectum, et persecutionem patientem causa utilitatis aut necessitatis intronizare non permittit. Apud vèteres enim sine ulla differentia de una civitate ad alteram migrabat episcopus, dum utilitas aut necessitas evocaret. Quapropter ipsam etiam regulam huic epistolæ placuit inseri, ut monstretur eos mentitos esse qui episcopum non posse intronizare dixerunt; unde et in canonibus legitur ita : Si quis episcopus ordinatus ad parochiam, in qua ordinatus est, minime proficiscitur, non sua culpa, sed aut populo respuente, aut propter aliam quamlibet causam, non necessitate factam, hunc honore ministerioque participare tamen ; nec eum misceri rebus Ecclesiæ in qua collectas celebrat, sed sustinere quod provinciæ synodus suo judicio terminaverit. Huic regulæ contradicere nullus potest, quæ etiam causa utilitatis aut necessitatis intronizare episcopum jubet, et mutare ac transire eum de civitate ad aliam civitatem non proprium habentem episcopum, sinit. Pingues hostias litat diabolo, qui his resistere nititur, aut misericordiam et utilitatem Ecclesiæ jam dictis negat, id est, et episcopis, et populis. In vanum ergo contra simplices, qui hæc olim dicentes agere prohibuerunt, tendicula deinceps parabunt, cum his et aliis armati adminiculis, noverint quid super his sit agendum, et quid vitandum. Nimis enim armatus est, qui illa quæ adversarius misericordiæ, utilitatis atque concordiæ ministrat, tela contemnit. Sufficit ergo contra omnia jacula jurgiorum fidei nuda oppositio. Scio te non ignorare, frater, memoratas canonum sententias apud evangelicas sanctiones, novas non esse, sed nostro assensui mancipari. Cur his contradicentes emigrationes episcoporum utilitatis et necessitatis causa fieri prohibentes, ut sæpe dictum est, et non avaritiæ aut temeritatis in perniciem sacerdotum ac populorum lædunt sacerdotale concilium? Cur lacerant sententiam in qua inspirante Christo oracula superna patuerunt, et inter Deum et homines interpres exstitit lingua pontificum? Illa enim cœli curia variarum dotibus aucta curulium, et multo Redemptoris nostri auro ostroque decorata, nihil in illa decisione auctore se protulit, sed per humanæ linguæ ministerium divino militavit imperio. Intellexit non esse suum quidquid impulsas constituit, nihil quoque habet in illa sententia, nisi unde de sola devotione gratuletur. Nam dum profanis memoratorum verbis ceditur, et suæ vesaniæ inscitiam produnt et livorem, quis hic locus erroris, ubi congruentia pari ductu exempli, et historiæ verba concurrunt? Nec diversum est ab intellectu catholico et lectionibus quod profertur. Nam non bene nodus in scirpo quæritur, dum involvit nebula prædicatæ lucis **273** auctores; fœda namque a nitore Domini sui obligatione dissolvitur, qui statutis cœlestibus minus mera fide dependit officia. Talium ergo dictiones vel prohibitiones indignæ etiam fiunt memoratu. Profunda est ergo nimis imperitia eorum, « et sepulcrum patens guttur eorum, quia linguis suis dolose agebant (*Psal.* v, 11). » Non est enim in ore eorum rectum, interiora eorum insidiæ, densis cor eorum vepribus suffocatur, et interna vitia aliis certant ascribere. Nobilitatem ergo dat facinoribus, qui in talibus ventilationem ipsorum in exemplum sumit, aut ad aures posteras digna relatione transmittit. Tibi autem non sit cura talium quæstionum, sed sequere sententiam beati Pauli apostoli, qui monet per discipulum cunctos, et clamat, dicens : Inanes quæstiones devita ; inanes namque, juxta Apostolum, quæstiones semper devita, et age quod meliori consilio non avaritiæ, vel temeritatis, vel utilitatis, et necessitatis, ut sæpe dictum est, causa faciendum utiliter perspexeris.

Quapropter, charissime, his apostolicis fultus auctoritatibus, muta episcopum causa necessitatis aut utilitatis, super quo consulere nos voluisti, et alios fratres nostros quibus hoc faciendum necessitas aut utilitas compulerit, agere doce, quia hoc quod tibi soli scribimus generaliter omnibus tenere mandamus; quia sicut potestatem habemus episcopos et sacerdotes regulariter titulare, et ordinare, ita, ut prædictum est, causa necessitatis, aut utilitatis habes et mutare, ac de titulo ad titulum translatare, licet de minori ad majorem urbem mutandus sit; hoc tamen summopere prævidendum est, ne causa arrogantiæ aut avaritiæ unquam fiat, quia hi a prædictis canonibus damnantur, non illi qui necessitate, aut utilitate majorum consilio et sana ac pura, et Deo placita intentione hoc faciunt. Tu, frater semper sectare justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam et mansuetudinem. Certa etiam bonum certamen fidei, et apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, quoniam spiritus timentium Dominum quæritur ab illo, et in respectu illius benedicitur. Spes enim illorum in salvantem illos, et oculi Domini in diligentes se. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, et non pavebit, quoniam ipse est spes ejus. Timentis Dominum beata est anima. Ad quem respicit, et quis est fortitudo ejus? Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegmen ardoris, et umbraculum meridianum, et prædicatio offensionis, et adjutorium casus, exaltans animam, et illuminans oculos, dans sanitatem, et vitam, et benedictionem. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunt beneplacitæ subsannationes injustorum, Dominus solus sustinentibus se in via veritatis, et justitiæ. Dona iniqui non probat Altissimus, nec respicit in oblationibus injustorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, et sudantis cibos quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem et qui facit fraudem mercenario, fratres sunt: unus ædificans, et unus destruens: quid prodest illi nisi labor? Qui baptizatur a mortuo et iterum tangit eum, quid proficit lavatio ipsius? Sic homo qui jejunat in peccatis suis, et iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet? Qui conservat legem, multiplicat orationem. Sacrificium salutare est attendere mandatis, et discedere ab omni iniquitate, et propitiatio litare sacrificium super injustitiam, et deprecatio pro peccatis recedere ab injustitia. Retribuit gratiam qui offert similaginem, et qui facit misericordiam offert sacrificium. Beneplacitum est Deo recedere ab iniquitate, et deprecatio recedere ab injustitia. Non apparebis ante conspectum Dei vacuus: hæc enim omnia propter mandatum Domini fiunt. « Oblatio justi impiguat altare, et odor suavitatis est in conspectu Altissimi. Sacrificium justi acceptum est, et memoriam ejus non obliviscetur Dominus. Bono animo gloriam redde Deo, et non minuas primitias frugum tuarum. In omni dato fac hilarem vultum tuum, et in exsultatione sanctifica decimas tuas. Da Altisssimo secundum datum ejus, et in oculo bono adinventionem fac manuum tuarum, quoniam Dominus retribuens est, et septies tantum reddet tibi. Noli offerre munera prava, non enim suscipiet illa, et noli inspicere sacrificium injustum, quoniam Dominus judex est, et non est apud illum gloria personæ. Non accipiet Dominus personam in paupere, et precationem læsi exaudiet. Non despiciet preces pupilli nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, et exclamatio ejus super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt usque ad cœlum, et Dominus exauditor non delectabitur in illis. Qui adorat Dominum, in oblatione suscipietur, et precatio illius usque ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, donec propinquet, non consolabitur, et non discedet, donec aspiciat Altissimus, et Dominus non elongabit; sed judicabit injustos, et faciet judicium, et fortissimus non habebit in illis patientiam, ut contribulet dorsum ipsorum, et gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, et sceptra iniquorum contribulet; donec reddat omnibus secundum actus suos, et secundum opera Adæ, et secundum præsumptionem illius; donec judicet judicium plebis suæ, et oblectabit justos in misericordia sua (*Eccli.* XXXV, 8-25). » Deus autem, frater charissime, impleat desiderium, et ministerium tibi divinitus collatum secundum divitias suas in gloria in Christo Jesu Domino nostro, Deo autem Patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen. Data XIII, die Augusti, indictione quartadecima.

Item epistola Pelagii papæ ad universos episcopos Italiæ.

Dilectissimis atque charissimis fratribus universis episcopis, et cunctis specialiter per Campaniam, et Italiæ provincias militantibus Domino PELAGIUS salutem.

Sollicitudinem omnium Ecclesiarum juxta Apostolum circumferentes divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, quod nos per dignationis suæ Dominus misericordiam ad hoc fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes in quodam sacerdotum ejus speculo constituti prohibeamus illicita, et sequenda doceamus. Omnes charissimi, qui volunt in Christo pie vivere, necesse est ut ab impiis et dissimilibus patiantur opprobria, et despiciantur tanquam stulti, et insani qui ideo præsentia bona perdunt, ut invisibilia, ac sibi profutura acquirant. Sed hæc despectio, et irrisio in ipsos retorquebitur dum et abundantia eorum in egestatem, et superbia eorum transierunt in confusionem. Justo enim judicio datur plerumque potestas peccatoribus, qua sanctos ejus persequantur, ut qui Spiritu Dei juvantur et aguntur, fiant per

laborum exercitia clariores. Et quanquam, fratres, ita hæc se habeant, non tamen sunt consentiendi, sed reprobandi, qui prælatos suos vel reprehendunt, vel accusant ; unde canonica sanctorum Patrum statuta, ne columnæ sanctæ Ecclesiæ vacillent, sequentes, ac roborantes omnes infames cunctosque suspectos vel inimicos, et eos qui non sunt eorum gentis, vel quorum fides, vita, et libertas nescitur, et qui non sunt bonæ conversationis, vel quorum vita est accusabilis ab omni accusatione episcoporum funditus submovemus. Similiter et omnes quos divinæ leges mortuos appellant, submovendos esse ab eadem accusatione, et publicæ pœnitentiæ submittendos judicamus; neque dum Ecclesiæ alicujus episcopi, aut possessiones, vel res ab æmulis ejus, vel a quibuscunque aliis non sua sponte detinentur, aliquid illi debet, aut potest a quoquam ante reintegrationem omnium rerum suarum objicere, sed prius illi legibus reintegranda sunt omnia, et postea tempore a Patribus præfinito sunt negotia ventilanda : refutandi sunt etiam raptores, fures, sacrilegi, adulteri, et horum similes; manifestum est enim quod semper tales magis discordiam quam pacem sectantur. Nullus quoque monachus talia unquam arripiat, nec sæcularia, aut ecclesiastica negotia perturbare præsumat, quia mortua in talibus vox est eorum ; immobiles enim Dominus suos summos semper vult manere prædicatores, et non a quibusdam temerari, sed sibi libere et quiete famulari, unde et ipse ait : « Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei (*Zach.* II, 8). » Et qui vos contristat, me contristat. Et qui fecerit injuriam, recipiet quod inique gessit. Et alibi : « Qui vos recipit, me recipit; et qui vos spernit, me spernit (*Matth.* X, 40); » ita quoque et a plebibus, vel cæteris generaliter omnibus sunt timendi, et feriendi, atque venerandi pastores, et prædicatores Ecclesiæ, ut sub exercitatione bonæ voluntatis sustineantur temporalia, sperentur æterna. Auget enim merita virtutis qui propositum non violat, sed auget religionis. Charitas vero semper hominem invocat. Et sicut malignitas veteres ita dilectio novos facit, fides eorum qui Deum visuri sunt, quod non videt, credit. Nam si videt, non est fides. Credenti colligitur meritum, videnti redditur præmium. Tunc pretiosum pastoris diadema est, quando suasioni ejus grex ecclesiasticus dum ad probitatem graditur, non repugnat, ille sine fuco monitorem, et feriato ore diligit, qui ejus instituta sectatur. Præbent hominibus naturæ institutionem, et muta responsum ; redit ad mortales vicissitudo clamosæ sollicitudinis, quia unusquisque prout gesserit, recipiet. Nam perit quod linguæ acceperunt, frustra beneficium nisi legitime cœptum fuerit negotium, et canonice peractum. De fiducia enim partium nostrarum mittitur, quod apostolica mandat auctoritas, vos tantummodo præsules Christi benigni vestra salva aurium animorumque æquitate, et bona voluntate semper præstare. Nam adversus impetus juvare, peregrinantem reducere post intervalla, est justitia. Libat enim Domino prospera qui ab afflictis pellit adversa. Statutus, venerandi præsules, sudoris fructus est judicio reddendus purissime, ut in utroque congruus nitor nec suscipientem devenustet, si indigna auctoritate pervenerit, nec si conferatur, immerito maculet largientem. Sit semper adversus pravos et impios atque servorum Dei persecutores libera vox, et oris gladio feriantur et redarguantur, persequantur et repellantur, confundantur et avertantur, nec lædendi pie viventes ullam habeant facultatem. Plerumque periculis plena sunt quæ videntur esse tutissima; videte quantis laborent tales insidiis; ideo absconditum esse non licet, quod addimus. Jam latebat nostra persecutio manifesta ; misericordia est circa persecutores et facinorosos servata districtio. Ergo sopori quietem tribuite, cœlestium mandatorum hostem quoque depellite, ne candida conversatio vobiscum habitantium fusca supervenientis contagione violetur. Ante enim, providenda sunt remedia quam morbus increscat, sanctorum quoque apostolorum, et reliquorum sacerdotum petamus exercitum, et prædictorum persecutorum ora claudamus. Sæculi conversatio legum metu retinetur, ecclesiastica quoque custodia regularum frenis servatur et regitur. Deus, charissimi, semper procul avertat invidiam. Vos ergo armamini, juxta Apostolum, gladio spiritus, quod est verbum Dei, et apostolicæ auctoritatis clypeo, ut ecclesiasticæ fecunditatis jura nulla sævientis procellæ possint impulsione subverti; nolite ullo unquam præjudicio gravare quemquam, sed inspicite semper quæ regularum testimonio declarantur. Superest salute prælata, ut ad gaudia semper, frater, devote properetis, quia divina beneficia gradibus sæpe accedunt, et quibus bona conferunt meliora pollicentur; semper enim incrementis ad culmen ascenditur, ubi supernus favor præstat exordium. Deus omnipotens indulta semper custodiat, augeatque successibus profutura. Omnia vobis semper in charitate fiant, et detrahentes nolite detrahere, quoniam detrahentibus detrahere non est bonum, ne ad ea quæ scripta sunt commoti minime certamen faciant.

274. Non debemus timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis Dominus jubet per Isaiam prophetam : « Audite me, qui scitis judicium; populus meus in quorum cordibus lex mea est, nolite timere opprobrium hominum, et blasphemias eorum ne timeatis (*Isa.* LI, 7), » considerantes quod in psalmo scriptum est : « Nonne Deus requiret ista. Ipse enim novit occulta cordis, et cogitationes talium hominum, quoniam vanæ sunt, vana autem locutus est unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, et corde locuti sunt mala. Sed disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguam magniloquam. Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster Dominus est? (*Psal.* XLIII, 22; XCIII, 11; XI, 3-5). » Nam si hæc in memoria retinerent minime ad tantam

prosilirent iniquitatem, non enim per probabilem et pristinam doctrinam hoc faciunt, sed ut suam exerceant in servos Dei vindictam. Scriptum est enim : « Via stulti recta in oculis ejus (*Prov.* XII, 15); et : « Sunt viæ quæ videntur homini justæ, novissima autem earum deducunt ad mortem (*Prov.* XIV, 12); » nos enim qui hæc patimur judicio Dei hæc reservare debemus, qui reddet unicuique juxta opera sua. Qui etiam per ministros suos intonuit, dicens : « Mihi vindictam ego retribuam (*Rom.* XII, 19); » vos enim in recta fide ac pura et bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manum, quoniam in hoc, ait Dominus, cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Data Kalend. Novemb., indictione 15.

INCIPIUNT DECRETA GREGORII PAPÆ.

De trina mersione baptismatis.

Reverendissimo et sanctissimo fratri LEANDRO coepiscopo GREGORIUS servus servorum Dei.

Respondere epistolis vestris tota intentione voluissem nisi pastoralis curæ ita me labor attereret, ut mihi magis flere libeat quam aliquid dicere. Quod vestra quoque reverentia in ipso litterarum mearum textu vigilanter intelliget, quando ei negligenter loquor quem vehementer diligo. Tantis quippe in hoc loco hujus mundi fluctibus quatior, ut vetustam ac fatiscentem navem quam regendam occulta Dei dispensatione suscepi, ad portum dirigere nullatenus possim. Nunc ex diverso fluctus irruunt. Nunc ex latere cumuli spumosi maris intumescunt. Nunc a tergo tempestas insequitur, interque omnia turbatus cogor modo inter ipsas undarum moles navem dirigere, modo curvato navis latere minas fluctuum ex obliquo declinare. Sed ingemisco, quia sentio quod negligente me crescit sentina vitiorum, tempestate fortiter obviante, jam præ putredine naufragium tabulæ sonant; flens reminiscor quod perdidi meæ placidum littus quietis, et suspirando terram conspicio, quam tamen rerum eventis adversantibus tenere non possum. Si ergo me, frater charissime, diligis, his tuæ mihi orationis in fluctibus manum tendas, quo laborantem me adjuves, quia ex ipsa vice mercedis in tuis quoque laboribus valentior existas. Explere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum quod communem filium gloriosum Reccaredum regem ad catholicam fidem integerrima agnovi devotione conversum. Cujus dum mihi per scripta vestra mores exprimitis, amare me etiam quem nescio fecistis. Sed quia antiqui hostis insidias scitis, quoniam bellum durius contra victores proponit, nunc erga eumdem filium nostrum vestra solerter sanctitas vigilet, ut bene cœpta perficiat, nec se de perfectis bonis operibus extollat, ut fidem cognitam vitæ quoque meritis teneat, et quia æterni regni cujus sit, operibus ostendat, quatenus post multa annorum curricula de regno ad regnum transeat. De trina vero mersione baptismatis nihil responderi verius potest quam quod ipsi sensistis, quia in una fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diversa. Nos autem quod tertio mergimus triduanæ sepulturæ sacramenta signamus, ut dum tertio ab aquis infans educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur.

Item ad Leandrum Spalensem episcopum.

Sanctitatis vestræ suscepi epistolam solius charitatis calamo scriptam; ex corde enim lingua tinxerat quod in chartæ pagina refundebat. Boni autem sapientesque viri cum legeretur adfuerunt, quorum statim in compunctione viscera commota sunt. Cœpit quisque amoris manu in suo corde te rapere, quia in illa epistola tuæ mentis dulcedinem non erat audire, sed cernere. Accendebantur et mirabantur singuli, atque ipse ignis audientium demonstrabat qui fuerit ardor dicentis; nisi enim prius in se faces ardeant, alium non succendunt. Ibi igitur vidimus quanta charitate tua mens arserit quæ sic et alios accendit. Vitam vero vestram, cujus ego semper cum magna veneratione reminiscor, minime norant, sed eis altitudo vestri cordis patuit ex humilitate sermonis. Vitam autem meam cunctis esse imitabilem illa vestra epistola loquitur. Sed quod non est ita ut dicitur, sit ita quia dicitur, ne qui non solet mentiatur. Ad hæc autem breviter cujusdam veteris mulieris verba loquor : « Nolite me vocare Noemi, id est, pulchram, sed vocate me Maram, quia amaritudine plena sum (*Ruth.* I, 20); » neque, bone vir, hodie ego sum ille quem nosti. Omnino, fateor, exterius proficiendo interius cecidi, meque de eorum numero esse pertimesco, de quibus scriptum est : « Dejecisti eos dum allevarentur (*Psal.* LXXII, 18). » Cum allevatur enim dejicitur qui honoribus proficit, et moribus cadit. Ego enim vias mei capitis sequens, summopere esse decreveram opprobrium hominum, et abjectio plebis atque in ejus sortem currere, de quo rursum per Psalmistam dicitur : « Ascensus in corde ejus disposuisti in convalle lacrymarum, » ut videlicet tanto vehementius intus ascenderem, quantum per vallem lacrymarum foris humilius jacerem. At nunc multum deprimit honor onerosus, curæ innumeræ perstrepunt, et cum sese ad Deum animus colligit, hunc suis impulsibus quasi quibusdam gladiis scindunt, nulla cordis quies est; prostratum in infimis, et suæ cogitationis pondere depressum aut rara valde, aut nulla hunc in sublimibus penna contemplationis levat. Torpet ignavia mens, et circum-

latrantibus curis temporalibus jam pene ad stuporem deducta cogitur, modo terrena agere, modo etiam carnalia dispensare ; aliquando vero fastidio exigente compellitur quædam etiam cum culpa disponere. Quid multa loquar ? Victa suo pondere sanguinem sudat ; nisi enim sanguinis nomine culpa censeretur, Psalmista non diceret : « Libera me de sanguinibus (*Psal.* L, 16). » Cum vero culpas culpis jungimus, hoc quoque quod per alium prophetam dictum est, implemus : « Sanguis sanguinem tetigit (*Ose.* IV, 2). » Sanguis enim sanguinem tangere dicitur, cum culpa culpæ adjungitur, ut iniquitatis cumulus multiplicetur. Sed inter hæc per omnipotentem Deum deprecor in perturbationis fluctibus elapsus, tuæ orationis manum sentiam. Etenim quasi prospero flatu navigabam cum tranquillam vitam in monasterio agerem, sed procellosis subito motibus tempestas in sua perturbatione me rapuit, et prosperitatem itineris amisi, quia quiete perdita, mentis naufragium pertuli. At nunc in undis versor, et tuæ intercessionis tabulam quæro, ut qui navi integra dives pervenire non merui, saltem post damna ad littus per tabulam reducar. De podagræ vero molestia sanctitas vestra, ut scribit, affligitur, cujus dolore assiduo et ipse vehementer attritus sum ; sed facilis erit consolatio, si inter flagella quæ patimur quæque fecimus ad memoriam delicta revocamus, atque et non jam flagella, sed dona esse conspicimus, si quæ carnis delectatione peccavimus, carnis dolore purgantur. Præterea ex benedictione beati Petri apostolorum principis pallium vobis transmisimus ad sola missarum solemnia utendum. Quo transmisso valde debui qualiter vobis vivendum esset admonere, sed locutionem supprimo, quia verba moribus anteitis. Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ cum multiplici animarum fructu perducat. Ego autem quanta occupatione deprimor et debilitate, brevis testatur epistola, in qua et ei quem multum diligo parum loquor. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater.

Ad Recarredum regem Visigothorum.

1. De laude ejusdem principis quod per eum ad catholicam fidem gens Gothorum conversa est.

2. De muneribus beato Petro apostolo a memorato principe missis.

3. De constitutione ejus adversus Judæos quod auri dono non sit corrupta.

4. Ut principes humilitatem habeant cordis.

5. Ut principes castitati corporis studeant.

6. Ut principes moderati et mites erga subjectos existant.

7. De clave ostioli beati Petri, et de cruce Domini missa, sive de pallio beato Leandro episcopo directo.

Gloriosissimo atque excellentissimo filio Reccaredo regi Gothorum atque Suevorum Gregorius servus servorum Dei.

Cap. I. Explere verbis, excellentissime fili, non A valeo quantum tuo opere, tua vita delector. Audita quippe novi diebus nostris virtute miraculi, quod per excellentiam tuam cuncta Gothorum gens ab errore Arianæ hæreseos in fidei rectæ soliditatem translata est, exclamare cum propheta libet. « Hæc est mutatio dexteræ Excelsi (*Psal.* LXXVI, 11). » Cujus enim vel saxeum pectus hoc opus tanto opere cognito non statim in omnipotentis Dei laudibus atque in tuæ excellentiæ amore mollescat ? Hæc me, fateor, quæ per vos acta sunt, sæpe convenientibus filiis meis dicere, sæpe cum eis pariter admirari delectat ; hæc me plerumque etiam contra me excitant, quod piger ego et inutilis tunc inerti otio torpeo, quando in animarum congregationibus pro lucro cœlestis patriæ reges elaborant. Quid itaque ego in illo tre- B mendo examine Judici venienti dicturus sum, si tunc illuc vacuus venero ubi tua excellentia greges post se fidelium ducet, quos modo ad vere fidei gratiam per studiosam et continuam prædicationem traxit ? Sed est mihi, bone vir, hoc in Dei munere magna consolatio, quia opus sanctum quod in me non habeo, diligo in te, cumque de bonis actibus tuis magna exsultatione gaudeo, ea quæ per laborem tua sunt, mea per charitatem fiunt. De conversione igitur Gothorum in vestro opere, et nostra exsultatione libet cum angelis exclamare : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis (*Luc.* II, 14). » Per vos enim ut æstimo nos gratiarum amplius omnipotenti Domino debitores existi- C mus, quia etsi vobiscum nihil egimus, vestro tamen operi congaudentes participes sumus.

II. Beatus vero Petrus apostolorum princeps quam libenter munera excellentiæ vestræ susceperit, ita cunctis liquet, ut debita vestra testantur. Scriptum quippe est : « Vota justorum placabilia (*Prov.* XV, 8), » neque enim in omnipotentis Dei judicio quid datur, sed a quo datur, aspicitur. Hinc est enim quod scriptum est : « Respexit Deus ad Abel, et ad munera ejus ; ad Cain autem, et ad munera ejus non respexit (*Gen.* IV, 4) ; » dicturus quippe quia Dominus respexit ad munera, præmisit sollicite quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur quia non offerens a muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. Vestra itaque oblatio quam sit D **275** grata ostenditis, quia daturi vestra prius ex conversione gentis subditæ animum cum munere dedisti. Quod vero transmissos abbates, qui oblationem vestram beato Petro apostolo deferebant, in mari, dicitis fatigatos ex ipso itinere, ad Hispanias remeasse, non munera vestra repulsa sunt quæ postmodum venerunt, sed eorum qui transmissi fuerant constantia est probata, ut scirent sancto desiderio objecta pericula vincere, et in fatigatione corporis mente minime lassari. Adversitas enim quæ bonis votis objicitur, probatio virtutis est, non judicium reprobationis. Quis enim nesciat quam prosperum fuit, quod beatus Paulus apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat ? Et tamen naufragium pertulit, sed navis cordis in fluctibus integra stetit.

III. Præterea indico quia de vestro opere crevit in laudibus Dei hoc quod de dilectissimo filio meo Probino cognovi, quia cum vestræ excellentiæ constitutionem quamdam contra Judæorum perfidiam dedisset, hi, de quibus probata fuerat, rectitudinem mentis vestræ inflectere, pecuniarum summam offerendo, moliti sunt, quam excellentia vestra contempsit, et omnipotenti Deo placere quærens auro innocentiam prætulit. Qua in re mihi David regis factum ad memoriam venit, cui dum concupita aqua de cisterna Bethlemitica quæ inter hostiles cuneos habebatur, ab obsequentibus militibus fuisset oblata, protinus dixit : Absit a me ut sanguinem istorum hominum bibam (*II Reg.* XXIII, 16, 17). Quam quia fudit, et bibere noluit, scriptum est : « Et libavit eam Domino (*Ibid.*, 16). » Si igitur ab armato rege in sacrificium Dei versa est aqua contempta, pensemus quale sacrificium omnipotenti Deo rex obtulit, qui pro amore illius non aquam, sed aurum accipere contempsit. Itaque, fili excellentissime, fidenter dicam, quia libasti aurum Domino quod contra eum habere noluisti.

IV. Magna sunt hæc et omnipotentis Dei laudibus referenda. Sed inter hæc vigilanti sunt studio antiqui hostis insidiæ cavendæ, qui quanto majora in hominibus dona conspicit, tanto hæc auferre subtilioribus insidiis exquirit, neque enim latrunculi in via capere viatores vacuos expetunt, sed eos qui auri vascula vel argenti ferunt; via est quippe vita præsens, et tanto cuique necesse est ut insidiantes spiritus caveat, quanto majora sunt dona quæ portat. Oportet ergo excellentiam vestram in tanto hoc de conversione gentis subditæ munere quod accepit, summopere custodire primum humilitatem cordis, ac deinde munditiam corporis. Cum enim scriptum sit : « Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur (*Luc.* XVIII, 14), » profecto liquet, quia ille veraciter alta amat qui mentem suam ab humilitatis radice non desecat, sæpe namque malignus spiritus ut bona destruat, quibus prius adversari non valuit ad operantis mentem post peractam operationem venit, eamque tacitis cogitationibus in quibusdam suis laudibus excutit, ita ut decepta mens admiretur ipsa quam sint magna quæ fecit; quæ dum per occultum tumorem apud semetipsam extollitur, ejus qui donum tribuit gratia privatur. Hinc enim est quod per prophetæ vocem contra superbientem animum dicitur : « Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo (*Ezech.* XVI, 15); » fiduciam quippe animæ in pulchritudine sua habere est in semetipsa de justa operatione præsumere. Quæ in suo nomine fornicatur, quando in hoc quod recte egit non Conditoris laudem dilatare appetit, sed opinionis gloriam requirit. Hinc rursum per prophetam scriptum est : « Quo pulchrior es descende (*Ezech.* XXXII, 19). » Anima etenim unde est pulchrior inde descendit, quoniam ex virtutis decore quo exaltari apud Dominum debuit, ab ejus gratia per suam elationem cadit. Quid ergo in his agendum, nisi ut malignus spiritus, cum nobis ad elevandam mentem reducit bona quæ egimus, semper nos ad memoriam nostra mala revocemus, quamvis et nostra cognoscamus esse quæ peccando fecimus, solius omnipotentis Dei munera, cum peccata declinamus?

V. Custodienda quoque est munditia corporis in studiis bonæ actionis, quia juxta vocem prædicantis Apostoli, « Templum Dei sanctum est, quod estis vos (*I Cor.* III, 17). » Qui rursus ait : « Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra (*I Thess.* IV, 3), » quam sanctificationem dixerit ostendens protinus adimplevit, « ut abstineatis vos a fornicatione, et sciat unusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione et honore, et non in passionibus desiderii (*Ibid.* IV, 5). »

VI. Ipsa quoque gubernacula erga subjectos magno sunt moderamine temperanda, ne potestas menti subrepat. Tunc enim regnum bene regitur, cum regnandi gloria animo non dominatur. Curandum quoque est ne ira subrepat, faciatque citius omne quod licet. Ira quippe etiam cum deliquentium culpas exquirit, non debet menti quasi domina præire, sed post rationis tergum velut ancilla famulari, ut ad faciem jussa veniat. Nam si semel possidens mentem cœperit, justum esse reputat, etiam quod crudeliter facit. Hinc enim scriptum est : « Ira enim viri justitiam Dei non operatur (*Jac.* I, 20); » hinc rursum dicitur : « Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram (*Ibid.*, 19). » Hæc autem vos, auctore Deo, omnia servare non ambigo, sed occasione admonitionis exorta, bonis vestris actibus me furtive subjungo, ut quod non admoniti facitis quando vobis admonens additur, jam non soli faciatis. Omnipotens autem Deus in cunctis actibus vestris cœlestis brachii extensione vos protegat, vobisque et præsentis vitæ prospera, et post multa annorum curricula, æterna concedat.

VII. Clavem vero parvulam a sacratissimo beati Petri apostoli corpore pro ejus benedictione transmisimus, in qua inest ferrum de catenis inclusum, ut quod collum illius ad martyrium ligaverat, vos ab omnibus absolvat. Crucem quoque latori præsenti dedimus vobis ferendam, in qua lignum Dominicæ crucis inest, et capilli beati Joannis Baptistæ, ex qua semper solatium nostri Salvatoris, per intercessionem præcursoris ejus habeatis. Reverendissimo autem viro Patri, et coepiscopo nostro Leandro pallium a beati Petri apostoli sede transmisimus, quod ex antiqua consuetudine, et vestris moribus, et ejus bonitati atque dignitati debebamus.

Item, epistola ejusdem ad Secundinum inclusum.

Dilectissimo fratri SECUNDINO, servo Dei, incluso, GREGORIUS, servus servorum Dei.

Dilectionis tuæ litteras suscepi, quæ in meo sensu amoris melle conditæ sapuerunt. O quanta aspiratione vitæ plena sunt, quæ per gratiam Spiritus proferuntur! Non in eis cultus eloquentiæ, non verborum typus ap-

parebant, sed sola veritatis atque charitatis radicem tenentia per omne quod locuta sunt cœlestis patriæ amore flammabant. In eis vero tua me dilectio petere studuit, ut ad hanc libellum exhortatorium scribere studerem. Sed scire te necesse est, fili charissime, quia tantis podagræ doloribus, tantisque curarum tumultibus premor, ut quamvis unquam me aliquid fuisse reminiscar, valde tamen me videam non esse quod fuerim. Quod autem se tua charitas ultra ætatem quinquagenariam adhuc juvenilibus desideriis asserit subjacere, in hoc quoque divini oraculi imples præceptum, quo scriptum est: « Justus in principio accusator est sui (*Prov.* XVIII, 17). » Nec tamen dubito majores te hostis callidi insidias perpeti, qui majora contra eum bella præparasti. Tanto quippe ille deceptionis molimina ardentius exquirit quanto te cœlesti patriæ fervention tius inhiare cognoscit. Etenim nos quidem, qui vitam cum pluribus ducimus, etsi formidolosi ac timidi, tamen, quia contra antiquum hostem bella proposuimus, quasi in acie stamus. Vos autem, qui solitariam vitam ducitis, et quid aliud quam quia monachos dixerim, qui etiam fervore virtutis ante aciem exire festinatis? Cur ergo eum singulariter hostis non impetat a quo se impeti singulariter exspectat? Et nos quidem, qui inter homines vivimus, sæpe per hominem a callido hoste tentamur; vos autem qui jam vitam præsentem extra hominum frequentiam ducitis, et tanto majora certamina pati necesse est, quanto ipse ad vos magister tentationum accedit. Neque enim vacare orationibus ac laudibus Dei sine aliqua interruptione temporis potestis, quia etsi intentio continue prompta est, ipsa tamen humanitatis infirmitas in semetipsam relabitur, ut aliquando fessa jaceat, atque ab studii sui exercitatione torpescat. Antiquus vero hostis mox ut otiosam mentem invenerit, et ad eam sub quibusdam occasionibus locuturus venit et quædam, ei de gestis præteritis ad memoriam reducit, audita quondam verba indecenter cogitatione resonat, et si qua dudum turpiter acta sunt, eorum species oculis cordis opponit, ut, quam de præsentibus non valet inquinare, de malis transactis violet; et decepta mens sæpe in dilectionem reparat, unde diu se jam per pœnitentiam afflixit, ita ut vere cum Psalmista dicat: « Computruerunt et corruptæ sunt cicatrices a facie insipientiæ meæ (*Psal.* XXXVII, 6). » Cicatrix quippe figura est vulneris, sed sanati. Cicatrix ergo ad putredinem redit, quando peccati vulnere, quod jam per pœnitentiam sanatum est, in delectationem sui animus concutitur. Sæpe namque quod fecimus, per hostis callidi insidias oculis cordis videmus. Cumque insensibiliter in hoc delectatio subrepit, quamvis jam plangat quod fecerit, tædet tamen infelicem animum quædam fecisse quæ plangat. Hæ sunt cordis nostræ tenebræ, quas in hac vita, volentes, nolentes, sustinemus. Quis contra hæc quærendus est, nisi « adjutor in opportunitatibus in tribulatione? (*Psal.* IX, 10.) »

Valde autem libenter accepi quod tua me charitas de sua dubitatione requisivit, an Orientis Ecclesiæ fidem atque doctrinam sanctæ memoriæ Leonis sequantur, an forte earum sensus inter semetipsas pro trium capitulorum defensione divisus sit, unde certam dilectionem tuam esse desidero, quia prædictæ sanctissimæ Orientales Ecclesiæ uno sensus una doctrina, fidem ejusdem sanctæ memoriæ Leoni, tenent, et sanctam Chalcedonensem synodum ita nobiscum custodiunt atque venerantur, ut nullus episcopus esse reputetur, qui ejusdem synodi defensor sectatorque non fuerit. Hinc est enim ut, quoties in quatuor præcipuis sedibus antistites ordinantur, synodales epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur, sicut et nos aversamur atque anathemate plectendos ducimus, si quis de fide ejusdem synodi aliquid imminuere, vel aliud in ea addere præsumit. Nam synodus quæ postea generaliter facta est, idcirco a nobis custoditur, quia ejusdem synodi sequax in omnibus illius honorem auctoritatemque custodit. Unde necesse est ut dulcissima mihi dilectio tua in id quod præcipue in sanctis moribus vivit, quod se per abstinentiam affligit, quod doctrinæ Dei vehementius insistit, hoc studiosius cogitet, ne errorem schismaticorum sequens, a sancta universalis Ecclesiæ communione divisa possit inveniri. Et quid tot labores proderunt, si in unitate fidei inventi non fuerint, qui ante omnipotentis Dei oculos in bonis actibus animam præcipue custodiunt? Hinc enim dicitur: « Una est columba mea (*Cant.* VI, 8). » Hinc iterum Dominus ad Moysen ait: « Est locus penes me, et stabis supra petram (*Exod.* XXXIII, 21). » Quis est locus qui non sit Domini, dum cuncta in ipso, per quem creata sunt, continentur? Sed tamen est locus apud eum, videlicet sanctæ Ecclesiæ unitas, in qua velut supra petram statur, dum confessionis soliditas humiliter tenetur. De quo loco subjungitur: « Tunc videbis posteriora mea (*Ibid.*, 23), » in petra enim, id est, sancta **276** Ecclesia stantes, Dei posteriora videbimus, quando ea, quæ in fine promissa sunt, cœlestis patriæ gaudia contemplabimur; perversi autem homines, qui trium capitulorum occasione reperta, ecclesiasticam disciplinam fugiunt, de suis carnalibus actibus reprehendi pertimescunt, et subesse sedi apostolicæ nolunt, et nos quasi de fide reprehendunt quam ipsi nesciunt. Et dum neque in fide recti sunt, neque in bonis operibus intenti, student ut certare pro fide videantur. Sicque quotidie deteriores fiunt, dum in eis culpa grossescit. Qui quasi de zelo fervoris fieri etiam laudabiles appetunt, sed juxta quod scriptum est: « Ex operibus eorum cognoscetis eos (*Matth.* VII, 20); » vitam eorum tua charitas ostendat, et meritum intentionis aspiciat. Ut enim dilectioni tuæ de eadem re breviter loquar, tota Chalcedonensis synodus usque ad definitionem fidei et prolationem canonum de generalibus causis locuta est. Nam, post

probationem canonum, specialia episcoporum certamina sopire curavit.

Epistolam vero, quam in ea reverendissimus Ibas denegat suam, quam in extrema parte synodi jaceat, cognoscis, quæ videlicet epistola Nestorium inauditum, et inquisitione non facta damnatum asserit; Cyrillum vero in Apollinaris dogma cecidisse suspicatur. Et, si totus superior textus prædictæ synodi legitur, quantum hæc epistola eidem synodo adversatur invenitur, quia, scilicet sancta synodus et Nestorium, sicut est, hæreticum denuntiat, et beatum Cyrillum Patrem catholicum veneratur. Epistola ergo, quæ illum defendit qui a synodo damnatus est, et eum accusat qui a synodo veneratus est, procul dubio definitioni sanctæ synodi probatur adversari. Qui enim tantorum Patrum definitam non servant sententiam procul dubio adversantur Ecclesiæ. Nam tua sanctitas inde a nobis requisivit ut tibi sacerdotali officio post lapsum resurgendi scriberemus, dum dicit de hoc canonum diversorum legisse diversas sententias, alias resurgendi, alias nequaquam posse. Ideo nos generales synodos a Nicæna incipientes, cum reliquis quatuor veneramur; quia, ipsam sequentes, in cunctis sententiis unanimes concordant; quia et nos præcedentes nos Patres sequimur; quia, auctore Deo, a sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes usque in quartum altaris ministrum, hanc formam sequendam cognoscimus, ut qui minor est major ei præcedat; sed sicut honore, ita et in crimine, et quem major sequitur culpa, majore implicetur vindicta, et post pœnitentiam credatur esse fructuosa. Quid enim prodest triticum seminare, et fructum illius non tollere? aut domum construere, et non illic habitare? Post dignam satisfactionem credimus redire posse ad honorem, Propheta dicente : « Nunquid qui cadit non adjiciet ut resurgat? » (*Psal.* XL, 9.) Et qui adversus est non revertetur? Idem quoque ait : « Peccator in quacunque die conversus ingemuerit, salvus erit (*Ezech.* XXXIII, 12). » Unde Psalmista : « Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me (*Psal.* L, 12, 13). » Cum enim petiit, ne ab eo projiceretur, prolapsi culpa, quod alienam rex et propheta simul rapuisset uxorem, tremefactus expavit. Propheta, indicante flagitium suum, unde pœnitentiam agens addidit : « Redde mihi lætitiam Salutaris tui, et spiritu principali confirma me (*Ibid.*, 14). » Si enim dignam Deo pœnitentiam non fecisset, nequaquam aliis prædicaret. Ait enim : « Doceam iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur (*Ibid.*, 15). » Cum enim peccata sua prospexit Propheta mundata per pœnitentiam, non dubitavit prædicando curare aliena. Et sacrificium de semetipso offerre Deo studuit, cum dicebat : « Sacrificium Deo spiritus contribulatus (*Ibid.*, 19). » Ad hæc ista suffecerant, sed omnis sententia quo plus sacræ Scripturæ testimoniis confirmatur, facilius creditur, de hoc enim propheta dicit : « Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (*Ezech.* XXXIII, 11); » et hoc peccantibus dicitur : « Peccator in quacunque die conversus ingemuerit, omnes iniquitates ejus in oblivione traduntur (*Ezech.* XVIII, 21, 22). » Si enim Redemptor, qui peccatores minime perdere, sed justificare venit (*Luc.* IX, 56) in oblivione peccantes non derelinquit, quis hominum condemnandos reservat, cum Apostolus dicat : « Si Deus justificat, quis est qui condemnet? » (*Rom.* VIII, 33, 34.) Ad fontem misericordiæ recurrentes, Evangelicam referamus sententiam : « Gaudeo, inquit, magis super uno peccatore pœnitentiam agente quam super nonaginta novem justis qui non indigent pœnitentia (*Luc.* XV, 7). » Et ovem perditam, nonaginta novem non errantibus relictis, humero reportatam dicit (*Ibid.*, 4, 5). Si ovis errans post inventionem ad ovile humero reportatur, cur post pœnitentiæ pœnam ad Ecclesiæ ministerium peccator non revocetur? Quid enim est gravius carnale delictum admittere, sine quo in multis pauci inveniuntur, an Dei Filium timendo negare? in quo uno ipsum beatum Petrum, apostolorum principem, ad cujus nunc corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus, sed post negationem pœnitentia secuta, et post pœnitentiam misericordia data (*Luc.* XXII, 57-61), quia illum ab apostolatu non depulit, quem ante se ipsum negare prædixit (*Matth.* XXVI, 75). Tibi hæc, fili charissime, dicta sufficiant, ut illum quem conspicis fletu delicta delere, in conspectu divinitatis non dubites misericordiam consequi, quia nullum peccantem conversum despicit qui peccatores redimere venit.

Quod imaginem illius, quem colis, tibi dirigendam, per Dulcerium, diaconem tuum, rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quæris, cujus imaginem præ oculis habere desideras. Ut visio corporalis quotidiana reddat exoptatum, et, dum picturam vides, ad illum animo inardescas, cujus imaginem videre desideras, ab re non facimus, si per visibilia invisibilia demonstramus. Sic homo, qui alium ardenter videre desiderat, atque ex more sponsam amando desiderat, atque videre conatur, si contingit illam ad balneum ire, aut ad ecclesiam procedere, festinus in via se præparat, ut de ejus visione hilaris recedat. Scimus quia tu imaginem Salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei ut in ejus amore recalescas, cujus imaginem videre desideras. Et nos quidem, non quasi ante divinitatem ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus quem per imaginem aut natum, aut passum, vel in throno sedentem recordamur. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam Filium Dei reducimus, animum nostrum de resurrectione lætificat aut de passione mulcet. Ideoque direximus tibi surtirias duas, imaginem Salvatoris, et sanctæ Dei genitricis Mariæ, et beatorum apostolorum Petri et Pauli continentes, per supradictum filium nostrum

diaconem, et unam crucem et clavem, pro benedictione, a sanctissimo corpore Petri apostolorum principis, ut per eum sis ab hoste maligno defensus, cujus per sanctum lignum te esse munitum credis, et ex eo te protegat qui juveniles affectiones tibi suggerit. Recordare ut, in bonis tuis actibus perseverans, alios in ejus accendas amore propter quem solitarium te fecisti habitare, ut vitæ hujus mala quæque in corde inimicus suggerit retroacta, mentis provectibus quasi facibus inardescas, pro cujus amore vitam etiam velis finire, ipse quoque te protegat usque in finem, qui cunctum mundum dignatus est redimere, Jesus Christus Dominus noster qui est in sæcula.

Item, Gregorius Theotistæ patriciæ. De discordia sedanda.

Magnas omnipotenti Deo gratias agere debemus, quod piissimi et benignissimi imperatores nostri tales de suo genere juxta se propinquos habent, de quorum conversatione nobis omnibus grande sit gaudium. Unde et pro eisdem dominis continue nobis orandum est, ut eorum vita cum suis omnibus, protegente cœlesti gratia, per longa tempora tranquilla servetur. Indico autem quod levitate populi tumultum contra vos detractionis exortum quibusdam nuntiantibus cognovi. Qua ex re excellentiam vestram audio fuisse non modice contristatam. Quod si ita est, valde miror, qui cor fixistis in cœlo, verba hominum agitent in terra. Beatus etenim Job, cum amici ejus qui ad consolandum eum venerant, in increpatione prosiluissent, ait : « Ecce enim de cœlo testis meus et conscius in excelsis (*Job* XVI, 20). » Qui enim vitæ suæ in cœlo testem habet, judicia hominum pertimescere in terra non debet. Dux quoque bonorum Paulus dicit : « Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero (*Gal.* VI, 4). » Si enim aut laudibus lætamur, aut vituperatione frangimur, nostram gloriam non in nobis, sed in aliorum ore posuimus. Et : « Fatuæ virgines oleum in vasis suis non sumpserunt; sapientes autem sumpserunt oleum in vasis suis cum lampadibus (*Matth.* XXV, 3, 4); » lampades quippe nostræ bona sunt opera, de quibus scriptum est : « Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est (*Matth.* V, 16). » Tunc autem oleum in vasis cum lampadibus sumimus, quando de bonis actibus nitorem gloriæ non a laudantibus proximis quærimus, sed hæc intra testimonium conscientiæ servamus, in omne autem quod de nobis extra dicitur, recurrere ad arcana mentis debemus. Etsi omnes vituperent, liber est quam conscientia non accusat, quia, et si omnes laudant, liber esse non potest si hunc concientia accusat. De Joanne Veritas dicit : « Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? » (*Matth.* XI, 7). Quod videlicet per negationem dicitur non per confirmationem, cum subditur : « Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt (*Ibid.*, 8); » quamvis enim juxta veritatem Evangelii Joannes vestimento aspero fuerit indutus (*Matth.* III, 4), per significationem in mollibus vestiti sunt qui adulationibus ac laudibus delectantur. Negatur autem quia Joannes arundo vento agitata fuerit, quoniam mentis ejus fortitudinem nulla humani oris aura flectebat. Nos enim si laudibus erigimur, vituperationibus humiliamur, arundo vento agitata sumus. Sed absit hoc, absit a corde vestræ excellentiæ. Scio qui magistrum gentium studiose legitis, qui ait : « Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem (*Gal.* I, 10). » Si qua tamen vel parva tristitia ex hac re menti vestræ exorta est, credo quod hoc omnipotens Deus fieri benigne permisit. Neque enim electis suis in hac vita promisit gaudia delectationis, sed amaritudines et tribulationes (*Matth.* XXIV, 19), ut medicinæ more per amarum poculum ad dulcedinem æternæ redeant salutis. Quid namque dicit : « Mundus gaudebit, vos lugebitis? » (*Joan.* XVI, 20). Qua spe, qua promissione paulo post subditur : « Iterum videbo vos, et gaubebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo auferat a vobis (*Ibid.*, 22). » Hinc iterum discipulis dicit : « In patientia vestra possidebitis animas vestras (*Luc.* XXI, 19). » Pensate, quæso, ubi erit patientia, si deest quod toleretur. Non suspicor enim Abel esse quem Cain malitia non exercuerit. Boni enim sine malis si fuerint, perfecte esse boni non possunt, quia minime purgantur. Ipsa autem malorum societas purgatio bonorum est. Tres in arca filii Noe fuerunt; unus irrisor patris exstitit (*Gen.* IX, 22), qui etsi in se benedictus fuerit, maledictionis tamen sententiam in filio suscepit (*Ibid.*, 25). Duos Abraham, priusquam Cethuram uxorem acciperet, filios habuit, sed tamen carnalis ejus repromissionis est filium persecutus. Quod magnus doctor exponit, dicens : « Sicut is qui secundum carnem est, persequebatur eum qui secundum Spiritum, ita et nunc (*Gal.* IV, 29). Duos Isaac filios habuit, sed unus, qui spiritalis exstitit, ante minas fratris carnalis fugit (*Gen.* XXVII, 43). Duodecim Jacob filios habuit, sed unum qui rectius vivebat, decem in Ægypto vendiderunt (*Gen.* XXXVII, 36). In David propheta, quia fuit quod purgari debuisset, actum est ut persecutorem filium pateretur (*II Reg.* XV, 16). Beatus Job de societate reproborum dicit : « Frater fui draconum, et socius struthionum (*Job* XXX, 29). » Ad Ezechielem Dominus ait : « Fili hominis, increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas (*Ezech.* II, 6). » Interdum inter duodecim apostolos unus reprobus mistus est (*Joan.* VI, 71), ut esset cujus persecutione undecim tentarentur. Apostolorum princeps discipulis loquitur, dicens : « Justum Loth oppressum a nefandorum injuria eripuit; aspectu enim et auditu justus erat, **277** habitans cum eis, qui de die in diem animam justi iniquis operibus cruciabant (*II Petr.* II, 7, 8). » Paulus quoque apostolus

discipulis loquitur dicens : « In medio nationis pravæ et perversæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes (*Philip.* II, 15, 16). » Quia ergo, Scriptura teste, cognovimus in hac vita bonos sine malis esse non posse, de stultorum vocibus excellentia vestra turbari nullatenus debet, et maxime in omnipotenti Deo tunc certa fiducia est quando pro bono opere adversitatis aliquid in hoc mundo recipitur, ut plena merces in æterna retributione servetur. Unde in sancto Evangelio dicit : « Beati eritis cum adversus vos omne malum dixerint homines, mentientes propter nomen meum (*Matth.* V, 11). » Qui in consolatione nostra sua in exemplum adducere opprobria dignatus est, dicens : « Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus. » (*Matth.* X, 25.)

Sunt autem plerique qui vitam bonorum fortasse amplius quam debent, laudant. Et ne qua elatio de laude subrepat, permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem et objurgationem prorumpere, ut si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est quod Doctor gentium se in prædicatione currere testatur, « inter infamiam et bonam famam (*II Cor.* VI, 8). » Qui etiam dicit, « ut seductores et veraces (*Ibid.*). » Si igitur fuerunt, qui malam famam Paulo imponerent, qui hunc seductorem vocarent, quis ergo Christianus debet indignum ducere pro Christo injurias audire? Quantæ autem virtutis præcursor nostri Redemptoris fuerit novimus, qui per sacrum eloquium non solum plusquam propheta, sed etiam angelus vocatur (*Matth.* II, 9, 10); et tamen, sicut ecclesiastica historia testatur, post mortem a persecutoribus corpus ejus incensum est. Sed qui ista de sanctis omnibus Dominus, de ipso sancto sanctorum, id est de Deo, qui pro nobis homo factus est (*Joan.* I, 14), loquamur, qui ante injuriam, quia dæmonia haberet (*Joan.* VIII, 48), audivit, post mortem vero a suis persecutoribus seductor appellatus est, cum dicerent : « Scimus quia seductor ille dixit : Post tres dies resurgam (*Matth.* XXVII, 63). » Quanta autem nos peccatores a lingua vel manibus iniquorum hominum portare necesse est, qui in adventu æterni judicis judicandi sumus, si et ipse tanta etiam post mortem pertulit qui judex venit. Hæc, dulcissima et excellentissima filia, breviter dixi, ne quoties stultos homines tibi derogare cognoscis, qualibet vel parvula mentis tristitia tangaris. Sed quia sedari hoc ipsum stultorum hominum murmur tranquilla ratione potest, peccatum credo, si bonum quod valet fieri negligitur, ut fiat. Nam cum placare insanas mentes atque ad salutem reducere possumus, scandalizare eos minime debemus.

Sunt enim quædam scandala, quæ omnino despicienda sunt, quædam vero, cum vitari sine culpa non possunt, despicienda non sunt, ne cum culpa serventur. Quod sacro Evangelio prædicante cognovimus, quia, cum Veritas diceret : « Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit de ore conquinat hominem (*Matth.* XV, 11); » et discipuli responderent dicentes : « Scis quia Pharisæi, audito hoc verbo, scandalizati sunt (*Ibid.*, 12), » protinus respondit : « Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur; sinite illos, cæci sunt et duces cæcorum (*Ibid.*, 13, 14). » Et tamen cum tributum peteretur, prius rationem reddidit, per quam tributum solvere non deberent, (*Matth.* XVII, 24), atque illico subjunxit : « Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare et mitte hamum, et eum piscem qui prius ascenderit, tolle, et aperto ore ejus invenies staterem, et sumens, da illum pro me et te (*Ibid.*, 26). » Quid est autem quod de scandalizatis aliis dicitur : « Sinite illos; cæci sunt et duces cæcorum : » et aliis ne scandalizetur, a Domino tributum solvitur, etiam quod non debetur? Quid est quod aliud scandalum esse permiserit, aliud vero venire prohibuit, nisi ut nos doceret et illa scandala quæ nos implicant in peccato contemnere, et illa quæ placare sine peccato possumus, modis omnibus mitigare? Vestra itaque excellentia potest, protegente Domino, pravorum hominum scandala cum magna tranquillitate declinare. Prius enim a vobis secreto vocandi sunt ac ipsis ratio reddenda, et perversa quædam capitula quæ nos tenere existimant, coram ipsis anathematizanda. Quod si etiam, sicut dicitur, dari anathema ficte suspicantur, et jurejurando firmandum est vos eadem capitula nunquam tenere, nunquam tenuisse. Nec vobis videatur indignum tali eis modo satisfacere, nec de imperiali genere sit contra eos aliquod in vestra mente fastigium. Omnes enim fratres sumus, unius imperatoris potestate conditi, et ejus sanguine redempti, et idcirco fratres nostros quantumlibet pauperes et abjectos in nullo despicere debemus. Certe etenim Petrus potestatem regni cœlestis acceperat, ut quod in terra ligaret vel solveret, esset in cœlo ligatum vel solutum (*Matth.* XVI, 19), super mare ambulabat (*Joan.* XXI, 7), ægrotantes umbra curabat (*Act.* V, 15), peccantes vero occidebat (*Ibid.* V, 10), mortuos oratione suscitabat (*Act.* IX, 40); et quia ex admonitione Spiritus ad Cornelium gentilem fuerat ingressus (*Act.* X, 19), contra eum a fidelibus quæstio facta est : Cur ad gentiles fuerat ingressus et comedisset cum eis; cur eos in baptismate recepisset (*Ibid.*, 28). Et tamen idem, apostolorum primus, tanta donorum gratia repletus, tanta miraculorum potestate suffultus, querelæ fidelium non ex potestate, sed ex ratione respondit, causam per ordinem exposuit, quomodo vas quoddam velut linteum in quo quadrupedia terræ et bestiæ, reptilia atque volatilia inerant, de cœlo submitti viderit, vocemque audierit : « Surge, Petre, occide et manduca, » qualiter tres viri venerint, eum ad Cornelium vocantes, qualiter Spiritus sanctus hunc cum eis ire præceperat, qualiter idem Spiritus sanctus qui venire in baptizatos in Judæa post baptismum consueverat, in gentibus ante baptismum venit (*Ibid.*, 11-48). Si enim, cum a fidelibus culparetur, auctoritatem,

quam in sancta Ecclesia acceperat, attendisse respondere poterat, ut pastorem suum oves, quæ commissæ fuerint, reprehendere non auderent, sed si in querela fidelium aliquid de sua potestate diceret, profecto doctor mansuetudinis non fuisset, Humili ergo eos ratione placavit atque in causa reprehensionis suæ, etiam testes adhibuit, dicens : « Venerunt autem mecum et sex fratres isti (*Act.* XI, 12). » Si igitur, et pastor Ecclesiæ, et apostolorum princeps, signa et miracula singulariter faciens, non dedignatus est in causa reprehensionis suæ rationem humiliter reddere, quanto magis nos peccatores, cum in re aliqua reprehendimur, reprehensores nostros ratione humili placare debemus? Ad me etenim, sicut nostis, cum apud vestigia dominorum in regia urbe demorarer, multi ex eis venire consueverant qui de prædictis capitulis accusabantur. Sed, teste conscientia, fateor nunquam in eis aliquid pravitatis, aliquid erroris de his, quæ contra eos dicebantur, inveni. Unde et eos opinione contempta familiariter suscipere et magis ab insequentibus defendere curabam; dicebatur namque contra eos quod sub obtentu religionis conjugia solverent, et quia dicerent quod baptisma peccata penitus non auferret; et si de iniquitatibus suis quis pœnitentiam in triennium ageret, postmodum ei perverse vivere liceret; et quia si compulsi aliquid de quibus reprehendebantur, anathematizare se dicerent anathematis vinculo nullo modo teneri. Et si qui sunt, qui certissime talia sentiunt, vel tenent, quia Christiani non sunt, dubium non est, eosque et ego et omnes catholici episcopi, atque universa Ecclesia anathematizamus, quia veritati contraria sentiunt et contraria loquuntur. Si enim dicunt religionis causa conjugia debere dissolvi, sciendum est quia etsi hoc lex humana concessit, lex divina prohibuit. Per se enim Veritas dicit : « Quod Deus conjunxit, homo non separet (*Matth.* XIX, 9). » Qui etiam ait : « Non licet dimittere uxorem, excepta causa fornicationis (*Ibid.*). » Quis ergo huic cœlesti legislatori contradicat? Scimus quia scriptum est : « Erunt duo in carne una (*Gen.* II, 24). » Si igitur vir et uxor una caro sunt, et religionis causa, vir dimittit uxorem, vel mulier virum in hoc mundo remanentem, vel forte ad illicita migrantem, quæ est ista conversio, in qua una eademque caro et ex parte transit ad continentiam, et ex parte remanet in pollutione. Si vero utrisque conveniat continentem vitam ducere, hoc audeat accusare, quando certum est quia omnipotens Deus qui minora concessit, majora non prohibuit? Et multos sanctorum novimus cum suis conjugibus et prius continentem vitam duxisse, et postmodum ad sanctæ Ecclesiæ regimina migrasse.

Duobus etenim modis sancti viri etiam a licitis abstinere solent; aliquando, ut meritum sibi apud omnipotentem Deum augeant, aliquando vero ut ante vitæ actæ culpas detergant. Tres etenim pueri in regis Babylonici obsequio deducti legumina ad vescendum petentes (*Dan.* I, 12), cibis regiis uti noluerunt (*Ibid.*, 5), non quia culpa esset, si ea quæ Deus creavit ederent. Noluerunt ergo sumere ea quæ licebat ut per continentiam virtus excresceret. David vero qui alienam conjugem tulerat, et valde pro sua culpa fuerat flagellatus, aquam bibere longe post de Bethleemitica cisterna noluit (*II Reg.* XXIII, 16).

Quam, cum ei fortissimi milites detulissent, bibere recusavit, eaque fundendo Domino libavit (*Ibid.*), licebat enim bibere si voluisset, sed qui illicita se cessisse meminerat, laudabiliter et a licitis abstinebat, et qui prius pro culpa sua morientium militum sanguinem fundi non metuit, postmodum, si aquam biberet, etiam pro culpa sua morientium militum sanguinem se fudisse judicavit, dicens : « Num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, et animarum periculum bibam? » (*Ibid.*, 17.) Proinde, cum boni conjuges aut meritum augere desiderant, aut ante actæ vitæ culpas delere, ut se ad continentiam constringant, et meliorem vitam appetant licet. Si vero continentiam, quam uxor appetit, vir recusat, dividi conjugium non licet, quia scriptum est : « Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir (*I Cor.* VII, 4). » Si qui vero sunt qui dicunt, in baptismate peccata superficie tenus dimitti, quid est hac prædicatione infidelius, in qua ipsum fidei sacramentum festinant solvere, in quo principaliter ad cœlestis munditiæ mysterium anima ligatur, ut absoluta radicitus a peccatis omnibus soli illi inhæreat, de quo scriptum est : « Mihi autem adhærere Deo bonum est (*Psal.* LXXII, 28). » Certe Rubri maris transitus figura sacri baptismatis fuit (*I Cor.* X, 2), in quo hostes a tergo mortui sunt, sed alii contra faciem in eremo inventi. Sic quippe omnibus qui in sancto baptismate tinguntur, eorum peccata præterita omnia laxantur, quia eis velut Ægyptii hostes, a tergo moriuntur. Sed in eremo alios hostes invenimus priusquam ad promissionis patriam pertingamus. Multæ nos tentationes fatigant, et ad terram viventium tendentibus iter intercludere festinant. Qui ergo dicit, peccata in baptismate funditus non dimitti, dicat in mari Rubro Ægyptios veraciter non mortuos. Si autem fatetur Ægyptios veraciter mortuos, fateatur necesse est peccata in baptismate funditus mori, quia nimirum plus valet in absolutione nostra veritas, quam umbra veritatis. In Evangelio Dominus dicit : « Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus (*Joan.* XIII, 10). » Si igitur peccata in baptismate funditus non dimittuntur, neque is qui lotus est mundus est totus. Totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo resistit voci Veritatis, quæ ait : « Qui lotus est, mundus est totus (*Ibid.*). » Nihil ergo ei de peccati sui contagione remanet quem totum fatetur mundum ipse qui redemit. Si qui autem dicunt, de peccato quolibet, et triennio pœnitentia agenda est, et post triennium in voluptatibus vivendum, isti adhuc nec prædicamenta

veræ fidei, nec sacræ Scripturæ præcepta cognoverunt. Contra hos prædicator egregius Paulus dicit : « Qui seminat in carne sua, de carne sua et metet corruptionem (*Gal.* VI, 8). » Contra hos iterum dicit : « Qui in carne sunt, Deo placere non possunt (*Rom.* VIII, 8); » ubi discipulis subjungit : « Vos autem non estis in carne, sed in spiritu (*Ibid.*, 9) : » hi quippe in carne sunt qui in carnalibus voluptatibus vivunt. Contra hos dicitur : « Neque corruptio in corruptelam possidebit (*I Cor.* XV, 50). » Si autem dicunt pauci temporis pœnitentiam contra peccatum debere sufficere, ut iterum liceat ad peccatum redire, recte hos pastoris primi sententia percutit, qui ait : « Contigit illis illud veri proverbii : Canis reversus ad vomitum, et sus lota in volutabro luti (*II Petr.* II, 22). » Magnum est enim contra peccatum virtus pœnitentiæ, sed, si quis in eadem **278** pœnitentia perseveret. Nam scriptum est : « Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit (*Matth.* X, 22). » Hinc scriptum : « Qui baptizatur a mortuo, et iterum tangit eum, quid proficit lavatio ejus ? » (*Eccli.* XXXIV, 30.) Mortuum quippe est omne opus perversum, quod pertrahit ad mortem, quod vitam justitiæ non vivit. Baptizatur ergo a mortuo et iterum tangit eum, qui prava opera, quæ se egisse meminit, deplorat, sed se eisdem iterum post lacrymas implicat. Anima ita quælibet ejusdem mortui lavatione non proficit, quia hoc iterum faciendo quod planxit, nec per lamenta pœnitentiæ ac rectitudinem justitiæ exsurgit. Pœnitentiam enim vere agere est commissa plangere, et iterum plangenda declinare. Si qui vero sunt qui dicunt, quia, compulsus quispiam necessitate, si anathematizaverit, anathematis vinculo non tenetur, ipsi sibi testes sunt quia Christiani non sunt ; quia ligamenta sanctæ Ecclesiæ vanis se æstimant conatibus solvere, ac per hoc nec absolutione sanctæ Ecclesiæ, quam præstat fidelibus, veram putant, si legationem ejus valere non æstimant. Contra quos diutius disputandum non est, quia per omnia despiciendi et anathematizandi sunt, ut unde se fallere veritatem credunt, inde in peccatis suis veraciter ligentur. Si qui sunt igitur qui sub nomine Christiano hæc, quæ prædiximus, errorum capitula aut prædicare audent aut tacite apud semetipsos tenere, hos procul dubio anathematizamus. Ex omnibus tamen capitulis in eis, sicut prædixi, qui ad me in regia urbe venire consueverant, nullum omnino errorem cujuslibet prædicti capituli agnovi, sed neque fuisse existimo, nam si fuisset agnovissem. Quia vero sunt multi fidelium qui imperitiæ zelo accenduntur, et sæpe, dum quosdam quasi hæreticos insequuntur, hæreses faciunt, eorum infimitati consulendum est, et sicut prædixi ratione ac mansuetudine sunt placandi. Illis quippe sunt similes, de quibus scriptum est : « Testimonium perhibeo de illis quod æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam (*Rom.* X, 2). » Vestra itaque excellentia, quæ in lectione, in lacrymis atque in eleemosynis incessabiliter vivit, eorum sicut petii imperitiam placare mansuetis exhortationibus ac responsionibus debet, ut non solum de semetipsa, sed etiam de illis gloriam æternæ retributionis inveniat. Hæc me dicere vobis nimius amor suasit, quia in vestra lætitia me crescere, et in vestra tristitia me existimo minorari. Omnipotens Deus gratia vos cœlesti custodiat, et salva Domini pietate et piissima Domini tranquillitate pro parvulorum dominorum nutrimento vitam vestram longius extendat.

Epistola Gregorii papæ ad Augustinum.

Reverendissimo et sanctissimo fratri AUGUSTINO, GREGORIUS, servus servorum Dei.

Desiderabilem mihi a te missus Denual religiosus presbyter, attulit nuntium, cum te sospitem narravit; et ex ministerio, pro quo missus est, favente Deo, proficere nuntiavit. Detulit etiam a te missas litteras, ubi indicasti quod ager Dominicus qui incultus jacebat, et spinarum aculeis ex infidelitate rigueral vomere tuæ doctrinæ exarante, semen verbi suscepit, et fertilem messem protulit fidelitatis. In eisdem litteris quædam subnexuisti capitula, sciscitando qualiter teneat, vel doceat hæc sancta apostolica Romana Ecclesia. Bene satis quia beatus apostolus Petrus, et apostolatus, et episcopatus principium exstitit, et consulenti tibi de statu Ecclesiæ non ex nobis quasi ex nobis, sed ex gratia « quæ aperit os mutum, et linguas infantium facit disertas (*Sap.* X, 21) ; » qualiter tenere debeas apostolici vigoris doctrina edicimus. Igitur in primis legebatur quota progenies propinquorum matrimonio copuletur, dicimus quod oportuerat quidem quandiu se cognoscunt affinitate propinquos ad hujus copulæ non accedere societatem, sed quia temperantia magis, et præsertim in tam barbara gente placet plusquam districtio censuræ, concedendum est, ut post quartam generationem jungantur. Nam quod posuisti, quod si mulier infirmitate correpta non valuerit viro debitum reddere, quid ejus faciat jugalis, bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentiæ vacaret. Sed quia hoc magnorum est, ille qui se non poterit continere, nubat magis, non tamen subsidii opem subtrahat ab illa cui infirmitas præpedit, et non detestabilis culpa excludit. Presbyter vero vel quilibet sacerdos, si a populo fuerit accusatus, et certi non fuerint testes qui criminis illati approbent veritatem, jusjurandum erit in medio, et illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, « cui nuda et aperta sunt omnia (*Hebr.* IV, 13), » sicque maneat in proprio gradu. Nam de homine qui a pontifice confirmatus fuerit, denuo illa talis reiteratio prohibenda est. In missarum autem solemniis, illud observandum est, quod Dominus noster Jesus Christus sanctis suis tribuit discipulis : accepit namque calicem et dat eis, dicens : « Hic calix novi testamenti est in meo sanguine. Hoc facite quotiescunque sumitis (*Matth.* XXVI, 28). » Unde congruum non est, duos vel tres calices in altario ponere, cum missarum solemnia celebrantur. De immolativis autem escis consuluisti, si a fidelibus

upradictum fuerit, vivifice crucis signum edi
, an non? Illud sufficit respondere quod beatus
lus dicit : « Si quis dixerit : Hoc immolatum
olite edere propter eum qui indicavit, et pro-
:onscientiam (*I Cor.* x, 28). » Addidisti adhuc
si pater vel mater, filium vel filiam intra septa
terii in infantiæ annis sub regulari tradide-
isciplina, utrum liceat eis, postquam puberta-
pleverint annos, egredi et matrimonio copu-
oc omnino evitamus, quia nefas est, ut obla-
arentibus Deo filiis voluptatis frena laxentur.
ero quosdam, absque interrogatione symboli,
lteris et indignis presbyteris fassus es baptiza-
i his tua dilectio teneat antiquum morem Ec-
, quia, quisquis in nomine Patris et Filii et
is sancti baptizatus est, rebaptizari eum minime
Non enim in nomine baptizantis, sed in no-
Trinitatis hujus gratiæ donum percepit, et
ur quod Apostolus dicit : « Unus Deus, una fi-
num baptisma (*Ephes.* IV, 5), » doctrinam vero
lem talibus studiosius ut impertias deman-
s.

unt quæstiones S. Augustini Cantuariensis archiepiscopi, et responsiones Gregorii papæ.

rrogatio beati Augustini, episcopi Cantuariensis iæ, de episcopis qualiter cum suis clericis con-
ıtur, vel de his, qui fidelium orationibus acce-
ıd altarium, quantæ debeant fieri portiones, et
er episcopus in ecclesia agere debeat.

ponsio Gregorii. Sacra Scriptura testatur,
bene te nosse non dubito, et specialiter beati
ad Timotheum Epistolæ, in quibus erudire
it, qualiter eum in domo Dei conversari opor-
t. Mos autem sedis est apostolicæ ordinatis
ɔpis præcepta tradere, ut ex omni stipendio
accedit, quatuor fieri debeant portiones, una
cet episcopo et familiæ, propter hospitalitatem
susceptionem; alia clero; tertia pauperibus;
a ecclesiis reparandis. Sed quia tua fraternitas
steriorum regulis erudita seorsum vivere non
, a clericis suis in Ecclesia Anglorum, quæ,
re Deo, nuper ad fidem perducta est, hanc de-
ɔnversationem instituere, quæ initio nascentis
siæ fuit patribus nostris, in quibus « nullus
n ex his quæ possidebat, aliquid suum esse
at, sed erant eis omnia communia (*Act.* IV, 32). »
i vero clerici sunt extra sacros ordines consti-
qui se continere non possunt, sortiri uxores
ıt, et stipendia sua exterius accipere, quia et
s, de quibus præfati sumus, novimus scriptum,
ɔd dividebatur singulis, prout cuique opus erat
, 35), » de eorum quoque stipendio cogitandum
ɜ providendum est, et sub ecclesiastica regula
ıdum, ut bonis moribus vivant, et canendis
nis invigilent, et ab omnibus illicitis cor et lin-
ı et corpus, Deo auctore conservent. Communi
ɾiventibus jam de faciendis portionibus, vel ex-
ıda hospitalitate, et adimplenda misericordia
ɜ quid erit loquendum, cum omne quod super-
est in causis piis ac religiosis erogandum est, Domino et magistro omnium docente : « Quod superest date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis (*Luc.* XI, 41). »

Interrogatio Augustini. Cum una sit fides, cur sunt Ecclesiarum diversæ consuetudines, et aliter consuetudo missarum in sancta Romana Ecclesia, atque aliter in Galliarum Ecclesiis tenetur?

Responsio Gregorii. Novit fraternitas tua Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit nutritam, quam valde amabilem te habeat. Sed mihi placet, ut sive in Romana, sive in Galliarum, sive in qualibet Ecclesia aliquid invenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicite eligas in Anglorum Ecclesia, quæ adhuc ad fidem nova est, institutione præcipua quæ de multis Ecclesiis colligere potuisti infundas. Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque Ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt elige, et hæc, quasi in fasciculo collecta apud Anglorum mentes, in consuetudinem depone.

Interrogatio Augustini. Obsecro quid pati debeat, si quis aliquid de ecclesia furto abstulerit.

Responsio Gregorii. Hoc tua fraternitas ex persona furis pensare potest qualiter valeat corrigi. Sunt enim qui habentes subsidia, furtum perpetrant, et sunt alii qui in hac re ex inopia delinquunt; unde necesse est, ut quidam damnis, quidam vero verberibus, et quidam districtius, quidam levius corrigantur. Et cum paululum districtius agitur, ex charitate agendum est, non ex furore, quia ipsi hoc præstatur qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. Sic enim nos fidelibus tenere disciplinam debemus, sicut boni patres carnalibus filiis solent. Quos et pro culpis verberibus feriunt, et tamen ipsos quos doloribus affligunt, habere hæredes quærunt, et quæ possident ipsis servant, quos irati insequi videntur. Hæc igitur charitas mente tenenda est, et ipsa modum correctionis dictet, ita ut mens extra rationis regulam omnino nihil faciat. Addis etiam quomodo ea quæ furto de ecclesiis abstulerunt reddere debeant. Sed absit ut Ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, et lucra de vanis quærat.

Interrogatio Augustini. Si debent duo germani fratres singulas sorores accipere, quæ sunt ab illis longa progenie generatæ.

Responsio Gregorii. Modis omnibus hoc fieri licet. Nequaquam enim in sacris eloquiis invenitur, quod huic capitulo contradicere videatur.

Interrogatio Augustini. Usque ad quotam generationem fidelis debeat cum propinquis sibi copulari, et novercis, et cognatis, si liceat copulari conjugio?

Responsio Gregorii. Et quidem terrena lex in Romana republica permittit, ut sive fratris, sororis, seu duorum fratrum germanorum, vel duarum sororum filius et filia misceantur; sed experimento didicimus ex tali conjugio sobolem non posse succrescere, et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde

necesse est ut jam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi jungi debeat. Nam secunda, quam prædiximus, a se omnino debet abstinere. Cum noverca autem miscere, grave est facinus, quia et in lege scriptum est : « Turpitudinem patris tui non revelabis (*Lev.* XVIII, 7). » Neque enim patris turpitudinem filius revelare potest, sed quia scriptum est : « Erunt duo in carne una (*Gen.* II, 24), » qui turpitudinem novercæ quæ una caro cum patre fuit, revelare præsumserit, profecto patris turpitudinem revelabit. Cum cognata quoque miscere prohibitum est, quia per conjunctionem priorum caro fratris fuerit facta, pro qua re etiam Joannes Baptista capite truncatus et sancto martyrio coronatus est (*Matth.* XIV, 10). Cui non est dictum, ut Christum negaret, et pro Christi confessione occisus est. Sed quia eisdem Dominus noster Jesus Christus dixerat, « ego sum veritas (*Joan.* XIV, 6) » quia pro **279** veritate Joannes occisus est, videlicet pro Christo sanguinem fudit. Quia vero sunt in Anglorum gente, qui, dum adhuc in infidelitate essent, huic nefando conjugio dicuntur admisti, ad fidem venientes, admonendi sunt ut se abstineant, et grave hoc esse peccatum agnoscant, tremendum Dei judicium timeant, ne pro carnali delectatione tormenta æterni cruciatus incurrant. Non tamen prohac re sacri corporis ac sanguinis Domini communione privandi sunt, ne in eis illa ulcisci videamur, in quibus se per ignorantiam ante lavacrum baptismatis astrinxerunt. In hoc enim tempore sancta Ecclesia quædam per fervorem corrigit, quædam per mansuetudinem tolerat, quædam per considerationem dissimulat atque portat, ut sæpe malum quod aversatur, portando et dissimulando compescat. Omnes hi qui ad fidem veniunt, admonendi sunt, ne tale aliquid audeant perpetrare. Si perpetraverunt, corporis et sanguinis Domini communione privandi suut, quia sicut in his qui per ignorantiam fecerunt, culpa aliquatenus toleranda est, ita in his fortiter insequenda, qui non metuunt sciendo peccare.

Interrogatio Augustini. — Si longinquitas itineris magna interjacet, ut episcopi non facile valeant convenire, an debeant sine aliorum episcoporum præsentia episcopi ordinari ?

Responsio Gregorii. — Et quidem in Anglorum Ecclesia, in qua solus tu episcopus inveniris, ordinare episcopum non aliter nisi sine episcopis potes. Nam quando de Galliis episcopi veniunt, qui in ordinatione ipsi testes assistant ? Sed fraternitatem tuam ita volumus episcopos ordinare, ut ipsi sibi episcopi longo intervallo minime disjungantur, quatenus nulla sit necessitas ut in ordinatione episcopi convenire non possint ; pastorum quoque aliquorum præsentia, quia valde est utilis, facillime debeant convenire. Cum igitur, auctore Deo, ita fuerint episcopi in propinquis sibi locis ordinati, per omnia episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor episcopis fieri non debet. Nam quod in ipsis rebus spiritualibus ut sapienter et mature disponantur, exemplum a rebus etiam carnalibus sumere possumus. Certe enim, dum conjugia in mundo celebrantur, conjugati quique vocantur, ut qui in via jam conjugii præcesserunt, in subsequentis quoque copulæ gaudio misceantur. Cur non ergo nobiscum in hac speciali ordinatione qua per sacrum ministerium homo Deo conjungitur, tales conveniant, qui in profectu ordinati episcopi gaudeant, vel pro ejus custodia omnium ipsi Domino preces pariter fundantur ?

Interrogatio Augustini. — Qualiter debemus cum Galliarum atque Britannorum episcopis agere ?

Responsio Gregorii. — In Galliarum episcopis nullam tibi auctoritatem tribuimus, quia ab antiquis prædecessorum meorum temporibus pallium Arelatensis episcopus accepit, quem nos privare auctoritate percepta minime debemus. Si igitur contingat, ut tua fraternitas ad Galliarum provinciam transeat, cum eodem Adelatensi episcopo debet agere, qualiter si quæ sunt in episcopis vitia corrigantur. Qui si forte in disciplina vigore tepidus existat, tuæ fraternitatis zelo accendendus est. Cui etiam epistolas fecimus, ut cum tuæ sanctitatis præsentiam in Galliis et ipse tota mente subveniat, et quæ sunt Creatoris nostri jussioni contraria ab episcoporum moribus compescat ; ipse autem ex auctoritate propria episcopos Galliarum judicare non poteris, sed suadendo, blandiendo, bonaque tua opera eorum imitationi monstrando, pravorum mentes ad studium sanctitatis reforma, quia scriptum est in lege : « Per alienam messem transiens falcem mittere non debes, sed manu spicas conterere et manducare (*Deut.* XXIII, 25). » Falcem enim judicii mittere non potes in ea segete, quæ videtur alteri commissa, sed per effectum boni operis frumenta Dominica vitiorum suorum paleis exspolia, et in Ecclesiæ corpore moriendo et persuadendo quasi mandendo converte. Quidquid vero ex auctoritate agendum est, cum prædicto Arelatensi episcopo agatur, nec prætermitti possit hoc quod antiqua Patrum constitutio invenit. Britannorum vero omnes episcopos tuæ fraternitati committimus, ut indocti doceantur, infirmi persuasione roborentur, perversi auctoritate corrigantur.

Obsecratio Augustini. — Obsecro ut reliquiæ sancti Sixti martyris transmittantur.

Concessio Gregorii. — Fecimus quod petisti, quatenus populus, qui in loco quondam S. Sixti martyris corpus dixerunt venerari, quod tuæ fraternitati nec verum nec veraciter sanctum videtur, certa sanctissimi et probatissimi martyris beneficia suscipiens, colere incerte non debeat. Mihi tamen videtur, quia si corpus quod a populo cujusdam martyris esse creditur nullis illic miraculis coruscat, et neque aliqui de antiquioribus existunt, qui se a parentibus passionem

ejus audisse fateantur, ita reliquiæ quas petistis seorsum condendæ sunt, ut locus quo præfatum jacet modis omnibus obstruatur, nec permittatur populus certum deserere, et incertum venerari.

Interrogatio Augustini. — Si prægnans mulier debeat baptizari, aut postquam genuerit, post quantum possit tempus ecclesiam intrare, aut etiam baptizari, ne morte præoccupetur; quod si genuerit, post quot dies hanc liceat sacri baptismatis sacramenta percipere; aut post quantum temporis huic vir suus in carnis copulatione conjungi; et, si menstrua consuetudine tenetur, an in ecclesia intrare ei liceat; aut sacræ communionis sacramenta percipere; aut viro suo conjungi permittitur, priusquam lavetur aqua; si ecclesiam possit intrare, vel etiam ad mysterium sanctæ communionis accedere. Quæ omnia rudi Anglorum genti oportet habere comperta.

Responsio Gregorii. — Hoc non ambigo fraternitatem tuam esse requisitam, cui jam et responsum reddidisse me arbitror. Sed hoc quod ipse dicere, et sentire potuisti, credo quia mea apud te volueris responsione firmari. Mulier enim prægnans, cur non debeat baptizari, cum non sit ante omnipotentis Dei oculos culpa aliqua fecunditas carnis? Nam cum primi parentes nostri in paradiso deliquissent, immortalitatem quam acceperant recto Dei judicio perdiderunt, quia idem omnipotens Deus humanum genus culpa sua funditus exstinguere noluit, et immortalitatem homini pro peccato suo abstulit, et tamen per benignitatem suæ pietatis fecunditatem ei sobolis reservavit. Quod ergo naturæ humanæ ex omnipotentis Dei dono servatum est, qua ratione poterit a sacri baptismatis gratia prohiberi? in illo quippe mysterio, in quo omnis culpa funditus exstinguitur, valde stultum, si donum gratiæ contradicere posse videatur. Cum vero enixa fuerit mulier post quot debeat dies ecclesiam intrare, Testamenti Veteris præceptione didicisti, ut pro masculo diebus triginta tribus (*Lev.* XII, 4), pro femina autem sexaginta sex (*Ibid.*, 5) debeat abstineri. Quod tamen sciendum est, quia in mysterio accipitur. Nam si hora eadem qua genuerit, actura gratias intret ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur; voluptas enim carnis non dolor in culpa est, in carnis enim commistione voluptas est. Nam in prolis prolatione gemitus, unde et ipse Dominus primus magister omnium dixit : « In doloribus paries (*Gen.* III, 16). » Si enim enixam mulierem prohibemus ecclesiam intrare, ipsam ei pœnitentiam suam in culpam deputamus. Baptizare autem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, si periculo mortis urgetur, vel ipsam hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignit eadem hora qua natum est, nullo modo prohibetur, quia sicut sancti mysterii gratia viventibus atque discernentibus cum magna discretione providenda est, ita his quibus mors imminet sine ulla dilatione offerenda, ne dum adhuc tempus ad præbendum redemptionis mysterium quæritur, interveniente paululum mora, inveniri non valeat qui redimatur. Ad ejus vero concubitum vir suus accedere non debet, quoad usque proles, quæ gignitur, ablactetur. Prava autem in conjugatorum moribus consuetudo surrexit, ut mulieres filios quos gignunt nutrire contemnant, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant. Quod videlicet ex sola causa incontinentiæ videtur inventum, quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaque quæ filios suos ex prava consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus transierint, viris suis non debent admisceri, quippe quia et sine partus causa cum inconsuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibeantur, ita ut morte lex sacra feriat, si quis vir ad mulierem menstruatam accedat. Quæ tamen mulier, dum consuetudinem menstrualem patitur, prohiberi ab ecclesia non debet, quia natura ei superfluens in culpa non valet reputari, et per hoc quod invita patitur, justum non est, ut ab ingressu templi privetur. Novimus namque quod mulier quæ fluxum patiebatur sanguinis, post tergum Domini humiliter veniens, vestimenti ejus fimbriam tetigit, atque ab ea statim sua infirmitas recessit (*Matth.* IX, 20, 22)? Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit vestimentum Domini tangere, cur quæ menstrua sanguinis patitur ei non liceat Domini ecclesiam intrare. Sed dicis : Illam infirmitas compulit, has vero, de quibus loquimur, consuetudo constringit. Perpende enim, frater charissime, quia omne quod in hac carne mortali patimur ex infirmitate naturæ est digno Dei judicio per culpam ordinatum. Esurire namque, sitire, æstuare, algere, lassessere ex infirmitate naturæ est. Et quid est aliud contra famem alimenta, contra sitim potum, contra æstum auras, et contra frigus vestem, contra lassitudinem requiem quærere, nisi medicamenta quædam contra ægritudines explorare? Feminæ namque et menstruus sui sanguinis fluxus ægritudo est. Si igitur bene præsumpsit, quod vestimentum Domini in languore posita tetigit, quod uni personæ infirmatæ conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus quæ naturæ suæ vitio infirmantur? Sanctæ etenim communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si enim ex magna veneratione percipere non præsumit, laudanda est; sed si perceperit, non judicanda. Bonarum quippe mentium est etiam ibi aliquo modo culpas suas cognoscere, ubi culpa non est, quia sæpe sine culpa agitur quod venit ex culpa; unde etiam cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est ut esuriamus. Menstrua enim consuetudo mulieribus non aliqua culpa est, videlicet quia naturaliter accidit; sed quod natura tamen ipsa vitiata est, ut etiam sine voluntatis studio videatur esse polluta, ex culpa venit vitium, in quo

se ipsam qualis per judicium facta sit humana natura cognoscat, et homo qui culpam sponte perpetravit, reatum culpæ portet invitus. Atque ideo feminæ, cum semetipsas considerant, et quæ menstrua consuetudine ad sacramentum Dominici corporis et sanguinis accedere non præsumunt, de sua recta consuetudine laudandæ sunt. Cum vero percipiendi ex religiosæ vitæ consuetudine ejusdem mysterii amore rapiuntur, reprimendæ, sicut prædiximus, non sunt. Sicut enim in Testamento Veteri exteriora observantur opera, ita in Testamento Novo non tam quod exterius agitur, quam id quod interius cogitatur sollicita intentione attenditur, ut subtili sententia puniatur. Nam cum multa lex velut immunda manducare prohibeat, in Evangelio tamen Dominus dicit : « Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed ea quæ exeunt de ore illa sunt quæ coinquinant hominem (*Matth.* xv, 11). » Atque paulo post subjicit, exponens : « Ex corde exeunt cogitationes malæ (*Ibid.*, 19), » ubi ubertim judicandum est, quia illud ab omnipotente Deo pollutum esse in opere ostenditur, quod ex polluta cogitationis radice generatur. Unde Paulus quoque apostolus dicit : « Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum (*Tit.* i, 15). » Atque mox ejusdem causas coinquinationis annuntians subjungit : « Coinquinata sunt enim eorum et mens et conscientia (*Ibid.*). » Si ergo ei cibus immundus non est, cui mens munda, cur quod mente munda mulier ex natura patitur, ei in immunditiam reputetur? Vir enim cum propria conjuge dormiens, nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet, sed neque lotus intrare statim debet. Lex autem veteri populo præcepit dicens, ut mistus vir mulieri **280** et lavari aqua debeat, et ante solis occasum ecclesiam non intrare; quod tamen intelligi specialiter potest, quia mulieri vir miscetur, quando illicitæ concupiscentiæ animus in cogitatione per delectationem conjungitur, quia nisi prius ignis concupiscentiæ a mente deferveat, dignum se congregationi fratrum æstimare non debet, qui se gravari per nequitiam pravæ voluptatis videt. Quamvis de hac re diversæ hominum nationes diversa sentiant, atque alia custodire videantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit, post admistionem propriæ conjugis, et lavacri purificationem quærere, et ab ingressu ecclesiæ paululum reverenter abstinere. Nec hæc dicentes culpam deputamus esse conjugium, sed quia ipsa licita admistio conjugis sine voluptate carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas esse sine culpa non potest. Non enim de fornicatione vel de adulterio natus fuerat qui dicebat : « Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis peperit me mater mea (*Psal.* l, 7). » Qui enim in iniquitatibus conceptum se noverat, a delicto se natum gemebat, quia portat arbor in ramo humorem vitii, quem traxit ex radice; in quibus tamen verbis non admistionem conjugum iniquitatem nominat, sed ipsam videlicet voluptatem. Commistiones enim suut multæ et licitæ ac legitimæ, et tamen in earum actu aliquatenus fœdamur, sicut sæpe irascendo culpas insequimur, et tranquillitatem in nobis animi perturbamus. Et cum rectum sit quod agitur, non est tamen approbabile, quod in eis animus perturbatur. Contra vitia quippe delinquentium iratus fuerat, qui dicebat : « Turbatus est præ ira oculus meus (*Psal.* vi, 8); » quia enim, nisi tranquilla mens non valet in contemplatione se ad lucem suspendere, et in ira ipsum oculum turbatum dolebat; quia dum mala acta deorsum insequitur, confundi atque turbari a summorum contemplatione cogebatur. Et laudabilis est ergo ira contra vitium, et tamen molesta, quia turbatum se aliquem reatum incurrisse æstimabat. Legitima ergo carnalis copula oportet ut causa prolis sit, non voluptatis, et carnis commistio creandorum liberorum sit gratia, non satisfactio vitiorum. Si quis sua conjuge, non cupidine voluptatis raptus, sed solummodo creandorum liberorum gratia utitur, ipse profecto sive de ingressu ecclesiæ, seu de sumendo corporis Dominici et sanguinis mysterio suo est judicio relinquendus, quia a nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit uri. Cum vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commistionis, habent conjuges etiam de sua commistione, quod defleant : hoc enim eis concedit sancta prædicatio, et tamen de ipsa concessione metus animum concutit. Nam cum Paulus apostolus diceret : Qui se continere non potest, habeat suam uxorem (*I Cor.* vii, 2); statim subjungere curavit : « Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium (*Ibid.*, 6). » Non enim indulgetur quod licet et justum est. Quod igitur indulgeri dixit, culpam esse demonstravit. Vigilanti vero mente pensandum est, quod in Sina monte Dominus populum abstinere a mulieribus præcepit (*Exod.* xix, 15). Et si illic ubi Dominus per creaturam subditam hominibus loquebatur, tanta provisione est munditia corporis requisita, ut qui verba Dei reciperent mulieribus misti non essent, quanto magis mulieres, quæ corpus Domini omnipotentis accipiunt custodire se in carnis munditia debent, ne ipsa inæstimabilis magnitudine mysterii graventur? Hinc etiam ad David de pueris suis per sacerdotem dicitur, ut si a mulieribus mundi essent, panem propositionis acciperent; quos omnino non perciperent, nisi prius mundos eos David a mulieribus fateretur (*I Reg.* xxi, 4). Tunc autem vir qui post admistionem conjugis lotus aqua fuerit, etiam sacræ communionis mysterium valet accipere, cum ei juxta præfinitam sententiam, etiam ecclesiam licuerit intrare.

Interrogatio Augustini. — Si post illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel corpus Domini quilibet accipere valeat, vel si sacerdos, sacra mysteria celebrare.

Responsio Gregorii. — Et quidem hoc Testamentum veteris legis, sicut in superiori capitulo jam diximus, pollutum dicit, et nisi lotum aqua, ei usque

ad vesperum intrare ecclesiam non concedit. Quod tamen specialiter ad illum populum, spiritaliter autem intelligens, sub eodem intellectu accipiet quo præfati sumus, quia quasi per somnium illuditur qui, tentatus in immunditia, vanis imaginibus in cogitationibus inquinatur. Sed lavandus est aqua, ut culpas cogitationis lacrymis abluat. Et nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi usque ad vesperam cognoscat. Sed est in eadem illusione necessaria valde discretio, quæ subtiliter pensare debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate, aliquando ex cogitatione contigit, aliquando per infirmitatem. Et quidem cum ex naturæ superfluitate vel infirmitate evenit, omnino hæc illusio non est timenda, quia hanc, animo nesciente, pertulisse magis dolendum est quam fecisse. Cum vero ultra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sancti mysterii, vel missarum solemnia celebrandi, cum fortasse aut dies festus exigit, aut exhibere mysterium, pro eo quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alii qui implere ministerium valeant, illusio pro crapula facta, a perceptione sacri mysterii prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterii abstinere (ut arbitror) humiliter debet, si tamen animum dormientis turpes imaginationes concusserunt. Nam sunt quibus ita plerumque illusio nascitur, ut eorum animus etiam in somno corporis positus, turpibus imaginationibus non fœdetur. Qua in re unum ibi ostenditur; ipsa mens non rea, nec tamen suo judicio libera, cum se, etsi dormiente corpore, nihil meminit vidisse, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluviem cecidisse. Si vero ex turpi cogitatione dormientis oritur illusio dormientis, patet animo reatus suus videt; etenim a qua radice inquinatio illa processerit, quia quod cogitavit sciens, hoc pertulit nesciens. Sed pensandum est ipsa cogitatio utrum in suggestione, an in delectatione, an, quod majus est, in peccati consensu ceciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet suggestione, delectatione, consensu. Suggestio est quod fit per diabolum; delectatio per carnem; consensus per spiritum : quia cum primum culpam serpens suggessit, Eva velut caro delectata est, Adam vero velut spiritus consensit. Et necessarium est magna discretione inter suggestionem, et delectationem atque consensum judicem sui prodere animum. Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequitur, peccatum omnino perpetratum non est. Cum vero delectari caro cœperit, tunc peccatum incipit nasci. Si autem etiam ad consensionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati initium est, in delectatione nutrimentum, in consensu perfectio. Et sæpe contingit ut hoc, quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectatione trahat, nec tamen anima eidem delectationi consentiat. Et, cum caro sine anima delectari nequeat, ipse tamen animus, carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur invitus, ut ei ex ratione contradicat, nec consentiat, et tamen delectatione ligatus sit, sed ligatum se vehementer ingemiscat. Unde et ille cœlestis exercitus præcipuus miles gemebat dicens : « Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis (*Rom.* VII, 23). » Si autem captivus erat minime pugnabat, sed et pugnabat. Quapropter et captivus erat, et captivus non erat, et pugnabat. Igitur legi mentis lex, quæ in membris est, repugnabat. Si autem pugnabat, captivus non erat. Ecce ita est homo, ut ita dixerim, et captivus et liber; liber ex justitia quam diligit, captivus ex delectatione quam portat invitus.

Incipit synodus Romana habita a Gregorio papa primo.

Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, temporibus piissimi ac serenissimi domini Mauricii, et Theodosii Tiberii, Augustorum, ejusdem domini Mauricii imperii anno 13, indictione 13, quinta die mensis Julii, Gregorius papa, coram sacratissimo beati Petri apostoli corpore, cum episcopis omnibus Romanæ Ecclesiæ et presbyteris residens, astantibus diaconibus, et cuncto clero dixit : In sancta hac Romana Ecclesia, cui divina dispensatio præesse me voluit, dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris mysterium cantores eligantur, et in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inserviant, quos ad prædicationis officium et eleemosynarum studium vacare congruebat. Unde fit plerumque ut ad sacrum ministerium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur, et cantor, minister Domini, moribus stimuletur, cum populum vocibus delectet. Qua de re præsenti decreto constituo, ut in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque Evangelicæ lectionis officium inter missarum solemnia exsolvant. Psalmos vero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentaverit, anathema sit. Et responderunt omnes : Anathema sit.

Verecundus mos torpore indiscretionis inolevit, ut hujus sedis pontificibus ad secreta cubili servitia laici pueri ac sæculares obsequantur. Et cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt, quam tamen, ut dictum est, sæculares pueri sciunt. De qua re præsenti decreto constituo ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, ut is, qui in loco est regiminis, habeat testes tales qui veram ejus in secreto conversationem videant, qui ex visione sedula exemplum profectus sumant.

Consuetudo nova in ecclesia hac et valde repre-

hensibilis erupit, ut cum rectores ejus patrimonii urbana vel rustica prædia jure illis competere posse suspicantur, fiscali more titulos imprimant, atque hoc, quod competere pauperibus æstimant, non judicio, sed manibus defendant.

Et cum per prædicatores suos Veritas dicat : « Nihil per contentionem (*Philip.* II, 2), » etiam ipsum litigiosæ contentionis malum transcenditur, et res quælibet, cum æstimatur ecclesiæ posse competere, vi tenetur. Proinde præsenti decreto constituo, ut si quis ecclesiasticorum unquam titulos ponere sive in rustico, sive in urbano prædio sua sponte præsumpserit, anathema sit. Et responderunt omnes : Anathema sit.

Is autem qui præest ecclesiæ, si hoc vel ipse fieri præcipit, vel sine sua præceptione factum digna punire animadversione neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes : Anathema sit.

Sicut indignos nos per beati Petri apostoli reverentiam mens fidelium veneratur, ita nostram infirmitatem decet semetipsam semper agnoscere, et impensæ sibi venerationis onera declinare. Ex amore quippe fidelium hujus sedis rectoribus mos ultra meritum erupit, ut cum eorum corpora humanda deferuntur, hæc dalmaticis contegant, easdem dalmaticas, pro sanctitatis reverentia, sibimet partiendas populus scindat, et cum adsint multa sacris corporibus apostolorum martyrumque velamina, et a peccatorum corpore sumitur quod pro magna reverentia reservetur. De qua re præsenti decreto constituo, ut feretrum, quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere sedis hujus presbyteros ac diaconos censemus. Si quis vero ex eorum ordine hoc **281** curare neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes : Anathema sit.

Antiquam Patrum regulam sequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea quam nova per ambitionem simulatio invenit appellatione pastelli. Quia enim ordinando episcopo pontifex manum imponit, evangelicam vero lectionem minister legit, confirmationis vero hujus epistolam notarius scribit, sicut pontificem manum non decet, quam imponit vendere, ita minister, vel notarius non debet, in ordinatione ejus, vocem suam aut calamum venundare. Pro ordinatione ergo, vel pallio, seu chartis, atque pastello, eumdem qui ordinandus est, vel ordinatus, omnino aliquid dare prohibeo. Ex prædictis rebus si quis aliquid commodi appellatione exigere, vel petere forte præsumpserit, in districto omnipotentis Dei examine reatui subjaceat. Is autem qui ordinatus fuerat, si non ex placito, neque exactus, aut petitus, post acceptas chartas et pallium offerre aliquid cuilibet ex clero gratiæ tantummodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu *non processit.* Multos ex ecclesiastica familia novimus ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab humana servitute liberi in divino mysterio valeant in monasteriis conversari. Quod si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici juris dominium occasionem præbemus. Si vero festinantes, ad omnipotentis Dei servitium incaute retinemus, illi invenimur negare quædam qui dedit omnia. Unde necesse est ut, si quis ex juris ecclesiastici servitute ad Dei servitium converti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus, et si mores illius atque conversatio bono desiderio illius testimonium ferunt, absque ulla retractione servire in monasterio omnipotenti Domino permittatur, et ab humano servitio liber recedat, qui pro divino obsequio districtiorem subire appetit servitutem.

Incipit epistola Felicis Siciliæ episcopi sancto Gregorio papæ Romanorum directa.

Domino beatissimo et honorabili sancto Patri, GREGORIO, FELIX vestræ salutis amator.

Beatissimæ vestræ salutis, ac sanctitatis jura penes Deum sunt manifesta, dum prædicationibus scilicet apostolicis, et doctrinæ veræ fidei cultura universa repleta sit terra, per divinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria superædificatur orthodoxa Christi Ecclesia, apostolica institutione fundata et a fidelibus Patribus firmissime roborata. Ad quam omnes beatissimi apostoli pari honoris et potestatis consortio prædíti, populorum agmina convertentes, pie sancteque « de tenebris ad lumen (*Petr.* II, 9) » de lapsu infidelitatis ad veram fidem, de morte ad vitam homines, divinæ prædestinationis gratia præscitos, salutaribus præceptis ac monitis perduxerunt. Quorum sanctorum apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, et perfectius implens exempla, Ecclesiam Dei morum probitate, et actuum sanctitate condecorat, et fide sacra Christianisque moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcipit, studiis pontificalibus indesinenter operatur, et perficit, servans divinæ legis præcepta, quia « non auditores legis justi sunt apud Deum, » sicut narrat Apostolus, « sed factores legis justificabuntur (*Rom.* II, 13). » Hæc quidem meditantes, perlatum est, sicut a quibusdam Roma venientibus, vos Augustino, consodali nostro, per venerabilem sanctitatem vestram postmodum episcopo Anglorum genti ordinato, et illuc directo, atque Anglis scripsisse, quos olim ad fidem conversos per vos cognovimus, ut quarta progenie conjuncti non separentur. Quæ consuetudo dudum in illis, aut in istis partibus, quando una vobiscum ab infantia nutritus atque edoctus fui, non erat, nec in ullis prædecessorum vestrorum decretis aut reliquorum generaliter, vel specialiter Patrum institutis legi, aut hactenus ab ullis sapientibus esse concessum didici, sed semper usque septimum originis suæ gradum hoc a sanctis antecessoribus vestris, et cæteris sanctis Patribus, tam in Nicæna synodo quam et in aliis sanctis conciliis congregatis servari debere reperi, et a recte viventibus, ac Deum timentibus

ibus studiose prævideri cognovi. Dum hæc
ım versabantur, supervenere et alia de qui-
ɔcessarium nobis videtur vestram consulere
itatem. Devenerunt quippe ad nos tam Be-
ıs Siracusanæ Ecclesiæ episcopus, quam et
tres nostri equidem lacrymantes ac dicentes
culares et laicos nimis se esse turbatos, at-
ımo afflictos super immoderatis actibus eo-
ro quibus et aliqua merita eis impingebantur.
tiam quædam ecclesiæ in nostra provincia
quarum consecrationibus dubitatur, et tam
r rerum antiquitatem quam et propter earum
ım incuriam, nescitur utrum dedicatæ ab
ɔis fuerint necne; super quibus omnibus nos
a sanctitate, ac vestræ sedis auctoritate in-
recamur. Et utrum ea quæ, sicut prædiximus,
efato consodali nostro Augustino episcopo, et
um genti scripsisse audivimus specialiter eis,
eraliter omnibus scripta sunt scriptis vestris
quærimus, et de hac sive de aliis præscriptis
ɔleniter informari cupimus. Nos enim ea quæ
ıs, et observari a fidelibus cognovimus non
ındo, quod absit, vobis significamus, sed quid
ıbiliter, et fideliter super his observare de-
s, requirimus. Et quoniam non modicum mur-
ıper hac re nobiscum versatur, quid respon-
atribus, et coepiscopis nostris debeamus, a
ɪuasi a capite responsum quærimus, ne super
ıipites remaneamus, aut murmur ullum tam
temporibus quam posteris inter nos, et alios
eat, rumorque vester, qui semper bonus et
ıs fuit, detractionibus laceretur, vel subroda-
t nomen vestrum, quod absit, supervenien-
emporibus blasphemetur. Nos autem quæ
unt auctore Deo humili corde servantes, uno
ı charitatis vobis constricti, vestram religio-
ı omnibus fideles alumni defendentes, a vo-
æ recta sunt quærimus. Scimus enim, ut
: sanctæ sedis præsules, primo apostoli, deinde
ores eorum fecerunt vos universalis Eccle-
t maxime episcoporum qui oculi propter
ıplationem et speculationem vocantur, Domini
gerere, ac de religione et lege vestra assidue
e sicut scriptum est : « Beatus vir qui medi-
in lege Domini die ac nocte (*Psal.* I, 2). »
editatio non lectione per figuram litterarum
ı conspecta, sed exuberante in vobis Christi
in vestra cognoscitur conscientia immobili-
ita. Nullatenus de vestro corde recedente
hristi, et justitia Domini sacrosancta, sicut
mis dicit Propheta : « Os justi meditabitur
ıam, et lingua ejus loquetur judicium. Lex
ıs in corde ipsius (*Psal.* XXXVI, 30, 31), » non
ınto, sed spiritu Dei vivi vestris in arcanis
pta; non igitur in tabulis lapideis, sed in
cordis. Exstinguatur, oramus, vestris sa-
simis responsis, et auxiliis omnis tenebra-
aligo, ut lucifer nobis resplendeat per vos,
sime Pater, et dogmatica definitio omnes

A ubique lætificans, qua gloriosi sanctæ Ecclesiæ Patres propria et piissima dogmata, in æternæ vitæ firmam hæreditatem prædicare noscuntur. Et subscriptio : Incolumem vos, et Deo placitum, sancte Pater Patrum orantem pro nobis, Dominus custodiat in ævum. Amen.

Rescriptum sancti Gregorii papæ Felici Siciliæ episcopo.

Fratri reverendissimo FELICI coepiscopo, GREGORIUS servus servorum Dei.

Caput nostrum, quod est Christus, ad hoc sua membra nos esse voluit, ut per ejus largam charitatem, et fidem unum nos in se corpus efficeret. Cui ita nos adhærere convenit, ut quia sine ipso nihil esse possumus, per ipsum esse possimus quod dicimur. Ab
B arce capitis nulla res nos dividat, ne ab eo (si ejus membrum esse refugimus) relinquamur, et velut dejecti de vite palmites arescamus. Ut ergo Redemptoris nostri habitaculum esse mereamur, in dilectione ipsius toto mentis studio maneamus, ipse namque ait : « Qui diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus (*Joan.* XIV, 23). » Exegit ergo dilectio tua, frater charissime, ut ex auctoritate sedis apostolicæ tuis deberemus consultis respondere. Quod licet non prolixe, sed succincte agere festinaremus, propter quasdam importunitates, quæ nostris impedientibus peccatis in nos supervenere, tuis tamen hæc per reliqua sanctorum Patrum instituta studiis perquirere latius,
C et investigare committimus. Non enim potest mens attrita oneribus atque importunitatibus prægravata, tantum boni peragere, quantum delectata et oppressionibus soluta. Non ergo ista ob id pertulimus, ut hæc et alia quæ necessaria fore cognoverimus tuæ sanctitati velimus denegare, sed ut quod hic minus invenitur, latius inquiratur. Ex tribus enim apostolicam sedem, in qua alitus es et edoctus, capitulis consulendam prædecessorum tuorum sequens exempla, credidisti, id est, de consanguinitatis conjunctione, et de vexatione episcoporum a subditis, et de ecclesiarum dubitatione consecrationum. Quod igitur scripsi Augustino, Anglorum genti episcopo, alumno videlicet ut recordaris tuo, de consanguini-
D tatis conjunctione, ipsi et Anglorum genti quæ nuper ad fidem venerat, ne a bono quod cœperat, metuendo austeriora, recederet, specialiter et non generaliter cæteris me scripsisse cognoscas : unde et mihi omnis Romana civitas testis existit. Nec illa intentione illis scripta mandavi, ut post firma radice in fide summe solidati, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint non separentur, aut infra affinitatis lineam, id est, usque ad septimam generationem conjungantur; sed adhuc illos neophytos existentes sæpissime prius eos illicita edocere, et verbis ac exemplis instruere, et quæ post de talibus egerint, rationabiliter et fideliter excludere oportet. Nam juxta Apostolum qui ait : « Lac vobis potum dedi non escam (*I Cor.* III, 2), » ista illis modo non

posteris, ut supra dictum est, temporibus tenenda indulsimus, ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat, erueretur, sed cœptum firmaretur, et usque ad perfectionem custodiretur. Sane, si in his secus quam debuimus aliquid egimus, non propter ipsam in futurum servandam, sed commiserando actum esse cognoscas. Unde et testem invoca Deum, qui cogitationes omnium novit hominum, « cujus etiam oculis omnia nuda sunt, et aperta (*Hebr.* IV, 13). » Nam si ea destruerem quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed eversor esse juste comprobarer, testante Veritatis voce, quæ ait : « Omne regnum in se divisum non stabit (*Luc.* XI, 17), » et omnis scientia, et lex adversum se divisa destruetur ; ideoque necesse est ut concorditer omnia statuta sanctorum Patrum nostrorum teneamus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium bonæ devotionis unanimes, divinis et apostolicis constitutionibus, auxiliante Domino, pareamus. O quam bona est charitas, quæ absentia per imaginem, præsentia sibimet exhibet per amorem, divisa unit, confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta consummat! Quam recte prædicator egregius « vinculum perfectionis (*Col.* III, 14) » vocat, quia virtutes quidem cæteræ perfectionem generant, sed tamen eas charitas ligat, ut ab amantis amore dissolvi nequeant! His rite perpensis charitative jam dictis indulsi, nec præceptum dedi, sed consilium, neque regulam, in his posteris ullis tenendam tradidi, sed de duobus periculis, quod facilius sit vitandum, ostendi. Si igitur in rebus sæcularibus suum cuique jus et proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis dispositionibus, nulla debet induci confusio, ne ibi discordia locum inveniat, unde pacis debent bona procedere? Quod hac ratione servabitur, si nihil potestati, sed totum æquitati tribuitur. **282** Quapropter multum cor nostrum magnitudini vestræ congaudet, quod sic vos in vestris actibus studiosos invenimus, ut vos et nostri curam habeatis, et talia suscitando inquirere studeatis, quatenus et talia vobis, non solum apud homines gloriam, sed et apud omnipotentem Deum præmia mercedis inquirant.

Cæterum super vexatione episcoporum, de qua nos consulere voluistis, scimus quia nullis vita præsulum perturbari debeat excessibus, quia valde indignum est ut hi qui throni Dei vocantur, aliqua motione a reliquis vel subditis turbentur ; quoniam si David regum justissimus in Saul, quem constabat jam a Domino reprobatum et abjectum esse, manum mittere non præsumpsit (*I Reg.* XXIV, 7), quanto magis cavendum est, ne manum detractionis, aut vituperationis, sive indiscretionis, aut dehonorationis quidam mittant in unctum Domini, vel in prædicatores sanctæ Ecclesiæ, quia eorum vexatio, sive detractio ad Christum pertinet, cujus vice in Ecclesia legatione funguntur (*II Cor.* V, 20)? Unde summopere cavendum est omnibus fidelibus ne clanculo, aut publice *episcopum suum*, id est, unctum Domini detractionibus, aut vituperationibus dilanient, perpendentes illud exemplum Mariæ, quia pro eo quod pro Moysi famulo Domini propter Æthiopissam detraxit (*Num.* XII, 1), immundissima lepra multata sit (*Ibid.*, 10). Et aliud Psalmistæ : « Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari (*Psal.* CIV, 15). » Et in lege divina legitur : « Diis non detrahes, et principi populi tui non maledices (*Exod.* XXII, 28). » Unde valde prævidendum est subditis tam clericis quam laicis, ne episcoporum, aut præpositorum suorum vitam reprehendere audeant, ne, unde mala redargunnt, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. Admonendi sunt etiam ne, cum culpas præpositorum suorum considerant, contra eos audaciores fiant, sed sic eorum prava apud semetipsos dijudicent, ut divino timore constricti ferre sub eis jugum reverentiæ non recusent, quoniam facta episcoporum, vel præpositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda videantur, quoniam a prædecessoribus nostris, et a reliquis multis sanctis statutum fore cognovimus, ut oves pastores suos leviter non reprehendant, nec eos criminari, vel accusare præsumant, quia cum in præpositis nostris delinquimus, ejus ordinationi qui eos nobis prætulit obviamus (*Rom.* XIII, 2). Unde Moyses cum contra se et Aaron populum conqueri cognovisset, ait : « Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum (*Exod.* XVI, 8). » Quapropter admonendi sunt subditi utriusque ordinis viri, ut cum magistrorum facta conspiciunt, ad cor suum redeant, et de eorum increpationibus non præsumant, « quia non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum (*Matth.* X, 24). » De dedicationum vero ecclesiarum dubitatione super qua nos inter cætera consulere voluistis, hoc vos rite tenere debetis quod ab antecessoribus nostris traditum accepimus, id est, ut quoties tam de baptismo aliquorum, vel confirmatione, quam et de ecclesiarum consecratione dedicationum in dubium habetur, et nec scriptis, nec testibus certa ratio habetur, utrum baptizati, vel confirmati, sive ecclesiæ consecratæ sint, ut baptizentur tales, ac confirmentur, atque ecclesiæ canonicæ dedicentur, ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat, quoniam non monstratur iteratum quod non certis indiciis ostenditur rite peractum. Hæc nos, adminiculante divina gratia ita tenere cupimus, vobisque ut postulastis tenere et docere mandamus, et ea quæ a sanctis Patribus ante nos sunt statuta, non proterve interrumpere, sed fideliter servare mandamus. Unde Redemptoris nostri misericordiam exoramus, ut sua vobis in omnibus gratia suffragetur et effectu vos implere tribuat quod velle concessit. Progeniem vero suam unumquemque de his qui fideliter edocti et jam firma radice plantati stant, inconvulsæ usque ad septimam observare decernimus generationem, et quandiu se agnoscunt affinitate propinquos ad hujus copulæ non accedere societatem, nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate conjugem habuit,

vel aliqua illicita pollutione maculavit in conjugium ducere ulli profecto Christianorum licet vel licebit, quia incestus est talis coitus, et abominabilis Deo, et cunctis bonis hominibus. Incestuosos vero nullo conjugii nomine deputandos, et a sanctis Patribus dudum statutum esse legimus a Deo nolumus nos in hac re a cæteris fidelibus reprehendi, quia quod in his illi Anglorum genti indulsimus, non formam dando, sed considerationem, ne Christianitatis bonum quod cœperant imperfectum dimitterent egimus.

Quia ergo hac in re tanto commoda retributionis accrescunt, quanto et studium laboris augetur, paterna vos dulcedine salutantes, hortamur ut præposita opportunitatis occasione, in vestra efficacia enixius elaborare studeatis, atque in modis omnibus, ut possibile fuerit omnium studio agere contendatis, quatenus prædicabile desiderium vestrum auxilio omnium adjuvante Domino compleatis. Nec hoc quoque in hac sollicitudinis parte relinquimus, quod omnes incestuosi a liminibus sanctæ Ecclesiæ sint separandi, usque dum per satisfactionem precibus sacerdotum eidem sanctæ Ecclesiæ canonice reconcilientur. Sunt enim mali segregandi a bonis, et iniqui a justis, ut saltem rubore suo conscientias suas recognoscant, et convertantur a pravitatibus suis. Ac si incorrigibiles apparuerint segregentur a fidelibus usque ad satisfactionem, juxta Domini salvatoris sententiam, qui inter cætera de peccante in se fratre ait : « Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si te non audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus (*Matth.* XVIII, 15-17). » His ergo et multis aliis sanctorum Patrum auctoritatibus sunt mali a bonis separandi, ne pereant justi pro injustis, sicut scriptum est : « Periit justus pro injusto (*I Petr.* III, 18). » Debet enim semper discretio fieri inter bonos et malos, sicut est inter hædos et oves. Manifesta quoque peccata non sunt occulta correptione purganda, sed palam sunt arguendi qui palam nocent, ut dum aperta purgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum enim unus corripitur, plurimi emendantur. Et melius est ut pro multorum salvatione unus condamnetur, quam per unius licentiam multi periclitentur. Nec mirum si inter homines hæc ratio custoditur, cum inter jumenta hæc fieri persæpe cognoscimus. Etenim quæ scabiem, aut impetiginem habere videntur, separantur a sanis, ne illorum morbo cætera damnentur, vel pereant. Satius ergo ut mali aperte corrigantur, quam pro illis boni pereant. Unde voluimus vos omnes in unum convenire episcopos, ut de incidentibus causis fiat disceptatio, et salubris de ecclesiastica observatione collatio, quatenus dum per hoc et præterita corrigantur, et regulam futura suscipiunt, omnipotens ubique Dominus fratrum concordia collaudetur. Cujus vobis adesse præsentiam si hæc observabitis, scitote, quia scriptum est : « Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ero in medio eorum (*Matth.* XVIII, 20). » Si ergo adesse dignatur, ubi duo vel tres sunt, quanto magis non deerit ubi plures conveniunt sacerdotes? Et quidem quia adhibendum bis in anno concilium Patrum sit regulis institutum non latet, sed ne forte aliqua excusatio sit, semel decernimus congregari, ut exspectatione concilii nihil pravum, nihil præsumatur illicitum. Nam plerumque, etsi non amore justitiæ, metu tamen examinationis abstinetur ab hoc quod omnium notum est posse displicere judicio. Hanc, frater charissime, observantiam nostris relinquendam posteris teneamus. Certum quippe est, quia si in toto corde præceptis nos salutaribus occupamus, omnem vitiorum labem effugiemus. Quapropter oportet, ut enixius in cunctis studiosos vos circa fratres atque subjectos ostendatis, ut omnes te, quia nobiscum alitus es atque sanctæ Romanæ Ecclesiæ præceptoribus parere apostolicæ sedis præcepta multiplicare apertissimeque nota facere cognoscant, quia quod specialiter tibi, et fratrum tuorum charitati, ut tuæ litteræ innotuerunt, consulta scribimus, generaliter omnibus tenere mandamus. Circa subjectorum autem actus fraternitas vestra sit vigilans ; vestrum illis exemplum instructio, et vita magistra sit, linguæ vestræ exhortatione discant quod metuant, et doceantur quod diligant, ut dum talendi crediti lucra multiplicantur, in die retributionis, annuente divina gratia audire mereamini : « Euge, serve bone et fidelis : intra in gaudium Domini tui (*Matth.* XXV, 21). » Curam præterea de omnibus quæ vobis aliisque fratribus nostris, et generaliter cunctis pro illicitarum rerum prohibitione scripsimus habere vos per omnia cognoscamus quæ omni studio omnique annisu necesse est, ut fraternitatis vestræ vigilantia compleantur, atque omnia illic quæ pro animarum salute scripsimus fideliter recenseantur, quatenus per hoc, et vos zelum vestrum, et qualiter vobis illicita displiceant ostendatis, et nos utiliter providisse qui vestram ad hoc præ cæteris personam elegimus, videamur. Omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat, honoremque præceptum vos moribus servare concedat. Amen.

Quantum conjiciendum est ex præfatione quam huic operi præposuit Isidorus, collectio decretorum conciliorum, ac sanctionum pontificum, quæ in unum comportavit presbyter et collegit idem auctor, hic clauditur.

Reliquæ vero constitutiones quæ sequuntur, videlicet Gregorii minoris, Vitaliani, Martini, Gregorii tertii, ac Zachariæ Romanorum pontificum, ob id præfatæ collectioni appositæ sunt quia veteres codices ita habent. Auctores item illarum, quam plurima egregia atque præclara Ecclesiæ contulerunt, ut indignum duxerim tam insignium præsulum acta obliterari, atque præteriri intacta.

INCIPIUNT DECRETA GREGORII MINORIS.

1. Ut nullus audeat presbyteram in conjugium ducere.

2. Item, de diacona.

3. Item, de monacha quam Dei ancillam appellant.

4. Item, de commatre spirituali.

5. Item, de fratris uxore.

6. Item, de nepte.

7. Item, de noverca, aut nuru.

8. Item, de consobrina.

9. Item, de propria cognatione, vel quam cognatus habuit.

10. Ut viduam nemo furetur in uxorem.

11. Item, ut virginem nemo furetur in uxorem.

12. De aruspicibus vel incantatoribus, seu philacteriis.

13. De præceptis Ecclesiæ observandis.

14. De Adriano filio Exhilarati.

15. De Epiphania diacona.

16. Ut nullus audeat assensum tribuere.

17. De coma clerici non relaxanda.

In nomine Domini salvatoris, Dei nostri Jesu Christi, imperante Domino piissimo Augusto Leone, a Deo coronato magno et pacifico imperatore anno 6, post consulatum vero ejus anno 17, sed et Constantino imperatore ejus filio anno 2, mense Aprili, indictione 4, præsidente sanctissimo Gregorio apostolico papa in basilica beati Petri Apostolorum principis ante confessionem, considentibus etiam sanctissimis episcopis Agnello Ferentinati, Agnello Sutrino, Joanne Belliternensi, Triburatio Filaris, Vitale Alatrino, Anastasio Tiburtino, Opportuno Maurianensi, Joanne Blerano, Mauriciano Sabis, Wiliarit Narmensi, Georgio Portuensi, Sergio Prenestino, Tiberio Silvæ Candidæ, Petro Camerino, Gregorio **283** Anagnias, Sinderedo archiepiscopo Spamæ, Georgio Nepæ, Sedulo episcopo Britanniæ, Joanne Signias, Fergusto episcopo Scotiæ, Andrea Albanensi, et Maurino Palmari, seu venerabilibus presbyteris, Sisinnio Joanne, item Joanne, Eustratio, Georgio, Talasio, Marino, Constantino, Gregorio, Joanne, Epiphanio, Marino, Joanne, et Joanne, astantibus quoque diaconibus, Petro archidiacono, Georgio Orascho, seu Benedicto, vel cuncto clero, Gregorius sanctissimus, ac beatissimus papa, ante corpus beatissimi Petri in synodo residens dixit :

Cum simus Dominicæ plebis superna miseratione rectores, studiosius nos convenit Dei præsidium pro eorum sæpe rogitare salute, ne de creditis frustratisque (quod absit) animabus insidiis antiqui hostis ante pastorem omnium, nisi succedat præveniendo de offensis correctio, districtam cogamur solvere rationem, dumque perpendo vel ad animum reduco quanta circumspectione nos oporteat invigilando contra sui cujusque sceleris nequitiam obviare, et si *quando insilierit* ad perturbandas fidelium mentes *adjutorio superno* ictui ejus resistere valde concutior, atque nimis tabesco, ne serpentina calliditate (quod absit) leviores quosque decipiat, Deo vero favente sollicitudine nimia freti, animam æquiore mente divino juvamine pro salute omnium studere debemus, ut inconfuso vultu non de fraude cujusquam perculsi assistere æterno judici mereamur, et vocem audire inquientem : « Euge, serve bone, et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam : intra in gaudium Domini tui (*Matth.* xxv, 21).» Hinc namque est quod ingemiscens dico : Quia populi Christiani aliquos per provinciam Italiæ commorantes, audio temere contra catholicam fidem, et Patrum statuta patrare, ita ut Deo sacratas feminas ducere præsumant mulieres, et propinquas conjugio socient. Quod opportunum est spiritali amputare mucrone, atque si vestræ placet sanctitati : radicitus evelli, ne seges boni agricolæ zizaniorum mista horrentibus frutetis sordescat. Sanctissimi episcopi, seu venerabiles responderunt : Vere cognoscimus gratia sancti Spiritus cor apostolatus vestri succensum, et ut radicitus tantæ miseriæ squalores a fidelium mentibus detergantur, et quia vulnus corpori infixum aditu talis miseriæ obserato salutari antidoto curetur, sicut bene prævisum est interdictione anathematis, ne denuo hoc quispiam Romanus, Longobardus, vel cujuscunque sit gentis, sacrique baptismatis unda lotus attentet, ut non tanti piaculi mole oppressus præcipitationem incidat, aut voragine mergatur iniquitatis, vitari debeat, atque radicitus evellat. Post hanc omnium consonam responsionem Gregorius apostolicus papa ante corpus memoratum venerabilis Christiani apostolorum principis inferendo sententiam dixit :

I. Si quis presbyteram duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes : Anathema sit.

II. Si quis diaconam in conjugium duxerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

III. Si quis monacham quam Dei ancillam appellamus, in conjugium duxerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

IV. Si quis commatrem spiritalem duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

V. Si quis fratris uxorem duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes : Anathema sit.

VI. Si quis neptem duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

VII. Si quis novercam, aut nurum duxerit in conjugium anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

VIII. Si quis consobrinam duxerit in conjugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

IX. Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

X. Si quis viduam furatus fuerit in uxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

XI. Si quis virginem, nisi desponsaverit, rapuerit, vel furatus fuerit in uxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

XII. Si quis ariolos, aruspices, incantatores observaverit, aut phylacteriis usus fuerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

XIII. Si quis in quamquam partem nostra præcepta ante emissa apostolicæ ecclesiæ de Olivetis, et locis diversis temeraverit, et non in omnibus observaverit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio: Anathema sit.

XIV. Adrianus filius Exhilarati, qui post præstitum sacramentum apostolica confessione Epyphaniam diaconam illicito ausu in uxorem habet, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

XV. Epyphania diacona, quæ post prædictum sacramentum cum Adriano Exhilarati filio fuga lapsa est in uxorem, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

XVI. Si quis ei in tam crudeli actu consensum præbuit, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit..

XVII. Si quis ex clericis relaxaverit comam, anathema sit. Et responderunt omnes tertio : Anathema sit.

Et subscriptio: Gregorius episcopus catholicæ, atque apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, huic constituto a nobis promulgato subscripsi. Agnellus episcopus sanctæ Ecclesiæ Ferentiniensis huic constituto a nobis promulgato subscripsi; Joannes humilis episcopus sanctæ Ecclesiæ Beliternensis, huic constituto a nobis promulgato subscripsi. Et cæteri episcopi numero 14, et diaconi numero 4, die Nonas Aprilis, indictione 4.

INCIPIUNT EPISTOLÆ VITALIANI PAPÆ.

VITALIANUS episcopus servus servorum Dei, PAULO archiepiscopo Cretensi.

Decimo nono die mensis Decembris præsentis indictionis 11, Joannes episcopus Lampeon urbis intra basilicam venerabilem beati principis apostolorum Petri nobis obtulit petitionem, per quam nos obnixe postulavit, atque conjuravit, per terribilem, inquiens, adventum magni Dei, atque Salvatoris nostri Jesu Christi, ut secundum sacratissimos canones, institutaque sanctorum Patrum ejus causæ meritum requireremus et sententiam promulgaremus. Obtulit illico et sententiam apud tuam fraternitatem confectam, subscriptamque ejus eorumque episcoporum manibus. Igitur post aliquos dies ad ejus preces facientes coacervari cœtum in hac urbe Romana antistitum fecimus, ut nobiscum considentes et petitio ejusdem episcopi, et acta sacerdotaliter cognoscerentur. Dum ergo esset in hac Romana urbe congregata eadem synodus episcoporum pro hujusmodi negotio audiendo vel faciendo, statim nobis nuntiata sunt ejusdem exemplaria actionis a tua fraternitate directa, quæ suscipientes atque conferentes invicem ita invenimus contineri in verbis et sensibus, sicut ea quæ nobis præfatus episcopus obtulerat subscripta manu episcoporum et tuæ dilectionis. Quamobrem admirati sumus, quia per suum clericum hanc vobis minime direxerit. Si enim forsitan tempus hoc prohibuit incongruum, cur absque suo scripto hanc usque nos minime direxerit? Cumque recensita esset sententia coram nostris fratribus episcopis, visum nobis eisque est, quod non secundum timorem Dei, neque secundum instituta Patrum sacrosque canones ejusdem Joannis antistitis Lampeon est causa cognita et terminata, vel pœnalibus submissa ejus persona. Propterea non leviter contristati sumus, maxime quia et sub custodia missus idem Joannes antistes Lampeon diebus, et exinde adducebatur in secretarium tuæ fraternitatis, ut quod velles, inquit, loqueretur, ac rursus sub custodia ducebatur ad clausuram, sicuti habet confessio defensoris tuæ dilectionis in sententia ab eo facta. Insuper et hortabatur contra canonum jussa contraque legum instituta existens, ut daret fidejussorem. Deinde oportebat tuam fraternitatem secundum canonum vigorem tempore quo se petiit ad nos venire eum absolvere tuis litteris; quem non solum noluisti canonice absolvere ad principis apostolorum limina, sed magis respondisti ei indecenter, inquiens: quia non competenter quæris. Quæ ergo sancti sanxerunt Patres indecentia sunt? An placentia tibi decentia sunt? Quem igitur præfatum Joannem antistitem æque inculpabilem reperientes, juxta textum sententiæ a te nobis directæ, fecimus nobiscum cum episcopis ad missarum solemnia in ecclesias Dei præcedere. Itaque statuimus et firmamus per hujus nostræ præceptionis auctoritatem omnia quæ a te tuaque synodo contra canonum instituta, contraque legum decreta, gesta, confectave sunt, vel sententiam promulgatam adversus eum inania et vacua esse, sed quidquid claruerit eum damnificatum ejusdemque ecclesiam a quoquam, et tua dilectio faciat reddi, per omnia conservans eum absque damno; denominatum enim Joannem utpote innocentem existentem, cum pœnitenti nostra præceptione absolvimus hinc, ut sicut cæteri tuæ dilectionis episcopi, et is suæ ecclesiæ utilitatibus cum Dei peragere timore sacrarumque regularum institutione debeat morem. Oportebat denique, dilectissime frater, oportebat nos similia similibus retribuere. Sed hæc magis per ignorantiam opinamur gesta esse quam per calliditatem. Propterea quæ præcipimus tibi secundum Deum, et propter Dominum tuæ-

que peragere synodo, stude illico peragere, ne cogamur non misericorditer, sed secundum virtutem sacratissimorum canonum conversari. Scriptum namque est : « Dominus inquit : Petre, rogavi pro te, ut non deficeret fides tua, et tu aliquando, conversus confirma fratres tuos (*Luc.* XXII, 32) ; » et rursum : « Quodcunque ligaveris, Petre, in terra, erit ligatum in cœlo, et quodcunque solveris in terra, erit solutum et in cœlo (*Matth.* XVI, 19). » Postquam vero nostram præceptionem tua dilectio relegerit hanc pœnitenti portitori Joannis episcopi nimirum reddat pro sui ejusdemque Ecclesiæ munitione. Data die VI Kalendarum Septemb., indictione undecima.

Item epistola ejusdem.

VITALIANUS VAANI cubiculario et imperiali chartulario.

Semper celsitudo vestra piis hominibus præbuit concursum, semperque irreprehensibiliter viventibus tribuit libenter opem. Ideoque congruum prævidimus per præsentia nostra scripta Joannem antistitem Ecclesiæ Lampensis, sitæ in insula Creta, ei in omnibus commendare, quatenus divina ope prævia, ejusque suffultus suffragio valeat ad sanctam celeriter remeare Ecclesiam. Per Septembrem enim mensem præsentem undecimæ indictionis in hac Romana urbe ad apostolorum nostri culminis protectorum limina veniens, obtulit nobis petitionem per quam suppliciter precatus est nos, ut ejus causæ meritum cognoscentes canonice terminaremus. Obtulit denique nobis et sententiam quam promulgavit ejus metropolitanus cum suis episcopis adversus eumdem Joannem, volens eum ostendere reprehensibilem, per quam eum contra canonum decreta pœnalibus submisit. Cujus exemplar et idem ejus metropolitanus nobis direxit. Propterea facientes congregari episcopos in hac urbe, ejus causa est cognita, relecta videlicet petitione ejus. Et præfata sententia ab eodem metropolitano ejus nobis directa, visum nobis est, non secundum sacros canones eamdem esse sententiam promulgatam, ideoque eam inanem atque 284 vacuam statuimus fore, decernentes eumdem Joannem innocentem existere, et absque aliqua culpa eum ab ejus metropolita quærimur subivisse, quem merito absolvimus ad suam Ecclesiam regredi, scribentes ejus sæpius nominato metropolitæ, ut quæ per simplicitatem egerit in ejus personam contra canonum decreta, essent vacua et inania. Eumdem itaque Joannem, ut dictum est, antistitem vestræ eximiæ charitati per has nostras litteras commendantes, hinc absolvimus ; ad vestra nimirum ambulaturum vestigia, ut exinde rursus cum suis scriptis eum absolvere festinet, quæsumus ad suam Ecclesiam, commendantes eum quibus præviderit, ut illæsus debeat esse. Profecto enim una mecum cunctis diebus vitæ suæ, et ipse pro vestræ excellentissimæ charitatis prosperitate ac longævitate deprecabitur Dominum. Data die VI Kal. Febr. indictione undecima.

Item ejusdem ad Paulum Cretensem.

VITALIANUS PAULO episcopo Cretensi.

Ad cognitionem tuæ dilectionis congruum prævidimus perducere, eo quod Joannes episcopus Lampensis Ecclesiæ nobis suggesserit, asserens quod ejus parochiæ pertinentia monasteria unum, quod appellabatur Palea, et alterum, quod vocatur Arsilli, a tua Ecclesia esse invasa. Ideoque si ita est, hortamur tuam charissimam fraternitatem, ut ei, secundum terminos sanctorum canonum, reddere faciat, quia unicuique quod justum est volumus conservari, maxime a nostris fratribus. Cognovimus denique quod quidam diaconus, nomine Joannes, postquam consecratus est minister accepisset uxorem, et non solum hoc, sed in duabus Ecclesiis militet. Ideoque si ita est, hoc tua dilectissima fraternitas pro Dei amore corrigat, ne denuo hujusmodi nefas proveniat ad instar male viventium. Deinde cognovimus quod quemdam curialem, nomine Eulampium, habeat quasi consiliarium. Non enim ut nobis suggestum est, eum constat esse bonæ vitæ. Ille enim quotidie, ut fertur, inter fratres zizania seminat, ut de eorum discordia marsupium impleat. Quamobrem, si ita est, hortamur tuam fraternitatem eum a se projicere, ut ejus opinio coram Deo, et hominibus floreat. Data, ut supra.

Item epistola ejusdem.

VITALIANUS GEORGIO episcopo Syracusano.

Gesta sive sententiam a tua fraternitate directam dilectissimo filio nostro Gaudentio primicerio, sibi ab antistite Cretensis insulæ transmissam pro causa episcopi Lampensis Ecclesiæ suscepimus. Quamobrem admirati sumus, cur ipse, Cretensis antistes nobis aut per suum clericum hanc minime direxerit, aut per sua scripta non indicaverit quæ erant necessaria. Præfatus enim Joannes Lampensis Ecclesiæ hujusmodi sententiam manu ejus metropolitæ, episcoporumque subscriptam, cum sua nobis obtulit petitione, postulans suæ causæ meritum canonice requiri. Cujus precibus moti, pro tali re in hac urbe fecimus congregari synodum, ut cognosceretur hujusmodi negotium. Cumque esset congregata, relecta est nimirum petitio Joannis præsulis, ac sententia a tua directa fraternitate. Quibus nobis eisque visum est, non secundum sacratissimos canones, neque secundum instituta Patrum esse eadem gesta promulgata adversus prænominatum Lampeon Ecclesiæ episcopum. Idcirco decrevimus eam per nostræ præceptionis auctoritatem esse inanem et vacuam, absolventes eum ad suam Ecclesiam remeare cum nostra præceptione ad eumdem ejus metropolitam facta. Ideoque eo illic ad tuam fraternitatem conjungente ei ita concurrat, ut cum litteris commendatitiis domini excellentissimi Vaani filii nostri imperialis cubicularii et chartularii ad suam Ecclesiam prospere revertatur. Viva enim voce pro sua causa subtiliter tuæ fraternitati, dum ab ea requisitus fuerit, profecto indicabit, ostendens ei exemplar præcepti nostri ad Cretensem metropolitam directi. Propterea, Sylvinus

tibi intimabit omnia prædicata, ne modum transgredi litterarum cerneremur. Data ut supra.

EXEMPLAR EPISTOLÆ MARTINI PAPÆ AD AMANDUM.

Dilectissimo fratri Amando Martinus.

Fraternitatis tuæ studio pietatis congestam epistolam suscipientes, animos nostros relevare cognoscitur. Quippe quoniam, hujus sæculi fluctivagas atque transitorias despiciens oblectationes, illa quæ perpetua et sublimia dona pro Domino Deo nostro obsequiis tribuuntur appetere certum est. Ex relatione igitur juxta tenorem tuæ fraternitatis epistolæ, latoris præsentium, laborum tuorum certamen cognovimus, ex quibus cœlestis patriæ assensu, humilitatis mentibus atque contritis corporibus, vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Nam cum sit nulli comparationi omnino coæquandum quod a Creatore nostro pro bonis servitiis recompensatur, dum brevi atque parvo temporis spatio finiuntur labores, quos pro dilectione ipsius sustinemus, consideratione refrigerii nos oportet libenti animo tolerare præsentis vitæ angustias. Sed quantum nobis laborum vestrorum operatio magnam gaudii ubertatem inducit, tantum pro duritia sacerdotum gentis illius conterimur, quod postpositis salutis suæ suffragiis, atque redemptoris nostri servitia contemnendo, vitiorum fœtoribus ingravantur, quibus ad præparandam salutem, quandoquidem tantum nos necesse est importunis prædicationibus imminere quantum nos perfectæ negotiationis creditorum nobis talentorum duplicat assignatio, atque Dominicis vocibus ad suscipiendam ejus requiem persuadet assertio. Suggestum est namque nobis eo quod presbyteri, seu diaconi, aliique sacerdotalis officii post suas ordinationes in lapsum inquinantur, et propterea nimio mœrore fraternitatem astringi, velleque pastorale obsequium pro eorum obedientia deponere, et vocationem episcopatus laboribus eligere, et silentio atque otio vitam degere, quam in his quæ tibi commissa sunt permanere, dicente Domino : « Beatus qui perseveraverit usque in finem (*Matth.* x, 22). » Unde namque beata perseverantia, nisi de virtute patientiæ, quia secundum apostolicam prædicationem, « omnes qui voluerint in Christo pie vivere persecutiones patiuntur (*II Tim.* III, 12). » Ideoque, frater charissime, non vos afflictionum amaritudo a piæ mentis vestræ proposito coarctet incedere, considerans quanta pro absolutione, nostri, et liberatione Creator Dominusque noster pertulerit, quibusve contumeliis se afficiendum tradiderit, ut nos a vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Propterea nullatenus in hujusmodi peccato delinquentibus ad destructionem canonum exhibeas compassionem.

Nam qui semel post suam ordinationem in lapsu ceciderit, deinceps jam depositus erit, nullumque gradum sacerdotii poterit adipisci, sed sufficiat ei lamentationibus fletibusque assiduis, quousque advixerit, in eadem pœnitentia perdurare, ut commissum delictum divina gratia exstinguere valeat. Si enim tales quærimus ad sacros ordines promovendos, quibus nulla ruga, nullumque vitæ contagium præpediat, quanto magis, si post ordinationem suam quispiam in lapsu ceciderit, et prævaricationis peccato deprehendatur obnoxius, omnino prohibendum est cum manibus lutulentis, atque pollutus mysterium nostræ salutis tractare; sitque hujusmodi semper juxta sacrorum canonum decreta in hac vita depositus, ut ab illo qui mentis interioria scrutatur, nullumque de ovibus errare congaudet, dum aspexerit sinceram pœnitentiam ejus, in terribili judicio habeat reconciliatum. Ideoque iterum hortamur charitatem tuam, exemplo ejus qui pro nobis pati et mori voluit, promptos vos in cunctis ejus servitiis permanere. Neque nos pigeat temporales cruciatus pro Christi nomine sustinere, sed emolumenta futuræ remunerationis hujus sæculi vexationes tolerare persuadeant. Scriptum namque est : « Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo (*Psal.* CXV, 12). » Tantum enim a nobis exigitur, quantum possumus fumulatus nostri obsequio commodare, cumque cuncta, quæ a nobis ad confortandos fraternitatis vestræ animos poterant ministrari, largiente supernæ majestatis clementia, vobis fuerint procul dubio manifestata; restat ut de aliis, quæ nos per sua scripta consuluit, fraternitati vestræ significemus. Credimus enim ad vos pervenisse, quomodo in conturbatione rectæ fidei, et catholicæ Ecclesiæ conculcatione, ante hos plus minus quindecim annos, a Sergio, falso episcopo Constantinopolitano, in auxilio habente tunc imperantem Heraclium, exsecranda et abominanda hæresis pullulavit, et Apollinaristarum, et Severianorum, et Eutichianistarum, atque Manichæorum errores renovante; quam successor ejus Pyrrhus idemque episcopus, qui ambitionis fastu Constantinopolitanam sedem arripuit, in deterius auxit. Pro qua re sæpius apostolica sedes persuasionibus, contestationibus, atque increpationibus plurimis admonuit eos quatenus ab hujuscemodi errore recederent, et ad lumen pietatis ex quo lapsi sunt remearent. Et non solum quia hoc facere nullatenus voluerunt, sed et nunc successor ejus Paulus temerator fidei episcopus Constantinopolitanus aliud nequius excogitavit in præjudicio catholicæ fidei conamen, quasi quæ a prædecessoribus suis hæretice exposita fuerant destruens, et imperialem typum sacrilego ausu totius plenum perfidiæ a clementissimo principe nostro fieri persuasit, in quo promulgatum est, ut omnes populi Christiani credere debuissent; ideoque necesse habuimus, ne pro quadam negligentia et animarum detrimento quæ nobis commissæ sunt culpæ reatu astringamur, cœtum generalem fratrum et episcoporum nostrorum in hac Romana civitate congregare. Quorum præsentia memoratorum hæreticorum scelerosa conscripta examinata atque denudata sunt, et apostolico mucrone, Patrumque definitionibus unq

ore, unoque spiritu condemnavimus, ut agnoscentes universi errorem, qui in eis continetur, eorum pollutione nullatenus maculentur. Unde prævidimus volumina gestorum synodalium in præsenti vobis dirigere, una cum encyclia nostra, ex quorum serie omnia subtiliter potestis addiscere, et tenebras illorum nobiscum ut filii lucis exstinguere. Idcirco studeat fraternitas tua omnibus eadem innotescere, uttam abominandam hæresim nobiscum exsecrentur, quamque suæ salutis sacramenta addiscere valeant, atque synodali contentione omnium fratrum, et coepiscoporum nostrorum partium illarum effecta secundum tenorem encycliæ a nobis directæ una cum scriptoribus vestris scripta nobismet destinanda concelebrent, confirmantes atque consentientes eis quæ pro orthodoxa fide, et destructione hæreticorum vesaniæ nuper exortæ a nobis statuta sunt; et Sigebertum præcellentissimum filium nostrum, regem Francorum, pro suæ Christianitatis remedio consultissime admonere atque precari, dirigere nobis ex corpore fratrum nostrorum dilectissimos episcopos, qui sedis apostolicæ legatione, divina concedente propitiatione, fungi debeant, et quæ nostro consilio peracta sunt cum his synodalibus apicibus nostris ad clementissimum principem nostrum sine dubio asportare valeant, ut nostrorum laborum particeps effectus mercedis cumulum adipisci valeat, et sui regni protectorem invenire eum, cujus causa flagitari dignoscitur. Hoc namque et in ejus epistola exhortari eum cognovimus. Reliquias vero sanctorum de quibus præsentium lator nos admonuit dari præcepimus. Nam codices jam exinaniti sunt a nostra bibliotheca, et unde dare ei nullatenus habuimus. Transcribere autem non potuit, quoniam festinanter de hac civitate egredi properavit. His igitur ita prælibatis quæ a nobis per epistolam vobis scripta sunt, effectui mancipare fraternitatem vestram hortamur. Deus te incolumem custodiat. dilectissime frater.

285 DECRETA GREGORII PAPÆ III ET ZACHARIÆ.

In nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, imperante domino Leone, a Deo coronato magno imperatore, anno sexto, post consulatum ejus, sed et Constantino magno imperatore ejus filio anno quarto indictionis sextæ. Promitto, ego Bonifacius gratia Dei episcopus, vobis, beato Petro apostolorum principi, vicarioque tuo, beato papæ Gregorio, successoribusque ejus per Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, Trinitatem inseparabilem, et hoc sacratissimum corpus tuum, me omnem fidem, et puritatem sanctæ fidei catholicæ exhibere, et in unitate ejusdem fidei, Deo operante persistere, in qua Christianorum salus esse sine dubio comprobatur, nullo modo me contra unitatem communis et universalis Ecclesiæ, suadente quopiam, consentire, sed ut dixi, fidem et puritatem meam atque concursum tibi, et utilitatibus tuæ Ecclesiæ, cui a Domino Deo potestas ligandi solvendique data est (*Matth.* XVI, 19), et prædicto vicario tuo, atque successoribus ejus per omnia exhibere; sed et si agnovero antistites contra instituta antiqua sanctorum Patrum conversari, cum eis nullam habere communionem aut conjunctionem, sed magis si valuero, prohibere prohibeam, si minus fideliter Domino meo apostolico renuntiabo. Quod si (quod absit) contra hujus permissionis seriem aliquid facere quolibet modo vel occasione tentavero, reus inveniar in æterno judicio ultionem Ananiæ et Saphiræ (*Act.* V, 5-10) incurram, qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere vel falsum dicere præsumpserim. Hoc autem indiculum sacramenti ego Bonifacius exiguus episcopus manu propria subscripsi, atque positum supra sacratissimum corpus tuum, ut superius legitur, Deo teste, et judice præstiti sacramentum, quod et conservare promitto.

Epistola Gregorii papæ ad Bonifacium presbyterum.

GREGORIUS servus servorum Dei BONIFACIO religioso presbytero.

Exigit manifestata nobis religiosi propositi tui pie in Christo flagrantis intentio et approbata sincerissima fidei tuæ perlata relatio, ut ad dispensationem verbi divini cujus per gratiam Dei curam gerimus, te comministro utamur. Experientes provide te ab infantia sacras litteras didicisse profectusque indolem ad augmentum crediti cœlitus talenti prospectu divini amoris extendere, videlicet gratiam cognationis cœlestis oraculi in laborem salutiferæ prædicationis ad innotescendum gentibus incredulis ministerium fidei instanti conatu expendere, collætamur fidei tuæ, et adjutores esse cupimus gratiæ prærogatæ. Idcirco qui præmissi conatus pium affectum usque ad apostolicæ sedis modesta prævisione perduxisti consultum, ut membrum ex membro proprii corporis caput requirens motum mentis probares, capitisque arbitrio humiliter se submittens ejus directioni justo tramite properans, soliditati compaginis plenitudo existas. Ideo in nomine indivisibiliter Trinitatis per inconcussam auctoritatem beati Petri apostolorum principis, cujus doctrinæ magisteriis dispensatione fungimur, et locum sacræ sedis administramus, modestiam tunc religionis instituimus, atque præcipimus, ut in verbo gratiæ Dei quo igne salutifero, quem mittere Dominus venit in terram (*Luc.* XII, 49), enitere Judæis ad gentes quascunque infidelitatis errore detentas properare, Deo annitente, potueris, mysterium regni Dei per insinuationem nominis Christi Domini nostri veritatis suasione designes, et per spiritum veritatis, et dilectionis, et sobrietatis prædicationem utriusque Testamenti mentibus indoctis consona ratione transfundas. Disciplinam denique sacramenti quam ad mittendos Deo prævio crediturus tenere studeas ex formula officiorum sanctæ nostræ apostolicæ sedis instructionis tuæ gratia prælibata volumus ut intendas. Quod vero actionis susceptæ

tibi deesse perspexeris, nobis ut valueris intimare curabis. Bene vale. Data Idus Maii, imperante domino piissimo Augusto Leone, a Deo coronato magno imperatore, anno 3 imperii ejus, indictione 2.

Epistola ejusdem ad episcopos, presbyteros, seu diaconos, et ad cunctos Christianos.

Gregorius, servus servorum Dei, universis reverendissimis et sanctissimis fratribus coepiscopis, religiosis, presbyteris, seu diaconibus, gloriosis ducibus, magnificis castaldis, comitibus, etiam vel cunctis Christianis Deum timentibus.

Sollicitudinem nimiam gerentes pro speculatione credita, quia in umbram mortis aliquas gentes in Germaniæ partibus, vel plaga orientali Rheni fluminis antiquo hoste suadente errare, et quasi sub religione Christiana idolorum culturæ eos servire cognovimus, aliquos vero, qui necdum cognitionem Dei habentes, nec baptismatis sacri unda sunt loti, sed comparatione brutorum animalium pagani factorem non recognoscunt, necessario pro utrorumque illuminatione ad prædicandam rectæ fidei verbum harum portitorem Bonifacium reverendissimum fratrem nostrum episcopum apud easdem partes dirigere studuimus, ut et illa prædicando verbum salutis vitam provideat, sempiternam, et si quos forte vel ubicunque a recte fidei tramite destitisse cognoverit, aut astutia diabolica persuasos erroneos repererit, corrigat, atque sui educatione ad portum reportet salutis, eosque ex apostolicæ sedis hujus doctrina informet, et in eadem catholica fide permanere instituat. Cui hortamur ob amorem Domini nostri Jesu Christi, et apostolorum ejus reverentiam, ut in omnibus solatiari nisibus totis debeatis, eumque in nomine Jesu Christi recipiatis, ut scriptum est de suis discipulis : « Qui vos recipit, me recipit (*Matth.* x, 40). » Providentes insuper necessaria itineris ejus, comites tribuentes cibum etiam ac potum, vel si quo eguerit largientes, ut uno labore et socia voluntate opus sibi creditum pietatis, et negotium salutis, annitente Deo, perficiatur, atque præmia laboris percipere mereamini, deque conversione errantium merces vobis ascribatur in cœlis. Si quis itaque huic Dei famulo ad illuminationem gentium ab apostolica atque catholica Dei Ecclesia destinato assensum vel concursum præbuerit, exorantibus apostolorum principibus consortia mereatur sanctorum et martyrum Jesu Christi. Si quis vero (quod non optamus) adversando ejus præpedire conatus fuerit laborem, aut contrarius exstiterit ministerio sibi credito, successorumque ejus eumdem laborem intrantium ex sententia divina anathematis vinculo percellatur, et perpetuæ damnationi subjaceat. Bene valete. Data Kal. Decembris, imperante domino piissimo Augusto Leone, a Deo coronato, magno imperatore, anno septimo, sed et Constantino magno imperatore ejus filio, anno quarto, in indictione sexta.

Item epistola Gregorii papæ ad universum clerum et plebem Thuringiæ.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, clero, ordini, et plebi consistenti Thuringi, dilectissimis filiis, in Domino salutem. Probabilibus desideriis nihil attulimus tarditatis, fratrem jam et coepiscopum nostrum Bonifacium vobis ordinavimus sacerdotem, cui dedimus in mandatis ne unquam ordinationes præsumat illicitas, ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem, neque illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut in pœnitente, vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium notatumque ad sacros ordines permittat accedere, sed si quos hujusmodi forte repererit, non audeat promovere, Afros passim ad ecclesiasticos ordines prætendentes, nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati sæpius sunt probati. Ministeria atque ornatum ecclesiæ, vel quidquid illud est in patrimonio ejusdem non minuere studeat sed augere; de redditu vero ecclesiæ, vel oblatione fidelium, quatuor faciat portiones, quarum unam sibi ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat. Tertiam pauperibus et peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam, de quibus divino erit redditurus judicio rationem. Ordinationes vero presbyterorum seu diaconorum non nisi quarti, septimi, et decimi mensium jejuniis, sed et ingressu quadragesimali, atque mediante vespere Sabbati noverit celebrandas. Sacrosancti autem baptismi sacramentum non nisi in Paschali festivitate et Pentecoste noverit esse præbendum, exceptis his qui, mortis urgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis subvenire. Huic ergo sedis nostræ præcepta servanti devotis animis obsequi nos oportet, ut irreprehensibile placidumque fiat corpus Ecclesiæ per Dominum nostrum, qui vivit et regnat cum Deo Patre omnipotente et Spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi filii. Data Kal. Decemb. imperante domino piissimo Augusto Leone, a Deo coronato, magno imperatore, anno 7, sed et Constantino magno imperatore ejus filio, anno 3, indictione 5.

Item alia epistola Gregorii papæ ad clerum et plebem Thuringiæ.

Viris magnificis filiis Asuelo, Guodelano, Mulereo, Gunthareo, Alvaldo, et omnibus Deo dilectis Thuringis fidelibus Christianis, Gregorius papa.

Insinuatam nobis magnifice in Christo fidei vestræ constantiam agnoscentes, quod paganis compellentibus vos ad idola colenda fide plena responderitis magis velle feliciter mori, quam fidem semel in Christo acceptam aliquatenus violare, nimia exsultatione repleti, grates debitas persolvimus Deo nostro et Redemptori bonorum omnium largitori. Cujus gratia comitante, vos ad meliora et potiora optamus proficere, et ad confirmandum fidei vestræ propositam sanctæ sedi apostolicæ religiosis mentibus adhæ-

rere, et, prout opus poposcerit sacræ religionis a memorata sancta sede apostolica spiritali omnium fidelium matre solatium quærere, sicut decet filios cohæredes regni a regali parente. Ministerio quoque præsentis fratris charissimi Bonifacii quem ad vos consecratum episcopum in sorte prædicationis destinavimus apostolicis institutionibus informatum, ad instruendam fidem vestram in omnibus volumus, et hortamur obedientes ei consentire, ad complementum in Domino vestræ salvationis.

Item epistola Gregorii papæ ad Thuringios.

GREGORIUS servus servorum Dei universo populo Thuringiorum.

Dominus Jesus Christus Filius Dei, Deus verus de cœlo descendit, factus homo est pro nobis, pati et crucifigi dignatus est, et sepultus, tertia die resurrexit a mortuis, et ascendit in cœlos, discipulis etiam suis sanctis apostolis ait : « Euntes, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti (*Matth.* XXVIII, 19). » Ipse enim credentibus in se vitam æternam promisit (*Joan.* III, 36). Cupientes ergo vos in perpetuum nobiscum gaudere ubi finis nullus est, nec tribulatio, nec aliqua amaritudo, sed gloria sempiterna, ideo fratrem nostrum sanctissimum Bonifacium episcopum apud vos direximus, ut vos debeat baptizare, et fidem Christi docere et ab errore ad viam salutis reducere, ut salutem habeatis, et vitam æternam. Sed vos ei in omnibus obedite, et sicut, Patrem vestrum illum honorate, et ad ejus doctrinam corda vestra inclinate, quia illum non pro lucro aliquo temporali conquirendo direximus, sed pro lucro animarum vestrarum apud vos eum misimus : diligite ergo Dominum, et in nomine ejus baptismum suscipite, quia Dominus Deus noster, quod oculus hominis nunquam vidit, nec in cor hominis ascendit, præparavit diligentibus se (*I Cor.* II, 9). Jam recedite a **286** malis operibus, et agite bene, non adoretis idola, nec immoletis carnes, quia Dominus non recipit ista. Sed in omnibus, secundum quod vos frater noster Bonifacius docuerit, observate, et agite, et salvi eritis, et vos, et filii vestri in sempiternum. Facite ergo et domum ubi et ipse Pater vester debeat habitare, et Ecclesias ubi debeatis orare, ut Deus vobis indulgeat peccata vestra, et donet vobis vitam perpetuam.

Item epistola Gregorii papæ ad Saxones.

GREGORIUS papa universo populo provinciæ Saxonum.

« Sapientibus et insipientibus debitor sum (*Rom.* I, 14), » fateor, charissimi, « volens vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis (*Col.* II, 1), » et pro his qui verbum exhortationis fidei Jesu Christi susceperunt, et qui adhuc suscepturi sunt, ut consolentur corda vestra, instructa in charitate, et in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris Jesu Christi » ut ait egregius Apostolus, « in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi (*Ibid.*, 2). » Hoc autem dico, « quoniam prope est regnum Dei (*Luc.* XXI, 31), » ut « nemo vos decipiat amplius in subtilitate sermonum (*Col.* II, 4) » aut in quocunque metallo vestram salutem quæratis adorantes idola manu facta, aurea, argentea, ærea, lapidea, vel de quacunque materia facta, qui falsifico nomine a paganis antiquitus quasi dii vocati sunt, in quibus dæmones habitare noscuntur. « Quoniam omnes dii gentium dæmonia sunt (*Psal.* XCV, 5), » ut ait Propheta : « Dominus autem cœlos fecit (*Ibid.*). » Quicunque autem in vobis susceperunt Christum Dominum nostrum, in ipso ambulent radicati, et superædificati, et confirmati fide, « abundantes in gratiarum actione, videte ne quis vos decipiat amplius per philosophiam, et inanem fallaciam (*Col.* II, 6-8). » Astutiores sunt enim filii tenebrarum, quam filii lucis (*Luc.* XVI, 8). Discedite, filii, ab idolorum cultura (*I Cor.* X, 14), et accedite, et adorate Dominum Deum nostrum qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt (*Apoc.* XIV, 7), et vultus vestri non erubescent, unus enim Dominus hominum, volucrum, quadrupedum, et piscium « qui est benedictus in sæcula sæculorum (*II Cor.* XI, 31). » Exspoliate ergo veterem hominem, et induite Christum novum, deponentes omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem nolite de ore vestro producere (*Col.* III, 8-10). « Ab idolorum cultu recedite, » jam enim advesperascit dies. Nolite esse otiosi (*Matth.* XX, 6), sed potius operamini opus bonum, ut Christus habitet in vobis. « Et quodcunque facitis in verbo, aut in opere in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo et Patri per ipsum (*Col.* III, 17). » Respuentes gentilitatis sectam, scientes vos Deum habere in cœlis. Orationi instantes (*Act.* VI, 4), ad Christum cor erigite, quoniam magnus est Dominus noster et laudabilis nimis et terribilis super omnes deos (*Psal.* XCV, 4), » qui vult omnes salvos fieri, et ad agnitionem veritatis pervenire (*I Tim.* II, 4), » hoc autem commoneo, fratres, ut quicunque voluerit ex vobis ad Christum converti, nullo modo eum prohibeatis; neque vim ei faciatis sculptilia adorare, quia Christus ipse Dominus vivit cum Deo Patre omnipotente in unitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum, Amen. Charissimi, fidelem ministrum, et conservum misi ad vos Bonifacium fratrem, et coepiscopum meum, ad hoc ipsum ut cognoscat quæ circa vos sunt, et consoletur corda vestra certæ exhortationis verbo in Christo Jesu Domino nostro, ut a diabolica fraude liberati, mereamini adoptionis filiis aggregari, et ut ab æterna damnatione liberati, vitam habeatis æternam.

Item epistola ejusdem ad Bonifacium episcopum.

Reverendissimo et sanctissimo fratri BONIFACIO coepiscopo GREGORIUS servus servorum Dei.

Creditæ speculationis sollicitudine permoti, evangelica quoque institutione qua ait : « Obsecrate Dominum messis, ut ejiciat operarios in messem suam (*Luc.* X, 2). » Tuam proinde reverendam fraternitatem ad imitationem apostolorum, ut Domino jubente præcepti

sunt : « Euntes prædicate Evangelium regni : gratis accepistis, gratis date (*Matth.* x, 7, 8)» in partibus Hesperiarum ad illuminationem Germaniæ gentis in umbra mortis sedentis (*Luc.* i, 79) dirigere prævidimus, lucrum inde ut apportare deberes, quasi servus ille de negotio talenti, sicut scriptum est, fidus in futuro auctori asserit Deo fecisse. Quod quia ex obedientiæ munere ministerium verbi cernimus adolere, et prædicationis præconio populum infidelem, ut innotuisti, audivimus converti, Domini potentiæ gratias referentes, ut ipse a quo bonum procedit (*Jac.* i, 17), et ad agnitionem vult omnes venire veritatis (*I Tim.* ii, 4), tibi optamus, ut cooperetur et a tenebris ad lucem populum illum suæ potentiæ inspiratione reducat (*I Petr.* ii, 9). Hinc enim vobis merces copiosa credimus, quod ab omnipotente Domino ascribatur in cœlis (*Matth.* v, 12.) « Bonum enim certamen, » si perseveraveris, possis cum Apostolo dicere : « Certavi, cursum consummavi, fidem servavi (*II Tim.* iv, 7). » Sed ut coronam percipias laboris insiste. Pollicetur enim Deus perseverantibus in fine salutem, nec te minæ terreant, nec dejiciant terrores, sed fixam in Deo tenens fiduciam veritatis verbum denuntia. Erit enim ex adjutorio divino perfectio, tantum sit bonum in voluntate opus. Igitur quantos ab errore converteris, syllabarum tuarum recensito textu cognovimus, læti uberes Deo gratias agentes, de lucro animarum exsultamus. Porro pro episcopo illo qui nunc usque desidia quadam in eadem gente prædicationis verbum disseminare neglexerat, et nunc sibi partem, quasi in parochiam defendat, Carolo excellentissimo filio nostro, ut eum compescat suadentes, paternis litteris scripsimus et credimus, quod hoc vetari præcipiat. Ipse vero opportune, importune prædicare quæ sunt salutis, non desinas (*II Tim.* iv, 2). Igitur Thuringis et Germaniæ populo ea quæ ad animæ respiciunt utilitatem et salutem scribere non omisimus, inter alia ut construant episcopia et Ecclesias condant injungentes. Ipse enim qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, et vivat (*Ezech.* xxxiii, 11), erit omnibus daturus incrementum (*I Cor.* iii, 7). Deus te incolumem custodiat. Data pridie Nonas Decemb. imperante domino piissimo Augusto Leone a Deo coronato, magno imperatore, anno 8 ; sed et Constantino magno imperatore ejus filio, anno quinto, indictione 8.

Epistola Gregorii papæ ad Bonifacium episcopum.

Reverendissimo et sanctissimo fratri Bonifacio coepiscopo ad illuminationem gentis Germaniæ vel circumquaque in umbra mortis morantibus (*Luc.* i, 79), gentibus in errore constitutis ab hac apostolica Dei Ecclesia directo, Gregorius servus servorum Dei.

Magna nos habuit gratulatio, lectis sanctissimæ fraternitatis tuæ litteris, cum in eis, relecta serie, fuisset repertum Domini nostri Jesu Christi gratia plurimos te a gentilitate et errore ad veræ fidei agnitionem convertisse. Quod quia divina institutione docemur in parabolis, cui quinque talenta credita fuerant, alia quinque fuisse lucratum (*Matth.* xxv, 20), in talis commercii lucro cum tota plaudimus Ecclesia. Hinc jure tibi sacri pallii direximus munus, quod beati Petri apostoli auctoritate suscipiens induaris, atque inter archiepiscopos unus Deo auctore præcipimus ut censearis. Qualiter enim eo utaris ex mandato apostolico informatus cognosces, ita ut dum missarum solemnia geris, vel episcopum te contige rit consecrare, illo tantummodo tempore eo utaris. Quia vero turbas, Domini gratia in eisdem partibus ad rectam fidem asseruisti conversas, nequire te occurrere omnibus ea quæ salutis sunt impendere, aut intimare, cum jam longe lateque gratia Christi ejus fides in illis partibus propagetur, præcipimus ut juxta sacrorum canonum statuta, ubi multitudo excrevit fidelium, ex vigore apostolicæ sedis debeas ordinare episcopos; pia tamen contemplatione, ut non vilescat dignitas episcopatus. Presbyterum namque quem præterito asseruisti anno ad nos advenisse, nostroque judicio fuisse a suis nefariis absolutum actionibus credas, neque nobis confessiones aliquas fecit, nec a nobis, ut suos expleat libitus, absolutus est, sed si eum errori deditum, hunc apostolicæ sedis vigore, ut juxta sanctorum canonum censuram corrigas præcipimus, et emendes, vel si quos fortasse tales inveneris. Ille enim, presbyter sum, ait. Commendatitias apud filium nostrum Carolum litteras expetiit. Nullam illi aliam concessimus licentiam, quem vitari si prave conversatur cum reliquis volumus, eosdemque quos a paganis baptizatos esse asseruisti, si ita habetur ut denuo baptizes in nomine Trinitatis mandamus. Interea agrestem caballum aliquantos adjunxisti comedere, plerosque et domesticum. Hoc nequaquam fieri deinceps, sanctissime, sinas, frater, sed quibus potueris Deo juvante, modis per omnia compesce, et dignam eis indicito pœnitentiam. Immundum est enim atque exsecrabile. Pro obeuntibus quippe consuluisse dignosceris, si liceat oblationes offerre. Sancta sic tenet Ecclesia, ut quisque pro suis mortuis vere Christianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat. Et quamvis omnes peccatis subjaceamus, congruit ut sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat et intercedat, non tamen pro impiis, quamvis Christiani fuerint, tale quid agere licebit. Nam et eos qui se dubitant fuisse baptizatos an non, vel qui a presbytero Jovi mactante, et immolatitias carnes vescente, ut rebaptizentur præcipimus. Progeniem vero suam quemque usque ad septimam observare decernimus generationem. Et, si valueris, devita, ne amplius cui mulieres obierint duabus debeat copulari. De his vero dicimus qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occiderint, ut toto vitæ suæ tempore corpus non suscipiant Dominicum nisi tempore exitus pro viatico. Abstineant etiam se, et a carnis comestione, et potu vini, donec advixerint, jejunent secundam, quartam et sextam ferias, ut sic possint defluentes diluere commissum scelus. Nam et hoc inter alia discrimen agi in præsentibus illis dixisti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis

sua venundant mancipia, hoc ut magnopere corrigere debeas, frater, admonemus, nec sinas fieri ultra. Scelus enim est et impietas. Eis ergo qui hoc perpetraverunt similem homicidæ indices pœnitentiam. At quoties episcopum consecraveris, duo vel tres conveniant tecum episcopi, ut Deo sit gratum quod geritur, et eis convenientibus ipsisque præsentibus consecres. Hæc te, frater charissime, diligenter servare volumus, et studio pietatis cœptum negotium salutis exsequere, ut de lucro apportato valeas a Domino Deo nostro mercedem percipere in æterna beatitudine. Privilegium vero juxta quod petisti facientes, his junctum direximus, optantes te Domini Dei nostri præsidio de conversione errantium Christo Deo nostro plenissimum atque integrum apportare lucrum. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater.

Hucusque Gregorius a primo secundus. Hinc Gregorius a secundo junior.

Gregorius espiscopus, servus servorum Dei, dilectissimis nobis omnibus episcopis, venerabilibus presbyteris, religiosis abbatibus omnium provinciarum.

« Domino cooperante et sermonem confirmante (*Marc.* xvi, 20), » præsens sanctissimus vir, Bonifacius, frater ac coepiscopus noster, verbum veritatis sicut a prædecessore nostro sanctæ recordationis Gregorio præsule in illis partibus missus fuerat prædicare verbum Dei post multum temporis, Domino cooperante anhelanti desiderio, orationis causa, liminibus sacris beatorum principum apostolorum Petri et Pauli præsentandus advenit. Qui perfecta oratione ad acceptum laborem angelo Domini præviante a nobis est absolutus. Cui vestra omnium dilectio seu reverentia, et religiositas propter Christi amorem juvamina impendere dignemini, **287** dum et agnoscitis quæ Dominus noster Jesus Christus inquit, dicens : Qui susceperit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet ; et qui susceperit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet (*Matth.* x, 41). Et si forsitan quis ex vestris ministris sese ipso sanctissimo viro in ministerio exhortationis sanctæ catholicæque fidei adjungere voluerit, nullo modo prohibeatis, charissimi. Magis autem concursum præbete, et ex vestro ovili adjutores ei tribuite qui possint per Dei gratiam sufficienter gentibus ministrare verbum prædicationis, ut omnipotenti Deo nostro animas lucrifaciant, ut et vestra communitas boni operis portionem sortiatur, atque illi mereantur Dominicam vocem audire : Vos qui dereliquistis omnia et secuti estis me, centuplum accipietis, et vitam æternam possidebitis (*Matth.* xix, 29). Bene valete.

Epistola Gregorii papæ.

Gregorius papa universis optimatibus et populo provinciarum Germaniæ, Thuringis et Thesis, et Bortharis, et Nistresis, Unedredis, et Lognais, Sudnodis, et Graffeltis vel omnibus in orientali plaga constitutis.

Quoniam prædecessor noster sanctæ recordationis Gregorius præsul, nutu divino motus ad faciendam Deo plebem perfectam (*Luc.* i, 17), præsentium portitorem litterarum Bonifacium, reverendissimum fratrem nostrum ac coepiscopum ordinans ad vos usque destinavit, eumque regulam et normam apostolicæ et catholicæ fidei Romanæ cui Deo auctore deservimus Ecclesiæ edocens direxit, et post temporum spatia, orationis causa, ad limina beatorum Principum apostolorum sese præsentavit, et quæ ad salutem animarum pertinent, a nobis exposcit imbui, nos, Deo favente, ut sacra docet Scriptura, eum edocentes, ad vos, charissimi, remeaturum, absolvimus, hortantes vos in Domino, ut digne suscipiatis ab eo verbum exhortationis, et episcopos vel presbyteros, quos ipse ordinaverit per apostolicam sibi datam auctoritatem in Ecclesiæ ministerio recipiatis, et quos forsan deviantes invenerit a rectæ fidei tramite, seu canonica doctrina, eosque prohibuerit, a vobis nullo modo impediatur, et quod eis impositum fuerit obediendo propter Deum suscipiant. Nam qui temerator exstiterit ad obediendum sibiipsi damnationem acquirit, vos autem, charissimi, qui in nomine Christi baptizati estis, Christum induistis (*Gal.* iii, 27), abstinete et prohibete vosmetipsos ab omni culpa paganorum non tantum vosmetipsos corrigentes, charissimi, sed et subditos vestros. Divinos autem vel sortilegos, sacrificia mortuorum vel lucrorum, vel fontium auguria, vel philacteria, vel incantatores et veneficos, id est, maleficos et observationes sacrilegas, quæ in vestris finibus fieri solebant, omnino respuentes, tota mentis intentione ad Dominum convertimini, ipsum timete, adorate et honorificate, sanctorum memoriis communicantes, ut ait Apostolus (*Rom.* xii, 13). Si enim fides vestra, Domino dicente, fuerit ut granum sinapis, dicetis monti huic, Transfer et transferetur (*Matth.* xvii, 19). Ipse enim Dominus et Salvator noster, Jesus Christus, in suo sacro eloquio inquit, dicens : « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua (*Matth.* xxii, 37), » et iterum : « Qui me confessus fuerit coram hominibus, et ego confitebor eum coram Patre meo qui est in cœlis (*Matth.* x, 32). » Unde et in alio loco promisit dicens : « Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo fiet vobis (*Joan.* xiv, 13). » Et iterum : « Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit : et qui quærit invenit : et pulsanti aperietur (*Luc.* xi, 9, 10). » Et vos, charissimi, facite fructus dignos, ut in die adventus Domini nostri Jesu Christi sidereas mereamini adipisci mansiones. Bene valete.

Item epistola beati Gregorii papæ.

Dilectissimis nobis filiis in provincia Bajoariorum et Alamannia constitutis, Juggo, Luidoni, Rudolfo, et Phiphilo, Sevadæ Gregorius papa.

Catholica et sanctorum Patrum jubet auctoritas, ut bis in anno pro salute populi Christiani seu exhortatione adoptionis filiorum synodalia debeant celebrari, et causarum canonicarum examinatio provenire, ut unicuique, prout necessitas poposcerit, pia educatione sub-

ur. Unde, secundum Apostoli doctrinam, admo- A
t hortor vos, charissimi, per misericordiam
t digne ambuletis vocatione qua vocati estis
. IV, 1), ut ministerium vestrum perfectum
am Deo. Opportunum namque est vos nosse
n ac coepiscopum præsentem Bonifacium, no-
et agentem vicem, cum digno et debito ho-
pro Christi nomine suscipere, et ministerium
iasticum cum fide catholica secundum nor-
et morem sanctum catholicæ et apostolicæ Dei
iæ, cui, misericordia Dei præveniente, præesse
ur, sicut apostolica auctoritate a nobis desti-
est, ab eo suscipientes dignanter teneatis, et
itatis ritum et doctrinam vel venientium Bri-
i, vel falsorum sacerdotum hæreticorum, sive
iros, aut undecunque sint renuentes ac prohi- B
s abjiciatis, et ut populum vobis a Deo commis-
iis admonitionibus edoceatis, et a sacrificiis
iorum omnino devitetis, et juxta quod fueritis
dicto nostro consacerdote edocti, ita catholi-
t apostolicam doctrinam tenentes, Domino Deo
vatori nostro placere festinetis. Et in quo vobis
id celebranda concilia convenire mandaverit,
uxta Danubium, sive in civitate Augusta, vel
nque judicaverit, pro nomine Christi parati esse
iamini, quatenus cognoscamus per ejus man-
a de vestro conventu, ut in diem adventus Chri-
iu cum fructu boni operis ante ejus tribunal as-
e mereamur, dicentes : « Ecce nos et pueri
ledisti nobis, Domine (*Hebr.* II, 13), » non per-
ius ex eis quemquam (*Joan.* XVIII, 9), ut et vos C
nicam vocem audire mereamini, dicentem :
iite, benedicti Patris mei, percipite regnum
vobis paratum est ab origine mundi (*Matth.*
4). » Bene valete.

Epistola ejusdem ad Bonifacium.

verendissimo et sanctissimo fratri BONIFACIO
scopo, GREGORIUS, servus servorum Dei.
iderabilem mihi a te missus Denual religiosus
yter attulit nuntium, cum te sospitem narravit,
ministerio, pro quo missus es favente Deo, profi-
nuntiavit. Detulit etiam a te missas litteras, ubi
isti quod ager Dominicus, qui incultus jacebat,
narum aculeis ex infidelitate, riguerat, vomere
loctrinæ exarante, semen verbi suscepit, et fer- D
messem protulit fidelitatis. In eisdem litteris
isdam subnexuistis capitulis, sciscitando qua-
teneat vel doceat hæc sancta apostolica Ro-
i Ecclesia. Bene nosti satis, quia beatus aposto-
etrus et episcopatus principium exstitit. Et con-
ti tibi de statu Ecclesiæ non ex nobis quasi ex
, sed ejus gratia, « qui aperit os mutum, et lin-
infantium facit disertas (*Sap.* X, 21), » qualiter
e debeas apostolici vigoris doctrina dicimus.
r in primis legebatur, ut quota progenies pro-
iorum matrimonio copuletur. Dicimus quod
nerat quidem quandiu se agnoscunt affinitate
nquos ad hujus copulæ non accedere societa-
Sed quia temperantia magis, et præsertim in
tam barbaram gentem plus placet quam districtio
censuræ, concedendum est ut post quartam genera-
tionem jungantur. Nam quod posuisti, quod si mu-
lier infirmitate correpta non valuerit debitum viro
reddere, quid ejus faciat jugalis, bonum esset si sic
permaneret, ut abstinentiæ vacaret. Sed quia hoc
magnorum est, ille qui se non poterit continere, nu-
bat magis, non tamen subsidii opem subtrahat ab
illa cui infirmitas præpedit, et non detestabilis culpa
excludit. De presbytero vero, vel quilibet sacerdos
a populo accusatus, si certi non fuerint testes, qui
crimini illato approbent veritatem jusjurandum erit
in medio, et illum testem proferat de innocentiæ
suæ puritate, « cui nuda et aperta sunt omnia
(*Hebr.* IV, 13), » sicque maneat in proprio gradu.
Nam de homine qui a pontifice confirmatus fuerit,
denuo illi talis reiteratio prohibenda est. In missa-
rum solemniis observandum est quod Dominus noster
Jesus Christus sanctis suis tribuit discipulis : « Ac-
cepit namque calicem, et dedit eis dicens : Hic est
calix Novi Testamenti in meo sanguine, hoc facite
quotiescunque sumitis (*Matth.* XXVI, 27, 28). » Unde
congruum non est duos vel tres calices in altario
ponere cum missarum solemnia celebrantur. De
immolatitiis autem escis consuluisti si a fidelibus su-
perductum fuerit vivificæ crucis signum edi liceret,
an non, illud sufficit respondere, quod beatus Apo-
stolus dicit : « Si quis dixerit quod hoc immolatitium
est, nolite edere propter eum qui indicavit, et pro-
pter conscientiam (*I Cor.* X, 28). » Addidisti adhuc
quod si pater vel mater filium filiamque intra septa
monasterii in infantiæ annis sub regulari tradiderint
disciplina, utrum liceat eis postquam pubertatis im-
pleverint annos egredi, et matrimonio copulare.
Hoc omnino devitamus, quia nefas est, ut oblatis
a parentibus Deo filiis voluptatis frena laxentur.
Enimvero quosdam baptizatos absque interrogatione
symboli ab adulteris presbyteris et indignis fassus
es. In his tua dilectio teneat antiquum morem Eccle-
siæ, quia quisquis in nomine Patris, et Filii, et Spi-
ritus sancti baptizatus est (*Matth.* XXVIII, 19), reba-
ptizari minime liceat. Non enim in nomine baptizan-
tis, sed in nomine Trinitatis hujus gratiæ donum
percepit. Et teneatur quod Apostolus ait : « Unus
Deus, una fides, unum baptisma (*Ephes.* IV, 5). »
Doctrinam vero spiritalem talibus studiosius, ut im-
pertias demandamus : pro parvulis vero qui a pa-
rentibus subtracti sunt, et an baptizati sunt, an non
ignorant, hos ut baptizare debeas secundum Patrum
traditionem, si non fuerit qui testificetur, ratio po-
scit. Leprosis autem, si fideles Christiani fuerint,
Dominici corporis et sanguinis participatio tribua-
tur, cum sanis autem communia celebrare negentur.
Adjecisti etiam quod si pestifer morbus aut mor-
talitas in ecclesia, vel monasteriis irrepserit, quos
necdum tetigit a loco fugiunt evitantes periculum,
unde fatuum hoc videtur. Non enim valet quisquam
Dei effugere manus. In finem epistola continebat,
quod sunt quidam presbyteri seu episcopi in multis

vitiis irretiti, quorum vita in se ipsis sacerdotium maculat. Et si tibi liceret cum eis edere aut loqui, nisi coerciti fuerint, dicimus ut hos ex apostolica auctoritate redarguendo admoneas, et ad munditiam ecclesiasticæ disciplinæ reducas. Et siquidem obedierint, salvabunt animas suas, et ipse mercedem lucratus es, verumtamem collocutionem et mensam communem cum eis agere non recuses. Plerumque contingit ut quos correctio disciplinæ tardos facit ad percipiendam veritatis normam, conviviorum sedulitas, et admonitio blanda ad viam perducat justitiæ. Idipsum autem et in illis proceribus qui tibi adjutorium præstant, observare debebis. Hæc, frater charissime, ex apostolicæ sedis vigore scripsisse sufficiant, de reliquo implorantes misericordiam Dei, ut qui te illis in regionibus vice nostra ex apostolica auctoritate peragere fecit, et in opacam silvam lumina veritatis per os tuum micare prædestinavit, opitulationis suæ misericordissimum tribuat incrementum, quatenus de fructu operis, et ipse valeas præmia percipere, et veniam peccatorum invenire. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater. Data decimo Kal. Decembris imperante domino piissimo Augusto, Leone a Deo coronato magno imperatore, anno decimo imperii ejus, sed et Constantino magno imperatore, regni ejus anno septimo, indictione decima.

Item epistola ejusdem ad Bonifacium.

Reverendissimo et sanctissimo fratri Bonifacio, Gregorius, servus servorum Dei.

Doctoris omnium gentium egregii Pauli apostoli vox est dicentis : « Diligentibus Dominum omnia cooperantur in bonum (*Rom.* VIII, 28). » Agnoscentes itaque in syllabis fraternitatis tuæ quæ innotuisti tam de Germaniæ gentibus, quas sua pietate Deus noster de potestate paganorum **288** liberavit, et ad centum millia animas in sinu sanctæ matris Ecclesiæ, tuo conamine et Caroli, principis Francorum aggregare dignatus est, sed et in Bajoariorum provincia, quæ a te acta sunt, agnoscentes, datori omnium bonorum Domino Deo nostro, extensis ad cœlum palmis, gratias retulimus, qui januam misericordiæ et pietatis in illis partibus Hesperiis, ad cognoscendam viam salutis ostium misericordiæ aperuit, et misit angelum suum qui præparavit viam tuam ante te (*Mal.* III, 1), ipsi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Igitur, quia indicasti perrexisse te ad gentem Bajoariorum, invenisse eos extra ordinem ecclesiasticum viventes, dum episcopos non habebant in provincia, nisi unum, nomine Vivilo, quem nos ante tempus ordinavimus ; et quia cum assensu Otilonis ducis eorumdem Bajoariorum seu optimatum provinciæ illius, tres alios ordinasse episcopos, et in quatuor partes provinciarum illam divisisti, id est, in quatuor parochias, ut unusquisque suam habeat parochiam, bene et satis prudenter peregisti, frater, et quoniam apostolicam præceptionem ex nostra vice implesti, et sicut tibi præcipimus, ita peregisti. Itaque non desinas, frater, reverendissime, docendo eos sanctam catholicam et apostolicam Romanæ sedis traditionem, ut illuminentur rudes, et viam salutis teneant, per quam possint ad æterna præmia pervenire. Presbyteros vero, quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint, illi a quibus fuerint ordinati, et dubium est eos episcopos fuisse annon qui eos ordinaverunt, si bonæ actionis, et catholici viri sunt ipsi presbyteri, et in ministerio Christi omnique lege sancta edocti, apti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, et consecrentur, et sic ministerio sacro fungantur. Illi vero qui baptizati sunt per diversitatem et declinationem linguarum gentilitatis, tamen quia in nomine Trinitatis baptizati sunt, oportet eos per manus impositionem et sacri chrismatis unctionem confirmari. Nam Vivilo episcopus a nobis ordinatus est. Etsi aliquid excedit extra canonicam regulam, doce et corrige eum juxta Romanæ Ecclesiæ traditionem, quam a nobis accepisti. De concilio vero, ut juxta ripam Danubii debeas celebrare nostra vice, præcipimus fraternitati tuæ apostolica auctoritate ibidem præsentari, et inquantum Dominus tibi vires dederit, prædicare verbum salutis ne cesses, ut religio Christiana in nomine Domini crescat et multiplicetur. Nec enim habebis licentiam, frater, pro jure cœpti laboris in uno morari loco, sed confirmatis cordibus fratrum et omnium fidelium, qui rudes sunt in illis Hesperiis partibus, ubi tibi Dominus aperuerit viam salutis prædicare non desistas, et ubi locum inveneris necessarium secundum canonicam regulam, episcopos ordina ex nostra vice, et apostolicam atque catholicam traditionem eos tenere edocebis. Ex hoc enim magnum mercedis præmium tibi præparabis, quoniam omnipotenti Deo nostro facies plebem perfectam. Non pigeat, dilectissime frater, itinera carpere aspera et diversa, ut Christiana fides longe lateque tuo conamine extendatur. Scriptum namque est : « Arcta et angusta via est quæ ducit ad vitam (*Matth.* VII, 14). » Operare itaque, frater, bonum opus quod cœpisti, ut in die Christi Dei nostri merearis dicere, inter cœtum sanctorum probabilium Patrum assistens : « Ecce ego et pueri quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam (*Rom.* II, 13). » Et iterum : « Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum (*Matth.* XXV, 20). » Ut subsequenter merearis vocem Domini audire dicentis : « Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui (*Ibid.*, 23). » Deus te incolumen custodiat, reverendissime frater. Data quarto Kal. Novemb., imperante domino piissimo Augusto Leone, imperii ejus anno vicesimo tertio, sed et Constantino, magno imperatore, ejus filio, anno vicesimo, indictione 8.

Epistola Bonifacii ad Zachariam papam.

Domino charissimo, summi pontificatus infula prædito, viro apostolico, Zachariæ, Bonifacius, servus servorum Dei.

Confitemur, domine pater, quia postquam per nuntios referentes audivimus, quod venerandæ memoriæ apostolatus vestri prædecessor, Gregorius, pontifex apostolicæ sedis, ergastulo corporis absolutus, ad Dominum migravit, majorem lætitiam, et majus gaudium nobis non audivimus, et suspensis ad æthera palmis, Deo gratias egimus, quam quod clementem paternitatem vestram altissimus Arbiter canonica jura regere, et apostolicæ sedis gubernacula tenere concessit. Ego non aliter, quam ut ante vestigia vestra geniculantes, intimis subnixe flagitamus precibus ut sicut prædecessorum vestrorum pro auctoritate sancti Petri pietatis servi devoti et subditi discipuli fuimus, sic et vestræ pietatis servi obedientes subditi sub jure canonico fieri mereamur, optantes catholicam fidem, et unitatem Romanæ Ecclesiæ servando dilatare, et quantoscunque audientes vel discipulos in ista legatione mihi Deus donaverit, ad obedientiam apostolicæ sedis invitare et inclinare non cesso. Necesse quoque habemus indicare paternitati vestræ quia per Dei gratiam, Germaniæ populis aliquantulum percussis vel correctis, tres ordinavimus episcopos, et provinciam in tres parochias discrevimus, et illa tria oppida sive urbes in quibus constituti et ordinati sunt, scriptis auctoritatis vestræ confirmari, et stabiliri precantes, desideramus : unam esse sedem episcopatus decrevimus in castello quod dicitur Vivozaburg, et alteram in oppido quod nominatur Buraburg, tertiam in loco qui dicitur Erpesfryod, qui fuit jam olim urbis paganorum rusticorum. Hæc tria loca propria charta et auctoritate apostolatus vestri roborari et confirmari diligenter postulamus, ut, si Dominus voluerit, per auctoritatem et præceptum sancti Petri, jussionibus apostolicis fundatæ et stabilitæ sint tres in Germaniæ episcopales sedes, et ut præsentes, vel futuræ generationes non præsumant vel parochias corrumpere vel violare præceptum apostolicæ sedis. Notum similiter sit paternitati vestræ quod Carlomannus, dux Francorum, me accersitum ad se rogavit in parte regni Francorum, quæ in sua est potestate, synodum incipere, congregare, et promisit se de ecclesiastica religione, quæ jam longo tempore, id est, non minus quam per sexaginta vel septuaginta annos, calcata et dissipata fuit, aliquid corrigere et emendare velle. Quapropter, si hoc, Deo inspirante, veraciter implere voluerit consilium, et præceptum sanctæ vestræ auctoritatis, id est, apostolicæ sedis habere et sapere debeo. Franci enim, ut seniores dicunt, plusquam per tempus octoginta annorum synodum non fecerunt, nec archiepiscopum habuerunt, nec Ecclesiæ canonica jura alicubi fundabant vel renovabant. Modo autem maxima ex parte per civitates, episcopales sedes traditæ sunt laicis, cupidis ad possidendum, vel adulteratis clericis, scortatoribus et publicanis sæculariter ad perfruendum. Nam si per verbum vestrum hoc negotium, duce rogante supradicto, movere et præcipere debeo, præceptum et judicium apostolicæ sedis cum canonibus ecclesiasticis præsto habere cupio. Si invenero inter illos diacones, quos nominant, qui a pueritia sua semper in stupris, semper in adulteriis, et in omnibus semper spurcitiis vitam ducentes, sub tali testimonio venerunt ad diaconatum, et modo in diaconatu concubinas quatuor, vel quinque, vel plures noctu in lecto habentes, Evangelium tamen legere, et diaconos se nominare non erubescunt, nec metuunt, et sic in talibus incestis ad ordinem presbyteratus venientes, officio fungentes, dicunt se pro populo intercedere, et sacras oblationes offerre, novissime, quod pejus est, sub talibus testimoniis per gradus singulos ascendentes, ordinantur et nominantur episcopi, ut habeant, præceptum et conscriptum auctoritatis vestræ quid de talibus definiatis, et per responsum apostolicum convincantur, et arguantur peccatores. Et inveniuntur quidam inter eos episcopi, qui licet dicant se fornicarios vel adulteros non esse, sed sunt ebriosi, et incuriosi vel venatores, et qui pugnant in exercitu armati, et effundunt propria manu sanguinem hominum, sive paganorum, sive Christianorum. Et quia servus et legatus apostolicæ sedis esse dignoscor, et unum sit verbum, meum hic, et vestrum ibi, si contingat ad judicium auctoritatis vestræ, ut pariter missos dirigamus. Præterea de una re et consilium quærere, et licentiam petere necesse habeo, eo quod venerandæ memoriæ prædecessor vester, sicut audistis, in præsentia vestra mihi præcepit ut presbyterum post obitum meum, Deo volente, in ecclesiastico ministerio hæredem et successorem constituere deberem, et hoc mihi, si Dei voluntas est, placet, sed modo dubito et nescio, si fieri possit, quia postea frater illius avunculum ducis Francorum occidit, et adhuc ignoramus qualiter ista discordia pacificari et finiri valeat. Et obsecro ut auctoritatis vestræ licentiæ sit, ut cum consilio servorum Dei de ista electione faciam quod nobis in commune pro Deo et pro Ecclesiæ utilitate, vel fructu spiritali et defensione religionis optimum esse videatur, ut consensum vestrum habeam de hoc facere quod optimum esse videatur, mihi inspirare dignetur Deus, quia hoc non videtur posse fieri, si contrarius princeps fuerit. Interea quærere et interrogare paternitatis vestræ consilium debeo de quadam confusione, et scandalo prædicationis, quæ nuper ad vos veniens, mentem vestram conturbavit, et sacerdotibus Ecclesiarum verecundiam incutiebat, quia laicus quidam magnæ personæ ad nos veniens dicebat sibi ab apostolicæ sedis pontifice, sanctæ memoriæ Gregorio, datam fuisse licentiam ut in matrimonium acciperet viduam avunculi sui, quæ et ipsa fuit uxor consobrini, et illa, illo vivente, discessit ab eo, et isti viro qui nunc eam accipere desiderans affirmat sibi licentiam datam; in tertio geniculo propinqua illius esse dignoscitur, et votum vovit Deo castitatis, et velata fuit, et iterum abjecto velamine maritata; tale enim matrimonium supradictus homo ab apo-

stolica sede sibi affirmat esse concessum, quod non æstimavimus verum, quia synodus, et Ecclesia, in qua natus et nutritus fui, id est, in transmarina Saxonia, Lugdunensis synodus in primis a discipulis sancti Gregorii, id est Augustino, Laurentio, Justo, Milleto, archiepiscopis, constituta et ordinata fuit, talem copulam et matrimonium maximum scelus, et incestum, et horribile flagitium, et damnabile piaculum fieri ex auctoritate sanctæ Scripturæ judicabant. Quapropter paternitas vestra hujus rei veritatem nobis indicare non dedignetur, ut Ecclesiæ sacerdotibus, vel populo Christiano inde scandala, vel schismata, vel novi errores non oriantur et concrescant. Et quia carnales homines, idiotæ, Alamanni, vel Bauguarvi, vel Franci, si juxta Romanam urbem aliquid facere viderint, ex his peccatis, quæ nos prohibemus, licitum et concessum a sacerdotibus esse putant, et dum nobis improperium deputant, sibi scandalum vitæ accipiunt, sicut affirmant se vidisse annis singulis in Romana urbe, et juxta Ecclesiam sancti Petri, in die vel nocte, quando Kalend. Januarii intrant, paganorum consuetudine choros ducere per plateas et acclamationes ritu gentilium, et cantationes sacrilegas celebrare, et mensas illa die vel nocte dapibus onerare, et nullum de domo sua ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino suo præstare velle. Dicunt quoque se vidisse ibi mulieres pagano ritu phylacteria et ligaturas, et in brachiis, et cruribus ligatas habere, et publice ad vendendum venales ad comparandum aliis offerre. Quæ omnia eo quod ibi a carnalibus, et insipientibus videntur, nobis hic improperium et impedimentum prædicationis et doctrinæ perficiunt. De talibus ait Apostolus, increpans: **289** « Dies observatis, et tempora. Timeo ne sine causa laboraverim in vobis (*Psal.* IV, 10, 11). » Et sanctus Augustinus dixit : Nam qui prædictis malis, id est, carnis, et divinis, et aruspicibus, vel phylacteriis, et aliis quibuslibet auguriis crediderit, etsi jejunet, etsi oret, etsi jugiter ad ecclesias currat, etsi largas eleemosynas faciat, etsi corpusculum suum in omni afflictione cruciaverit, nihil ei proderit, quandiu sacrilegia illa non reliquerit. Nam si istas paganias paternitas vestra ibi in Romana urbe prohibuerit, et sibi mercedem, et nobis maximum profectum in doctrina ecclesiastica perficiet. Episcopi quoque et presbyteri generis Francorum, qui fuerunt adulteri, et fornicatores acerrimi, quos in gradu episcopatus, vel presbyterii fornicationum filii nati arguunt, revenientes ab apostolica sede, dicunt sibi Romanum pontificem licentiam dedisse ministerium episcopale in Ecclesia ministrare. Quos contra contendimus, quia apostolicam sedem nequaquam contra decreta canonum audivimus judicasse. Hæc omnia, domine charissime, propterea vobis nota facimus, ut vestræ auctoritatis responsum talibus dare possimus, ut per cautelam vestræ doctrinæ oves Ecclesiæ non seducantur, sed lupi rapaces commoti et superati pereant. Interea munuscula parva vobis direximus, non quia digna sunt paternitate vestra, sed pro indicio charitatis et obedientiæ devotionis, id est, vuillosam unam, et argenti et auri tantillum. Dextera Domini protegente, incolumem valere, et in Christo proficere beatitudinem vestram in longitudinem dierum optamus.

Te Deus altitonus sancta conservet in æde sedis apostolicæ rectorem in tempora longa, melliflua gratum populis doctrina per orbem, Perficiatque Deo dignum pia gratia Christi. Splendida perficiat florens sua gaudia Mater, atque domus Domini lætetur plebe secunda.

Epistola Zachariæ ad Wittam.

Dilectissimo nobis Wittæ sanctæ Ecclesiæ Barbaranæ Zacharias papa.

Domino cooperante et sermonem confirmante (*Marc.* XVI, 20) ad dilatandam Christianitatis legem et orthodoxæ fidei tramitem, ad docendum juxta quod prædicat sancta hæc Romana, cui Deo auctore præsidemus, Ecclesia innotuit nobis sanctissimus ac reverendissimus frater et coepiscopus noster, Bonifacius, nuper se decrevisse et ordinasse in Germaniæ partibus episcopales sedes, ubi præest vestra dilectio, et provinciam in tres divisisse parochias; quo cognito cum magna exsultatione extensis ad sidera palmis, illuminatori et datori omnium bonorum, Domino Deo et Salvatori nostro Jesu Christo gratias egimus, qui facit utraque unum (*Ephes.* II, 14). Flagitavit autem a nobis pro suis syllabis jam dictus sanctissimus vir, per apostolicam auctoritatem vestras confirmari sedes. Pro quo et nos ardenti animo, et divino juvamine ac auctoritate beati Petri, apostolorum principis, cui data est a Deo et Salvatore nostro Jesu Christo ligandi solvendique potestas (*Matth.* XVI, 19) peccata hominum in cœlo et in terra, confirmamus atque solidas permanere vestras episcopales sedes sancimus, interdicentes, ipsius principis apostolorum auctoritate a præsenti omnibus et in futuras generationes, ut nullus audeat contra eamdem vestram venire ordinationem quæ dignante Deo ex nostra præceptione in vobis facta est, et hoc interdicentes, ut nullus audeat juxta sanctorum canonum traditionem, ex alio episcopatu ibidem transferri, aut ordinare episcopum, post vestram de hoc sæculo evocationem, nisi is qui apostolicæ nostræ sedis in illis potestatibus præsentaverit vicem. Sed nec unus alterius parochias invadere, aut Ecclesias subtrahere præsumat. Nam, quod non credimus, si quis ille fuerit qui contra hanc vestram præceptionem temerario ausu venire tentaverit, sciat se æterno Dei judicio anathematis vinculo esse innodatum. Si quis vero apostolica servaverit præcepta, et normam rectæ et orthodoxæ fidei fuerit assecutus, benedictionis gratiam consequatur. De cætero, penitus divinam rogamus clementiam, ut confirmet et corroboret hoc quod operatus est Dominus in vobis. Et charitas Dei, gratia et pax vera sit cum spiritu vestro. Sanctissimi et dilectissimi nobis, toto conamine elaborate pro fide Christi, et ad ministerium

ejus perficiendum decertate, ut et cum egregio Apostolo mereamini dicere: « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De reliquo, reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illum diem justus judex (*II Tim.* IV, 8, 8). » Salutantes vos in Domino valere optamus. Bene valete. Data Kal. Aprilis, imperante domino Constantino, magno imperatore, anno 24, imperii ejus anno 2, indictione sexta.

Epistola Zachariæ ad Bonifacium episcopum.

Reverendissimo et sanctissimo fratri, Bonifacio coepiscopo Zacharias, servus servorum Dei.

Virgilius et Sodomus, viri religiosi, apud Bajoariorum provinciam degentes, suis apud nos litteris usi sunt, per quas intimaverunt, quod tua reverenda fraternitas eis injungeret Christianos denuo baptizare. Quod audientes, nimis fuimus conturbati, et in admirationem quamdam indicimus, si habetur, ut dictum est. Retulerunt quippe quod fuerit in eadem provincia sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat, et dum baptizaret, nesciens Latini eloquii, infringens linguam, diceret : Baptizo te in nomine Patria, et Filia, et Spiritu sancta, ac per hoc tua fraternitas consideravit rebaptizare. Sed, sanctissime frater, si ille qui baptizavit, non errorem introducens, aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, ut supra, fati sumus, baptizans dixisset, non possumus consentire, ut denuo baptizentur, quia, tua quod bene compertum habet sancta fraternitas, quicunque baptizatus fuerit ab hæreticis, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nullo modo rebaptizari debet, sed per solam manus impositionem purgari debet. Nam, sanctissime frater, si ita est, ut nobis relatum est, non amplius a te illis prædicentur hujusmodi, sed ut Patres sancti docent et prædicant, tua sanctitas studeat conservare. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater. Data Kal. Julii, imperante domino piissimo Augusto Constantino, a Deo coronato, magno imperatore, anno 26, imperii ejus anno quarto, indictione quarta decima.

Item epistola ejusdem ad episcopos diversos.

Dilectissimis nobis, Regnifrido Rothomagensi episcopo, Rimberto Ambianensi episcopo, Deodato Bellovacensi episcopo, Helseo Novionensi episcopo, Fulcirico Tungiensi episcopo, David Spitonensi episcopo, Ethereo Chardomenensi episcopo, Trenurardo Cameracensi episcopo, Burgardo Wizarburnensi episcopo, Genebando Laudunensi episcopo, Romano Meldensi episcopo, Agilolpho Coloniensi episcopo, Heddo Straburgensi episcopo, et cæteris amantissimis episcopis, presbyteris, et etiam diaconibus, cunctisque orthodoxis Ecclesiarum Dei clericis apostolicam doctrinam tenentibus, Zacharias divina gratia præditus apostolicæ sedis pontifex, servus autem servorum Dei, in Domino salutem dicit.

Gratias ago Deo Patri omnipotenti, et Domino Jesu Christo unico Filio ejus, et Spiritui sancto, qui vestra omnium corda inflammare dignatus est per diffusam a se gratiam, ut in unitate fidei, et in vinculo pacis ambuletis, et « sit splendor Domini Dei nostri super nos (*Psal.* LXXXIX, 17) » dilectissimi mihi, et abundans gratia pacis et charitatis, ut sitis unum corpus spiritalis matris vestræ sanctæ catholicæ et apostolicæ Dei Ecclesiæ, in qua, Deo auctore et dispositore, quamvis tanto fastigio viribus longe impares, præsumus, implentes illud propheticum dictum : « Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare, fratres in unum (*Psal.* CXXXII, 1). » Etenim et si pro itineris longitudine quanquam corpore sumus absentes, in Spiritu tamen dilectionis semper sumus vobis præsentes, habentes vos in visceribus nostris, et assidue orantes, ut Deus et Dominus noster Jesus Christus multo amplius confirmet corda vestra, et corroboret in exhortationem Evangelii in ministerio quo fungimini, ut credita vobis plebs vestris piis admonitionibus, adjutore Deo, a diabolica fraude liberata, salva persistat, vosque mereamini de eorum animabus in die Christi apportare lucrum. Scriptum quippe est : « Filii sapientiæ, Ecclesia justorum, et natio eorum, obedientia et charitas (*Eccli.* III, 1). » Obsecro ergo vos, charissimi mei, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, ut decet sanctos cum multa sapientia, supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis, et charitatis (*Ephes.* IV, 13), quia « finis præcepti charitas est de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta (*I Tim.* I, 5). » Gaudeo in vobis, charissimi, quoniam fides vestra, et unitas erga nos pretiosa est, et manifesta non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, dum ad fautorem et magistrum vestrum a Deo constitutum, beatum apostolorum principem, Petrum, benignissima voluntate conversi estis. Laudabilis fides vestra et bona fama, quoniam « idipsum sapitis quod oportet sapere (*Rom.* XII, 3). » Et nunc, Deo cooperante, est aggregata sanctitas vestra nostræ societati in uno pastorali ovili. Et est nobis unus pastor, qui a pastore pastorum Domino Deo et Salvatore nostro Jesu Christo, princeps apostolorum et noster doctor est institutus. Habetis itaque nostra vice ad confirmandam dilectionem vestram, et collaborandum vobis in Evangelio Christi sanctissimum ac reverendissimum Bonifacium, fratrem nostrum, archiepiscopum, apostolicæ, sedis legatum et vicem nostram præsentantem. Sit ergo constantia vestra adversus contentiones eorum qui adversa sapiunt, et non quæ Dei sunt (*Marc.* VIII, 33), et erit fortior petra constantia vestra, sicut scriptum est : « Ne timueritis ab eis, neque terreamini a facie eorum qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. » « Quod autem in aure auditis, prædicate in lumine, illum timentes qui potest corpus et animam occidere, et mittere in gehennam (*Matth.* X, 26, 28). » Fratres mei, in carne ambulantes, non secundum carnem militamus. « Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed po-

tentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes et omnem exaltationem extollentem se adversus scientiam Dei, in captivitatem redigentes omnem intellectum, et omnem cogitationem in obsequium Christi perducentes (*II Cor.* x, 4, 5). » De cætero, fratres, confortamini in Domino et in potentia fortitudinis ejus. Pax vobis multa et gratia a Deo et Domino nostro Jesu Christo ministretur. Amplectimur et osculamur, ac si præsentes charitatem vestram in unitatem Spiritus, in vinculo pacis et charitatis Christi. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi nobis.

Ejusdem ad Bonifacium.

Reverendissimo et sanctissimo fratri, BONIFACIO coepiscopo, ZACHARIAS, servus servorum Dei.

Cum nobis sanctissimæ fraternitatis tuæ syllabæ delatæ fuissent, atque per singula relegi fecissemus, et reperissemus in earumdem litterarum tuarum serie quod peccatis nostris facientibus, dum Dominici tritici semina quæreres elaborare, ad augendam segetem spiritalem subito inimici superseminant zizania (*Matth.* XIII, 25) ut sanctitatem tuam in bono opere impediant. Sed tua sancta fraternitas incessanter orationi instet, pariter cum fratribus qui secum laborant, et spiritales sarculos construens, zizania eradicans deportet ad comburendum (*Ibid.*, 30), ut ait beatus Gregorius papa : Bonum enim, inquit, opus nobis sit in voluntate : nam ex divino adjutorio erit in perfectione. His ita se habentibus, charissime frater, confortare in Domino, et ipse erit adjutor tuus. De incursione autem gentium, quæ in tuis plebibus facta est, mœrendum nobis est : sed hæc adversitas nullatenus tuam fraternitatem conturbet, quia et Romana civitas ex accidentibus facinoribus sæpius est depopulata, et tamen omnipotentia sua Dominus ex supernis eam dignatus est consolari. Sed populis tibi commissis, reverendissime **290** frater, prædica jejunium, supplicationes apud Dominum litaniarum, et supereminens ejus clementia adjuvabit te. Te autem, ut prædiximus, nullatenus adversa perturbent. Sed in bono opere quod cœpisti nullo modo deficias. Nos vero, licet immeriti et peccatores existamus, nostris precibus vel consacerdotum nostrorum, inquantum possumus, adjuvamus. De synodo autem congregata apud Francorum provinciam, mediantibus Pippino et Carlomanno, excellentissimis filiis nostris, juxta syllabarum nostrarum commonitionem, peragente nostra vice, tua sanctifica qualiter egisses cognovimus, et omnipotenti Deo nostro gratias egimus, qui eorum corda confirmavit, ut in hoc pio opere adjutores existerent, et omnia optime, et canonice peregisti, tam de falsis episcopis, et fornicariis, et schismaticis ; quamque etiam et in reliquis nomine sacerdotibus contra canonum instituta agentibus, vel contra catholicam Dei, et apostolicam Ecclesiam, de quibus secundum tuam relationem, per singula respondemus. De eo namque quod suggessisti, *quod elegerunt* civitatem unam omnes Francorum principes conjungentem usque ad paganorum fines, et in partes Germanicarum gentium, ubi ante prædicasti, quatenus ibi sedem metropolitanam perpetuo tempore habere debeas, ut inde cæteros episcopos ad viam instrueres rectitudinis, et post te tui successores perpetuo jure possideant ; hoc quod decreverunt læto nos suscipimus animo, eo quod ex Dei nutu factum est, vel si quidem falsi sacerdotes, et schismatici hoc impedire conati sunt, quorum vanum agonem Dominus dissipabit, et illa faciet stabilita quæ sanctorum Patrum statutis conveniunt concordare. Et quia tibi ipsi principes Francorum in hoc etiam adjutores exstiterunt, retribuat illis omnipotens Deus vicissitudinis præmium et innumera largiatur bona. Nam similiter de illo falso episcopo, quem dixisti adulterati clerici, et homicidæ filium ac in adulterio natum, et absque disciplina nutritum, et cætera mala, et horribilia, quæ per singula enarrasti, ac per hoc, et sui similes sacerdotes consecravit, de hoc meminit tua reverenda fraternitas quod tribus jam vicibus scripsimus, ut nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator sacrum ministerium debeat obtrectare, sed neque pœnitens, aut talis qualem sacri canones prohibent esse sacerdotem.

De baptizatis ab illo, seu ecclesiis consecratis requirat tua fraternitas, si aut ecclesias in nomine Trinitatis consecravit aut parvulos similiter baptizavit, dum sacerdotio fungebatur ; et sic et consecratio ecclesiarum et parvulorum baptisma sit confirmatum. Et hoc pariter suggessisti quod illi qui a te projecti sunt sacerdotes, a nobis absolutos se apud Francorum provinciam divulgent, quod tua sancta fraternitas nullo modo credat, quia quod impossibile est, si hoc fecissemus, tuæ charitati per nostras indicassemus litteras. Sed hoc, quod impossibile est, nullo modo credas, qui non aliud prædicamus, et aliud agimus, aut dirigimus ut illi garriunt, sed, auxiliante Deo, illud quod prædicamus finetenus observandum censemus. Hoc autem sanctitatem tuam firmissime ut teneas hortamur, ut sanctorum Patrum institutis, et consultis sacrorum canonum omnimodo obsequi debeas, quia nos nullatenus aliud prædicamus et aliud agimus. Nam de eo quod obsecrasti, ut Francorum principibus scriberemus, vel cæteris Francis, ut petisti, eis per singula scripsimus ut tibi et amici sint, et adjutores in Dominico opere existant. De censu vero expetendo, eo quod impetrare a Francis ad reddendum ecclesiis vel monasteriis non potuisti, quam ut vertente anno ab unoquoque conjugio servorum duodecim denarii reddantur, et hoc gratias Deo, quia potuisti impetrare, et Dominus donaverit quietem. Augentur et luminaria sanctorum pro eo quod nunc tribulatio accidit Saracenorum, Saxonum vel Frisonum, sicut tu ipse nobis innotuisti. De eo namque quod interrogasti, quod illi qui depositi sunt pro capitalibus peccatis de gradu sacerdotali, dum eos reperisses adulteros, homicidas, ut nec sacerdotes,

nec clerici esse possint, nec sub pœnitentia monachi esse volunt, sed, pergentes apud palatium regis Francorum rogant ut eis loca tribuat ecclesiarum vel monasteriorum, ut laicam vitam vivant, et dispergentes sanctorum loca, sed et de hoc pariter qualiter fieri debeat, Francorum principibus commonentes direximus. In alia quippe tua epistola reperimus contineri omnia quæ contra te egerant falsi, et schismatici episcopi Aldebertus et Clemens, per quæ omnia acta ipsorum et impiissimum errorem sigillatim indicasti. Nos vero congregatis fratribus et consacerdotibus nostris, eorumdem pravorum sceleratissima acta in eorum pœnitentia relegi fecimus, et dum nobis coram concilio relecta fuissent, pio studio omnes eadem schismatica dogmata ipsorum atque iniquissimas traditiones, seu sceleratissimam vitam quam sibi Aldebertus conscribere fecit, una voce exclamaverunt ut igni cremarentur. Sed nos hoc non rectum judicavimus, pro eo quod ad reservandum, sive in æternum eos condemnandum in scrinio sanctæ Ecclesiæ reservanda mandavimus, suscipientes ipsi dignam sententiam, cujus instar actionis ad tuam direximus, frater, sanctitatem, ut relecta in provincia Francorum, omnis schismaticus audiens taliter a sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia judicatum a sensus sui pravitate resipiscat. In tertia namque tua epistola intimasti nobis de alio seductore, nomine Geolebo, qui antea tali episcopi honore fungebatur, et quia sine cujuscunque consultu apud nos properat, et dum advenerit, ut Domino placuerit, fiet. Tua autem reverentia, ut, auxiliante Domino, cœpit, vice nostra volumus ut, omni anno, apto tempore in Francorum provincia concilium debeat celebrari, ut frequentia sacerdotum sive institutis sacrorum canonum mediantibus illic quid adversum nullo modo audeat pullulare, sed magis Ecclesiæ Dei unitate, et disciplina ecclesiastica, atque apostolica ubique in illis partibus dilatata, cunctæ populorum turbæ etiam in occiduis partibus veri catholici esse possint, et non amplius per falsos sacerdotes erroribus involuti demergantur in interitum. Dum vero concilium aggregaveris, sic tua fraternitas conflictum habeat cum metropolitanis, quos confirmavimus, de eo quod dixisti, ut nullus sine commendatitiis epistolis suscipiatur. Tamen, et pro hoc ipso, et pro omnibus Francorum principibus, commonitionis direximus litteras, ut jam superius fati sumus, de civitate namque illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, juxta petitionem Francorum, nostræ auctoritatis per præceptum nomini tuo metropolim confirmavimus, et tuæ sanctitati direximus pro futuris temporibus ejusdem metropolitanæ Ecclesiæ stabilitatem. Deus te incolumem custodiat reverendissime et sanctissime frater. Data pridie Kalendas Novembris, imperante domino piissimo Augusto Constantino, a Deo coronato, magno imperatore, anno 27, imperii ejus quinto anno, indictione decima quarta.

Item epistola Zachariæ ad Bonifacium.

Sanctissimo et reverendissimo fratri, BONIFACIO coepiscopo, ZACHARIAS episcopus, servus servorum Dei.

Benedictus Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, qui dispersa congregat et congregata conservat, augetque fidem et fiduciam servis suis ad prædicandum verbum Evangelii Jesu Christi Domini nostri, cum eodem Patre et Spiritu sancto in unitate viventi in sæcula sæculorum, ipsi gloria et laus, qui adjutor et protector est in se credentibus; ipse enim dixit: « Qui credit in me vita vivet, et non morietur (*Joan.* VI, 47), » quoniam « ego sum via, veritas et vita (*Joan.* XIV, 6). » Laudamus et superexaltamus sanctum nomen ejus, læti, gaudentes, per horum gerulos, et sanctæ fraternitatis tuæ litteris allatis, superstitem in hac vita, et in Domino te valere cognoscentes, petentes immensam Dei nostri divinitatem, ut ad prædicandum multo amplius Evangelii atque sanctæ fidei ejus sacramentum, longævum te servet, suaque protectione te muniat, et ab adversantium insidiis pie miserando custodiat. Suggessit itaque sancta fraternitas tua in suis apicibus quod prædecessor noster beatæ memoriæ Gregorius, hujus sanctæ sedis apostolicæ præsul, dum ad prædicandum verbum Evangelii tuam misisset fraternitatem in Germaniæ partibus, et gentibus illis paganis, verbo pollicitationis a te esse muniti, ita ut orthodoxos episcopos, presbyteros, vel quoscunque reperire potuisses, in verbo exhortationis perfectos amplius confirmares, et eis communicares quod et factum est. Si quos vero seductores episcopos, aut pseudopresbyteros, vel quoscunque a recto fidei tramite deviantes reperisses, nulla tibi cum eis esset communio. Quod te, Deo solatiante usque ad præsens spiritualiter servasse confessus es, vel si omnino propter principalem, et humanum favorem gentis Francorum, dum ad eos accessisses corporaliter abstinere non valuisti, cogente necessitate Ecclesiarum Dei, et tamen in eorum concilio, et consensu communionis anima tua non est coinquinata. Itaque propter hoc, quod cum eis conservatus es, non consentiens iniquitati eorum, nullum tibi est detrimentum coram Deo. Te enim prædicante, si obedirent, salvi essent. Si autem in iniquitate sua permanent, ipsi peribunt: Tu autem juxta prophetæ dictum: « Salvasti animam tuam (*Ezech.* XXXIII, 9). » De episcopis autem et palliis Francorum scripsisti, quod juxta promissionem suam nondum impleverunt, qui si impleverint juxta verbum suum, habebunt ex eo laudem (*Rom.* XIII, 3). Sin vero aliter egerint, ipsi videbunt, nos enim, divina gratia largiente, quod gratis accepimus, gratis damus (*Matth.* X, 8). Tua quidem, propter hoc benigna voluntas a nobis suscepta est. Igitur et hoc petisti monasterium in vastissima solitudine, et in medio gentium quibus prædicas constitutum, et a te fundatum esse, atque in honore Salvatoris Dei nostri dedicatum, ubi etiam et

monachos sub regula beati Benedicti degere ordinasti, hoc venerabile monasterium nomini tuo privilegio sedis apostolicæ muniri. Quod votis tuis acquiescentes ordinavimus juxta petitionem et desiderium tuum. Congruit enim divini ministerii prædicatorem optimumque ministrum ad desiderata pertingere, et cœptum bonum opus usque in finem perficere, sicut scriptum in Dominico præcepto : « Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit (*Matth.* x, 22). » Et « beatus servus ille, quem cum venerit Dominus, invenerit sic facientem; etenim super omnia bona sua constituet eum (*Matth.* xxiv, 46, 47). » Interea prædictus tuum Gerulus Lul, cum cæteris suis concomitibus, quæ injuncta fuerunt a tua fraterna sanctitate, tam in verbo, quam in præscripto omnia liquidius suggerentes innotuerunt, de quibus tam in verbo responsum dantes, et præscripto, tuæ remisimus fraternitati. Continebant enim capitula in pitatio ab eis porrecto, quæ inferius annexa sunt, de quibus flagitasti a nobis quæ recipienda, quæ respuenda sunt.

In primis de volatilibus, id est, graculis et corniculis, atque ciconiis, quæ omnino cavendæ sunt ab esu Christianorum, etiam et fibri, atque lepores, et equi silvatici multo amplius cavendi. Attamen, sanctissime frater, de omnibus Scripturis sacris bene compertus es. De igne autem Paschali, quod inquisisti a sanctis priscis Patribus, ex quo per Dei et Domini nostri Jesu Christi gratiam, et pretioso sanguine ejus ecclesia dedicata est quinta feria Paschæ, dum sacrum chrisma consecratur, tres lampades magnæ capacitatis ex diversis candelis Ecclesiæ oleo collecto, in secretiori ecclesiæ loco, ad figuram interioris tabernaculi insistente indeficienter, cum multa diligentia inspecte ardebunt, ita ut oleum ipsum sufficere possit usque ad tertium diem. De quibus candelis Sabbato sancto, pro fontis sacri baptismate sumptus ignis per sacerdotem renovabitur. De christallis autem, ut asseruisti, nullam habemus traditionem. De his, qui regio morbo vexantur inquisisti, sive equi sint, quid faciendum sit de illis. Si homines ex nativitate, aut genere hujus morbi sunt, hi extra civitatem comitari debebunt, eleemosynam vero ad accipiendum a populo non devitari. Si autem contigerit magnum vel parvum non nativitate, sed superveniente ægritudine vexari, non est projiciendus, sed si possibile est curandus. Attamen in ecclesia, dum ad communionem venerit, post omnium suppletionem erit ingressurus ad participandum munus. Equi vero qui præfato morbo fuerint coinquinati, si curari non valuerint, in puteis et foveis projiciendi sunt, ne **291** ejusdem morbi contagione cæteri coinquinentur. De animalibus autem quæ a furentibus, id est rabidis lupis et canibus fuerint lacerata, oportet ea a cæteris separari, ne per furentes et mordentes cætera coinquinentur. Quod si pauca sunt, ut supra diximus, in foveas projicienda sunt. Nam et hoc inquisivit *fraternitas tua, si liceat sanctimoniales feminas* A quemadmodum viris, sibi invicem pedes abluere, tam in cœna Domini, quam in aliis diebus. Hoc Dominicum præceptum est, quod qui per fidem impleverit, habebit ex eo laudem. Etenim viri et mulieres unum Deum habemus qui in cœlis est. Pro benedictionibus autem quas faciunt Galli, ut nosti, frater, multis vitiis variantur. Nam non ex apostolica traditione hoc faciunt, sed per vanam gloriam hoc operantur, sibi ipsis damnationem adhibentes, dum scriptum est : « Si quis vobis evangelizaverit præter id quod evangelizatum est, anathema sit (*Gal.* i, 9). » Regulam catholicæ traditionis suscepisti, frater amantissime. Sic omnibus prædica, omnesque doce, sicut a sancta Romana, cui Deo auctore deservimus, accepisti Ecclesia. Inquisisti etiam et hoc, si ante tricesimum annum B liceat sacerdotem ordinari. Bonum et congruum, charissime frater, si fieri et inveniri potest, ut provectæ ætatis et boni viri testimonii juxta sacrorum canonum instituta, ordinentur sacerdotes. Si autem minime reperiuntur, et necessitas exposcit, a viginti quinque annis et supra levita et sacerdotes ordinentur, quemadmodum in lege Domini continetur. De Milone autem et ejusmodi similibus, qui Ecclesiis Dei plurimum nocent, ut a tali nefario opere recedant, juxta Apostoli vocem : « Opportune, importune prædica (*II Tim.* iv, 2). » Si acquieverint admonitionibus tuis, salvabunt animas suas. Sin vero ipsi peribunt obvoluti in peccatis suis. Tu autem qui recte prædicas, non perdes mercedem tuam. Nam et hoc inquisisti, post quantum C temporis debet lardus comedi, nobis a Patribus constitutum per hoc non est. Tibi autem petenti consilium præbemus, quod non oporteat eum mandi, priusquam super fumo siccetur, aut igne coquatur. Si vero libet ut incoctum manducetur, post Paschalem festivitatem erit manducandum.

Episcopus autem condemnatus, de quo inquisisti, qui impugnator et fornicator existit, atque res ecclesiæ post degradationem sibi vendicare nititur, hic omnino ac detestabiliter respuendus est. « Quæ enim portio infidelis cum fideli ? Aut quæ communio Christi ad Belial? » (*II Cor.* vi, 15.) Has sanctorum Patrum traditiones, et sanctorum canonum instituta condemnaverunt. De ordinatione etiam presbyterorum et diaconorum, qui cogente necessitate et pau- D pertate rogantium non legitimis temporibus et diebus a te provenerunt, si aliquam habentes ex hoc offensionem insinuasti, dicimus autem tibi, frater, bene nosti quod sacri canones docent aptis temporibus sacerdotes ordinandos. Attamen in eo quod a te propter zelum fidei actum est, a Domino Deo nostro indulgentiam postulamus. De censu autem ecclesiarum, id est, solidum de cassata suscipe, et nullam habeas hæsitationem, dum ex eo poteris eleemosynam tribuere, ac in Christi pauperes partiri, et opus perficere sacrarum ecclesiarum, juxta canonum instituta. Si quos vero presbyteros, qui de laicis promoti fuerint, et antea criminalibus causis obvoluti celantes peccatum suum ordinati sunt, postmo-

dum vero et manifestata est eorum iniqua actio, hos sacerdotali habitu privatos pœnitentiæ submitte. Non enim odit Deus peccantem et confitentem, sed peccantem et negantem. Nam hoc flagitasti a nobis, si licet persecutionem paganorum fugere an non. Et pro hoc, frater, salutare consilium damus. Si fieri potest, et locum inveneris, insta ad prædicandum illis. Si autem supportare non valueris eorum persecutionem, habes præceptum Dominicum, ut in aliam ingrediaris civitatem (*Matth.* x, 23). Nam et hoc inquisisti quid faciendum sit de excommunicato episcopo, et apostolicam auctoritatem negligente. Hic detestabilis est coram Deo et hominibus cui condemnationi incondemnatus non communicabit; ipsi enim condemnabuntur et in die iræ et revelationis Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi, cum sederit ad judicandum genus humanum (*Rom.* II, 5), sicut scriptum est : Superbis ego resistam, dicit Dominus (*I Petr.* v, 5). Etenim de Sclavis Christianorum terram inhabitantibus, si oporteat censum accipere interrogasti, frater. Hoc quidem consilio non indiget, dum rei causa est manifesta. Si enim sine tributo sederint, ipsam quandoque propriam sibi vindicabunt terram. Si vero tributum dederint, norunt dominatorem ipsam terram habere. Nam et hoc flagitasti a nobis, sanctissime frater, in sacri canonis prædicatione, quot in locis cruces fieri debeant, tuæ significemus sanctitati, votis autem tuis clementer inclinati, in rotulo dato Lul religioso presbytero tuo per loca signa sanctæ crucis quanta fieri debeant infiximus. His autem se habentibus, Domini deprecamur clementiam licet peccatores, ut suo te muniat et confortet auxilio, nosque annuat prosperitatis tuæ semper læta suscipere nuntia. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater. Data secundo Nonas Novembris, imperante Domino piissimo Augusto Constantino a Deo coronato, magno imperatore, anno 30, imperii ejus anno 11, indictione 4.

Epistola Zachariæ papæ ad Bonifacium episcopum.

Reverendissimo et sanctissimo fratri Bonifacio episcopo Zacharias servus servorum Dei.

Susceptis, sanctissime, fraternitatis tuæ litteris per Deneardum, religiosum presbyterum tuum, quia sospitem te, ut semper cupimus, esse cognovimus, omnipotenti ac misericordissimo Deo nostro magnas retulimus gratias, qui tibi in omnibus bonis prosperari dignatur. Magnam enim in cordibus nostris infundis lætitiam, quoties nobis sanctitatis tuæ scripta mittuntur, quando reperimus quæ ad salutem respiciunt animarum, dum quotidie in gremio sanctæ matris Ecclesiæ, per tuam prædicationem, novi populi adduntur. Ubi et tres episcopos per loco singula secundum seriem syllabarum tuarum te ordinasse cognovimus, qui eidem populo, quem sibi Dominus Deus noster per tuam sanctitatem aggregare dignatus est præesse debeant et petisti, ut per auctoritatem nostræ sedis episcopales ibidem sedes firmentur. Sed tua sancta fraternitas pertractet mature, et subtili consideratione discernat, si expedit, aut si loca vel populorum turbæ talia esse probantur, ut episcopos habere mereantur. Memineris enim quid in sacris canonibus præcipimur observare, ut minime in villulas vel in modicas civitates episcopos ordinemus, ne vilescat nomen episcopi. Sed nos tuis sincerissimis atque a nobis dilectis syllabis provocati, quæ proposuisti absque mora concedi patimur, et statuimus per apostolicam auctoritatem episcopales illic esse sedes quæ per successionem episcopos mereantur, et populis præsint, atque verbum prædicationis subjectis insinuetur, id est, in castello quod dicitur Mursaburg, et alterum in oppido quod nominatur Buraburg, tertium in loco qui dicitur Erphesfurt. Ita ut nulli post hæc liceat cuiquam hæc quæ a nobis sancita sunt quoquomodo violare, quæ auctoritate beati Petri apostoli firma esse decrevimus. De eo autem quod intimasti nobis, quod te Carlomannus filius noster ad se rogavit accedere, ut in urbe regni Francorum in sua ditione, sive potestate constituta, synodum celebrare debeas, eo quod omnis ecclesiastica regula sive disciplina ab eadem provincia funditus abolita est, quod nimis merendum est, quo per spatia temporum ibidem synodus sacerdotum minime celebraretur, unde neque quid sit quod sacerdotium ab eis qui se sacerdotes existimant, cognoscitur. Sed dum, juvante Deo, quæ a præfato filio nostro promissa sunt, ad effectum perducta fuerint tuaque fraternitas memorato concilio consederit cum eodem excellentissimo viro, si quos repererit episcopos, presbyteros aut diaconos contra canones vel statuta Patrum excessisse, id est, in adulterio, vel si plures uxores habuerunt, aut si sanguinem Christianorum, sive paganorum effuderunt, vel etiam aliis capitulis, quibus canonibus obviasse repererit tua sanctitas, nulla ratione apostolica auctoritate permittat sacerdotio fungi, quia tales a suo proprio ore falsi nominantur sacerdotes, et pejores ac deteriores sæcularibus esse noscuntur, qui se neque a fornicationibus, neque a nefariis matrimoniis abstinent, neque ab hominum sanguinis effusione manus servant innoxias, quales se esse sacerdotes existimant, aut quid inde sentiunt, dicente Deo : Sacerdotes mei semel nubant, et Apostolus, unius uxoris virum, et cætera (*Tit.* I, 6), et hoc ante susceptum sacerdotium, uti licitum est. Nam a die suscepti sacerdotii etiam ab ipso proprio conjugio prohibendi sunt. Quomodo sacerdotio fungi considerant, qui talibus sceleribus involuti esse monstrantur, ut neque sæculares fideles his facinoribus obvolutos optemus? Quomodo non pertimescunt divina mysteria contingere, aut quomodo ad orandum pro peccatis populi accedere præsumunt, dum sacri canones, neque purum clericum, cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis præcipiunt? Isti enim e contrario, non solum post susceptum sacerdotium se abstinere ab una uxore nolunt, imo luxoriæ obvoluti pejora sæcularium scelera committunt, ut plures uxores habere præsumant, quibus neque

unam concessum est post susceptum ministerium attrectare. Sed ista parvipendentes, atque ad iracundiam provocantes, majora committunt facinora, dum propriis manibus Christianos atque paganos homines necant. Et fit ut quibus in remissionem peccatorum debuerunt lavacrum regenerationis impendere, atque Christi sacramentum donare, ne in æternum perirent, eorumdem sacrilegis manibus ipsi exstinguantur. Quis enim sapiens habens cor eos æstimet sacerdotes, qui neque a fornicationibus abstinent, neque ab effusione sanguinum manus servant innoxias? Quisve eorum sacrificiis Deum credit esse placatum, dicente Propheta : « Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus (*Psal.* v, 7). » Isti namque, ut præmisi, ne sacerdotio fungi patiantur, neque divina contingere mysteria commonemus. Quidquid vero aliud, ut dictum est, eos contra ecclesiasticam regulam excessisse repereris, canones, sive instituta Patrum, præ manibus habeto, juxta quod in eis edoctus fueris discerne. De eo autem quod tibi successorem constitueres dixisti, ut, te jubente, in tuo loco eligatur episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem ecclesiasticam regulam, vel instituta Patrum esse monstratur, sed volumus ut tibi ministret, et sit in Evangelium Christi adjutor, dicente Apostolo : « Si quis bene ministraverit, gradum sibi bonum acquiret (*I Tim.* III, 13). » Nimis enim reprehensibile manifestum est, ut te vivente tibi alium substituamus. Sec hoc commonemus ut, quandiu te divina jusscrit clementia superesse, sine intermissione orare non cesses, ut tibi Deus illum successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, et populum, quem ad suam gratiam per æternæ sanctitatis industriam vocare voluit irreprehensibiliter regere valeat, atque ad viam vitæ elaboret perducere. Nam quomodo hæc quæ poposcisti, si et voluerimus, concedere, possumus, dum nos fragiles homines existentes, et sub conditione mortis constituti, ignorantes, quid superventura dies pariat, non valentes investigare qui de nobis prior de præsenti sæculo migret. Sin autem et eumdem divina voluerit clementia prius tui diem transitus superesse, si eum aptum cognoveris, et in tua voluntate fuerit definitum, ea hora qua te de præsenti sæculo migraturum cognoveris, præsentibus cunctis tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus, quod nulli alii concedi patimur, quod tibi charitate cogente largiri censuimus. De illo namque qui viduam avunculi sui, quæ et ipsa fuit uxor consobrini sui, et sacrum velamen habere monstrata est, et a beatæ memoriæ prædecessore nostro sibi licentiam concessam esse divulgavit, ut eam in pernicioso matrimonio assumere debuisset, absit hoc ut prædecessor noster ita præciperet. Nec enim ab apostolica sede illa diriguntur, quæ contraria esse Patrum, sive canonum institutis perhibentur. Admonere, adhortari, increpare eos, frater, ne cesses, quatenus a tali scelesto recedant matrimonio, ut non *in æternum pereant*. Reminiscantur enim se Christi sanguine esse redemptos, et non sponte se contradant, nisi ab ipso recesserint incesto matrimonio diaboli potestati, seu magis illi Deo et Christo filio ejus, Spiritui sancto quoque in cujus nomine ab illius antiqui hostis erepti sunt potestate. Elabora namque, sanctissime frater, in eis, quia scriptum cognoscis : « Qui converti fecerit peccatorem ab errore vitæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et suorum operit multitudinem peccatorum (*Jac.* v, 20). Nam et nos ei pro hoc commonitoria scripta direximus.

292 De Kalendis vero Januariis, vel cæteris auguriis, phylacteriis et incantationibus, vel aliis diversis observationibus, quæ gentili more observari dixisti apud beatum Petrum apostolum, vel in urbe Roma, hoc a nobis et omnibus Christianis detestabile et perniciosum esse judicamus, dicente Deo : « Non augurabimini, vel certe non observabitis somnia (*Lev.* XIX, 26). » Et iterum : « Non est augurium in Israel, nec observatio in domo Jacob (*Num.* XXIII, 23), » ita et a nobis cavendum esse censemus, ut nullis auguriis vel observationibus attendamus, quia omnia hæc abscissa esse a Patribus sumus edocti. Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant a die qua nos jussit divina clementia, quanquam immeriti existimamus, apostoli vicem gerere, illico omnia hæc amputavimus. Pari etenim modo volumus tuam sanctitatem populis sibi subditis prædicare, atque ad viam æternæ perducere vitæ. Nam et sanctæ recordationis prædecessoris atque nutritoris nostri Domini Gregorii papæ constitutione omnia hæc pie ac fideliter amputata sunt, et alia diversa quam plura quæ diabolo suggerente pullulabant in Christi ovili, cujus instar pro illius populi salute dirigere maturavimus. Nam de sacerdotibus illis qui falsa opinantur, qui etiam adulteri et fornicatores probantur, et sibi ab apostolica sede indultum esse, et e contrario sibi licentiam prædicationis largitam esse, hoc nulla ratione credat tua sancta fraternitas, sed similiter in cis canonicam exerce vindictam, quemadmodum de his quibus superius a nobis edoctus monstraris. Non enim aliud te agere volumus præterquam quæ sacri præcipiunt canones, vel etiam ab hac apostolica sede instructus esse dignosceris. Secundum tuæ namque sanctitatis petitionem et tribus episcopis tuis singulas confirmationis epistolas misimus, quas per tuæ sanctitatis manus eis largiri volumus. Et Carlomanno filio nostro alia scripta direximus, ut quæ tibi promisit adimplere festinet, atque adminicula præstet. Sed hæc, frater charissime, de omnibus superius comprehensis capitulis, ut Dominus donavit, respondemus ad omnia amputanda diabolicæ fraudis scandala. Tua vero sancta fraternitas si quid de cætero evenerit, ut sacri docent canones, studeat emendare in plebibus sibi a Deo commissis. Non enim aliud nobis convenit prædicare, præter quod a sanctis Patribus sumus edocti. Si vero et novi aliquid inimici astutia agente, acciderit, quod tua sancta fraternitas minime per canonum instituta discernere possit, hoc nobis non pigeat in

sinuare, quatenus, Deo juvante, quæcunque ad emendationem novæ plebis esse possunt, tibi absque tarditate respondere maturemus. Cognoscat enim, frater charissime, tua sancta fraternitas ita dilectionem tuam nos habere in nostris præcordiis, ut te præsentialiter quotidie videre desideremus, et ita te in nostro consortio habeamus, ut certe ministrum Dei et dispensatorem Ecclesiarum Christi. De cætero namque confortare in Domino, frater charissime, et esto robustus (*Deut.* XXXI, 7), et elabora in opus ad quod te divina voluit evocare clementia. Magna enim te spes remunerationis exspectat, quam promisit A Deus diligentibus se (*Jac.* II, 5). Et nos licet peccatores existamus, tamen Dei nostri non cessamus absque intermissione immensam exorare clementiam, ut qui cœpit in vobis perficiat opus bonum usque adhuc (*Philip.* I, 6). Et beatus apostolorum princeps Petrus cooperetur tibi in omnibus bonis quæ ei parare desideras. Deus te incolumem custodiat, reverendissime et sanctissime frater. Data Kal. Aprilis, imperante domino piissimo Augusto Constantino, a Deo coronato magno imperatore, anno 24, imperii ejus anno 2, indictione 11.

Habe gratiam studiosis, Lector studiose, quod nunc ad manum habeas, tam conciliorum acta quam pontificum, quæ ex Græcorum et Latinorum promptuariis in unum recollegit volumen Isidorus Hispalensis, adjunctis sanctionibus pontificum summorum, Gregorii secundi, Vitaliani, Martini, Gregorii tertii, atque Zachariæ. Quibus finem imposuit solers chalcographus et honestus civis Coloniensis Petrus Quentellus, anno Domini MDXXX, III Kal. Aprilis.

MARCUS VALERIUS PROBUS.

NOTITIA HISTORICA.

De Marco Valerio Probo hæc leguntur in editione opusculi De notis antiquis Parisiis data anno 1510, procurante Godefredo Torin : « Marcus Valerius Probus, Berrytius, diu centuriatum petiit donec tædio ad studia « se contulit. Legerat in Provincia quosdam veteres libellos apud grammatistam, durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita sicut Roma. Hos cum diligentius repetere atque alios deinceps « cognoscere cuperet, quamvis se contemni magisque opprobrio legentibus quam gloriæ et fructui esse animadverteret, nihilominus in proposito mansit, multaque exemplaria contracta emendare ac distinguere et « adnotare curavit : soli huic nec ulli præterea grammatices parti deditus. Hic non tam discipulos quam « sectatores aliquot habuit, nunquam ita docuit ut magistri personam sustineret. Unum vel alterum « vel cum plurimos tres aut quatuor pomeridianis horis admittere solebat, cubansque, inter longos ac vulgares sermones, legere quædam, idque perraro, nimis pauca et exigua de quibusdam minutis quæstiuncu« lis edidit. Reliquit autem non mediocrem silvam observationum sermonis antiqui. »

GODOFREDUS TORINUS BITURICUS, LECTORI SALUTEM.

E quo tempore Probum Valerium imprimere bonis, ut reor, avibus incœpi, ne liber unius aut duorum « codicum enchiridio minus aptus exiret, pluscula scitu non indigna comprimere venit in mentem. Tractatum de ponderibus et mensuris ex Prisciano ; quemadmodum datæ formæ agrorum metiri debeant ex Columella... Da, precor, bone lector, operam ne tibi, quod etiam ænigmatice Plautus in Milite ait : *Glaucoma ob oculos objecerim.* Vale.

EJUSDEM EPISTOLA DEDICATORIA.

Godofredus Torinus Bituricus, ornatissimos Philibertum Baboum et Joannem Alemanum juniorem, cives Bituricos, pari inter se amicitia conjunctissimos, salutat.

Debetur vobis, viri singulari virtute plenissimi, omnes quos et noctu et interdiu assumere possum (etiam de industria) labores. Ecce, quia moribus antiquis, id est, honestis et vere bonis, haud mediocriter utimini et gaudetis, Probum Valerium scripturarum antiquarum et abbreviationum, quæ in numismatis, sepulcris et tabellis antiquitus perbelle consignabantur, diligentissimum coacervatorem, certissimumque explanatorem sub vestro mihi semper amando nomine, lubens, ut vel tantilium reipublicæ valeam prodesse, characteribus et impressionibus cum nostra, utinam tam felici quam diligenti, recognitiuncula trado. Sinite, quæso, auctorem, perquam singularem primum in vestras, omnem ad virtutem aptissimas, deinde studiosorum omnium aliorum manus commode jam et festiviter exire. Valete.

Parrhisiis apud collegium Plesseiacum, VI Idus.

Maias 1510. Civis

M. VALERII PROBI

GRAMMATICI

OPUSCULUM DE NOTIS ANTIQUIS.

Valerii probi grammatici de interpretandis Romanorum notis antiquis seu litteris opusculum feliciter incipit.

Est etiam circa perscribendas vel paucioribus litteris notandas voces studium necessarium, quod partim pro voluntate, cujusque fit, partim pro usu publico et observatione communi. Apud veteres namque, cum usus notarum nullus esset, propter scribendi facultatem, maxime in senatu qui aderant, in scribendo ut celeriter comprehenderent, quædam verba atque nomina ex communi sensu primis litteris notabant, et singulæ litteræ quid significarent in promptu erat; quod in nominibus, legibus publicis pontificumque monumentis et in juris civilis studio et nunc manet. Ad quas notationes publicas accedit etiam et studiorum voluntas ut unusquisque familiares sibi notis pro voluntate signaret : quas comprehendere infinitum est. Publicæ sane tenendæ sunt, quæ in monumentis plurimis et historiarum libris sacrisque publicis reperiuntur, ut sunt ista.

A

A. Aulus *vel* ager.
AVG. Augustus *vel* augur.
AA. *vel* AV. Augusta.
AA. *vel* AVG. Augustalis.
AVR. Aurelius.
AG. agit.
AC. actio.
AC. Acon *vel* Acontius.
ACON. Achonum.
ACON. actiones.
ACIN. actionem.
AM. amicus.
AMN. amicus noster.
AVC, AVT. auctoritas.
AT. autem.
ACM. ANM. actionem mandat.
AP. apud.
APP. appellat.
ACC. acceperat; acceptat.
ADI. adjutor.
ADI.P. adjutor provinciæ, potentiæ, patriæ, *vel* populi.
ADL. ad locum *vel* ad limites.
AD. F. Ad finem.
ADE. ad exactorem *vel* ad effectum *vel* effectorem.
ABVC. ab Urbe condita.
AED. ædes.
AAAFF. ære argento, auro flato, ferundo vel flavo ferundo *vel* fecundo.
ALE. arbitrium litis æstimandæ.
ADP. ante diem pridie.
A.A.L.M. apud agrum locum monumenti.
A.P.R.C. anno post Romam conditam.
AGR. agrum vel Agrippa.
AEDIL. CVR. ædilis curulis.
AED.PL. ædilis plebis.
A.P.Q. Auli Publi Quinti.
A.A. apud agrum.
APP. Appius.
ANN. vel AN. annis *vel* annos.
ANT. ante *vel* antea.
A.N. ante noctem.
A.X. annis decem.
ANT.T.C. ante terminum constitutum.
AAA.FF. auri argenti, æris flator fabricæ.
QV.TI. Quirinalis Tiberi.
ADP. vel ADOP. adoptivus.
ACVB. AVGG. a cubiculo Augustorum.

Additio.

ADIAB. adiabenicus.
A.B. alia bona.
A.B.V. a bono viro.
AB.S. absolutus.
AER. COL. ære collato.
A.L. alia lex.
AER. ærarius.
AM.P. amabilis persona vel amicus principis.
A.O. alii omnes.
AP.IVD. apud judicem.
AEQ.P. æqualis vel equestris præses.
A.TER. a tergo.
A. F. Auli filius.
AVGG. duo vel plures Augusti.
AV. Aucus.
AVREL. Aurelius.
AVR. aurum *vel* Aurelius.
AVG. LIBER. Augusti libertas *vel* libertus.
A.A.V. ambo alterve.
A.F.P.R. aptum *vel* actum fide Publii Rutilii.

B

B. Bonus, *vel* Brutus, *vel* Balbius, *vel* Balbus.
B.R. bonorum.
B.F. bona fide *vel* fortuna, *vel* bona filia.
BF. beneficium, *vel* bonum factum, *vel* benefecit.
B.F.C. bona fide contractum.

B.M. bonæ memoriæ, *vel* bene meriti, *vel* bene merenti.
B.A. bonam actionem.
B.P. bona possessio.
B.M.F. Bene merenti fecit.
B.M.P. bene merenti posuit.
B.P. bonum publicum *vel* bona paterna.
B.F. bene fecit.
B.A.V. bonis auspiciis *vel* bonis avibus.
B.V. bonus vir.
B.F. bona femina.
B.R.P.N. bono reipublicæ nato.
B.F.P. bonæ fidei possessor.

Additio.

B.R. bonorum rector.
B.C. bonis cessit.
B.D. bonum datum.
B.G. bona gratia.
B.H. bonus homo, *vel* bona hæreditaria.
B.I. bonum judicium.
B. L. bona lex.
B.I.I. bonum judicis judicium.
B.N. bonum nomen, *vel* bona nostra.
B.O. bene optime.
B.Q. bona quæsita.
B.S.F. bene satisfecit.
B.T. bonorum tutor.
BRT. Britannicus.
BEN. ME. bene merenti.
B.V. bene vixit.

C

C. Caius.
CS. consulum sententia.
CL. Claudius.
CIPP. cippum.
CM. comis *vel* comes.
CN. Cnevius *vel* Cneus.
COR. Cornelius.
CAES. Cæsar.
CAES. A, *vel* AVG. Cæsar Augustus.
CR. contractum.
C. CR. CT.Contrarium contractum.
Ↄ. Caia *vel* con.
ↃO. *vel* Ↄ. controversia.
CC. circum.
CA. causa.
C.M. *vel* C.A.M. causa mortis *vel* Caius Marius.
C.R.C. cujus rei causa.
C.R.C.P. cujus rei causam, *vel* causa promittis.
COS. consul.
COSS. consules.
C.L. *vel* LIB. Caius libertus *vel* libertas.
CON. consularis.
C.R. civis Romanus.
COL. colonia *vel* coloniæ; coloni *vel* collega.
COLL. collega *vel* collegia, *vel* collegium, *vel* coloniæ, *vel* coloni.
ↃL. conlibertus *vel* conliberta.
CO. vel COIUX. conjux *vel* conjunxit.
CN. ARR. Cneus Arrius.
C.C. concilium cœpit, *vel* cessat, *vel* cognita causa.
C.R. Creticus.
CONS. consiliarius.
C.V. centumvirum.
COM. OB. comicia obchiaca *vel* obdriaca, *vel* obdiaca.
CES. A. censoris arbitratu.
COH. cohors.
COS. DES. consules designati.
C.F. Caii filius.
CR. Crispus.
ↃT. Caia liberta.
ↃTK. Caiæ libertæ charissimæ.
CVR. curionum, *vel* curiarum, *vel* cursor.
CENT. centenarium *vel* centurio, *vel* centuria, centurionum.
CENTN. centuriones.
CA vel CAM. Camillus.
CENS. vel CNSP. censor perpetuus, *vel* peregrinus.
CL. Caius libertus.
CONLIB. conlibertus.

Additio.

CES. Cespius.
CAESS. Cæsares.
CS. consiliarius.
CSS. consiliarii.
C. P. civis publicus.
C.R. Caius Rufus.
CV. clarissimus vir *vel* consularis.
CEN. AR. censoris arbitratu.
CAR. carissimus.
C.N. Caius noster *vel* civis noster.
CVL. cultores.
C.D. capite diminutus, *vel* Caius Dacius, *vel* Drusus.
CONTUB. contubernalis.
C.O. civitas omnis.
CA. Camillus, *vel* canis, *vel* Cato.
C.B. commune bonum.
C.C.C. censa civium capita.
C.H. custos hæredum.
C.F.C. clam fugiendi causa.
COLLE. FABR. MR. collegio fabrorum militiæ Ravennatis.
COER. cœravit.
CVR. VIAR. curator viarum.
COS. II. consul iterum.
COS. III. consul tertium.
CON. SEN. ET. EQ. OR. P.Q.R. consensu senatus et equestris ordinis populique Romani.

D

D. divus.
D. vel C. diva.
DEST. destinato.
D.PP. Deo perpetuo.
D.P. Deo perpetuo.
D.P. divus Pius *vel* Diis Penatibus.

D. devotus.

D.D. Deo dicavit, *vel* Diis dantibus.

DEC. Decius.

D.D. dotis dictio, *vel* Diis dantibus, *vel* dono dedit.

DD. dedicaverunt.

D.V. devotus vir, *vel* vester, *vel* Diis volentibus.

DOT. dotem.

D.P. dotem petiit, *vel* Diis paternis.

D.F. dotem fecit, *vel* dolum, *vel* donum, *vel* Decii filius.

D.M. vel DM. dolum malum, *vel* dubium malum, *vel* Diis Manibus, *vel* domus mortui.

DDS. Diis deabus sacris.

DMS. Diis Manibus sacrum.

DT. duntaxat.

DN. dominus.

DNN. dominis.

DL. delego.

DF. defunctus.

DIC. dictator.

DIL. dilectissimus.

DUL. dulcissimus.

D.Q. Diis Quirinalibus.

D.Q.R. de qua re.

D.Q.S. de quo supra.

D.C.S. de consulum sententia.

DIG.M. dignus memoria.

D.PEC.R. de pecuniis repetundis.

D.T.S.P. diem tertium sive perendie.

D.V. Diis volentibus.

D.L.R. Diis Laribus sacrum.

DR. Drusus.

D.N. Dominus noster.

DD. NN. dominis nostris.

D.D.D. datus decreto seu dono decurionum, *vel* dono dedit, dicavit decurio.

D.M.Æ. Deo magno æterno.

D.D. Deo domestico.

DIL.S dilectissimus servus.

DEC DEC. decem decani, *vel* decreto decurionum, *vel* decuriones.

DL. dat laudes.

DES. designavit.

D.D. LM. dono dedit libero munere.

D.C. divus Cæsar.

D.P.S. Deo posuit sibi.

D.L.M.P. Diis locum dedit publice.

DVC.DVC. ducum ductore, *vel* ductorum ductor.

D.IMM.S Diis immortalibus sacrum.

D.I.M. Diis inferis maledictis.

D.D.D.D. Deo dignum dono donavit.

DV. devotus Vestæ.

D. AUG. divo Augusto.

D.C.A. divus Cæsar Augustus.

DOMIC. COS. XIII. LVD. SACR. F. C. Domitius consul tertium decim ludos sacros seu sæculares faciendum curavit.

Additio.

D.Q. divus quæstor.

A

D.G. dedit gratis.

D.H. dedit hæredibus.

D.I. Diis immortalibus, *vel* dari jussit.

D.L. donavit locum *vel* Decii libertus.

D.O.M. Deo Optimo Maximo, *vel* Diis omnibus Manibus.

D.M.F. v. c. doli mali fraudisve causa.

D,P.S.D.L.D.P. deposuit sibi Diis locum dedit publice.

D. quingenta, *vel* Decius, Drusus, devotus, dedit.

D.S.P. de sua pecunia.

D.S.P.L.D. de sua pecunia laribus dant *vel* dedit.

D.L.A.P. donum libens animo posuit.

DEC. decurio.

D.V. dies quintus.

B

DES. designatus.

D.E.R.I.C. de ea re ita curatum, *vel* consultum est.

E

E. est.

EE. esse.

ER. erunt vel erit, *vel* ærarii.

EI.M. vel E.M. ejusmodi.

E.N. etiamnunc.

EG eger

EP.M. epistolam misit.

E.Q.R. eques Romanus.

E.X.R. exactis regibus.

EOR. eorum.

E.F. ejus filius.

C

ED. CVR. ædilis curulis.

Additio.

E. Ennius.

E.Q.P. equalis *vel* equestris persona, *vel* equus publicus.

ER. COL. ere collato.

EDIL.P. edilis plebis.

ER.P. ere publico.

E.B. ejus bona.

E.D. ejus domus.

E.E. ejus ætas.

E.H. ejus hæres.

E.L. edita lex.

EMP. empta.

C

EX.S.C.D. ex senatusconsulto et decreto.

EQ.AVR. eques auratus.

E.M.SP. equitum magister Spurius Pompeius.

F

F. vel FIL. filius.

F vel ⅃. filia.

F.FA. filius familias.

F.S. fratres.

FR.F. fratris filius.

FOR. Foris vel foras, forum forte fortuna.

FR.L.I. forum Lilium et Julium.

F.F.F. fortior fortuna fato, *vel* fortius fortuna fatum.

F.M. fati munus, *vel* fieri mandavit.

F.M.I. fati munus implevit.

F.C. fidei commissum, *vel* fiduciæ causa, *vel* fraude creditoris.

F.F. fecerunt, *vel* fundaverunt, *vel* fabricatura.

F. R. fronte.

F.L. Flavius *vel* Flamminius.

FAC. facti.

F.Ⅎ. pro F. et dicitur digamma, et ponebatur pro V. ut SERℲIVS pro *Servius*, et ℲVLGVS pro *vulgus*.

F.V. C. fraudisve causa.

F.H. filius hæres.

Additio.

F.E.D. factum esse dicetur.

FABR. Fabricius.

FAC. C. faciendum curavit.

F.D. fides data, *vel* fide data.

F.E. fides ejus.

F.F.E. fiat fides ejus.

F.I. fieri jussit.

F.N. fides nostra.

F.R.S. forum Sempronianum.

FOR. RED. fortunæ reduci.

FEBR. FEB. Februarius.

F.F.F. ferro, flamma fame *vel* Flavius filius fecit.

F.F. fidem fecit.

F.N.C. fidei nostræ commisit.

F. fecit.

F.M. fieri mandavit.

G

G. gaudium, *vel* genius, *vel* genus.

G.R. gratis *vel* gerit.

GS. GG. gesserunt.

G.R. genus regium *vel* rerum.

GL. gloria.

GL.P. gloria parentum, *vel* patriæ, *vel* populi.

GL.E.R. gloria exercitus Romani.

G.S. genio sacro *vel* sacrum.

G. AVG. genio Augusti.

GL.N.L. gloria nominis Latini.

GER. Germanicus.

GL. R⁹ gloria Romanorum.

GL.P.R. gloria populi Romani.

Additio.

G. Gelius, *vel* Gades, *vel* Gaius.

GN. Gneus.

GNS. genio sacrum *vel* Gnei sacro.

GRAC. Gracchus.

GRAT., GR. D. gratis dedit.

GL.C. gloria consulum.

GL.V.R. gloria urbis Romæ.

H

H. honori, honos, honestas, *vel* hæres, *vel* hora.

H.V. honestus vir, honesta vita.

H.M. vel ℍ. honesta mulier.

H.F. honesta femina.

H.L.N. honesto loco natus.

H.B.M. hora bona; mala.

H.P. hora pessima.

H.S. hora secunda *vel* sacra.

H.H. homo honestus.

H.P. hic posuit *vel* hi possunt.

H.S. hoc sic.

H.I. hæreditario jure.

H.F. hic fundat *vel* fundavit.

H.M. H.S. hoc monumentum hæredes sequitur.

H.DD. hic dedicavit.

H.S.V.F.M. hoc sibi vivens fieri mandavit.

H.L.H.N.S.I. hic locus hæres non sequitur.

Additio.

H R. hæreditas.

H.M.AD.H.N. TRAN. hoc monumentum ad hæredes non transit.

H.VI. hora sexta *vel* horis sex.

HS. Sextertium.

HDR. Hadrianus.

H.B.F. homo bonæ fidei, *vel* homo bonus fecit.

H.POSS. hæres possessor, *vel* hæreditatis possessor.

H.L.D. hunc locum donavit *vel* dabit.

H.M.P. hoc memoriæ posuit, *vel* hoc monumentum posuit.

HOS. hostis *vel* hospes.

H.R. honesta ratio.

H.S.S. hic sepulti sunt.

HD. hoc, *vel* hic donavit, vel dicavit.

H.S. sestertia.

HS.III.M.N. sestertia tria millia nummum.

H.T. hæres ex testamento.

H.B.M.F.C. hæres bene merenti faciendum curavit.

H.M.EX.N R. hoc monumentum exterum onn recipit.

H.M.D.M.A. huic monumento dolus malus abesto.

I

I. inter, in, Julius, justus.

ID. interdum.

IA.P. intra provinciam.

I. L. intra limitem.

I. C. intra circulum.

I.T.C. intra tempus constitutum.

IMP. imperator.

IMPP. imperatores.

I.D. in dimidio.

I.D. jurisdicendi *vel* juridicundo.

I.P. in possessione.

I.L.S. in loco sacro.

I.L.R.D. in loco religioso, divino.

I.F.P.XIII.I.A.P.T. in fronte pedes tredecim agro pedes totidem.

I.E. judex esto.

I.LP. in loco publico.

I.S. judicium solvi *vel* in sena.

I.S.C. in senatus consulto.

I.P. justus possessor.

I.F. in foro.

I.F.C. in foro Cæsaris.

I.FO.P. in foro Pacis *vel* Palladis.

I.FO. TR. in foro Trajani.
I.FO.IV. *vel* I. in foro Julii, *vel* Lucii, *vel* Livii.
I.R. jure rogavit *vel* jure Romano.
I.FO.FLAM. in foro Flaminii *vel* Flaminis.
I.FO.POP. in foro Pompilii.
VI *vel* IIIIII.Vir. sextumvir *vel* sexium.
I.FO.P.R. in foro pro rostris.
I.N.Q. injustis nuptiis quæsitus.
I.D.P. juri dicundo præerit.
IIII.VIR. quartumvir.
II.VIR. duumvir.
I.D.C. juris dicendi causa.
I.C.E.V. justa causa esse videtur.
I.O.M.S. Jovi optimo maximo sacrum.
I.D. inferis diis.
IN.A.P.X. in agro pedum decem.
IVNON. ET PROSERP. Junoni et Proserpinæ.

Additio.

I.A. interea.
I.C. Julius Cæsar *vel* intra circulum.
I.T. intra tempus.
I.S.S. inferius scripta sunt.
I.F.B. in foro Boario.
IVD. judicium.
I.H. justus homo *vel* in hostem.
I.L. jure legis *vel* justa lege.
IAN. Januarius.
III.V. triumviri.
X.V. decemviri.
IVR.D. jurisdictio.
I.P. justa persona.
I.O.M.IM. Jovi optimo maximo immortali.
I.SN.R. in senatu Romano.
IMP. imperator.
IN.FR.P. in fronte pedes.
I. unum, *vel* Junius, *vel* Julius.
IOVI. SABAZ. Jovi Sabazio.
II. iterum *vel* secundus.
IVM. Junius.
IVL. Julius.
II.V. duumviri.
I.P. jus pontificum.
I.D. judicatum solvi.

K

K.,KL. Kalendæ.
K.Q Kalendæ quintiles.
K I *vel* IAN. Kalendæ Januarii.
K.S. Kalendæ sextiles.
K.D. capite diminutus.
K.C. capite census, *vel* censuum, *vel* Carthago civitas.
K.P. cardo positus.
K.T. capite tonsus.
KAR. Carthago.
K.M. cardo maximus.
K.F. cardo finalis.
K. castra.
K.P. castra ponit.
K.DD. castra dedicamus.

A

K.ꝟ. carissima.
K. caput.
K.K. calumniæ causa.
K. cardo.

L

L. Lucius vel Lælius.
L.C. Lucius Catius.
L.M. Lucius Murena.
LC.S. lucrum sacrum.
LC.D. lucrum divinum.
LD. locum deditum.
L.EM. locus emptus.
L.P. locus propitius, *vel* proprius.
LQ.S. locus quo supra.
LA.C. Latini coloni.

B

L.S. Laribus sacrum.
L.P.S.R. Latini prisci cives Romani.
L.D.D.D. locum diis dedicavit, *vel* locus datus decreto decurionum.
LGM.D. legem dam *vel* dedit.
L.D.A.B.M. locum dedit Aulus bene merenti.
L.AG. lex agraria.
L.IV. lex Julia.
L.VOC. lex Voconia.
L.CIN. lex Cinthia.
LIB. Libertas.
L.L. Lucii liberti.
LEG. X. legio decima.
L.PVB. loco publico.
L.PR. loco privato.

C

L.H. locum hunc.
L.F. Lucii filius.
L.D. locum dedit.
L.L.Q.F. Lucium Luceium Quinti filium.
L.L.L. Lucii liberti locus.

Additio.

L.V.G.P. Lucius vetus, *vel* Verus, Galliæ procurator.
L.C. legavit *vel* legatum.
L.A.P. ludi Apollinis *vel* Apollinaris.
L.P.D. locus publice datus.
LG.D. legio decima.
L. S. liberto suo.
LL.SS *vel* L.SS. libertis suis.

D

L.M. locus monumenti.
L.P. lege punitus.
L.Q.S. locus quæsitus senatui.
L.F. Lucius Flavius, *vel* Flaminius, *vel* Lucii filius.
L.A.N. Lucius Annius, *vel* quinquaginta annis.
L.L.L.M.M. lacerat, lacertum Largii, mordax. Memmius.
LAD. locus alteri datus.
L.B.M.D. locum bene merenti dedit *vel* donavit.
L.E.D. lex ejus damnatus.
L.R. lege rogatus, *vel* lex Romana.
L.V. lex vetat, *vel* quinquaginta quinque.
L.F. Lucii filius.
L. quinquaginta.

L.V.D. ludus *vel* ludi.
LVD.SEC. ludi sæculares.
LVD.SEC.FAC.C. ludos sæculares faciendum *vel* ıciendos curavit.
LEG.X. legionis decimæ.
LEG.III. legionis tertiæ.
LAT.P.VIII.S. latum pedes octo et semis.
L.Q.ET.LIB. libertisque et libertabus.
L.C. Latini coloni, *vel* Lucius Cornelius.
L.D. legem dat *vel* locus divinus.
L.P. locus populi.
L.S. locus *vel* lucus sacer.
L.D.DD. locum dono dedit.
L.PUB. Lucius Publius.
L.H. locus hæredum *vel* locum hæredibus.

M

M. Marcus, *vel* monumentum, *vel* Mucius, *vel* ıille, *vel* moneta.
MAX. Maximus.
MA. Macuvius.
MVN. municipia *vel* municeps.
M.E.M. municipia ejus municipii.
MAG.EQ. magister equitum.
M.V. Mutius.
M.F. Marci filius.
M.L. Marci liberti, *vel* militis locus, *vel* mille quinuaginta.
M.N. meo nomine.
MV. F. Mutii filius.
M. mulier.
M.S. mensibus *vel* menses.
MNF.L. manifestus locus.
M.P. *vel* POS. mensam posuit.
MIL. miles.
M.C. monumentum condidit *vel* consecravit.
M.MAN. Marcus Manlius.
M.N. millia nummorum.
M.R. militia Ravennatis.
M.POP. Marcus Popilius.
M.AEM. Marcus Æmilius.
M.REG. militiæ Regiensium.
M.LEP.C.REG.INST. Marcus Lepidus civitatem egii instauravit.
M.C.F. mortis causa fecit.

Additio.

MAG. magister *vel* magistratus.
MO. monumentum *vel* moneta.
M.P. Marcus Pacuvius.
M.C. Marcus Cicero *vel* Cato *vel* Calpurnius.
MER.S. Mercurio sacrum.
M.H. magnus homo.
M.I. maximo Jovi.
M.R. miles Romanus.
M.S.P. monumentum suum *vel* memoriæ suæ poıit.
M.B. *vel* MVL.B. mulier bona.
M.AVR. Marcus Aurelius.
M.M. milites.
M. X. menses decem.
MAXX. maximi in multitudine.
MET. Metius.
MAN. Manius.
MILIT. militavit.

N

N. Nonius *vel* non, noster, nepos.
N.L. nominis Latini.
N.C.C. non calumniæ causa.
NON. Nonarum.
N. numismatis *vel* nummus.
N. nostro *vel* Neptuno.
N.F.N. nobili familia natus.
N.CL. Nero Claudius.
N.G. nobilis genere.
N.MACR. Nonus Macrinus.
NEP.S. Neptuni sacellum.
NN.PP. nostrorum principum.
NEG. negotiator.
N.L. non licet.
NOB. nobilis.
N.FC. nostrum *vel* nostræ fidei commissum.
N.Q. nunquam, nequam, *vel* nusquam.
N.H. notus homo.
NAT. natalis, natalia *vel* natalitia.
NAV. naves *vel* nauta.
NVP. nuptiæ.
NATOR. natorum.
N.FA.NA. nobili familia natus.

Additio.

NEP. Neptunus.
NR. Nero.
NAC. nactus.
NEP.RED. Neptuno reduci.
N.L. non liquet.
NON. Nonis.
NV. Numa.
N. numerus.
NON.APR. Nonis Aprilis.

O

O. *vel* OP. optimo, *vel* ordo, *vel* opertum, mortem subiit.
OP. oportet.
OP.P. optimo principi.
OR. ornato.
OB.M.E. ob merita ejus.
OB.M.P.E.C. ob merita pietatis et concordiæ.
OM.V.F. omnibus viris fecit.
OB. obiter.
OR.M. ordo militum.
ORB.PAR. orbati parentes.
O.V.D. omni virtuti dedito.

Additio.

O.M. optimus maximus.
O.P.F. optimo principi fecit, *vel* patrono, *vel* patruo.
OPP. oppidum.
O.V.F. omnia vivens fecit.

O.P.F. optimo principi fecit.
OB.C.S. ob cives servatos.

P

P. Publius, *vel* pupillus.
POP. populus.
P.R. populus Romanus.
P.I.R. populum jure rogavit.
P.S. Posuit sibi *vel* plebiscitum.
PR. prætor.
PRR. prætores.
P.C. patres conscripti, *vel* pactum conventum, *vel* pecunia constituta.
P.P. Pater patriæ.
P.P.P. primus pater patriæ.
PR.S. prætoris sententia.
P.R.E. post reges exactos.
PROC. proconsul.
PONT.MAX. pontifex maximus.
PR.VR. prætor urbanus.
P.H.C. publicus honor curandus.
PAR. parentum.
P. M. principi militum.
PA. pupilla.
PR. PER. prætor peregrinus.
PIENT. pientissimus.
P. P. Pater patratus.
P. IV. *vel* I. principi juventutis.
PROCOSS. proconsules.
PRAE. VIGIL. præfectus vigilum.
PRAE. VRB. præfectus Urbis.
P. S. F. publice sibi fecit.
P. F. Publii filius *vel* Pius Felix.
P. L. Publii libertus.
PRID. KL. pridie Kalendas.
P. M. pontifex maximus.
PATR. patritius.
PLEB. plebis.
P. S. F. C. publicæ saluti faciendum curavit, *vel* publico, *vel* proprio sumptu faciendum curavit.
(In arcu Romæ Sibylla sculpi fecit has litteras quæ postea per Bedam declaratæ sunt :)
P. P. P. P. E. S. S. S. E. V. V. V. V. V. V. V.
F. F. F. F.
Primus pater patriæ profectus est; secum salus sublata est. Venit victor validus vincens vires urbis vestræ ferro, fame, flamma, frigore.
P. P. R. pace populo Romano.

Additio.

P. IR. populus, *vel* Publius irrogavit.
PA. DIG. *vel* P. D. patritiatus dignitas.
POT. potestas.
PARTH. Parthicus.
P. D. publice dedit.
PEC. peculium *vel* pecunia.
PRI. K. pridie Kalendas.
P. Q. postquam.
PROV. provincia.
POM. Pomponius.
PRS. præses.
PVB. Publicus.
PICEN. Piceni.
PRON. pronepos *vel* proneptis.
PRAEF. præfectus.
PERT. Pertinax.
PRS. P. præses provinciæ.
P. AEL. AVG. LIB. Publius Ælius Augusti libertus.
P. S. F. publicæ saluti *vel* sibi fecit.
P. posuit, *vel* pes, *vel* passus, *vel* Publius.
POST. Posthumius, *vel* Posthumus.
PROPR. proprætor.
PRID. N. AP. pridie Nonas Aprilis.
P. P. HISP. C. præses provinciæ Hispaniæ Citerioris.
PAL. Palmensi.
P. SS. plebiscita.
P. F. publice fecit.

Q

Q. Quintus, *vel* Quintius, *vel* quartus.
Q. M. quomodo.
QAM. *vel* AM. quemadmodum.
Q. S. S. S. quæ supra scripta sunt.
Q. R. F. E. V. quod recte factum esse videbitur.
QVES. quæstores.
Q. L. Quinti liberti.
Q. N. A. N. N. quando neque ais, neque negas.
Q. B. F. quærere bonum factum.
Q. E. R. E. quanti ea res erit.
Q. F. Quinti filius.
QVINT. Quintilius.

Additio.

Q. B. M. V. quæ bene mecum vixit.
Q. E. R. E. IV. D. quanti ea res erit judicium dabo.
QVIR. Quirites.
Q. M. Quintus Mutius.
Q. B. F. quare bene factum.

R

R. L. P. recte legi possit.
R. F. E. D. recte factum esse dicetur.
R. F. E. V. recte factum esse videbitur.
R. P. respublica.
RET. P. XX. retro pedum viginti.
RVR. rura.
R. P. C. retro pedes centum.
R. P. Romani principes.
R. C. Roma civitas.
R. R. rurum Romanorum.
R. REG. rurum Regiensium.
R. R. ruderibus recolligendis.
R. D. regis domus.
R. R. R. F. F. F. regnum Romæ ruet ferro, flamma, fame.
R. P. C. reipublicæ constituto.
R. N. LON. P. X. retro non longe pedes decem.

Additio.

R. Roma.
RO. Romani.
REG. regio.
REI. M. rei militaris.

R. R. rejectis rudibus *vel* ruderibus.
R. VE. res Veronensis.
R. G. F. regis filius.
R. G. C. rei gerendæ causa.
R. S. P. res sua publica.
RVR. rursus.

S

SP. Spurius.
SER. Sergius *vel* Servius.
S. C. senatusconsultum.
SEX. Sextus.
S. D. sententia dicit *vel* dedit.
SYL. Sylla *vel* Sylvius.
S. N. L. socii nominis Latini.
S. F. S. sine fraude sua.
S. T. A. sine tutoris auctoritate.
S. P. Q. R. senatus populusque Romanus.
S. N. S. Q. si negat sacro quærito.
S. S. C. secundum suam causam.
S. L. sacrorum ludorum, *vel* sacrum ludum.
S. S. sacri scrinii.
S. P. sacri palatii.
S. * *vel* semisve cum dimidio.
S. P. D. salutem plurimam dicit.
S. S. S. senio sanctissimo sacrum.
S. C. F. E. senatusconsultum factum est.
SS. sanctissimus.
S. sacrum, *vel* sacellum, *vel* Sulpitius, *vel* sanctus.
S. S. somnium, somniator.
SIC. V. sicut voluit.

Additio.

SEX. P. Sextus Pompeius.
SARM. Sarmatius.
S. *vel* SN. senatus.
SATVR. Saturnus *vel* Saturnalia.
ST. sitibus (*pro* litibus).
SEPT. Septimus *vel* Septimius.
S. sacrum.
ST. Statius.
SER. sertor.
SAC. SOL. DED. sacrum soli dedicavit.
S. D. senatus decretum.
SCRIB. AEDIL. scribæ ædilitio.
S. S. sententia senatus.
SS. Sestertius.

T

T. Titus.
TIB. Tiberius.
T. A. Titus Anius *vel* tutoris auctoritate.
TR. PL. tribunus plebis.
TVL. Tullius.
TR. M. tribunus militum.
TR. AER. tribunus ærarii.
TR. POT. tribunitiæ potestatis.
TR. CEL. tribunus celerum.
TR. V. CAP. triumviri capitales.
TR. V. MON. triumviri monetales.
T. F. Titi filius.

A T. F. I. testamento fieri jussit.
TIB. D. F. M. tibi dulci filio meo.
T. V. *vel* TIT. V. titulo usus.

Additio.

TP. B. *vel* T. B. tempus bonum.
T. M. D. *vel* DD. terminum dicavit.
T. C. testamento cavetur.
TAR. Tarquinius.
TER. Terentius *vel* terminus.
T. L. Titus Livius *vel* Titi libertus.
TR. LEG. II. tribunus legionis secundæ.
T. P. terminum *vel* titulum posuit.
TUT. tutela.
T. S. F. I. testamento suo fieri jussit.
TT. Titi duo, *vel* plures, *vel* testamenta.
B TIT. V. Titus Vespasianus.
TRANS. P. A. trans Padum amnem.
TIT. V. titulo usus.

V

V. FS. et S. Vivens, *vel* vivus fecit sibi et suis.
V. R. urbs Roma.
VRBISAL. urbisalia, *vel* urbs Salvia.
VAT. vates.
V. A. veterano assignatum.
V. FR. usufructus.
V. F. vivens *vel* fecit.
V. B. A. viri boni arbitratu.
V. P. R. veteri possessori relictum.
V. PRAE. vir prætorius.
C V. DICT. vir dictatorius.
V. VRB. Vir urbanus.
VI. VIR. sextumvir.
V. S. L. M. vivens sibi locum monumenti.
V. C. Quinti consulis.
V. P. vivens posuit.
V. D. vivens donavit.
V. S. vivens statuit.
V. F. vale feliciter.
VX. uxor.
V. S. L. M. voto soluto, *vel* solemni libero munere.
V. M. M. votum merito Minervæ.

Additio.

V. F. vir fortis.
D VAL. Valerius.
V. B. F. vir bonæ fidei.
V. E. verum etiam.
V. I. vir justus.
VIC. victor.
V. V. virgo vestalis.
VIR. Virgilius, *vel* virtus.
VRB. Urbs *vel* urbanus.
V. N. quinto Nonas.
V. V. viva Venus.
V. *vel* VIX. vixit.
V. F. vivens fecit.
V. C. clarus *vel* consularis.
V. S. L. M. P. vivus sibi locum monumenti posuit.

V. Q. A. L. K. S. viginti quinque asses legitime condemnati sunt.

V. quinque.

V. V. MAX. virgo vestalis maxima.

V. A. XII. M. II. D. III. H. IIII. vixit annos duodecim, menses duo, dies tres, quatuorque horas.

VOL. Volesus.

VOP. Vopiscus.

VO. Volero.

VI. S. sex et semis.

VI. V. sextumvir.

V. P. vir prudens *vel* vir perfectus.

V. S. vir sacer.

X

X. V. decemvir *vel* viri.

X. decem *vel* denarii.

XV. VIR. S. F. quindecimvir sacris faciendis.

XXII. S. viginto duo et semis.

IXI *significat* mille *videre in marmore.*

Romanorum civium nomina pronomina ac cognomina eorumque magistratuum quæ in antiquis descripta codicibus reperiuntur, per abreviationem litterarum sunt, ut infra patebit.

Per primum nomen prænomen intelliges.

Per secundum proprium nomen.

Per tertium vero agnomen. Idemque est supra nomen interdum, ut in exemplo :

C. IVLIUS CAESAR
CN. POMPEIVS MAGNVS
L. STATIVS DIODORVS
L. POMPEIVS CORNELIANVS.

Et sic debent poni omnia in eo casu et proferri in quo positæ sunt dictiones, ad quas referuntur :

M. CICERO IM. CAES. AVG.
Marcus Cicero imperator. Cæsar Augustus.
HIRCIVS ET PANSA IMPP.
Hircius et Pansa imperatores.

A SYLVANVS ET MVRENA COSS. DESIG.
Sylvanus et Murena consules designati.

DE NUMERIS.

Exprimuntur unus per I, binarius per II, quinarius per V, denarius per X. Littera I ut sic IX habebit novem, si postponatur habetur undecim XI. L quinquaginta, C centum, D quinquaginta, M mille, sic; et nota quod quolibet figura si imponatur ei linea ex transverso directa, tot significabit millenarios quot per se significat unitates, ut mille unitates.

$\overline{I}$, mille significat.

$\overline{V}$, quinque millia.

$\overline{X}$, decem millia.

B ↀ *vel* CC, ducenta.

M *vel* ∞, mille.

I. ↁ quinque millia.

CCIↁ; $\overline{X}$; ↁMC: IMI, decem millia.

DMIↁↁ; $\overline{D}$ quinquaginta millia.

CCCIↁↁↁ; centum millia vel $\overline{C}$, *vel* $\overline{CM}$.

CMↁ *vel* CQↁ, mille millia.

ALIÆ ABBREVIATIONES.

P. I. R. P. Q. I. S. I. F. P. R. E. A. D. P. populus jure rogavit populusque jure suscepit in foro pro rostris et ante diem pridie.

E. H. O. L. N. R. ejus hac omnibus legem nihilum rogatur.

S. R. L. E. E. C. Q. O. R. E. si rem lex ex ejus
C causaque omnium rerum esto.

M. E. M. D. D. E, municeps ejus municipii dare damnatus esto.

C. E. D. conjunctum esse dicetur.

S. Q. M. D. E. R. A. P. P. V. O. E. CONSPR. TR. P. L. Q. N. S. Q. E. V. A. P. PL. F. Si quod me de ea re ad populum plebum valeto opus est conspreto. Tribuni plebis qui nunc sunt quod ejus videbitur ad populum plebis ferant.

Et sic ad infinitum.

ÆVI CAROLINI CARMINA.

I.

Versus in laudem Lotharii imperatoris positi in fronte textus Evangeliorum quem ipse obtulit manasterio sancti Martini Metensis (4).

[Apud Baluz., *Capitul.* tom II. col. 1565.]

Arbiter altithronus mundi, formator et auctor,
Quique polos servas, et cuncta potenter et ævi;
Qui regnare jubes reges per sæcula mundi,
D Hlotharium, qui nunc fultus pietate tua alma
Induperator habetur rex Augustus in orbe,
Dextera celsa tua exaltet, defendat et ornet,
Imperium ut teneat, dilatet, firmet, adunet,
Utatur bene pace fruens et prosperitate,
Ac valeat, vigeat, vivat per sæcula felix.
Nam pius ipse Augustus, Christi ductus amore,
Hoc decus almificum Ecclesiæ prævidit ut esset.
Præsulis atque beati Martini veneratu

(4) Codex ille Evangeliorum a Lothario datus monasterio S. Martini Metensis, servatur in præsentiarum in Bibliotheca Regia, in cujus initio apposita est imago Lotharii de qua vers.-22 : *Pictus habetur*, etc., Baluz.

pulchreque gregem librum intra scribere [jussit.
s ornari auro et picturis venerande,
ɔtum faciat quantum pollet locus ille.
ɔigilaus parens jussis regis studiose
Evangelium illic totum scribere jussit.
cripti atque gregis voluit frater fore Cæsar,
et ut humilis donum capiatque supernum.
ɔe ipse grex toto nisu cunctipotentem
irtute Augusti et prosperitate perenni,
eneranda et conjuge necnon prole precatur.
s habetur ob hoc necnon rex pagina in ista,
uisquis vultum Augusti hic conspexerit un- [quam,
lex ipse Deo dicat [: Laus] Cunctipotenti;
ɪrius requiem mereatur habere perennem,
Dominum nostrum Christum, qui regnat ubi- [que

II.

us in fronte Bibliorum positi et aureis teris exarati in vetustissimo codice ms. ɔnasterii sancti Dionysii, qui nunc ex- ɪt in bibliotheca Regia.

[Baluz., *ibid.*]

rum seriem Carolus rex inclytus istam
ɔxit chryso corde colens catharo.
anda nimis Domini sapientia summi,
præsens aderat dum cœlos ipse parabat!
pectanda minus quod sic disponere cuncta
ɪe composito nostri sub jure coapto.
ellas stellis interposuisse videris,
eas vario expungens discrimine metas,
nibus cunctis statuens præponere solem.
ɪoque circuiens cœli sic undique gyrum,
ti mediam convexo climate terram.
are fluctifluum divisa parte locasti.
sas gentes habitus sic mosque reservant.
ɪ primatum cunctis in gentibus æquum
tenes, propria reprimens virtute superbos.
ɔus et regnis semper tu jura dedisti;
t atque tuis quisquis de regibus orsis,
ine sublimi micuit sublimior ipse.
ɔs dicti, felices sunt quoque facti.
ɪe hæsere tibi, tua laus et gloria regnant.
rum serie de multis multa feruntur.
ctis aliis, reprobatis denique multis.
lam glorifico rexisti nomine reges.
ervasse tuum tibimet specialiter unum
oprium Carolum claret sapientibus orbis,
ɪ solem solum regali schemate clarum,
ne conspicuum ponis, sapientia, primum.
licet atque libet scrutari funditus illum
nodum reges tibi quo placuisse sciuntur:
e tuus dici Carolus vel possit haberi,
atur saltem paucis rudibusque loquelis.
ɔ namque David per te regnavit et egit,
ɪ beatorum, necnon et norma reorum,
docens sanctos, rursusque resurgere lapsos.
ɔateris humiles penitus tu, sancta, perire,

A Quos te corde tuo satis acceptasse fateris.
Corripis et reprimis quos corrigis, erigis æque.
Exerces cunctos animo quos diligis almo:
Viribus et validis virtutes grata ministras.
Displicuisse putant stolidi quos diligis imo.
Rex Salomon quoniam potus tua dona petivit,
Ut sapiens posset fieri, præcelsior ullis
Regibus existens, opibus pollebat opimis,
Judicioque rato tecum bona plurima sanxit,
Doctrinaque tua mundum redimivit abunde,
Mirificum Domino meruit quoque condere templum,
A te secedens, in se dispendia passus,
Dogma quod exhausit de te, per sæcula lucet.
Ergone tute tuum Carolum non diligis ultro?
An hominum cuiquam humili fit corde secundus?
B An pietate calet caluitque tanta vel alter?
Qui memorans adeo cunctarum pectore rerum
Ut nihil auditum vel visum oblivio carpat.
Propria sola latet delata injuria mente.
An de justitiæ dicam sileamve tenore?
Si quid forte minus, fateor, miseratio vincit
Eia age, prome manum largam, vox libera dictu:
Testis erit verax nunc orphanus atque pupillus.
Sic merito cunctos istorum nomine signo,
Dum non excipitur quisquam, nec pellitur usquam.
Nec mare præterea fervens in gurgite vasto
Hanc retinere manum potuit poteritque vel unquam.
Diversæ hoc linguæ diversa parte loquuntur:
Diversi mores laudant concorditer ipsam.
C Felix ergo manus, sed mens feliciter hujus
Pauper quæ potius secum quin constat egena,
Non inflata tumens regalis stemmate typi.
Sed caro dum gemmis auroque ornata refulget,
Hæc secum semper meditatur nocte dieque,
Lucidior Christo quo sole resplendeat ipso.
Sicque tuum Carolum facis, o sapientia, solem.
Nempe ubi thesaurus, cor ibi fore rite probatur,
Quod hujus domino semper constanter adhæret;
In quo quidquid habet, dulci pietate recondit.
Quid si nunc ipsum terris in carne videret?
Quo sub amore pedes, quo voto figeret ori,
Quando datam legem tanto veneratur honore;
Quid de evangelico textu replicabo colendo?
En ipsos apices gemmis circumdat et auro.
D O quanto Christum mens fervida diligit ista,
Cujus amore sibi vilescunt omnia mundi!
Est modus ut nec habens habeat, nec habere cupi- [scat;
Est et habens sicut nec habens, sed et erogat ultro.
Ista virum virtus condigno nomine comit.
Ecce patet Salomon quoniam, o sapientia, temet
Non plus dilexit Carolo sine fine beando.
Tu quoque nec David tantisper quæque probasti.
Inter quæ quædam de quodam gratia facto
Multa tibi toto debetur corde ferenda.
Amisit David regnum rursusque recepit.
Morte tamen geniti tristatus valde dolebat:
Tuque tuo Carolo reparasti regna paterna.
Nec dolor accessit, sed amor fraternus adhæsit.

Unde tuum Carolum semper servabis ubique.
Ergo nec hunc David, nec Job magis esse probatos
Apparet plane, pro te nec plura tulisse.
Quanta tuus Carolus, mitis, pius atque benignus,
sobrius sapiens fortis atque justus.
ΝΗΦΑΔΕΟC ΦΡΟΝΙΜΟC CΠΟΥΔΑΙΟC ΚΑΙΔΕ ΔΙΚΑΙΟC
Æquivoco Carolo frustratus germine digno,
Indulsit pro te sævo scævoque tyranno;
Omnibus atque suis regno privantibus ipsum
Tam bonitate proba, tanta pietate pepercit.
Quin pervalde suis inimicis maxima rursus
Prædia restituit, donans ac plura quibusdam.
Quid mereatur herus sancti, sapientia, tantus.
Judicio nostro primus præ regibus exstat.
Pragmate posco pio, populorum pectora pando.
Præcluo prosit perprobra proprietas.

III.

Versus in fronte Bibliorum aureis characteribus exarati in vetustissimo codice ms. bibliothecæ Colbertinæ, qui fuit sancti Stephani Metensis.

[Baluz. *ibid.*, col. 1568.]

Rex benedicte, tibi hæc placeat bibliotheca, Carle,
Testamenta duo quæ relegenda gerit.
Fert quod amas, quod amare velis, quod discere [prosit,
Quod capias, teneas, quodque frequenter agas.
Corrigit, hortatur, reficit, castigat, honestat,
Arguit, obsecrat, increpat, ornat, alit.
Eloquium, mores, studium componit et actus;
Estque cibus, potus, norma, via, arma, salus.
Interiora hominis promit, cœlestia pandit,
Aptat utrumque sibi munere plena Dei,
Et præsens transacta canit, præsentia monstrans.
Singula jura silet, singula sed resonat.
Instabilem quamvis stabilem post reddet amantem
Se si sit fassis deditus ille suis.
. . . . . us ut verum credat quod continet omne
Inde sequens veri spes fiat æqua pii.
Dulcis amor nimium mox rite duobus in ollis
Tertius incedat, jungat et ipse tria.
Jam subeant menti fuerint quæ noxia culpæ,
Per lacrymas genitus perque doloris opus.
Sic sic cum precibus quæratur gratia Christi,
Muneris est cujus quidquid in orbe boni :
Quid volumus, petimus, facimus, quid scimus, ha- [bemus,
Inde datur nostris utile non meritis,
Aut vanum aut vacuum aut nil aut laudabile nus- [quam
Spiritus auctor agens cui nisi sanctus eat.
Quo duce res adaperta patet quæ clausa latebat,
Antea eo nutu hanc reserante suo :
Cum quo mens pollet, sine quo tenebrascit in um- [bris,
Ceu careat luce vel rationis ope.
Præterea corpus minuant jejunia digne
Casta atque excubiæ noctis ubique bene.

A Quatenus ingenium concrescat acumine sensus,
Cum caro putris abit, cum tenuata perit.
Carne fatigata, pedetentim gliscit acumen
Cordis, et initium sumit habere datum.
Cos acuit ferrum, mihi crede, secare capillum,
Radere seu pariter absque labore caput.
Nec minus affectum justo moderamine corpus
Intellectum effert, sanat et auget eum.
Denique dum superent gazæ, dum larga facultas,
Dum majora inhies, dum utiliora roges,
Da quod egent miseris, miserum defensio fito;
Pauper, egenus, inops te miserante boet.
Te miserante boet vivat quicunque misellus,
Te auxilium vitæ postulat esse suæ.
Esto pater, frater, mater, soror, agnus utrinque,
B Debilibus spes, res, gloria summa, dies.
Dilige justitiam, callis comitetur amicus
Justitiæ tecum primus ad omne bonum.
Exalta, muni, custodi, collige, lauda,
Sublima clerum seu venerare tuum.
Ædibus et sacris meritos sic defer honores
Sedibus in sanctis ut merearis opem.
Tempore manduca, bibe, dormi, surge, labora,
Sunt facienda suis omnia temporibus.
His habitis aliisque bonis in nomine trino
Cunctipotentis heri cum deitate sui,
Hujus ab initio tomi scrutarier, oro,
Ejus scripta pia mente, opere, fide, oro.
Hic fons, hic doctrina potens, hic flumina opima
Ecclesiæ sanctæ candidiora nive.
C Scilicet alticanori quinque volumina Moysi
Juncta nitent mortem illius usque canant.
Josue dux ducens consurgit fortis in armis
In patriam populum jure tenente locum.
Septimus ecce Liber censorum nomina fatur
Quorum Hebræa fuit sub ditione manus.
Horum facta, genus, tempus, loca, bella, triumphi
Sunt inserta sibi debito honore sui.
Femina quis sociata sedet Ruth nobilis una,
Quam Job eximiæ consequitur fidei.
Hunc imitare libens, quoniam patientia pura
Exstitit, ac nobis magna figura fuit.
Quattuor et Regum libris his octo prophetas
Ante, quibus David jungitur hymnificus;
D Hymnica Psalmorum cecinit qui carmina David,
Plurima de Christo mystica sæpe loquens;
Prodiit ex cujus regali virgo Maria
Semine, quæ peperit virgo beata Deum.
Pacificus Salomon, necnon Sapientia juxta,
Tertius est Jesus continuatus eis.
Post Paralipomenon, Ezras quoque, sive Nemias,
Hinc Ester, Judith, et Tobias recinit.
Inclyta bella deinde tonant Machabea quondam
Pro lege ac patria proque salute data.
Hæc Scriptura quidem breviter memorata vetusta
Stat, quanquam modico rusticuloque stylo.
Initiant Testamenti præcepta Novelli
Bis duo concordi famine sanctivomi,
Matthæus, Marcus, Lucas celsusque Joannes,

In sensu parili dogma tonando Dei :
Personæ quorum variæ, doctrina sed una,
Unus utrisque tenor, una sequenda via.
Hi quid, vel quæ, quanta seu vel qualiter egit
A Patre descendens Natus, ubique docent.
Hinc hominis primo facies ascribitur, orsus
Est, quia sat Domini cœlitus ex Genesi.
Forma leonis inest pulchre formata secundo,
Quod tetigit rura devia voce sua.
Rebus ait sacris siquidem quia tertius, inde
Nunc olli species imprimitur vituli
More aquilæ quoniam transcendit sidera quartus,
Ejus ob id specimen stemnatis ipse gerit.
Quis et apostolicos Lucas quos edidit Actus
Subdit, ubi totus instruitur populus.
Catholicæ hinc septem redolent mirabile chartæ,
Format apostolicus quas operando stylus.
His hærent bis septem Pauli scripta deinde,
Ante lupina cui vox, modo ovina micat.
Hoc concludit opus jam visio sancta Joannis,
Visio sancta satis ac memoranda nimis.
Hæc nova rite cluit series subjuncta priori,
Umbra prior quarum causaque posterior.
Ergo iter est duplex utriusque effectus in uno
Quo tribuente datur scansio celsa poli :
Hic quia divitiæ æternæ vitalia mense
Implent omnino nectare perpetuo ;
Hic, paradise, tuus nitida ratione patescit
Multimodus fructus melliferaxque locus.
Hic sitiens potum, esuriens panem, anxius æque
Lætitiam inveniet, lætus et inde flet.
Hæc tamen in hoc mortali dum corpore quisquis
Degit habetque magis, plus ab amore velit.
Sic si ligna magis dentur, magis æstuat ignis.
Sic mage vina sitit prout mage quisque bibit.
Cum vero spes res fuerit, tunc pleniter horum
Plenus amator erit, jam satiatus ero.
Ad quod hæc domus, hæc doctrina, hæc semita tan-
[tum
Mens instet vere sub deitatis ope.
In physicis, logicis, etiam moralibus isthic
Omnia sunt, lector, in brevitate tibi.
Hic hic argentum, aurum, gemmæ, vascula, vestes,
Et quidquid terræ carius esse valet.
Hic et lex pretiosa. Nihil pretiosus illa
Aut est, aut viget, aut ridet, oletve sacre.
Justa jubens, injusta vetans, mala cuncta repellens,
Omnibus inque bonis nobilitate potens.
Discidium, furor, ira, dolus, discordia, rixa
Concilio Legis hujus obire queunt.
Erudit indoctos, quosdam sapientibus æquans,
Contribuit mediis dogma salutis ita.
Magna pluit magnis, disponit parvula parvis.
Est in utroque stylus justitiæ validus.
Notitiam Jesu præbet confessio munda.
Exstat ea en homini lex veneranda sibi.
Exstat ea en homini lumen per compita mundi
Terribili voce lux et origo sui.
Artibus ingenuis præcellit dignius ista.

A Ars, genere, eloquio, vi, ratione, vice.
Utile sive decens necnon perstringit honestum.
Imbuit, exornat, instruit, armat, amat.
Hæc aperit totus postquam mutaverit orbis
Quid sit ibi Ecclesia mox reditura citim.
Terret ibi plures, quosdam demulcet et illic
Fixa futura notans nec dubitata quidem.
Ante tamen reserat clare primordia cosmi,
Et per quam illius esse fuit sophiam.
In primis cœli terræque marisque creator,
Ipsius et Natus, Spiritus atque agius.
Hujus ab amne fluit divina scientia late,
Mundum pestiferis exspolians tenebris,
Quoque modo quisquis caveat munitus ab armis
Hostis perversi tela inimica nimis.
B Quadrivium gignit virtutis nobile sane,
Terrigenum mittit per quod in astra genus.
Hæc quam multiplici sermone salubria semper
Attrahit atque monet, sive monendo jubet.
Hæc jubet, atra fugat, dehinc fallacia pellit,
Vera superna cupit : hæc facit, illa fugit.
Exsul ab exsilio dapibus solatur opimis,
Cum legit aut relegit, cumque relecta sapit.
Hæc mala vile vehit coeuntia temporis hujus,
Nec digna æternis æstimat esse bonis,
Aut ea cerne timet, tantum formidat am..a
Quantum ne non sit cœtibus in superis.
Hic Dominus loquitur, hic nos ei corde loquamur,
Quo nil majus adit, nil vel adire potest.
C Quisquis es instructus mundanis usibus hisce,
Quis Salomon opibus ditior emicuit,
Hoc concessa cui dives sapientia fecit,
Regibus ac cunctis hunc ea præposuit.
Tu quoque qui es humilis, prudens, intentio sancta,
Se propter sophiam dilige, posce, cape.
Annon plus id pro quo aliud sit quam actio quæ sit.
Se tamen hæc sophia plus nec habere quiit.
Ergo Deus trinus, pax, seu sapientia vera,
Ultra non laus, nec versificalis apex.
Huic operi magno magnis te nisibus aptas,
Inclyte rex Carole, lumine chare mage,
Es splendor populi, lux mundi, gloria regni,
Et bonitate prior, nec pietate minor,
Nunc etiam cunctis prælatus justius alme
D In genere humano nisu, opere, arte, fide.
Vi David, intellectu Salomon benedicto,
In specie Joseph, spe induperator ovans.
Qui mare, qui terram, qui totum continet orbem,
Te conservet, amet, ducat adusque polum.
Sit tibi honor, pax, ordo, decus, patientia, regnum,
Prosperitas omnis, et sine fine vale.

In fronte Novi Testamenti.

Exsulta lætare satis, rex inclyte David
Egregii voti compos ubique tui.
Carle decus regni, fax cosmi, gloria cleri,
Ecclesiæ fautor militiæque decor.
En jam lecta tibi series transacta vetusta,
Sed nova rite sequens ista legenda patet.

Cujus in initio clare primordia clara
Matthæus Domini concinit ex Genesi.
Ceu leo per deserta, fremit deserta minando
Vox tua, Marce, suo fulta perenne Deo.
Mystica sacra sacræ partes per quattuor orbis
Fert studium Lucæ lucis ab arce piæ.
Ad Genitum Patris super æthera, celse Joannes,
Scandis, et ex Verbo verba colenda canis.
Eximii hi jaciunt late mysteria Christi,
In sensu parili conveniuntque sibi.
Plusve minusve vel æqua boant, sua sicque dehiscunt.
Attamen effectus unus utrinque novus.
Hoc Evangelium sanat, blanditur, honorat,
Castigat, reficit, munit, honestat, alit.
Hic modus effandi, hic virtus, hic actio munda,
Hic cibus, hic potus, hic benedicta salus.
Hic vita, charitas, via, spes, verumque, fidesque,
Seu bona cuncta simul consociata vigent.
His assuesce diu, hæc meditare, hæc dilige, sive
In sermone opere hæc habitare stude.
Rex bone, rex sapiens, rex prudens, rex venerande,
Rex Carole alme, vale cum pietatis ope.
Det tibi sceptra patris Jesus, confirmet, adunet,
Præmia sanctorum ut merearis. Amen.

* *In fine codicis.*

O decus, o veneranda salus, o splendide David,
Rex Carole alme vige cunctipotentis ope.
Gloria, laus, honor, omne decens, miseratio clemens
Pictus es hic studio artis ab eximio.
Sed quia tam hæc rutilans species it nonnisi fecit
Vera tui omnis cui cedit imago viri,
Es prior effigie, sensu prior, artibus, odis :
His prior aut illis, restat in ambiguis.
Et bene grata tuis hæc ignoratio, David,
Fulget ubique locus lætitiæ nimius.
Fert et eis manifeste quod sis major utrinque
Magnis in cunctis omnibus orbe viris.
Justa jubes, injusta vetas, mala cuncta recidis :
Dictis seu factis is via sancta tuis.
Quæ canis ipse facis, neque in his reprehensio [sordet,
Aut in utroque nisi actio pura Dei.
Ecclesiæ fautor, cleris populisque levamen
Ordinibusque sacris quam sacer ordo satis.
Per te pontifices pueros cum chrismate sancto
Nomine de Christi rite novare queunt;
Quis tribuis meritos merito deitatis honores,
Dum te subdis eis corde, opere, ore, fide.
Scis ideo servas quod portio debeat ire
Prima tui Domini, qui dedit esse tibi.
Pauper, egenus, inops, vidua, orphanus, anxius, [orbus,
His aliisque datus es pater atque cibus.
Judicii volvis totiens extrema diei,
Quodque putris caro fis ac periturus homo.
Propterea es justus, prudens, fortis, moderatus :
Semper larga manus, et pietatis opus.
Qui pluviæ guttas, numerum qui novit arenæ,

A Te laudare potest pleniter aut merite.
Ceu plumbum argento, æs auro, rus sidere distat,
Gemma vitro, scandit plus tua fama modo.
Ante Brito stabilis fiet vel musio muri
Pax bona quam nomen desit honosque tuum.
Jam jam pro tanto, pro tali rege profusas
Orbis agat mecum totus abunde preces,
Ut valeat, vigeat, vivat per sæcula felix,
Utatur pace, prosperitate fruens,
Regnum habeat, teneat, dilatet, fulciat, ornet,
Addat ei jura legis ab arce pia,
Insuper his habitis præclare in tempore mortis
Perpetuam requiem hic mereatur. Amen.

B *In ultima libri pagina, ante imaginem cujus mentio facta est in nota ad carmen primum.*

Hæc etiam pictura recludit qualiter heros
Offert Vivianus cum grege nunc hoc opus.
Ante ubi post patrem primites mundus amandus,
Sigualdus justus, summus Aregarius.
Quis tribus est probitas, pietas verumque, fidesque
Cætera honesta quoque consociata simul.
Quartus his hæret junctus sanctissime David,
Qui te vi tota mentis amore colit.
Hi proni tibimet Domino de parte beati
Martini ac fratrum ecce librum tribuunt ;
Cujus honore rogant placeat, laudetur, ametur
Scrutetur, prosit, auxilietur, alat ;
In quo nil aliud quam fratrum sola voluntas
C Ex tua quas villis jussio reddiderat.
Reddis eas, Cæsar, Martini pro veneratu,
Domni seu precibus semper amabilibus
Perpetui, necnon Briccii tutamine sancti,
Proque aliis reliquis, o paradise, tuis.
Imo magis pro te, Jesu Salvator amate,
Sis ut ei vita denique perpetua.
Pro famulis nobis etiam oratoribus aptis,
Quos sitis obruerat, frigus et atra fames.
O rex, o reverende, fiat renovatio fixa
A mercede tua sive salute tua.
Prævaleat regale decus, superetque potestas
Regum de more qui coluere bonum.
Præceptum genitoris, avi, proavi renovasti.
D Hoc stet, hoc maneat, hoc nec obire queat.
Quod tua sancta manus nuper firmavit honeste
Præcepti serie, prorsus eat stabile.
Quid facient alii regis mutatio tanti
In facto hoc fuerit si hoste vigente malo.
I procul atque procul scelus hoc crudele per omne.
Tu prope justitia vince nociva, fuga.
Quas laudes tibi, quas grates, quæ carmina, David
Quod par dulce melos, vox, lyræ chorda canet.
Nos siquidem psalmos, missas speciale precamur,
Psallemus pro te, conjuge, prole, pie.
Sic nostri vere post nos quicunque futuri
Assiduas fundent multiplicesque preces.
Sint tibi spes, virtus, lumen, victoria, Christus,
Pax, laus continue, rex bone David, ave.

IV.

De morte Hugonis Caroli Magni ex Regina concubina filii.

[Apud Lebeuf, *Recueil de divers écrits*, etc. *Monuments historiques sur Charlemagne et Charles le Chauve.*]

MONITUM.

Ceux qui travaillent sur l'histoire regardent ordinairement les cantiques ou chansons comme des monuments où sont renfermés les faits les plus véritables, parce qu'ils ont été composés par des auteurs contemporains, et que c'étaient des écrits publics où l'on n'aurait osé insérer des faussetés, qui auraient été relevées aussitôt par les familles intéressées. Je ne proposerais pas aujourd'hui au public un de ces anciens cantiques, si je n'avais devant les yeux l'exemple de dom Mabillon, qui en a fait imprimer un du IXe siècle dans les Annales Bénédictines. Celui que je vais donner est du même siècle, il est B en langage latin; mais dans le manuscrit d'où je l'ai tiré, qui est à peu près du même temps, la première strophe est notée avec les caractères dont on usait alors pour transmettre le chant, c'est-à-dire de petits points et de petits crochets très-difficiles à démêler. Les lecteurs qui peuvent être dans le goût du célèbre M. de Tillemont, que je sais avoir *aimé pour le moins autant le chant que l'histoire* (5), auraient de quoi se contenter dans l'un et l'autre genre. Dans le chant d'abord que le nombre de syllabes pourra leur donner à deviner, s'ils veulent recourir au manuscrit. Ils y remarqueront dans la troisième, septième, huitième strophes une répétition des mêmes paroles, qui fait voir que ces sortes de cantiques se chantaient quelquefois en forme de rondeau. Celui-ci est une espèce de complainte, qui fut faite à l'occasion de la mort tragique du prince Hugues, célèbre abbé au IXe siècle. L'air en était apparemment triste et languissant, comme le sujet le demandait. Ce qui re- C garde l'histoire se borne aux circonstances de cette mort que nous ignorions, et à quelques-unes de la vie de ce prince. Le même cantique renferme aussi quelques particularités touchant Pepin, roi d'Aquitaine.

Hugues mourut au siége que Charles le Chauve faisait de la ville de Toulouse. Mais ces auteurs modernes se trompent, et il faut suivre sur ce point les annales de Prudence (dites de Saint-Bertin) qui marquent que ce fut dans le pays d'Angoumois, l'an 844. Hugues voulut aider à conduire des troupes à Charles le Chauve pour avancer dans ce siége; l'armée du roi Pepin vint au-devant d'eux, et les défit sans aucune perte, tua Hugues et un autre abbé parent des princes nommé Richboton, les comtes Eccard et Ravan, avec d'autres, et fit plusieurs notables prisonniers, du nombre desquels furent Ebroin, évêque de Poitiers, et Ragenaire, évêque d'Amiens.

Les deux premières strophes du cantique n'ajou- D tent rien aux historiens du temps. La troisième indique que l'abbé Hugues fut cruellement percé de lances, et que son corps fut mis en pièces. Les strophes suivantes ajoutent que Pepin, roi d'Aquitaine, qui avait été l'agresseur, n'avait pu retenir ses larmes en voyant le corps d'Hugues couché nu sur la terre. Il fait même remarquer que ce prince aurait voulu qu'il lui en eût coûté cent talents d'or, et que Hugues eût été encore plein de vie : qu'au reste Pepin dit qu'il fallait le faire porter à Charroux dont il avait été prêtre, pour y recevoir la sépulture de la main des religieux, parmi lesquels dès son vivant il avait demandé à être inhumé. Les deux dernières strophes sont un éloge de la beauté corporelle de cet abbé, et de son caractère doux et bienfaisant qui le faisait regretter de tout le monde.

A Cette complainte paraît être du même style que celle qui fut composée par Angelbert sur la bataille de Fontenai, et je la crois du même auteur, lequel demeurait dans le royaume d'Aquitaine, et était probablement fils d'Angelbert, officier (*primicerius*) du palais de Pepin, auquel est adressée la 42e lettre d'Alcuin. Voici ce morceau :

Planctus Ugonis abbatis.

Hugo dulce nomen,
Hugo propago nobilis
Carli potentis
Ac sereni principis,
Insons sub armis
Tam repente saucius
Occubuisti.

Sed cur adire
Carolum præsumeres,
Quem Hludovicus
Imperator inclytus
Regem libenter
Visus est ex filio
Constituisse ?

Sed non ob hoc tu
Perforandus lanceis,
Nec membra tua
Lanianda fuerant,
Cum plus prodesse
Quam nocere cuiquam
Semper amares.

Nam rex Pipinus
Lacrymasse dicitur.
Cum te vidisset
Ullis absque vestibus
Nudum jacere
Turpiter in medio
Pulvere campi.

Quin immo de te
Subsecutus addidit :
Hunc si vidissem
Sospitem nunc corpore,
Talenta centum
Non placerent aurea
Hoc mihi quantum.

Karoff honeste
Collocetur tumulo,
De quo sacerdos
Extitit, a monachis,
Et ubi vivens
Postulavit mortuum
Se sepeliri.

O quam venustam
Quamque pulcram speciem
Circumferebas
Omnibus præ cæteris ;
Cum plus prodesse
Quam nocere cuiquam
Semper amares.

(5) Ce sont les termes de ce fameux historien, dans une de ses lettres du 3 juillet 1685, que je conserve en original.

Non crimen ullum
Non rapinam quamlibet
Te perpetrasse
Cum fores mitissimus :
Cum plus prodesse
Quam nocere cuiquam
Semper amares.

V.

Epitaphium Clodarii pueri regis (6).

[Apud abbatem Lebeuf, *ubi supra.*]

Hoc satus in viridi servatur flosculus arvo
Pulchrior en lacte candidiorque nive.
Donec altipotens veniat per sæcula judex
Qui metet ostrifluus falce perenne rosas.
Hunc tua Jordanis sacrata protulit unda
Pampinus Engaddi rore beavit eum.
Vivida purpureis vatcinia cincta rosetis
Vernat ventre solum gliscit in omne decus,
Pallida seu sandix inter viburna refulget,
Et ruit imbrifluis Cynthius altus aquis.
Et rutit obriza flagrandi cocta camœnæ,
Et rutilat vario Indus honore lapis.
Hunc secus emicuit gracilis infantia nati,
Quem Pater omnipotens misit ad astra poli
Hic erat altus amor, prolita in melle sagitta
Vulnifico fodiit corda mucrone patris.
Heu genitricis hujus violavit gaudia lucis
Decoxitque satis pectus adusta suæ.
Sola sed inde manet felix fiducia spei
Quod talis cœli spiritus astra petit
Hunc galeata phalanx non traxit ad arma duelli :
Perpetuus miles regnat in aula Dei.
Gazarum non hausit opes, non prædia rerum,
Nec rapuit mundi captus amore dapes.
Contentus cunulis Christi gratissimus heros
Divitias meruit lactis ab amne poli.
Stemmate clarigero regali sanguine cretus
Aurea non valuit sceptra videre patris.
Priscorum nimium regum devictus amore
Hlutharium genitor nomen habere dedit.
Ut gemini surgunt uno de germine flores,
Sic pariles genitrix fudit utrosque sinu :
Alter in ante manens vernali cespite pollet,
Alter ad astra volans aurea sæcla tenet.
Hoc tibi chare decus Carolus lacrymabile carmen,
Edidit, ensipotens rex genitorque tuus.
Ast ego, nate, tibi genitrix regina remitto
Hildegarda meus basia dulcis amor.
Senos q. prius menses quam volveret annus
Gemmula defloret nocte repulsa...
Hoc niveum sacra præliba munus in ara
Judicis altithroni virgo Maria precor.
O vos Christicolæ qui fertis munera templi
Nobiscum matrem corde rogate, precor.
Ut patrem solio dignetur nominis alti
Associare suis vocibus illa sacris.

Eadem manu infra scriptum :

(6) Caroli Magni filii.

A Obiit autem die VI Id. Febr., anno X, regnante patre ipsius Carl. gl. rege.

VI.

Incerti poetæ versus de ordine comprovincialium pontificum.

[Apud Mabill. *Vet. Analect.* nov. ed., col. 346.]

1. *Episcopi Saltzburgenses.*

Dicta Juvavo fuit quondam metropolis ista,
Quam primo fundans Hrodberto rexerat almus.
Post hunc Vitalis antistes rexit eamdem.
Ipsius inde Flobargisus, qui est fultus honoris.
Quartus Johannes fuerat, sedemque regendo.
Advena Virgilius statuens quam plurima quintus.
Multo plura gerens Arno super omnia sextus.
B Septimus hinc successit Adalram pastor opimus.
Tempore namque suo statuens quam plurima pulchre.
Octavus veniens Liuphrammus præsul ovilis,
Officium Domini renovans formosius æque.

2. *Archiepiscopi Saltzburgenses.*

Hic locus, ut fertur, dudum Juvavo vocatus,
Magnus honore fuit, ut modo signa probant,
Tempore quo gentem Hrodbertus episcopus istam
Rexerat, et struxit sedis ovile sacrum hic :
In qua pontifices multos post rite sedentes
Arn successit ovans rector ovile regens.
Quem Carolus princeps regni superauxit honore
Archisacerdotis, dignior ut fieret.
Quem Leo papa sui veste vestivit honoris,
Et privilegia dans mox solidavit eum.
C Ut regionis apex ac summus episcopus esset,
Urbsque hæc metropolis tempus in omne foret.
Huic successit Adalrammus antestis amatus,
Quem papa Eugenius compsit honore pio.
Post hunc successit Liuphrammus rite sacerdos,
Functus apostolici munere Gregorii.
Nam velut archisacerdotes in sede manentes,
Legitime functi numine apostolico,
Plurima diversis struxerunt stemmata rebus,
Ut vice quisque sua optime prævaluit :
Sic reliquos successores in sede futuros
Talia vota simul semper habere decet.
Cunctis præteritis patribus simul atque futuris
Donet in arce poli gaudia magna Deus :
D Et veniam scelerum subjectis præstet eorum,
Et gaudere simul in requie jugiter.

3. *Episcopi Ratisponenses.*

Hic Reginensis sedis vocitatur ab urbe
Quam rexit primo Wicterpus episcopus ille.
Post alius Cauvipaldus qui nomine dictus.
Tertius Sigiricus erat sacratus ad aulam.
Post hunc jam fuerat Sindbertus in ordine quartus.
Quintus Adalwinus fuerat, sedemque regendo.
Post hunc Baturicus tenuit pius optime sedem.
Erchanfredus ovans sequitur hinc pastor opimus.

4. *Episcopi Frisingenses.*

Frigisiensis enim sedis hæc aula vocata est,

Corbiniacus ovans quam primus rexerat almus.
Inde Dei famulus Ermperhtus nomine sedit.
Tertius hinc Joseph, præclarus nempe magister.
Arpeo quartus erat facundo famine fretus.
Quintus apostolicam tenuit pius Atto cathedram.
Post hunc Hitto pater sedem jam rexerat almus.
Exhinc successit Erchanperht pastor amatus.
Ecce pius sedem præsens nunc Anno gubernat.

5. *Patavienses episcopi.*

Pattaviensi ergo sedi est hæc aula dicata,
Quam tenuit primo Vivolvus jam ipse sacerdos.
Nomine post illum antistes mox rite Beatus.
Tertius est etenim Sidonius auctus honore.
Anthelmus quartus meritis et dogmate magnus.
Hinc Wisuricus ovans sedis conscendit honorem
Nuper Waldricus felix vir in ordine sextus.
Nunc sedet antistes magnus ill. sedis honorem (7).

6. *Episcopi Sabionenses.*

Hæc sedis vallis Noricanæ dicta Sebana,
Ingenuinus habens primo quam rexerat almus.
Mastulo secundus seditque regendo cathedram.
Post illum pastor servavit ovile Joannes.
Præsul Alimus erat meritis qui et dogmate quartus.
Quintus honore sedet ill. fultus eodem (8).

Epitaphium Virgilii episcopi Saltzburgensis.

Hic pater et pastor, humilis doctusque sacerdos,
Corpore Virgilius pausat, quem Hibernica tellus
Disponente Deo partes direxit in istas,
Quique regebat ovans præsentis culmina sedis
Ferme quaterdenos charis cum fratribus annos :
A quibus ille et amatus erat, pie quos et amavit.
Interim et erexit pulchro molimine multa
Templa, loco quædam nunc quæ cernuntur in isto.
Insuper et miseris largus simul omnibus aptus.
Pro quo, quisque legis versus, orare memento.

Epitaphium Arnonis archiepiscopi Saltzburgensis.

Quisque velis cryptam subsistens nosse, viator,
Scito quod ipse mihi vivus hanc Arno peregi,
Qui fueram rector præsentis regmine sedis,
Ac opibus multis, multoque potitus honore :
Nunc hic omissis cunctis, mea membra quiescunt.
Te rogo, nunc Dominum precibus pulsare memento,
Ut mihi det veniam scelerum quæcunque patravi :
Quatenus æternam merear habitare quietem.

Epitaphium Adalrammi archiepiscopi Saltzburgensis.

Sum [*l.* Tu] quod es ipse fui, tu nunc perpende, viator,
Communem et mecum commiserescе vicem :
Nunc vivis, spiras, et agis fortasse quod optas,
Atque tuis mundus usibus ipse patet.
Ad votum famulantur opes, elementaque cedunt,
Ac rerum servit machina trina tibi.
Usus et his ego, dum præsens mihi vita maneret,
Omnia et hæc habui suppeditante Deo.
At cum fallacem vultum fortuna recepit,
Me mea tunc modo jam non habuisse liquet.

A Amisi sed non mea nunc, quæ sunt mea mecum,
Sentio : pro simili conditione geme.
Flecte etiam precibus pro me jamjamque Tonantem,
Atque animæ veniam, quæso, precare meæ.
Dicor Adalrammus, fueram qui rector ovilis
Præsentis Domini istius ecclesiæ.
Corpus Adalrammi, quod præsule floruit urbs hæc,
Hæc sub mole jacet, tu rape, Christe, animam.

Aliud ejusdem.

Si quis non valeas præsens cum voce referre,
Qualia jam fuerant pontificis merita :
Solve tamen gemitus more conpunctus amici,
Quod cito migravit tantus amore Pater,
Nomine Adalrammus, sedem qui rexerat istam,
B Cujus in hac aula membra sepulta jacent.
Strenuus ipse ministerio super omnia sacro,
Ut decuit, fuerat per tria lustra vigens.
Creditur hinc animam gaudere per alta polorum,
Quo Dominus meritis præmia retribuit.
Pro qua qui recitas versus, dic pectore puro :
Da, Domine clemens, huic animæ requiem
Ut cum vivificet salpinx hanc ultima carne,
Integrum facias gaudia bina frui.

Epitaphium Liuphrammi archiepiscopi Saltzburgensis.

Palma sacerdotum, rerum doctrina bonarum,
Ecclesiæ princeps, sidus in orbe micans,
O Liuphramme pater inopum, tutor miserorum
Omnia tu peragis, jusserat ut Dominus.
C Te pastore lupus vacuum detraxerat alvum,
Latrandi sciolos nutrieras catulos.
Et quia cuncta placent Christo tua gesta sereno,
Ventilat en sordes, ut suus esse queas.
Castigat sobolem, recipit quam rector in aulam,
Pulveris ut maculas discutiat pedibus.
Corpus inane cadit, melior pars inde resurgit :
Nunc æterna vigent, et moritura ruunt.
Spiritus exhilarat, vitiorum pugna recedit.
Non virtus animæ perficietur ita.
Gaudia sic etiam rutilant, peccata peribunt.
Tristia despicias, prospera fata videns.
O quam dulce flet regnum, quod constat in ævum!
Quod sine peste manet et bona cuncta tenet!
In quo nobilium turmæ lætantur avorum,
D Et cupiunt patriam nos retinere suam.
Ac simul et sanctæ matres castæque sorores,
Optantes placidam nos remeare viam.
Insuper Omnipotens, cunctæ bonitatis origo,
Nos properare jubet, et pietate juvat.
Qui te perpetuo sanum perducat ad illum,
Ut laudes Christi nomen in arce poli.

De Ariete episcopo.

Nobilis hanc Aries cognomine dictus avito,
Dignanter chartam perlegat ore sacro.
Jure, Pater, tali vocitaris nomine sancte,
Caularum Domini qui bene pascis oves.
Dux Aries gregis ad vitam, cui nemo resistit,

(7) Urolfus.

(8) Heinricus.

Factus apostolico pastor cluis.
Hinc Ælim locus et bisseno fonte redundat
Et palmis septem frugifer est decies.
Quapropter pastor, præsul, Pater atque sacerdos,
In prece quam fundes, sis memor, oro, mei.
Advena sim licet, exilis, vilissimus, excors;
Sublestus vestris sum tamen obsequiis.
Inde precor, si quid possum, mandare memento,
Quod prompto faciam pectore servitii.
Certius ut credar, precor indulgere velitis
Usus in nostros ut salis exiguum.
Sal siquidem terram debet condire fidelem
Fiat ut a vobis id quoque quæso mihi.
Corporeum sal significet rem quam peto justam,
Quod præstare, Pater, supplico chare velis.
Tu sal namque potens salis impertire saporem,
Escæ ne nostræ sint nimis insipidæ
Quæ dignanter agens in sæcula sine fine ullo,
Perpetua antestis obsecro pace vale.

HL. REX.

Inmensas grates volumus tibi dicere, Baldo,
Quod tua magna fides sic inconcussa moratur,
Nobiscum dictis firmasti ut tempore prisco.
Namque animum nostrum pia lætificant tua scripta,
Quæ nobis sæpe mittis, hortaris et optime nobis,
Et bonitate tua pandis in amore benigno,
Quæ tua sic nobis mittit sollertia magna.
Nunc vero nuper misisti talia scripta,
Non potuit totum noster quod noscere sensus
Est quia per totum contextum in ænigmate firme.
Conscius ipse tuis quid opus addiscere verbis?
Hoc tamen oramus ut nobis pandas aperte.

ADNOTATIONES.

Ex præmissis versibus, quos sæculo IX scriptos fuisse constat, corrigendi sunt vulgati indices episcoporum metropolis Saltzburgensis.

Et primo quidem ex classe Saltzburgensium episcoporum expungendi sunt Ansalogus, Savolus et Ezius, qui post Vitalem apud Hundium recensentur. Deinde post Virgilium Bertricus quoque removendus.

Secundo multum discriminis est item in catalogo vulgato episcoporum Ratisponensium, quorum duplex est classis. Una episcoporum qui quasi extra ordinem eam Ecclesiam rexerunt, octo numero, nempe S. Lupus, Ratharius, S. Rudpertus, S. Emmerammus, S. Erhardus, Albertus, Velipholægus, Vioterbus, et S. Winifridus seu Bonifacius. Altera classis est episcoporum post hos ordinariorum, quorum primus S. Garibaldus nominatur, hic Cauvibaldus Gauvibadus seu appellatur.

Nulla est in Frisingensibus, nisi penes nominum lectionem, diversitas; at in Pataviensibus magna est. Nam ante Vivolum seu Vivilonem, qui hic primus habetur, numerantur apud Hundium duodecim episcopi, et post Vivilum Beatus desideratur.

In ordine Sabionensium antistitum, vulgo *Seben*, quorum sedes postea Brixinum migravit, ante Ingenuinum ponitur S. Cassianus; et post Ingenuinum undecim alii ante Mastulonem, qui in his versibus secundus est.

Quis sit Aries episcopus, fictum an verum nomen; quisve locum *Ælim*, ubi ejus sedes, nobis incompertum. Alienigenam se dicit poeta, et forsan Anglus erat. Atqui Aries Anglica lingua *Aramme*, vocatur. An is Adalrammus archiepiscopus Saltzburgensis? Fateor me hærere, maxime cum vocabulum *Ælim* nescio quo pacto Saltzburgo tribui possit.

Eadem ferme difficultas de Baldone episcopo, ad quem sequentes versus. Is videretur esse Bardo Moguntinus sæculo XI antistes, nisi codicis obstaret antiquitas, itemque Ludovici regis nomen versibus inscriptum, quod de Ludovico Germaniæ rege interpretor. Atque ob hanc rationem non possunt hi versus convenire Waldoni episcopo Basileensi, qui ante Carolum Magnum vivere desiit. Sed hæc non sunt tanti ut iis diutius immoremur.

VII.

Rhythmici versus de eversione monasterii Glonnensis (9).

[Mabill., *Annal. ord. S. Bened.*, tom II, append., p. 753.]

Dulces modos et carmina
Præbe, lyra Triceia,
Commota quis cacumina
Planxere hyperborea.
Montes simulque flumina
Illa putent nunc orphea,
Respondeantque carmina,
Silvæ canant melliflua,
Gravis det organum tuba :
Alte resultet fistula :
Omnis canat harmonia :
Det philomena cantica.
Olim nitens clarissima,
Terrisque famosissima,
Sancti Patris basilica
Florentii præcipua,
Sensit fera incendia,
A gente crudelissima
Vere bruta Britannia;
Lugete cuncti talia.
Omnis enim cum Gallia
Florentii suffragia
Deposceret tunc cernua;
Contempsit hæc gens impia.
Olim pius rex Carolus,
Magnus ac potentissimus,
Fecit hunc locum devotus
Pro beati virtutibus.
Terris datis fecundibus,
Auxit honorem largius,
Et præbuit tunc vasculum
Cœnæ Dei magnificum.
Per hunc fugatur sæpius
Infirmitas languentibus,
Et sanitas fidelibus
Præstatur ex hoc protinus.
Post imperans Ludovicus,
Magni Caroli filius,
Ipsum locum benignius
Colit piis ornatibus,
Qui filiis rebellibus

(9) S. Florentii Veteris (*Saint-Florent le Vieil*) in pago Andegavensi. Monasterium Glonnense in favillas redegit anno 848 Nomenoius dux Britonum, post multa Britanniæ ac finitimis regionibus damna illata.

Concussus altis fluctibus
Et Franciam turbantibus
Regnum reliquit mortuus.
His quatuor mox partibus
Regnum sibi secantibus,
Per Franciam jurgantibus,
Bellum fuit horridius.
Imperio sic turbido
Crescit malorum factio ;
Surgensque tunc dissensio,
Permiscet omnes jurgio.
Invadit alter socios,
Crescunt mali super bonos,
Tyrannus omnis infremit,
Dantur honores impio.
Fit plurium vastatio,
Sanctis locis prædatio,
Cunctis bonis turbatio,
Rerum simul confusio.
Quidam fuit hoc tempore,
Nomenoius nomine,
Pauper prius progenie,
Agrum colebat vomere.
Sed repperit largissimum
Thesaurum terræ conditum.
Qui plurimorum divitum
Junxit sibi solatium.
Dehinc per artem fallere
Cœpitque mox succrescere,
Donec super cunctos ope
Transcenderet potentiæ.
Sic ergo discordantibus
Francis simul cum regibus,
Cum cæteris rebellibus
Fit Carolo contrarius.
Hic Carolus cum fratribus
Bellum gerebat sæpius,
Nec prævalebat hostibus,
Tantis repulsus cladibus.
Confidit unde impius,
Prædas agit Nemenoius,
Instando Redonensibus,
Simulque Namnetensibus.
Deinde Pictavensium
Trans Ligerim manentium
Pagum petit Medalgicum
Glonnam locum pulcherrimum.
Turmam vocat monachicam,
Multamque dat pecuniam,
Jubet mox suam statuam
Effigiari splendidam,
Quam ponerent pinnaculo
Ad orientem patulo,
Signum quod esset, Carolum
Se non timere dominum.
Illi statim regi suo
Hæc pertulerunt Carolo,
Qui audiens superbiam,

A

Miratus est audaciam.
Tunc jussit ut pecuniam
Totam sibi disponerent,
Illius albo lapide
Sculpta risus imagine,
Quam ponerent pinnaculi
Ad orientem patulo,
Signum foret quod impio
Se subjugandum Carolo.
Iratus ille talibus,
Locum petit velocius ;
Prædas jubet militibus :
Accendit ignem protinus.
Flammas ubique Britones

B

Mox inferunt iras truces :
Sanctus locus comburitur,
Tantum decus consumitur.
Heu me ! dolores patriæ,
Heu me ! honores gloriæ,
Quam novit orbis pristinæ,
Heu me ! fluunt nunc lacrymæ.
Tunc excitatus cœlitus
Sanctus adest Florentius,
Respexit inflammantibus
Locum suum Britonibus.
O quanta esset ultio !
Si non foret permissio.
Percussus est sed impius
Debilitatis pedibus.

C

Precatur indulgentiam,
Redire posset patriam :
Reversus ad Britanniam
Nimiam dat pecuniam.
Abbas erat Dido bonus,
Regi Carolo proximus,
Cui convocatis fratribus
Regem adit quantocius.
Exponit iras Britonum,
Magnum scelus crudelium.
Tunc rex dolens in pectore,
Quærit vicem mox reddere.
Hinc Andegavam protinus
Urbem petit tristissimus :

D

Dat abbatiam loculi
Sancti Joannis dediti.
Sed hoc parum visum fuit,
Moxque alteram tradidit
Sancti Gundulfi nomine,
Quæ partibus est Franciæ.
Magnis data muneribus
Circa locum fit sedulus,
Restituit felicius,
Decorat atque pulchrius.
Gaudete cuncti cordibus,
Cantate magnis vocibus,
Sancte Florenti, quæsumus,
Adesto nobis cœlitus.
Amen.

VIII.

Versus de Bella (10) *quæ fuit acta Fontaneto.*

[Lebeuf, *Dissertation sur la bataille de Fontenay.*]

MONITUM.

Cod. Reg. 4458 carmen exhibet de prælio Fonteniaco sub nomine Angelberti cujusdam, qui ut oculatus testis loquitur. Versibus trochaicis constat, et puncta quædam primis versibus superimposita canticum quoddam notis distinctum indicant vel oden. Carmen damus ut legitur in manuscripto codice qui sæculo circiter decimo videtur ascribendus. De prælio ad Fonteniacum vide narrationem Nithardi, Patrologiæ tomo CXVI.

Aurora cum primo mane
Tetram noctem dividens,
Sabbatum non illud fuit,
Sed Saturni dolium : B
De fraterna rupta pace.
Gaudet dæmon impius.
Bella clamant hinc et inde,
Pugna gravis oritur :
Frater fratri mortem parat,
Nepoti avunculus,
Filius nec patri suo
Exhibet quod meruit.
Cædes nulla pejor fuit
Campo nec in Martio,
Facta est lex Christianorum
Sanguine proluvi...
Unde manus infernorum
Gaudet gula Cerberi.
Dextera præpotens Dei C
Protexit Hlotharium ;
Victor ille manu sua
Pugnavitque fortiter ;
Cæteri, si sic pugnassent,
Mox foret concordia.
Ecce olim velut Judas
Salvatorem tradidit,
Sic te, rex, tuique duces
Tradiderunt gladio ;
Esto cautus ne frauderis
Agnus lupo prævio.
Fontaneto font... (11) dicunt,
Villam quoque rustici,
In qua strages et ruinæ A
Francorum de sanguine :
Horrent campi, horrent silvæ,
Horrent ipsi paludes.
Gramen illud ros et imber
Nec humectet pluvia,
In quo fortes ceciderunt
Prælio doctissimi ;
Plangent illos qui fuerunt
Illo casu mortui.
Hoc autem scelus peractum
Quod descripsi rhytmice,
Angelbertus ego vidi,
Pugnansque cum aliis
Solus de multis remans
Prima fontis acie.
Ima vallis retrospexi B
Verticemque jugeri
Ubi suos inimicos
Rex fortis Hlotharius
Expugnabat fugientes
Usque forum rivuli.
Karoli de parte vero
Hludovici pariter
Albescebant campi vestes
Mortuorum lineas,
Velut solent in autumno
Albescere avibus.
Laude pugna non est digna,
Nec canatur melode :
Oriens, Meridianus, C
Occidens vel Aquilo
Plangent illos qui fuerunt
Illic casu mortui.
Maledicta dies illa,
Nec in anni circulis
Numeretur, sed radatur
Ab omni memoria ;
Jubar solis illi desit,
Aurora crepusculo.
Noxque illa nox amara
Noxque dura nimium,
In qua fortes ceciderunt
Prælio doctissimi,
Pater, mater, soror, frater,
Quos amici fleverant.

IX.

Ἐπινίκιον *seu Rhythmus Teutonicus, Ludovico, Balbi filio, acclamatus, cum Nortmannos anno* 883 *vicisset, cum versione Latina Joannis Schilteri.*

[Apud Mabill. *Annal.* tom. III, append., p. 684.]

Einen kuning weiz ich, D Regem novi,
Heisset herr Ludwig, Vocatur dominus Ludovicus,
Der gerne Gott dienet, Qui lubens Deo servit,
Weil er ihms lohnet. Quippe qui eum præmiis afficit.
Kind wart er vatterlos, Minorennis orbabatur patre,
Deff warth ihme sehr boss. Id quod ipsi erat valde noxium.
Holoda'nan Truhtin. Suscepit ipsum Dominus,
Magaczogo warth her sin. Ductor flebat ipsius.

(10) Sic cod.
(11) Voculæ hujus evanuerunt ultimæ litteræ, sed legendum sine dubio *fontem.*

Gab her ihme Dugidi, A Dedit ei Heroes,
Fronisc githigini, Illustres comites.
Stuel hier in Vrankon. Sedem hic in Francia.
So bruche her es lango. Sic utatur illis diu!
Das gedeild er thanne Hæc divisit postea
Sar mit Karlomanne Cum Carolomanno
Bruder sinemo, Fratre suo,
Thia czala wanniano. Portionibus fraude absque.
Odas warth al geendist. Cum hoc esset omne finitum,
Koron wolda sin God iz. Axperiri volebat ipsius Deus hoc
Ob her arbeidi An is tribulationes
So lang tholon mahti. Aliquandiu tolerare posset.
Liess der heidine mann Permisit gentilium militem
Obar sie lidan, Super eos duci :
Thiot Vrancono Populum Francorum
Mannon sin diono. B Militibus eorum servire.
Sume sar verlorane, Alii statim defecerunt,
Wurden sum erkorane. Fuerunt alii tentati (sollicitati);
Haranscara tholota Contumelias patiebatur
Ther er misselebeta. Quicunque secus viveret.
Ther ther thanne thiob was, Is qui tum latrunculus fuerat,
Ind er thanana ginas, Atque hinc (his in turbis) invaluerat,
Nam sine vaston Occupavit ejus (regis) castra :
Sidd warth her guotman. Ex quo factus is nobilis.
Sum was luginari. Alius erat mendax (falsarius),
Sum was skachari. Alius erat sicarius,
Sum falloses, Alius desertor,
Ind er giburtha sih thes. Et quilibet extollebat se eo (crimine)
Kuning was ehruirrit. Rex erat attonitus.
Das richi al girrit, C Regnum totum perplexum.
Was ehrbolgan Krist, Erat iratus Christus,
Leid her thes ingaldiz. Permisit hanc tyrannidem.
Thoh erbarmed es God, At misertus est Deus :
Wiss er alla thia nod, Cognoverat omnem hanc calamitatem.
Hiess herr HLudwigan Jussit Dominum HLudovicum
Tharot sar ritan. Eo illico proficisci.
Hludwig kuning min HLudovice, Rex mi
Hilph minan liutin, Juva meum populum,
Heigun sa Nordman Eum Nortmanni
Harto biduuungan. Dure presserunt.
Thanne sprach Hludwig. Tunc dixit Ludovicus :
Herro so duon hi, Domine, sic faciam,
Dot nj rette mir iz, Mors ne prohibeat mihi hoc
Al thas thu gibiudist. D Omne quod tu mandas.
Tho nam her Godes urlub Tunc cepit is Dei veniam,
Huob her gundfanon uf, Sustulit vexillum classicum,
Reit her thara in Vrankon, Expeditionem fecit in Franciam
Ingagan Nortmannon. Adversus Nortmannos :
Gode thancodun Deo gratias agens,
The sin bcidodun. Hunc exspectans,
Quad : Hin al fromin, Dixit : Agedum Domine,
So lango beidem uuir thin. Tam diu exspectamus Te.
Thanno sprach luto Postea elocutus clare
Hludwig der guoto : Ludovicus ille illustris,
Trostet hiu gesellion, Bono estote animo, commilitones,
Mine notstallon, Constabularii mei.
Hera santa mid God, Huc misit me Deus,
Doh mir selbo genod, Qui et mihi ipse gratiosus sit!

Ob hiu rat thuti,
Thaz ih hier gefurti.

Mih selbon ni sparoti,
Unz ih hiu ginerrti.
Nu vuil ih thas miv uolgon
Alle Godes holdon.

Giskerit ist thiu hieruuist
So langa so uuil Krist.
Vuil her unsa bina uuarth,
Thero habet giuuaht.

So uuer so hier in ellian
Giduat Godes uuillian,
Quimit he gisund us,
Ih gilonon imos.

Bilibit her thorinne.
Sinemo kunnie.
Tho nam her skild indi sper,
Ellianlicho reit her.

Vuold her uuarer rahchon
Sina uuidar sahchon,
Tho ni uuas iz buro langa
Fand her thia Northmannon.

Gode lob! sageta
Mer siht thes her gereda.
Tho kunig reit kuono.
Sang lioth frano.

Joh alle saman sungun
Kyrieleison.
Sang uuas gesungen.
Vuig uuas bigunnen.

Bluot skein in uuangon
Spilodun der Vrankon.
Thar raht thegeno gelih,
Ni chein so so Hluduuig.

Snel indi kuoni,
Thos uuas imo gekunni.
Suman thuruch sluog her,
Suman thuruch stach her.

Her skancta cehanto
Sinan-fianton
Bitteres lides.
So uuehin hio thes libes.

Gilobet si thiu Godes kraft,
Hludwig uuarth sighaft.
Sag allin heiligon thanc.
Sin warth ther Sigikamf.

Odar abur HLudwig
Kuning uuar salig.
Garo so ser hio uuas
Swar so ses turft uuas.
Gihalde inan, Truhtin,
Bi sinam ergrehtin.

A

Ut vos consilium detis,
Ut ego exercitum educam.

Mihi ipsi non parcam,
Donec ego vos liberem.
Nunc volo ut me sequantur
Omnes Dei fideles.

Data est hæc vita
Tam diu quam vult Christus
Quia is nostra ossa servat,
Eorum habet custodiam.

Quicunque hic in alacritate
Facit Dei voluntatem,
Egreditur is integer (ex prælio);
Ego præmio afficiam ipsum.

B

Si quis morietur hic (in prælio)
Ejus familiæ (dabo).
Tunc arripuit scutum et lanceam,
Festinanter equitans.

Volebat is vere vindictam sumere
De suis adversariis.
Tunc nec erat intervallum longum,
Inveniebat Nortmannos.

Deo sit laus! dicebat,
Videns id quod desiderabat.
Rex currit audacter
Præcinit canticum publicum (litaniam).

Atque omnes conjunctim cantabant
C Kyrie eleison.
Canticum erat decantatum;
Prælium cœptum.

Sanguis apparuit in genis
Exultantium Francorum.
Hic vindictam sumpsit miles pariter,
Nemo sic ut Ludovicus.

Alacer et audax,
Hoc erat ipsi congenitum.
Alium percussit.
Alium perfodit.

Propinavit subinde
Suis hostibus
Amarum potum.
D Sic cesserunt hic de vita,

Benedicta sit Dei virtus!
Ludovicus factus victor.
Dic omnibus sanctis gratias.
Ipsius facta victoriosa pugna.

At vero Ludovicus
Rex fuit felix.
Promtus uti hic fuit,
Gravis quantum opus erat
Serva ipsum, Domine,
In sua Majestate!

X.

Versus asclepiadei, quibus finitur codex Gothicus Vigilanus seu Albeldensis dictus (12).

[Apud Florez, *España Sagrada*, tom. XXXIII, p. 471.]

I.

A Irtus nempe Christi mici solacium Vigilani prebens humillimo sep — ERAMILLESIMASIVECUARTADECIMA
— ncepta Canonis sacri hujus libri ad calcem opera perduxi navite
C lohans en vivida almorum florida patrum orientum clara concili
— ngentia dehinc nectens almifica regum ac præsulum occidentaliu
T ucet sicut luna sancta Ecclesia illustrata fulgens lumine Domin
A postolorum clàris ornata doctrinis sacris lota limphis rutilat ceu so
S uscipit fulgidam sanamque doctrinam inlitarum fucis recipiens nici
A pravo dogmate rerum manantium manet luciflua sancto in oper
R adio exempli mundum inluminans vita purissima simul cum angeli
R enitens elucet in celica sede quorum tandem prece perducamur ib
A lmifica sepe agmina cernentes sanctorum spirituum simulque martyru
C oncretaque una Virginum fulgida almorumque patrum turma luciflu
— nlustri merito una cum opere turmis sidereis atque celicoli
N ostrorum nomina libro vite scribta counemur ipis in atria cel
A ernantia pura atque florigera vivorum fruentes cumulato fruct
S arracinus Salbi ipseque Vigila magistri obtimi adjuvati prec
O uorum digessimus clara nunc nomina scribtores gemini que tenet liber hi
D natim post illuc uniti jugiter ipsis conletemur angelorum cet
E oo instar turma cencies bina cenobii Albelda plurimum candid
E n sancti Martini una fraternitas cum sanctis ad celum pervolet parite
D ucatus quidem sancti Evangelii pergentes Dñi. vias ut adii
— lle qui pro nobis sustinuit probra cujus nos sequi nam decet vestigi
D ecies centena ac unum decies quarta era labens pernotaque abi
E t notatum tempus Kalendarum Maii quintus vicesimus seu cursus lun
R animiri fratre regnante Sancio rege ortodoxo scriptus est liber hi
D na cum regina Urraca preclara sexto anno obitus regis Garsean
N unc omnes cernui legentes precamur nos ut exiguos apud sanctissima
T rinitatem simplam conmendetis una fruamur gloria cuncta in secul

II.

C Dei Verbum Patris ore proditu — MARTINISANCTISSIMI
R utilant nutu cujus mundi macin
E ternum tuum ut fruamur dulcite
X pte. oramus nobis jam advenia
C audium magnum scribentibus tib
E nixe cuncti petimus ut munime
N abum hic prestes tui almi Martin
— ubar enitens semper in his atrii
T ua et alma fulgeat hic glori
E t gloriosum adspiret verum lume
— nfestus hostis victus sepe eat hin
N obis et almum tuum juvamen adsi
— mmense Christe Filius Dei viv
T egamur omnes tuis sub signaculi
— nlata luce nobis tui lumini

C irtus hunc locum summi Dei Fili — IMMIATRIUMTUEREA
M uniat semper et sanctorum atriu
F loreat lucens sic lumine Dn
— ngenti alma vigens et per secul
N unc aula Dei claritate fulgea
— ntersit nostris Christe animis splendo
S acre ac aule Martini episcop
Q ujus precatu tua protecta man
U igeat alma turba hic monacoru
E t gaudens sacris virtutibus florea
C elibes facti tuo sancto Spirit
R epleti bono tue ac clementi
— nradiati fulgeamus jugite
S acris sic semper actibus justiti
T ua ut alma coronemur glori

(12) In bibliotheca Escurialensi asservatur. Continet concilia sexaginta unum et epistolas decretales. Quæ omnia scripta sunt manu Vigilæ et Sarracini monachorum Albeldensium, et cujusdam Vigilæ discipuli, Garciæ nomine. Labori finem impositum notant die 25 Maii æræ MXIV, id est anni Christi 976, regnantibus in Navarra D. Sancho et D. Urraca et D. Ranimiro in Viguera, de quibus specialis mentio fit in his versibus.

E terni regis tutamen domus he	C	ctus est liber Era labens enim hi	C
— bi et cuncti tegamur suis signi	O	erterna ducta centena in calcul	O
N os habitantes sacra in hac atri	S	ite decies septem anni parite	R
G audium nobis rex Jesus Emanue	T	uncti collectim seni sic in transit	I
E nitens donet de almo et spirit	A	olutum ubi revolutum circulu	S
N ostro sic regi Sancioni glori	V	aus sit Patri honor atque glori	V
— nclite Christe prebe et presidiu	A	nico Proli equali semper hui	C
T uo humili Ranimiro angel	M	anenti simul cum utrisque perpeti	E
— mperti clemens ac justitie lume	O	x equo almo Spiritui sanctoqu	E
P ossint ut frui tua semper grati	N	unc et futura secula curres	AME N

INDEX ALPHABETICUS

FIDELISSIMUS

IN ISIDORUM MERCATOREM.

Revocatur Lector ad numeros crassiores in textu positos.

A

Aaron primus chrismate unctus fuit, et super populum constitutus, 9. Aaron primus in lege nomine sacerdotali fuit insignitus, 15.

Abbates qualiter vendere possunt, 97. Episcoporum potestati subsunt, 97. Abbas idem duobus monasteriis non potest præsidere, 97. Abortivum fetum procurantes, qualiter puniantur, 62.

Absens damnari non debet, 28, 155.

Abstinentia post Pentecosten celebranda, 102. Abstinendum aliquando a licitis, 177.

Acacii rescriptum ad Simplicium papam, 131.

Acacii damnatio facta per Felicem papam, 132.

Acacius communionem suam alterius miscuit errori, 136.

Accusanti et accusato quando auferenda sit communio, 78. Accusantium vita debet esse probabilis, 158. Accusatus non ante supplicio addicendus qui fuerit convictus, 119. Accusatio Christianorum per quos fieri possit, 48. Accusatores qui esse non possunt, 17. Accusatores sacerdotum quales esse debeant, 15, 23. Accusantis fides imprimis spectanda, 154. Accusator clerici si defecerit, excommunicetur, 140. Accusator et judex idem esse non potest, 162. Accusantium mores debent imprimis explorari, 158. Accusandi via temperanda est, 94. Accusationes clericorum qualiter fieri debent et judicia terminari, 27. Accusatio episcoporum per quos fieri debeat, 40, 51. Accusare qui possunt et qui non, 86.

Acolythus qualiter sit ordinandus, 82.

Acta illicita prædecessorum debent a successoribus resecari, 28.

Adæ transgressio causa fuit mortis naturalis, 86.

Adolescens post pœnitentiam, si abstinere non potest, uxorem potest ducere, 220. Adolescens si post fidem lavacri mœchetur, 100.

Adulta ætate recipiens sacramentum baptismi, si idololatrarit, 99.

Adulteras uxores habentes, persuadendi sunt, ne alias accipiant uxores, 89.

Adulteræ uxores cur a maritis separantur, et non e contrario, 173.

Adulteræ maritus non est ad clerum provehendus, 142.

Adulteræ, mariti alienum thorum violantis pœna, 144.

Adulterium septenni pœnitentia eluitur, 62.

Adunctus Christi probatio, 26.

Ægrotantes suæ fidei præstantes argumentum baptizentur, 79.

Ætas omnis ab adolescentia prona est ad malum, 114.

Afflictis succurrendum est, 37.

Africani concilii epistola ad Cœlestinum papam, 85. Africanæ Ecclesiæ concilium per singulos annos debet celebrari, 78. Africanorum episcoporum rescriptum ad Siricium papam, 169. Africanæ Ecclesiæ ab Ecclesia Carthaginensi normam suscipiunt, 78.

Agitatores a communicatione debent abstinere, 88.

Alea ludentis pœna, 101.

Alexandria secundam habet ecclesiæ sedem, 17.

Alexandriæ et Antiochiæ sedium præcellentia, 59. Alexandrinæ et Antiochenæ sedium dignitas, 85.

Alienandæ non sunt res ecclesiasticæ, 61.

Alienatio rerum ecclesiasticarum nemini est permissa, 96. Alienatio omnis rerum ecclesiasticarum inhibetur episcopo, 82. Alienatio quarumdem rerum ad Ecclesiam Romanam pertinentium potest fieri, 247.

Alleluia tempore quadragesimæ non debet cantari, 113.

Altaria benedictione sacerdotali sacranda sunt, 95. Altaris ministri tantum circa altare debent insistere, 68.

Amentibus pietatis studia conferenda sunt, 93.

Amicorum omnia communia, 12. Amicus hujus sæculi inimicus est Dei, 13.

Anacleti papæ decreta de oppressione episcoporum, 13. Anacleti epistola de patriarchis et primatibus, 16.

Ananiæ et Saphiræ mors, 12.

Anastasii diaconi verba de Africanorum lapsu, 231. Anastasii papæ decreta, 169. Anastasii papæ epistola ad Anastasium Augustum, 244.

Anatolii carpitur ambitio, 197.

Ancillæ vel libertæ a clericorum secretario submotæ sint, 95.

Angeli, quibus Deus non pepercit, exemplum sunt impiorum, 25.

Angelorum episcopis nihil est juris in episcopos Galliarum, 279.

Anima Christi ad inferos descendente, caro Christi vere in sepulcro requievit, 222. Anima non est de substantia Dei, 221. Animas vel angelos credens esse ex substantia Dei est hæreticus, 138. Animæ nostræ, antequam corporibus inserentur, non fuerunt in cœlo, 221. Animas putans signis obnoxias, est hæreticus, 138. Animas suos habere præsules, et corpora suos diversos conditores, vanum est dicere, 222. Animas putans in cœlo prius peccasse, est hæreticus, 138.

Animadversio in paladium calumniatorem, 91.

Annuntiationis beatæ Mariæ festum quando celebretur, 128.

Antiochia tertiam Ecclesiæ sedem sortitur, 17.

Apocalypsis liber inter libros divinos est annumerandus, 113.
Apocryphæ scripturæ numerantur, 244.
Apostolica sedes nunquam passa est rugam, 265.
Apostatantes post religionis professionem, qua sint pœnitentia digni, 97. Apostatantibus usque ad finem vitæ neganda est communio, 89. Apostata revertens in gremium Ecclesiæ recipiendus est, 100.
Apostolorum corpora levantur, 37.
Appellare potest episcopus ad Romanam sedem aut metropolitanam, 154.
Appellationis remedium nulli denegandum est, 36. Appellationes ad metropolitanos devolvuntur, 66. Appellationes omnes ad Ecclesiam Romanam deferri possunt, ab ea autem nemo appellat, 239. Appellationes in causis ecclesiasticis ad papam devolvendæ sunt, 42. Appellationum judices, appellantes recipiant, 154.
Aqua sale conspersa benedicendus est populus, 21.
Arboris vetitæ fructum rapit, qui sæpius definita revocat in dubium, 107. Arboribus more gentilium non licet cingere domos, 144.
Arcenocoitis nunquam danda communio, 101.
Archidiaconi officium in celebrandis conciliis generalibus, 1. Archidiaconatus officium impotenti adimplere dandus est collega, 95.
Arelatensis episcopi arbitrio congreganda est synodus, 90.
Ariani fideles opprimunt, 159. Ariani utrum sint rebaptizandi, 89. Ariani sacerdotes donum Spiritus non potuerunt immittere, 175. Ariani in Ægypto exemplaria Nicæni concilii incenderunt, 150.
Arma projicientes in pace, a communione abstineant, 88.
Assertio concilii Ephesini, 71.
Augures et pantomimi artibus suis renuntiantes possunt ad fidem recipi, 100.
Auguria et cætera id genus deliramenta omnino vitanda sunt, 292. Auguriis et divinationibus vacans excommunicetur, 96.
Augustini Cantuariensis archiepiscopi quæstiones, 278.
Augustini commendatio, 184.
Aulici et principum asseclæ raro debent ordinari, 172.
Aurelii Carthaginensis episcopi de damnatione Pelagii et Cœlestini epistola, 223. Aurelio episcopo Carthaginensi ab omnibus episcopis datur facultas reliquis locis constituendi episcopos, 80.
Avaritia omnium malorum radix sacerdotum mentes invasit, 114.

B

Balsamum quod pro baptismo benedicitur, non debet vendi, 141.
Baptisma ab hæreticis non est suscipiendum, 3. Baptismus non omnia solvit, 177. Baptismatis trina immersio signatur in epistola Gregorii papæ ad Leandrum episcopum, 274.
Baptizatus in ægritudine non debet ad sacerdotium promoveri, 62. Baptismus an sit iterandus, 176. Baptismus in nomine trium personarum debet fieri, 267. Baptismus aquæ ad quid conferat, 12. Baptismum suscepturi qualiter se debeant præparare, 83. Baptismus potest his conferri qui nesciunt se baptizatos, 216. Baptismi forma qualis esse debeat, 3. Baptismi non tollit efficaciam, malus minister, 287. Baptismi sui fidem ignorantes per manus impositionem sunt et suscipiendi, 220. Baptizari potest mulier si prægnans velit, 143. Baptismus quibus diebus solebat conferri, 166. Baptismus non potest dirimere matrimonium, 176. Baptizandum non est passim, 233. Baptismum passim dare prohibet Leo papa, 213. Baptizandi onus habens si aliquo pergat, habeat secum chrisma, 93. Baptizandi mos Hispaniorum, 112. Baptismus debet his conferri quos non constat esse baptizatos, 220. Baptisterium presbyter non debet prius episcopo ingredi, 143. Baptizati uxores habentes an promoveri possint, 173. Baptizati extra ecclesiam aut rebaptizati, militiæ ecclesiasticæ non sunt ascribendi, 231. Baptizati a presbyteris imperitis et incongrue loquentibus non debent rebaptizari, 289. Baptismatis gratia non est sufficiens ad superandum diabolum, 284. Baptismus non debet esse venalis, 140. Baptizati post baptismum chrismate liniri debent, 68 Baptismus qualiter est Judæis conferendus, 128. Baptismi favor omni studio circumspiciendus, 93. Baptizandos ætatis provectæ prius fidei symbolum decet edoceri, 68. Baptismi trinæ mersionis formam non observantis pœna, 3. Baptismi et confirmationis differentia, 55. Baptismi necessitas quæ illicita sunt reddit licita, 98. Baptizati non debent rebaptizari, 166. Baptismi modus unus debet observari in provincia Braccarensi, 139. Baptismi sacramentum non est iterandum, 76.
Baptismus fit ad originalis maculæ deletionem, 87. Baptizari debent sine scrupulo, qui non probantur baptizati, 84. Baptismum recipiens adulta ætate ubi idololatravit, 99. Baptismi occasione non debet dari aliquod pretium, 100.
Barbaris moribus aliquid indulgetur, alias negandum, 287.
Basilicæ in potestate sunt episcopi cujus est territorium, 98. Non debent dedicari nisi sub nomine sanctorum vere approbatorum, 234. Basilicæ noviter exstructæ quo modo sint dedicandæ, 233. Basilica si ignoretur cujus sit diœceseos, 146. Basilicæ cum restaurantur, non indigent nova consecratione, 267. Basilicæ exstructæ ad quæstum nun sunt consecrandæ, 140. Basilicæ sunt episcopi in cujus territorio exstructæ sunt, 114.
Benedicendi sunt per episcopum quos diaconus attentavit baptizare, 101. Benedicere populo in ecclesia non licet presbytero, 96.
Benedicti papæ epistola ad Davidem episcopum, quod Trinitas sit unitas in Deo, 270.
Benedictio post orationem Dominicam debet fieri, 113. Benedictiones ab hæreticis non sunt recipiendiæ, 144.
Beneficium ecclesiæ per principem collatum debet esse inviolabile, 119. Beneficiorum pinguedo non debet quem incitare ut promoveatur, 245.
Benignitas severitati præferenda, 211.
Bestiis se immiscentium pœna, 144.
Bigamus non est ordinandus, 83.
Bonifacii papæ epistola ad Honorium Augustum, 183. Bonifacii epistola ad Zachariam papam, 288.
Bonifacius remittitur ab Urbe ad Germanos qui eos de fide instruat, 286.
Bonitas nos commendat creatori, 14.
Bononiani hæretici sola cum manus impositione possunt recipi, 90.
Bonus per se nemo nisi participationem sui donet qui solus est bonus, 184.

C

Calendion et Joannes Alexandrinus injuste depositi, 240.
Calix unicus in missarum solemniis offerendus est, 187.
Calumniator in uno genere delicti repertus, ad cætera non admittatur, 86. A limine judicii repellendus, 27.
Canonicæ scripturæ sub nomine prophetarum non sunt accipiendæ, 222. Canonicæ tantum scripturæ legi debent in ecclesiis, 80. Canonici tantum libri sunt in ecclesiis legendi, 144.
Canonum generalium condendorum exordium, 58. Canones pœnitentiales observandi sunt, 110. Canones in accusationibus leges sequuntur imperiales, 154. Canones apostolorum per Clementem papam prolati, 2.
Capite dolente cætera membra languescunt, 34.
Carere debet omni vitio qui in alterum dicere paratus est, 43.
Carnium abstinens quasi eas exsecrans deponendus est, 143.
Caro asserenda est vivificatrix et propria Verbi, 71.
Carolomannus Francorum rex fidei instaurator, 288.
Carolus Francorum rex magnam Germaniæ partem a tenebris infidelitatis ad fidei lucem revocavit, 288.
Castitatis professæ desertores ut prævaricatores puniendi, 93.
Catechumenis tantum sal diebus paschalibus debet dari, 78. Catechumenis evangelium legi non debet in ecclesia, 93. Catechumenus qui per infinita tempora ecclesiam non adiit, ad baptismum potest recipi. Catechumeni quo tempore sint baptizandi, 102. Pro catechumenis sine baptismo defunctis non est psallendum, 139. Catechumeni informandi sunt, 93. Inter domesticas orationes possunt admitti, 93. Catechumenorum qui lapsi sunt pœnitentia, 62. Catechumena infra quod tempus possit baptizari, 99. Catechumena conceptum adulterinum necans, 100.
Catharis accedentibus ad Ecclesiam quid faciendum, 85.
Cathedræ episcopalis celsitudo quid signet, 32. Cathedram propriam nullus episcopus contemnat, 84.
Catholicus filios hæreticos offerens baptizandos non auditur, 103. Catholicus ad judicem alterius sectæ provocans excommunicetur, 83. Catholicorum dogma contra Pelagium, 223.
Causæ cognitio tractari debet antequam feratur sententia, 188. Causæ propriæ in propria terminentur provincia, 87.
Cellulæ novæ monachorum, præter episcopi scientia, non possunt exstrui, 97.
Cereus in vigilia Paschæ benedicendus, 113. Cerei per diem non sunt in cœmeteriis accendendi, 100.
Chalcedonensis concilii tractatus, 107, 108.

Cham filius Noe exemplar eorum perditionis qui in patres peccant, 8.

Charitas est omnium bonorum magistra, 51. Charitatis vinculum multitudinem superat, 158. Charitas ad inimicorum dilectionem extenditur, 51. Charitate prius est tentanda, quam strepitu forensi, 154.

Chrisma episcopus omni tempore potest conficere, 143. Chrismatis consignatio hominem reddit perfectum Christianum, 42 Chrisma conficere solus potest episcopus, 105. Chrisma per singulos annos conficiendum, 35. Chrismatis confectionem, pœnitentium reconciliationem, puellarum consecrationem non debent attentare sacerdotes, 77. Chrisma presbyteri benedicere, nec altarium possunt consecrare, 139.

Christi doctrina ad discipulos, 10. Christus secundum deitatem unius est cum Patre naturæ, secundum carnem unius nobiscum naturæ, 27. Christus divinas et humanas Voces locutus est, 70. Christus veniens ignorantiæ ruinis scientiam veritatis opposuit, 11. Christus secundum varias formas passibilis et impassibilis, 200. Christus dives et pauper, 200. Christus a cœlesti sede descendens a paterna gloria non recessit, 189. Christus verus Deus et homo est unione Verbi ad carnem, 70. Christus venturus est judicare vivos et mortuos, 70. Christus verus Deus et verus homo passus est, 48. Christi damna hic, non prohibens, qualiter ab eo quæret præmia, 237. Christus verus Deus est credendus, 71. Christi præclaræ virtutes, 10. Christi opera non separatim Verbo, sed Christo sunt tribuenda, 71. Christus est caput Christianorum et sponsus Ecclesiæ, 18. Christus est verus pontifex, et apostolus nostræ confessionis, 70. Christus a Spiritu sancto glorificatus, aliena virtute non usus est, 70. Christi naturarum duæ proprietates, 147. Christi servorum suorum subiit judicium, 250. Christus secundum solam carnem passus est, 148. Christi hominis negantem veritatem necesse est multis erroribus implicari, 189.

Christiani non merentur nomen, qui Christi negant incarnationem, 48. Christianos quoslibet turpe est spectaculis interesse sæcularibus, 79. Christianus pro fide afflictus a sacerdotibus est honorandus, 82. Christiani apostatæ qualiter debent recipi, 166. Christianus pro Christo omnia ferre debet, 52. Christianus in Christianum sanguinolentus non ordinetur, 104. Christiani publicas comessationes fugere debent, 68. Christianam legem prævaricantes sunt infames, 154. Christiani Judæorum vitent convivia, 96. Christianæ legis perfectio super alias, 11.

Ciborum discrimen non debet facere Christianus, 27. Cibos aliquos judicans immundos, est hæreticus, 138. Cibum cum Judæo non debet sumere Christianus, 100.

Cives civibus invidere, pessimum, 43. Civium pœna qui non sunt cum episcopis diebus solemnibus, 97.

Clemens per modestiam cathedram pontificiam refugit, 3. Clementis papæ epistola ad. Jacobum fratrem Domini, 3. Ejusdem ad eumdem, de Sacratis vestibus et vasis, 7.

Clementia magis quam severitate sunt emendandi subditi, 132.

Clericatui non ligetur quid unico actu, 87.

Clerici non debent esse institores vel famuli divitum, 73. Clericus artificiolo præter offensam suæ professionis vestimentum sibi debet parare, 82. Clerici ab humano sanguine, etiam hostili, debent temperare, 102. Clericus episcopi insidiator, curiæ servituti mancipetur, 36. Clerico alieno non debet communicare episcopus, 105. Clerici bona ecclesiæ tenentes, conficere debent instrumenta precariæ, 118 Clericus extra provinciam non est in jus vocandus, 155. Clericus in duabus ecclesiis non debet ordinari, 73. Clericus scurrilis ab officio deponatur, 83. Clericus alieno nomine fenus non debet exercere, 213. Clericus ab episcopo excommunicatus, provinciales consulat episcopos, 73. Clericis sine litteris episcopi commendatitiis ambulantibus nemo communicet, 96. Clericus episcoporum communi judicio pro crimine damnatus, non debet a quoque defensari, 84. Clerici litigiosi testimonium difficile recipiatur, 83. Clericus ut comam nutrire non debet, ita nec barbam radere, 82. Clerici sæcularis militiæ non merentur honores, 73. Clericum alterius episcopi nemo debet ordinare vel retinere, 172. Clerici coram suo episcopo suas querelas debent experiri, 73. Clericorum, monachorum et puellarum Dei rebaptizatorum pœna, 131. Clericos magos ab Ecclesia convenit eliminari, 68.

Clericus extraneus sine commendatitiis litteris episcopi sui nullibi debet ministrare, 73. Clericus turpi lucro vacans a clero deponatur, 90. Clerici qui se putant a suis episcopis læsos, qualiter suo juri debeant consulere, 83, 88. Clerici examen refugientes ecclesiasticum, debent in sua causa periclitari, 79. Clericus episcopi forum negligens, et *sæcularem judicem* eligens, excommunicetur, 228. Clericus *nullibi sedulo* ecclesiæ inserviens, non clericus reputetur, 104. Clericus quantumlibet eruditus, artificio debet victum quærere, 82. Clericus per nundinas cursitans, ab officio deponendus est, 82. Clerici coronam ferre debent, 115. Clerici pœnitentiam petentibus non est deneganda, 93. Clericus per plateas non debet esse vagus, 82. Clericus cum extraneis mulieribus non debet habitare, 82. Clericus ex vestimentorum splendore commendationem quærere non debet, 82. Clericus servum suum ad ecclesiam confugientem inde non extrahat, 103. Clericum alienum invito proprio episcopo nemo debet suscipere, 212 Cleri sortem quæ personæ possunt assequi, 113. Clerici ecclesiis inservientes, condignam recipere debent mercedem, 96. Clerici non debent esse feneratores, 77. Clericos non oportet inire convivia ante horam tertiam, 144. Clericis nec monachis non liceat evagari sine litteris commendatitiis, 96. Clerici quocumque temporis lapsu rem ecclesiasticam propriam facere non possunt, 97. Clericorum contentiones ab episcopis sunt dirimendæ, 171. Clericus ubi accusare, et accusari potest, 96. Clerici præsertim monachi arcendi sunt, ne vagentur per civitates, 74. Clericorum qui diebus solemnibus a sua ecclesia absunt pœna, 97. Clericus documenta jurium ecclesiæ intervertens omnia ecclesiæ dispendia refundat, 96.

Clerici comam non nutriant, nec calceis utantur indecentibus, 95. Clerici in seditione arma sumentes ab officio deponantur, 115. Clerici ingenui ab omni indictione publica debent esse immunes, 115. Clerici turpibus lucris non debent implicari, 233. Clericus officium suum relinquens, excommunicetur, 95. Clericus (si furtum fecerit) a communione arceatur, 95. Clerici uxorem ducentes sine consultu episcopi ab eo excommunicentur, 115. Clericorum et laicorum diversa esse debent fora, 85. Clericus ecclesiæ deputatus, si officio interesse nolit, deponatur, 144. Clericis liberum vitam ingredi monasticam, 115. Clericum alterius episcopus non ordinet, nisi cum dimissoriis litteris, 139. Clericorum contemptus in præsules qualiter puniatur, 1. Clerici, vel laici, non temere admittendi in accusationem episcoporum, 74. Clerici quibus interdictæ sunt nuptiæ, nuptiarum conviviis, aut ubi lascivitur, non intersint, 96. Clericus absque litteris dimissoriis sui episcopi non est recipiendus, 66. Clerici a laicis non sunt judicandi, 154. Clericus ecclesiæ cui ab initio fuit deditus, debet semper restitui, 146. Clerici usurarii animadversio, 99. Clericus extraneæ mulieris familiaritati non conjungatur, 95. Clericorum jejunium quadragesimale, 23. Clericus mutuas aut solidum, aut speciem appreciatam recipiat ad concurrentiam solidi, 101. Clericus non debet esse negotiator, 101.

Clericus uxorem adulteram scienter retinens tanquam patronus turpitudinis a communione pellatur, 100. Clerici factiosi adversum suos superiores proprii gradus priventur honore, 74. Clerici negotiis sæcularibus non debent se immiscere, 76. Clericus abstinens a carnibus, eas reputans immundas, deponatur, 61. Clericorum in mutuam cædem prorumpentium pœna, 103. Clericus viduam, aut secundam ducens conjugem, debet honore ecclesiastico nudari, 167. Clerici ad agapem vocati non debent partes tollere, 68. Clerici in ecclesia primitiva omnibus utebantur communiter, 31. Clerici ab opere sancto si absunt, episcopi puniantur arbitrio, 98. Clericus negligens ab officio debet amoveri, 82. Clericus qualiter ire debet ad comitatum, 88. Clericus qui alicujus causæ fuit cognitor, non potest in eadem esse testis, 84. Clericus peregrinus qualiter est recipiendus, 2. Cleri sortem nacturus, ætate adulta baptizatus multo tempore probandus est, 142 Clericis a diaconatu insolatio non liceat habere mulierem, 89, 106. Clericus ab episcopo depositus pro restitutione principum non debet auxilium implorare, 66. Clerici quorum delictis puniendis superiorum connivent oculi, intra annum se purgent, 84. Clericus susurro (nisi veniam postulet) ab officio deponatur, 83. Clerici et litteras, et artificiosa debent edoceri, 82. Clericis vel monachis ad feminas non sit conversatio, 101. Clericus absque prælati auctoritate non debet peregrinari, 68.

Clericis ad virgines, vel viduas non debet esse singularis accessus, 79. Clericus cum hæreticis nequaquam conversetur, 83. Clericus alterius diœcesis, præter episcopi consensum, non est ordinandus, 80. Clerici cauponas publicas, nisi peregrinantes, non debent ingredi, 79. Clerici præter necessitatem in aliena civitate non debent immorari, 79. Clerici præter matrem aut sororem mulieres secum habere non debent, 138. Clerici negotiandi causa non debent nundinas sectari, 99. Clericus conclericum ad sæculare forum ne trahat, 100. Clerici cibo carnium non utentes, ab hujusmodi stulta religione coercendi sunt, 139. Clericum alienum nemo ordinet, 104, 79, 74. Clerici obligati alienis rationibus, non sunt ordinandi, 106. Clericus ordinatus contra canones, 103. Cleri-

cos ex familia fisci ecclesiæ donatos, nullus audeat expetere, 109. Clericus in regiam majestatem non debet conspirare, 128. Clericus fratribus invidens non debet promoveri, 83. Clerici pro suis facinoribus a nemine debent foveri, 77. Clericorum accusatorum causæ qualiter discutiantur, 78. Clericus sub ipsa tentatione officium non deserens est honore sublimandus, 82. Clerici ex turpi negotio vitam non debent quæritare, 79. Clericus ultra mutui sortem nihil recipiat, 79. Clericus proditor degradetur, 83. Clerici jejuniis ecclesiæ non obedientis, minuitur nomen, 83. Clericus inter epulas cantans, est cohibendus, 83. Clericus ne per creaturas juret, 83. Clericorum prædefuncti episcopi bona diripientium pœna, 103. Clericus monachum agens, et aliorum clericorum statui difformis, corrigatur, 102. Clericorum alterius diœcesis episcopus non ordinet, 93. Clerici vagi et instabiles ab episcopis arcendi, 104. Clerici omnes, vel monachi sub sui sunt episcopi potestate, 73. Clericum quem proprius episcopus benigne imbuit, alius episcopus ne sibi vendicet, 106. Clerici cujuscunque sint ordinis cauponas non debent ingredi, 68. Clericus non debet secum habere mulierem extraneam, 59. Clerici non debent esse magi, 97.

Clero vel monachatui addicendi qualiter probari debeant, 106. Clero non ascribantur qui sunt ratiociniis vel tutelarum rationibus obnoxii, 77. Clero non ascribatur facile veniens ab hæresi, 100.

Cœlestini papæ epistola ad episcopos Galliæ, 184, 185.

Cœmeteria hæreticorum vel basilicas non debent ingredi fideles, 67.

Coepiscopi nomine qui censendi sunt, 163. Coepiscoporum auctoritas, 66.

Cogitationes pravæ confestim Christo sunt allilendæ et statim sacerdoti detegendæ, 6.

Cognitio Dei dilectionem præcedit, 7.

Coma prolixa clericis est indecens, 144. Comam mulier non debet resecare, 63.

Comessationes et accubitus non debent fieri in ecclesia, 68.

Commatrem spiritualem non oportet accipere uxorem, 263.

Commentitium non potest diu celari, 156.

Communicans a suo gradu cadat, 88.

Communicare debent in oblatione episcopi et reliqui clerici, 2.

Communicare non debemus cum his qui extra nos sunt, 36. Communicare debent sæculares ter in anno, 95.

Communicatorias litteras tradentes interrogandi si omnia recte gerantur, 100.

Communionis gratia in extremis laboranti nemini est deneganda, 85. Communione propriæ provinciæ privatus alteri provinciæ per obreptionem.

Concilii generalis celebrandi ordo, 1. Concilia generalia ab omnibus servanda sunt, 77. Concilium qualiter debet solvi, 1. Conciliorum acta debent uniformiter observari, 87. Concilium in silentio, non in tumultu fieri debet, 131. Concilium nemo debet deserere ante ipsius dissolutionem, 90. Concilii est adversus hæreticos principis implorare favorem, 87. Conciliorum generalium definitioni non est reluctandum, 25. Concilia generalia præter Romani pontificis auctoritatem celebrari non debent, 154.

Concilii Toletani sexti institutio, 118.

Concilii Nicæni commonitorium petitur in medium produci, 84. Concilii Nicæni recitatio, 85.

Concilii Nicæni per episcopos Afros confirmatio, 85. Concilii Nicæni relectio in concilio Carthaginensi sexto, 84. Concilii Nicæni præfatio, 58. Concilii Nicæni celebrandi causa, 58. Concilium Nicænum ex Græco in Latinum versum est, 59. Concilii Nicæni approbatio, 69.

Concilium Ancyranum, 61.

Concilium Neocæsariense, 62.

Concilium Gangrense, 62.

Concilium Sardicense, 64.

Concilium Antiochenum congregatur, 65.

Concilium Laodicenum, 67.

Concilium Constantinopolitanum, 69.

Concilium Ephesinum, 69.

Concilium Calcedonense celebratur, 71. Concilii Calcedonensis subscriptiones, 74.

Concilium Carthaginense primum congregatur, 76. Concilii Carthaginensis secundi congregatio, 77. Concilii Carthaginensis secundi conclusio, 78. Concilium Carthaginense tertium capit exordium, 78. Concilium Carthaginense quartum incipit, 81. Concilium quintum Carthaginense incipit, 84. Concilium sextum Carthaginense incipit, 84. Concilii Carthaginensis septimi celebratio, 86.

Concilii Milevitani consessus, 87.

Concilium Arelatense primum celebratur, 88. Concilium Arelatense secundum, 89. Concilium Arelatense tertium, 90.

Concilium Valentinum, 90.

Concilium Taurinate, 91.

Concilium Rhegiense, 91.

Concilium Auraicense, 93.

Concilii Valensis celebratio, 94.

Concilii Agathensis celebratio, 95.

Concilii Agathensis conclusio, 97.

Concilium Aurelianense incipit, 97.

Concilii Elibertini celebratio, 99.

Concilii Cesaraugustani celebratio, 102.

Concilium Tarraconense, 101.

Concilii Gerundensis celebratio, 101.

Concilii Herdendis celebratio, 102.

Concilii Valentini celebratio, 103.

Concilii Toletani primi celebratio, 104. Concilii primi Toletani conclusio, 105. Concilii Toletani secundi institutio, 105. Concilii Toletani tertii institutio 106. Concilii Toletani quarti institutio, 112. Concilii Toletani quinti celebratio, 117. Concilii Toletani quinti conclusio, 117. Concilii Toletani sexti conclusio, 120. Concilii Toletani septimi institutio de pœna transfugarum, 120. Concilii Toletani octavi edictum nomine principis, 125. Concilii Toletani octavi institutio, 121. Concilii Toletani noni celebratio, 127. Concilii Toletani decimi institutio, 128. Concilii Toletani undecimi institutio, 130. Concilii Toletani undecimi conclusio, 133. Concilium Toletanum duodecimum instituitur, 133. Concilii Toletani duodecimi subscriptio, 134. Concilii Toletani duodecimi conclusio, 137. Concilii Toletani decimi tertii institutio, 137. Concilii Toletani decimi tertii conclusio, 138. Concilii Braccarensis celebratio, folio 188. Concilii Braccarensis primi conclusio, 139. Concilii Braccarensis secundi institutio, 140. Concilium Braccarense tertium, 144. Concilii primi Spalensis ordinatio, 146. Concilii secundi Spalensis celebratio, 146.

Concilium provinciale Kalendis Novembris annuatim celebrandum, 137. Concilium provinciale quando debeat celebrari, 66, 74, 212, 133, 142. Concilium per Hispanias semel in anno jubetur celebrari, 140.

Concordia parit victoriam, discordia ruinam, 28. Concordia ad portum quietis evehit, 4.

Conferta non debent esse in conviviis, 143.

Confessionis forma a Novatianis ad fidem revertentium, 60. Confessio cleri et primorum Gothicæ gentis ad fidem conversæ, 108.

Confessio de se super alieno crimine non creditur, 154.

Confessorias litteras afferentes puniantur, 99.

Confirmatio decreti Symmachi, 248.

Conjugatus non potest esse sacerdos, 89. Conjugati lapsi semel in adulterium pœna, 100.

Conjugium damnans sit anathema, 138.

Connubia non sunt miscenda cum hæreticis, 97.

Consanguinei in quinto gradu matrimonium contrahere possunt, 287. Consanguineam non licet uxorem accipere, 98

Conscientia bona non est, quæ est malorum confusione permissa, 243.

Consecrata Deo loca non debent in habitacula profana redigi, 145. Consecrari debent ecclesiæ quarum ignoratur consecratio, 264.

Consecratio altaris ad episcopum pertinet, 147. Consecratio basilicæ fieri non debet nisi prius sit dotata, 140.

Consignare infantes solus potest episcopus, 170. Consignari an debeant arrepti a dæmonio, 171.

Consignatio nullo pretio comparetur, 233.

Consobrinam nemini licet uxorem accipere, 283.

Conspirans in principem, aut conspirantium consors, reus est æterni judicii, 119.

Conspirantium in suos principes detestatio, 116.

Conspiratio fieri non debet in episcopos, 80. Conspirationis crimen etiam apud gentiles est odiosum, 80.

Constantinopolis post Romanam sedem primatus obtinet honorem, 69.

Constantinus, Romanorum imperator primus, eidem Christi patenter adeptus est, 56. Constantinus imperium suum ecclesiasticæ potestati supponit, 57. Constantinus collegium clericorum urbis Romæ senatoria dignitate sublimat, 58. Constantinus decretum propria manu roboratum super corpus beati Petri collocat, 58.

Consubstantialitatis vox ab Athanasio inventa, 153.

Consuetudo mala tanquam corruptela eradicanda, 64.

Contentio cum episcopo non debet quemque ab Ecclesiæ communione arcere, 98. Contentiones vitandæ sunt, 245

Contumaces clerici ab episcopo corripiantur, 95. Contumaci tardius datur venia, 103.

Conversi et in habitu pœnitentiæ viventes non debent ad cultus relabi luxuriam, 119.

Convivari non decet in ecclesiis, 79.

Corpora humana et animæ non subjacent fatalibus astris, 222. Corporis humani plasmatio non est attribuenda diabolo, 138.
Correctio sic est adhibenda ut salva semper sit dilectio, 211.
Correctus volens videri errorem et erroris auctorem damnet, 212.
Corruptores morum furibus sunt deteriores, 33.
Crapulosi subdiaconi aut cantoris pœna, 2.
Creationem universæ carnis non attribuens, Deo est hæreticus, 138.
Crimen falsum objecisse fratri convictus, ad exitum vitæ a communione sit alienus, 39. Crimen læsæ majestatis principi elementiæ reservandum est, 117. Crimine mortali implicatus tempore ordinationis, ab ipsa ordinatione submovendus est, 91.
Criminationes ab ipsis fieri debent auctoribus, 154.
Criminator et falsus testis qualiter debeant puniri, 89. Criminatores contra doctorem recipi non debent, 29, 41.
Criminosi pœna qui se permisit ordinari diaconum, 101.
Criminoso accusationis via debet occludi. 77. Criminosi non debent ordinari, 142, 234.
Crucis Domini inventio, 54.
Cubycularii papæ debent esse clerici, 280.
Cyrilli Alexandrini ad concilium Africanum rescripta, 84. Cyrillus recedentes ab heresi Nestoriana recipit, 69.

D.

Dæmonibus post lavacrum baptismi sacrificantes quali sint pœnitentia digni, 91.
Damasi papæ decreta, 161. Damasi papæ epistola ad Paulinum Antiochenum, 161. Damasi papæ epistola ad Hieronymum presbyterum, 161. Damasi rescriptum ad Stephanum Mauritaniæ archiepiscopum, 162.
Dari non potest quod non habetur, 176.
Decreta Anacleti papæ, 12. Decreta Evaristi papæ, 18. Decreta Alexandri papæ, 20. Decreta Sixti papæ, 22. Decreta Thelefori papæ, 23. Decreta Iginii papæ, 24. Decreta Pii papæ, 25. Decreta Anitii papæ, 26. Decreta Sotheris papæ, 26. Decreta Eleutheri papæ, 27. Decreta Victoris papæ, 28. Decreta Zepherini papæ, 28. Decreta Calixti papæ, 29. Decreta Urbani papæ, 31. Decreta Pontiani papæ, 32. Decreta Anterii papæ, 33. Decreta Fabiani papæ, 34. Decreta Cornelii papæ, 37. Decreta Lucii papæ, 38. Decreta Stephani papæ, 40. Decreta Sixti papæ, 186, G 42. Decreta Dionisii papæ, 43. Decreta Euticiani papæ, 46. Decreta Gaii papæ, 48. Decreta Marcellini papæ, 49. Decreta Marcelli papæ, 50. Decreta Eusebii papæ, 52. Decreta Melchiadis papæ, 55. Decerptiones et decreta sancti Silvestri papæ, 150. Decreta Marci papæ, 150. Decreta Julii papæ, 151. Decreta Liberii papæ, 155. Decreta Siritii papæ, 166. Decreta Innocentii papæ, 170. Decreta Zozimi papæ, 182. Decreta Bonifacii papæ, 183, 265. Decreta Celestini papæ, 184. Decreta Hilarii papæ, 228. Decreta Simplicii papæ, 230. Decreta Felicis papæ, 231, 263, 157. Decreta Gelasii, 232, 243. Decreta Anastasii papæ, 244, 169. Decreta Symmachi papæ, 245. Decreta Hormisdæ papæ, 25. Decreta Joannis papæ, 262, 265. Decreta Silverii papæ, 266. Decreta Vigilii papæ, 267. Decreta Pelagii papæ, 268. Decreta Benedicti papæ, 270. Decreta Pelagii secundi papæ, 270. Decreta Gregorii papæ, 274. Decreta Gregorii minoris, 282.
Decretum ex concilio Valentino, 129.
Decretum pro Potamio episcopo, 129.
Decretum in favorem principis constitutum per singula concilia referendum, 117.
Decretum testamentorium, 129.
Defendi non debet quod non credi non licet, 197.
Defunctorum piam voluntatem exsequi retardentes excommunicentur, 95. Defunctorum corpora quomodo sunt inhumanda, 110. Defunctorum oblationes defraudans ab Ecclesia pellatur, 94.
Deitas quomodo ad carnem unita intelligatur, 70.
Delationis unde mors vel proscriptio sequatur, pœna, 101.
Depositus ob delictum post ordinationem nullum sperare debet restitutionis remedium, 284.
Desponsata viro puella non debet alteri in matrimonium dari, 166. Desponsatæ puellæ, etiam corruptæ, sponsis debent restitui, 61.
Detractio in sacerdotes non est exercenda, 13. Detractiones obloquentium patienter ferendæ sunt, 277.
Deus est auctor omnium bonorum, 184. Deum contemnit qui ejus negligit sacerdotes, 245. Deus Pater unicum Filium pro nobis passurum misit, 24. Deus homo, Verbum caro, humanæ beatitudinis est fides, 46. Deus est primus motor liberi arbitrii ad bonum, 184. Deus est omnium creator. 9. Deus corrigit ut obtemperantes ducat ad vitam, 6. Deus invisibilis visus est in cunabulis, 66. Deus metitur animum, non tempus, 8. Dei auxilio quotidiano egemus, 178. Deus vitæ nostræ est auctor, parentes ministri, 11. Deus maxime exoratur cum una gratiarum actio ei offertur, 224.
Devota si peccaverit, 105.
Diabolum credens per se effectorem aliquorum animalium vel tonitruum, est hæreticus, 138. Diabolus tanto callidius agit quanto quis est melior, 275. Diabolum negans a principio sui creaturam Dei bonam, est hæreticus, 138. Diaboli opera destruuntur cum corda hominum ad Dei et proximi charitatem revocantur, 186. Diabolus ab initio fuit bonus et est Dei opificium, 221. Diabolus prætextu pietatis imprudentibus illudit, 193.
Diaconissa ordinari non debet ante 40 annos, 74. Diaconissam in conjugem nemo ducat, 283. Diaconissæ non ordinandæ, 93.
Diaconi non debent offerre, 89. Diaconi presbyteros debent revereri, 90. Diaconus vel presbyter ad cellarii secretum puellam non debet admittere, 89. Diaconi rei ad se non pertinenti non se debent immiscere, 233. Diaconus non est promovendus nisi castitatem profiteatur, 143. Diacones uxorati modo caste viverint, ordinari possunt sacerdotes, 104. Diaconus quando debeat alba indui, 82. Diaconi conjugati non promoveri debent ad sacerdotium, 93. Diaconus aut presbyter si crimen capitale commiserit qualiter puniatur, 98 Diaconorum septem per singulas urbes institutio, 34. Diaconus ante 25 annos non ordinetur, 95, 78. Diaconus episcopi et presbyteri se debet agnoscere ministrum, 82. Diacones urbani supra presbyteros nihil præsumant, 89. Diaconus non potest panem dare vel aquam benedicere, 68. Diaconus inter presbyteros non nisi interrogatus debet loqui, 82. Diaconi ad presbyterum debet esse reverentia, 97. Diaconi in presbyteros non debent superbire, 114. Diaconi et presbyteri ab opere, debent abstinere conjugali, 220. Diacones qui immolaverunt, 61. Diaconus jubente presbytero sedere potest, 82. Diaconi protestantes non posse continere, an promoveri debeant ad sacerdotium, 61. Diaconus præsente presbytero, si jubeatur, populo eucharistiam ministrare potest, 82. Diaconorum officium, qui oculi dicuntur episcopi, 4. Diaconus qualiter ordinetur, 81. Diaconos septem in unaquaque civitate determinat Evaristus, 18.
Dies paschalis apud Aphros qualiter designetur, 80.
Digamus ad clerum non potest promoveri, 91, 173. Digami ordinati non consecrent aut ministrent, 95.
Dilectio Dei et proximi. Legis est consummatio, 5.
Dimitte nobis debita nostra, qualibet justus etiam ex persona propria vere dicit, 87.
Diœcesani presbyteri res ecclesiasticas non possunt alienare, 95.
Discipuli Domini LXX Spiritum sanctum tradidisse non leguntur, 164.
Discordia sedanda est, 267. Discordium clericorum ad concordiam revocet episcopus, 83.
Divinationum observatores qualiter puniantur, 62.
Divortio interveniente non potest cum altero contrahi matrimonium, 163. Divortium nemini licet propria auctoritate facere, 96.
Docibiles debent omnes esse, sed sacerdotes aliorum debent esse doctores, 5.
Doctoris nomen nemo sibi vendicet, 102.
Dolus in verbo vitandus est, 31.
Dominia rerum per meum et tuum inquietantur, 12.
Dominicis diebus non est jejunandum, 102. Dominicis diebus missarum solemniis clerici debent interesse, 144. Dominicis diebus non sunt exercenda fora, 101. Dominico die audienda est missa, 96. Dominico die jejunans non est habendus catholicus, 83.
Domum ejus qui abstinetur nullus debet ingredi, 105. Domus Dei nulli debet esse contemptibilis, 63.
Duodecim signa putans esse per corpus distributa hæreticus est, 138.

E

Ebredunensis Ecclesiæ juvandæ consilium, 92.
Ebredunensis Ecclesiæ benignitas erga Armentarium invasorem, 92.
Ebrietas vitiorum nutrix a clericis fugienda, 96.
Ebriosi, aut aleatores episcopi, et presbyteri esse non debent, 2, cap. 42.
Ebriosi corpore et animo sunt mortui, 6.
Ecclesia quibus non communicavit vivis, non communicat mortuis, 220. Ecclesia magnæ navi similis est, 13. Ecclesiastica decreta negligentis pœna est ignis, 7. Ecclesiæ quibus in locis sint constituendæ, 8. Ecclesiæ apud nationes barbaras locatæ, qualiter regantur, 69. Ecclesiæ redditus qualiter sint distribuendi, 230. Ecclesiæ prædia non sunt alienanda, 245. Ecclesiastica sacramenta un-

more debent ministrari, 112. Ecclesia communis proprius est orandi locus, 68. Ecclesias persequentium pœna, 254. Ecclesiæ res relictas occupantium pœna, 256. Ecclesiæ Carthaginensis reconciliatio, 265. Ecclesiæ dos ab episcopo consecratæ ejus ordinationi subest, 110 Ecclesiæ quoscunque proventus propria auctoritate rapiens anathema est, 63 Ecclesiæ propriæ desertor pœnis subjacet canonicis, 234. Ecclesiam privatam nemo debet congregare, 63. Ecclesiastica onera viritim exercenda sunt, 101. Ecclesiæ vacandum est a. 16, calendarum Januarii usque ad epiphaniam, 102. Ecclesiæ non dedicandæ sunt, nisi sub nomine sancti approbati, 234. Ecclesia orat pro universis, 185. Ecclesiæ bona : et ea quæ propria sunt sacerdotis dividi debent, 127 Ecclesia catholica unica est, 275. Ecclesiæ res in tres partes dividuntur, 139. Ecclesiæ inferiores ritui ecclesiæ metropolitanæ debent esse conformes, 132. Ecclesiæ immunitas non est a quoque violanda, 136. Ecclesia præscribit, et præscribitur spatio XXX annorum, 114. Ecclesiæ bona auferens fur sacrilegus et homicida censetur, 39. Ecclesiæ præsidentes ab ea recipere debent compendium mercedis, 114. Ecclesiæ immunitas cum ad eam reus confugit, 97. Ecclesia non debet in eos exercere severitatem quibus princeps communicat, 135. Ecclesiæ Arianæ ad fidem conversæ subsunt episcopo territorii, 109. Ecclesiam intrantes, et non communicantur, 105. Ecclesiæ bona inter episcopum et clerum dividenda sunt, ex æquo, 98.

Ecclesiæ res si utilitatem ejus non gravent possunt alienari, 109. Ecclesiam alterius nemo invadat vel clericum ordinet, 91. Ecclesiæ cedere licet unam parochiarum suarum, 92. Ecclesia non permittat extrahi qui ad eam confugerit, 93. Ecclesia pro immunitate quam præstat non debet damnificari, 93. Ecclesiarum dedicationes ad episcopos territorii pertinent, 93. Ecclesiam propriam nullus clericus relinquat, 90. Ecclesiastica res quomodo possit alienari, 84. Ecclesiæ desertor monitus contemnens, ab officio deponatur, 143. Ecclesiæ alicujus intercessor cathedram ultra annum non potest retinere, 84. Ecclesiæ quæ per hostilitatem deciderunt, prisco statui debent reintegrari, 164. Ecclesiam propriam per contemptum reliquens in nulla recipiatur, 143. Ecclesiæ mundanæ mutationi non debet subjacere, 175. Ecclesia sponsa Christi neque rugam, neque scissuram admittit, 196. Ecclesiæ frustra resistitur hostibus externis, si domesticis inimicis non obvietur, 196. Ecclesiæ res in cujus sint potestate, 2 Ecclesiam potestate sæculari obtinens deponendus est, 2. Ecclesiastico mucrone resecanda sunt mala, 39. Ecclesiæ cantus non recipiat versiculos ab idiotis æditos, 68. Ecclesiæ rector non est præficiendus sine episcopi auctoritate, 77. Ecclesia sponsa est Christi quæ nullo potest errore pollui, 27. Ecclesiæ bona potest episcopus dispensare egentibus, 142.

Œconomi rerum ecclesiasticorum non debent esse laici, 147. Œconomos assumere debent episcopi pro rebus ecclesiæ regendis, 115.

Edictum regis Reccaredi de confirmatione concilii, 110.

Edictum in Judæos, 136.

Electio summi pontificis qualiter est celebranda, 246.

Electio metropolitani qualiter est celebranda, 212.

Electus in episcopum debet intra tres menses ordinari, 74.

Electio promovendorum ad clerum non debet a populo pendere, 141.

Eleemosyna de alienis non est facienda, 63.

Energumeni, et reliqui erratico spiritu correpti non debent in Ecclesia ministrare, 100. Energumeni ad nullum ordinem clericatus promovendi sunt, 93. Energumeni post baptismum an communicent, 93. Energumenorum officium, 83.

Ennodii præfatio, 249.

Ennodii diaconi liber contra obtrectatores synodi sub Symmacho papa Romæ habitæ, ibidem.

Ephesina synodus secunda reprobatur, 195.

Epileptici et cæteri qui offenso sunt cerebro non debent ordinari, 133.

Episcoporum ordinationes qualiter et a quibus sunt celebrandæ, 2, 15, 59, 79, 81, 85, 89, 93. Episcopus ordinare non debet præter metropolitani auctoritatem, 78, 168 171, 229. Episcopi confirmatio ad metropolitanum pertinet, 59. Episcopus in alterius episcopi territorio nihil debet attentare, 66, 76, 78, 79. Episcopus cui in electione aliquid objicitur, prius est purgandus quam ordinandus, 79. Episcopi diœcesim visitantes non debent esse onerosi, 121. Episcopi per singulos annos semel suam debent visitare diœcesim, 114, 101. Episcopi per suas diœceses vigilanter debent ecclesias visitare, 140. Episcopus diœcesim visitans quid exigere potest, ibidem. Episcopus ecclesiam hæredem non instituens, si quid alienaverit, revocetur, 96. Episcopis (qui subditorum lux esse debent) est obediendum, 10. Episcoporum unus est ordo, 17. Episcopus Œconomum debet habere qui res ecclesiasticas gubernet, 74. Episcopi sunt ecclesiæ columnæ, 42. Episcoporum inimicis non debent esse amici subditi, 17. Episcopus vel quicunque clericus magos consulens ab officio deponatur, 114. Episcopis inobedientes sunt infames, 6. Episcopus licet viciosus non est a quovis arguendus, 19. Episcoporum qualiter potest fieri mutatio, 33. Episcopos oportet omnium quibus præpositi sunt curam gerere, 11. Episcopi in plerisque magis tolerandi quam accusandi, 52. Episcopus debet assumi quem vita nota et probabilis commendat, 67. Episcopus, presbyter, aut diaconus a gradu suo injuste dejectus qualiter restituitur, 114. Episcopi loco suam causam in causa appellationis foventis nullus est præficiendus, 154. Episcopis incumbit pauperes, et oppressos defendere, 114. Episcopus clericum innocentem, aut ex levi causa excommunicans ad synodum vocetur, 95. Episcopi, presbyteri, diaconi ab uxoribus debent abstinere, 77. Episcopi peregrino celebrandi locus debet assignari, 89. Episcopus alterius sedem ambiens a propria cadere debet, 212. Episcopi ad synodum vocati debent comparere, 68. Episcopi non habentur quos nec clerus elegit, nec populus exquisivit, nec metropolitanus consecravit, 220. Episcoporum ad synodum convocatio debet esse modesta, 212. Episcopo defuncto intestato mox a clericis omnium bonorum fiat inventarium, 101. Episcopus vocatus ad concilium debet accedere, 142. Episcopi et clerici mulierum careant consortio, 143. Episcopus creditæ sibi ecclesiæ curam non agens excommunicetur, 142.

Episcopus Gedebus seductor apud Gallias, 290. Episcopus nullis debet vexari excessibus, 282. Episcopatus non debet jure testamentario relinqui, 228. Episcopus præter necessitatem res ecclesiæ distrahens reus est furti, 142. Episcopi ut cæteris sunt eminentiores auctoritate, ita moribus et doctrina præstare debent, 132. Episcopus alterius visitans ecclesiam non debet honore suo privari, 82. Episcopus non rei familiari, sed orationi, et lectioni debet vacare, 82. Episcopus futurus qualis debeat esse, 229. Episcopus vel presbyter non baptizans in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, debet ab ecclesia dejici, 268. Episcopus sedens, presbyterum stare non præmittat, 82. Episcopales sedes aliquando obtinuerunt laici in Galliis, 288. Episcopus mutari potest urgente necessitate, 236. Episcopus mortuum episcopos humans quam habeat mercedem, 127. Episcopus non pompa supellectilis, sed vitæ meritis debet commendari, 82. Episcopus gentilium libros non debet curiose versare, ibidem. Episcopus viduarum et pupillorum gubernationi per archidiaconum debet providere, ibidem. Episcopus diœcesim sibi denominatam obtineat, 61. Episcopus non debet esse executor testamentorum, 82. Episcopum ordinandum quali oportet esse ingenio, 81. Episcoporum concilii Toletani duodecim subscriptiones, 137. Episcopo a synodo vel presbytero ab episcopo deposito, aliquid sacri mysterii tentanti, nulla sit ei spes restitutionis, 65. Episcopus, presbyter, vel diaconus filiam devotam maritum accipientem paterno non prosequantur affectu, 105. Episcopos dissidentes reconciliet synodus, 82. Episcopi personas debent secum habere quæ sint moribus integre, 114. Episcopi vel clerici qualiter filios debeant emancipare, 79. Episcopus unam de parochiis erigens in monasterium debet monachis providere, 109. Episcopi judicio Dei reservati sunt, 6. Episcopi propria libidine ecclesiam deserere non debent, 2. Episcopus non invitatus in alterius episcopi provinciam transire non debet, 64. Episcoporum causæ coram judicibus ecclesiasticis tractandæ sunt, 158. Episcopus nisi provocatus pro rebus caducis non debet litigare, 82. Episcopali sede vacante, vigilet episcopus vicinior, ne seditio moveatur, 92. Episcopus deferendus est synodo qui excommunicato alterius communicat, 93. Episcopus clericum alterius vagum apud se retinens communione privetur, 84. Episcopus de rebus propriis suo disponat arbitrio, 95. Episcopi non communicent cum illo cum quo proprius episcopus non communicat, 86. Episcopatus dignitas, presbyterii, vel diaconatus honor quomodo conferri debeat laico, 90. Episcopus, vel presbyter ante 30 annos, diaconus ante 25, non debet ordinari, 90. Episcopi, presbyteri, vel diaconi non ordinentur nisi conversis ad fidem his quibus cum vivunt domestice, 79. Episcopi necessitate exigente, sed non passim constituendi sunt, 64. Episcoporum defunctorum bona non debent invadi, 103. Episcopus depositus si appellaverit, non est aliquis ejus loco substituendus, donec re finita, 64. Episcopus non debet res ecclesiasticas alienare, 95. Episcopi benevolentiæ non potest obesse legis sæcularis præscriptio, 98. Episcopi non debent in clerum tyrannidem exercere, 110. Episcopi, presbyteri, et diaconi ab uxorio concubitu penitus debent abstinere, 109.

Episcopi pro summi pontificis electione vocati debent continuo venire, 96.

Episcopus spoliatus imprimis est restituendus, 166. Episcopis licet nonnunquam propriis rebus apud principes observare, 64. Episcoporum et clericorum irritæ sint donationes in homines non catholicos collatæ, 76. Episcopus a Metropolitano monitus venire debet ad synodum, 101. Episcopus ordinatus consulere debet Metropolitanum, ut ab eo instruatur, 101. Episcopus restitutus vocatus ad judicium venire debet, 158. Episcopi a sua civitate diu non debent abesse, 65. Episcopus condemnatus appellare potest ad sedem Ro., 64. Episcopi præ cæteris munditia carnis enitere debent, 124. Episcopi, et omnes clerici sicut nomine, ita meritis debent esse commendabiles, 114. Episcopus non est dandus invitis, 186. Episcopus suam docere debet ecclesiam sedulo, 19. Episcopus clericorum controversias debet cognoscere, 36. Episcopus successorem non potest sibi substituere, 66, 142. Episcopus alterius episcopi clericum non debet ordinare, 65. Episcopos contristans, Christum contristare videtur, 4. Episcopus ut præest ita et prodesse debet, ibidem. Episcopo vera docenti omnes debent obedire, 4. Episcopi quibus debeant moribus exornari, 15. Episcopo non communicantibus non debent communicare subditi, 4. Episcopus a sua diœcesi in aliam commigrare non debet, 66. Episcopus consecratus mox plebem sibi commissam debet regere, 66. Ecclesiæ pastores pro merito plebis sæpe depravantur, 17. Episcopi tantum spiritum sanctum tradere possunt instar apostolorum, 164. Episcopus rerum ecclesiasticarum potestatem debet habere ad dispensandum pauperibus, 67. Episcopus in alterius episcopi civitate non debet diu immorari, 64. Episcopo decedente rerum ecclesiæ, et episcopi fieri debet prudens separatio, 66. Episcopus quilibet sua sit diœcesi contentus, 69. Episcopi non invitati in alia diœcesi nihil debent attentare, ibidem. Episcopi sanguinis favore indignis non debent conferre beneficia, 128. Episcopus rerum ecclesiæ non debet esse dilapidator, 2. Episcopi ejecti sunt imprimis restituendi, 29. Episcopi et sacerdotes domino sacrificantes soli esse non debent, 13. Episcopus per quos gradus pervenire debet ad episcopatum, 49. Episcopos qui possint accusare, 13. Episcopalis honor per ambitum a nemine debet obtineri, 246. Episcoporum et sacerdotum rebaptizatorum pœna, 231. Episcopus vel clericus criminosus est deponendus, 2. Episcopus in sua provincia debet conveniri, 154. Episcopus alterius parochianum non ordinet, 154. Episcopus vacans in vacantem ecclesiam non debet irruere, 65. Episcopi provinciales absque Metropolitano nihil moliantur, 141. Episcopus die Dominico præsertim ab ecclesia cui proximus est non debet abesse, 98. Episcopus solus non debet attentare ordinationem episcopi, 89. Episcopi ecclesias quas suæ prætendunt esse jurisdictionis propria auctoritate non debent invadere, 88. Episcopus satagat omnia loca quæ ad suam pertinent cathedram unitati ecclesiæ connectere, 88. Episcopi, presbyteri, diaconi de civitate in civitatem non transferantur, 85. Episcopi (nisi legitima subsit causa) ad concilium debent accedere, 84. Episcopi sententia in clericum a coepiscopis examinanda est, 84. Episcopi, presbyteri, et diaconi ab uxoribus debent abstinere, 84. Episcopus fratrum calumniatores excommunicet, 83.

Episcopis successores dat Deus, non homo, 230. Episcoporum et sacerdotum diversa sunt munera et privilegia, 217. Episcopi Galliarum aliquando bellatores exstiterunt, 288. Electio ministrantium altari non est populo credenda, 67. Episcopus clericum non suum absolvere non potest, 65. Episcopi, presbyteri, et diaconi mulierum, nisi forte consanguinearum, careant contubernio, 85. Episcopus bigamum scienter ordinans sede privetur episcopali, 83. Episcopus publice pœnitentem ordinans scienter episcopatu privetur, 83. Episcopus in ecclesia sublimior sedeat, in domo presbyterorum collegam se cognoscat, 82. Episcopus alterum episcopum non debet conculcare, 89. Episcopus decreta maturitate, et ex concilio suorum clericorum clericos debet ordinare, 82. Episcopus sine assessorum præsentia causas non ventilet aut diffiniat, ibidem. Episcopi domus non procul esse debet ad ecclesia, ibidem. Episcoporum translationes non sunt permittendæ, 79. Episcopus si crimen impingat clerico, res deducatur ad synodum, 82. Episcopus qualiter debeat funerari, 104. Episcopus vel presbyter putans se injuste excommunicatum ad majores recurrat, 143. Episcoporum injusta damnatio a synodo debet retractari, 82. Episcopi et presbyteri uno modo debent salutare populum, 139. Episcopus gregem suum a judiciorum strepitibus debet arcere pro virili, 82. Episcopus, aut presbyter orans cum hæretico deponendus, 2. Episcopus non debet transferri spe pinguiori ductus, 82. Episcopus extra proprium territorium non debet ordinare, 2. Episcopus populum suum non pascens deponendus, 2. Episcopus præter consensum episcoporum provinciæ non debet adire principem, 66. Episcopi et clerici negotiis sæcularibus non debent implicari, 2. Episcopus tempore suæ ordinationis nihil habens quidquid acquirit, censetur ex bonis ecclesiæ quæsitum, 80. Episcopus vel presbyter percussor qualiter puniendus, 2. Episcopo defuncto qualis sit substituendus, 212. Episcoporum vita non debet perturbari, 132. Episcopus rem ecclesiasticam XXX annis prescribit, 73. Episcopis alicujus provinciæ dissidentibus accercendus est alterius provinciæ Metropolitanus, 66. Episcopus de laico non est assumendus, 186. Episcopus vel presbyter ante XXX annos debet ordinari, 95. Episcopo a sua civitate pulso humanitatis officium debet impendi, 65. Episcopi hæredes non debent bona ejusdem absque auctoritate vendicare, 104. Episcopi et abbates modeste castigare debent suos subditos, 145. Episcopi gravati ad Romanam sedem appellent, 154. Episcoporum oppressioni occurrit Anacletus, 12. Episcopo incumbit paupères alere, 98. Episcopis, nec presbyteris liceat habere canes ad venandum, 97. Episcopus nullus debet ordinari contempto Metropo, 183. Episcopi et alii clerici si mœchati fuerint, 99. Episcopi, diaconi et subdiaconi penitus ab uxoribus debent abstinere, 100. Episcopus (nisi grandis prohibet necessitas) ad synodum veniat, 82. Episcopos per principum curias evagari vilissimum, 64. Episcopi ultra marinam peregrinationem capescere non debent, nisi auctoritate a Metropolitano, 79. Episcopus alterius episcopi clericum ordinare, vel apud se retinere non debet sine litteris dimissoriis, 76. Episcopus aulice vanitatis sectator non est in communionem recipiendus, 64. Episc. rebus ecclesiæ velut suæ fidei commissis non tanquam propriis utatur, 82. Episc. Constantinopolis non meretur dici maximus, 96. Episcopi reatus qualiter sit eluendus, 77.

Epistola Clementis papæ de communi vita ad discipulos Hierosolymis agentes, 12. Epistola Siritii papæ, 168. Epistola Joannis papæ ad episcopos Italiæ, 262. Epistola Gregorii papæ ad cunctos Christianos, 285. Epistola Innocentii ad Antiochenum episcopum de pace, 285. Epistola Innocentii ad Aurelium episcopum, 174. Epistola Vigilii papæ ad Euterum, 267. Epistola Felicis papæ ad Benignum episcopum, 45. Epistola Liberii papæ ut nullus temere suam relinquat ecclesiam, 160. Epistola Evaristi papæ de regimine ecclesiarum, 18. Epistola Alexandri papæ, 22. Epistola Euticiani papæ ad episcopos Ciliciæ, 47. Epistola Fabiani papæ ad episcopos Orientales, 35. Epistola Siritii papæ ad Cumerum episcopum, 166. Epistola Clementis papæ ad universum populum Christianum, 9. Epistola Damasi papæ ad episcopos Illiricos, 165. Epistola Anacleti papæ de ordinationibus, 15. Epistola Formata qualiter fieri debeat, 74. Epistola Eusebii papæ ad Ægyptios, 52. Epistola Cyrilli ad Nestorium hæreticum, 69. Epistola Siritii papæ de damnatione Joviniani hæretici, 167. Epistola Innocentii ad Florentium episcopum Tiburtinensem, 174. Epistola Zepherini papæ ad Ægyptios, 29. Epist. Clementis papæ ad suos discipulos malorum contagione sautiatos, 11. Epistola Siricii papæ ad universos orthodoxos, 168. Epistola episcoporum Ægypti ad Felicem papam, 157. Epistola Marcellini papæ, 49. Epistola Alexandri papæ de vitandis obtrectationibus, 22. Epistola Anastasii papæ ad Nerianum, 170. Epistola familiaris quique episcoporum ad Innocentium papam, 180. Epistola Fabiani papæ, 86. Epistola concilii Carthaginensis ad sanctum Innocentium papam, 177. Epistola Cœlestini papæ ad episcopos Apuliæ, 186. Epistola Julii papæ ad Orientales episcopos de primatu Petri, 151. Epist. orientalium episcoporum ad Julium papam, 153. Epistola beati Clementis papæ recipitur, 94. Epistola Cornelii papæ ad Orientales episcopos, 38. Epistola Justiani imperatoris ad Hormisdam papam, 261. Epistola concilii Valentini ad clerum et plebem foro Juliensem, 91. Epistola concilii Milevitani ad Innocentium papam, 179. Epistola Victoris papæ ad Afros, 28. Epistola Africani concilii ad Bonifacium papam, 85. Epistola Actici Constantinopolitani ad synodum Carthaginensem, 54. Epistola Cyrilli Alexandrini ad synodum Cartha., ibidem. Epistola Pii papæ ad Italos, 25. Epistola Athanasii et Ægyptiorum ad Liberium papam, 155. Epistola Innocentii ad Martianum episcopum Naisitanum, 175. Epistola Innocentii ad episcopos Macedoniæ, 176. Epistola Silverii papæ ad Vigilium papam, 297. Epistola Felicis papæ ad Sabinam, 264. Epistola Pontiani papæ de dilectione, 32. Epistola Innocentii papæ ad Laurentium episcopum Symensem, 175. Epistola Sixti papæ, 23, 42. Epistola Innocentii ad synodum Tolosanam, 77. Epistola Innocentii ad Atticum Beroe episcopum, 175. Epistola Innocentii papæ ad Alexandrum episcopum, ibidem. Epistola Eleutherii papæ ad ecclesias Galliarum, 27. Epistola Stephani papæ de accusationibus sacerdotum, 40. Epistola Symmachi papæ ad Liberium patricium, 257. Epistola Euschii papæ

ad episcopum Tusciæ, 54. Epistola Innocentii papæ ad Bonifacium presbyterum, 174. Epistola Bonifacii papæ ad episcopos Galliæ, 183. Epistola Ægyptiorum pontificum ad Marcum papam, 150. Epistola Marcelli papæ ad Maxentium tyrannum, 51. Epistola episcoporum Tarraconensium ad Hilarium papam, 229. Epistola Innocentii ad Aurelium episcopum, 174. Epistola Symmachi papæ ad Laurentium episcopum Medionalensem, 237. Epistola Innocentii ad episcopum Constantinopolitanum, 174. Epistola Innocentii papæ ad felicem Nucerianum episcopum, 173. Epistola Gregorii papæ ad Bonifacium presbyterum, 285, 286. Epistola Iginii papæ ad Athenienses, 125. Epistola Gregorii papæ ad diversos, 287. Epistola Innocentii papæ ad Aurelium et Augustinum episcopos, 174. Epistola Vitaliani papæ ad diversos, 283, 284. Epistola Innocentii papæ Maximo, et Severo episcopis, 173. Epistola Innocentii papæ ad episcopos Apuliæ, ibidem. Epistola Gregorii papæ ad Reccaredum regem Gothorum, 274. Epistola Pelagii papæ ad episcopos qui Constantinopolim convenerunt, 270, 272. Epistola Sotheris papæ, 27. Epistola Felicis papæ, 44. Epistola Damasi papæ ad episcopos Italiæ, 466. Epistola Calixti papæ ad Galliarum episcopos, 30. Epistola Stephani archipresulis Mauritaniæ ad Damasum papam, 161 Epistola Dionisii papæ ad Severinum episcopum, 43. Epistola Innocentii ad Julianam nobilem feminam, 174. Epistola Simplicii papæ ad diversos, 230. Epistola Leonis papæ ad diversos, 187, usque ad 229. Epistolæ per metropolitanos sunt dirigendæ pro convocatione synodi, 101.

Eringius rex concilium Toletanum XII, confirmat, 136.

Eringii regis confirmatio per concilium, 135.

Eringii regis compellatio ad concilium, 134.

Erroris solent esse magistri, qui veritatis non fuere discipuli, 188.

Escæ vitandæ, 290.

Eucharistia non est ministranda corporibus defunctorum, 78. Eucharistiæ viaticum quibus debeat tradi, 60. Eucharistiæ receptionis propriam volentes observare disciplinam, reprimendi sunt, 65. Eucharistiam non consumens excommunicetur, 102. Eucharistiam acceptam non consumens tanquam sacrilegus habeatur, 105. Eucharistiæ admixtio simul consecranda est, 93. Eucharistia a jejuniis tantum celebretur nisi forsan die cenæ Domini, 79. Eucharistia de corpore exeunti non est deneganda, 144.

Eunuchus an possit promoveri, 2, cap. 21, 84, 89, 142.

Eutychetis libri jubentur cremari, 75. Eutychianistæ naminem debent ordinare, 75. Eutyches hæreticus, 188. Eutychetis confutatio negantis in Christo duas naturas, 189. Eutyches promisit se abdicaturum hæresim, 191. Eutyches unicam in Christo naturam credens anathematizatum, 202.

Evangelii lectio cathecumenis et pœnitentibus facienda, 103. Evangelium cantandum est post apostoli lectionem, 113

Evaristi papæ epistola de regimine ecclesiarum, 18.

Excommunicatis non est communicandum, 144. Excommunicatus accusare non potest, 86. Excommunicatus debet ab officio cessare, 143. Excommunicatos nullus debet recipere, 30. Excommunicati munera non sunt recipienda, 100. Excommunicati a propriis episcopis ab aliis non debent recipi, 102. Excommunicato communicans excommunicationis fit particeps, 83 Excommunicati reconciliatio facienda ubi excommunicatio, 89. Excommunicatum unius episcopi alter episcopus non debet recipere, 89. Excommunicato communicare non licet, 139.

Exemplaria Nicæni concilii directa ad concilium Carthaginense, 84.

Exorcista qualiter debet ordinari, 82.

Exsecutoribus injustis desideriis est obsecundandum, 87

Exsuperantii presbyteri calumniæ castigatio, 91.

Exsuperius Tolosanus laudatur, quod in dubio sedem consuluerit apostolicam, 172.

F

Facinorosa ventilare est ipsa nobilitare, 253.

Falsariorum clericorum pœna, 97.

Falsus testis secundum falsi differentia puniendus est, 101.

Familiaritate extranearum mulierum interdicendi sunt clerici, 103.

Felicis papæ ad diversos epistolæ, 232.

Felicis Siciliæ episcopi ad sanctum Gregorium papam, 281

Feminæ non debent altaribus ministrare, 234. Femina si ancillam occiderit, 99. Feminæ proprio nomine non debent litteras mittere, 101. Feminæ maritum adulterum relinquentis, et alteri se copulantis pœna, 99. Feminæ, Deo sacratæ sacra vasa non debent tangere, 27. Feminæ extraneæ cum clericis non debent habitare, 115. Feminæ quacum interdicta sunt consortia clericis ab episcopo auferantur, 115. Feminas Deo sacratas, vel sanguine propinquas non decet uxores ducere, 283. Feminarum tabernaculum clerici non debent ingredi soli, 8. Feminis religiosis præficiendus probetur, 83.

Fenerator esse non debet episcopus, presbyter, nec diaconus, 42. Feneratores ministri a communione arceantur, 89.

Fenus omne illicitum ministris altaris, 67. Fenus omne clericis interdictum est, 143.

Feriari non licet cum Judæis, 68.

Fermenti mittendi modus, 171.

Festis solemnibus saltationes et tripudia non debent fieri, 110.

Fetum animatum necantium pœna, 144.

Fidejussor non debet esse clericus, 2, cap. 20.

Fides est fundamentum tam præsentis quam futuræ vitæ, 5. Fidei arcana peccatorum sordibus involutis non sunt passim narranda, 11. Fidei regulam tenere principium est salutis, 260. Fidei assertio, quod Christus secundum solam humanitatem sit passus, 148. Fidem volenti capessere necessaria. 9. Fides sanctæ romanæ ecclesiæ rugam non admittit, 45. Fidei assertio concilii Braccarensis, 144. Fides concilii Toletani undecimi, 130. Fides cuilibet quam primum suggerenda est, 46. Fidei confessio sexti concilii Toletani, 118. Fides Christi in Judæa apparentis ad gentes translata est, 10. Fides, et infidelitas sunt duo principia sanitatis et morbi, 9. Fidei tranquillitas tenenda, ubi hæresis procellas concitat, 229. Fidei puritas tunc maxime splendescit, cum ab ea tolluntur errorum sordes, 224. Fides concilii primi Toletani, 105. Fides evangelica in lapide angulari fundata disputationibus non potest esse mutabilis, 195. Fides Trinitatis, 168. Fidem volentes accipere quanto tempore sunt probandi antequam baptizentur, 100. Fides patrum in concilio Toletano octavo considentium, 122. Fidem non excedit, quod virgo peperit, 169. Fides Nicæni concilii, 107, 138. Fidei Trinitatis probatio, 21. Fidem relinquere persuadentes qua pœna plectantur, 61. Fides principi ab omnibus servanda est, 117.

Fiducia in Deum quidquid petit obtinet, 14.

Filia episcopi Deo dicata si matrimonium contrahat, 143.

Filii et Spiritus sancti fidem temerantes similes sunt Judæis, 163. Filius ut Pater lucem habitat inaccessibilem, 18. Filius an sit patre minor, 131. Filius Patri est æqualis, 265. Filius hominis de cœlo descendit, qualiter intelligitur, 189. Filium Dei ante incarnationem fuisse negans est hæreticus, 138. Filius Sicut et Pater verus est Deus, 23.

Filii ob Dei cultum parentes fideles non debent deserére, 63. Filii patrum sequaces in errore socii sunt in damnatione, 163. Filii prætextu religionis non sunt a parentibus deserendi, 63. Filii vel filiæ episcoporum non debent hæreticis in matrimonium sociari, 79. Filius fidelis ab incredulis parentibus est separandus, 11.

Finis commendatur non initium, 264.

Flagella Dei neminem trahere debent in desperationem, 41.

Flamines si munus idolis dederint, 99. Flamines si post baptismum idolis sacrificaverint, 99.

Flaviani episcopi rescriptum ad Leonem papam, 188. Flaviani reliquiæ ad ecclesiam Constantinopolitanam revocantur, 201.

Fornicatio grave est apud Deum crimen, 3.

Fragmenta corporis Christi prudenter locanda sunt, 8. Fragmenta mensæ Domini non sunt danda excommunicatis, 7.

Frater fratris thorum defuncti non ascendat, 98. Fratres duos singulas sorores possunt accipere conjuges, 278.

Fuga prudens est laudabilis, 115.

Fugiens ad hostes quali sit vindicta dignus, 119.

Funerationi episcopi interesse negligentium pœna, 49.

Fur est qui non intrat in ostium per ovile, 165.

Furti pœna ex furantis persona examinanda est, 278.

G

Galli non sunt in Galliis discutiendi, 94.

Galli recusant pendere censum legato Romani pontificis, 290.

Gelasii papæ decreta de scripturis apocryphis, 248. Gelasii papæ tomus de Anathematis vinculo, 234. Gelasii epistolæ ad diversos, 237, 298, 241, 234.

Genitalibus sectus an possit ad sacerdotium promoveri, 59.

Gentiles quorum vita aliter honesta est, in infirmitate possunt baptizari, 100.

Gentilium ritus Christiani non debent observare, 144.

Germania tres sedes episcopales accipit, 288.

Gloria Patri pro ratione temporis cantandum, 113.

Gloria Patri mutatio, *ibid.*

Gratia invisibilis quæstu non debet venundari, 132. Gratia Dei non est in vanum recipienda, 95. Gratia Dei

Christum non solum docet, sed etiam juvat sequi quod debemus, ibid. Gratia Dei per Jesum remissionem peccatorum et auxilium præstat, 184. Gratia sola Dei miserentis hominem restituit innocentiæ, ibid.

Gregorii epistola ad Theotistam patriciam de sedanda discordia, 276. Gregorii papæ epistola ad Secundinum inclusum 275. Gregorii papæ ad Bonifacium epistola, 287. Gregorii papæ epistola ad Augustinum, 278. Gregorii papæ epistolæ et decreta, 274. Gregorius papa synodum Romæ celebrat, 280. Gregorii papæ rescriptum ad felicem Siculorum episcopum, 281.

Gubernacula erga subjectos magno moderamine sunt temperanda, 275.

H

Hæredes defuncti episcopi bona hæreditaria propria auctoritate non debent vindicare, 104.

Hæreditarium non debet reputare quod sola Dei benignitate confertur, 229.

Hæreseos dilutio afferentium filium minorem patre, 49. Hæresibus condemnatis reviviscentibus ad prisca Patrum statuta recurrendum est, 184. Hæresis facile pelleretur si rudes animos non turbarent negotia, quæ jam peremit antiquitas, 199. Hæresis est sentina omnium sordium, 44,

Hæreticorum cœtus non ecclesia, sed conciliabulum debet dici, 83. Hæreticus ad fidem revertens, non est rejiciendus, 99. Hæreticorum se repugnantia eos non excusat, 226. Hæretici nomen non est refricandum, 245. Hæreticorum ad fidem revertentium pœnitentia, 97. Hæreticis in mortis discrimine positis pœnitentibus, non est deneganda manus impositio, 93. Hæreticorum dogmata nemo tueri debet, 205. Hæreticis non licet miscere connubia nisi profiteantur se futuros catholicos, 68. Hæretici nolentes impietatem abnegare, similes sunt Cain qui monitus a Domino, pœnitentiam a se repulit, 207. Hæreticorum benedictiones non sunt recipiendæ, 68. Hæretici solent infirmos, et ignorantes præcipitare, 188. Hæreticorum confutatio qui dicebant quæ filius patrem non videat, 45. Hæretici sunt qui unam et eamdem asserunt Patris et Filii et Spiritus sancti personam, 221. Hæretici ad fidem revertentes per manus impositionem suscipiantur, 52. Hæretici et illusores novissimis temporibus venturi sunt, 14. Hæreticorum confutatio dicentium unigenitum Dei Filium ante incarnationem non fuisse, 221. Hæreticis non debet patere domus Dei, 62. Hæreticorum confutatio fidei generat soliditatem, 198. Hæreticorum scripta tutantes, pro hæreticis sunt censendi, 139. Hæreticorum confutatio duas in Christo post unionem naturas negantium, 147. Hæreticis non sunt miscendæ nuptiæ, 62.

Hebræi ad fidem conversi non debent esse frequentes in Judaismo permanentibus, 115.

Herbarum collectiones superstitiosa religione carere debent, 144.

Hermes revelationem habet ab angelo de celebratione Paschæ, 25.

Hieronymi rescriptum ad Damasum papam, 161.

Hieronymus postulat a Damaso, *Gloria Patri* poni in fine cujuslibet psalmi, 161.

Hierosolymitanorum et Antiochenorum clericorum supplicatio ad Justinum imperatorem, 261.

Hilarii papæ epistolæ ad diversos episcopos, 229.

Hispaniarum episcopi quo tempore synodum celebrent, 112.

Homicidarum pœnitentia, 62.

Homicidæ et falsi testes ab Ecclesiæ communione debent arceri, 96.

Homicidii voluntarii pœna, 144.

Homo assumptus non est adorandus velut alter a verbo, 71. Homo solus omnium animalium est rationis particeps, 9.

Honor ob primatum deferendus est, 119.

Honorii Augusti ordinatio super electionem summi pontificis, 183.

Horæ canonicæ quo ordine dicendæ sunt, 96.

Hormisdæ papæ epistola ad diversos, 259.

Hormisdæ papæ decreta, 257.

Hostis domesticus nequior extraneo, 20.

Humana natura non est diaboli figmentum, sed Dei opificium, 221. Humanæ carnis veritatem negantes in Verbo Dei ab incarnatione non possunt nomen sibi vindicare Christianum, 208.

Humanitatis assumptæ mysterii declaratio, 189.

Humilis exaltatur et perit impius, 23 Humilior tanto quis esse debet, quanto est major, 3.

Hymni a sanctis viris compositi sunt cantandi in ecclesia, 113. Hymnus trium puerorum per ecclesias Hispaniarum jubetur decantari, 113.

I

Idola confringens et ibi occisus non est habendus martyr, 100. Idola non sunt habenda domi, 100.

Idolatritiis escis contaminati qualiter reconcilientur, 220.

Idolis semel oblata non debent comedere, parte prima, 20. Idolis datum a nemine recipiendum, 100.

Idololatriæ omnis species fugienda, 136.

Ignorantes ebrio sunt similes, 9.

Ignorantia est origo totius mali et impedit libertatem humanæ mentis, 9. Ignorantia est tolerabilior quam veritatis cognitæ conculcatio, 91. Ignorantia mitius punitur quam dolus, 167. Ignorantia intolerabilis quæ se putat aliquid scire, 9. Ignorantia in his qui præsunt, est prorsus intolerabilis, 192. Ignorantia omnium errorum mater in sacerdotibus est intolerabilis, 114.

Illicita non debent fieri, 230.

Illitterati et corpore vitiati non sunt in clerum recipiendi, 234.

Illusio carnis an a communione impediat, 280.

Immolatitiis cibis pollutorum pœnitentia, 214.

Imperatorum Valentiani et Martiani sanctio contra hæreticos, 74.

Imperialis potentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat, 239.

Impia sapere et sapientioribus non credere, nihil iniquius, 188.

Incarnati Verbi veritas, 215.

Incarnationis veritas, 206. Incarnationis Filii Dei declaratio, 46.

Incerta judicanda non sunt, 28, 154.

Incestorum pœna, 97.

Incestu pollutorum pœna, 103.

Incestuosi a liminibus ecclesiæ sunt arcendi, 282.

Incubatores plebis a sedibus suis sunt repellendi, 80.

Inducieæ quales sint dandæ episcopis, 159.

Infames qui dicantur, 40.

Infantibus expositis compatiendum, 94.

Inferiores majoribus cedere debent, 87.

Infideli communicans non potest esse fidelis, 241. Infidelis fidelem non potest accusare, 35. Infidelium spes est tanquam lanugo quæ a vento tollitur, 35.

Infirmi credere volentes, in infirmitate benedicantur, 88.

Ingratitudo ad vincula servitutis revocat libertum, 147.

Inimicitias quærit discedere volens ab amico, 153.

Innocens solus potest alios auctoritate docere, 43.

Innocentii papæ decreta, 170. Innocentii papæ rescriptum ad concilium Carthaginense, 178. Innocentii papæ epistola ad Exuperium episcopum Tholosanum, 179. Innocentii rescriptum de Pelagio hæretico, 172. Innocentii papæ epistola ad Aurelianum episcopum, 182. Innocentii papæ epistola ad Victoricum Rothomageum episcop., 171.

Inobedientes superioribus similes sunt Lucifero, 6.

Inobedientia labi fecit primum hominem, 9.

Instrumenta conficiantur si quid negotii ecclesiastici contrahatur, 127.

Intellectus laborare non debet ubi sensus dat experimentum, 205. Intellectus humanus per injuriam noxias sibi contrahit opiniones, 11.

Intelligentiam refugientis gravis erit ultio, 11.

Irenæus a sede Barcinonensi deponitur, 229.

Itinerarium Clementis papæ, 5.

J

Jejunandum non est diebus Dominicis, 63. Nec est feria quinta quæ dicitur Cœna Domini, 138. Jejunandum non est mensibus Julii et Augusti, 99. Jejunare die natalis Domini, hæresim sapit, 221. Jejunans die Dominica habendus est hæreticus, 83, 102, 143.

Jejunia Ecclesiæ non debent esse contemptibilia, 63. Jejuniorum tempore confirmatio petentibus danda est, 83. Jejunii Quatuor Temporum institutio, 29. Jejunium solvere non licet feria, 5. Novissimæ septimanæ Quadragesimæ, jejunium fieri non debet die Dominica, 55. Jejunium Sabbato non faciendum, 99. Jejunium quadragesimale a Telesphoro papa, 23.

Jejunus sacerdos debet celebrare, 141.

Joannes episcopus Lampensis commendatur æ imperiali cubiculario, 283.

Joannis papæ decreta, 262.

Joannis Constantinopolitani libellus fidei, 258.

Judæi Christum venturum acceperunt, 10. Judæi ad fidem venientes, 96. Judæi fides debet esse libera, 115. Judæi Christianas non habeant uxores, nec muneribus fungantur publicis, 110. Judæi ab omni officio publico sunt alieni, 116. Judæi post fidem susceptam prævaricati non

est admittendum testimonium, 115. Judæi servos non possunt habere Christianos, 116. Judæus nisi convertatur, uxorem fidelem non potest retinere, 115. Judæo patrocinans cupiditate excommunicetur, 115. Judæorum azymis non est communicandum, 68. Judæorum benedictiones super fructus non sunt permittendæ, 100. Judæorum filii vel filiæ debent ab eorum separari consortio, 115. Judæorum hæreticorum filii fideles jure hæreditario non debent fraudari, 115.

Judex ecclesiasticus in absentem non debet diffinire, 82. Judices ecclesiastici causas legibus repugnantes non audiant, 158.

Judicium de aliis ferre non debemus sed benigne succurrere, 9, 244.

Julii purgatio contra Orientales, 165. Jurandum omnino non est propria libidine, 38.

Justi a Domino præservantur, 47.

Justini imperatoris sacra ad Hormisdam papam, 258.

Justitia Dei imprimis est requirenda, 10. Justitia a Deo est sicut peccatum a diabolo, 14.

K

Kalendarum Januariarum superstitio apud Gallos, 292.

L

Lac in sacrificio missæ non est offerendum, 145.

Laici qui promoveri vetentur, 173. Laicus qualiter est admittendus ad sacerdotium, 233. Laicus, quantumvis potens, nihil statuere potest in Romanum pontificem, 247. Laici qualiter ad sacerdotium sunt promovendi, 139. Laicus ne quid præsumat in præsentia clericorum, 83. Laicus post uxorem aliam cognoscens non est promovendus ad clerum, 102.

Lanificia mulieres vanis superstitionibus non debet observare, 144. Lapsis per ignorantiam aut errore traductis est succurrendum, 195.

Lector qualiter ordinatur, 82. Lector si viduam accipiat, 143. Lectores in quo habitu debeant psallere, 139. Lectores puberes facti, aut ducant uxores, aut continentiam voveant, 79. Lector fidelis si viduam accipiat uxorem, 104. Lectores et psalmistæ uti non debent orariis, 68. Lectores vel ostiarii sese adulteris miscuerint, 101.

Legatione Christi funguntur episcopi, 244.

Leges non ligant in necessitate, 88.

Legis profectio ex charitate pendet, 52.

Legislator an suis legibus subdatur, 252. Legislatoris intentio, 252.

Leo orat Augustam ut Eutyches procul mittatur a Constantinopoli, ne sua familiaritate alios inquinet, 225.

Leo imperator custos concilii Chalcedonensis, 227.

Leonis papæ epistolæ ad diversos, 187 ad 229.

Leprosis danda est communio, 287.

Levita factus cum uxore vivens incontinenter deponatur, 93.

Lex justo non est posita, 219. Lex Dei humana libidine non est interpretanda, 12. Lex edita in concilio Toletano octavo, 226.

Libelli formatio in causa criminali, 47. Libelli cujusdam Didascolici adversus Symmachum papam confutatio, 251. Libellos famosos edentes excommunicentur, 100. Liber missus ad Innocentium, 180. Liberalitas amatoris episcopi in Silverium papam, 266. Liberum arbitrium non aufertur Dei munere, 185. Libero arbitrio uti ad bonum nemo potest, nisi per gratiam Dei, 184.

Liberti debent illi ecclesiæ obsequia, a qua gratiam obtinuerunt libertatis, 128. Liberti Ecclesiæ suæ conditionis professionem facere debent, 119. Liberti ecclesiæ patrocinii desertos in servitutem relabuntur, 116.

Liberti ecclesiæ intra ecclesiam debent alicui præstare obsequia, 119. Liberti si ad clerum promoveantur, 109. Liberti ecclesiæ patrocinio astricti ab ea debent protegi, 116. Liberti ecclesiæ de rebus quas ab ecclesia tenent nihil possunt alienare, 128. Liberti quorum patroni fuerunt sæculares, 101. Liberti contra statum connubiale uxorem ducentes, 128. Liberti ecclesiæ ab illius patrocinio non possunt abdicari, 116.

Libertos ecclesiæ non potest episcopus ab obsequiis absolvere, 116. Libertos a dominis suis factos defendat ecclesia, 96.

Libri recepti ab ecclesia, 68. Libri canonici sunt in ecclesiis legendi, 144.

Linguæ difficilis est moderatio, 50. Litaniarum celebratio, 117. Litaniæ secundæ celebrandæ sunt Kalendis Novembris, 102.

Lucretii episcopi compellatio ad fratres coepiscopos, 139.

Lustrationibus paganicis utentium pœna.

M

Machinari non debemus in alium quod pati nolemus, 32.

Magia clericis est interdicta, 143.

Magistratus duum viratum agens, ab ecclesia debet cohiberi, 100.

Major a minore judicari non potest, 49.

Maleficio alterum interficientis pœna, 99. Mali justos continuo affligunt, 29. Mali fugiendi quorum deplorata est emendatio, 40.

Mancipia ecclesiæ episcopus distrahens, de proprio debet ecclesiæ damnum farcire, 146.

Maniaci non sunt ad clerum recipiendi, 234.

Manichæus et Marcion Christum quoad carnem dicebant omnia gessisse simulatorie, 202. Manichæi qualiter ad fidem recipiantur, 169.

Manumissio facta per episcopum non debet ecclesiæ præjudicare, 146. Manumissi directe et simpliciter ad clerum possunt promoveri, 116. Manumissio servorum ecclesiæ qualiter fieri debet, 116. Manumissus presbyter ordinatus patronam suam habeat hæredem, 116. Manumittere aliquando licet episcopus, 116.

Marcus papa exemplum fideliter exscriptum Nicæni concilii misit ad episcopos Ægyptiorum, 150.

Margaritæ sacrorum mysteriorum non sunt mittendæ ante porcos, 10.

Maria Deum carnem factum genuit, 76.

Mariani imperatoris et Patrum concilii Chalcedonensis consensus, 74.

Maritus vel uxor vivente consorte alteri non potest copulari, 88. Maritus si fuerit conscius mœchiæ uxoris, 100.

Martiani imperatoris edictum, 74. Martiani imperatoris verba ad concilium Chalcedonensem consensus, 74. Martiani ad Palladium secunda sanctio, 75.

Martini episcopi Braccarensis præfatio, 141.

Martini papæ epistola ad Amandum, 262.

Martyres falsi non sunt venerandi, 68.

Martyrum dignitatem nemo debet infamare, 76. Martyrum causa patiendi fuit confessio veræ divinitatis et humanitatis in Christo, 193.

Martyrum damnans venerationem anathema, 63. Martyrum natalia non debet in quadragesima celebrari, 143.

Massiliæ civitatis primatus, 91.

Matrimonia libertorum quomodo facienda, 127. Matrimonia inter consanguineos ab episcopis sunt prohibenda, 30. Matrimonii fidem maculans concubinatu communione privetur, 105. Matrimonium damnans Eutachius damnatur, 63. Matrimonium occasione religionis non est solvendum, 63. Matrimonium nulla religio dirimere potest, 278. Matrimonium attentantium cum duabus sororibus pœna, 144. Matrimonium non duplicatur, si ancilla abjecta ducatur uxor, 220.

Membra corporis non eumdem actum habent, 152.

Mendaciorum duo sunt genera, 123.

Mendacium non debet in ore versari, 6.

Mensa sacerdotum debet habere lectionem, 109.

Menstruante mulieri misceri est execrabile, 12.

Meretria ad fidem veniens recipienda, 100.

Metropolitani in causarum examine comprovincialis episcopos debet accersere, 24. Metropolitani duo non possunt esse in eadem provincia, 73. Metropolitanus delinquens a quibus est arguendus, 26. Metropolitani officium in conciliis generalibus, 1. Metropolitanus superbum nomen summi sacerdotis non debet usurpare, 79. Metropolitanus non debet esse negligens circa hæreticam pravitatem, 88. Metropolitanus vicinæ provinciæ accersendus est, si discrepent episcopi, 142. Metropolitanus in qualibet provincia constituendus est, 2. Metropolitanus in qualibet provincia debet designari, 186. Metropolitani electio quomodo facienda, 169.

Miles certamine probatur, 13.

Militia nostra non debet esse carnalis, 14. Militiæ sæcularis post peccatorum remissionem cingulum accipiens non est ordinandus, 171.

Ministeria sacra qui tangere debeant, 143. Ministeria non sunt portanda in campum, 144. Ministeriis divinæ mensæ quales sint initiandi, 7. Ministeriorum regulas transgredientis pœna, 144.

Ministri altaris vanis spectaculis non debent interesse, 68.

Minor in majorem non debet insurgere, 76.

Misericordia in pauperes pœnitentiam locupletat, 8. Misericordiæ Dei humana præsumptio modum metiri non debet, 219.

Missa dicenda nocte nativitatis Domini, 23. Missæ in provincia Bracca sunt eodem ordine celebrandæ, 139. Missa quo tempore celebranda sit, 23.

Missæ præter necessitatem non debent celebrari nisi in locis consecratis, 263. Missa integra audienda die Dominico, 96. Missæ mysterium ab uno incœptum ab alio potest profici, 120.

Modus funerandi corpora defunctorum, 110.

Mœchanti sæpius et præsertim post convalescentiam deneganda est communio, 100. Mœchans cum Judæa, qualiter sit puniendus, 101.
Mœchiæ uxoris maritus conscius qua pœna punit, 100.
Monacha in uxorem duci non debet, 283.
Monachi clerici effecti debent in proposito monastico perseverare, 172. Monachorum et monialium filios procreantium pœna, 166
Monachum aut paterna devotio aut propria professio facit, 115. Monachi ad sacros ordines possunt promoveri, 167. Monachi vagi, etiam uxorem ducentes, ad monasterium sunt reducendi, 115. Monachi episcopali imperio non sunt officio servili mancipandi, 115 Monachum alterius monasterii alius non promoveat, vel apud se retineat, 84. Monachi moniales debent instruere familiaritate seclusa, 147. Monachi vel moniales personas extraneas ad se non debent accersere, 76. Monacho orarium non licet habere in monasterio, 98 Monachus fratrum suorum cellulas non debet deserere, 98.
Monasterium si episcopus exstruxerit, 127. Monasteria puellarum a monachorum monasteriis longius extruantur, 96. Monasterium novum sine episcopi auctoritate fundari non potest, 97. Monasteriis oblata non debet sibi vindicare episcopus, 103. Monasterium ordinis sancti Benedicti fundatur in Galliis per Bonifacium papæ legatum, 290.
Monastica vita deserens qualiter est puniendus, 220. Monasticæ professionis prævaricator est arcendus, 118. Monasticis regulis imbutus ad munus clericale veniens qualiter sit admittendus, 238.
Morientibus accepta pœnitentia quomodo licet communicare, 93. Morientium in pœnitentia sine communione oblationes non sunt recipiendæ, 85, 94.
Mors pie viventium non debet nos contristare, 176. Mortem sibi inferentes, et pro suis sceleribus puniti ecclesiasticæ non sunt tradendi sepulturæ, 139. Mortis et peccati auctorem non superaremus, nisi naturam nostram assumpsisset Deus, 188. Mortis ruinæ propinquus sine consultu episcopi, pœnitentiam non debet agere, 100.
Mortuorum corpora in basilicis sanctorum non sunt sepelienda, 139.
Mulieres non debent ingredi in altare, 68. Mulier non baptizet, 3. Mulieres fideles alienorum virorum cœtus evitent, 182. Mulier veste virili utens peccat, 63. Mulieres unde nasci possit sinistra suspicio, cum clericis non cohabitent, 79. Mulieris usque ad finem vitæ mœchantis pœna, 100. Mulieres prohibitæ cum clericis habitare, 167. Mulier quantumvis docta in conventu viros docere non præsumat, 88. Mulieris purgatio post partum, 280. Mulieris duobus fratribus nubentibus pœna, 62. Mulier per adulterium conceptum fetum necans nunquam ad communionem recipienda est, 100. Mulier non ingrediatur secretarium, 143. Mulieris devotæ peccantis pœnitentia, 143.
Munditia corporis custodienda, 275.
Muneribus nemo debet promoveri sed meritis, 118.
Mutus baptizari potest, 93.

N

Natale Christi non vere honorans secundum carnem hæreticus est, 98. Natalis Domini vel Quadragesimæ solemnitatem nullus debet in villa celebrare, 98.
Natura humana sine prævio Dei auxilio nihil potest mereri, 177. Natura cœlestibus præsidiis destituta nihil potest, 179. Naturæ duæ in Christo, 266.
Necantes fetus editos vel pharmacis abortum accersentes, 103.
Negligentia est mater ignorantiæ, 9.
Negligentiores tardius debent reconciliari, 83.
Neptis non est in uxorem ducenda, 283.
Nescientes ea quæ sunt Domini a Domino nesciuntur, 86.
Nestorii et Eutychetis error, 257. Nestorius Mariam solius hominis dicens genitricem anathemate feritur, 202.
Neophytus in fide non est facile admittendus ad clerum, 59. Neophytus non est promovendus, 67. Neophyti in episcopos debent assumi, 84. Neophyti qualiter ab initio debeant vivere, 83. Neophytus diaconus, vel sacerdos non debet ordinari, 89.
Nicæni concilii canones non licet ad arbitrium proprium exponere, 177. Nicæni concilii canonibus nihil addendum, 199. Nicæni concilii exemplaria authentica Græca a Patribus concilii Carthaginensis sexti poscuntur, 84, 1 numero vacante.
Nomina quando recitanda sunt, 170.
Novatus hæreticus in Africa grassatur, 34. Novatiani qualiter recipiantur, 127. Novatianus et Nicostratus hæretici, 37. Novatianus qualiter ad communionem admittatur, 90. Novatiani non recipiendi, nisi prius abdicata hæresi, 67.
Noverca aut nurus in uxorem ducenda non est, 283.
Nubentes Christo fidei violatrices qualiter ad pœnitentiam sunt admittendæ, 272.
Nudus nullo privilegio potest nudari, 23.
Nuptiæ quadragesimæ tempore non sunt celebrandæ, 68. Nuptiæ laudandæ sunt non reprobandæ, 221. Nuptialia convivia turpibus carere debent tripudiis, 68. Nuptias accusans, anathema est, 63. Nuptiis secundis presbyter non debet esse conviva, 143. Nuptiis multis copulatus, debet agere pœnitentiam, 144. Nuptiis secundis copulatus, ad clerum nullus admittat, 234.

O

Oblationes foventium odia, et simultates non sunt recipiendæ, 132. Oblatio filiorum per parentes usque ad quam ætatem potest fieri, 129. Oblata per festivitates martyrum æqualiter sunt clericis dividenda, 139. Oblationes fidelium in quatuor partes debent dividi, 234. Oblationes dissidentium non debent recipi, 83. Oblationes decedentium in pœnitentia recipiantur, 90. Oblatio episcoporum, vel presbyterorum ad altare ex quibus est facienda, 2. Oblationes defunctorum negantes ecclesiis, excommunicentur, 82.
Obtrectationes vitandæ, 32.
Odia diu foventes, nec in gratiam redire volentes excommunicent, 96. Odii fautores sunt homicidæ, 6.
Octavi Ursionis et aliorum consortium repressio, 91.
Offerenda ad altare tempore consecrationis, 2. Offerri prohibita ad altare, 2.
Officia minora viam parare debent, 185. Officii matutini, et vespertini unus esse debet ordo, 139.
Opera legis non justificant, sed fides Jesu Christi, 9. Operum hic locus est futurum sæculum tempus meritorum, 10.
Orandum est recto vultu certis diebus, 143. Orandum est ut fatuas inquisitiones evitare possimus, 188. Orandum non est cum hæreticis, 68.
Orantis cum excommunicato pœna, 2. Orantis cum clerico damnato pœna, 2, cap. 12.
Orariis minister non utatur, 68.
Orariorum gerendorum modus, 114.
Oratio Dominica singulis diebus est dicenda, 113. Oratio Dominica post matutinas et vesperas debet a sacerdotibus proferri, 102. Oratio dicenda prima, secunda, et tertia die concilii, 1. Orationi et communicationi est invigilandum, 2. Orationibus communibus plus agimus quam privatis, 176.
Oratorium permittitur in agro constitui ad relevandum fatigationem familiæ, 95. Oratorium non debet constitui sine episcopi auctoritate, 73.
Ordinandi qualis debeat morum esse ornatus, 259. Ordinandi non sunt seditiosi, usurarii et ultores, 23. Ordinandus qualis debeat esse, 213. Ordinandus quæ debeat polliceri, 133. Ordinari qui possunt, 186. Ordinati cælibes mulieres habere non debent qui familiam eorum curent, 102. Ordinari non debet quis per alienum episcopum, 60. Ordinati suæ ordinationis litteras ab episcopo debent obtinere, 87. Ordinari non debet cingulum militiæ sæcularis post peccatorum remissionem accipiens, 168. Ordinati contra interdictum vel in ministerio filiis generantes qualiter puniantur, 91. Ordinati a foro, vel militia venientes cum suis ordinatoribus debent deponi. Ordinati per surreptionem deponantur, 85. Ordinati perperam ab ordine suo sequestrandi sunt, 147. Ordinatus minister ubi facta est ejus ordinatio, 88. Ordinatus qui non potest ecclesia sibi data potiri, concilii expectet decretum, 142.
Ordinatio facta a non suo episcopo est inanis, 142. Ordinatio episcopi qualiter est celebranda, 141. Ordinatio episcoporum facienda est pro ratione locorum, 279. Ordinatio episcopi sine metropolitani auctoritate non est celebranda, 66, 89, 141. Ordinatio non est muneribus obtinenda, 140. Ordinationis indignus vocabulo non meretur ordinari, 73.
Ordines pretio non sunt conferendi, 132. Ordines capessere non debent illiterati, 124. Ordines quibus temporum interstitiis conferendi sunt, 167. Ordines non sunt passim, et omni tempore celebrandi, 191. Ordo ad clerum promovendi, 182. Ordo accusationis, 15. Ordo decantandi horas canonicas, 96.
Orientales ab antiquo pervicaces in sedem Romanam, 240.
Ostiarius qualiter ordinatur, 82. Ostiarii ab ostio diu non debent abesse, 140.

P

Pacis osculum quando dandum sit, 170.
Pacta servanda sunt, 76.
Pallii datio non debet pretio comparari, 281.
Panis, vinum et aqua materia sunt sacramenti altaris, 21, 79, 143.
Papæ electio qualiter est facienda, 212. Papam in ar-

duis debere consuli luculenta phrasis, 192.
Parentum error non impedit quin eorum fideles filii altaris fiant ministri, 80.
Parochialium proventuum quanta portio debeat episcopo affici, 127.
Parricidarum pœnitentia, 286.
Parricidium edicto Reccardi regis prohibetur, 199.
Paschæ solemnitas et precum ordo, 268. Paschæ celebritas ab universis æqualiter observetur, 88. Paschæ celebritatis et ineundi concilii fieri debet insinuatio, 84. Pascha quando sit celebrandum, 2, 28, 207. Paschalem festivitatem per concilium Nicænum constitutam infringentium pœna, 65. Paschalis festivitas apud Hispanos qualiter denuntiatur, 112. Paschalis dies in conciliis provincialibus celebrandis est designanda, 140.
Passionis ministerium prædicandum est, 113.
Pastor ecclesiæ negotiis sæcularibus non debet implicari, 8. Pastorem oves non reprehendat, nisi a fide exorbitet, 38.
Pater et Filius unus sunt Deus qui semper simul fuerunt, 22. Pater et Filius communes habent operationes, 49. Pater in Deo vocabulum est inscrutabilis mysterii, 5. Patris et filii nomina non sunt in fundendis precibus confundenda, 79.
Patientia Dei abuti magna est damnationis pars, 8. Patientia nobis necessaria est ad colluctationem adversariorum, 169.
Patrem, Filium et Spiritum sanctum non confitens tres personas est hæreticus, 183.
Patri vel matri surripiens aliquid est velut homicida, 14.
Patriarcharum et primatuum institutionis causa, 16.
Patronis ecclesiarum si fuerint indigentes ex ecclesiæ bonis succurrendum est, 114.
Patronorum vel aliquid ecclesiæ donantium, non est fraudanda voluntas, 127.
Patrum canonibus non est obediendum, 109.
Paulus Ecclesiæ dicitur orator, 160.
Pauperes et senes Ecclesiæ sunt cæteris honoratiores, 83. Pauperes opprimentium dona a sacerdotibus rejiciantur, 83. Pauperum defensores adversus potentes sunt stabiliendi, 84.
Pax Dei solum datur hominibus bonæ voluntatis, 32.
Peccans ante ordinationem presbyterii, 142.
Peccata latentia vindictam non habent, 173. Peccati vindicta propter multitudinem dissimulatur, 177. Peccatum non habere se affirmans. Joannis vere dictum, 87. Peccatum est duplex, 18.
Peccatoribus in bonos nonnunquam datur potestas pro clariori virtutis exercitio, 273.
Pelagiana errata excerpta ex gestis contra eumdem, 223. Pelagiani vel Cœlestiani hæretici æqualiter debeant puniri, 212.
Pelagii hæretici dogma, 223.
Pelagii papæ epistolæ et decreta, 273.
Peregre baptizati non sunt promovendi in aliis provinciis, 99.
Pernoctare non debent feminæ in cœmeteriis, 100.
Persecutores sanctorum Patrum a liminibus ecclesiæ arcendi sunt, 20.
Pertinaciter et cum juramento litigantis pœna, 103.
Petri apostoli sedem conveniens est sequi, 233. Petrus apostolus mortem suam Clementi prædixit, 3.
Petrus et Paulus sub nocte silenti Constantino apparent, 57.
Photini reconciliatio per Innocentium facta, 177. Photiani hæretici revertentes baptizandi sunt, 90.
Picturæ non debent esse in ecclesiis, ne in cultu sit error, 100.
Pœnitentes publici clerici non ordinentur, 83. Pœnitentes vere si ante completam pœnitentiam casu decesserint in orationibus ecclesiæ eorum commendetur memoria, 83. Pœnitentes an admittantur ad clerum, 104. Pœnitens tempore pœnitentiæ matrimonium contrahere non debet, 90. Pœnitens reconciliatus ubi debet locari, 142. Pœnitens nulli negationi se debet astringere, 220. Pœnitens post pœnitentiam non debet militiam adire sæcularem, 220. Pœnitens continere non potens pœnitentiam differat, 119. Pœnitentem publicum simplex sacerdos non reconciliet, 79. Pœnitentes sunt reconciliandi feria quinta ante Pascha, 171. Pœnitentes ecclesiæ mortuos efferant et sepeliant, 83. Pœnitentes publici ad clericatum non debent promoveri, 167. Pœnitentes ad sacerdotium non debent ordinari, 96. Pœnitenti etiam pessimo non est in morte neganda communio, 172. Pœnitentes litterarum inscii, membris mutili non promoveantur, 228. Pœnitentibus et reversis ignoscendum, 67. Pœnitentibus in infirmitate constitutis non denegetur viaticum, 183. Pœnitentium relabentium ad pristinas sordes pœna, 166.
Pœnitentia conjugatis qualiter sit danda, 90. Pœnitentia suscepta suæ professionis obliti ad sæculum redeuntes a nemine recipiantur, 98. Pœnitentiæ signa exhibenti, ministranda sunt sacramenta, etiam in extremis, 88. Pœnitentia prævaricantium præter necessitatem qualis sit, 85. Pœnitentia conversi ab hæresi indagetur, 88. Pœnitentiam nullus differre debet, 8. Pœnitentia quem reddit amisso honore dignum, 276. Pœnitentia dilata rejicienda non est, 220. Pœnitentiam accipientes, an promoveantur, 115. Pœnitentiam refluere debet, sicuti peccata refluunt, 118. Pœnitentiam accipiens non debet eam prævaricari, 135. Pœnitentiam agens (si mortis impendet periculum) confestim reconciliandus est, 133. Pœnitentia nullo tempore deneganda est, 185. Pœnitentia debet esse humilis et lugubris, 95. Pœnitentiæ modus his qui lapsi sunt, 60. Pœnitentiam petenti quis mos sit observandus, 110. Pœnitentium cingulum militiæ deponentibus, demum ad vomitum revertentibus qualis sit injungenda, 85.
Pontifex Romanus non potest alienare ea quæ sunt ecclesiæ Romanæ, 245. Pontifex Romanus in dubiis est adeundus, 84. Pontifex Romanus in arduis est consulendus, 84. Pontificum auctoritas, et regalis potestas duo sunt quibus mundus regitur, 237.
Pontificatum per ambitionem venantis consilia detegentis parcitur, 246. Pontificatum urbis Romæ papa incolumis sectantium pœna, 247.
Populo rectorem petenti qualiter sit consulendum, 8. Populus ad celebrationem missarum conveniens ante benedictionem non debet discedere, 98. Populus est docendus, non sequendus, 186.
Populosæ civitates episcopos debent habere, 5.
Postulatus in episcopum quo ordine sit admittendus, 64.
Potestas nocendi est resecanda malis, 53.
Præcepta nova inducentium elegans confutatio, 63.
Prædestinati non a Spiritu sancto sunt concepti sed ex ratione seminali, 121.
Prædia et possessiones cur non habebant ecclesiæ primitivæ cultores, 56. Prædia divis usibus donati non debent invadi, 26.
Prædicator negligens veritatem dicere maledictus, 39.
Prægnans quando vult debet baptizari, 62, 279.
Prælatis ecclesiarum relicta, censentur ecclesiæ relicta, 95. Prælatos redarguens cui assimilatur, 8.
Præscriptio XXX annorum actionem perimit, 234.
Prævaricantium in fide pœna, 90. Prævaricatorem non suscipit ecclesia, 154.
Prandia deferenda non sunt ad sepulchra mortuorum, 144.
Presbyter præsente episcopo non debet signare infantes, 143. Presbyteris foraneis præsentibus illis civitatis non licet ministrare, ibid. Presbyterorum et diaconorum ordo honoris, 68. Presbyter conjugati dedignans sacrificium, anathema sit, 63. Presbyterorum ordinationes quando fieri debeant, 233. Presbyter in ea debet ecclesia manere quam sortitus est, 142. Presbyteri dejectio non est leviter facienda, 147. Presbyter ante XXX annos non ordinatur, 62, 142. Presbyteri penitus a mulierum vacare debent consortio, 124. Presbyteri in episcopos non debent esse loquaces, 184. Presbyteri convivio secundarum nuptiarum interesse non debent, 62. Presbyteri uxorem ducentis, vel adulterantis pœna, 62. Presbyteri et levitæ quando debeant ordinari, 114. Presbytera a nemine duci debet uxor, 283. Presbyteri, vel diaconi per parochias honestatis fidem faciant episcopo, 114. Presbyteri non conregionales, 62. Presbyter aut diaconus fornicatus, agat pœnitentiam, 142. Presbyter, aut diaconus vendens aliquid de ministeriis ecclesiæ, ab ordine movendus est, 142. Presbyteri qui immolavarunt, 61. Presbyter nemo debet promoveri non examinatus, 60. Presbyter vel diaconus altare privatum non erigat, 66. Presbyter, vel diaconus propriam non debet ecclesiam deserere, 2, cap. 15, 66. Presbyteri, et reliqui clerici in cunctis agendis episcopi consulant oraculum, 2, cap. 49, 89. Presbyteri et alii clerici quomodo debent ordinari, 2, cap. 2, 81. Presbyteri fragilitate carnis lapsi pœna, 103. Presbyteris et diaconis ad torum uxorum redire volentibus, quid faciendum, 95. Presbyteri debent per singulos annos chrisma petere a suis propriis episcopis, 94. Presbyteri ante suum episcopum in tribunalibus non debent sedere, 68. Presbyteri et diacones locis quibus præfixi sunt debent inservire, 89, 82. Presbyteri, vel diaconi a sua ecclesia discedentes ab alia non debent suscipi, 85. Presbyterorum et diaconorum qualis debeat esse honoris discretio, 85. Presbyter proprium episcopum, etiam excommunicatus, non debet fastidire, 77. Presbyteri metas suæ dignitatis non debent excedere, 233. Presbyter inconsulto episcopo, non potest virgines consecrare, 79. Presbyter inconsulto episcopo nihil temere debet agredi, 77.

Pretium pro baptismo non debet accipi, 100.
Primates qui appellentur, 40.
Primatus et metropolis quid discriminis habeant, 154.
Princeps jurare debet in diadematis susceptione, se non futurum hæreticorum fautorem, 118. Princeps subditos hortari debet ad rectam fidem, 245. Principe vivente non est in incertum ferendus favor, 119. Principe vivente non est de quoquam alio consulendum, 117. Principi non est maledicendum, 117. Principis beneficium non est alicui auferendum, 117. Principis Christiani est coercere hæreticos furentes, 201. Principis boni est ecclesias tueri, 51. Principis acta contra Ecclesiam resecanda sunt, 135. Principium malum vix bonum sortitur exitum, 216.
Privata utilitas rebus ecclesiasticis non est præferenda, 145.
Privignam suam nemo debet in uxorem accipere, 100.
Privilegia ecclesiarum non sunt confundenda, 229. Privilegium meretur amittere qui præmissa sibi abutitur potestate, 231.
Prodesse studendum est omnibus, 53.
Professa vel vidua cum confessore domi non decantet antiphonas, 104.
Prohibita sæpius tentare est contumeliosum, 182.
Promoti contra ordinationes ecclesiastici debent deponi, 60. Promotus contra canonem deponendus est, 8. Promovendus prius examinetur, 79. Promoveri non permittantur bigamus nec concubinarius, 2, cap. 17. Promoveri non debet qui non duxit virginem, 128.
Psalmistæ et lectores uxores ducere possunt, 173. Psalmista sive cantor qualiter sit ordinandus, 82.
Puellæ propositum virginitatis accipientes peccant, si conjugio se mancipent, 220. Puellæ non velatæ quæ se asseruerunt in proposito virginali permanere, si nubant, 172. Puella Dei nullius alieni sanguinis debet uti consortio, 104. Puellæ catholicæ erroneæ sectæ viris non sunt copulandæ, 99. Puellæ Christianorum gentilibus non sunt sociandæ, ibid. Puellæ Deo se voventes, si ad nuptias convolent, qualiter ad pœnitentiam admittuntur, 91. Puellæ gentilibus nubentes dies aliquot a communione suspensæ sint, 89.
Pueri immaturo partu editi possunt mox baptizari, 102. Puerorum imberbium clericorum et puellarum per ignorantiam rebaptizatorum pœna, 231.
Pugna gerenda est in hac vita, 11.
Pulpita non debent omnibus patere ad psallendum, 143.

Q

Quadragesima tenenda est ante Paschæ solemnitatem, 98. Quadragesimæ tempore non semper baptizetur, 143. Quadragesimæ tempore carnium usus est illicitus, 124. Quadragesima tota jejunandum est, 68.

R

Rapientium sibi uxores pœna, 74.
Raptores etiam ecclesiastica gaudent immunitate, 97. Raptorum virginum, viduarum, et qui sacras virgines uxores ducunt pœna, 245. Raptus fieri non debet per clericos in bona defuncti episcopi, 74.
Rebaptizare non debet episcopus vel presbyter, 3, cap. 47. Rebaptizati ad clericatum non promoveantur, 84. Rebaptizati si prævaricentur, qualiter puniantur, 103. Rebaptizatis non est communicandum, 103. Rebaptizatorum in Africa ordinatio, 231.
Reccaredi laus, quam Judæorum munera contempserit, 275. Reccaredi regis verba ad clerum, 109.
Reccesiunthi Gothorum regis fides, 121.
Richardi regis ab hæresi Ariana conversi de fide professio, 106.
Reconciliatio venientium ab hæresi Ariana, 267. Reconciliatio Romanæ et Constantinopolitanæ Ecclesiæ, 260. Reconciliatio periclitantis, absentis episcopi fieri debet auctoritate, 77.
Reconciliatum se dicens qualiter est recipiendum, 232.
Rector ecclesiæ ex bonis illius nihil distrahere potest, 97.
Refugis et regni proditoribus an sit temperandus rigor, 122.
Regale fastigium ambiens, qua sit pœna dignus, 117. Regalis potestas et pontificalis dignitas distinguntur, 236.
Reges eligendi forma, 125. Regis status tunc apprime floret ubi Deo pie servitur, 188.
Religio angelorum non est a nobis tentanda, 25. Religionem propriam habere nolentes, ab episcopis sunt arcendi, 115.
Religiosis feminis præficiendus ab episcopo probetur, 83. Religiosus bono aliorum inimicitias debet exstinguere, 8.
Reliquiæ missæ a Gregorio papa ad Reccaredum regem, 275. Reliquiæ in simulacris vel lucis non debent constitui, 84. Reliquiæ martyrum non sunt ab episcopis in collo gestandæ, 145.
Remediis novis opus est ubi causæ novæ superveniunt, 72.
Reprehensores nostros modeste placare debemus, 277.
Rescriptio Marii papæ ad Athanasium et Ægyptios episcopos, 150.
Rescriptum Felicis papæ ad episcopos Ægypti, 158. Rescriptum Julii papæ contra Orientales episcopos, 153. Rescriptum Innocentii papæ ad concilium Milevitanum, 179. Rescriptum Liberii papæ ad episcopos Ægyptiorum, 136.
Reus in sua provincia in jus vocandus est, 44.
Rogationes quando et qualiter sint celebrandæ, 98.
Roma primam habet Ecclesiæ sedem, 17, 200. Romam ab idololatria liberavit Christi sanguinis effusio, 258.
Romanæ Ecclesiæ res pertinentes nullus presbyter potest alienare, 95. Romana Ecclesia cæterarum est fundamentum, 268. Romana Ecclesia Petri sacerdotio data est, 54. Romana Ecclesia est caput cæterarum ecclesiarum, 156.
Romani pontifices honorem sibi impensum declinare debent, 280.

S

Sabbatis est jejunandum, 170. Sabbatorum diebus cessare a labore sapit Judaismum, 68.
Sacella vel altaria per agros sine certitudine reliquiarum constituta evertantur, 84.
Sacerdos non debet solus celebrare, 133. Sacerdos ordinatus nullo subterfugio ordinem defraudare potest, 124. Sacerdos pœnitentiam sine personæ acceptione debet injungere, 83. Sacerdotalis honor qualiter sit conferendus, 216. Sacerdotalis ordo nullo prorsus munere haberi debet, 124. Sacerdote verba Dei prædicante, nemo sub anathematis pœna ecclesiam egrediatur, 82. Sacerdotes quoties sacrificant, toties eucharistiam debent suscipere, 115. Sacerdotes patroni pro impensis patrociniis nihil debent accipere. Sacerdotes judicium sanguinis non debent exercere, 132. Sacerdotes non debent aliqui ordinari a jure prohibiti, sede Romana inconsulta, 233. Sacerdotes probi basilicis exstructis sunt præficiendi, non dilapidatores, 127. Sacerdotes non debent titulos figere in suis prædiis, 230. Sacerdotes persequens, vel amovens temerarie reus est læsæ majestatis, 24. Sacerdotes turpia lucra sectari non debent, 60. Sacerdotes instrumentum debent habere, quando aliquibus mancipantur ecclesiis, 114. Sacerdotes sibi Dominus elegit ad sacrificandum, 36. Sacerdotes post lapsum pœnitentes ministrare possunt, 31. Sacerdotes omni carere debent avaritia. 4. Sacerdotes legati sunt ad Deum pro aliis, 32. Sacerdotes, et levitæ ab uxorem suarum debent abstinere complexibus, 168. Sacerdotes alios anteire debent doctrinæ, 9. Sacerdotes qui et quales possunt accusare, 5. Sacerdotes recipiens Deum recipit, 22. Sacerdotes sacris, non litibus vacare debent, 159. Sacerdotes et levitæ cum uxoribus non debent misceri, 172. Sacerdotes unius civitatis in alia civitate non debent din immorari, 65. Sacerdoti peccanti non est imponenda manus, 88. Sacerdotibus a die consecrationis omnis prohibitus est concubitus, 166. Sacerdotis dignitatem appetens quibus moribus debet exornari, 167. Sacerdotis cum propria sorore non est tuta familiaritas, 145. Sacerdotium non debet parari pretio, 73. Sacerdotium qui non possunt assequi, 90. Serdotum mensis divinæ Scripturæ *lectio* debet immiscere, 109. Sacerdotum vita debet esse irreprehensibilis, 114. Sacerdotum ordo bipertitus est, 17. Sacerdotum negligentia ab ecclesia disciplinam dispulit, 112. Sacerdotum oppressores membra sunt diaboli, 24. Sacerdotum proles patribus non succedit, 127. Sacerdotum Capitolii ad Constantinum pessimum consilium, 56. Sacerdotum partes, 3. Sacerdotum et diaconorum post consecrationem uxoribus se immiscentium pœna, 172. Sacerdotum ad alias ecclesias temere migrantium pœna, 165. Sacerdotum levis non debet esse accusatio, 36.
Sacramenta divinorum secretorum quibus commissa sunt, 7. Sacramenta ab indigno ministro tradita nihil nocent accipienti, 245.
Sacrarium ingredi non liceat laicis. 139.
Sacrificandi causa non est ascendendum ad idola Capitolii, 100. Sacrificans per violentiam non est a communione arcendus, 61. Sacrificantes deportationis metu, 61. Sacrificantes dæmonibus post lavacrum baptismi qua pœnitentia plectendi sunt, 91. Sacrificantium per vim pœna, 90.
Sacrilegos a sua tuitione repellit Ecclesia, 40.
Sæculares detonso capite pœnitentiam accipientes non debent ad laicorum vitam reverti, 115. Sæculares diebus Dominicis missam integram debent audire, 96.
Salus prima est rectæ fidei regulas custodire, 54.

Sanctimoniales ante XL annum non velentur, 95. Sanctimoniales penuria necessariorum si delinquant, ad episcopi pertinet reatum, 88. Sanctimonialis virgo qualiter debeat consecrari, 82.

Sanctorum opera et merita ad Dei gratiam referenda sunt, 184. Sancti qui non sunt, quæ sancta sunt tractare non debent, 173. Sancti duobus modis a licitis abstinere solent, 277.

Saxones ab idolorum cultu monentur averti, 186.

Scandalorum duo sunt genera, 277. Scandalum inter cujuscunque sectæ homines vitari debet, 55.

Scenicis apostatis conversis, vel reversis, non denegetur reconciliatio, 79.

Scientia boni emendationis ministrat incitabulum, 11.

Scripturæ canonicæ quæ sunt, 173. Scripturæ sacramenta sine fide et humilitate non possunt intelligi, 201. Scripturæ apocryphæ sub nomine sanctorum sunt omnino reprobandæ, 222. Scripturas sacras tradentes, vel sacra vasa qualiter puniantur, 89. Scripturis sensum nolentes accommodare diaboli revinci possunt testimonio, 49.

Scurilis clericus ab officio deponendus, 97.

Secantes sibi genitalia ad clerum non promoveantur, 89.

Secundas nuptias ineuntium æqualis pœna, 67.

Secretarium mulier non debet ingredi, 143.

Sedes Petri Antiochiæ primum fuit, deinde Romam translata, 50.

Seditionarii, nec usurarii unquam sunt ordinandi, 83, 97.

Sententia non suo judice lata, non ligat, 42. Sententia judicis a quo per judicem superiorem resoluta, non debet innocere, 79. Sententia uniformis omnium episcoporum provinciæ debet rata manere, 66. Sententia lata contra Joannem episcopum Lampeonis rescinditur, 283. Sententiæ summi pontificis ad quem fuerit appellatum, standum est, 187. Sententia non est ferenda præcipitanter, 19.

Sepulcra demoliens excommunicetur, 115.

Sermo Dei verum Adam suscepit, 161.

Servi Dei non sunt temere judicandi, 155. Servi fugitivi familias deserentes puniantur, 96. Servi invitis dominis non sunt ordinandi, 233. Servi ecclesiæ volentes esse monachi qualiter sint probandi, 281. Servi olim fuerunt apud Francos, 290. Servi fiscales si ecclesias extruxerint, 110. Servi ecclesiæ si advocentur in clerum debent ab episcopis manumitti, 119. Servum occidere sine auctoritate publica non licet, 97. Servus mali non potest esse portio boni, 10. Servus, si, nesciente domino, fuerit promotus ab episcopo sciente, 98. Servus non est docendus dominum contemnere religionis prætextu, 63, 143. Servus an gaudeat ecclesiæ immunitate, 97.

Servitus matrimonium non dirimit.

Servuli tributo obligatus quomodo possit ordinari, 142.

Sextæ synodi Romanæ conclusio, 256.

Signis non subjacent corporis humani partes, 221.

Silverii papæ rescriptum ad Amatorem episcopum, 266.

Silvester papa Constantino pœnitentiæ tempus indicit, 57. Silvestri papæ decreta et quædam ex his excerpta, 150.

Simoniacæ ordinationis pœna, 2.

Simplicii papæ decreta, 230.

Siricii papæ exhortatio ad Cimerium episcopum, 167.

Sixti martyris corpus mittitur in Angliam, 279. Sixti papæ epistola ad orientales episcopos, 186.

Sodomitarum et incestuosorum pœna, 61.

Solvere illius est qui ligavit, 100.

Sophistæ callidissimi confutatio per simplicissimum sacerdotem, 59.

Sorores duas, vel fratris filiam conjuges accipientis inhabilitas, 2, cap. 19. Sorori sponsæ suæ vitium inferens qualiter puniatur, 62.

Sortes a clericis non sunt observandæ, 98.

Spectacula, conventu ecclesiæ prætermisso, visens excommunicetur, 88. Spectaculis sæcularibus Christiani non interaint, 79. Spectaculis non debent clerici interesse, 143.

Spei anchora firmari debemus, 12. Spes in adversis non deserenda, 219. Spes futurorum præsentem laborem ferre monet, 10.

Spiritu immundo vexati, 100.

Spiritualia non sunt pretio comparanda, 234.

Spiritus Christum clarificavit, quamvis Spiritus non sit Christo superior, 70.

Sponsaliorum fidem frangentium pœna, 100.

Spoliatus imprimis est restituendus, 40. Spoliatus rebus suis non est excommunicandus, 134.

Sponsus et sponsa nocte benedictionis pro reverentia virginitatem debent illibatam servare, 82.

Stare volentes apostolicis debent obedire præceptis, 84.

Stantes orare debemus, 85. Statuta quædam concilii Chalcedonensis, 72.

Stuprum viduis, vel monialibus inferentium pœna, 103.

Subdiaconus si secundam duxerit uxorem, 143. Subdiaconis uxorem ducere non licet, 125. Subdiacones a diaconibus habitu distingui debent, 139. Subdiaconi septem instituuntur, qui martyrum gesta conscribant, 34. Subdiaconus si mortua uxore aliam ducat, 104. Subdiaconus sacrarium non debet ingredi, 68. Subdiaconus qualiter ordinetur, 82.

Subsistentiis vel personis duabus non sunt attribuendæ voces quæ de Christo dicuntur, 70.

Superstitiosus ab ecclesiæ liminibus arcendus est, 83.

Supplicationes hora 9, et ad vesp. debent celebrari, 68.

Suspensus a communione non debet in alia civitate recipi 2, c. 13.

Symbolum Nicæni concilii, 60, 72, 108, 151. Symboli Nicæni assertio per episcopos Ægypti, 156. Symbolum concilii, 69. Symbolum concilii Constantinopolitani, 69, 72. Symbolum fidei ante Pascha publice prædicandum est in ecclesia, 95.

Symmachi papæ decreta, 245. Symmachi accusationis declaratio, 248. Symmachi papæ papæ verba ad clerum, 246. Symmachi verba ad clerum, 247. Symmachi papæ de rebus ecclesiæ conservandis ordinatio. Symmachi papæ accusatores confutantur, 250.

Synodus Ephesina, *ibid.* Synodus Chalcedonensis anteriores confirmat synodos, 73. Synodus quo tempore ab Hispanis celebretur, 112. Synodus Romana habita a Julio papa, 151. Synodus nulla rata legitur, quæ auctoritate apostolica non fulta fuerit, 262. Synodus aliquem damnans hæreticum ejus damnat et sequaces, 238. Synodus congregata in Francia sub Pipino et Carlomanno, 95. Synodus Romana habita a Gregorio papa, 280. Synodi celebratio in urbe Roma sub Theodorico rege, 248. Synodus prima Romana sub Symmacho papa, 246. Synodi primæ sub Symmacho papa conclusio, ibidem. Synodus tertia Romana sub Symmacho papa, 247. Synodus quarta Romana sub Symmacho papa, 248. Synodus quinta Romana sub Symmacho papa, 254. Synodus sexta Romana sub Symmacho papa, 255.

T

Terminos antiquos transgredientur qui patrum statuta negligunt, 20.

Terras et prædiola ecclesiæ inutilia alienare potest episcopus, 96. Terris in fundo ecclesiæ per clericum excultis, ac melioratis toto tempore vitæ utatur clericus, 106.

Terrenorum non debet esse ordinatio, cum cœleste sit sacerdotium, 168.

Testamenti Veteris ordo, quæ sancta suscipit ecclesia, 243. Testamenti Veteris aliquid poetice compositum non debet in ecclesia legi, 139.

Testes de domo inimici prodientes non sunt recipiendi, 154. Testis vel accusator esse non potest religionis suæ prævaricator, 158.

Testificandi fides potest recuperari, 136.

Testimonium ferre qui sint inhabiles, 159.

Theatrici debent a communione repelli, 88. Theatricorum abominatio, 90.

Theodoricus rex Italiæ Arianus, 262.

Thermæ sive lavacra virorum et feminarum debent esse distincta, 68.

Titulos privatos sacerdotes non debent infigere suis prædiis, 280.

Toletanus pontifex præsentatos sibi a rege potest episcopos instituere, 136.

Trinitatis sanctæ mysterio imbuendi sunt ignorantes, 77.

Trinitatis personarum distinctæ sunt proprietates, 258.

Trinitas et unitas in Deo sunt, 270.

Transfugarum et regis proditorum pœna, 120.

Translatio fieri non debet propria libidine, 229. Translatio episcopi fieri non debet de minori ad majorem civitatem propria ambitione, 142.

Transmarini homines qualiter ad clericatus honorem debent recipi, 169.

U

Unctio sacri olei quibus, et a quibus, debet tradi, 171.

Usura omni Christiano est illicita, 213.

Uxorum fidei conjugalis violatricum auctoritas citra necem penes maritum consistit, 104. Uxore non valente reddere debitum viro licet aliam accipere, 287. Uxor a viro non est dimittenda, 136. Uxore vivente non potest alia duci, 174. Uxor ab episcopo, vel presbytero non est repellenda, 2, 4, 6.

Uxores ducere qui clerici possunt, c. 27. Uxor differt

a concubina, 220. Uxor e propria progenita cognatione non est accipienda, 283. Uxoris suæ sororem ducens in uxorem qua pœna debeat plecti, 100. Uxor marito qualiter copulanda est, 18. Uxorem laicus dimittens communione privandus, 3, c. 48, p. 2. Uxorem fratris ducere non licet in uxorem, 283.

V

Vagabundi simulantes se sacerdotes vel monachos districte sunt explorandi, 168.

Vasa sacra qualiter debeant disponi, 7. Vasa sacra lectores tractare non debent, 139. Vasa sacra non debent humanis usibus servire, 23, 145.

Velandæ non sunt virgines Deo dicatæ nisi quadragenariæ, 102.

Venditor et emptor rerum ad Ecclesiam Romanam pertinentium pari feriuntur anathemate, 247.

Veneris sanctæ non est solvendum jejunium, 113.

Verbi incarnandi multæ figuræ præcinuere mysterium, 191. Verbi Dei auditus nemini denegetur, 83. Verbi ad carnem unio, 258. Verbi deitas par est et Patri consubstantialis, 192. Verbi abbreviati intelligentia, 16. Verbum Dei Patris non est Deus, aut Dominus Christi, 70. Verbum Dei passum est, et crucifixum carne, 71. Verbum Patris supra Christum nihil habet, sed verus est Deus et homo, 71.

Veritas solatia divina nunquam deesse permittit, 225. Veritas est via ad vitam ingredi volentium, 9. Veritas sæpius agitata magis illucescit, 172. Veritas et error lux et tenebræ dicuntur, 11. Veritatem non ignorare, et veritatis communicare inimicis grandis est iniquitas, 242.

Vestimenta debent præstari ad pompum sæcularem, 100. Vestimenta ecclesiastica qualia esse debent.

Vestis concludit alicujus professionem, 128. Vestis viduitatis a profitente non est deserenda, 93. Vestium varietati non est tribuenda religio, 63.

Vigiliis dierum solemnium diversæ lectiones non debent legi in ecclesiis, 139.

Viduæ quæ castitatem voverunt (si fidem violent) extra communionem sunt fidelium, 83. Viduæ quæ ecclesiæ stipendiis aluntur suis precibus ecclesiam debent adjuvare, 83. Viduæ adolescentes debiles a sua ecclesia aluntur, 83. Viduæ episcopi vel clerici ad secundas nuptias convolanti nullus communicet, 105. Viduæ mœchantis et postea nubentis pœna, 101. Viduæ religionis propositum diu observantes, quæ in monasteriis diu vixerunt, non debent ad nuptias convolare, 245. Viduæ episcopi vel presbyteri ad nuptias convolantis detestatio, 143. Viduæ vel sancti moniales quibus creditæ sunt mulieres baptizandæ, 82. Viduæ maritus admitti non debet ad clerum, 168. Viduam vel secundam ducens uxorem non debet in clerum admitti, 171. Viduam ducentis inhabilitas, 2, c. 18. Viduam clericus non debet uxorem accipere, 168, 171. Viduam accipiens non ordinetur, 142. Viduam furans in uxorem anathema est, 283. Viduarum mariti diaconi non possunt esse, 147. Viduarum mariti ad clerum non sunt promovendi, 176. Viduis non est injiciendus laqueus, ne nubant, 234. Viduis et virginibus optio sit, aut nubere aut castitati inservire, 110. Viduæ castimoniæ deditæ cum personis extraneis non habeant congressum, 76.

Viduitatem perpetuam eligens, qualiter debeat profiteri, 128.

Vindictæ cupidus apud Deum ne speret veniam, 36.

Violentiam passo, sunt imprimis omnia restituenda, 53. Violentia in clericos vel pauperes reprimenda est, 105.

Virginem rapiens, nisi desponsaverit excommunicetur, 283. Virgines sacræ parentibus orbatæ in ministerio virginum debent commendari, 79. Virgines sacræ quando sint velandæ, 233. Virgines non velentur nisi quadragenariæ, 102. Virginibus sacris se immiscentium pœna, 234.

Virginitatem eligens conjugatos non debet vituperare, 63.

Virginitas sic laudanda quod non damnetur matrimonium, 63.

Virginum Deo dedicatarum quæ fidem violarunt pœna, 99.

Virginum quæ violatores in maritos accipiunt pœnæ, 99.

Virgo Deo dedicata matrimonium contrahere non potest, 73.

Virilia sibi voluntarie amputantis pœna, 2. Virilia sibi secantes non sunt ordinandi, 234.

Virtutis magnæ opus est superare carnis gloriam, 174.

Virtutum processionis reprobatio, 221.

Z

Zachariæ papæ epistola ad diversos, 290.

Zozimi papæ epistola ad episcopum Salonitanum de ordinandis monachis, vel laicis, 182. Zozimi papæ monitorium ad clerum Ravennem, ibidem.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

ISIDORUS MERCATOR.

COLLECTIO DECRETALIUM. 2

Jacobi Merlini doctoris epistola nuncupatoria. 2

Origo conciliorum generalium. 3

Quo tempore concilia celebrari cœperunt et de quatuor conciliis. 3

Item de synodis principalibus, quibus in locis, quibus pro causis, quibus temporibus, quibus auctoribus celebratæ sint. 3

Item adnotatio synodorum quarum gesta in hoc codice continentur.

Incipit epistola Aurelii Carthaginensis episcopi ad Damasum papam. 5

Rescriptum Damasi ad Aurelium. 6

Præfatio Isidori in sequens opus. 7

Incipiunt CANONES, id est REGULÆ ECCLESIASTICÆ a SS. Patribus constitutæ, et ab Isidoro in unius codicis corpus collectæ. 11

Ordo de celebrando concilio. 11

DECRETA CLEMENTIS PAPÆ. 15

Incipiunt Canones apostolorum per Clementem papam prolati. 15

Incipit epistola prima Clementis ad Jacobum fratrem Domini. 20

Epistola II. — De sacratis vestibus et vasis. 37

Epistola III. — De officio sacerdotii et clericorum. 44

Epistola IV. — Scripta discipulis suis, qui malorum hominum persuasionibus aliquatenus deviarant, et gentibus inter quas habitabant. 53

Epistola V. — De communi vita reliquis suis discipulis scripta Hierosolymisque directa. 58

DECRETA ANACLETI PAPÆ. 60

De oppressione episcoporum, et de ordinatione archiepiscoporum, et de primatibus et de patriarchis eorumque ministris. 59

Epistola de ordinatione archiepiscoporum et reliquorum episcoporum atque sacerdotum. De fide cæterisque causis. 67

De episcopis et primatibus et patriarchis eorumque ministris. 73

Epistola altera de patriarchis et primatibus ac reliquis episcopis; et quod Ecclesia Romana cardo, et caput omnium ecclesiarum sit. 76

De ordine episcoporum vel primatum. 76

De subjectis qui amici sunt inimicis episcoporum suorum. 80

DECRETA EVARISTI PAPÆ. 81

De ordinatione diaconorum et legitimo conjugio, atque de fide, et non injuriandis episcopis aut lacerandis. 81

Epistola Evaristi. — Quod Christus sit caput et sponsus Ecclesiæ, et qualiter sacerdotes suas ecclesias et ecclesiæ eorum eos debeant diligere. 84

DECRETA ALEXANDRI PRIMI PAPÆ. 89

De sacerdotibus non vexandis nec scriptis ab eis per metum aut aliquam fraudem exigendis; et de passione Domini in consecratione corporis ejus miscenda et de aqua cum sale populis benedicenda; et de fide sanctæ Trinitatis. 89

Epistola prima. De causis vel gravationibus sacerdotum. 97

Epistola secunda. Ut vitentur detractiones et injustæ pulsationes. 99

DECRETA SIXTI PAPÆ PRIMI. 99
DECRETA TELESPHORI PAPÆ. 103
De jejunio septem hebdomadarum ante Pascha et de missarum celebratione in nocte sancta Natalis Domini, et quo tempore aliis diebus missæ celebrentur, et de episcoporum defensione. 103
DECRETA IGINII PAPÆ. 108
De fide et reliquis causis. 108
Epistola Iginii papæ ad Athenienses. 109
DECRETA PII PAPÆ. 111
Ut die Domino Pascha celebretur. 111
DECRETA ANITII PAPÆ. 113
De ordinatione archiepiscoporum et reliquorum episcoporum et de appellationibus minorum ad majorum sedes vel ad Romanam Ecclesiam. 115
DECRETA SOTERIS PAPÆ. 117
De fide epistola ejusdem. 119
DECRETA ELEUTHERII PAPÆ. 119
DECRETA VICTORIS PAPÆ. 121
De Pascha et causis reliquis. 121
Epistola ad Afros. 123
DECRETA ZEPHERINI PAPÆ. 125
Epistola ejusdem. 127
DECRETA CALIXTI PAPÆ. 129
De jejunio Quatuor Temporum et reliquis causis. 129
Epistola ad omnes Galliæ episcopos. De conspirationibus et reliquis causis illicitis ne fiant. 131
DECRETA URBANI PAPÆ. 137
De communi vita et oblatione fidelium. 137
DECRETA PONTIANI PAPÆ. 142
Epistola ejusdem. De fraterna dilectione et vitandis malis. 143
DECRETA ANTERI PAPÆ. 145
DECRETA SABIANI PAPÆ. 152
Epistola ad omnes episcopos. 153
Epistola altera. 159
DECRETA CORNELII PAPÆ. 163
De translatione corporum apostolorum, et quibusdam hæreticis. 163
Epistola ejusdem. Ne sacerdotes Domini jurare præsumant vel compellantur. 165
DECRETA LUCII PAPÆ. 167
DECRETA STEPHANI PAPÆ. 173
DECRETA SIXTI PAPÆ SECUNDI. 181
Epistola ejusdem. 183
DECRETA DIONYSII PAPÆ. 188
Epistola ejusdem. 188
DECRETA FELICIS PAPÆ. 190
Epistola ejusdem. 194
DECRETA EUTICIANI PAPÆ. 200
Epistola ejusdem universis episcopis per Siciliam constitutis directa. 204
DECRETA GAII PAPÆ. 208
DECRETA MARCELLINI PAPÆ. 213
Epistola ejusdem. 216
DECRETA MARCELLI PAPÆ. 217
Epistola ejusdem ad Maxentium tyrannum. 221
DECRETA EUSEBII PAPÆ. 225
Epistola ejusdem ad Ægyptios. 228
Epistola ejusdem episcopis Thusciæ et Campaniæ. 233
DECRETA MELCHIADIS PAPÆ. 238
DE PRIMITIVA ECCLESIA. 244
Quo tempore actum sit Nicænum concilium. 252
Præfatio Nicæni concilii. 254
Canones Nicæni concilii. 255
Concilium Ancyranum. 261
Concilium Neocæsariense. 267
Concilium Gangrense. 269
Concilium Sardicense. 273
Concilium Antiochenum. 279
Concilium Laodicenum. 287
Concilium Constantinopolitanum. 292
Synodus Ephesina. 293
Ephesini concilii epistola ad Nestorium. 294
Concilium Chalcedonense. 303
Atticus episcopus, qualiter formata epistola fiat. 319
CONCILIA LATINORUM. 319
Concilium Carthaginense primum. 321
Concilium Carthaginense secundum. 323
Concilium Carthaginense tertium. 331
Concilium Carthaginense quartum. 342
Concilium quintum Carthaginense. 349
Concilium Carthaginense sextum. 353
Concilium Carthaginense septimum triginta octo episcoporum. 365
Concilium Milevitanum. 370
CONCILIA GALLIÆ. 376
Concilium Arelatense primum. 376
Concilium Arelatense secundum. 378
Concilium Arelatense tertium. 382
Concilium Taurinate. 385
Concilium Regiense. 388
Concilium Auraicense. 392
Concilium Valense. 396
Concilium Agathense. 399
Concilium Aurelianense. 410
CONCILIA HISPANIÆ. 412
Concilium Elibertinum. 414
Concilium Tarraconense. 422
Concilium Gerundense. 424
Concilium Cæsaraugustanum. 426
Concilium Ilerdense. 428
Concilium Valentinum. 430
Concilium primum Toletanum. 434
Concilium Toletanum secundum. 440
Concilium Toletanum tertium. 442
Decreta ejusdem concilii, 453
Concilium Toletanum quartum. 461
Concilium Toletanum quintum. 484
Concilium Toletanum sextum. 486
Concilium septimum Toletanum. 498
Concilium Toletanum octavum. 500
Concilium nonum Toletanum. 522
Concilium Toletanum decimum. 526
Concilium Toletanum undecimum. 531
Concilium Toletanum duodecimum. 548
Concilium Toletanum decimum tertium. 562
Concilium Braccarense primum. 566
Concilium Braccarense secundum. 572
Incipit præfatio sancti Martini Braccarensis episcopi in libro Capitulorum ex Græcorum synodis collectorum. 576
Concilium Braccarense tertium. 588
Concilium Spalense primum. 594
Concilium Spalense secundum. 596
DECRETA SYLVESTRI PAPÆ. 610
DECRETA JULII PAPÆ. 616
DECRETA LIBERII PAPÆ. 633
DECRETA FELICIS PAPÆ. 640
DECRETA LIBERII PAPÆ. 654
Ut nullus pro persecutionibus dum durare potest suam relinquat ecclesiam. 654
DECRETA DAMASI PAPÆ. 656
DECRETA SIRICII PAPÆ. 677
DECRETA ANASTASII PAPÆ. 692
DECRETA INNOCENTII PAPÆ. 694
DECRETA ZOZIMI PAPÆ. 742
DECRETA BONIFACII PAPÆ. 745
DECRETA CŒLESTINI PAPÆ. 748
DECRETA SIXTI PAPÆ. 758
EPISTOLÆ LEONIS PAPÆ. 762
Epistola I, ad Eutichen Constantinopolitanum abbatem adversus Nestorianam hæresim, 763. — II. Ad Theodosium Augustum, 763. — III. Ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum, 765. — IV. Rescriptum Flaviani ad Leonem papam, 766. — V. Rescriptum Leonis papæ ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum contra Futichetis hæresim, 767. — VI. Item ejusdem epistolæ ad Julianum episcopum Coensem, 773. — VII. Ad Theodosium Augustum, 776. — VIII. Ad Pulcheriam Augustam, 776. — IX. Ad Dioscorum Alexandrinum episcopum, 779. — X. Ad Ephesinam synodum secundam in qua provocat episcopos Eutychetis blasphemias condemnare, 780. — XI. Ad Constantinopolitanos, 781. — XII. Ad Theodosium Augustum, 785. — XIII. Ad Pulcheriam Augustam, 786. — XIV. Ad eamdem, 788. — XV. Ad Martianum et Faustum presbyteros, 788. — XVI. Ad Theodosium Augustum, 787. — XVII. Ad Pulcheriam Augustam, 790. — XVIII. Pulcheriæ Augustæ per Theotiscum magistrianum, 791. — XIX. Ad Faustum, Martinum, etc., 793. — XX. Ad Martianum Augustum, 793. — XXI. Ad eumdem, 794. — XXII. Ad eumdem, 795. — XXIII. Ad eumdem, 796. — XXIV. Ad Anatolium episcopum, 797. — XXV. Ad Natholium episcopum Constantinopolitanum, 798. — XXVI. Ad eumdem, 800. — XXVII. Ad synodum Chalcedonensem, 801. — XXVIII. Ad Anatolium, 802. — XXIX. Ad Martianum Augustum, 804. — XXX. Ad Pulcheriam Augustam, 806. — XXXI. Ad Martianum Augustum, 808. — XXXII. Ad eumdem, 810. — XXXIII. Ad eumdem, 811. — XXXIV. Ad Julianum episcopum Coensem, 812. — XXXV. Ad Martianum Augustum, 814. — XXXVI. Ad Pulcheriam Augustam, 815. — XXXVII. Ad eamdem, 816. — XXXVIII. Ad Julianum episcopum Coensem, 817. — XXXIX. Ad Eudochiam Augustam, 818. — XL. Epistola Leoni papæ, 819. — XLI. Ad Palæstinos, 819. — XLII. Ad Theodorium episcopum, 824. — XLIII. Ad Julianum episcopum, 828. — XLIV. Ad Ana-

tolium episcopum per patricium Diaconum missa. — XLV. Ad eumdem, 830. — XLVI. Ad Juvenalem Hierosolymitanum et cæteros episcopos qui in sancta synodo Chalcedonensi congregati fuerunt, 831. — XLVII. Ad Juvenalem Hierosolymitanum episcopum, 832. — XLVIII. Epistola Savennii aliorumque episcoporum Galliarum ad Leonem papam, fidei ejus quam ad Orientem direxit laudes dicentium, 834. — XLIX. Epistola Leonis ad omnes episcopos Galliarum de damnatione hæreticorum, 836 — L. Ad Martianum Augustam de Pascha, 838. — LI. Ad Eudochiam Augustam de Pascha. — LII. Ad Leonem Augustum, 840. — LIII. Ad eumdem, 842. — LIV. Epistola decretalis Leonis papæ ad Anastasium episcopum Thessalonicensem, 856. — LV. Ad Septimum episcopum Altinum, 860. — LVI. Item ejusdem ad eumdem, 861. — LVII. Ad universos episcopos per Campaniam, 864. — LVIII. Ad episcopos per Campaniam, etc., constitutos, 865. — LIX. Ad Nicetam episcopum Aquileiensem, 866. — LX. Ad Julianum episcopum Aquileiensem, 868. — LXI. Ad Dorum Beneventanum episcopum, 869. — LXII. Ad universos episcopos per Siciliam constitutos, 870. — LXIII. Ad episcopos per Italiæ provincias constitutos, 874. — LXIV. Ad Neonium episcopum Ravennatem, 875. — LXV. Ad episcopos Africæ, 877. — LXVI. Leo papa de privilegiis episcoporum sive presbyterorum ad universos Germaniæ atque Galliæ ecclesiarum episcopos, 880. — LXVII. Ad episcopos per Viennensem provinciam constitutos, 882. — LXVIII. Ad Ravennium Arelatensem episcopum, 887. — LXIX. Ad Theodorum Forojuliensem episcopum, 889. — LXX. Ad Rusticum Narbonensem episcopum, 888. — LXXI. Incipiunt ad inquisitionem ejusdem episcopi subjecta responsa. Quod non habeantur episcopi quos nec clerus elegit, nec populus exquisivit, nec provinciales episcopi consecrarunt, 890. — LXXII. Ad Rusticum, Ravennium, Venerium et cæteros episc. Galliarum, 904. — LXXIII. Ad Julianum episcopum, 904. — LXXIV. Item ad Flavianum Constantinopolitanum, 905. — LXXV Item ejusdem ad Theodosium Augustum, 905. — LXXVI. Ejusdem ad Flavianum episc., 906. — LXXVII. Iterum ad eumdem Constantinopolitanum episcopum, 906. — LXXVIII. Ad clerum et plebem, 906. — LXXIX. Item Leo papa ad Anastasium episc. Thessalonicensem, 907. — LXXX. Item ejusdem ad Theodosium Augustum, 908. — LXXXI. Ejusdem ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum, 908. — LXXXII. Cujus superior ad Julianum episc., 909. — LXXXIII. Ad Faustum et cæteros archimandritas Constantinopolitanos, 909. — LXXXIV. Item Leonis ad Martinum presbyterum, 910. — LXXXV. Ejusdem ad Martianum Augustum, 910. — LXXXVI. Cujus supra ad Julianum episcopum, 911. — LXXXVII. Leo ad Pulcheriam Augustam, 912. — LXXXVIII. Item ejusdem ad Anatolium episcopum, 912. — LXXXIX. Cujus supra ad Martianum Augustum, 913. — XC. Cujus supra ad Pulcheriam Augustam, 913. — XCI. Ad maximum Antiochenum, 914. — XCII. Cujus supra ad Leonem Augustum, 916. — XCIII. Ejusdem ad Leonem Augustum, 917. — XCIV. Item ejusdem et ad eumdem, 917. — XCV. Ad Pulcheriam Augustam, 920. — XCVI. Ad universos episcopos per Galliam et Hispaniam constitutos, 921. — XCVII. Ad Samarthionem Carathonem, etc., 922.

DECRETA HILARII PAPÆ. 922
DECRETA SIMPLICII PAPÆ. 929
DECRETA FELICIS PAPÆ. 933
EPISTOLÆ GELASII PAPÆ. 937
DECRETA ANASTASII PAPÆ. 987
DECRETA SYMMACHI PAPÆ. 991
DECRETA JOANNIS PAPÆ. 1053
DECRETA FELICIS PAPÆ. 1057
DECRETA BONIFACII PAPÆ. 1066
DECRETA JOANNIS PAPÆ. 1068
DECRETA AGAPITI PAPÆ. 1070
Epistola ad Antenium Constantinopolitanum episcopum de duabus naturis in uno Christo. 1070
DECRETA SYLVERII PAPÆ. 1071
DECRETA VIGILII PAPÆ. 1074
DECRETA PELAGII PAPÆ. 1077
DECRETA JOANNIS PAPÆ. 1082
DECRETA BENEDICTI PAPÆ. 1086
DECRETA SECUNDI PELAGII PAPÆ. 1089
DECRETA GREGORII PAPÆ. 1103
DECRETA GREGORII MINORIS. 1139
EPISLOLÆ VITALIANI PAPÆ. 1141
DECRETA GREGORII PAPÆ. 1147

VALERIUS PROBUS.

Notitia historica. 1177
Valerii probi opusculum de notis antiquis. 1179

ÆVI CAROLINI CARMINA.

I. — Versus in laudem Lotharii imperatoris positi in fronte textus Evangeliorum quem ipse obtulit monasterio sancti Martini Metensis. 1195
II. — Versus in fronte bibliorum positi et aureis litteris exarati in vetustissimo codice manuscripto monasterii sancti Dionysii, qui nunc exstat in bibliotheca Regia. 1197
III. — Versus in fronte bibliorum aureis characteribus exarati in vetustissimo codice manuscripto bibliothecæ Colbertinæ qui fuit sancti Stephani Mettensis. 1199
IV. — De morte Hugonis Caroli magni ex regina concubina filii. 1205
V. — Epitaphium Clodarii pueri regis. 1207
VI. — Incerti poetæ versus de ordine comprovincialium pontificum. 1208
VII. — Rhythmici versus de eversione monasterii Glonnensis. 1212
VIII. — Versus de Bello quod fuit actum Fontaneto. 1215
IX. — Rhythmus Teutonicus, Ludovico Balbi filio, acclamatus cum Nortmannos anno 883 vicisset, cum versione Latina Joannis Schilleri. 1216
X. — Versus Asclepiadei, quibus finitur codex Gothicus Vigilanus, seu Abeldensis dictus. 1221
Index alphabeticus fidelissimus in Isidorum Mercatorem. 1223

FINIS TOMI CENTESIMI TRICESIMI.

3565 005

VESUNTIONE. — EX TYPIS J. BONVALOT.